

1 430 46 Stalpa



BIBLIOTECA HOSPITAL REAL GRANADA	
Sala:	A
Estante:	43
Numero:	44

~~13
E
J~~

c 16263574

Exempl. Gratian. Lib. X BEATI *Francisci de Pannat*
R. 14.987

ALBERTI MAGNI,

RATISBONENSIS EPISCOPI
ORDINIS PRÆDICATORVM,
ETHICORVM LIB. X.
POLITICORVM LIB. VIIII.

EX VATICANA BIBLIOTHECA.

Recogniti per R. A. P. F. PETRUM LAMMY, sacre Theologie Doctorem, Conuentus
Gratianopolitani, eiusdem Ordinis,

NUNC PRIMVM IN LYCEM PRODEVNT.

Opusculum Tomus Quartus.



LVGDVNI,

Sumptibus CLAVDII PRÖST:
PETRI & CLAVDII RIGAUD, Frat.
HIERONYMI DELAGARDE,
IOAN. ANT. HVGVEFAN.

Via Mercatoria

M. DC. LI.
CVM PRIVILEGIO REGIS.





INDEX

Traſtatum & Caputum, in decem
Libros Ethicorum,

LIBER PRIMVS.

TRACTATVS I.

*De communibus qua ante ſcientiam
prænoſci oportet.*

Cap. I.	D e nobilitate huius ſcientiæ.	1
	1. An de virtute poſſit eſſe ſcientia.	2
3.	Cui parti philoſophiæ ſupponitur.	4
4.	Vtrum ſit theoria vel practica.	7
5.	De quo ſit iſta ſcientia ſicut de ſubiecto.	8
6.	De fine huius ſcientiæ,	9
7.	De titulo & authore,	ibid.

TRACTATVS II.

De bono.

Cap. I.	Q uid ſit bonum.	10
2.	Quid ſit per ſe bonum.	11
3.	Vtrum hoc ſit primum bonum ante quod nihil eſt, & quod eſt cauſa boni in omnibus aliis.	12
4.	Vtrum aliquid ſit ſummum bonum.	13
5.	De natura mali, & quod nihil ſit per ſe malum, vel ſummum malum, vel malum eſſentialiter.	14
6.	Qualiter bonum pertinet ad naturam.	15
7.	Quid ſit vniuſcuſque bonum.	16

TRACTATVS III.

De eo de quo eſt intentio in moribus.

Cap. I.	Q uid ſit bonum ſecundum triplicem hominis conſiderationem.	17
2.	Quod aliquod bonum ſit hominis in quantum homo eſt.	19
3.	Quod omnis doctrina bonum aliquod appetit.	ibid.
4.	Quod omnis actus quoddam bonum appetere videtur.	19
5.	Quod omnis electio bonum aliquod appetere videtur.	21
6.	Cuiusmodi ſit illud bonum quod hæc prædicta appetere videntur.	22
7.	Commendatio Stoicorum in deſcriptione boni.	23
8.	De differentiâ bonorum quæ appetuntur.	ibid.
9.	De comparatione finium adinuicem.	24
10.	De multiplicatione artium.	25
11.	De reductione earum ad vnâ quæ præcepta dat, & concordat omnes.	ibid.
12.	Quod dictum bonum maximum ad vitam hominis habet incrementum.	27
13.	Cuius facultatis ſit hoc bonum.	ibid.
14.	De excluſione dubitationum quæ ſurgunt circa prædicta.	28

Index Tractatum & Capitum,

TRACTATUS IV.

De modo procedendi in hac scientia & de auditore.

- Cap. 1. **Q**uod in hac scientia non debet requiri certitudo, sed sufficit figuralis ostensio. 29
2. Quod maximæ variationi subiacent quæ sunt de conuersatione hominis: & ideo certum simpliciter non est in eis. 30
3. Quales in hac scientia possunt haberi conclusiones. ibid.
4. Quæ concedere debeat auditor qui loco respondentis est in moribus. 31
5. Qualem auditorem oportet esse in hac scientia. ibid.
6. Quod nec iuuenis nec passionum insequutor est auditor scientiæ moralis. 32

TRACTATUS V.

De determinatione felicitatis secundum opiniones diuersorum.

- Cap. 1. **D**e quo est intentio. 33
2. In quo opinantes conueniunt. 34
3. De differentia opinionum circa felicitatem. ibid.
4. De his qui felicitatem dixerunt omnium bonorum causam. 35
5. De via qua circa istas opiniones est disputandum. 36
6. Quod maximus est in moribus profectus. 37
7. De disputatione contra opiniones dictas: primo contra eam quæ voluptatem dicit esse summum bonum. 38
8. Contra eos qui honorem ciuiliis vitæ finem esse posuerunt. 39
9. Contra eos qui pecuniam posuerunt esse summum bonum. 40
10. Contra eos qui virtutem posuerunt esse summum bonum. ibid.
11. De positione Platonis. 41
12. De expositione positionis Platonis. 42
13. Quid sequitur ex opinione prædicta. 44
14. Secundum Platonem sequitur, quod omnium bonorum sit vna scientia. 45
15. De obiectionibus quæ sunt contra Platonem in eo quod dicit bonum per se. ibid.
16. Qualiter ex ipsa multiplicitate boni opinio Platonis impugnatur. 46
17. Quod inutilis est positio idearum ad ciuilia. 47
18. De infirmitate & inutilitate sermonis Platonis. 48

TRACTATUS VI.

In quo queritur per diffinitionem felicitatis & quæ ingrediuntur diffinitionem eius ut differentia.

- Cap. 1. **Q**uod felicitas est optimum bonum. 49

2. De differentia felicitatis quæ est perfectior. 50
3. Quod felicitas per se sufficiens bonum est. 51
4. Quod felicitas vltima per se eligibilis est, & nulli bonorum connumerabilis. ibid.
5. De comparatione felicitatis ad opus nostrum, & quod felicitas est opus hominis in quantum homo est. 52
6. Quæ sit illa natura qua homo est operatiuus in quantum homo est. ibid.
7. Quod operatio hominis vt homo est secundum virtutem hominis vt homo est bona & bene efficitur. 54
8. Quod perfecta hominis vt homo est operatio viri studiosi vt vir studiosus est. 55
9. Quod operatio hæc est secundum perfectam vitam. ibid.
10. Qualiter circumscriptionem hanc oportet describi secundum omnia quæ ponuntur in ea. 56
11. Quod in talibus est, quia declarare, & non propter quid querere. 57
12. Quibus modis accipiuntur principia. ibid.
13. De rescriptione circumscriptionis dictæ ad diuisionem bonorum. 58
14. Consona sunt dictis opinionum antiquorum superius inductorum. ibid.
15. Quod felicitas secundum se delectabilis est. 59
16. Quod felicitas substantiatam habet delectationem & non adiunctam. 60

TRACTATUS VII.

In quo de felicitate agitur secundum suum posse, hoc est, secundum quod est status & actus omnium bonorum congregatione perfectus.

- Cap. 1. **Q**ualiter felicitas exteriorum indiget bonorum. 61
2. Quod etiam felicitas secundum essentialia considerata prout est in vnoquoque exterioribus indiget. 62
3. Quod virtus sit de numero assuebilium. 63
4. De opinione eorum qui dixerunt quod per exercitationem generatur virtus vel felicitas aliter quam per assuefactionem vel disciplinam. 65
5. Vtrum opinio eorum vera sit, qui dixerunt felicitatem homini aduenire per quandam diuinam particulam. 66
6. Vtrum per fortunam adueniat virtus, & quid sit fortuna in nobis. ibid.
7. Quod ex his quæ dicta sunt ostenditur quod felicitas sit de numero diuinissimorum. 67
8. Quod dicta de felicitate concordant à principio dictis, & quod brutum & puer non sunt felicia. 69
9. De opinione Solonis vtrum vera sit. ibid.
10. Vtrum prosperitas & aduersitas aliquo modo referantur ad mortem secundum felicitatis rationem. 70
11. De solutione inductæ quæstionis. 71
12. Quod talis operatio immobilis felicitatis, maxime operatur bona vitæ, & fortunæ ferre

in decem Libros Ethicorum.

- ferre decenter. 72
13. Quod felix ad infelicitatem non transmutatur. 73
14. Quod felicitas etiam secundum quod in exterioribus, est felix in vita ante mortem. ibid.
15. De conclusione eorum quæ dicta sunt contra Solonem. 75
16. De solutione quæstionis inductæ vtrum fortunæ amicorum redundent ad felicitatem amicorum. ibid.
17. Vtrum fortunæ amicorum aliquam circa mortuos faciant immutationem. 76

TRACTATUS VIII.

De premio felicitatis quod est honor, & quod laus non est premium.

- Cap. 1. **Q**uod felicitas non est de numero laudabilium. 78
2. Quod diuini boni & optimi tantum est honor, & quod derideretur laus si attribueretur ei. 79.

TRACTATUS IX.

Quod de felicitate tractantem oportet tractare de virtute, & propter virtutem de quibusdam particulis animæ.

- Cap. 1. **Q**uod oportet tractare de virtute propter felicitatem. 80
2. Quod tractandum est de partibus animæ quantum sufficiens est ad propositum. 81
3. Quod propter virtutem tractandum est de particulis animæ. ibid.
4. Quod irrationale non subiectum virtutis, quod specie irrationale est. 82
5. De rationali, quod suscipere potest formam rationis. 83
6. De collectione omnium quæ dicta sunt, vt videatur quid sit proprium subiectum vniuscuiusque virtutis. 84
7. De diuisione virtutis secundum potentias accepta. 85



LIBER II.

TRACTATUS I.

De principiis generalibus virtutum in nobis.

- Cap. 1. **D**e acceptione virtutum per diuisionem. 86
2. Quod moralis virtus generatur ex assuetudine. 87
3. Qualiter per consuetudinem virtutes generantur. 88
4. Quod omnis virtus ex eisdem diuersimode se habentibus generatur & corrumpitur. 89

5. Quæ qualitates attendendæ sunt in operationibus quæ generant virtutes. 90
6. De tertia & quarta qualitate operationum. 91
7. De quinta quæ est signum iam generati habitus. ibid.
8. Quod omnis virtus est circa delectationes optimorum operatiua. 93
9. Quod difficilius est moderari delectationem quam iram. 94
10. Qualiter iusta operantes iusti dicuntur fieri, & non esse. ibid.
11. Quod in virtutibus scire ad bene virtutis parum vel nihil prodest. 95

TRACTATUS II.

De principiis formalibus per quæ colligitur virtutum diffinitio.

- Cap. 1. **D**e genere virtutis. 97
2. Quod virtus est habitus bonus. 98
3. Quod virtus est medium. 99
4. Quod virtus non tantum est medietas, sed etiam coniectura mediæ. 101
5. De causa propter quam virtus est in bono, & propter quam est circa difficilia, & de conclusione & collectione diffinitionis virtutis. 102
6. Quod non omnis passio vel operatio suscipit medietatem. 103
7. Qualiter diffinitio data, secundum singula aptatur. 104
8. De oppositione extremitatum ad medium & ad seinuicem. 108
9. Quod maior est oppositio extremorum ad inuicem quam ad medium. 109
10. Quod dissimiliter opponuntur extrema mediis, ita quod vnum plus & aliud minus. ibid.
11. Quod quia difficillimum est venire ad medium, documentis intendendum est quibus ad medium veniatur. ibid.
12. Quod propter singularia in quibus est actus, hoc maxime difficile est venire ad medium. 111



LIBER III.

TRACTATUS I.

De voluntariis & electione & voluntate quæ sunt principia operationum quarum nos domini sumus.

- Cap. 1. **Q**ualiter tractatus de voluntario & electione &c. pertinet ad scientiam moralem. 112
2. De inuoluntarij diuisione. 113
3. De inuoluntario per violentiam. ibid.
4. De operationibus mixtis ex voluntario & inuoluntario. ibid.
5. Quid pro quo sit sustinendum vel operandum in talibus. 114
6. Quod iudicium in talibus valde est difficile, quale pro quali sit eligendum. 115

Index Tractatum & Capitem,

7. Delectabilia exteriora non inducunt actionem quæ à turpibus excuset. 116
8. De inuoluntario pen ignorantiam. ibid.
9. Quod aliud est propter ignorantiam operari, & per ignorantiam & ignorantem. 117
10. Qualiter omnis malus ignorans est, & non inuoluntarius. 118
11. Ignorantia vniuersalis non facit inuoluntarium, sed ea quæ in singularibus est. ibid.
12. De explanatione circumstantiarum in quibus est actus. 119
13. Quid sit voluntarium. 120
14. De electione in quo genere sit ponenda. 121
15. Quod electio non sit in genere voluntatis, nec in genere opinionis. 123
16. Quid sit electio. 125
17. Quod considerandum est de consilio, & de quo potest esse consilium. ibid.
18. De quibus per nos operabilibus est consilium. 127
19. Quid quæritur in consilio. 128
20. De voluntate, cuius sit sicut subiecti & finis. 128
21. Quod operationes quæ sunt consiliabiles ad fines, voluntariæ sunt, & ideo laudabiles vel vituperabiles. 130
22. De opinione Socratis in libro qui dicitur Mennonis, quæ est contra ea quæ dicta sunt. 132
23. De epilogo eorum quæ dicta sunt. 133

TRACTATVS II.

De fortitudine.


- Cap. 1. **Q**uæ virtutes quædam dicuntur cardinales, alia autem adiunctæ. 134
2. Circa quæ sicut circa materiam sit fortitudo. 135
3. Circa qualem mortem sit fortis. 136
4. Qualiter circa terribilia mortis in bello est fortitudo. 137
5. Comparatio fortitudinis ad extrema sua. ibid.
6. De adiunctis fortitudini. 139
7. De adiunctis fortitudini, experimentalibus scilicet & militari. 140
8. De fortitudine furoris, quæ est vna de fortitudinibus veræ fortitudini adiunctis. 141
9. De fortitudine quæ est ex spe sine præsumptione. 141
10. De fortitudine quæ est ex ignorantia. ibid.
11. Quod fortitudo magis est sustinendo quam audendo. 143

TRACTATVS III.

De temperantia.

- Cap. 1. **Q**uæ in eodem libro immediate post fortitudinem de tempe-

- rantia sit agendum. 144
2. Circa quas delectationes in genere sit temperantia. 145
3. Quod non in omnibus est quæ per formam corporalem delectant. 146
4. Non nisi in tactu delectatio temperantiæ consistit, & in gustu secundum quod est quidam tactus. 147
5. Circa quas concupiscentias sit temperantia. 149
6. Qualiter circa delectationes & tristitias est temperantia. 150
7. Quot modis dicitur intemperans. 151
8. De comparatione oppositorum fortitudinis ad oppositum temperantiæ. ibid.
9. De comparatione timoris & intemperantiæ secundum relationem ad subiecta in quibus sunt. 152



LIBER IV.

TRACTATVS I.

De liberalitate & magnificentia.

- Cap. 1. **Q**uæ sint virtutes adiunctæ, & quæ sit prima inter eas. 154
2. Qualiter circa vsum pecuniæ sit liberalitas & vitia opposita. 156
3. De proprio actu liberalitatis. 157
4. Quis liberalior sit ex accipitis vel ex hereditate possessis diuitiis. 158
5. De comparatione liberalis ad accipere & dare. 159
6. De prodigalitate. 160
7. Qualiter prodigus melior est illiberali. ibid.
8. De illiberalitate quæ plus opponitur liberalitati quam prodigalitas. 161
9. Quod consequens est tractare de magnificentia, & quid sit magnificentia. 163
10. De proprietatibus magnificentiæ. 164
11. De comparatione magnificentiæ ad liberalitatem. ibid.
12. De condecorantibus magnificentiam. 165
13. De oppositis malitiis magnificentiæ. 166

TRACTATVS II.

De virtutibus adiunctis perficientibus irascibilem.

- Cap. 1. **C**irca quid sit magnanimitas, & qualiter sit virtus adiuncta. 167
2. Qualiter magnanimitas sit virtus, & quid sit illud magnum circa quod est. 168
3. De proprietatibus magnanimi secundum comparationem ad virtutem quæ in magnis dignum facit. 169
4. Qualiter magnanimitas secundario est circa magnitudinem diuitiarum vel fortitudinem. 170
5. De


Index Tractatum & Capitem,

5. De proprietatibus magnanimi secundum comparationem ad ea quæ consequuntur magnanimum. 171
6. De proprietatibus magnanimi quæ ipsum consequuntur in quantum in operatiuus est. 173
7. De pusillanimo & chaymo à opponuntur magnanimo. 174
8. De virtute adiuncta quæ circa honorem est secundum quod honor consistit in gradu honoris. ibid.
9. Quid & qualiter sit mansuetudo. 176
10. De oppositis mansuetudini. 177
11. Vtrum abundantia & defectus medio habitui magnis opponatur. 178

TRACTATVS III.

De virtutibus tertio loco adiunctis

- Cap. 1. **D**e amicitia & oppositis vitii. ibid.
2. De veritate circa quid æqualiter sit veritas. 180
3. De vitiiis oppositis veritati. 182
4. De eutrappelia circa quid sit. 183
5. De vitiiis oppositis eutrappeliæ: & epilogo eorum quæ de tribus virtuti l usdicta sunt. 184
6. De mediæ verecundiæ. ibid.



LIBER V.

TRACTATVS I.

De nominis multiplicitate quid est iustitia.

- Cap. 1. **Q**uid vocatur iustitia generaliter. 186
2. Quot modis dicitur iustitia iniustus & iustus. 188
3. De iustitia legali. 189
4. De laudibus iustitiæ generalis. 190

TRACTATVS II.

De vtraque iustitia speciali.

- Cap. 1. **Q**ualiter sit querenda iustitia specialis, & an sit querenda iustitia specialiter dicta. 192
2. De speciali iustitia in communi: qualiter à iustitia generali distinguatur. 193
3. De diuisione iustitiæ specialis & proprietatibus partium diuidentium. 194
4. Quod vtrumque dictorum medium est inter plus & minus. ibid.
5. Quod medium in distribuendis iuxta proportionem geometricam accipi debet.

- 195.
6. De iustitia commutativa. 197
7. Quod iustitia commutativa stat in æqualitatis medio. 199
8. De sententia Pythagoricorum qui dixerunt non æquale secundum proportionem esse iustum. 200
9. In quibus commutationibus contrapassum est iustum: & in quibus non. 201
10. Quid sit illud vnum quo mensurata commutabilia ad proportionis reducuntur æqualitatem. 203
11. Qualiter iustitia medium est extremorum secundum super abundantiam & diminutionem dictorum. 205
12. Ex quibus operibus innascatur iustitia. 206.

TRACTATVS III.

De modis iustitiæ qui per similitudinem quandam ad specialiter dictam iustitiam accipiuntur.

- Cap. 1. **D**e iustitia politica quæ principaliter quæritur. ibid.
2. De iusto dominatio paterno economico. 207
3. De iusto politico & naturali. 208
4. De errore quorundam qui iustum naturale non vniuersum apud omnes determinant. 209
5. De differentia iusti & iustificationis: iniusti & iniustificationis. 210
6. De modis iusti & iniusti: & iustificationis & iniustificationis. 211
7. De differentia eorum que secundum tales modos sunt iustificationum. 213
8. Vtrum aliquis volens iniustum patitur. ibid.
9. Si est volentem aliquem sibi iniustum facere. 215
10. Quod non est in potestate hominis: quando vult iustum vel iniustum esse. 216
11. In quibus sit iustitia: siue inter quos sit. ibid.

TRACTATVS IV.

Est de Epycheya & iusto metapharico.

- Cap. 1. **Q**uid sit Epycheya & Epycheyes. 217
2. Vtrum secundum aliquem modum iusti vel iniusti contingat aliquem sibi ipsi iniustum facere. 219
3. De comparatione Pleonexis & Meonechtis ad se inuicem & ad medium. 220
4. De iusto metapharico. ibid.

in decem Libros Ethicorum.

LIBER VI.

TRACTATUS I.

De principiis virtutum intellectualium.

- Cap. 1. **D**E principio formali quod est medium. 221
 2. Quod vniuersalis determinatio medij ad hoc quod medium determinate sciatur non sufficit. 222
 3. De diuisione rationis in scientificum & rationatum siue intellectum speculatiuum & practicum. 224
 4. De tribus quæ dominantia sunt actus & veritatis. 226
 5. Quod affirmare & negare in intellectu sequitur prosequi & fugere in appetitu. 227
 6. De mente speculatiua. 228
 7. De quibus factis per nos sit consilium. 229

TRACTATUS II.

De virtutibus intellectualibus sigillatim.

- Cap. 1. **D**E muneratone habituum quibus dicitur verum. 230
 2. De scientia quid est secundum quod est virtus animæ. 231
 3. Qualiter ex præcognitis sit scientia. 232
 4. Qualiter de scientia primo tractatur inter intellectuales. 233
 5. De arte circa quid sit. 234
 6. Quod omnis ars circa generationem est. ibid.
 7. Qualiter fortuna & casus sunt circa artem. 235
 8. De arthecnyia & modis artis. ibid.
 9. De prudentia circa quid sit. ibid.
 10. De possibilibus aliter habere est prudentia, & de differentia prudentiæ scientiæ & artis. 236
 11. De differentia artis & prudentiæ in hoc quod temperantia saluat prudentiam & non artem. ibid.
 12. De differentia qua virtus dicitur esse artis & non prudentiæ. 238
 13. In qua parte animæ sit prudentia, & de differentia intellectus secundum substantiam & secundum habitum dicti. ibid.
 14. De constitutione formarum ab intellectualibus substantiis. 239
 15. De positione Stoicorum circa constitutiones formarum. 240
 16. Qualiter peripathetici dicunt quod intellectiua pars altera est ab opinatiua. 241
 17. De quatuor quæ sequuntur ex dictis peripatheticorum. 242

18. De intellectu secundum quod est virtus intellectualis. 244
 19. De sapientia quid sit & circa quid sit. 245
 20. Quod sapientem oportet scire quæ ex principiis & ipsa principia. 246
 21. De differentia sapientiæ & prudentiæ secundum quod sapientia est honorabilissimorum. 247
 22. De probatione per signum quod sapientia non sit prudentia. 248
 23. De differentia sapientiæ & prudentiæ quæ sumitur penes hoc quod sapientia est tantum vniuersaliū: prudentia vero particularium. 249
 24. Quod politica & prudentia sunt idem habitus differentes à sapientia. ibid.
 25. De differentia sapientiæ & prudentiæ sumpta penes hoc quod diuersorum sunt perfectiones secundum ætatem. 250
 26. De differentia prudentiæ scientiæ & intellectus. 251

TRACTATUS III.

De virtutibus adiunctis prudentiæ.

- Cap. 1. **D**E Eubulia in quo sit genere. 252
 2. De differentiis constitutivis Euboliæ, & de collectione diffinitionis eius. 253
 3. De Synesi & Afynesia quid sint. 254
 4. De Gnome quid sit. ibid.
 5. De differentia horum habituum adiuuicem. 255
 6. Quo istæ virtutes quodammodo naturales sunt. 256

TRACTATUS IV.

De dubitationibus quæ oriuntur ex his quæ determinata sunt.

- Cap. 1. **A**N viles sint virtutes intellectuales. ibid.
 2. Quod prudentia non potest esse sine morali virtute, & de solutione obiectionis superius inductæ. 258
 3. Quod virtus moralis non est sine prudentia. 259
 4. Quod Socrates dixit virtutes esse prudentias. 260
 5. De connexionione virtutum cum prudentia. ibid.

in decem Libros Politicorum.

LIBER VII.

TRACTATUS I.

De continentia & incontinentia.

- Cap. 1. **Q**ualiter tractatus de continentia & virtutibus hominis pertinet ad alium tractatum quam præcedentia. 262
 2. De dubitationibus circa continentiam & incontinentiam. 264
 3. De distinctionibus quæ præparatoriæ sunt ad solutionem inductarum dubitationum. 267
 4. De solutione dubitationis quantum ad dubitantem, licet non sit sufficiens ad rationem. 268
 5. De solutione huius dubitationis conaturali & vera, & quæ est ad solutionem ad omnes. 270
 6. De continentia & incontinentia per respectum ad materiam circa quam sunt. 271
 7. Circa quæ delectabilia sit continentia simpliciter dicta, & circa quæ continentia quædam. 272
 8. Quare continentia quædam & non simpliciter est circa delectabilia quædam. 273
 9. De comparatione incontinentiæ simpliciter ad incontinentiam iræ. 275
 10. De comparatione incontinentiæ simpliciter ad incontinentiam bestialitatis. 276
 11. De comparatione continentiæ cum suis oppositis ad temperantiam & intemperantiam. 277
 12. De comparatione continentiæ ad intemperantiam in speciali. 278
 13. De continentia secundum proportionem passionis quæ in ipsa est ad rationem regentem, & de differentia ipsius ad habitus qui in hac parte sibi similes videntur. 280
 14. De dissimilitudine continentiæ ad virtutem, & qualis virtus sit continentia. 281

TRACTATUS II.

De delectatione.

- Cap. 1. **D**E introductione istius tractatus: & qualiter speculetur ab Ethico. 283
 2. De positionibus antiquorum & improbationibus eorum circa delectationem. 284
 3. De solutione rationum inductarum. 285
 4. De rationibus factis contra eos qui dicebant delectationem non esse optimam. 287
 5. Quare tristitiæ corporales in eo simpliciter sunt vniuersaliter malæ, cum delectationes super abundantiarum rerum corporaliū. *D. Ab. Mag. de Ethic.*

- vniuersaliter malæ sin t. 288
 6. De distinctione delectationis bonæ à delectatione mala. 290

LIBER VIII.

TRACTATUS I.

De amicitia secundum se & partibus eius.

- Cap. 1. **Q**uare oportet Ethicum tractare de amicitia. 291
 2. Quæ querenda sint de amicitia, & quæ essentialiter sint definitiua ipsius. 293
 3. De speciebus amicitia. 294
 4. Qualiter amicitia delectabilis & vtilis cum vera amicitia habet similitudinem. 296
 5. De comparatione amicorum secundum diuersas amicitias. 297
 6. Quod vera amicitia non potest esse simul ad multos secundum comparationem ætuum. 298

TRACTATUS II.

De diuisione amoris secundum diuersitatem amantium.

- Cap. 1. **D**E diuersitate amicitia secundum diuisionem generalem amantium; in qua requiritur quod in eodem sint redamatio & amatio. 299
 2. De quibusdam quæ sunt talis amicitia imitationes, non veritates. 301
 3. Inter quos & qualiter mansua sit talis amicitia. ibid.
 4. De solutione quæstionum in principio huius libri inductarum. 302

TRACTATUS III.

De differentiis amicitia distributis secundum differentias urbanitatum.

- Cap. 1. **P**enes quæ principium & differentia accipiatur urbanitatum. 303
 2. De speciebus politiarum in communi; penes quas amicitia species accipiuntur. 304
 3. De similitudinibus harum urbanitatum in æconomicis. 306
 4. De distributione amicitia secundum quantumlibet urbanitatem. 307
 5. Vtrum æqualis amicitia sit in transgressionibus urbanitatum. ibid.
 6. Quod amicitia cognata & æthairica separantur à politica; & ideo alia accidentia habent ab ipsa. 308
 7. Qualis sit amicitia parentalis. 310
 8. De

in decem Libros Ethicorum.

8. De amicitia viri & vxoris. ibid.
 9. In quibus amicitia fiant actiones determi-
 nanda per politicam. 311
 10. Qualiter & quibus modis fiant actiones
 in hac amicitia. 312
 11. Quomodo mensuretur talis amicitia: re-
 tributio. 313
 12. Quod in amicitia bonorum non est accu-
 satio. ibid.
 13. De accusatione amicitia: quæ est differen-
 tium personarum. 314



LIBER IX.

De impedimentis amicitia.

TRACTATUS I.

*De impedimentis quæ sunt ex parte
 modorum amicitia & cau-
 sarum sumptis, & non ex
 parte amicorum.*

- Cap. 1. **D**E enumeratione impedimento-
 rum in communi. 315
 2. Quæ sit mensura qua talis contentio diri-
 mi non potest. 316
 3. De dubitationibus multiplicibus quæ sunt
 in talibus retributionibus. 318
 4. De dubitatione & consolatione dubitali,
 quæ emergit circa ea quæ dissolunt ami-
 citiam. 319

TRACTATUS II.

*Determinat impedimenta accepta penes
 defectus eorum quæ essentialia sunt
 amicitia.*

- Cap. 1. **D**E principiis amicitia: penes quo-
 rum defectus impedimenta su-
 muntur. 320
 2. De impedimentis penes defectum princi-
 piorum prædictorum acceptis. 323
 3. De benevolentia secundum quod deficit ad
 veræ amicitia: rationem. 324
 4. Qualiter concordia se habeat ad ami-
 citiam, & in quo deficit à ratione ipsius. 325
 5. De beneficentia qualiter se habeat ad ami-
 citiam.

TRACTATUS III.

*De dubitantibus consequentibus ad
 ea quæ de amicitia deter-
 minata sunt.*

- Cap. 1. **Q**uis secundum virtutem sit amator
 sui ipsius. 328
 2. Vtrum felix est per se sufficiens cum indi-
 geat amicis. 331
 3. De naturali eiusdem quæstionis solutione.
333
 4. Vtrum plurimos conueniat habere amicos,
 & ad quem numerum determinate. 334
 5. Vtrum in bonis fortunis vel malis magis
 quis indigeat amicis. 336
 6. De modo in quo veri amici communicant.
337



LIBER X.

De felicitate contemplatiua.

TRACTATUS I.

De delectatione.

- Cap. 1. **D**E causis propter quas tractan-
 dum est de delectatione. 338
 2. De opinione Eudoxi, qui delectationem
 per se bonum esse dicebat. 340
 3. Qualiter Plato infirmavit rationes Eudoxi.
341
 4. De instantiis contra rationes Platonis, qui-
 bus probat delectationem non esse per se
 bonum. 342
 5. Responso ad rationes eorum, quibus pro-
 bant delectationem secundum se non esse
 bonum. 344
 6. Quid sit delectatio secundum virtutem.
345
 7. Quod delectatio operatio perfecta est.
346
 8. Quod delectatio in operante perficit ope-
 rantem. 347
 9. Quare appetuntur ab hominibus delecta-
 tionibus. 348
 10. Quod propria delectatio confirmat ope-
 rationes, & de delectationum differentia
 propriarum & alienarum. 349
 11. De differentia delectationum penes puri-
 tatem & impuritatem operationum. ibid.

in decem Libros Ethicorum.

TRACTATUS II.

De felicitate contemplatiua.


- Cap. 1. **I**N quo genere operationum sit ope-
 ratio felicitatis contemplatiua. 351
 2. Secundum quam virtutem sit felicitas con-
 templatiua, & quæ sint differentia: consti-
 tuentes eam. 352
 3. Quod talis vita preciosissima est & nobi-
 lissima. 355
 4. De felicitate perfecta intellectus specula-
 tiui. 357
 5. In quantum indiget exterioribus felicitas

contemplatiua. 358
 6. Quod speculatiuus felix Deo amantissimus
 est. 359

TRACTATUS III.

*De sufficientia istius operis ad faciendum
 bonos secundum legem positiuam.*

- Cap. 1. **Q**uod persuasiuus sermo insufficientes
 sit cum legum coactione. ibid.
 2. Qualiter legibus quis disponitur ad bo-
 num. 361
 3. Quod scientia legis positiuam tradenda est:
 eo quod ab aliis est neglecta. 362



D. Alb. Mag. de Ethic.

INDEX

TRACTA



INDEX

Capitum, in decem Libros Politicorum.

LIBER PRIMVS.

Cap. I. **D**E ciuitate, eius gubernatore, partibus, domo pago. 1
De œconomia. 10
3. Vtrum aliquis sit natura feruus, & aliquis natura liber, & aliquis natura dottinus. 14
4. De duplici seruo. 19
5. De potentia gubernandi, dominationis ac gubernationis differentia. 22
6. De possessione, acquisitioneque secundum naturam ac necessaria, animalium præcipueque hominum vitis variis, ac veris diuitiis. 24
7. De pecuniaria, vbi multa de numi vsu. 29
8. De vsu pecuniariz. 38
9. De mariti potestate, & patris, tum de virtutibus eorum, tam qui præfunt, quam qui seruiunt. 43



LIBER II.

Cap. I. **S**ocratis opinio refutatur omnem vnionem & communitatem in ciuitate constituentis apud Platonem. 43
2. Bonorum communio reiicitur, quam statuit Socrates. 62
3. De ea reip. Socratis parte, in qua de legibus agit, & eius redargutio. 74
4. De Phalæ, quæ & Carthagenensium est, reipub. 83
5. Hyppodamus reipublicæ formam quam instituit. 90
6. Hyppodami reipublica examinatur & refellitur. 93
7. De Lacedæmoniorum reipublica quantum ad seruos, mulieres, & possessiones. 99
8. De Lacedæmoniorum reipublica quantum ad principes, populum & bellatores. 106

9. De Cretensium reipublica. 112
10. Antiqua Carthagenensium reipublica consideratur. 117
11. De reipublica Solonis, & variis institutibus rerumpublicarum. 122




LIBER III.

Cap. I. **D**E ciuitate, & quot modis ciuis dicatur, deque vera eius definitione, & qua nota ciuitas eadem, vel alia sit æstimanda. 128
2. Vtrum boni viri, bonique ciuis eadem sit virtus. 136
3. An opifices sint dicendi ciues. 142
4. De prima ciuitatum origine, deque imperiorum discrimine. 145
5. Rerumpublicarum diuisio, siue de rectis pariter & vitiosis. 149
6. De iure democratico, & oligarchico, de ciuitatis fine, virtute, ac vitio. 153
7. Quem oporteat in ciuitate dominari, & nonnulla de repetendis rationibus. 158
8. Quid maximè in conferendis magistratibus, & condendis legibus spectandum, & de ostracismo. 167
9. De regno, & regni speciebus. 179
10. An ab optimo viro, vel ab optimis legibus gubernari magis expediat, & vtrum regnatura potestatem habere debeat, qua eos qui parere nolunt, vi cogere possit, & quid regi congruat, quid optimatibus, quid reipublicæ. 185

LIBER

in decem Libros Politicorum.




LIBER IV.

Cap. I. **Q**uæ & qualia in constituenda reipubl. politicum considerare oporteat, & quomodo sibi mutuo opponantur bonæ ac malæ formæ rerump. 199
2. Quare tot diuersæ rerumpublicarum inueniantur species, & quæ sint earum præcipuæ, tum ex aliorum, tum vero ex propria opinione. 205
3. De partibus ciuitatis. 210
4. De speciebus democratiæ, & oligarchiæ, quæ sunt ex congregationibus. 215
5. De speciebus democratiæ, & oligarchiæ, quæ sunt ex moribus. 221
6. Quot sint rerumpublicarum species, & de Aristocratiæ variis speciebus. 225
7. De ea quæ nomine generis reipublica peculiariter appellatur. 227
8. De tyrannide, eiusque speciebus. 234
9. De mediocribus in reipublica, atque vbi plures sunt eiusmodi, firmiter esse reipublicæ statum. 235
10. Quæ reipublica quibus, & qualis qualibus sit accommodata. 242
11. De tribus reipubl. partibus, quæ in constituenda reipublica præcipue spectantur, consilii scilicet, magistratibus & iudiciis. 248
12. De magistratuum diuisione. 254
13. De magistratuum constitutione. 260
14. De iudiciis, & qua ratione in singulis creandi sunt rebuspublicis. 263



LIBER V.

Cap. I. **D**E causis mutationum rerumpublicarum, & quæ hic consideranda. 267
2. De origine seditionum ac causis. 272
3. De mutationibus Democratiæ, & earum modis. 286
4. De mutationibus Oligarchiæ, & earum modis. 291
5. De mutationibus Aristocratiæ, & earum modis. 297
6. De omnium ac singularium rerumpublicarum conseruatione. 303
7. De mutationibus Monarchiarum ac corruptionibus. 317
8. De Monarchiarum conseruatione. 331
9. Socratis opinio de causis mutationum rerumpublicarum reiicitur. 345



LIBER VI.

Cap. I. **D**E proprietatibus vniuscuiusque politiæ, & quis sit finis popularis gubernationis. 351
2. De iure status popularis, & quo pacto obseruandum. 358
3. De optima status popularis forma. 361
4. Quomodo instituendi duo posteriores modi status popularis. 366
5. Quomam modo instituenda sit oligarchia. 374
6. De necessariis in ciuitate magistratibus. 379



LIBER VII.

Cap. I. **D**E optima vita, & ciuitate beata. 388
2. Vtrum eadem vnus & totius ciuitatis sit felicitas, vtrum vita actiua an contemplatiua præferenda sit, & in qua consistit felicitas. 393
3. Quanta debet esse multitudo ad conuenientem ciuitatis magnitudinem. 404
4. Optimæ regionis, & situs vrbs condiciones, & vtrum vile necne vicinam mari esse ciuitatem. 409
5. Quales debeant esse natura cines, de quibus laudantur Græci, & quales vrbs custodes. 415
6. De veris ciuitatis partibus, tum quæ necessaria sint ciuitati. 418
7. Vtrum omnia ciuitatis omnibus communicari possint mûnia. 421
8. De partitione regionis. 428
9. De situ ciuitatis, de munitione item ac ornatu eiusdem. 430
10. De ædibus sacris, foris, & locis comestationum. 435
11. De beatitudine, quibusque mediis ad eam perueniri soleat, tum quo pacto ad virtutem perueniatur. 439
12. Vtrum semper iidem esse debent qui parent, & qui imperant, an contra vicissim mutari debeant. 444
13. Quis sit constituendæ finis reipublicæ, pax nempe an bellum aut imperium, & quales in reipublica virtutes requirantur. 447
14. A quo primum eruditio facienda sit, & quæ circa coniugia ac liberorum procreationem consideranda sint ac peragenda. 454
15. De liberorum educatione. 462

LIBER

Index Capitulorum,



LIBER VII.

Cap. I. **V**trum publicè, & quibus, & quomodo civium instituendi sint liberi. 469

2. De quatuor disciplinis, quibus instituendi videntur civium liberi, & maxime de musica & gymnastica. 473
3. De musica pulchra disceptatio, & quo pacto ea imbuendi sint adolescentes. 480
4. Vtrum musica sit disciplina, & quid ad virtutem, & ad animam conferat. 483
5. Quibus instrumentis sit utendum. 491
6. De harmoniis, rythmis, numerisque. 494



PRIVILEGE DV ROY.

LOVYS par la grace de Dieu, Roy de France & de Navarre, à Nos Amez & feaux Conseillers, les Gens tenans nos Cours de Parlements, Maistres des Requestes ordinaires de nostre Hostel, Baillifs, Seneschaux, Preuosts, leurs Lieutenants, & a tous autres de nos Iusticiers & Officiers qu'il appartiendra, Salut: Nostre cher & bien Amé JEAN-ANTOINE HUGVETAN, le fils, Marchand Libraire à Lyon, Nous a fait remonstrer qu'il desireroit imprimer les *Oeuures d'Albert le Grand*, ce qu'il ne peut faire sans grand frais, desquels il craindroit d'estre frustré s'il n'auoit Nos lettres sur ce nécessaires, lesquelles il nous a tres-humblement suppliés de luy accorder. A CES CAUSES, Nous auons permis & permettons par ces presentes, à l'Exposant d'imprimer ou faire imprimer, vendre & debiter en tous les lieux de nostre obeissance ledit liure, en vn ou plusieurs Volumes, en telles marques, en tel Caractaire, & autant de fois qu'il voudra, durant vingt ans entiers & accomplis, à compter du iour que chaque Volume sera acheué d'imprimer pour la premiere fois: & faisons tres-expresses deffences à toutes personnes de quelle qualité & condition qu'elles soyent de l'imprimer, faire imprimer, vendre ny debiter en aucun lieu de nostre obeissance sous pretexte d'augmentation, correction, changement de tiltre, fausses marques ou autrement, en quelque sorte & maniere que ce soit, sans le consentement de l'Exposant ou de ceux qui auroit droit de luy, à peine de quinze mille liures d'amande, payables par chacun des Contreuenans, & applicables vn tiers a Nous, vn tiers à l'Hostel Dieu de Paris, & l'autre tiers audit Exposant, de confiscation des Exemplaires contrefaict, & de tous depens dommages & interests, à condition qu'il sera mis deux Exemplaires dudit Liure en nostre Bibliotheque publique, & vn à celle de nostre tres-cher & Feal le Sieur Seguier, Cheualier Chancelier de France, auant que l'exposer en vente à peine de nullités des presentes. Du contenu desquelles Nous voulons que vous fassiez iouir plainement & paisiblement l'Exposant, ou ceux qui auront son droit, empeschant qu'il ne leur soit donné aucun empeschement, Voulons aussi qu'en mettant au commencement ou à la fin de chascun Volume dudit Liure, vn Extraict des presentes, elles soient tenies pour duement signifiées, & que foy soit adioustée & aux coppies collationnées par l'vn de nos Amez & feaux Conseillers & Secretaires, comme à l'Original. Mandons au premier Nostre Huissier ou Sergent sur ce requis, de faire pour l'execution

d'icelles, tous exploits necessaires fans demander autre permission. CAR TEL EST NOSTRE PLAISIR, nonobstant Clameur de Haro, Chartre Normande, & autres lettres à ce contraires. Donné à Paris le neuvième iour de Novembre, l'an de grace mil six cens quarante-quatre, & de nostre Regne le second.

Signé par le Roy en son Conseil.

CONRART.

Ledit Huguetan a associé au susdit Priuilege Claude Prost, Pierre & Claude Rigand, Freres, Hierosme de la Garde, pour en iouyr avec luy durant le temps porté par iceluy, conformément à leur Scrit du 7. Fevrier 1644.

Imprimer pour la premiere fois, le dernier Mars 1651.

D. ALBERTI



D. ALBERTI MAGNI,
RATISBONENSIS EPISCOPI,
ORDINIS PRÆDICATORVM,
ETHICA.

LIBER PRIMVS.
TRACTATVS I.

De communibus qua oportet sciri.

CAPVT I.

De nobilitate huius scientie.



Tex. com. 1.

Vm omnis scientia sit de numero bonorum & honorabilium: tamen quando vna comparatur ad alteram, vna alia melior est & honorabilior, quanto illa est de melioribus & honorabilioribus, si cut. tradit Arist. in primo de anima. Cum igitur omnes scientie alie hoc modo sint de bonis & honorabilibus, quia sunt de his que per denominationem & informationem bona & honorabilia dicta sunt: sola autem moralis sit de bono & honorabili per essentiam dictis, cuius ipsa substantia est bonitas & honestas, constat moralem alias omnes scientias excellere in bono & in honorabili.

Adhuc autē, scientie in hoc excellunt se inuicē quod mirabiliorum sunt: mirabilia autem sunt que secundum suam causam difficulter ab homine agnoscuntur: & etiam illa scientia mirabiliorum est; & que altiorum est, & que difficile est homini cognoscere. Constat illam scientiam mirabilissimorum esse, que secundum sui vlti-

D. Alb. Mag. lib. 1. Ethic.

mam perfectionem non nisi altissima & firmissima in ipsis mirabilibus cōtemplatur. Hoc autem habet moralis scientia sola inter omnes, quod quantum ad vltimam sui perfectionem que est hominis in quantum homo est, secundum intellectum simplicem & diuinum in solis admirabilibus firmis & puris versatur & negotiatur. Et primum quidem istius rationis scribitur in primo de anima. Secundum autem est dictum Aristot. in 10. Ethic. vbi loquens de intellectu diuino sic dicit, Admirabiles habet philosophia delectationes firmitate & puritate.

His etiam adiungitur. Socra. quidem dicit, quod virtus omnium bonorum totiusque prosperitatis causa est. Sola quoque virtus est, que res impossibiles ad mirabilem redigit facilitatem. Nobilior igitur aliis est secundum Socratem in quantum ipsa causa est omnis nobilitatis. Vtilior, in quantum est omnis prosperitatis causa, in qua quilibet adipiscitur quod sperat. Ad singulas autem videtur esse administriculum, eod quod singulas redigit ad facilitatem.

Ad hoc etiam facit, quod alie omnes scientie ad quaedam perficiunt cognoscendo tantum. Nulla autem secundum bonum & honestum perficit scientem secundum esse, ita scilicet quod ipse bonus & honestus sit. Hanc autem prerogatiuam sola habet moralis, quod sui possessorem secundum esse perficit boni & honesti. Hec autem est causa, ut dicit Apuleius,

A quod

Tex. c. 8

Ethic. minic. Alis sit

quod antiqui Philosophi omnibus aliis scientiis decursus, in ista vitam finierunt. Hæc etiam est causa, quod Auic. hanc scientiam dicit esse ultimam partem scientiæ diuinæ quæ ultimam addit perfectionem: propter quod & ipse ultimam partem primæ philosophiæ suæ facit esse moralem.

Ethica ordinat omnia que in homine sunt.

Quod autem maximè ea quæ dicta sunt, constare facit, hoc est, quod nulla scientia hominis secundum omnia quæ de natura hominis sunt, ordinatiua est & perfectiua nisi sola moralis. Hæc enim secundum virtutem moralem ordinatiua est animalitatis, secundum intellectualem ordinatiua discursiue rationis. Discursam autem rationem dico quæ in querendo & ponderando res de vno discursit in alterum. Secundum eam autem quæ heroica dicitur virtus, ordinatiua & perfectiua est mentis. Mens autem vocatur vis animæ rationalis omnibus inferioribus secundum rationem boni & honesti metas imponens. Secundum virtutem autem contemplatiuam perfectiua est intellectus diuini tam in contemplando quam in delectando.

Ad hoc autem cum virtus vltimum sit potentia in vnoquoque: vltimum autem in vnoquoque completum est & perfectum: constat illam scientiam optimorum esse quæ est de ipsa ratione virtutis, qua vnumquodque dicitur esse completum & optimum. Sola autem moralis habet hoc: propter quod Socrates dixit, quod laus virtutis est, quod omnium rerum perfectio consistit in ipsa.

CAPVT II.

An de virtute possit esse scientia.

De virtute igitur intendentes, primo oportet soluere dubitationem Socratis quam Plato ponit in lib. qui dicitur Menonis, vbi probat, quod virtus nec discibilis nec assuescibilis est. Et quod non est discibilis & scientia de ipsa esse non potest, sicut confirmatur rationibus: quarum prima est: quia omne quod discibile est & scibile, ratione accipitur quæ stat ad causam vel signum. Omnes autem rationes morales stat ad opus, sicut dicit Arist. in lib. de anima. Et idè videtur multis de selecta Stoicorum, quod virtus non sit scibilis nec discibilis: & si nec scibilis nec discibilis est, nulla scientia potest esse de ipsa.

1. ratio.

lib. 3. de ani. tex. com. 57.

Adhuc, scientia est de his quæ habentur ex præexistenti cognitione principiorum. Principia autem sunt intelligibilia. Cognitione autem virtutis nullo modo procedit ex talibus, sed potius ex perseverare in difficilibus quæ nullo modo sunt alicuius cognitionis principium. Cum igitur scibile sit ex principiis scibilium procedit, & virtus ex talibus non procedit, videtur Stoicis, quod virtus non sit scibilis.

2. ratio.

3. ratio.

Ad hoc autem obiciunt adhuc tres alias rationes: quarum duæ sunt penes consequentiam argumentationis sumptæ, & tertia penes effectum. Prima penes consequentiam sumpta est hæc: quia quod discibile est, per argumenta-

tionem probatur. Si ergo virtus scibilis est, oportet quod scientiam habet argumentatiuam. Aut igitur perfectam habet argumentationem, aut imperfectam. Perfectam habere non potest. Cum enim substantia virtutis sit medium: medium autem virtutis determinatum sit quoad nos & non simpliciter: vniuersalis propositio de medio virtutis accipi non potest. Et cum omnis discursus syllogisticus perfectus sit ab vniuersali, constat quod perfecta argumentatio haberi non potest vbi vniuersale deest. Imperfectam etiam habere non potest. Illa enim esset vel enthymema, vel exemplum, vel inductio. In enthymemate autem quod est argumentatio rethorica ad minus minor vera esse ponitur, & maior quæ subiectetur, probabilitatem habet. Sed de virtute loquendo minor nulla est, & maior esse non potest. Ex quo enim stat ad opus, & affectus est. Affectus autem nec maior nec minor est in discursu syllogistico. Exemplum etiam haberi non potest: quia quod in vno valet, in alio nocet, sicut dicit Socrates, & ex quo vnus accipit virtutem, alius deturbationem. Inductio etiam nulla est. Inductio enim est singularium in quibus mixtum est vniuersale ad probationem vniuersalis. Illatio autem talis & inductio hic esse non potest: quia quod in vno est, in alio non est, quoad virtutis adaptionem.

Adhuc quædam obicit Socrates: quia principia scibilis sub vno aliquo accipiuntur: medium enim refertur ad maiorem extremitatem, & minor ad medium. Principia autem virtutis nullo modo sic se habent. Si enim demus principia virtutum secundum Aristot. sunt scire & velle perseverare in difficilibus quæ nullo modo sic ordinabilia sunt: quia scire & velle perseverare non sunt vnus generis, nec alicuius proximæ communitatis. Et aliquando etiam contraria inter se: quia quod scire determinat, velle aspernatur, & opus aliquando non consentit. Ex talibus igitur non potest procedere aliquod scibile. Si autem principia secundum Stoicos dantur, principia virtutis sunt hominis ad animam conuersio, animi depurgatio, & virtutis à diis donatio, quæ iterum nullum influxum habent ad aliud scibile. Virtus igitur nullum discibilium nec scibilium est bonorum.

4. ratio.

Obicit etiam penes effectum argumentationis. In omni enim argumentatione per scientiam conclusionis consequentiæ homo suum adipiscitur intellectum, qui secundum Socratem etiam actu ante fuit apud ipsum, licet non claresceret. Secundum Aristot. autem ad minus potentia fuit apud ipsum. Et dico potentiam habitualement, quamuis non distinctam. In rationibus autem de virtute propriis nihil penitus talium adipiscitur, sed potius patiendi vel agendi facilitatem: quæ facilitas nullius argumentationis potest esse. Virtus igitur non est discibilis.

5. ratio.

Adhuc, Eadem existente acceptorum memoria vel obliuione interueniente aliqua, & perditur & acquiritur virtus. Quod sic perditur & acquiritur, ab his quæ sunt in memoria non causatur. Et sic vltimus sequitur, quod scibilis non sit per disciplinam acquisita virtus, cum

6. ratio.

Virtus est donum deorum secundum Socratem.

Quare Socrates sacrificia & orationes instituit.

Determinatio quomodo virtus sit scibilis.

Ad 12

Cap. 24.

cum ad omnem acceptionis partem nullam habeat dependentiam.

Propter rationes inductas Socrati placuit, quod virtus nec discibilis, nec assuescibilis sit, sed sit donum deorum. Et hoc quod homo per multam puritatem assimilationem ad deos consequitur: & tunc bona quæ in diis radicantur, hominibus infundantur. Et hæc dona dicit esse virtutes, quæ quidem in diis radicabiliter sunt, in hominibus autem participiter: propter quæ etiam sacra & orationes instituit: eo quod dixit ista non immobiliter, sed potius electiue consistere in voluntate deorum.

Nos autem quia de morali virtute intendimus, & secundum Aristot. de selectæ quæ dicitur Peripateticorum intentione quantum ad præsens sufficit, dicimus virtutem esse scibilium bonorum, si secundum substantiam & ea quæ substantiæ insunt, consideretur: sic enim est quoddam ens particulare subiectum cui passionibus insunt, & differentia quæ per propria principia scibilium sibi probantur inesse. Si autem virtus accipiarur secundum esse quod habet in virtuosos, sic bene concedimus, quod quantum ad proxima principia non est discibilis, sed vel assuescibilis, ut dicit Aristot. vel donum Dei, sicut dicit Socrates. E hoc est, quod quidam dixerunt, quod in omni scientia duo sunt: doctrina, & vsus. Doctrina est sicut informans & dirigens, vsus autem sicut exuens & faciens. Scientiam quæ est doctrina de re, vocant scientiam docentem. Illam autem quæ est de vsu, vocant virtutem. Et quantum ad doctrinam considerando virtutem, scientia est de ipsa & ipsa est scibilis.

Nec obstat, quod primo obicitur, quod moralis stat ad opus: dicitur enim stare dupliciter scientia ad aliquid, scilicet sicut ad terminum operis, vel sicut ad finem intentionis. Et scientia moralis docens, licet ster ad conclusionem vel ad medium quod est causa vel signum sicut ad terminum operis sui sicut decursus syllogisticus, tamen non stat in ipso sicut in fine intentionis, sed refertur ad opus quod est operatio virtuosus. Hæc solutio confirmatur per hoc quod dicit Aristot. in 2. Topic. quod vna scientia est plurimum velut amborum finium: vnus tanquam finis, alterius tanquam eius quod est ad finem. Huius exemplum est quod Auic. ponit, quod duæ scientiæ exiguntur ad viellare. Vna quidem quæ est chordarum compositionis, & altera quæ est de motu vel tactu chordarum. Scientia enim compositionis chordarum docet componere & diuidere chordam ad sonum grauis vel acuti vel medij, & hoc per causas & rationes huius compositionis. Alia autem scientia vtens quæ ex frequenti motu digitorum & chordarum tactus est acquisita. Et sic est in moribus duplex scientia, sicut patet per antedicta. Simile est in medicina secundum illas duas partes scientiæ, quas vocant theoreticam & practicam, sicut est in scientia molendini, & scientia eius quod est molere: & in omnibus scientiis quæ de ingeniis vocantur. Nec hoc mirum: quia etiam in disciplinalibus est. Sic enim se

D. Alb. Mag. lib. 1. Ethic.

habet geometria ad cosmimetriam secundum omnes sui partes, scilicet planimetricum; profundimetricum, & altimetricum: sic arithmetica ad calculariam: sic astronomia ad diuinariam: sic musica ad omnes musicas operationes.

Quod autem secundo obicitur, quod scilicet cognitio virtutis ex scibilibus non procedit. Dicendum, quod cognitio virtutis duplex est, scilicet experimentalis, & quæ est effectus demonstrationis. Et experimentalis quidem cognitio virtutis est, qua scitur virtus inesse per conscientiam virtutis & inclinationem virtutis ad motum, & per vigorem virtutis intelligendo medium. Et hæc agnitio non procedit ex scibilibus immediatè: sed illa quæ est effectus demonstrationis, ex scientia quæ docet de virtute haberi potest.

Ad 2.

Cognitio virtutis duplici.

Quod autem vltius obicitur, quod in scientia de virtute consequentia rationis esse non potest, non tenet nisi de virtute quæ secundum esse consideratur quod habet in virtuosos. Quia & ipse Socrates hoc dicendo disputabat, argumentationes perfectas & imperfectas proferebat, quas in vniuersalibus & intelligibilibus radicari oportebat.

Ad 3.

Et quod consequenter obicitur, quod in principiis virtutis ordo esse non potest medij ad maiorem, vel minoris ad medium, eodem modo soluitur: quia hoc intelligitur de virtute secundum esse quod habet in virtuosos. Hoc enim, sicut Tullius dicit, in modum naturæ est; & non in modum scientiæ vel rationis. Et idè per pura agentia disponentia & facientia inducitur sicut forma naturalis. Aliter tamen theoretica scientia haberi potest de virtute sicut & de alio entre ex principiis intelligibilium & scibilium.

Ad 4.


Ad id quod vltius obicitur penes argumentationis effectum. Dicendum, quod absque dubio verum est, quod cum argumentatio sit instrumentum quo scientia accipitur in ea, hoc proprium per aliquem modum adipiscitur intellectum: & sic est scientia de virtute. Principia enim quæ sunt de virtute, per naturam sunt apud nos, sicut principia aliorum entium particularium de quibus sunt scientiæ particulares. Non enim plus quam alia animalia perceptibiles essemus scientiarum nisi principia scibilium essent apud nos, quibus tanquam instrumentis ad scientias rerum procedimus. Et hæc scientia quidem de virtute, licet non sit proximum principium virtutis secundum esse perfectum, tamen est principium primum: & secundum quod est proximum & intrinsecum, quod ipsius virtutis generatiua est, quod est in difficilibus perseverare, sui regiminis & informationis habet influxum: & sic virtutis primum & formale est principium: quod tamen in procedendo per velle & perseverare circa formam insuit regimen, & efficitur proximum & immediatum.

Ad 5.

Ad hoc autem quod vltimo inducunt, iam patet responsio per antedicta: quia licet virtus non dependeat ad accepta secundum sui generationem in subiecto, tamen forma agentium ipsam in subiecto, accipitur de

Ad 6.

A 2 scientia



scientia docente: quia velle & perseverare in difficultibus non generant virtutem nisi informata ratione recta quam sapiens determinavit. Et sic scientia docens principia forma est, cuius virtute velle & perseverare virtutem generant.

CAPUT III.

Cui parti philosophia supponatur.

SI autem secundum prædicta conceditur, quod de virtute est scientia, consequenter quærendum est, cui parti philosophiæ supponatur? Et de ista questione valde diversa sentiunt Peripatetici & Stoici. Videbatur enim Stoicis, quod nulla esset philosophia nisi moralis, tribus rationibus. Et una est: quia dixerunt, quod hæc est perfecta philosophia, qua homo per omnem puritatem animæ adipiscitur seipsum. Hic enim est intellectus adeptus, propter quem (sicut dicunt) anima posita est in corpore. In adeptione autem virtutis moralis, intellectualis, heroicæ, & divinæ, siue contemplatione secundum omnem partem sui adipiscitur seipsum. Per virtutem igitur acquiritur perfecta intentio totius philosophiæ. Et sic adeptio virtutis vera est philosophia. Primam huius argumentationis propositionem supponunt quasi per se notam. Tamen ratio eius est: quia finis vniuscuiusque in ipso est, & non in alio: & si intellectus philosophando adipisceretur alienum, ex illo alieno non esset perfectus. Nihil enim perficitur ex alieno. Si ergo perficitur philosophando, ex adeptione propriæ oportet quod perficiatur. Minorem verò probant ex partibus sufficienter enumeratis. In animalibus enim virtutibus perficitur homo secundum bonum animalitatis. In rationalibus perficitur ratio secundum verum rectæ rationis. In heroicis perficitur homo in inferioribus ordinatis ad superiora secundum optimum bene constitutæ mentis. In admirabilibus autem & contemplatiuis perficitur homo & adipiscitur seipsum in omni sua parte: & cum philosophia non sit ad aliud, videtur Stoicis non alia esse philosophiam nisi de virtute.

Opinio Stoicorum. 1. ratio.

2. ratio.

3. ratio.

Secunda ratio eorum est, quod de imperfectione rei non potest esse scientia: quia cum imperfectum sit distans à perfecto, distantia hæc infinitis modis est, & non potest fieri de ea disciplina nisi per accidens, scilicet ex scientia perfecti, sicut dicit Arist. quod rectum est iudex sui & obliqui: perfectum autem vnumquodque in principis & potentia principiorum est, quod attingit vltimum. Vltimum autem est virtus. Sicut igitur perfectio vniuscuiusque in virtute, ita scientia vniuscuiusque, est virtutis eius scientia. Eadem enim sunt principia sciendi & essendi, sicut probatur in prima positione philosophiæ.

Tertio obiciunt ad idem, quod nulla scientia secundum omnem partem hominis colligit omnia perfectiva nisi sola moralis. Aliæ

enim secundum quasdam partes, existimationis sicut poetica, opinionis sicut rethorica, rationis sicut logica, vel intellectus, demonstrativa secundum solum scire perficiunt, & non secundum esse. Ethica autem secundum partem illam quæ persuasibilis est ratione, & secundum partem rationis, & secundum mentem, & secundum intellectum, secundum scire & esse perficit. Facit enim scire tam sapientialia quam intellectualia & rationalia tam in agendis quam faciendis, & scientialia, & in omnibus his facultatem perfectam ministrat ad agendum: & sic ipsa sola perfecta philosophia est, ut videtur Stoicis.

Scientia moralis perficit hominem secundum omnes partes eius.

Et ideo dixit Plato, sicut recitat Isaac in libro de diffinitionibus, quod prima philosophiæ diffinitio est sui ipsius cognitio. Quod exponens Isaac in eodem dicit, quod homo cognoscens seipsum perfectè, cognoscit omne quod est. Seipsum autem perfectè non cognoscit, nisi vnumquodque eorum quæ sunt in ipso cognoscat secundum vltimum & optimum quod est virtus ipsius.

Prima philosophia diffinitio secundum Platonem, est sui ipsius cognitio.

Hoc est etiam quod dicit Democritus, quod homo sapiens est mensura omnium eorum quæ sunt: per sensum enim est mensura sensibilium, & per intellectum est mensura intelligibilium. Mensuratur enim vnumquodque sui generis primo & simplicissimo. Primum autem & simplicissimum vniuscuiusque generis, virtus eius est. Virtus ipsius igitur est principium cognoscendi vnamquamque rem. Cognitio igitur omnis rei perficitur in cognitione virtutis eius.

Homo sapiens secundum Democritum, est mensura omnium eorum quæ sunt.

Sunt autem quidam his rationibus instantes, volentes solvere prædicta per æquivocationem nominis, dicentes, quod alia est virtus quæ est pars honesti in moribus, & alia est illa quæ est vltimum rei vniuscuiusque. Dicunt enim illam quæ est pars honesti in moribus, non esse extremum, sed medium: propter quod etiam in medietate consistere dicitur. Virtus autem quæ vltimum vniuscuiusque extremum potestatis eius est, quando aliquid vltimum sui nominis attingit & rationis. Hi autem quod dicunt non bene intelligunt: quia dicit Arist. quod virtus etiam moralis in passionibus quidem est medium, sed in bono est extremum. Et ibidem adaptat ei diffinitionem quam in secundo cæli & mundi dedit, scilicet quod virtus est extremum potentia in re. Socrates autem princeps philosophiæ Stoicorum dicebat, quorum una ratio virtutis est in omnibus, scilicet quando quælibet res secundum suas potentias & principia attingit perfectum & vltimum. Tunc enim nullo indiget, & agere potest secundum operationem, sibi connaturalem propriam & non impeditam. Secundum hoc enim accipitur virtus vniuscuiusque rei. In hac igitur communi ratione, scientia virtutis, est scientia perfectionis vniuscuiusque rei in esse, & in agere & pati secundum actiones & passiones proprias consequales & non impeditas. Philosophia quantum vniuscuiusque rei est philosophia de virtute ipsius: siue enim sit philosophia communis, vel propria, non nititur cognoscere rem nisi in se & in partibus &

Contra opinionem Stoicorum. Virtus capitur dupliciter.

& secundum actiones & passiones proprias quæ insunt ei.

Peripatetis econtra videtur, quod nulla penitus sit de morali virtute scientia. Et hoc quatuor nituntur probare rationibus, ante quatuor tamen rationes supponentes quandam distinctionem, scilicet quod alia est scientia quæ rationes rerum cognoscit, & alia quæ vitur. Utens tamen instrumenta & principia accipit ab ea quæ rationes rerum cognoscit. Verbi gratia. Quod rotundorum vulnerum difficilis sit cura, propter quid agnoscit geometra: assignat enim quod facilius est reducere centrum ad circumferentiæ extremum, quam extremum circumferentiæ ad aliud: & medicus formam huius rationis habens apud se, consolidationem vulneris rotundi producere nititur per ebullitionem carnis à medio paulatim ante dilationem vsque ad extremum. Similiter igitur si moralis scientia est scientia vsualis, eius formam debet tenere actualis eius. Doctrinalis autem cum consistat in intellectu & decursu syllogistico, tota est in intellectu. Intellectui autem in conceptione maioris, & minoris, & consequentia conclusionis nullo modo attendit moralis vsualis, nec concedit. Quod per hoc patet: quia idiota efficitur virtuosus, nullam conceptionem habens de intellectualibus. Patet ergo, quod vsualis non responderet ei quæ docet causas & rationes: & ita videtur, quod moralis nullum modum habet philosophiæ.

Opinio Peripateticorum.

Scientia est duplex.

1. ratio.

2. ratio.

3. ratio.

Responsio secundum Avic.

Philosophia dicitur dupliciter.

Adhuc de quibuscumque est philosophia, oportet quod habeant causam stantem, & ordinatam. Nihil autem eorum habet scientia moralis, cum sit de his quæ sunt subiecta voluntati hominis & electioni. Et sic videtur, quod scientia moralis non sit in genere philosophiæ.

Adhuc autem in omni scientia principali & vrente, vtens vitur instrumento quod præparavit & docuit principalis, quæ rationes & causas novit operis. In scientia autem morali vtens nullo doctrinali præparato instrumento vitur. Instrumenta vero eius sunt velle & perseverare in difficultibus, quæ in nulla doctrinali præparantur scientia.

Ad hoc autem videtur dicendum esse sicut dicit Avic. quod philosophia in communi dicta dicitur duobus modis, scilicet quia est de re philosophica, vel de modo. De re autem philosophica in communi dicta sunt tres, scilicet secundum triplicem rationem mediæ in demonstrativo syllogismo, aut enim hoc est simplex ex solis principis substantiæ dependens: & hæc est metaphysica. Aut est concretum in sui ratione concernens subiectum vel materiam. Et si concernit subiectum quod quantitas est tantum, est mathematica secundum quatuor matheis differentias. Si autem concernit materiam contrarietati subiectam, est physica. Et sic sunt tres philosophiæ partes essentielles. Ea autem quæ propter philosophiæ modum philosophia dicitur, dupliciter dicitur, scilicet aut propter modum extrarem, aut propter modum in materia positum. Propter modum quidem extrarem logica philosophia est. Propter modum autem in mate-

D. Alb. Mag. lib. 1. Ethic.

ria positam omnis scientia particularis philosophia est. Et sic moralis modum philosophiæ ponens in his quæ sunt virtutis, & in actibus humanis proponendo, assumendo, & concludendo philosophiæ modum, philosophus appellatur.

Ad hoc ergo quod obicitur, quod vsualis formam non habet principalis scientiæ in moribus. Dicendum, quod falsum est. Omnis enim forma cum sit in formato à formante potest attendi secundum potestatem formati, vel secundum potestatem formati: est propriè & secundum esse accipitur prout esse habet in formato, quia secundum potestatem formati operatur, reducens tamen in id quod operatur in quantum possibile est ad rationem & formam operantis. Diximus autem in præcedentibus, quod principia proxima efficiuntia virtutem siue sint velle & perseverare in difficultibus secundum Aristot. siue deputare mentem & assimilare diis secundum Socratem, non generarent virtutem, nisi mutuata sibi forma ratione virtutis, quæ determinata est à scientia docente. Et ideo hoc modo philosophia est de principis virtutis: quia de ratione virtutis est, quod informata principia virtutis generant virtutem.

Ad rationes Peripateticorum.

Ad 1. Forma attenditur dupliciter.

Principia proxima virtutis efficiunt.

Et si dicatur quod idiota efficitur virtuosus qui non concipit rationem virtutis. Dicendum, quod concipere duobus modis est: per modum naturæ, & per modum scientiæ. Per modum enim naturæ concipit, qui nihil rationis habet, sicut hætispile concipit ignis actionem, & febris caloris naturalis concipit actionem. Et ideo dicit Tull. in sine prima rethoricæ, quod virtus est in modum naturæ rationi consentaneus habitus.

Causa virtutis Responsio.

Virtus quæ

Quod autem dicunt, quod virtus non habet causam stantem & ordinatam, nullius valoris est argumentatio: quia ea quæ nec stantia sunt nec ordinata in esse, rationem tamen habent stantem & ordinatam, sicut omnia naturalia quæ omnia fluctuantia sunt, & opinioni, & non scientiæ subiecta sunt, sicut dicit Plato in secunda parte Timæi. tamen de rationibus eorum est vera scientia. Ex forma enim & ratione non habent fluctuationem, sed ex materia in qua sunt.

Ad 2.

Ad id quod obicitur de instrumento quod non videtur scientia principalis præparasse. Dicendum, quod est præparatio duplex, scilicet præparatio substantiæ, & præparatio formæ quæ substantiam informat. Omnis autem scientia particularis sibi parat substantiam instrumenti sui: formam autem accipit ab ea quæ est forma omnium, sicut à logica. Et sic facit ethica. Substantiæ enim principiorum suorum propriorum ipsa parat. Formam autem secundum quam agunt, à docente accipit. Sed in hoc est differentia, quod cum principia proxima vniuscuiusque rei sint de substantiæ & genere ipsius cuius sunt principia, oportet quod propria principia scibilibus sint scibilia, & propria principia operabilia sunt operabilia. Et tam causa scibilibus quam operabilium principia, secundum formam radicantem in scientia docente oportet quod sint activa.

Ad 3.

Præparatio duplex.

4 ratio. Et ab illo sumitur quarta ratio Peripatericorum quæ dicit, quod ex operabilibus principiis nihil constituitur in aliqua parte philosophia, quæ est de scibilibus, collocandum. Cum igitur totum negotium ethicum quantum ad vltimum finem ex operabilibus principiis constitutatur, non potest negotium morale in aliqua parte philosophiæ rationalis, vel naturalis, vel mathematicæ, vel metaphysicæ collocari: sed speciali genere continetur, quod philosophia moralis vocatur.

Deciso quaestione. Quamuis autem concedamus moralem scientiam aliquo modo esse de consideratione philosophiæ: non tamen cum Stoicis concedimus hanc esse solam philosophiam. Est enim philosophia de quibusdam de quibus essentialiter est, de quibusdam propter modum, sicut diximus in præcedentibus. In his autem in quibus propter modum philosophiæ, est distinctio quædam. Quædam enim illorum sunt perfectum modum habentia, sicut scientia demonstratiua. Quædam autem habent imperfectum: & hæc quadrupliciter sunt. Imperfecta autem argumentatio sui imperfectione primo deficit, quod non facit certitudinem: & primum quod sub certitudine fieri potest ex argumentatione, est fides, secundum quod Arist. in tertio de anima dicit, quod opinio innata rationi ut sit fides. Hoc facit argumentatio topica. Deficiens autem plus, non generat fidem, sed præsumptionem, sicut argumentatio rhetorica.

Argumentatio duplex. Adhuc autem ulterius deficiens, non generat nisi estimationem in quibusdam imaginibus sumptam, sicut sunt rationes poeticae. In omnibus tamen his ex admiratione quædam proceditur: propter quod ordo præmissarum ad electionem disponitur, ut id quod miramur, ex principiis aliquo modo cadat in notitiam. In ethica autem adhuc minus est: in his enim opus est conclusio, sicut dicit Arist. quod practicae rationes sunt ad opus. Minor autem propositio, affectus est impetum faciens in opus. Maior autem sola est, quæ ex determinatione rationis proponitur. Tamen quia omnis animæ vis ad hoc opus aliquo modo mouetur, sicut dicit Augustinus in 6. super Gen. ad literam, & sicut probat Arist. in tertio de anima, oportet affectum qui facit impetum ad opus, informatum accipere forma rationis proponentis. Verbi gratia, dicente ratione in venere esse delectabile secundum naturam, affectus motus delectabilis quod proponit ratio, impetum facit, & stat in opere per quod idem delectabile acquiritur. Et sic ratio proponit, affectus assumit in opere sicut in fine, & conclusionem stat decursus talis consequentiæ: & propter modum hunc rationis ethica spectat ad philosophiam.

Tertio de anima r. co. 58. Et quod Socrates obiicit, quod in scientia virtutis tota acquiritur philosophiæ intentio. Dicendum, quod hoc non est verum, nisi virtus valde largè accipiatur, scilicet pro vltimo quod perfectio est omnis rei quæ est in potentia. Sic autem virtus in multis generibus est, & vnicuique dici non potest. Et si etiam consideretur de tali virtute esse scientia, illa non esset moralis.

Ad rationem Socratis.

Vnde quod dicunt Stoici, quod anima est in corpore ut adipiscatur seipsam. Dicendum, quod hoc verum est, & bene concedendum videtur, quod per virtutem anima maxime adipiscitur seipsam, sicut & per intellectum contemplatiuum. Sed hanc adeptionem non potest facere scientia moralis, licet eam faciat virtus & opus virtutis. Virtus enim ad perfectum ducit modum naturæ: & idem est arte certior. Sed practica ratio ab omni ratione deficit, sicut in præcedentibus diximus. Quamuis enim affectus mouetur in visum: tamen nõ est necesse, quod affectus concordet determinationi rationis: imo ratione dicente fugere, forte prosequitur visum: & eadem dicente imitari, forte fugit. Sed hoc forte verum est, quod nunquam mouet neque mouetur fugiendo, vel imitando, nisi per visum. Et idem talis scientia ab Arist. non scientia, sed potentia vocatur: quia sicut potentia est indeterminata inter esse & non esse, sic talis scientia inter facere & non facere: cum tamen practica sit & in opere stare debeat. Et idem per talem modum tam vmbrosum intellectus hominis non adipiscitur seipsum, sed estimationem quandam accipit. Vnde deceptus est Socrates. in hoc quod scientiæ morali attribuit quod tribuere debuit virtuti secundum esse quod habet in virtuoso.

Ad 2. Ad aliud autem quod obiicit, planum est soluere, quod generalissima sui significatione accipiunt virtutem secundum quam moralis non considerat de ipsa: nec est specialis scientia de virtute hoc modo dicta.

Ad 3. Ad id quod ulterius obiiciunt, dicendum est, quod in veritate virtus hominis completè perficit hominem secundum omnem sui partem. Sed secundum hoc oportet, quod tunc accipiatur in vltimo posse suo. Verbi gratia, quod sapientia quæ est virtus intellectualis, duobus modis potest considerari, scilicet in ratione virtutis, vel in vltimo posse suæ actionis. Et si consideratur in ratione virtutis, hoc modo quoddam bonum est hominis ut homo est, perficiens intellectum. Per hanc tamen rationem non est in vltimo posse suæ actionis: imo in quantum sapientia est habitus omnium spiritualium perfectè scitorum. Sic enim in omnibus agit sapienter. Sed hoc modo supponit multas scientias, & maxime philosophiam primam. Et sic est videre in aliis virtutibus. Et quantum ad talem considerationem virtutes intellectuales comparantur ad ea de quibus sunt. Et quantum ad illam considerationem, in considerationem moralis scientiæ non veniunt. Propter quod etiam sine aliis adeptionem sui ipsius & perfectionem animæ non faciunt.

Ad rationem Platonis. Et quod dicit Plato de philosophiæ diffinitione non sic intelligitur: sed cum homo sit animal rationale morale, diffinitio hæc duobus modis potest intelligi, quod vnum quodque, scilicet difficultum reducat in principium, sicut mortale in prima principia mortalitatis, & rationale in prima principia rationalitatis: & sic sub principiis illis in communitate acceptis cognoscitur omne quod est.

Sed

Tex. com. 1.

Ad rationem Democ. Mensurans est dupliciter.

Sed hæc est confusa & imperfecta cognitio, & quæ non est philosophica. Dicit enim Aristot. in principio physicae, quod scire & intelligere contingit circa omnes scientias ex cognitione principiorum, causarum, & vsque ad elementa quæ proxima sunt & propria: & sic determinata ad naturam accepta diffinitoria faciunt cognitionem in natura propria. Et hoc modo non sunt principia omnium: imo diuersorum diuersa sunt principia: quia dicuntur elementa.

Ad dictum Democriti, dicendum, quod si sustineri debeat, oportet distinguere, quod dupliciter est mensurans, primum scilicet, & proprium. Id autem quod mensurat in omni re & in numerum ponit, est id quod finit & perficit ad esse, quod est species: & hoc est proprium mensurans. Quia tamen sensus est species specierum sensibilium, & intellectus specierum intelligibilium, idcirco sensus & intellectus sunt prima mensurantia. Et hoc modo intellecto dicto Democriti non sequitur, quod homo secundum omnem modum sui perficiatur adeptione virtutis. Ergo hoc etiam virtuti conceditur, non sequitur hoc de scientia morali: quoniam valde debilis est, sicut patet per antedicta.

CAPVT IV.

Virum sit scientia theoretica vel practica?

His autem habitis videndum est, vtrum sit scientia theoretica, vel practica, vel etiam mechanica, vt quibusdam placuit. Omnia enim tria acceperunt opinionem: & illi quidem qui dicunt theoreticam esse, confirmatur hoc ex modo scientiæ. Dicunt enim, quod scientia moralis est quæ est docens & doctrina vocatur, doctrinaliter procedens diffinitione, scilicet & per diffinitionem passionum de subiecto concludendo qui modus totus theoreticus est: & quod plus est, etiam doctrinaliter est & demonstratiue. Hoc etiam ostendunt à fine. Finis enim est scientia communis quæ non est nisi theoreticæ partis, vt dicunt.

Qui autem dicunt practicam, quatuor nituntur rationibus: quarum vna est ex fine sumpta, & innitur dicto Arist. quo ipse distinguit inter practicas & speculatiuas rationes, dicens, quod practicae stant ad opus: & intelligit de moralibus: morales igitur practicae sunt omnes.

Alia ratio est fortior. Omne enim quod ad finem aliquem ordinatur, formam finis concipit per quam ad finem mouetur. Docens autem moralis constat, quod ad finem ordinatur operabilis. Ergo etiam in docendo tam in principiis quam in conclusionibus semper habet rationes operabilis. Rationes autem operabilium per ipsas suas species practicae sunt. Moralis igitur tam docens quam vtens practica debet reputari.

Tertio obiiciunt, quod in omnibus talibus vbi docens est & vtens scientia, docens regit vtentem. Aut ergo regit sub ratione scibilis,

Opinio, quod sit speculatiua. 1. ratio.

2. ratio.

Opinio, quod sit practica. 1. ratio. Lib. 3. de anima. tex. com. 58.

2. ratio.

3. ratio.

aut sub ratione operabilis. Constat, quod non est sub ratione scibilium. Hoc enim est in vniuersali & sub principiis vniuersalibus, quæ nulla regula operis esse possunt. Regit ergo sub ratione operabilis & per regulas operabilium. Quæcumque autem regit, practica est, vt dicunt Philosophi. Moralis est igitur practica scientia.

Quarto obiiciunt: quia scientia moralis & scientia est, & operabilis est. Vnde aliquid habet scientiæ & aliquid operabilitatis. In omni autem scientia id quod scientiæ est, sicut dicit Tull. collectio præceptorum est ad eundem finem tendentium: & hoc videmus in scientia morali, quod colligit omnia præcepta quæ tendunt ad finem operabilis secundum morem. Idem per hoc quod colligit, scientia est: & per hoc quod refertur ad finem operabilis, practica est: propter quod practica & non theoretica debet reputari. In speculatiuis autem non est talis collectio ad finem alium, qui non sit speculationis finis.

Hi autem qui dicunt mechanica, iuuant se per hoc quod in omni mechanica id quod artis est, deseruiens est operi constituto: sicut patet in lanificio, & in edificatiua, & in omnibus aliis. In scientia autem morali optimus ille est, qui id quod scitur de ea, refertur ad opus: mechanicae igitur habet modum.

Ad hoc dicendum videtur, quod scientia moralis practica est tam docens quam vtens. Docens enim non docet nisi sub ratione operabilis: quia aliter ex principiis eius & conclusionibus ad opus procedi non posset. Ad hoc autem quod scibile est de moribus, non volumus propter se sicut in aliis speculatiuis scientiis: & idem non quærimus ipsum nisi ad opus.

Et quod primi dicunt esse de modo doctrinali. Dicendum, quod non assumunt talem modum doctrinæ propter se, sed vt regina operis esse possit. Et hoc assumere doctrinale non est doctrinaliter.

Et quod dicunt de fine, simpliciter vanum est. Habitu enim est in præcedentibus, quod scire quod acquiritur scientia morali, non est nisi terminus considerationis moralis, & non est terminus considerantis. Hic enim non considerat, nisi vt referat ulterius ad opus quod est finis intentionis eius.

Ad hoc autem quod dicunt, qui eam mechanica esse dixerunt. Dicendum, quod nullo modo mechanica est, sed liberalis. Et hoc probat Arist. in principio ethi. Libera enim est omne illud quod per se & propter se volumus: hoc autem est in istis operatio maxime.

Et quod obiiciunt de modo, dicendum quod hoc non valet. Modus enim communis est, & non proprius mechanicae: & à modo communi speciale non potest inferri: esset enim ibi processus ex affirmatiuis in secunda figura. Attendendum tamen est, quod secundum dicta Philosophorum non omnis scientia dicitur theoretica vel practica, sicut bene probat Auicenna. Et istæ partes non conueniunt scientiæ nisi quæ est operatiua. Et hoc modo

4. ratio

Opinio, quod sit mechanica.

Deciso quaestione.

Ad rationem prima opinionis.

Ad rationem tertia opinionis. Ca. 2.

Scientia moralis dicitur & practica & speculatiua.

bene concedimus, quod moralis docens the-
rica est, & moralis vtens practica: in omni-
bus enim talibus theōrica ad proximum or-
dinatur. Hoc autem subtiliter probat Auic.
in 9. philosophiæ suæ ostendens, quod hæc
speculatio est quæ speculando colligit rerum
actiones & species reducendo in principia &
causas: qui modus resolutionis vocatur. Et
cum prima sint in quibus stat vt in vtilissima
& simplicissima penitus moralia sunt ad mores.
Practicus autem intellectus componendo pro-
cedit & determinando scilicet actum cum
circumstantiis: & hoc sic determinatum affe-
ctum ostendit & excitat ad motum, qui sic
excitatus impetum facit, & sic per motum af-
fectus intellectus practicus suas rationes in
opere ponit. Vnde constat, quod & finis af-
fectus opus est, à quo sine tam docens quam
vtens scientia, practica vocatur, large acci-
piendo practicam, secundum quod practi-
ca dicitur, rationes operabilium consi-
derans.

CAPVT V.

De quo sit ista scientia sicut de
subiecto?

Cum autem omnis scientia sit de aliquo
sicut de subiecto, sicut dicit Arist. oportet
inuestigare quid sit subiectum huius
scientiæ. Et de hoc tres inueniuntur diuersi-
tates. Tullius enim videtur dicere, quod ge-
nus quod omnia ambit moralia, honestum
est, quod etiam sic diffinit, Honestum est
quod iuauiter nos trahit, & sua dignitate al-
licit. Et sic tractans de moribus, de honesto
& partibus eius tractare deberet. Quod si cõ-
cedatur, non satis videtur rationale, quod
accidens alicuius de quo tractatur in scientia,
debeat esse subiectum. Accidens enim
passio subiecti est, & non subiectum. Hone-
stum autem quod ab honore dicitur, præmiũ
est virtutis, vt dicit Arist. & non virtus. Hone-
stum enim est, cui honor debet exhiberi. Cum
igitur de virtute tractet moralis, cui ex præ-
mio accidit honestum esse, honestum non
potest esse subiectum scientiæ moralis, sed
aliqua passio probata de subiecto.

Opinio Tullij
de subiecto
scientiæ mo-
ralis quid sit.

Contra Tull.

Opinio Stoico-
rum.

Contra Soer.

Stoicis autem placuit, & maxime Socrati,
quod virtus secundum hoc quod est vltimum
in bono, esset id de quo considerat moralis
sicut de subiecto. Sed hoc stare propter
hoc non potest: quia vltimum in bono in eodem
genere est cum eo cuius est bonum: &
talia vltima ad vnum genus nullo modo pos-
sunt reduci. Scientia autem vna est, vt dicit
Arist. in primo poste. quæ est vnius generis
subiecti. Adhuc autem, nulla vnitate dicta
principia possunt inueniri, & per quæ vnum
quodque in boni sui vltimum possit reduci.
Vltimum autem vniuscuiusque boni, princi-
piis vnius particularis scientiæ, qualis est sci-
entia moralis, non potest determinari.

Opinio Plat.

Propter hoc dixit Plato, quod boni prout
est omnis boni causa & ratio, esset id de quo

considerat moralis, sicut sibi videtur impone-
re Arist. in primo ethi. Hoc autem iterum
stare non potest: quia si omnis boni bonum
dicatur idea boni, hoc in opere poni non
potest. Id autem quod considerat ethicus, ad
hoc considerat vt in opere ponatur. Conside-
ratio igitur ethica de idea boni non est. Si au-
tem bonum boni dicatur ratio boni, hæc ra-
tio boni in diuersis generibus boni diuersa
est, & ideo sub vna scientia terminari non
potest.

Contra Pla.

Deciso qua-
stionis.

Propter quod secundum Arist. dicendum
est, quod bonum hominis in quantum est ho-
mo, subiectum est moralis scientiæ: homo
autem in quantum homo est, intellectualis
& rationalis est. Hoc autem, sicut dicit Gre-
Nazian. est duplex. Est enim rationale & in-
tellectuale, cuius substantia ratio & intelle-
ctus est: & est intellectuale & rationale, quod
participat aliquo modo ratione, & hoc est quod
est rationi obediibile & persuasibile ratione,
sicut concupiscibilis & irascibilis, quæ licet
partes sensibiles animæ sint, tamen dicto mo-
do participant id quod est rationis: & sic sunt
hominis in quantum homo est in quo stat per-
fectio eius in bono alterius animalis. Homi-
nis igitur bonum in quantum homo est, est vlti-
mum. Hæc autem est virtus secundum qua-
tuor differentias ipsius, quæ sunt moralis, in-
tellectualis, heroica, & diuina.

Rationes inductæ contra Tullij & Stoicos
& Platonem, satis improbant intentiones eor-
um. Sic autem diuidendo, quod bonum ho-
minis in quantum homo est, huius scientiæ
sit subiectum, diuiditur scientia secundum
diuisionem boni. Hoc enim bonum accipitur
vt perfectum, vel vt dispositio perfecti. Et
perfectum quidem est felicitas. Dispositio au-
tem perfecti virtus est, dicente Tull. quod
virtus est dispositio perfecti ad optimum. Fe-
licitas autem est secundum actiuam vel con-
templatiuam: & de actiuam quidem felicitate
est liber primus, de contemplatiua autem de-
cimimus: intermedij autem sunt de dispositio-
ne perfecti ad optimum. Hoc autem est du-
pliciter, scilicet in ordine ad opus, quæ est di-
positio ad humana: vel in ordine ad delecta-
tionem contemplationis non habentis con-
trarium in delectatione sua: & sic agit de vir-
tute in ordine ad opus in medijs octo libris,
& de virtute contemplatiua in decimo.

Bonum acci-
pitur duplici-
ter.

Ad bonum autem hominis tripliciter homo
ordinatur & disponitur, scilicet secundum
rationem regentem, & secundum affectum
consequentem. Et virtus quæ est dispositio
affectus ad bonum hominis, dupliciter est.
Vna scilicet quæ est ordinans. Altera quæ est
in ordine tenens. Et illa quidem quæ est or-
dinans, est circa passiones delectationum &
tristitiarum: & hæc vocatur proprie moralis,
de qua agit in quatuor consequentibus li-
bris post primum. Illa autem quæ est tenens
ne affectus abducatur à mera mentis, heroica
vocatur: & de hac agit in 7. & 8. & in 9.
Affectus aliquando ducitur in passionibus, &
in hoc ductu ordinat eum moralis: & aliquan-
do abducitur, sicut dicit Arist. Et tunc quasi
quodam fræno tenetur virtute heroica. Bo-
num

num autem quod ordinat rationem motum
animæ dererminantem, quod est bonum ra-
tionis, quod disponit eam ad optimum, vir-
tus est intellectualis secundum omnem sui
partem.

CAPVT VI.

De fine huius scientiæ.

Inem autem huius scientiæ videret deter-
minare Aristot. in primo ethi. vbi dicit,
quod hoc opus non contemplandi est gratia,
sed vt boni fiamus. Hoc autem fit si in bono
hominis in quantum homo est, attingimus
perfectum & vltimum. Et hoc contingit
quinque modis. Ex bono enim hominis quod
ordinabile est ad perfectum, potestatem ha-
bemus operandi ea quæ sunt iusta & casta &
cæteras actiones materiales virtutum: in qui-
bus tamen sicut dicit Boët. sparsa sunt virtutis
quædam semina, ex quibus tanquã seminibus
seges virtutum exoritur: propter quod dicit
Arist. quod ex frequenter operari iusta & cas-
ta, iusti & casti efficiuntur.

1. Ethic. c. 1.

1.

Primum tamen bonum in quo homo sic
perficitur, est bonum quod vocatur bonum
in genere. Genus autem ibi vocatur non
à communitate generis, sed ab ea pro-
prietate generis, qua genus dicitur primum
subiectum differentiarum specierum & for-
marum. Hoc enim modo primum subiectum
est in morali. Bonum autem quod nihil est de
bono moris, & sub quo omne bonum moris
comprehenditur, est actus voluntarius qui
ad propriam materiam ex ratione determina-
tur. Sicut enim reficere esurientem, vestire nu-
dum, dare indigenti, & in actibus liberalitatis
bene facere, diuitem largiri superflua, & hu-
iulmodi: quæ omnia, quia primam potentiam
habent ad bonum, prima subiecta sunt boni,
licet ex diuersis circumstantiis possint bene &
male fieri.

2.

Ex bono autem naturæ & rationis proficit
homo ad perfectius aliquid, hoc est, ad actum
vestitum circumstantiis & sine. Ratio enim in
agendis ratiocinatur de circumstantiis agentis
& negotij, & loci, & temporis: & hæc omnia
referuntur ad finem expedientis: & eligit ea
quibus inuatur, & refutat ea quibus impedi-
tur ad finem bonum, & ex his potest in actum
vestitum circumstantiis, quibus proniorem
habet potentiam ad virtutem generandam, eò
quod per circumstantias iam appropinquat ad
tangendum medium virtutis: & ille actus
habet virtutem formatiuam virtutis moralis
in anima, sicut semen generationis virtutem
formatiuam habet ad partum. Et ideo ex fre-
quentibus talibus operationibus virtus con-
suefcibilis in anima generatur: & per hoc
tertio loco potens efficitur homo ad agen-
dum secundum virtutem: quæ est tertia perfe-
ctio hominis.

3.

In his tribus perfectionibus ad extrema
perficitur, quæ sunt circa passiones delecta-
tionum & tristitiarum.

In comparatione autem inferiorum ad su-
periora perficitur homo dupliciter. Est enim
superius & inferius in ipsis partibus animæ, &
est superius ad animam, ad quod anima de-
penderet esse & agere, sicut inferior natura
dependet ad superiorem. In omnibus autem
talibus regulariter verum est, quod superius
est regens, & inferius reatum: & si aliter fiat,
peruerfitas est, quæ est principium mali mo-
ris, vt dicit Auic. Concupiscentia enim & ira
propter vehementem accensionem sanguinis in
delectabile, & magnam protensionem spiri-
tuum ad fruendum eo quod delectabile esse
putatur, retinente indigent, ne in præcõps de-
fluant ad illicitum. Hoc autem retinens &
continens est mens, quæ secundum virtutem
continentiæ metas ponit, inter quas continet
concupiscentiam & iram: ad quam perfe-
ctionem efficitur homo idoneus per frequen-
ter operari secundum virtutem moralem, in
qua perfecte homo est nihil habens bestiali-
tatis, & vt dicit Hermes Trimegestus. Tunc
primum in hac quarta perfectione in gradi-
bus humanitatis recipitur, & heroicum siue
diuinalem accipit dignitatem, à stabularij
subiectione bestialium passionum exaltatus,
& veris & pulchris bonis humanitatis dita-
tus: & in hac altitudine continetur, ne per
appetitum vnquam declinet ad stabularia &
subiecta. Hanc autem perfectionem per he-
roicam consequitur virtutem.

Alias conti-
nentis.

Hermes Trimegestus.

Ad id autem quod supra est esse extra
ipsum per hanc heroicam virtutem disposi-
tus, Adhuc etiam heroica virtus omnia ani-
malia & bruta infra metas continet huma-
nitatis, quod omnia adunata virtute confe-
rantur in admirabile bonum firmæ & puræ
contemplationis & delectationis existens,
super quod homo nihil potest quærere am-
plius secundum facultatem vitæ humanæ. In
hoc enim sparsis per diuersa delectabilia con-
cupiscentia quæ in diuersitate concupiscen-
tiarum ratio sollicitudinem inducit, qualiter
concupita acquirantur, & intensa intentione
in ista remittitur & reuocatur à contemplatione
superiorum. Heroica enim continet ab his:
& sicut dicit Dionys. contenta anima & con-
uoluta intentioni contemplatione confurgit
ad superiora: & in hoc statu homo perfectus
est secundum modum hominis. Existe finis
scientiæ moralis.

CAPVT VII.

De titulo & auctore.

Ante literam etiam de auctore consueuit
quæri & titulo. Nomen autem auctoris
quem nos suscipimus exponere, est Aristot.
Qualiter multi tractauerint de virtute, tamen
opera illorum prosequi non suscipimus. Au-
ctor autem commendatur in tribus: à nomi-
ne, à scientia, & virtutis merito. Aristot. se-
cundum nomen positio virtutis interpretatur,
vel opus: quod congruit ei qui Socrati, sicut
legitur in vita sua, 22. annis adhæsit, qui
non

Arist. ex tri-
bus commen-
datur. Primo à no-
mine.

1. a. scientia.

non nisi de virtute scripte & docuit. A scientia autem: quia nullus de omni scibili scripsit nisi ipse. Socrates quidem in genere multum laudari iubetur, sed ultra virtutes morales tractando non processit. Plato etiam virtutem purgantem, purgatoriam, & purgati animi determinans, effectus virtutis in anima distinguit, sed non de omni virtute secundum genus & species perfecte tractavit. Iste autem perfectius omnibus tradidit genera virtutum & species, distinguens & antecedentia & consequentia, & opera, & propria, & effectus. Et ideo bonum hominis in quantum homo est, in quatuor voluminibus completur: bonum enim hominis vnus in se dupliciter considerabatur, scilicet secundum principia boni & genera & species & accidentia: & in tali consideratione compleuit scientiam hominis in lib. qui dicitur ethicorum. Considerabatur bonum hominis secundum signa antecedentia ipsum in subiecto, & secundum diuisionem partium eius secundum quas distribuitur in partibus subiecti quæ sunt animæ potentiæ, & secundum effectus consequentes & opera quæ elicit, & propria quibus distinguitur vnumquodque ab alio: & sic determinatur ab ipso de bono hominis in lib. qui dicitur de laudabilibus bonis. Bonum autem hominis secundum quod homo per naturam hominis est animal coniugale domesticum, determinatur ab isto auctore in lib. qui dicitur de œconomicis. Tertia consideratio hominis est secundum quam homo per naturam ciuile animal est, sine communicatione vitam habere non valens nisi malam, vt dicit Auicem. & peiorem

De diuisione scientia moralis secundum doctrinam Arist.

quam esse possit: & sic bonum hominis terminatur in vrbauitatibus, qui liber de politis inscribitur, in quo legis potentia docetur, secundum quam cines bene viuunt.

3. a. merito.

Meritum autem istius est, quod propter veritatem & rectitudinem doctrinæ & morum expulsus est ab Athenis, eligens porius cedere furori quam veritati. Tales enim Socratem interfecerunt, & omnis boni semper fuerunt inimici.

Titulus.

Titulus verò istius libri est. Incipit ethica Nicomacha Aristot. Stragyritæ, quod exponens Commen. dicit, quod ethica dicitur à Græco ethos, quod Latine sonat mos. Nicomacha autem dicitur, sicut idem Commen. dicit, eò quod ad Nicomachum qui vel pater Arist. fuit, vel filius, vel amicus, scripta sit: sicut & liber Platonis dicitur Timæus, qui ad Timæum scriptus est. Scripsit autem & aliam qui dicitur Eudemia: eò quod ad Eudemium amicum suum scripta sit, quæ fere in verbis ab ista non differt. Scripsit autem & librum qui dicitur magna moralia, non idè quod scriptura plus contineat, sed quia de pluribus tractat, sicut de concordia, benignitate, bonitate, & quibusdam aliis, de quibus hîc nullam mentionem facit: sed de quibus hîc tractat, perfectius determinat & prolixius quam in lib. magnorum moralium. Dicunt tamen quidam Arabes, quod Nicomacha dicitur à nicos, quod est victoria: eò quod nicomasticam hîc describit, vt dicunt, qua vnus homo virtutibus expugnat vitia: sed hoc fictum est & non habet auctoritatem. Stragyrita autem dicit Arist. à stragy quod fuit calale suum vnde ortus fuit.

De Eudemia.

De libro magnorum moralium.

4. ratio.

5. ratio.

non potest intelligi aliquid rei esse adiungendum: & cum sint quatuor causæ, efficiens, materialis, formalis, finalis, sola finalis est quæ vltima est in adiectione rei perficiendæ. Sola igitur finalis est post quam nihil adici potest. Perfectum autem est vnumquodque, vt dicit Arist. cum ei nihil deest. Nihil ergo deest est ei qui causam finalem iam adiectam habet. Sic igitur illud bonum est, quod per finem vltimum sibi adiunctum perfectum est.

Adhuc autem, ab omnibus dicitur Stoicis & Peripateticis, quod bonum est, in quo est appetitus omnium. Hoc autem necesse est esse vltimum: quia si non esset vltimum, appetitus aliquis esset in aliquid post ipsum: quoadiu enim aliquid deest de adiectionis vltimis, non cessat appetitus. Aut igitur nullum est bonum, aut est hoc solum bonum quod perfectum est vltimo complemento.

Adhuc autem, ens verum & bonum secundum supposita quidem conuertuntur: differunt tamen secundum nomen rationis. Ens enim dicitur, vt dicit Boet. quod aliquo modo attingit ens, quomodo differentiæ. Verum autem quod per formam attingit entis veritatem & raritudinem, quod non sæpe in virtute & operatione imperfectum est. Post ens ergo ratum & verum oportet adhuc addi quod secundum virtutem & operationem perfectum sit in vltima suæ perfectionis intentione: & tunc primo bonum est. Videtur igitur, quod hoc bonum sit quod per vltimam adiectionem finis perfectum habet. Et hoc in exemplo est videre. Semen enim hominis ad hominem primo est potentia, cum habeat formam nihil in actu, turpe est. Determinatum autem ad formam hominis in generatione veritatem humanam attingit: sed tamen molibus adhuc membris & virtute fluit vitæ quasi imperfecta & impotente perficere hoc ad quod nata est, non debet esse perfectum, sed potius quando potest perficere tale alterum quale ipsum est. Vnumquodque igitur perfectum est, quando secundum suam naturam tale alterum potest facere quale ipsum est. Generaliter ergo dicendo in omnibus ex quo bonum est ab vltima perfectione, vnumquodque bonum est, quando optimè potest perficere ea quæ sunt secundum naturam. Bonum est igitur quod ab vltimo fine suæ operationis naturæ perfectum est, ita quod omnia secundum suæ naturæ optimum perficere potest.

Obiectio.

Responsio.

Sunt tamen quidam qui contra prædicta omnia hic obiciunt, dicentes quod vnumquodque in eo quod est, bonum est, sicut dicit Boetius. Multa autem sunt quæ perfectionem suæ naturæ vltimam non attigerunt: & tamen bona sunt. Bonum igitur ab vltima perfectione non dicitur, vt videtur. Ad hoc autem facilis responsio est, quod verum quidem est, quod vnumquodque in eo quod est, bonum est. Si enim habet entitatem simplicem, habet bonum inchoatione. Entitas enim simpliciter est in potentia & in primis principijs entis. Si autem attingit veritatem perfectionis entitatis per formam, habet bo-

nitatem ad esse in specie determinatam. Si autem habet entitatem per speciem in forma speciei & consequentibus ad formam perfectam, tunc habet bonitatem perfectam. Vnumquodque enim in forma & consequentibus ad formam illam, perfectum & determinatum, quod omnia quæ sunt secundum naturam, perfecta operatur virtute non impedita secundum proprium & connaturale habitum. Consequentia enim formam in vnaquaque specie sunt virtus connaturalis & propria, & operatio non impedita. Ex quo patet, quod vnumquodque in eo quod est, bonum est: tamen quantum habet esse, tantum habet de esse bono, sicut patet per prædicta.

CAPVT II.

Quid sit per se bonum.

Postea autem determinare verum aliquid per se bonum sit: & cum per se dicitur duobus modis, sicut dicit Arist. est enim per se quod non est per accidens, & est per se quod non est per aliud: oportet inquirere vtrum per se bonum sit per substantiam bonum, & non per accidens, vel sit per se ipsum bonum & non per aliud. Multis enim bonis existentibus secundum documenta Arist. oportet, quod adhuc sit vnum bonum quod sit causa omnium bonorum: aliter enim non omnis multitudo reduceretur ad vnitatem, nec omnis multiplicitas ad vnitatem: nec id quod est per accidens, ad id quod est per se reduci posset: quæ omnia contraria sunt philosophiæ. Est igitur aliquid per se bonum, quod & substantialiter & non propter aliud bonum est.

Per se dupliciter.

1. ratio.

11. meta.

2. ratio.


Adhuc, in omnibus participantibus sic est, quod aliquid necesse est esse, quod per se habet id quod participans habet per accidens, sicut est videre in disgregatione visus, quod albus habet per accidens, & non haberet illud per accidens, nisi albedo quam participat, illud per se haberet. Cum igitur homo bonus habeat actum boni participatiue, necesse est aliquid esse, quod eundem actum habet per se, & illud est per se bonum.

3. ratio.

Adhuc autem, quodcumque per aliud est bonum, illud aliud per quod istud est bonum, aut est bonum per se, aut per aliud. Si est bonum per aliud, ibitur in infinitum. Si autem est bonum per se, tunc aliquid est bonum per se, quo participato omne participans bonum efficitur. Vnum igitur est bonum per se, per quod omnia bona efficiuntur, quod per easdem rationes probauit & concessit Plato.

Obiectio.

Sunt tamen qui contra ea quæ dicit Plato, obiciunt dicentes, quod si vnum aliquid bonum participat omnia quæ bona sunt, hoc erit vnum indiuiduo, vel specie, vel genere. Constat autem quod indiuiduo non est vnum, nec specie vnum esse potest: Non enim omnium bonorum bonitate in specie vnum sunt. Bonitas enim equi vel est suauiter veltium, vel




TRACTATUS II.

De bono.

CAPVT I.

In quo primo queritur quid sit bonum: hoc enim necessarium est scire antequam sciatur bonum hominis.



VIA autem de moribus inquiremus secundum quos solus homo dicitur bonus vel malus, oportet nos altius ordientes de bono inquirere. Bonum enim hominis determinari non potest, nisi quid sit bonum intelligatur. Dicit Auicem, quod bonum est, quod vltimam sui perfectionem adeptum est: & huiusmodi dicti assignat

Quod bona sit definitio boni.

1. ratio.

rationem dicens, quod bonum determinatur à fine. Finis autem vltimus est, quo adiecto ad perfectionem res nullius indiget. Nihil enim est quod ultra illud propter quod sunt singula, aliquid adici sibi aliquis appetat. Si enim aliquid adici sibi appeteret, illud non fuisset vltimum. Intentione autem est vltimum: igitur ultra illud quid non est appetendum: & sic concluditur, quod bonum est, quod vltimum finem secundum naturam adeptum est.

2. ratio.

Adhuc, perfectum bonum non est id quod malitiam habet admixtam. Quicquid autem est quod vltimum non est adeptum, adhuc malitiam habet priuationis, & quantum habet de malitia, tantum deest in bonitate. Bonum ergo non est quod vltimam perfectionem non est adeptum.

3. ratio.

Adhuc, ultra bonum vniuscuiusque rei non

vel laboris iuatiuum, vel in prælium hostem esse territiuum: & hæc bonitas non est alini, vel domus, vel alicuius huiusmodi vna in specie. In genere etiam non est vna: quia quot sunt genera entium, tot sunt bonitates singularum diuersæ genere, sicut dicit Aristot. Si igitur nec indiuiduo, nec specie, nec genere est vnum bonum, videtur nullum esse primum bonum.

Responsio.

Primum capitur dupliciter.

Ad hoc autem secundum Aristot. dicendum est, quod in veritate, sicut dicit Anic. nono primæ philosophiæ suæ primum habet relationem ad omnia continentia, & quo aliquid prius, relationibus est multiplicius. Vnde primum potest accipi dupliciter, proportionem scilicet, & natura. Et bene concedimus, quod natura quæ sit generis vel speciei vel indiuidui nihil est per se bonum à quo omnia bona dicantur: proportionem autem aliquid est per se bonum, & non per accidens bonum est, nec per aliud, ad quod respiciendo per similitudinem quandam habitudinum omnia bona sunt: & in hoc bona vel meliora vel optima dicuntur, quo illi sunt similia. Hoc autem est primum bonum quod secundum substantiam perfectam omnia perficit, secundum proprias & connaturales attributiones, secundum propriam operationem non impediam. Ad proportionem enim illius omne dicitur bonum, melius, & optimum. Et per hoc patet solutio quorumcumque obiectorum, vel etiam obiectandorum. Hoc enim quod sit per se, non per accidens & non per aliud est, per se bonum esse dicimus. Non autem esse bonum per aliud dicitur, scilicet quod non sit per aliud sicut per causam efficientem, vel non sit per aliud sicut per formam suæ bonitatis, nec formam ante se quam participet. Ipsum tamen causa est efficiens omnis boni: & ad rationem bonitatis quæ in ipso est, & quæ per ipsum est, proportionaliter esse bonum est omne bonum.

CAPVT III.

Virum hoc sit primum bonum, ante quod nihil est & quod est causa boni in omnibus aliis.

1. ratio.

Quatuor autem rationibus probatur hoc esse primum bonum, & causam esse boni in omnibus bonis. Prima ratio fundata est super id quod dicit Aristot. in 2. meta. quod quicquid est in multis, non æquiuocè existens in illis, est in vno aliquo primo quod est causa omnium aliorum, sicut omne calidum in eo quod primum calidum est causa omnium aliorum. Cum ergo bonum sit in multis non penitus æquiuocè existens in illis, necesse est, quod sit in vno primo quod causa sit omnium aliorum in bono. Non enim æquiuocè est in multis, quod in omnibus est secundum proportionem ad vnum. Æquiuocè enim proportionem ad vnum non habent.

Proportio enim ad vnum, est similitudo habitudinum ad vnum, quod in diuersa specie & in vna proportionem participatur, sicut est gubernatio nauis ad nautam, & ciuitatis ad iudicem. Nec enim eisdem regulis nauta proficitur nauis gubernationem, quibus consequitur index ciuitatis gubernationem: nec idem in specie est gubernatio nauis & ciuitatis: & tamen similitudo habitudinum in vtroque vna est. Cum igitur talis similitudo in omnibus vna sit, quod vnum sit primum bonum ad cuius proportionem & similitudinem alia bona dicuntur, videtur esse vnum primum bonum quod essentialiter bonum est, & causaliter in omnibus facit bonum, & proportionaliter forma bonitatis eius saluatur in omnibus.

2. ratio.

Secunda ratio est per illud arithmetice, scilicet, omnis multiplicitas ad vnum reuertitur, quod est primum principium totius multiplicationis. Cum videamus ergo magnam esse multipliciter bonorum, & propter nimiam multipliciter quasi ad infinitatem tendere, quod apud omnem intellectum & apud omnem artem fugiendum est, oportet hanc infinitatem restringi. Nihil autem restringi potest, nisi quod ab vno procedit, & ad vnum est ordinatum: quod enim à pluribus est, non restringitur, sed dilatur. Igitur oportet esse primum bonum à quo est ipsa similitudo essentialis boni, & nomen boni in omnia diffundatur.

3. ratio.

Tertia ratio est: quia omnis resolutio stat in vno, siue sit resolutio posterioris in prius, siue compositi in simplex, siue causati in causam. Cum igitur multa bona sint quæ constat non esse priora, nec simplicia, sed composita, nec causas esse sed causata, oportet illa in vnum resolui secundum omne genus resolutionis. Stabit igitur resolutio in vno primo quod vere primum omnium bonorum est.

4. ratio.

Quarta autem ratio est, quod omne quod est in vnoquoque ordine, vel est primum, vel à primo. In ordine ergo eorum quæ bona sunt, vnumquodque est primum, vel à primo: cum vnumquodque non possit esse primum, oportet quod sit à primo. Oportet igitur ponere vnum quoddam primum, quod omnium causa sit aliorum. Et hoc quidem Plato concessit istis & multis aliis rationibus.

Obiectio contra Platonem.

Contra hoc quidam obiecerunt Peripateticorum sophisticè obiectantes. Dicunt enim, quod primum quod est causa consequentium, est in consequentibus ens de ratione eorum. Nihil autem vnum est quod sit de ratione bonorum omnium, quæ diuersa sunt numero, specie, & genere. In diuersis enim generibus nullo modo est ratio vna. Si ergo sic est, non videtur esse aliquid primum bonum, quod sit causa & ratio omnium aliorum. Ad hoc autem Stoicorum est responsio, quod primum dicitur duobus modis, scilicet secundum rationem principij, & secundum rationem generis. Primum quidem secundum rationem generis de ratione est omnium consequentium, & est causa eorum, quia essentialiter principiantur de ipso. Primum autem quod

Stoicorum responsio.

quod in ratione principij, non est necesse, quod sit aliquid de essentia vel substantia ipsius, sicut patet, quod punctus est principium lineæ, nec tamen aliquid est lineæ, nec aliquid de substantia ipsius, secundum quod substantia est subiectum: sed est principium in quo est lineæ inchoatio: sed hæc inchoatio nec est determinata ad esse lineæ, nec ad subiectum. Ita etiam in omni alia natura est principium, quod est de esse illius generis, & hoc vocatur genus: & est principium quod est simpliciter forma inchoatio, nec ad esse, nec ad subiectum determinata, & hoc vocatur principium non genus. Hoc igitur modo vnum principium dicitur esse bonorum, quod tamen nec in genus, nec in speciem incidit cum aliquo bonorum: & sub hoc contineri bona dicuntur communitate principij, non generis.

CAPVT IV.

Virum aliquid sit summum bonum.

1. ratio.

Hoc autem quidam dicunt esse summum bonum. Ante enim bonum hoc nihil est. Omne enim ante quod nihil est, primum & summum & causa boni est in omnibus bonis: dicitur igitur illud summum esse.

2. ratio.

Adhuc, summum quod per superabundantiam dicitur, vni soli conuenit: non autem videtur conuenire nisi illi cui impossibile est aliquid addi in bonis: nullum autem bonum est quod sine additione penitus intelligatur, nisi id quod primum est: & idem hoc summum est.

3. ratio.

Adhuc, cum dicitur bonum, melius, & optimum esse, comparatio fit respectu alicuius: & non potest dici, quod fiat comparatio nisi ad veram nominis impositionem accedendo. Vera autem nominis impositio boni est illius nature, quæ pura bonitas est. Videtur igitur illud simpliciter bonum, quod primum est & causa boni, summum esse.

Opinio impugnatio.

Quod enim quidam dicunt primum bonum esse quod colligit omnia bona, non videtur posse stare: quod enim colligit, est compositum: quod autem compositum est, ex principij componentibus pedit, & malitiam habet priuationis: potentia in resolutione compositi: & quod malitiam habet, summum non est: quod ergo colligit bona, summum non est. Adhuc, quicquid colligendo bona dicitur bonum esse, multas bonitates habet extra se. Cum enim dicantur omnia bona & sint, sicut vnum non potest tolli ex omnibus, ita necesse est, quod multa remaneant bona non collecta: quod autem aliquid habet extra se, non potest collectione omnium bonum summum esse: collectium igitur summum bonum esse non potest.

Antiprophona.

Si forte aliquis velit dicere, quod summum bonum Deus est, cui nihil deest in bonitate, & omnium bonorum fons est. Videtur nihil esse ad propositum: hoc enim bonum per naturam particulare non est: quærimus autem

tem hæc particulare bonum. Præterea, cum dicitur bonum vnum, medium, summum, necesse est, quod hæc comparatio sit comparatio in aliqua vna natura diuersimodè participata. Nulla autem vna natura est quæ sit à Deo, & ab aliis bonis participetur: quia ex hoc sequeretur de necessitate, quod aliquid secundum naturam esset bono quod est Deus, & quod bonum diuinum esset compositum: quæ omnia sunt impossibilia. Summum igitur bonum Deus esse non potest.

Summum bonum dicitur tripliciter.

Ad hæc autem & similia per distinctionem soluendum est, quod scilicet summum bonum tripliciter dicitur, summum scilicet in ordine, & summum in comparatione, & summum in quantitate. Summum in ordine oportet, quod sit aliquid coordinatum in forma boni, sicut est coordinatio omnium generum à primo ad vltimum, & ab vltimo ad primum. Et sic cum resolutio bonorum fiat in eo quod est pura bonitas, primum per se bonum est, & nihil nisi ipsa bonitas pura, est summum bonum & optimum, sicut Aristot. dicit in secundo meta. quod causæ omnes resoluuntur ad causas primas, quæ per se & substantialiter causæ sunt, sicut omnia calida ad primum quod est causa caloris per se: & hoc dicit esse summè calidum: quia hoc est ipse calor simplex & purus nihil habens nisi quod calor est. Summum autem in comparatione est, quod maxime accedit ad puram bonitatem: & hoc non simpliciter, sed in comparatione accipitur: & idem non simpliciter summum est, sed ad aliquid summum, ad aliquid non summum. Summum autem in quantitate tripliciter dici potest, scilicet in quantitate discretionis secundum numerum bonorum, & in quantitate virtutum secundum bonorum differentias. Differentiæ enim boni possunt accipi per additionem: & sic sumitur, quod bonum est cui omnes differentiæ boni additæ sunt. Dicitur etiam summum bonum, cui per attributionem & non per additionem omnes differentiæ boni primo & per se conueniunt. Sic ergo tripliciter dicto summo bono dicimus nihil esse summum, quod discretè & singulariter omnes omnium colligat bonitates: aliquid tamen est summum bonum quod per additionem actus ad potentiam, omnes omnium bonorum colligit differentias. Cum enim primæ differentiæ sint eorum quæ natura bona sunt, ens, vnum, sensatum, rationale, intellectuale: constat, quod primum semper est in secundo, & secundum in tertio, & sic deinceps, sicut trigonum in tetragono: & id quod vltimam boni differentiam attingit, summum & optimum est: quia in illa sunt omnes aliæ differentiæ bonorum: & secunda semper se habet ex additione ad priorem, hoc modo quo actus additur potentia: quia potentia per actum ad esse determinatur: & sic vltimum bonum in ordine illo summum est. Sic simpliciter simplex non est, nec primum, nec per se est, & essentialiter bonum est. Per attributionem autem dicitur summum bonum, cui omnes omnium bonorum bonitates, sicut causæ efficienti & formali & finali attribuuntur excellenter & eminenter

Summum bonum per attributionem.

eminenter : & sic summum bonum est Deus. Quia licet Deus simpliciter sit, tamen omnes omnium bonitates primas formas exemplares in ipso habent, quas quantum imitantur, bona sunt : & quanto plus decidunt ab ipsis, tanto plus malitiæ permiscetur.

Summum bonum quadrupliciter dicitur.

Summum igitur bonum quadrupliciter dicitur, summum scilicet simplex absque comparatione cui omnia bona attribuuntur, & omnes omnium bonorum differentias habet per attributionem, & non per collectionem vel compositionem, sed simpliciter & excellenter & eminenter. Simpliciter autem dicimus quod sine determinatione actus ad potentiam est : in eo enim nihil est in potentia quod sit determinabile per actum. Excellenter autem dicimus : quia bonitates suæ non sunt determinatæ ad vnum, sicut bonitates causatorum, sed excellentes in omnibus & ad omnia : causæ enim sunt & non causatæ. Causa autem, ut dicit Dionysius, excellenter habet id quod est causati. Eminenter autem dico secundum nominis rationem : non enim in eadem nominis ratione bonum est in Deo, & bonum est in causatis. Bonum enim in causatis obumbratum est, & priuationibus multis impeditum est, & determinatione ad vnum contractum est. Et ideo si diffinitur secundum quod est in causatis, cum nomen ipsum in se concipiat umbrosum & impeditum & contractum, per illam diffinitionem non potest attribui bonum summo bono, quod est Deus. Et si ratio eius ponatur secundum quam Deo attribuitur, erit non umbrosi nec impediti nec contracti, sed boni quod eminet super hoc, & ante ista habet rationem boni : & talem eminentiam attribuitur summo quod est Deus. Hoc igitur est simplex, & secundum naturam summum bonum : sed hoc bonum ad præsentem non pertinet speculationem.

Secundo dicitur summum bonum in comparatione bonorum adinvicem, scilicet quod omnes differentias nobiles boni attingit, sicut diximus prius de intellectu. Hoc enim in se habet & rationale & sensibile & vnum & ens : & ideo in tali ordine imperfectum est primum & vnum bonum perfectum ad aliud, hoc est, ex quibusdam differentiis bonorum est medium bonum : attingens autem ultimas differentias dictas bonitatis, summum bonum dicitur.

In comparatione autem summum bonum dicitur respectu eius quod primam dicit formalis boni positionem, & respectu eius quod gradum bonitatis ponit super illud, & summum dicitur quod maxime ad veram accedit nominis impositionem. Sed hoc non dicitur summum bonum simpliciter, sed bonum in comparatione quadam.

Quarto modo dicitur summum bonum in quo stat resolutio bonorum. Verum autem illud in quo sicut in primo stat resolutio bonorum, sit aliqua forma idealis præexistens & præhabens omnia bona, sicut forma calcei lignea præhabet virtute omnes calceos formatos ad ipsam, quæ sit forma prima secundum rationem adepta, quæ tamen secundum

ens non sit extra bona, sed potius in ipsis sit forma & ratio bonitatis in eis, ad præsentem tractatum non pertinet. De hoc enim est inter Peripateticos & Stoicos contentio. Cum autem sit comparatio bonorum, sicut prædictum est, oportet quod illa comparatio fiat in aliqua natura vna quæ sit in comparatis. Illa tamen natura non oportet, quod sit generis, vel speciei, sed potius eius quod secundum proportionem conuenit omnibus. In talibus autem natura in qua comparatio sit, primo & per se essentialiter est in vno, & in aliis est per quandam respectum ad illud. Et ideo pura bonitas est in summo bono quod est Deus vel idea boni, sicut dicit Plato. Alia autem bona sunt : quia quadam imitationes & resonantia sunt illius.

CAPVT V.

De natura mali, & quod nihil sit per se malum, vel summum malum, vel malum essentialiter.

Cum autem malum in omnibus non determinetur per formam, sed per priuationem formæ, vel priuationem habitudinis ad formam, non potest aliquid esse essentialiter malum : quia priuatio non dicit essentialiter malum : quia aliquid malum sit, sed potius deficientiam ab essentialibus perfectioribus ad esse & bene esse. Et si non est aliquid essentialiter malum, non potest aliquid esse primum malum. Primum igitur malum essentialiter malum non est.

In 2. d. 34. art. 1.

Adhuc vterius, non potest esse aliquid quod sit causa omnis mali. Illud enim quod esset causa omnis mali, oporteret quod esset forma quadam, quæ in omnibus existens formaliter causaret malum. Hoc autem probat Dionysius inducendo. Omne enim malum, aut est malum corporis, aut malum animæ, vel malum Angeli. Et malum quidem corporis, est contra naturam esse. Malum autem animæ, contra potentiam esse. Malum Angeli, contra deiformem intellectum esse. Contra naturam autem esse in corpore non contingit in aliqua forma quæ posita sit in corpore, sed potius ab effectu priuante formam vel habitudinem principiorum formæ, quæ determinat corpus ad perfectum, sicut est videre in paralyti vel alio morbo. Perfectio enim motiæ in principio motus quod est posterior pars cerebri, & in organo motoris quæ sunt nervi motui, & in membris quæ mouentur, est forma sanitatis consistentiæ corporis. Paralysis autem non est forma, sed dissolutio & defectus habitudinis & perfectionis : & ideo, contingit inordinatus motus : quia quando appetitiua mouere vult, dissociata principia motum ad intentionem suam consequi non possunt : & sic accidit motus inordinatus, natura mouente, & morbo retrahente : & sic est in omnibus corporibus tam animatis, quam inanimatis. Similiter malum animæ scitur ex bono animæ. Bonum enim

De diuin. nom. c. 4.

Malum corporis.

Paralytic.

Malum animæ.

enim animæ est in regimine rationis esse secundum ordinem omnis virtutis. Malum autem non est aliquid posituum, sed defectus ordinis, id est, est in his quæ ordinari habent a ratione : & tunc etiam malum animæ priuatio est. Similiter est in malo Angeli, quod est contra deiformem intellectum esse. Intellectus enim deiformis est, qui ex primis luminibus sine vmbra & inquisitione principia accipit veri & boni, & sine inquisitione & studio. Malum autem Angeli est furor irrationalis, demens concupiscentia, phantasia proterua, ut dicit Dionysius. Furor autem irrationalis fit ex indignatione boni : & hæc indignatio non est nisi ex principis boni & veri per voluntatem auersis. Similiter demens concupiscentia est eorum quæ inseparabiliter coniuncta sunt malo : quæ quia mala sunt, de mente nihil habent : & si concupiscentia manet, de mentis forma nihil habet : contrarium est enim in mente : & quia sic mentis forma priuatur, demens vocatur : & hoc est malum concupiscentiæ : non enim dicitur mala concupiscentia, quia concupiscentia, sed quia demens est. Sic etiam est de phantasia proterua : hæc enim non est mala, quia phantasia est, sed quia proterua est. Proterua autem, quia à veritate principiorum ex quibus veritas probatur, non ex ignorantia, sed ex affectu falsitatis auertitur, & ideo veritati contradicit. Cum igitur in omnibus malum priuatio sit, constat quod nihil est essentialiter primum in causa mali.

Malum Angeli.

Mali locus.

Priuatio scilicet in opposito habitu.

Malum infinitum.

Ideo Pythagoras tria dixit de malo, scilicet quod locus mali bonum est, quod malum infinitum est, & quod malum omnifariam est. Per hoc enim quod priuatio est, & nulla priuatio saluatur nisi in opposito habitu, oppositum autem bonum est, dixit quod malum non locatur in subiecto nisi in bono. Cæcitas autem priuatio est, quæ nullo modo est in eis quæ nihil habent visus suæ visionis, sed in his quæ aliquid visionis habent. Omnia enim sunt visus virtutis, quæ à prima potentia videndi vsque ad vltimam actam exiguntur ad visum virtutem, sicut verbi gratia figura faciei, foramina siue concauitates quæ sunt loca organorum visus, palpebræ, supercilia, figura oculorum, tunica, humores, & dispositio tunicarum & humorum in humiditate, nervi visui, spiritus visus, &c. quæ ad perfectionem visus concurrunt. In quibus autem nihil horum est, cæcitas esse non potest : & ideo lapis non est cæcus, nec lignum. Similiter malum non est in quo nihil boni est, vel per formam boni, vel per ordinem principiorum ad illam. Et hæc est causa dicti Pythagoræ, quod bonum sit locus mali. Infinitum autem dicit esse malum : quia cum malum & peius non dicantur per positionem nec per accessum ad aliquid quod sit per se malum, sed per recessum à bono, recessus ille cum non habeat terminum, per accessum ad aliquid nunquam stat, ita quod non possit plus procedere. Quod autem nunquam stat, semper plus & plus à bono distans, sine caret recessus sui, & sic per priuationem finis infinitum est, non quod aliquid acta infinite sit malum, D. Alb. Mag. lib. 1. Ethic.

sed quia nihil ita recedit à bono, quod non vterius recedere possit. Omnifariam autem dicit esse malum : quia ex vna vnus corruptione principij ordinati ad bonum, malum efficitur : corruptio autem omnium omnino non potest esse. Non enim est principium ad malum nec habitudo aliqua, quæ non multis modis omnimodè & infinite corrumpi possit. Bonum autem non sic : hoc enim non nisi vno modo efficitur, scilicet ex consonantia principiorum & habitudinum & ipsius boni forma ad bonum.

Malum est omnifariam.

Ex hoc vterius duo habentur, scilicet quod malum nullius rei est principium : quia ex priuatione nihil entium constituitur. Et quod nihil est summum malum. Nihil enim est adeo malum, quod non possit fieri peius.

CAPVT VI.

Qualiter bonum pertineat ad naturam.

Oportet autem determinare si bonum ad naturam pertinet, sicut videtur dicere Boëtius in libro de hebdomadibus. Dicunt enim obiectantes, quod non est eadem diffinitio rei & bonæ rei, ut dicit Aristoteles, sicut non est eadem diffinitio latronis & boni latronis. Cum igitur diffinitio omnia colligat quæ naturæ sunt, & bonum non colligat, videtur bonum non esse de rei natura.

1. ratio.

Ad idem inducunt dicentes, quod aliud est esse, & aliud est bene esse : bonum autem determinatur secundum bene esse : & sic videtur bonum non esse de essentialibus.

2. ratio.

Adhuc addunt, quod bonum ex additione se habet ad verum & ad vnum & ens. Entitas igitur & vnitas & veritas rei, ante bonum sunt : & cum omnis rei natura consistat entitate, & vnitate ipsius, videtur bonum nihil de natura rei esse.

3. ratio.

Cum tamen Boëtius dicat, quod bonum pertinet ad naturam, iustum autem ad actum. Et si hoc est verum quod iam probatum est, tunc non est verum, quod omne in quantum est, bonum est. Item non est verum, quod hoc bonum sit quod à bono est. Quorum tamen vtrumque & dicit & probat Boëtius.

Ad hæc & similia dicendum videtur esse, quod omne quod à bono est, secundum quod à bono est, bonum est : & omne quod est in quantum est, bonum est : & quod bonum ad naturam entis pertinet. Hoc autem est sic probandum. In præhabitis enim dictum est, quod bonum est vno modo, hoc est, omnibus principis & habitudinibus principiorum conuenientibus ad rei perfectionem in esse & posse & agere : tunc enim natura perfecta est vnus cuiusque, quando non impedita operatione secundum optimum posse potest agere : & in tali entitas est primum boni subiectum in quo est boni inchoatio, & vnitas rei est in re sicut ad bonum ad suum determinationem. Veritas etiam est in ipso sicut ad veram naturam

Decisio questionis.

Quando boni, verum, vni, & ens conueniunt.

naturam & speciem informatio. Bonitas autem est in ipso sicut ad perfectum agere suum perfectio: & sic in entitate quæ primus rei conceptus est, boni est inchoatio: & sic ens dupliciter bonum, & non potest esse nisi bonum in quantum est ens. In unitate autem principiorum boni ad unum est determinatio: & sic omne quod unum est, bonum est in eo quod unum est. In veritate autem boni ad naturam est specificatio, quod vicinissimum est bono perfecto: & sic iterum omne quod verum est, bonum est in eo quod verum est. Bonitatis autem forma specificata & determinatum & inchoatum ultimo perficit, ut in omni posse suo valeat operari secundum seipsam, hoc est, secundum ipsam naturam non impedita operatione. Ratio igitur bonitatis quæ est in ente uno & vero, ratio ordinis est ad bonum secundum quod ordo ad bonum est in inchoatione & determinatione & specificatione. Ratio autem bonitatis in bono est ratio perfecti ad actum qui est secundum naturam optimum. Ex his patet, quod bonum ex principis naturæ est secundum naturam optimum, Bonum igitur pertinet ad naturam, & inseparabile est ab ipsa. Iustum autem ad actum pertinet operationis cuiusdam, qui licet secundum naturam sit, non est tamen completa natura actus in eo quod completa natura est. Ex hoc ulterius patet quod bonum est: quia à bono est sicut ens causatum ab habente causante. Inchoatio enim boni in omni ente ab aliquo est. Nihil enim est in causato quod non secundum prius fuerit in causa: & sic id quod est causa exemplariter, est & eminenter omnia illa quæ sunt in causato. In bono tamen plus est: quia primum bonum causando, per ipsam rationem causalitatis bonum est: bonum enim diffusivum est sui ipsius: & cum causato primo diffusio sui sit in omne causatum in quantum participare potest: constat ergo, quod primo causando bonum est. Propter quod dicunt Maximus & Aspasius, quod bonum derivatur à bono, as, quod est voco as, quia bonum diffusivum se semper vocat ad se. Vocat enim ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt. Et hoc est causa dicti quod dicitur. Quia Deus bonus est, sumus: & in quantum sumus, boni sumus. Bonitas enim causati redundancia est boni quod est in causa, & diffusio boni in causato. Ab ipsa autem causatione est, vel causatione à bono. Propter quod dicit Boëtius, quod si paulisper per intellectum supponamus esse primum & non bonum esse, erunt causata entia, sed non bona, nec etiam ad bonum ordinata: quia ordinatio ad bonum in omnibus principis, & habitudinibus ordinationis illius est boni aliquid.

Boni etimo logis.

Responsio ad ar. Ad 1.

Quod ergo obiicitur, quod alia est diffinitio latronis & boni latronis, & rei & bonæ rei, intelligitur de bono quod est secundum complementum ultimum, & de re significata per nomen. Si enim res non significatur per nomen non diffinitur nisi per ea quæ significantur in nomine. Ultimum autem posse & agere, per nomen non significatur: sed quod est de veritate rei significatur

in nomine: & ideo diffiniens ponens in diffinitione quod non significatur in nomine, peccat. Si autem deberet diffiniri secundum quod est in ultimo & optimo sui in posse & agere, certe oporteret, quod diffiniretur per ultimum & optimum. Unde Socrates diffiniens hominem in libro qui dicitur Menonis, dicit, quod homo est principalis intellectus perfectus, studio humanitatis operam dans, amicis benefaciens, & inimicis malè.

Diffinitio hominis secundum Socratem.

Ad 2. Similiter quod dicunt, quod bonum sit de bene esse. Dicimus, quod bene esse dupliciter, scilicet in naturalibus secundum ultimum statum esse: & sic bene esse de natura est. Et bene esse secundum adinsecta siue exteriora bona siue accidentalia: & sic bene esse non pertinet ad naturam sicut constituens, sed pertinet ad naturam sicut adminiculans & adiuvans. Quando autem dicitur, quod ea quæ sunt in quantum sunt, bona sunt, intelligitur de bono quod est de bene esse secundum naturam.

Ad 3. Iterum quod ulterius dicunt, quod entitas & unitas ante bonum sunt, verum est, quod sunt ante bonum quod est boni perfectio: sed non sunt ante bonum quod sit boni inchoatio, nec ante bonum quod sit inchoati determinatio, nec ante bonum quod sit determinati specificatio. Et sic patet, quod principia bonitatis sunt in principis entitatis, unitatis, & veritatis secundum esse & substantiam & naturam: licet secundum rationem nominis ex additione se habeat bonum ad verum, & unum ad ens. Ratio autem illa est ordo inchoati & determinati & specificati ad perfectum.

CAPVT VII.

Quid sit uniuscuiusque bonum.

Quia igitur nostræ intentionis est bonum hominis, eo quod homo est, querere, oportet nos & videre quid sit uniuscuiusque rei bonum. Alia est enim perfectio hominis in eo quod homo est, & alia perfectio asini: & cum uniuscuiusque rei perfectio sit bonum & optimum, quæ est adiectio ultimæ causæ, bonum uniuscuiusque rei est quando in esse & posse potest agere quæcumque sunt secundum naturam. Sicut enim videmus in animalibus omnibus, quod primo procedunt ex potentia in actum, sicut quod ex semine generatur homo: qui tamen homo nec in quantitate organorum, neque in viribus quæ in organis sunt, perfectus est. Paulatim autem quantitatem accipientibus membris, & siccatu humido, & constante spiritu qui discurrit in membris, efficitur perfectum in corpore ad operationem corporis, sicut dicit Aristot. quod de puero fit vir. Ita est in viribus animæ tam apprehensivis quam motivis, quæ sunt partes animæ naturales, quod in ipsa causatione hominis sparsa sunt in eis semina boni, in quibus est boni humani inchoatio, quæ paulatim experimento & tempore & assuetudine coadunantur ad perfectum: & tunc agere possunt secundum naturam optimam. Nulla enim potentia ex se perfecta est: sed oportet, quod

Perfectio hominis duplex.

Potentia perfectatur.

quod habitu vel naturali vel acquisito perficiatur ad agendum. Hoc autem intelligo de potentiis materialibus possibilibus quæ de imperfecto procedunt ad perfectionem, & non de potentiis actiuorum quæ semper perfectæ sunt. Bonum igitur hominis est secundum naturam hominis posse perfecta & optima perficere. Sed sicut dicit Aristot. in 2. de anima, quando diffinit animam, quod anima est endelechia corporis organici physici potentia vitam habentis: & quod est in toto, oportet etiam in partibus accipere: quia sicut anima per se est perfectio corporis, sicut visus oculi, & gressiva virtus perfectio pedis: propter, quod dicit quod si oculus esset animal,

Tex. co. 6.

visus esset anima eius: ita etiam in bono hominis est accipere bonum hominis secundum quod homo, & bonum hominis per partes eius determinatum: & sic aliud est bonum concupiscibile, & aliud rationale, & aliud mentis, & aliud intelligentiæ. Quærentes igitur bonum hominis in eo quod homo est, oportet nos determinare cuius bonum secundum quod hominis est, & secundum quod omnium partium eius: & sic perfecte determinatur de bono hominis, sicut patebit in sequentibus de felicitate & virtutibus: felicitas enim est bonum hominis, & virtus est bonum partis.



TRACTATUS III.

De eo de quo est intentio in moralibus.

CAPVT I.

Quid sit bonum secundum triplicem hominis considerationem.

De humano igitur bono intendentes, determinare oportet omne hominis bonum secundum quod homo est. Tripliciter autem consideratio hominis est secundum quod homo est, scilicet in se, in principis propriæ naturæ consistens (Principia autem dico secundum quod homo dominus est propriarum actionum & operationum) & in comparatione ad alterum. In comparatione autem ad alterum secundum Aristot. duobus modis comparatur. Ad alterum enim comparatur, aut secundum virtutem coactivam, aut liberalem. Secundum virtutem coactivam comparatur ad ea quæ domus sunt: & secundum hoc dicit Aristot. quod homo est animal coniugale naturaliter. Et secundum virtutem coactivam comparatur ad eum & vxor & filij & famuli, quibus omnibus coactiva præcepta imponit ad finem domus. Secundum liberalem autem virtutem comparatur ad eos ad quos coactionem non habet: quia par in parem non habet potestatem: sed comparatur ad ipsum in ordine qualitatis ad bene vivere: & sic naturaliter est homo civile. Dicit enim Aristot. in primo meta. quod multipliciter humana natura ancilla est: & ideo oportet, quod iuuantia extrinsecus habeat ad perfectionem. Extrinsecus iuuantia non ordinantur ad hominem, nisi secundum has duas virtutes, scilicet coactivam, & liberalem iuuantiam. Oportet igitur humanum bonum querere his triplicibus modis: & in hoc implebitur intentio nostræ considerationis.

Homo quomodo comparatur ad alterum.

In prologo.

Quod autem ista diuisio ex propriis sit, ex hoc probatur, quod differentiæ & species diuisorum vel coniuidentium omnes in moribus sunt. Cuius enim ad civem ordinem non habet coactivum, sed potius liberalem ex propria libertate animæ procedentem & electione, secundum quod videmus in omnibus ordinibus communitatum & regnorum. Hac autem libertate civis ad civem disponitur quatuor modis: & ideo quatuor virtutibus siue potentialibus scientiis scientia civilis perficitur, scilicet legis positiva, iudicativa, exercitativa, & communicativa. Si enim civis ad civem liberaliter disponatur, oportet quod dispositio hæc forma habeat regulæ regentis ipsam dispositionem: & hæc datur per legem positivam: quia, sicut dicit Tullius, lex est regula æqui & iniuri. Equum autem est dispositio civis ad civem, & iniuriam corruptio. In regula igitur considerata ista dispositio legis positiva est. Si autem dispositio non consideratur in regula, sed ad actum regulandi, non potest considerari nisi duobus modis, in quibus regular & regit, scilicet in casibus emergentibus, vel in officio civitatis virtus iudicativa est, quæ secundum leges & pacta & secundum naturam æqui omne determinat inter civem emergens. Si autem in officio dirigit: aut dirigit in officio communicationis quod mechanicum vocatur, aut in officio exercitationis quod vocatur liberale. Officium enim est, ut dicit Tullius, congruus actus personæ secundum statuta patriæ: & hoc potest esse in communicativis, vel liberalibus. Sine communicatione enim mechanicorum civile bonum non perficitur. Communicativa autem sunt, sine quorum communicatione

Quibus virtutibus perficitur bonum civitatis.

Officium.

cum via vel in via vel ultra viam dirigendam. Omnis autem via terminum habet & finem in quem dirigit. Methodus igitur est doctrina via in terminum vel finem intantum per doctrinam. Intantum autem vel finis bonum quoddam est, sicut patet per omnia antedicta. Omnis igitur doctrina methodalis bonum aliquod appetit & in illud dirigit.

Quæstio. Si autem quæritur, cum virtutes intellectuales sint quinque, sicut docet Arist. in sexto ethi. scilicet sapientia, intellectus, & scientia, prudentia, & ars, utrum similiter sapientia & intellectus & scientia bonum aliquod appetant sicut doctrina methodalis? Dicit quidem Eustratius de sola scientia rationem assignans, tripliciter ad hanc quæstionem esse respondendum. Quarum prima responsio est, quod scilicet scientia sicut doctrina bonum aliquod appetat: sed scientia sub doctrina comprehendatur. Cum enim scientia sit comprehensio veritatis immutabilis ex principiis necessariis demonstrata, doctrina etiam vias ponat ad comprehensionem eius ad quod viæ illæ procedunt, si vltimetur comprehensio doctrinæ ut ex necessariis vias det ad comprehensionem: tunc doctrina modum accipit scientiæ, & quantum ad hoc scientia sub methodo sive sub doctrina continetur.

Responsio 1. Secunda responsio est, quod duo sunt fines hominis, scilicet impassibilitatis secundum affectum, quod scilicet affectus passionibus nec immutetur, nec ducatur, nec deducatur, nec abducatur. Et hoc sequitur secundum virtutem. Veritas autem finis est in intellectu qui passionibus non subiacet: & secundum verum homo nec est nec efficitur bonus, sed potius secundum virtutem: cum scientia sit ad verum, quo nec est nec efficitur bonus, non oportet, quod scientia bonum aliquod appetere videatur: & idem non ponitur inter principia hominis, per quæ homo potens efficitur appetere & operari bonum humanum.

Responsio 2. Tertia responsio est confirmatio primæ rationis & est à minori. Minus enim videtur, quod habitus comprehensionis probabilis persuasiuæ bonum operetur vel appetat, quam habitus comprehensionis necessariæ. Operatur autem bonum habitus ex probabilibus & persuasiuis doctrinalis sive methodalis. Multo igitur magis appetit & operatur bonum scientiæ quæ est ex necessariis. Scientia igitur non ponitur inter principia inclinancia ad appetitum boni: quia ex quo doctrina ponitur, ex constanti relinquitur, quod multo magis scientia hoc operatur. Hæc sunt igitur Eustratii responsiones.

Responsio 3. Si quis autem ad hanc quæstionem breuiter & subtiliter respondere voluerit, dicet appetitum quo aliquis appetit bonum, esse rationem qua tendit ad illud bonum acquirendum: & hæc est ratio ab eo quod homo concipit & comprehendit finem & bonum quod appetit: quæ ratio & scientiæ & sapientiæ & intellectui nullo modo cõuenit. Scientia enim resolutorie procedit à cõpositis in simplicia: & iste processus est à rebus ad animam: &

Alia responsio. idem non appetitus vel operationis habet formam, sed potius acceptionis & passionis. Idem autem est de intellectu qui est acceptio principiorum quæ omnia vniuersalia sunt. Et idem est de sapientia quæ est acceptio altissimorum & simplicissimorum, quæ difficile est homini scire. Sapientia igitur & intellectus & scientia ad bonum aliquod conferens ad vitam secundum esse non perficit hominis appetitum: & idem inter principia quibus afficitur homo ad appetendum, non ponitur.

Sed tunc quæritur de prudentia, quare non ponatur? Sed ad hoc dicendum est, quod prudentia secundum quod est ratio perficiens electionem, ex parte electionis se tenet, sicut regula recti est in recto. Si autem dicitur ratio dans viam ad eligibilia discernenda & diiudicanda, sub methodali doctrina continetur, sicut Arist. docet talem doctrinam in tertio topicorum. Patet igitur, quod siue accipitur prudentia quæ est virtus eligens, siue prudentia doctrinalis quæ est vias ad eligendum ostendens, prudentia specialem non habet perfectionem ad appetendum quoddam bonum, quæ separata sit à perfectione doctrinæ methodalis & electionis. Sufficiens igitur dictum est, quod ea quæ cum ratione bonum quoddam appetere videntur, sunt ars & doctrina.

Dubitatio. De prudentia. **Actio & factio differunt.** **Appetitus mouetur propter bonum tantummodo.** **Dubitatio.** **Responsio.** **Electio quid est.**

CAPVT IV.

Quod omnis actus quoddam bonum appetere videtur.

Quod nos actum appellamus, Græci proxim cõsueuerunt appellare. Dicunt autem Nazianzen. & Ioan. Damal. quod praxis est secundum electionem hominis energia, id est, operatio. Energia enim siue operatio est naturalis vniuscuiusque substantiæ virtus & motus. Et rursum diffinientes energiam dicunt, quod energia est naturalis omnis substantiæ innatus motus. Et iterum, Energia est naturalis & manifestatiua vniuscuiusque substantiæ virtus. Et iterum, Energia est naturalis & prima semper mobilis virtus intellectiue animæ: & hoc est semper ipsius mobilis ratio naturaliter, & semper ex ipsa irrigata. Energia igitur idem est quod operationes: praxis autem idem est quod actus vel actiones.

Nos autem dicimus secundum proprietatem Latini sermonis, quod actus siue actio derivatur ab actu qui est complementum & perfectio vniuscuiusque rei, & propria operatio secundum actum, qui est perfectio existens, egrediens ab ipso, vocatur actio siue actus: sicut verbi gratia à luce, egreditur lucere, ab intellectu intelligere, à voluntate velle, & sic de aliis. Et quia à substantiali actu actioalis egreditur, idem Græci energiam vocant, quæ componitur ab eo quod est in, & erge quod est operatio vel labor. Interior enim operatio est quæ de interioribus, hoc est, de substantialibus egreditur. Ideo etiam

etiam dicitur substantialis virtus vel motus: per virtutem enim à substantia talis egreditur operatio, & est manifestatiua substantiæ. Cum autem homo solus inter animalia dominus sit suorum actuum & operationum: nullus autem dominus sit nisi per liberam electionem operetur: idem dicunt Græci, quod actus est energia siue operatio hominis secundum electionem. Si autem talis actus per electionem est operatio naturalis, dicimus quod appetitus eligentis ad bonum aliquod est quod per actum adipisci intendit: constat autem motum aliquod bonum operari. Actus enim siue actio est secundum quam in id quod subiicitur vel intenditur, agere dicitur. Et ex hoc est quod actio & factio differunt. Actio enim est virtutis naturalis secundum seipsam actio sine materia exteriori: factio autem est operatio in subiectam materiam exteriorem. Dicitur tamen secundum extensam significationem & est factio actio, & actio factio: secundum quam largitatem etiam operationes exteriores vt loqui, ambulare, comedere, & bibere, & huiusmodi, actiones dicuntur: & intantum aliquando extenditur nomen energię quod & passiones energię dicuntur, vt fames, sitis, & huiusmodi. Aliquando etiam opus virtutis quod à virtute operatum est, energia dicitur. Quocumque igitur modo actus sumatur, constat quod actus est actio secundum naturam & formam agendi conueniens: & cum solus homo dominus sit suorum actuum, erit omnis actus siue actio electiuus motus appetitus. Nullus autem appetitus mouetur nisi propter aliquod bonum. Actus igitur omnis per suam ipsam rationem quoddam bonum appetit.

Sed tunc quæritur, quare etiam factio inter ea non ponitur quæ aliquod bonum appetere videntur? Et dicendum est ad hoc, quod factio non est materialis artis sicut actio virtuti naturali. Est enim ars factiuum principium cum ratione: & si factio sit sine actione, in exterioribus erit factio, & non erit factio artis: & quia factio secundum se ad quoddam bonum hominis vt homo est non ordinatur, idem non semper factio bonum aliquod appetere videtur: & ideo cum principis bonum aliquod appetentibus non numeratur.

Appetitus mouetur propter bonum tantummodo. **Dubitatio.** **Responsio.** **Electio quid est.**

CAPVT V.

Quod omnis electio bonum aliquod appetere videtur.

Electio etiam aliquod bonum appetere videtur. Eligere enim, vt dicit Damasc. est duobus vel pluribus propositis hoc illi præoptare: & sic electio ex duobus componitur, ratione scilicet proponente & ponderante apposta, & appetitum optante & volente vnum ex illis. Vnde cum dicit Damasc. & Greg. Nazian. quod post electionem est impetus ad opus, & post opus vsus: & inde cessat ab vsu iam habens quod intendit. Cum igitur ele-

ctio cum appetitu sit & ratione inclinans ad actum, constat quod electio bonum aliquod appetat sicut & actus. Verificatum est generaliter, quod omnis ars & omnis doctrina: similiter autem & omnis actus & electio bonum quoddam appetere videtur.

Si autem quis quærat, cum multa sint in homine, sicut sensus, æstimatio, concupiscentia, irascibilis, & multa huiusmodi, quæ omnia ad bonum aliquod ordinantur, quare ista non ponantur inter ea quibus homo ordinatur ad aliquod bonum apperendum? Respondendum est, quod communibus positis singula particulariter ponere non oportuit. Omne enim quod appetitum boni disponit: aut est apprehensiuum, aut motiuum, aut ex apprehensiuo & motiuo compositum. Et siquid est apprehensiuum, est sicut dirigens ad bonum. Directio autem hæc non potest esse nisi in exterioribus, vel in interioribus substantialibus. Et si est in exterioribus, est ars vel per modum modum artis. Si autem in interioribus, est doctrina methodalis, vias docens per quas obtineatur quod appetitur. Si autem ex parte appetitus simplicis: tunc est energia siue actus. Si autem ex utroque: tunc est electio. Ex qua ratione etiam sumitur ordo istorum. Electio enim aliqua sequitur, vt compositum aliqua sequitur, vt simplicia. Simplex enim est ante compositum, maxime illud simplex quo componitur compositum. Ex actu autem & doctrina siue arte componitur electio, quam Græci prohæresim vocant. Hæresis enim Græcè secta est: propositis enim pluribus electio sectatur vnum. Inter simplicia autem prius est dirigens quam exequens: & sic ars & doctrina sunt ante actum. Inter dirigentia verò quoddam est præparans instrumentum ad adipiscendum bonum, quoddam autem sicut viam dans ad adipiscendum. Instrumentum enim facit facilem ad electionem: ostensio autem viæ non nisi simplicem ostendit directionem: propter ergo facilitatem ad electionem ars ponitur ante doctrinam in his quæ bonum appetere videntur. Et hoc est quod dicit Victorinus, quod natura facit habitum, ars facilem, vsus potentem. Vnus est enim sapius reiteratus actus. Dicit autem Tullius, quod exercitiam est causa potestatis: per exercitium enim innascitur habitus consuetudinalis. Dicit autem Aristot. quod consuetudo in naturam transponitur, & facit hominem potentem vt non impedire faciat operationes.

Eustratius tamen aliam rationem assignat ordinis, dicens quod illa remotius ponuntur & posterius ab appetitu boni, quæ minorem habent influxum: & sic ars & doctrina distantius ponuntur quam actus & electio. Actus autem quia consequentis est, est enim intelligentiæ actus aliquando & rationis & inquisitionis qui non ita appropinquat bono sicut electio quæ semper est cum appetitu boni: & idem electio immediatius se habet ad bonum quam actus. Doctrina etiam methodalis viam dans ad bonum, vicinior est bono, quam id quod adminiculatur extrinsecus sicut ars: idem remotissimè ponitur ars, vicinior autem doctrina,

Hinc exponitur prima pars ethicorum propositio. **Quæstio.** **Responsio.** **Sufficiencia disponentiæ appetitum in bonum.**

doctrina, & adhuc propinquius actus, immediate autem ad bonum electio.

CAPVT VI.

Cuiusmodi sit illud bonum quod hæc prædicta appetere videtur.

1. ratio. CVM autem dictum sit, quod hæc quatuor bonum appetunt, dubitatur à quibusdam quale sit illud bonum? Constat enim quod bonum ipsa sui forma & ratione mouet appetitum: alicui autem nullum potest mouere appetitum, sicut in antehabitis probatum est: oportet ergo quod hoc bonum quod mouet appetitum, proprium bonum sit. Proprium autem vniuscuiusque non est idem. Non igitur bonum quoddam videtur esse quod ab his appetitur, sed bona multa pro diuersitate singularum.

Bonum multiplex.

2. ratio. Adhuc autem est bonum honestum, & bonum vtile, & bonum delectabile: quaritur, quid sit illud quoddam bonum quod homo appetere videtur.

3. ratio. Adhuc autem est bonum per accidens & bonum simpliciter, & est bonum vt nunc & bonum semper: & oportet determinari quale sit illud quoddam bonum quod homo secundum hæc quatuor appetere videtur.

4. ratio. Adhuc cum causis formalibus sic sit, quod secundum semper à primo habet quod secundum habet: bonum autem proprium rei cuiuslibet cum sit quoddam secundum bonum & non primum, videtur quod cuiusque rei discretum & proprium bonum non moueat appetitum, nisi propter rationem boni primi quod simpliciter est bonum. Sic igitur videtur, quod omnis appetitus est boni simpliciter, & non cuiusdam boni. Hæc igitur non bonum quoddam appetere videntur, sed bonum simpliciter.

5. ratio. 1. meta. Adhuc dicit Arist. quod omnes homines natura scire desiderant. Dicendum est, quod ignorantia dictum est. Et quod obiciunt, quod vnius potentia est vnum obiectum. Dicendum, quod hoc est verum de potentiis materialibus quæ sunt in organo. De potentiis autem absolutis ab organo falsissimum est. Illæ enim in omni genere possunt omnia fieri, sicut probat Arist. in 3. de anima. Sic igitur bonum oportet esse quod appetenti est proportionatum, & videtur appetere: quia non quodlibet appetit bonum per se, sed potius id quod substantia sibi videtur.

Responsio ad quaestionem. Ad hæc autem & omnia similia non est difficile respondere, supposito hoc scilicet, quod nihil appetitur ab aliquo naturali appetitu & ordinato nisi possibile obtineri, & quod proportionatum est principiis naturalibus quibus appetitus nititur obtinere illud.

Secundum gradus entium est appetitus bonorum. Secundum hoc igitur sicut sunt gradus entium, ita sunt gradus bonorum quæ appetuntur. Quædam autem entia sunt iuxta primum, quod est vnum simpliciter & verum bonum, in multis conuenientia cum ipso primo bono, & quædam sunt distantia ab illo, & quædam remotissima ab illo. Et idem dicit Arist. in 2. de celo & mundo, quod in primo gradu entia propinquissima primo capacia sunt boni primi secundum primas nobiles & puras bonitates ipsius: & idem tale bonum appetunt,

quod non quoddam est, sed simpliciter. Distantiora autem remotissima, illius primæ bonitatis non sunt perceptibilia, sed alicuius bonitatis proportionata sibi. Vna autem non est proportio singularum ad bonum, sed valde diuersa: & per hanc diuersitatem diuersa bona efficiuntur: & sic vnumquodque quoddam bonum appetit, & non bonum simpliciter. Bene tamen concedimus, quod secundum bonum quod est quoddam bonum proportionatum, non habet rationem quare moueat appetitum nisi per hoc quod primi boni est aliquid in ipso: quia medium bonum imago est primi boni. Vltimum autem bonum quamuis obscura resonantia sit primi boni, tamen primæ bonitatis aliquid est in ipso, propter quod potest mouere appetitum sibi proportionatum.

Ad 2. Et quod dicitur de bono honesto vel vtili vel delectabili, nihil est ad propositum: honestas enim & vtilitas & delectabilitas differentia boni sunt per prius & posterius dicti: nec vtile mouet appetitum nisi per relationem ad honestum: Similiter autem & delectabile non mouet appetitum nisi per hoc quod est quædam honesti resonantia. Honestum autem ex propria forma mouet: quia essentialiter est similitudo esse diuini, & sub ratione diuini boni bonum mouet appetitum.

Ad 3. Et quod dicitur de bono simpliciter & per accidens & de bono vt nunc & semper, facile est soluere. Bonum enim per accidens & vt nunc, resonantia est boni simpliciter & semper, & non habet mouere appetitum nisi in quantum est resonantia illius. Bonum autem simpliciter mouet ex hoc quod est forma & similitudo esse diuini.

Ad 5. Et quod dicitur de scire, quod omnes homines natura scire desiderant. Dicendum est, quod ignorantia dictum est. Et quod obiciunt, quod vnius potentia est vnum obiectum. Dicendum, quod hoc est verum de potentiis materialibus quæ sunt in organo. De potentiis autem absolutis ab organo falsissimum est. Illæ enim in omni genere possunt omnia fieri, sicut probat Arist. in 3. de anima. Sic igitur bonum oportet esse quod appetenti est proportionatum, & videtur appetere: quia non quodlibet appetit bonum per se, sed potius id quod substantia sibi videtur.

Dico autem sibi videri visione videntis, & visione rei visæ. In re enim visa aliquando non relucet bonitas: quando tamen appetens in visione suæ apparentiæ ponit illud bonum per formam boni opinatam mouet appetitum. Sic igitur omnis homo omni arte & omni doctrina methodali & omni actu & omni electione quoddam bonum appetere videtur.

CAPVT

CAPVT VII.

De commendatione Stoicorum in descriptione boni.

Deo Stoici bene enuntiauerunt bonum dicentes, quod bonum est quod omnia appetunt. Bonum enim in prima sui communitate diffiniri non potest, sicut ex præfatis manifestum est. Si autem bonum primam accipiat, quod prima causa est omnis boni: cum bonum ad naturam pertineat, constat omnia quæ ab ipso sunt, bona esse: quia bonitas primi vel per imaginem vel per resonantiam aliquam diffunditur in omnibus secundis quæ sunt à primo: imaginem esse dimus in illa intentione imaginis secundum quam Boet. dicit in libro de hebdomadibus, quod secundæ formæ quæ sunt in materia, sunt imagines causarum primarum à quibus sunt. Est autem regulariter verum in omnibus, quod quantum agens de forma dat ei in quod agit, tantum dat ei de consequentibus formam. Primum igitur bonum de bonitate influit secundo bono tantum, quantum habet de consequentibus formam bonitatis: quæ sunt tria de necessitate, quorum primum est assimilatio quædam ad primum bonum.

Bonum secundum habet tria à bono primo.

Secundum autem, quia assimilatio semper est causa appetitus, dat ei appetitum primi boni quantum possibile est recipere. Et quia ex appetitu sequitur motus & actus in id quod appetitur, vt scilicet omni actu & motu tendat in id quantum potest, nec vnquam bonum attingeret vel appeteret nisi similitudo primi boni per aliquem modum inchoationis transfusa esset in ipsum. Sic igitur à bono primo secundum bonum habet, quod bonum appetit & in bonum tendit. Idem enim est & mouens & finis & forma. Forma enim similitudo est mouentis, & finis terminus est & vltimum appetitus, quia causatum ex forma: & quod secundum aliquid de bonitate primi attingit, ex primo est: propter quod dicit Eustratius, quod omnis boni appetitus consequens est ex primo bono, & post primum bonum sicut causatum consequens post causam & ex causa.

Huius autem exemplum est in sagitta percussente signum. Quod enim illa pungit, ex angulo acuto habet. Impetum autem violentiæ ex arcu habet impellente. Quod perpendiculariter tangit signum, habet ex forma directionis, quam influit ei sagittarius. Et hoc est modo in tota natura. In his enim quæ generantur & corrumpuntur, alterationes quidem & actiones & passionem ex contrariis sunt. Appetitus autem ad esse quem habet, oportet quod sit ex forma primi motoris influxa in ipsum quod generatur. Et ideo dicit Arist. quod materia appetit formam sicut turpe bonum. In turpi enim forma boni est per inchoationem, & ex hoc habet quod tendit in bonum & attingit ipsum.

Primo physico. c. 81.

Bonum igitur hoc modo est diuinum bonum, & non hoc vel illud bonum est quod omnia appetunt: ed quod sunt consequentia primum bonum in esse & formam primi boni per hoc quod eius aliquam similitudinem habent in seipsis. Omnia autem appetunt primum bonum, non secundum esse vel substantiam, sed secundum quod primum bonum ratio est mouendi appetitum in omnibus bonis. In hoc autem bonum in tali communitate acceptum non est desiderium: quia desiderium est quidam appetitus & cuiusdam boni, & similiter voluntas. Appetitus autem est omnium natura existentium, & omnium quocumque modo sint: & idem melius describitur bonum per appetitum, quam per desiderium vel voluntatem. Quia tamen notificatur per appetitum qui secundum naturam consequitur bonum, est notificatio ista data per consequentiam: & idem per modum enuntiationis est & non per modum diffinitionis: & ideo hæc enuntiatio quoad nos innotescere facit bonum, sed non simpliciter. Hoc igitur modo Stoici bene enuntiauerunt bonum quod omnia appetunt.

Quomodo omnia boni appetunt.

CAPVT VIII.

De differentia bonorum quæ appetuntur.

EX quo igitur homo secundum omnia ea quæ ad opus referuntur, optat aliquod bonum quod est finis operationis suæ: multa autem talia videmus quæ sunt fines operationum & electionum: oportet plures esse fines: & quamuis conueniant in hoc communi quod finis sunt, tamen differunt in speciebus suis & formis. Et ideo quædam videtur esse differentia finium humanorum: & prima quidem & generalior differentia est, quod quidam fines sunt operationes in successiva actione fines existentes, ita quod electio hominis nihil appetat nisi ipsam actionem, sicut est in omnibus musicis & gymnasticis & agonisticis ludis. Per artem enim viellandi non petimus vltimus aliud nisi actionem quæ viellare vocatur. Sic etiam in palastrica & tornamento nihil petimus nisi pugnare: & similiter in tripudio non appetitur nisi compositè incedere & saltare ad harmoniam cantus: & sic est in multis aliis ad delectationem vel exercitium pertinentibus. Alij autem fines sunt non actiones siue operationes, sed per operationes opera quædam constituta siue operata quæ Græcè apotelesmata vocantur, sicut in fabrilis, in qua non appetitur fabricare, sed dum enim se fabricare nullius delectationis vel vtilitatis est: sed appetitur in ea id quod fabricatum est, sicut gladius vel cultellus: cuius esse non est in successione, sed in permanentia. Ad hæc duo omnes operationes humanarum referuntur electionum.

Fines sunt duplices.

Si autem quaritur, vnde veniat in humanis hæc finium differentia? homo enim vnum est, & vnius vnus videtur esse finis, sicut videmus in omnibus aliis tam vegetabilibus quæ sensibilibus. Dicendum est, quod quanto anima

Quæstio.

anima hominis magis est eleuata super naturam quam formæ vel animæ aliorum, tanto liberior est in operatione & plurium liberarum operationum: & ex libertate quidem homo dominus suorum actuum efficitur & causa: quod non est in aliis quæ necessitate materiæ ad vnum operandum restringuntur, vel vno modo: sicut omnis hirundo sicut alia facit nidum, & vnaquæque hirundo sicut alia parat cibum, & sic est in aliis. In homine autem non sic est: imo liberam facultatem habet operandi, & valde diuerso numero & specie & genere operandi. Quamuis enim vnum sit homo constitutum, in vna tamen anima humana quæ est perfectio hominis, non perfectio hominis tantum sicut somnus, sed potius est perfectio eius sicut vigilia. Somnus enim ligamentum est operationum exteriorum. Vigilia autem per hoc quod est expansio caloris & spiritus in organa exteriora, omnia organa mouet & exhibet ad operationem. Quamuis igitur homo vnum sit, necesse est quod illud sit multarum potestatum propter multas operationes, sicut est videre in omnibus potentiis. Sic est regnum in moralibus, & anima hominis in naturis. Cum igitur tales operationes omnes substantiales sint, aut secundum partem ab anima egredientes, oportet quod secundum has multiplicetur differentia finium electionum humanarum & operationum.

Apotelesma.

Quamuis autem apotelesma mechanicum sit, & non propter se volitum: actiones autem quas volumus vt fines omnes sint liberales: tamen vna doctrina finium & prima est, quod id quod intenditur ab homine, est aut propter se volitum, aut non propter se, sed propter alterum. Propter se autem volitum liberale est. Dicit enim Philosophus, quod liberum dicimus quod causa sui est. Talia autem omnia sunt quæ sic volumus, et si nihil aliud debeat nobis inde fieri, sicut viellare, agonizare, & huiusmodi. Id autem quod propter alterum appetitur, dicitur mechanicum: quia non propter se, sed propter indigentiam aliquam quam instrumentaliter perficiendo supplet, in humanas assumitur operationes, sicut est domus, pannus, & omnia huiusmodi, quorum indigentia impedit bene viuere & contribulat: propter hoc ad humanum bonum referuntur. Quamuis igitur intellectus practicus in homine sit vnum, tamen tale vnum est quo est omnia facere, sicut dicit Philosophus. Et hoc probatur per instrumentam eius quod est manus, quod sic paratum est, quod instrumentaliter deseruit ad omnia opera: propter quod homo multarum est artium, doctrinarum, electionum, & operationum, & finium: & prima differentia in his est, quod quedam eorum sunt actiones liberales & electiones & doctrinae & artes & fines. Quedam autem propter aliud mutuata & instrumentaliter deseruientia, indigentias scilicet supplendo: & hoc habet rationem mechanicam: operantur tamen ad felicitatem, quia homo subiaccens indigentis, operationes naturales intellectus habet impeditas.

Mechanicum quid est.

Lib. 1. de anima. tex. c. 17.

CAPVT IX.

De comparatione istorum finium adinuicem.

Cum autem felicitas sit operatio & non operatum, non propter hoc aliquis credat, quod in finibus humanis, hoc est, ad hominis vitam pertinentibus semper operatio melior sit. In omnibus enim his facultatibus in quibus operationes factrices sunt operatorum, operata meliora sunt quam operationes. Meliora autem dico, quæ fini ultimo hominis qui est felicitas, sunt propinquiora. Hæc enim operata felici deseruiunt vt feliciter operari possit: feliciter autem operatur vnusquisque, quando nihil ei deficit eorum quæ ad necessitatē vel voluptatem rationalem ordinantur. Propter quod dicit Philosophus in primo meta. quod omnibus existentibus ad necessitatem vel voluptatem, sacerdotum gens in scholam intrare concessa est. Et dicti causa: quia philosophari liberalis actus est, sicut feliciter agere: propter quod sollicitudo vel necessitas impeditam facit operationem felicis. Operata igitur vel remouendo indigentias, vel ministrando quæ necessaria sunt, vel deseruendo rationalibus delictis expeditam faciunt operationem felicis: & hoc in talibus non faciunt operationes quæ sunt factiones apotelesmaticæ.

Feliciter operari.

Cuiuslibet artis est proprius finis.

Huius autem & alia ratio est. Operatio enim felicitatis defectibilis est. Si ergo debeat esse non impedita, oportet quod cooperantia habeat. Cooperantia autem sunt vel essentialiter vel instrumentaliter siue organice. Essentialiter quidem cooperatur virtus: organice autem apotelesma: factio autem apotelesmatica non operatur nisi per accidens, scilicet faciendo hoc quod est organum felicis. Vicinius autem & similis ultimo bono est id quod essentialiter habet influxum ad ipsum, & post hoc quod in vsu deseruit organice: distantissimum est autem id quod non referatur ad vltimum bonum nisi per accidens & per aliud. Operata ergo meliora sunt operationibus in talibus.

1. ratio.

Cum autem & ipsa operata quosdam habeant fines, sicut domus defendere ab imbribus & caumatibus, & gladius incidere & hostem terrere, & huiusmodi: non tamen triplicem ponimus finem: talia enim operata adiuncta sunt quando ad vsum referuntur. Vnde etiam in nominibus eorum tales fines includuntur. Organum enim siue in quantum organum est, ad vtem & ad vsum diffinitur & refertur. Vnde gladius in quantum gladius est, non diffinitur quod sit ferrum acutum, sed potius quod sit instrumentum pugnantis, hians vulneribus corpus faciens hostis. In genere ergo non est nisi duplex differentia finium: & in omnibus quorum sunt fines quidam præter operationes, in his meliora existunt operationibus opera.

2. ratio.

Organum.

Gladius.

CAPVT

CAPVT X.

De multiplicatione artium.

Cum autem felicitas actus sit secundum omnem virtutem animi perfectus, nec perfectio possit esse si aliquod deseruientium desit, oportet esse multas artes & doctrinas, quibus illa perficiuntur quæ organice deseruiunt, maxime cum homo mollis sit & multis necessitatibus subiaccat: quæ necessitates nisi tollantur, erit operatio felicis impedita. Sicut enim victoria est in duce exercitus, quamuis expedit in ipso non nisi multa organice sibi deseruiant, sicut conquinaria ars in reficiendo exercitum, equestris in parando dextrarium, armentaria in armando militem, & sic est in aliis multis facile considerare: ita facultas actus in vno quidem est, sed non perficitur sine virtutibus & potentiis multorum quæ organice deseruiunt. Et cum tales facultates multiplicentur, necesse est multiplicari etiam fines particulares: & sic contingit, quod medicinalis quidem artis secundum quod civili bono deseruit, proprius finis est sanitas inducta in ciuibus. Nauifactiua verò secundum quod ad vsum ciuium refertur, finis proprius est nauigatio, siue in bello naturali, siue vehendo res quæ ciuibus & exercitibus sunt necessaria. Militaris verò artis rellata ad vsum ciuium, proprius finis est victoria in hostis propulsatione. Oeconomica verò artis quæ est ars dispensandi domum & familiam secundum quod ad vsum omnium refertur, proprius finis est diuitia, ne propter defectum rerum diuinum bonum impediatur: & sic facile est videre in omnibus aliis. Et quia multa talia sunt sine quibus feliciter non viuunt, ideo talium multas necesse est esse artes & doctrinas, quibus vnus homo nullo modo potest occupari ad perfectum. Sicut enim in præhabitis diximus & Aristot. dicit in primo meta. Multipliciter humana natura ancilla est, & multis subiaccit indigentis propter suæ complexionis nobilitatem. Et oportet, quod ex multorum organice seruientium virtutibus promoneatur ad perfectum: propter quod contingit vt multi laborent in seruilibus operibus ad hoc quod quidam sint perfecti ad actum felicitatis. Vnde optime dixit Auer. philosophus, Væ vobis hominibus qui computati estis in numerum bestiarum, & laboratis seruitute reciproca, vt ex vobis nascatur liber.

Homo naturaliter est animal civile.

Hinc etiam contingit, quod homo naturaliter est animal civile: quia ea quæ ad humanum deseruiunt, sine multitudine haberi non possunt. Propter quod dicit Arist. in economicis, quod homo per se solus, vel Deus est qui nullo indigeat, vel bestia cui humanorum officiorum nihil proficiat. Patet ergo ex prædictis, quod multis operationibus, artibus, & artibus, & doctrinis, multi sunt & fines. Medicinalis quidem enim sanitas, nauifactiua verò nauigatio, militaris

D: Alb. Mag. lib. 1. Ethic.

chim victoria, & economica verò diuitia. In omnibus autem his cauendum est, ne aliquod artium vel doctrinarum bonum civile dicatur, nisi quod ad vltimum bonum propriæ suæ virtutis & facultatis substantialem habeat ordinem. Si enim in operatione coniunctam sibi habeat vanitatem vel malitiam humanum bonum impediens seu adiuuentem, hæc doctrina nullo modo civilis est. Vanum enim est, quod nullum finem includit humani boni. Malum autem quod humanum adimit. Et inanis quidem exemplum est, sicut tesserarum vel globorum proiectiua. In malis autem, sicut est in cænicis artibus, in quibus docentur turpis denudatio, & mulierum prouocatio, & inuerecundæ libidinis expletio, & sicut est in arte furatiua vel suffosua domorum. Et illæ quidem artes quæ coniunctam habent vanitatem Græcè malacotechnia, hoc est, vanæ artes vocantur: quæ autem malæ artes sunt cacotechnia dicuntur: bonæ autem calotechnia. Huiusmodi autem non hic numeramus: quia sicut mortuus homo non dicitur homo, ita mala ars non est ars: sicut eunuchus non dicitur vir, ita vana ars artis nomen non potest habere. Ars enim, vt dicit Tullius, collectio est præceptorum ad vnum finem tendentium. Malum autem & vanum finis non habent rationem.

CAPVT XI.

De reductione harum ad vnam quæ præcepta dat & ordinat omnes.

Sicut autem in præcedentibus determinatum est, per se bonum est illud ad cuius respectum omnia alia dicuntur bona. Et sicut se habet finis ad finem, ita se habet facultas ad facultatem. Et ideo necesse est, quod facultatem particularium finium sub facultate vltimi & optimi finis ordinentur & contineantur. Et cum sepe sit superioris ordinare, inferioris autem ordinari ad formam & rationem superioris, quod inferiores ad aliquem superiorum ordinentur, necesse est. Facultates igitur quæ dictæ sunt, ad vnam superiorum ordinentur, & superiorum secundum rationem sui boni, cui bona inferiorum artium deseruiunt, ordinatio inferiorum conceditur: & superior ordinans ad omnes inferiores retinet principatum: & hoc non tantum in prima & principali doctrina qua homo consequitur humanum bonum, sed etiam in omnibus aliis sub ipsa contentis, sicut est medicinalis, nauatoria, militaris, & economica. Sub nauatoria enim est illa quæ facit galeas & alias naues ad nauatoriam artem pertinentes; sicut factiua velorum, factrix malorum, compositiua rudentium; electiua transtorum; concinnatiua nauium, & alia huiusmodi. Et sub medicinali antidotaria, electuariorum compositoria, vnguentaria, & alia huiusmodi. Et sub militari tornamentatiua, hostium inuasiua, hostium expectatiua, proditiua; insidiatiua, scutilatiua, lanceatiua, & cetera huiusmodi.

C

huiusmodi ordinantur. Et sub œconomica dispositiva, quæ est scientia vtendi ministris ad vtilitatem domus: & possessiua, quæ est scientia vtendi possessionibus vt redditus fructibus domus semper sustentetur: & chrysmatica siue thesaurizatiua, quæ est scientia thesaurorum aggregatiua, ne propter defectum possessiones vendi cogantur: & dispensatiua, quæ est scientia facultatum domus distributiua, vt vnicuique secundum propriam dignitatem & meritum de facultatibus domus distribuatur. Sic ergo in omnibus vna substantialis est, & omnes sub vltima: & illa ad quam aliæ ordinantur, principalior est eis, & secundum rationem sui boni omnium aliarum inferiorum ordinatrix. Quæcunque igitur sunt talium artium scilicet, doctrinarum, & actionum, sub vna quadam virtute siue facultate sunt: quemadmodum sub equestri frænfactiua, & quæcumque alio modo equestrium sunt instrumentorum. Hæc autem, scilicet equestris, & omnis bellica operatio, sicut armigera, scutifaciua, lancearia, sagittatoria, & aliæ huiusmodi, sunt sub militari: & secundum eundem modum aliæ sunt sub aliis. Regulariter enim verum est, quod quæcumque sunt ad vnum bonum vltimum, secundum relationem quam habent ad illud bonum propinquiores vel remotiores ordinantur ad illud. Et ideo remotiores semper obediunt his quæ propinquius ordinantur: quia secundum rationem vltimi boni in talibus facultates ipsæ dicuntur bonæ & meliores & optimæ, & secundum respectum ad illud superiores præcepta dant inferioribus subseruendi: secundum cuius rationis ordinem præcipiens est princeps, & subseruiens est famulariter subsequens: quod enim ordinat & præcipit, principatum habet. In omnibus itaque architectonicarum fines sunt desiderabiliores his finibus qui sunt sub ipsis. Horum enim finium gratia prosequuntur & illa quæ sunt fines inferiorum: finis enim inferiorum non desideratur nisi propter finem superiorem. Nemo enim desideraret gladium, nisi propter hostium victoriam. Oportet igitur cum secundum respectum vnius boni ad vnum omnia bona dicantur, & omnes istæ facultates operatiuæ bonorum dicantur, quod omnes ordinentur ad vnam quæ est operatiua illius boni ad cuius respectum omnia alia per analogiam bona dicuntur.

Quomodo vna ars deservit alteri.

Secundum autem hanc considerationem nihil differt ipsas operationes quæ sunt in successione esse fines, sicut liberalibus artibus, aut præter has operationes aliud quidem esse finem quod apotelesma vocatur, quemadmodum in supradictis doctrinis, scilicet nauifaciua, medicina, & aliis huiusmodi semper est alius finis ab ipsa operatione: quoad hoc enim quod operatio finis sit delectationis, & apotelesma finis sit secundum rationem habilitatis, non sequitur quin vtrumque referatur ad alterum quod per se est bonum & optimum: quod fieri non potest expedita operatione, nisi omnibus concurrentibus quæ secundum delectationem & ha-

bilitatem organicè deseruiunt ad ipsum. Et ideo nihil differt quantum ad intentionem præsentem, operationes ipsas esse fines actuum nostrorum, aut præter has operationes aliud quoddam quod apotelesma vocatur, quemadmodum in dictis superius doctrinis, militari scilicet, œconomica, medicinali, & nauifaciua.

Omnes fines ad vnum vltimum referuntur.

Si autem, sicut est, vna ad alteram ordinatur, & omnes ad vltimam, oportet quod omnium operationum humanarum vnus & vltimus sit finis, ad quem omnes alij fines particulares referantur & ipse ad nihil aliud referatur. Quia nisi sic sit, duo sequuntur inconuenientia, quorum primum est, quod desiderium quod habet homo secundum naturam in omnibus artibus, doctrinis, & operationibus, in quibus omne quod est suam intendit perfectionem, esset superuacuum: nisi enim vltimum ponitur, in infinitum procederetur. Aliud enim in singulis artibus desideratur. Infinitum autem abhorret & ars & doctrina & actus & electio. Secundum autem inconueniens est, quod desiderium hominis quod habet ad bonum quod omnia appetunt, esset inane: quia cum fine careret, nec haberet mouens desiderium, nec rationem desiderandi, nec vias ad desideratum vnquam perueniendi.

Ex dictis igitur patet, quod vltimæ & optimæ facultatis bonum est finis bonus & optimus hominis: & hoc est quod dicit Aristoteles. Si vti que aliquid est operabile quod propter ipsum volumus, alia vero propter illud & non omnia propter alterum desideramus, proceditur enim ita in infinitum: sicque esset vanum & inane desiderium: manifestum quoniam hic vti que, scilicet finis, erit bonus & optimus. Quamuis enim multi habeant inania desideria & vacua: tamen ea desideria quæ sunt cum ordinatione artium & doctrinarum, non sunt inania neque vacua, sed cum ratione sapientiæ ordinata ad vnum.

Obiectio:

Et si quis obiiciat, quod bonum hominis in quantum homo est omnium bonum, debet omnibus conuenire: bonum autem hoc ad quod alia subseruiunt, non omnibus conuenit, sed potius ei qui est ordinator & motor omnium. Dicendum est, quod sicut omne analogum est in vno simpliciter, & in aliis secundum respectum ad illud: ita optimum illud quod scientiæ ciuilibis bonum est, in vno quodam est, qui gubernator est multitudinis, in aliis tamen est secundum respectum ad illud. Et sic nihil est subiectorum quod prima bonitate sit priuatum. Et sic primum bonum ab hominibus est participabile secundum vniuersumque facultatem & dignitatem.

Responsio.

CAPVT XII.

Quod dictum bonum maximum ad vitam hominis habet incrementum.

7. EX præhabitis sequitur, quod cum vltimum sit ad quod tota intentio dirigitur: dirigitur autem ad ipsam rationem vltimi, ita quod ratio directionis ex forma & diffinitione vltimi accipitur, illud vltimum maximum habet incrementum ad vitam hominis: quia nihil valet ad vitam hominis, nisi quod proportionem habet ad illud. Et ideo hoc est tanquam quoddam signum ad quod omnia quæ sunt hominis secundum se, & hominis in domo, & hominis in ciuitate vel gente, referuntur. Quod si tollatur, nihil certum erit in humanis operationibus, sed omnia casui & fortunæ deputabuntur, quod esset valde inconueniens. Igitur etiam ad vitam cognitionis magnum habet incrementum. Et quemadmodum sagittatores signum habentes magis vti que adipiscuntur quod oportet, referendo scilicet bonum particulare ad bonum commune quod est vltimum & optimum.

Architectonica.

Ciuilis dicitur architectonica.

CAPVT XIII.

Cuius facultatis sit hoc bonum.

8. HABITO quod aliquod bonum & vltimum sit omnium artium doctrinarum actionum & electionum humanarum consequenter inuestigare oportet, cuius artis vel doctrinæ sit dirigere & perficere illud vltimum & humanum bonum, & quomodo illud oportet accipere per facultatem illam, vtrum figuratim, vel ex demonstratione. Hoc tamen accipere tentabimus: tentator enim manibus palpans tentat experientia pro manibus vtens, sicut cæcitiens demonstratam viam non habens: quoniam si haberet, non tentans & palpans procederet, sed certè ambularet. Sicut enim in præcedentibus diximus, in moribus hominum certæ & necessarie viæ non sunt, sed quasi coniecturales, & ex his quæ expediunt vnicuique: cum tamen ea quæ expediunt vni, non necessario expediant alteri. Sic ergo tentando potius quam demonstrando figuralem & superficiale faciemus doctrinam de bono humano, quod quidem sit diffinitione & substantia, & cuius disciplinatum aut virtutum. Virtutes enim dicimus tales disciplinas virtutum siue potentias: quia ad modum potentiarum ex coniecturalibus & suauis probant quod intendunt, sicut in præcedentibus diximus.

In moralibus non est certitudo.

9. In his rationibus probatur, quod hoc bonum operari & conducere est ciuilibis scientiæ: quarum rationum prima logica est ex transcendentibus, & non propriis assumpta.

Est autem hoc, quod principale bonum D. Alb. Mag. lib. 1. Ethic.

principalis est facultatis in omni ordine prædicarum facultatum. Principale autem bonum felicitas. Ergo felicitas principalis erit facultatis. Principalis autem facultas quæ legem ponit omnibus, & vocatur legem ponens, ciuilibis est. Ergo principalis facultas ciuilibis est. Ciuilibis ergo facultas humanum bonum est. Facultates autem appello artes & doctrinas practicas: quia facultas est facilis potestas. Tales autem doctrinæ quando ad vsum referuntur, faciliem vnicuique præstant facultatem ad operandum quod vult. Tales autem ad quas aliæ artes referuntur architectonica dicuntur ab archos quod est principatus, & tectonica quod est conditiua, hoc est, operati propter alicuius operationem constitutiua: & sic vltimi boni consideratiua in quolibet genere architectonica dicitur ad totam coordinationem illius generis. Omnium autem principalissima est, quæ omnes ordinat & omnibus præcipit. Et hæc est ciuilibis. Dicitur tamen dupliciter architectonica, scilicet consideratione finis qui est principalissima causarum, secundum cuius rationem & mensuram & leges & præcepta dantur omnibus ordinatis ad finem illum. Et sic hic loquitur de architectonicis. Patet igitur, quod secundum hunc modum finis humanus videtur vtri que principalissima & maxime architectonica esse. Et talis vti que ciuilibis apparet: quia hæc secundum considerationem sui boni omnibus præcipit, omnibus legem imponit, omnes ordinat, & omnibus vtatur.

2. ratio.

Secunda ratio est sumpta ex præmissis: quarum enim scientia omnes facultates ordinat, quæ scilicet in malacoteciniis cacoteciniis & caloteciniis debitum est esse in ciuitate ad vsum ciuipm, & quales facultates sibi proportionatas vnumquemque ciuipm oportet addiscere & quantum, ne inutiliter ultra finem artis vano studio & inutili labore consumatur, hæc est principalis & maxime architectonica. Præordinatrix autem horum est ciuilibis. Vltimi ergo boni humani ciuilibis est operatiua.

Artes quæ ad ciuilibis præstiganda sunt.

Quædam enim disciplinæ sunt, quæ sunt excommunicanda de ciuitate secundum ea quæ prædicta sunt: quia licet omnes in quantum est disciplina bona sunt, tamen ex parte eius quod artificiatum est in eis pronitatem malam habent adiunctam, per quam ciuibus ad feliciter viuere magnum præstant impedimentum, sicut est necromantia, lenociniū, & alia huiusmodi: propter quod dicit Victorinus in architectura, quod veneri extra ciuitatem templa ædificata sunt in campis Horigeris & in lucis vmbrosis, vbi veneris sacra sine verecundia & sine dissolutione matronarum ciuitatis possunt celebrari. Similiter autem martis templa ædificanda sunt extra ciuitatem in locis lapidosis & asperis, in quibus truculenter sacra martis exerceantur à militibus, & ciues feriales non efficiantur per aspectum sacrorum martis. Ioui autem qui omnia de consilio decorum rationabiliter terminat ad hominum felicitatem, pro captorio medium ciuitatis attribuitur. Sicut enim dicit Aylciulus, Iuppiter non totabit, nisi 12. diis con-

Templa veni in ciuitatibus extra urbes.

Phanx deorū in ciuitatibus.

fentientibus; non fulminabit autem, nisi ante per contentum cæli: beneficia verò præstabit omnibus per seipsum: significans in hoc, quòd munera à proconsule vel prætore vel rege non procedant sine consilio lenatus: penarum autem inflictio non nisi de consensu totius cœtus partium: beneficentia autem opera libere faciat de proprij cordis bonitate. Ciuilis autem præordinat quales disciplinas quilibet ciuium debet addiscere. Sicut enim dicit Plato in prima parte Timæi, notanda sunt opera puerorum & iuuenum ut illis facultatibus applicentur, ad quas sunt ex natura magis idonei: sicut fortes brachii & agiles & animosi, scribuntur ad militiam: fortes autem & incompitorum membrorum, determinantur ad agriculturam, & sic de alijs. Et si inueniuntur inhables in dignitatibus superioribus, ad inferiores retrudantur: & qui se idoneos exhibent de inferioribus, ad superiores exaltentur. Hæc etiam determinat vsquequo oportet quemlibet addiscere quamlibet facultatem. In his enim quæ non propter se sed propter aliud scire quærimus, in ipsa theoretica contemplationis parum vel nihil habent humani boni, sed in operato organicam habent virtutem: & idè in talibus studere vltra hoc quod possit includere bonum intentum, supernacuo labore est consumi. Patet igitur, quòd ciuilis huius boni est operatiua. Quas enim esse debitum est disciplinarum in ciuilibus, & quales vnumquodque addiscere debitum est, & vsquequo sine vsque quantum, hæc præordinat.

Plato de puerorum idoneitate.

3. ratio.

Tertia ratio est: quia quæcumque disciplina sub se habet ad vsum omnes facultates pretiosissimas, hoc est pretiosorum bonorum operatiuas, illa humani boni est operatiua & principalis architectonica. Ciuilis autem tales pretiosas sub se habet. Ergo ciuilis principalis & humani boni est operatiua. Media autem probatur per hoc, quòd ciuilis sub se habet militarem & æconomicam & rhetoricam quantum ad illam partem quæ est indicatiua, quòd omnis allegatio rhetorica secundum diuisionem causarum iudicialium ordinatur & distribuitur. Illæ autem pretiosissimæ sunt: quia militaris conferuat pacem, æconomica conferuat, & rhetorica dirigit causas, eo modo quo indicatiua rhetorica. Ergo videmus virtutes & pretiosissimas facultatum sub hac, scilicet ciuili existere, ut puta militarem, æconomicam, & rhetoricam esse. Cum igitur hæc omnibus alijs practicis disciplinis vtatur ad suum bonum consequendum, sicut in tertia ratione inducta probatum est. Adhuc autem cum legem omnibus ponat, quæ quemlibet oportet operari & à quibus abstinere, sicut in secunda ratione ostensum est: sequitur quòd ciuilis scientiæ finis complectatur omnes fines aliarum facultatum, ita quòd omnes fines organicè deseruiunt ad ipsum, & singularum fines virtute & potestate operatiua sunt in ipso. Finis autem qui omnium fines complectitur, humanum bonum est. Ciuilis ergo scientiæ finis est humanum bonum. Vtatur enim hæc reliquis practicis disciplinarum. Amplius autem legem ponentem

te quid oportet operari & à quibus abstinere: huius finis complectitur vtique eos qui aliarum: quapropter hoc vtique erit humanum bonum.

CAPVT XIV.

De exclusionem dubitationum quæ sunt circa prædicta.

Dubitabit aliquis si humanum bonum sit politica scientiæ finis. Hoc enim bonum in ciuiliu est gubernatore. Ciuilium autem gubernator non quilibet est, sed vnus præcellens: in alijs autem hoc bonum non est: & sic humanum bonum non cuilibet homini conuenire videtur. Ciuilis igitur scientiæ bonum non videtur humanum esse bonum. Ad hoc dicendum, quòd sicut totum vniuersale est essentialiter in quolibet suorum subiectorum, ita totum potestatiuum & virtuale non est essentialiter, sed potestatiuè & virtualiter in quolibet est sibi subiectarum potestatum & virtutum. Sicut victoria quæ est in duce exercitus, secundum aliquam virtutè in coquinatiua, & secundum aliquam in marescaltiua, & secundum aliquam in militari, & sic de omnibus his virtutibus congregatis & ad vnum relatis perficitur victoria: & singula tantò meliora sunt, quantò victoria sunt propinquiora. Et hoc modo idem est bonum exercitus & vniuersi cuius singulariter de exercitu. Singulorum enim opera rationem boni non habent nisi per analogiam ad vltimum bonum: in qua analogia idem est bonum vnius & totius exercitus, non quidem genere, vel specie, vel numero, vel definitiua ratione, sed analogia ad vnum quod est commensuratio omnium & singulorum ad vnum vltimum. Et idè Græci dicant hoc bonum sic proportionatum ad vnum, operari ad bonum vltimum per modum reperim. Reperim autem brachium libræ est, in quo est pondus præponderans. Hoc enim brachium ab æquilibrio subito mouetur ad angulum rectum descriptum in centro circuli, qui descriptis vtrumque libræ brachium ascendens & descendens, & secundum quantitatem quam brachium descendens describit in quarta circuli, quæ sub centro, angulo recto ponderis est incrementum maius vel minus, sicut Eucherides probat in lib. de ponderibus, & sic bona tantò maius incrementum habent ad vitam, quantò fuerint primo bono propinquiora: & tanto minus incrementum habent ad vitam, quantò fuerint ab illa distantiora: & sic inter se dicuntur meliora. Si enim vnum & idem est per analogiam bonum vni homini & bonum ciuitati, maiusque est: perfectius bonum est quod est ciuitatis, quam bonum quod est vnius tantum hominis, videtur ciuilis scientia, ad quam omnes alie ordinantur doctrinæ & artes, suscipere per gubernationem artis & saluare per effectum operis illud bonum humanum quod est perfectius & maius. Quamuis amabile sit quod

Dubitatio.

Responsio.

Bonum commune est in omnibus & in singulis.

Reperim quid sit.

Bonum commune priuato melius est.

Moralis scientia non habet demonstrationes.

quod vni homini bonum est secundum suam artem & facultatem & actionem: tamen melius & diuinius est quod est gentis & ciuitatis. Diuinum enim bonum est omnia ad vnum opus participandum referre. Amabile quidem igitur est quod est vni soli bonum. Melius verò & diuinius est quod est bonum genti & ciuitati. Propter quod dicit Eustratus, quod politicus maximè Deo assimilatur. Quid enim

confert & quid nocet considerat: & hoc quidem suscipit & saluat, hoc autem abiicit & tollit. Methodus quidem igitur quæ hæc bona appetit sub analogia quæ inducta est, quædam particularis scientia est ciuili existens. Quid autem per diffinitionem subiectum & optimum bonorum sit, infra proprio loco determinabimus.



TRACTATUS IV.

De modo procedendi in hac scientia & de auditore.

CAPVT I.

Quod in hac scientia non debet exquiri certitudo, sed sufficit figuralis ostensio.

IO.

Quid sit materia moralis.

DE hac autem materia sufficienter nos reputamus dixisse, si manifestauerimus eam per tales propositiones & rationes quas materia subiecta, de qua intendimus, admittit. Materia enim huius scientiæ sunt res pertinentes ad vitam secundum quod ad felicitatem deseruiunt: & actiones voluntariæ quæ sunt circa res illas quibus iniunctæ sint, tamen vniuntur per analogiam ad vnum, sicut sæpius dictum est. Cum autem in omnibus scientiis ex diffinitionibus procedatur, processus manifestationis rei est, secundum quod numeratur diffinitio. Et idè alius est modus demonstrandi in naturalibus, vbi diffinitio concipit materiam sensibile: & alius in mathematicis, vbi concipit diffinitio materiam intellectualem: & alius in mechanicis, vbi nullam concipit, sed ex simplicibus substantiæ principiis diffinitio componitur. Et similiter alius modus erit in moralibus, vbi omnia pendent ex voluntate, & nihil est permanens in modo vno. Quamuis enim sermo in communi enuntiatione rerum non mensurer res vt sunt: tamen sermo diffinitiuus ex propria rerum natura acceptus, mensura est rei & per propriam rei formam & rationem. Et idè dicitur, quòd non sermoni res, sed rei sermo subiectus est: quia sermo diffinitiuus datur ex primis rei principiis: nec potest esse, quòd res contingens & mutans in se & in causa, aliquid certum & necessarium habeat per quod ostendatur, nisi forte per abstractionem in vniuersali accepta. Sed ille modus logicus est & vanus, & moralis scientiæ non proprius. Ergo de hac scientia dicetur vtique sufficienter, si secundum subiectam materiam manifestetur. Non enim habet.

bet demonstrationem, sed qualemcumque manifestationem. Sicut enim diximus, illa quæ simpliciter est certitudo quæ est ex necessarijs quæ impossibile est aliter se habere, non in omnibus est requirenda. Quædam enim contingentiæ sunt nullam habentia necessitatem, de quibus non accipiamus scientiam, tamen quancumque accipiamus existimationem & coniecturam quam valdè nocuum esset negligere, cum in talibus tota sit conuersatio humana. Ex talibus ergo in moralibus procedere oportet, quæ habent certitudinem quam permittit materia, nec vltra exigendum est.

Huius simile in conditis: condita autem dicimus quæcumque per operationes conduntur & constituuntur a potestatis. Si enim ars in communi acceptione sumatur, erit quædam speculatiua, quædam operatiua. Et speculatiua quidem est, quæ rationes rerum non relatas ad opus considerat: quæ rationes cum ad res referantur, necesse est talem habere certitudinem, qualem permittit rei natura. Operatiua autem ars est, in qua nihil nisi operatio intenditur, sicut viellatio, & huiusmodi. Factiua vero est, quæ est a potestatis constitutiua, quam paulò ante diximus conditiuam esse. Quamuis enim ars factiuum sit principium cum ratione, tamen in omni arte hæc tria sunt, scilicet comprehensio principiorum dirigentium, & hoc est speculationis, & operationes artis, & res circa quas operantur: & secundum diuersitatem materiæ actuum diuersæ requiruntur ab artibus perfectiones, & præcipue in artibus quæ dicuntur conditiuæ. In illis enim est opus stans, in quo relucet artificis diligentia. Cuius exemplum ponit Eustratus in arte quæ est factiua imaginum: hæc enim potest fieri per pictoriam, vel incisoriam, vel illam quæ est ars lathomorum. Pictor autem faciens imaginem, pincello vtitur, cuius extremitas ad subtilitatem pili terminatur, & paulatim curuabile est in grossos & subtiles tractus secundum quod pictor voluerit. Colore autem vtitur pro materia qui liquidus est, & vbique

Ars est duplex. Speculatiua.

Practica.

Tria ad quælibet artem requiruntur.

tingit & variat ad omnem pictoris voluntatem. Et ideo à diligentia pictoris requiritur, quòd perfectam faciat imaginem prototypum representantem in omni dispositione lineamentorum. In figura autem incisionis: quia pars à parte non eruitur, nisi per instrumentum forte & acutam, & non potest esse subtile & paruum, ideo subtilissimis inhabile est. Materia etiam dura in minima non diuisibilis sine fractione. Propter quod non obedit ad minimorum membrorum representationem. Vnde à diligentia incisionis non requiritur, quòd in omnibus representantem prototypum imaginationem faciat instrumentum. In arte vero lathomorū materia lapis est, qui cōminuibilis est. Instrumentū verò maleus hebetem angulum habens: quia aliter ad duriciam lapidis runderetur. Propter quod à lathomo non requiritur, nisi quod faciat imaginem vt in maioribus representantem: & sic est in omnibus. Non iustum esset, quòd in moribus requireretur certitudo quam rei natura non permittit: hoc enim esset destruere naturam rei propriam, & ignorare rerum principia. Sicut enim iam diximus, in vno genere non vnus modus certitudinis, sicut diximus de imaginatiua quæ aliquo modo statuaria vocatur. Patet igitur, quòd certum simpliciter non in omnibus sermonibus est querendum, quemadmodum neque medicis vnus requiritur modus certitudinis: cum etiam in vno eodemque genere non vnus modus certitudinis & diligentiae requiratur.

CAPVT II.

Quod maxime variationi subiacent quæ sunt de conuersatione hominis: & ideo certum simpliciter non est in eis.

EA autem quæ sunt de hominis conuersatione, in quibus per se bonum queritur, tantam habent variationem & apud diuersos errorem, quòd ea quæ dicuntur iusta & casta non ex natura rei, sed lege per voluntatem humanam videantur esse determinata. Quod enim hi dicunt iustum, alij autem dicunt esse iniustum: & quod apud istos est castum, ab aliis incestus reputatur. Nec potest esse sine errore quod dissonum est. Et quæ tantæ subiacet variationi, quòd variatio eorum causa erroris est, certitudinem non habent: & ideo in talibus non est requirenda. Bona enim iusta de quibus ciuili intendit, tantam habent differentiam apud homines, & ex differentia tantum errorem, vt videantur lege sola esse, natura vero non. Cum enim natura vnum sit apud omnes & naturæ ratio: si constans esset natura iustorum & castorum, eadem essent iusta & casta apud omnes. Nunc autem diuersa sunt & lege diuersorum diuersimode determinantur. Concubinitus enim in incestum ab antiquis legibus non determinabatur, qui tamen secundum nostras leges

Nota in hoc ca. pulchra de firmitate & mutabilitate bonorū & infortiorū à ciuili consideratum.

incestus est. Nec hoc est tantum in his quæ apud diuersos legibus diuersis diuersimodè determinantur & statuantur, sed etiam quæ apud omnes sunt bona. Apud omnes enim diuitiæ instrumentaliter deseruiunt ad obtinendum quod quisque appetierit: & fortitudo quæ est robor corporis quæ Græce ischis vocatur, apud omnes valet ad difficilium operationum & contrariorum repulsionem, sicut & ipsa vera fortitudo valet ad defensionem patriæ & ciuitatis: & tamen hæc quæ apud omnes bona sunt, mala sunt quibusdam per occasionem: contingunt enim ex ipsis multis detrimenta. Multi enim iam perierunt propter diuitias, vel per latronum insidias, vel tyrannorum violentias, vel prodicione ciuium. Multis etiam fortitudo propria causa fuit interitus. Et sic etiam ea quæ apud omnes bona sunt, errorem accipiunt, & mala quibusdam efficiuntur: sicut & in proverbio dicitur, quòd aliquando in bonis periclitatur natus lamento parentum, scilicet quando bona perduntur & vita saluatur quæ non saluaretur si bona non perderentur.

Ex prædictis igitur patet, quòd talem quandam errorem habent etiam bona quæ apud omnes bona sunt: quia multis contingunt detrimenta ex ipsis. Iam enim quidam perierunt propter diuitias, alij vero propter fortitudinem. In talibus igitur certè necessaria principia & propositiones, ex quibus demonstrantur haberi non possunt. Sicut enim diximus ea etiam quæ videntur vel sunt bona, multis sunt detrimenti causa, præcipue in corporalibus. Quatuor enim sunt in corpore, virtutē corporis perficientia, videlicet sensu viuacitas, pulchritudo, robor, & sanitas, quæ respondent quatuor virtutibus cardinalibus in anima. Sensuum enim viuacitas prudentiæ, pulchritudo temperantiæ, robor fortitudini, sanitas iustitiæ aptatur: quia vtraque in quadam mensuratione consistit: quia licet bona sint, tamen ex ipsis quidam in periculum inciderunt.

Quatuor per se sunt virtutes corporis.

CAPVT III.

Quales in hac scientia possint haberi considerationes.

ET quia principia in hæc scientia æstimabilia sunt, conclusio talis erit quæ magis ex amore boni recipitur, quam ex necessitate demonstrationis. De talibus problematibus qualia sunt moralia, & ex talibus principiis qualia determinauimus procedentes, oportet grossè & figuraliter veritatem ostendere, non demonstratiua necessitate, sed quacunque ostensione persuasua. Grossè autem dicimus, per similitudines quod intendimus, sicut ferè omnes scripserunt, qui de moribus egerunt. Seneca, & Tullius, & omnes alij. Talis enim grossa est & non pura ostensio veritatis. Figuraliter enim dicimus, quando ex exterioribus rei quæ exterius rem terminant & essentialia non sunt, aliquid ostenditur, in signis scilicet

Seneca & Tullius grossè scripserunt de moralibus.

ccr

cer & proprietatibus aliquid quasi pingendo ostenditur de veritate, de his scilicet quæ vt frequentius contingunt, etiam aliquando interrumpantur. Et quando ex talibus principiis & propositionibus procedimus, sufficere dicunt quod talia concludantur.

Contingens est triplex.

Non enim omnia semper sunt in vna necessitate: & interruptio necessarij facit contingens ex ipsa materie variatione. Et contingens tribus modis est, scilicet vt in pluribus, vt sunt opera opinionē efficiencia. Circa hoc autem quod æqualiter est ad esse quamuis non sit ars, tamen rationes sunt ad electionem vel fugam inducentes ex talibus propositionibus ambiguis ambas partes contradictionis ambigentibus, ex quibus sæpè ostenditur aliquid ad vitam conferens, vel vt nunc, vel vt simpliciter. Circa hoc autem quod est in paucioribus non potest esse ars vel ratiocinatio, sed casus & fortuna, vt secundum hoc quod est pulchrè & decenter fortunas vel infortunas ferre, homo moralis ex ratione rationaliū principiorū ordinatur. Ex omnibus igitur inductis constat quod amabile est de talibus, & ex talibus dicentes (potius quam docentes) grossè & figuraliter veritatem ostendere, & de his quæ frequentius contingunt, & ex talibus principiis dicentes, amabile est talia etiam concludere. In moralibus enim non est opponens, qui aliquas leges oppositas in aliis scientiis sequi possit. Et ideo non docet: quia docens assignat causam: vnde posse docere signum scientis est, sicut dicit Arist. in primo metaphysicæ. Sciens autem non est moralis. Igitur moralis nec docet, nec vere probat, sed persuadet quacunque ostensione.

CAPVT IV.

Quæ concedere debeat auditor, qui loco respondentis est in moribus.

Eodem autem modo intelligendum est de auditore, qui vice respondentis audit dicentem & persuadentem in moribus, ex officio suo tenetur recipere per consensum vnumquodque supradictorum secundum probabilitatem vel æstimationem quam habere potest ex talium principiorum persuasione. Quod si non faciat, proteruus est & malus socius, impediens commune opus. Vniuscuiusque enim viri disciplinati in quacunque disciplina officium est, vt de vnoquoque genere tantam ab opponente requirat certitudinem, quantam patitur natura rei cuius requirit ostensionem. Et si ultra irget opponentem, sophisticus est & proteruus: moribus enim non competunt deceptiones sophisticæ & proteruæ contentiones: quinimo per hoc corrumpitur conuersatio humana. Propter quod ex parte auditoris qui vicem habet respondentis, par peccatum est, si acceptat per consensum opponentem in mathematicis quæ demonstrabilia sunt; persuasiones possentem ex probabilibus, & si expectat à rhe-

Officium disciplinati.

tore demonstrationes quas in rhetoricis habere impossibile est. Rhetorica enim omnia præsupponit & suspicioni innicitur & non demonstrationi. Auditor ergo si bonus sit; non est auditor tantum exterius, sed sicut in disciplinis demonstrationis audiens auditum refert ad causæ cognitionem, & stat in necessitate consequentiæ conclusionis, & vterius nihil querit: & similiter auditor in logicis auditum refert ad considerationum probabilitatem, & stat in consequentiā opinata: & sicut in rhetoricis iudex qui auditor est, auditum refert ad allegationes, & stat in præsumptione & suspicionem sibi facta: ita in moribus auditor omne auditum referre habet ad electionem vel fugam, & stare in opere. Non enim hic loquimur de auditore qui audit scientiā docentem in schola, sed de eo qui auditor est diligens scientiæ ventis: aliter enim finis huius operis non esset vt homini efficeremur, sed esset alicuius contemplationis gratia. Sicut enim diximus, sicut docti proprium est ex probabilibus dicere, eodem vtique modo etiam recipere debitum est vnumquodque dictorum ab auditore. Disciplinati enim in qualibet disciplina proprium est intantum certitudinem inquirere ab opponente secundum vnumquodque genus, in quantum rei illius generis natura recipit & permittit. Proximum enim videtur esse, ita quod inter vnum & alterum in peccando nihil est medium, mathematicum persuadentem auditorem acceptare, & rhetoricum demonstrationes expectare: Disciplinatum autem dicimus eum, qui à magistro eruditur: dicitur & qui de singulis docet & audit prout exigit rei natura. Eadem enim sunt principia cognoscendi & essendi: & quando principia essendi mutant, necesse est mutare cognitionem.

Conditio auditorum.

CAPVT V.

Qualem auditorem oportet esse in hac scientia.

VALIS autem auditor esse debeat, ex vniuersali accipere possumus si officium eruditi intendamus. Vniuersaliter enim verū est, quod vnusquisque bene iudicat eruditus ea quæ cognoscit: & horum quorū cognitio nem habet, est bonus iudex. Igitur secundum vnumquodque genus rerum, verum est, quòd eruditus in illo genere bene iudicat: quod ex inductione eruditorum in qualibet materia probatur. Simpliciter autem qui circa omnia eruditus est, bene iudicat: cognitionem enim rerum habet propriam: quia sicut in geometricis gnomus vt æquiparat quadrangulum, apponitur supplementum quod conueniens est: ita per hanc scientiam mensuratur & assumitur omne quod illi scientiæ concordat. Gnomus enim vocatur quadrangulum circa diametrum consistens cum duobus supplementis. Quilibet enim eruditus planum apud se habet per quæ iudicat ea de quibus erudi-

C 4 tus

tus est: & licet non possibile sit vnum aliquem circa omnia esse eruditum, tamen in omnibus ira est diuisum, quod eruditus circa omnia diuisim bene iudicat de ipsis.

Sic igitur etiam in hac scientia omnis auditor in moribus qui iudicare debet audita ad electionem vel fugam, dicitur esse eruditus circa moralia. Eruditio autem non prouenit alicui in moralibus nisi per experientiam & perseverantiam in difficilibus artibus. Non enim loquimur hic de auditore qui scientiam docentem audit in schola. Talis enim ad rationem confugiens philosophari querit & non esse bonus: & sicut dicit Ari. nunquam habebit bene animum sic philosophans: sed illum bonum dicimus auditorem qui in scientia vtente auditum ad electionem refert & ad opus. Hic enim non est iudex eorum quorum non habet notitiam, nec ea eligit qui diiudicare non potest. Vnusquisque enim, sicut diximus, iudicat bene quæ cognoscit: & horum est bonus iudex secundum vnumquodque. Igitur bene iudicat eruditus in quolibet. Simpliciter autem, id est, vniuersaliter loquendo, circa omnia bene iudicat, qui circa omnia est eruditus: & si non circa omnia simul, tamen in quolibet genere est eruditus: & hoc nihil habet instantiæ. Eruditio enim est cognitio siue disciplina per quam aliquis extra rudicitatem ponitur sui intellectus: & hoc in minoribus quæ in singularibus sunt operationum & circumstantiarum, non nisi per experientiam fieri potest: eod quod talia in vniuersali ratione doceri non possunt: & ideo auditor proprius diiudicans sermones propositos, debet esse expertus.

Bonus auditor.

Eruditio quid est.

CAPVT VI.

Quod nec iuuenis nec passionum insensitor, est auditor scientiæ moralis.

Ideo politicæ siue moralis scientiæ non est proprius auditor iuuenis: hic enim inexpertus eorum actuum siue operationum quæ sunt secundum vitam humanam. Rationes autem morales omnes sunt in his principiis, & de his conclusionibus. Amplius autem passionum insensitor existens, inaniter audiet quantum ad auditum, & inutiliter quantum audita ad electionem & opus non refert. Et hoc est ideo: quia finis auditus moralis non est cognitio: parua enim cognitio est in his: sed finis eius est actus siue operatio. Et horum ratio patet ex præinductis.

Eustratii obiectio.

Responsio.

Contra prædicta tamen Eustratius obiicit dicens, quod secundum hoc ignorantem & turpi hæc doctrina inutilis est: studiosus autem non indiget ea. Videtur ergo quod omnibus sic inutilis est, studiosis scilicet & bonis & malis. Solutum autem ad hoc duobus modis. Primo quidem quod hæc doctrina bonis licet non sit utilis ad fieri bonos, tamen ad hoc est utilis, quod per rationem iudicare sciant & velle, quæ ante ex sola consuetudine diiudicauerunt & voluerunt. Malis autem etsi non

proficiat ad electionem vel voluntatem, tamen ad hoc proficit quod ostendat in quibus & quæ sint mali: & sic omnibus prodest. Secunda solutio est, quod sicut medicinalis est curatiua corporum, ita moralis curatiua est animarum. Vnde sicut in medicina est medicina præseruatiua, conseruatiua, curatiua: ita est in morali, quod in quibusdam curat & præseruat studiositatem ne amittatur, & in quibusdam curat & facit morum sanitatem. Hoc autem facit medicus aliquando ostendendo, aliquando operando. Moralis igitur docens omnibus prodest ostendendo studiositatis viam: quamuis non proficit omnibus operando & perficiendo virtutem.

Scientia moralis est curatiua animarum.

Contra Eustratium.

Alia responsio ad obiectiōem.

Passiones animæ sunt quatuor.

Hæ Eustratii solutiones soluant quod obiectum est: quia quocumque modo proficit ostendendo omnibus, prodest iuuenibus & senibus, & studiosis & prauis: dictum est autem & per hypotheseum suppositum, quod iuuenibus & prauis non prodesset. Propter quod dicendum, quod auditor moralis scientiæ quæ est in usu morum, est qui audit, & potius ex amore recipit auditum quam ex probatione, & omnem auditum ad electionem refert vel fugam: non autem eligit quod non diiudicat, nec diiudicat nisi de quibus eruditus est. Eruditio autem non est nisi per cognitionem singularium in quibus est actus. Iuuenis igitur proprius auditor huius scientiæ non est: eod quod est inexpertus. Passionum autem insensitor est motuum irrationalium insensitor: quia, sicut dicit Alpasius, passio est irrationalis animæ motus, quando scilicet anima irrationaliter mouetur ab vna quatuor passionum, quæ (sicut ipse dicit) sunt tristitia, timor, concupiscentia, & voluptas. Tristitia enim est motus præsentis mali, timor autem fuga futuri, concupiscentia autem appetitus boni futuri, & voluptas irrationalis fructio boni præsentis. Talibus enim passionibus detentus, nec experiri potuit oppositum, nec amare potuit auditum.

Et ex his patet, quod nihil differt quantum ad rationem auditoris iuuenis secundum ætatem qui inexpertus est, vel ille qui secundum morem est iuuenilis, quia viuit secundum passiones, & prosequitur singula ad quæ passionibus propellitur. Talibus igitur inuicem est cognitio ista, quemadmodum his qui incontinentes sunt. Incontingens enim est, qui vi passionis semper ad illicita propellitur. His autem qui secundum iudicium rectæ rationis omnia sua desideria perficiunt & operantur, multum vrile erit de his scire & audire. Et quidem de auditore & de eo qui dicere habet sine operatione, & qualiter demonstrandum est siue ostendendum in ista scientia, & quid proponimus dicere & ostendere, præcæmialiter tanta dicta à nobis sufficiant. Hoc autem solum dicendum, quod auditor scientiæ ciuilem est sicut auditor architectonicæ. Si enim architector demonstrando lapides & ligna, dicat quod demonstrantur vrilia esse ad domum, & audiat hoc inexpertus in his quæ ad constitutionem domus pertinent, nullatenus sciet auditum iudicare, sed

sed vocabit expertum vt consulat & iudicet vtum dictum architectoris verum sit: si autem expertus sit, statim diiudicabit. Per

omnem eundem modum de auditore experti simile est in moribus.

TRACTATUS V.

De determinatione felicitatum secundum opiniones diuersas diuersorum.

CAPVT I.

De quo est intentio.

13.

DETERMINATIS autem his consequens est dicere, quod diuersi opinantes de felicitate senserunt, secundum quod ipsa est ciuile bonum, & secundum quod summum bonum omnium operatorum. Ad hoc autem resumere oportet id quod superius est dictum, scilicet quod omnis cognitio & omnis electio bonum aliquod desiderat. Cognitionem autem dicimus, omne quod dirigit in opere hominis. Et hoc generalius est quam ars vel doctrina: quia ars factiuorum principium est, doctrina autem methodalis dirigit in ratione via quæ ab illo est accepta. Vnde ars & doctrina non sunt directiuæ omnium, sed doctorum & artificum: propter quod cum hic velimus loqui de felicitate secundum quod cadit in opinionibus diuersorum, non possumus vti arte vel doctrina: quia multi ducuntur cognitione quæ nec ars nec doctrina est, sicut illi qui cognitionem accipiunt à propria experientia: & quæ differt cognitio, sequitur electio differens, quia eligibilia per cognitionem proponuntur, licet per appetitum vnum alteri præoptetur. Actus autem siue operatio ad opinionem non refertur: & ideo cum superius posuerimus quatuor, artem, doctrinam, electionem, & actum, per quæ probauimus, quod omnis homo bonum aliquod desiderat: hic tamen querentes de felicitate secundum quod est opinabile bonorum, non indigemus nisi cognitione & electione: per hoc enim quod omnium cognitiones practicæ & omnium electiones bonum aliquod desiderant, ostenditur quod felicitas ab omnibus opinata est esse illud bonum quod ab omnibus est desideratum.

Oportet igitur nos dicere secundum opiniones diuersorum quid nomine & diffinitione felicitatis, & subiecto siue supposito, quod hic homo, quod in præhabitis diximus, ciuilem architectonicam desideret, quæ omnium architectonicarum præcipua & vrilima est, & quomodo illud bonum sit summum bo-

num omnium operatorum. Non enim siquid est dicamus diffinitione, nomine, & substantiam ipsius, nisi dicamus quomodo omnium operatorum sit summum bonum, non declarabimus ipsum secundum perfectionem suæ potestatis. Summum enim bonum quod vrilimum est per analogiam, ipsum est ratio, & causa quare omnia bona sunt, & omnium bonorum virtus virtualiter est in ipso, sicut in duce exercitus virtualiter colligitur virtus cuiuslibet eorum qui sunt in exercitu. Propter quod dicit Arist. in primo magnorum moralium, quod felicitas bonum compositum est ex omnibus bonis quæ sunt sub ipsa. Dico autem compositum non collectivè, quod discretè singula contineat, nec integraliter, sed quod essentialiter partes in se multas habeat ordinatas ad vnum, sed sicut totum perfectiuium, in quo virtualiter potestates omnes particularium virtutum & potentiarum perficiunt operationes. Omne enim quod ex multis fluit causaliter se habentibus ad ipsum, quamuis in essentia sit simplex, in se tamen habet omnium antecedentium virtutes. Causa enim primaria influit super secundariam, & secunda causa habet à prima, & quod est, & quod causa est: & in hoc modo vrilimum bonum semper summum est, & in hac compositione simplicitatem suæ substantiæ non amittit, sicut dicitur in libro de causis. Sed potius per talem compositionem efficitur indivisibile simplex: quia per talem compositionem non recedit ab vno primo, sed potius appropinquat vni primo bono. Nec autem ipsa componentia sunt in ipso per ipsorum diuersitatem, sed per analogiam ad vnum in quo saluantur virtualiter & excellenter & simpliciter. Hoc autem à nobis in principio istius scientiæ determinatum est. Dicamus ergo resumptes, quoniam omnis cognitio & electio bonum aliquod desiderat. Dicamus autem terminando quid est hoc bonum per diffinitionem & suppositum, quod dicimus ciuilem architectonicam desiderare, quæ princeps est & præceptiuæ omnium, & quid est omnium operatorum summum bonum.

Felicitas quid sit.

CAPVT II.

In quo opinantes conueniunt.

14. **C**onferentes autem omnium antiquorum opiniones, omnes inuenimus consentire in nomine ferè, valdè paucis exceptis qui iniqua de felicitate cogitauerunt, vel propter diuersitatem quam ex consuetudine habebant, in qua detenti à contrariis, de felicitate cogitare non poterant: vel fortè de fine moralium non moraliter tractauerunt, felicitatem ponentes fructum alicuius boni, quod moribus hominum non est coniungibile, sicut Platonici, vel etià Hesiodistæ felicitatem ponentes post mortem, quæ in hac vita haberi non potest. Plato enim felicitatem ponit coniungi ad comparationem stellam. Hesiodistæ autem conuersationem inter deos habere, & cum diis viuere: & in diuinitatem transmutari summam dixerunt esse felicitatem. In nomine tamen conueniunt: quia summum bonum dixerunt esse felicitatem: & cum opiniones omnium in duas vias diuidantur, scilicet secundum quod videtur pluribus, & secundum quod videtur excellentibus & sapientibus, vtrique in nomine conueniunt. Et huius causa est: quia felicitas duas habet intentiones. Vnam quidem: quia summum bonum est. Secundam autem in quantum refertur ad operationem: quia scilicet omnem operationem expeditam & perfectam ad nutum facit, & in quantum summum bonum est, omnium bonorum est ratio & causa. In quantum autem operationem facit expeditam, ab omnibus desideratur & queritur. Omnes enim ad votum & nutum viuere querunt, & propter illud agunt quicquid agunt: & cum dicunt hæc essentialia esse felicitati, omnes in nomine conueniunt: quia nomen nihil aliud est, nisi implicita diffinitio, & diffinitio est nominis per singula explicatio: & ideo ab ipsa veritate coacti in nomine conueniunt.

*Opinio Platonis.**Felicitas habet duas intentiones.*

nes opinionem acceperunt, quod sicut bonum summum felicitatem dixerunt, ita felicitatis diffinitionem secundum aliquem, licet obscure, modum perceperunt. Felicem enim dixerunt bene viuentem secundum animam, & bene operantem secundum potentias: bene autem viuentem dixerunt bonum siue felicem. Et hæc videtur fuisse opinio Tullij dicentis in Hortensio dialogo, quod beatus est, cui omnia optata succedunt. Nomen igitur quidem ferè à pluribus confessum est tanquam hoc ex principio sit suppositum quid nomine sit summum bonum. Felicitatem enim & multi & excellentes dicunt summum bonum esse, propter hoc quod felicitatem supponunt esse summum bonum & omnium bonorum causam. Et cum nihil bene intelligatur per nomen, maximè quod est habitus vel virtus, cuius tota & substantialis diffinitio est ad actum & operationem, nisi etiam videatur propria operatio ipsius: & ideo multi & excellentes concorditer dicunt, & bene viuere & bene operari idem esse cuique quod felicem esse. Multi autem dicunt plebei qui ex substantia inducti parum videntes ratione dicunt hoc quod dicunt. Excellentes autem dicimus, quos carientes dicunt, quod sonat gratiosos, qui aliqua gratia præfulgent rationis, qui rationi adherentes aliquid melius quam sensui apparent, summum bonum esse dixerunt. Licet enim homo sit animal per naturam, tamen animalitas non facit hominem ut homo est, sed rationalitas. Et ideo cum animal sensibile sit, bonum hominis vltimum non potest esse in sensu, sed in ratione: quod excellentes considerauerunt. In hoc tamen conueniunt cum plebeiis, quod summum bonum felicitatem esse arbitrati sunt, & quod hanc in actu bene viuendi esse supposuerunt.

CAPVT III.

De differentia opinionum circa felicitatem.

De subiecto autem felicitatis siue supposito quid sit in numero, & specie, & genere, altercantur multi plebei cum sapientibus, quos carientes & excellentes diximus: quia non similiter & secundum vnam rationem multi qui dicuntur plebei, tradiderunt de hoc cum sapientibus & excellentibus: eo quod plebei ex sensu, sapientes autem ex ratione procedunt. Plebei enim propterea quæ apparet in sensu, bona admittunt, apertorum siue apertam delectationem ferentium, & manifestorum, ita scilicet quod in veritate rei se habeant sicut apparet in sensu, felicitatem esse dixerunt: & illi ut in pluribus diuisi sunt. Quidam enim voluptatem esse dixerunt, quidam autem diuitias, alij autem honorem.

Huiusmodi autem diuersitatum causa est: quia felicitas quæ expeditur, in duplici intentione oportet quod expetatur: aut enim ut summum

*De felicitate quæ est opinata diuersimodis.**Quod voluntas sit felicitas.**Quod diuitias sint felicitas.**Quod honores sint felicitas.*

summum bonum quod in omni mouet bono: & hoc competit ei secundum substantiam: & secundum effectum expeditur, quo humanam expeditam facit operationem. Secundum vtrumque enim modum felicem dicimus, cui ad votum optata succedunt. Si autem operatio impedita sit, aut ex parte intrinseci in ipso operante impeditur, aut ex parte deficientis extrinseci: & si intrinsecus impeditur, non potest impedi nisi ex contrario habitu ligante potentiam operantis, vel ex imperfectione habitus potentiam non perficientis ad actum: & vtroque istorum modorum natura operantis tristatur & constringitur, & constrieta ab opere retardatur. Perfecta autem & remoto habitu diligitur & dilatatur & distenditur. Dicit autem Alspasius, quod voluptas nihil aliud est nisi naturæ diffusio & effusio super actum & operationem ex proprio & connaturali habitu: & hac ratione moti voluptatem summum bonum dixerunt.

Si autem ab exterioribus expeditur homo ad operationes, non potest esse nisi altero duorum modorum, scilicet ab his quæ organice deseruiunt, aut ab his quæ subiectiue. Nihil autem naturaliter deseruiendo organice, omnes expedit operationes ad nutum, nisi diuitias quæ vniuersaliter sufficientiam reprobant, & omnium fortunarum incontradicibiles sunt fideiussores: & ideo diuitias opinionem acceperunt, quod essent summum bonum, quod facit esse felicem.

Si autem expeditur à subiectis ad operationem: tunc est sicut modius milij, qui facit sonum, quem granorum quodlibet facere non potest: & sicut tractus nauis, quem nullus singulorum mouere potest, sed omnibus relatis ad tractum primi trahentis perficitur: & sicut in duce exercitus est victoria, quæ ab omni virtute subiectorum completur: sicut reges & potentes expeditam habent operationem, eo quod omnes subiecti ad voluntatem deseruiunt. Et tales dixerunt honores esse summum bonum, honorem, gradum dignitatis & prælationis appellantes: eo quod honor præmium virtutis est: gradus autem dignitatis, sicut dicit Tullius, virtuosus pro præmio virtutis olim attribuebantur.

Nec potest aliquis cogitare quartum quod ad omnes expedit operationes. Vniuersaliter enim expediens in exterioribus, vel expedit relata inferiorum potestate ad superiorem, vel organice. Intrinsecus autem expediens est laxans potentiam & operationem. In apertis ergo summum bonum querentes, aut voluptatem, aut diuitias, aut honorem posuerunt. Et si alij aliter dixerunt, non est curandum: quia partiam rationem dicit sui habuerunt, vel fortè nullam. Voluntas enim aliquando etiam nulla ratione eligit & operatur: ratione, inquam, quæ aliqua veritatis regula gubernatur. Secundum particulatam autem appetitum, quo aliquis desiderat expediti ad operationes quasdam, nil prohibet, quin idem à se in felicitatis appetitu discordet: secundum quod à diuersis suis sentit impedi operationes: & sic ægrotans à voris impediens, sanitatem reputat felicitatem. Mendicans au-

tem qui dicitur, quasi manu dicens propriam inopiam, cum manum extendit ad quemlibet, felicitatem dicit esse diuitias, non quidem secundum quod fideiussores sunt omnium organice ad virtutem deseruientium, sed secundum quod sunt supplementa necessitatis. Qui autem soli conscij sunt ignorantia, & ex hoc ab operationibus intellectus impediuntur, omnes qui magnum aliquid & admirabile quod super facultatem cognitionis eorum est, dicunt, tanquam felices & beatos admirantur.

Ergo colligamus dicta eorum qui in apertis & sensibilibus felicitatem esse posuerunt. Dicimus, quod de felicitate quæ est secundum subiectum altercantur, & non similiter multi plebei sapientibus qui rationem sequentes tradiderunt de subiecto felicitatis. Plebei quidem enim aliquid de numero apertorum in sensu & de numero manifestorum in proprietariis sensibilibus dixerunt esse felicitatem, vtriusque voluptatem, diuitias, aut honorem. Alij autem aliter dixerunt in sensibilibus opinionem accipientes, de quibus non est curandum: quia parua ratione inducti sunt. In particularibus autem appetitibus idem frequenter à se dissentit in positione felicitatis, secundum quod à diuersis suis sentit impedi operationes: & sic ægrotans sanitatem dicit esse felicitatem, mendicans autem diuitias: conscij sibi ipsi ignorantia, eos qui magnum aliquid & super omnes ipsos dicunt, admirantur.

CAPVT IV.

De his qui felicitatem dixerunt omnium bonorum causam.

Inter excellentes autem de quibus superitis diximus, quos Græci carientes vocant, quidam existimauerunt, quod summum bonum quod est felicitas, quoddam bonum est diuinum & separatum, quod est præter hæc bona sensibilia, quæ in multitudine existunt. Alij quiddam & separatum ab eis, quod secundum se ipsum & secundum sui ipsius substantiam bonum est, & pura bonitas, à nullo suæ bonitatis habens causam, & quod omnibus bonis formalis causa est suæ bonitatis, ex quo sicut ex quodam sigillo procedunt omnia quæ participatione bonitatis sunt in formata. Hoc enim necesse fuit dicere Stoicis, qui dixerunt, quod non est bonum nisi virtus, & quod virtus nec assuescibile nec discibile siue scibile bonum est, sed Dei donum quod à bonitate diuina hominibus imprimitur, ut diis similes efficiantur: quod licet Socrates dixerit & ante eum Pythagoras, qui ad numeros omnia moralia induxit: tamen post ambos illos veniens Plato hoc dictum articulauit & distinxit, dicens principium ideam esse bonorum siue formam, ad quam omnia quæ participatione bona sunt, sigillantur & formantur: & felicitas vniuersaliusque eorum est, si ad comparationem formam referantur: hanc tamen formam

nam ante rem esse dixerunt præhabentem simpliciter & naturaliter omne quod formatum est ad ipsum, sicut lignum quod est paradigma calceorum præhabet & simpliciter sine compositione corij omnes habet formas calceorum formatorum ad ipsum: & sicut sigillum præhabet omnes formas sigillatorum, præhabet enim formali & optima, & non secundum effectum.

Idea habet in se duo.

Idea autem hæc siue forma duo in se habet, scilicet respectum ad causam, & respectum ad effectum quem format. Et secundum respectum ad causam qui est primus metonymice artis, est omnia reducens ad effectum. Secundum respectum autem quem habet ad formatam, infulus est motibus stellarum & orbibus & figuris & radiationibus & in præliationibus elementorum & seminibus generabilium quæ formantur. Sic enim articulatur & determinatur ut informet generata. Quam implexionem causarum ex prima causa vsque ad vltimum effectum per omnia media articulatur & determinatur antiqui fatum vocauerunt: & potentiam quæ generato adheret ad successus felicitatis, ex huiusmodi causarum determinatione vocauerunt eufortunium. Impotentiam autem oppositam infortunium appellauerunt. Propter quod etiam multi fortunam felicitatem esse dixerunt. Omnes autem alij sensibilia non sequentes in idem consueverunt.

Paret igitur, quod quidam existimauerunt præter multa bona quæ sensibilia sunt, aliud aliquid esse secundum se ipsum bonum, existens quidem omnibus causa essendi bonum. De opinionibus diuersorum hæc dicta sufficiat: quia omnes opiniones quæ de hac materia cum hac ratione vel nulla dictæ sunt, perscrutari inutile est: cum diuersitas opinionum aliquid utilitatis conferat scientiæ vel arti, ad operationem autem nihil confert. Cum autem, sicut prædiximus in antehabitis, hæc scientia superficialis sit, sufficiens est est in hac materia opiniones ponere, quæ superficie tenus apparent vel existimari possunt aliquam habere verisimilitudinis rationem. Cum enim opinionum collectio aliquid deseruiat scientiæ, nihil deseruiat electioni, sed fortè impedit. Ex hoc enim, quod diuersorum opiniones recitantur, nescitur quid eligatur, nisi opinio valdè verisimilibus rationibus adiuetur: & idèd omnes quidem perscrutari opiniones inane fortalsè est. Fortalsè autem dicimus: quia si conferat electioni. Sufficiens autem est eas maximè ponere quæ superficie tenus apparent, vel existimantur aliquam habere rationem, per quam verisimiliter ostendatur quid sit eligibile.

**

CAPVT V.

De via qua circa istas opiniones est disputandum.

Quamuis autem in omnibus scibilibus verum sit, quod rationes ex quibus à principiis ad principia proceditur, differant ab illis rationibus quibus à principiatis proceditur ad principia: tamen in hac scientia præcipue est hoc aduertendum. Differentia autem existit in duobus. Primum quidem est, quod rationes quæ à principiis & causis ad principia & causata cognoscendo deducunt, sunt ex prioribus secundum naturam sumptæ & simplicibus, & per viam resolutionis sunt acceptæ, & demonstrant propter quid: & idèd primo loco certam faciunt scientiam, omni necessitati subnixam. Rationes autem quæ sunt è contrario ad principia manifestanda, sunt ex prioribus quoad nos in sensu & ex compositis, & non demonstrant nisi quia: nec accipiuntur per viam resolutionis, sed compositionis: propter quod non faciunt scientiam quæ stet omnino, quia post demonstrationem quia adhuc queritur de causa propter quid.

Propter quod & Plato dubitauit in agonisticis, quid melius esset in his qui currunt & pugnant in stadio, quod à principiis stadiorum vel spatiorum cursum vel pugnam inciperent, & sic ad finem tenderent: vel à terminis, & sic ad principium venirent. In termino enim sedens athloteta dicebatur, qui adolescentibus in stadio currentibus & pugnantibus brauium ostendebat & vincenibus dabat, & ostensione brauij currentes & pugnantes prouocabat, ut omnia transeundo cito venirent ad brauium. Si autem incipiendum esset à principio vbi sedit athloteta, brauium ut videretur nec in continua contemplatione esset currentis & pugnantis, & hoc posset retardare cursum vel pugnam: quamuis fortè naturalius esset ab athloteta currere quam ad ipsum: quia viæ indicium & rationem dat athloteta.

Similiter est in moribus in quibus sicut brauium est felicitas: via autem virtutum exercitium, & operationes ex quibus inducitur virtus, cursum sunt principium: & idèd quamuis naturalius esset à felicitate incipere tractatum, & ex ipso peruenire ad determinationem virtutum, & tandem ad operationem determinationem facere & delectationem: tamen quia brauium ostensum multum prouocat, nobis vtilius est ab exercitio operationum incipere, & sic virtutes adipisci, & adeptione virtutum perfectam felicitatem acquirere. Prima enim via magis deseruiet contemplationi moralium bonorum. Finis autem in moribus principium est motus, mouens ex seipso: & idèd secunda via melior est ad hoc, quod aliquis efficiatur bonus. Si autem aliquis vellet demonstrare propter quid homo inter alia felicitatur animalia, oportet incipere

15.

Cognita sunt duplicia.

incipere à principiis, qualiter scilicet anima hominis est imago Dei & instrumentum intelligentiæ, & per hanc naturam felicitatem habet summo bono similem, sicut Plato processit in dictis suis. Et idèd non lateat nos in hac scientia, quoniam differunt rationes quæ à principiis deducuntur ad principium, à rationibus quæ à principiis deducunt ad principia.

Bene autem & Plato dubitauit hoc & quæsiuit, vtrum à principiis ad principia, vel à principiatis ad principia esset vna & eadem via: quemadmodum in stadiis vna & eadem via est in substantia spatij ab athloteta, qui in principio conducti stadij seder, ad terminum cursum, vel è contrario. Platoni enim videbatur, quod vna esset via terminis & habitudine differens: & idèd vtroque modo æqualiter posset procedi.

Ex dictis autem colligitur, quod incipiendum est à cognitis. Cognita autem dupliciter sunt: quædam enim nobis sunt cognita, quæ propinqua sunt sensui: quædam simpliciter cognita sunt, sicut principia & causæ, quibus demonstratur principiatum & causatum. Et quicquid sit in aliis scientiis, in ista scientia fortè melius est & vtilius incipere à nobis cognitis. Si enim finem consideremus, pro certo finis est principium. Quantum enim ad ea quæ speculationis sunt in hac scientia, necesse est esse finem principium: èd quod ea quæ ad finem sunt, speculari non possunt, nisi ex finis ratione. Cuius exemplum dat Eustratus in speculatione domus, in qua qui ædificare vult, domus compositionem & figuram considerat, & per rationem domus venit ad speculationem recti, & per figuram recti considerat qualiter ponantur parietes. Totam verò altitudinem considerat ex dispositione fundamenti quod tantam altitudinem possit continere. Vnde speculationis finis prior est & totius speculationis principium, hæc quo nihil aliorum posset speculari. In operatione autem quæ præcipue attenditur in arte & moribus, è contrario proceditur. A positione enim fundamenti venit ad erectionem parientum, & sic proportionatum tectum superponitur: & per hoc finis ædificij attingitur, qui est domus perfectio: & in hac via finis causa est omnium eorum quæ sunt ad finem. Et hoc est quod communiter dicitur, quod finis est primum in intentione & vltimum in executione. Et idèd dicit Plato, quod solus finis inter causas est principium & causa. Principium quidem secundum rationem: quia omnia diriguntur ad ipsum. Causa autem secundum esse, secundum quod vnicuique adducit vltimum suæ perfectionis. Quia tamen speculatio est ante operationem & quodammodo causa eius, sicut necessitans & informans & dirigens eam, idèd finis simpliciter dicitur esse principium, sicut omnem ordinans decursum eorum quæ ordinata sunt ad ipsum: sicut & athloteta in agonisticis & cursibus principium est totius cursum & agonis, sicut ordinans & disponens. Terminus autem est vnde agonistæ vel cursores cursum incipiunt ad athlotetam: quamuis interiacens spatium vni sit subiecto penes ter-

minos differens, sicut ascensus & descensus in scala. Talis enim spatij signatio est inter principium & principiatum in moralibus: quia felicitas & virtus principium sunt omnium nostrarum operationum & causa: & tamen non acquiritur felicitas & virtus nisi per operationes: & hæ nobis notiores sunt, quia nos sumus domini earum, & à nobis procedunt & fiunt.

Auditor vbi.

Propter quod oportet in operatione consuetudinibus bene duci & assuesci circa bona & iusta & vniuersaliter circa omnia ciuilia, eum qui auditorus est de moribus dicentem sufficienter: eo scilicet auditu quem in antehabitis determinauimus. Ex consuetudine enim amabilis sit operatio virtutis, & amore facile audit & acquiescit. Si autem assuetus non sit, abominatur ea quæ audit & contradicet. Propter quod etiam dicit Sapiens, quod non recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris quæ versantur in corde suo. Talis autem processus ex causatis ad causas, est principium cognitionis quia est, & non propter quid est.

CAPVT VI.

Quod magnus in hac via in moribus est profectus.

EX tali tamen processu maximus est in moribus profectus. Qui enim assuescit in operationibus, ex assuetudine in naturam quandam ponitur. Propter quod virtutes verè modum habentes efficiuntur amabiles: & talis si consuetudo perfecta sit, iam habet in se operationum principia, quæ sunt virtutes. Et si consuetudo perfecta non sit: tamen quia iam dispositus est, libenter audit & facile suscipit ab alio virtutis doctrinam, quæ principium est operationum. Et sic talis vel habet vel suscipit vti que principia faciliter. Ponit enim in animo perfectum in virtute, & doctrinam eius, indignans sibi & irascens, quod non similiter perfectus est. Si autem nec per se habet principium, nec per alium in animo ponit à quo suscipiat, inutilis est ad honestam conuersationem: quia nihil humanorum vnquam perficiet: vnde dicit Aristot. Cui autem neutrum existit horum, audiat quod Hesiodi, hoc est, bona carmina. Iste quidem optimus est, qui ex se habet principium. Bonus autem & ille rursus est, qui dicenti obediatur. Qui autem nec ipsemet intelligit, neque alium audiens in animo ponit, hic prorsus inutilis est vir: Animum verò vocat Homerus, quod Græci timon, id est, iram vocant, secundum quod animus ab impetu animosicatis dicitur, & non ab anima: sicut etiam Arist. dicit in tercio de anima, quod in rationali voluntas sit in sensibili autem desiderium & animus: animum vocans irascibilem partem animæ.

16.

CAPVT VII.

*De disputatione contra opiniones dictas.
Primo contra eam, quæ voluptatem dicit esse summum bonum.*

17.

Multa quidē à me in antehabitis de doctrinæ moralium & auditore & modo procedendi dicere oportuit: eò quod hæc scientia leges opponentium & respondentium & argumentationum in logicis determinatas seruare non potest: & ideo hæc specialem doctrinam horum fieri oportuit, qua iam perfecta quantum sufficit ad propositum, vnde discissimus redeamus. Primum ergo in quo omnes opiniones superius inductæ concordant in hoc quod quærentes felicitatem tanquam bonum humanum, non irrationabiliter mouebantur quando existimauerunt, quòd bonum humanum & felicitas est aliquid de numero eorum circa quæ est humana vita. Hoc autem est illud ad quod artes omnes & artificata & generaliter operationes humanæ referuntur. Differunt tamen in hoc multi ab excellentibus, quòd multi qui plebei sunt & populares, sunt grauissimi. Graues quidem, quod à sensibilibus bonis intellectum non eleuant, sed voluptate carnali detenti, circa sensibilia tantum conuertuntur, prout in terrena ad modum pecudum prospicientes: quod contra naturam hominis est teste Ouidio qui dicit,

*Os homini sublime dedit, calumque tueri
Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.*

Grauiores autem sunt, qui à nulla virtute purgante vel purgatoria vel purgati animi intellectum de purant, vt vera bona valeant contemplari. Grauiissimi autem in hoc, quòd ita delectatione illecti sunt, quòd etiam per exprobrationem euelli nõ possunt. Exprobrabile enim est, quòd de multis sunt: exprobrabilis, quòd grauissimi: exprobrabilissimum autem, quòd turpia diligunt & persequuntur. Hi ergo sunt qui voluptatem, bonum humanum esse dixerunt: & ideo etiam illecti voluptate, vitam diligunt & persequuntur illecebrosam & voluptuosam, omnes opiniones suas ad voluptatem referentes.

De ista ergo positione loquentes redeamus vnde discissimus, vt in antehabitis pro suppositione vtamur. Bonum enim & felicitatem non irrationabiliter videntur Philosophi ex his rebus, quæ huius vitæ sunt & conuersatione humana acquiri possunt, æstimare. Moralia enim, sicut ante diximus, post æstimationem quantum syllogismo accipiuntur. Hac autem æstimatione ducti, multi quidem & grauissimi voluptatem bonum humanum esse dixerunt: ideo & vitam diligunt & voluptuosam. Est autem hæc positio Philosophorum qui Epicurei dicuntur, qui omnia ad materiam speciem retulerunt. Aliæ autem opiniones fuerunt aliorum.

*Epicureorum
opinio.*

Inter omnes enim vitas hominum tres maximè excellentes fuerunt, & sequaces habuerunt: quia non sine ratione dixerunt quod dixerunt. Has autem dicimus excellentes, non quia excellens bonum humanum omnes attingerint, sed quia excellenti modo, hoc est, per rationem dixerunt quod dixerunt. Harum trium vitarum ea est vna quæ antedicta est, quam propter hoc quod vitanda est, nomine proprio hic non repetimus. Secunda autem est ciuilis, & tertia contemplatiua. Triplicis autem huiusmodi differentiæ causa est, quod principium quo homo progreditur ad operationes humanas intellectus actiuus & operatiuus siue practicus est, quo est omnia facere: eò quod nulli materiam in numero vel genere vel specie contingitur, cum ipse sit actus. Separatum autem ab omnibus, omnia potest facere si actiuus est, & omnia potest fieri si passiuus est. Practicus autem intellectus, non nisi tribus modis principium esse potest humanarum operationum, scilicet aut secundum sui paritatem, aut secundum sui ad sensus reflexionem, aut secundum comparationem vnius ad alterum, secundum quod homo sibi soli vniuit per intellectum, sed vt ciuis opera sua refert ad ciuilitatem. Et primo quidem modo opera perficit contemplationis, secundo vero voluptatis, & tertio ciuilitatis. Adhuc bonum humanum quod quæritur vel est vnius hominis in se, vel vnius in comparatione ad alterum: & quod est vnius in se, aut secundum sensum, aut secundum intellectum est. Et in sensibili quidem hoc est voluptas: in intellectuali autem bonum contemplatiuum: in comparatione vnius ad alterum bonum est ciuile.

Quamuis trium sectarum vna, Epicuri scilicet, voluptatem dicat esse summum bonum, & Peripateticus delectationem in contemplatione admirabili purorum & firmorum ponat esse summum bonum: tamen distinctio sectarum non facit distinctionem vitarum humanarum. Vita humana enim ad alios quam ad Philosophos extenditur. Multi enim & plebei aliquod bonum obtinere nituntur, ad quod sine omni philosophia suas referunt actiones. Accidit ergo Epicuro voluptatem summum bonum dicere: ex eo quod omnia entium prima principia materialia esse posuit: & ideo finis qui principium est, secundum Epicurum in materia sensibili consideratur. Similiter autem Stoico accidit bonum ciuile ponere ex hoc quod principia posuit formalia in ratione, & non in materia existentia. Per eundem modum accidit Peripatetico contemplatiuum bonum ponere: quia Peripatetici arte resolutionis vtentur, qua antiqui carebant, sicut dicit Aristor. Videntur ergo sensibilia & rationalia ad intellectualia reduci.

Hoc autem supposito hoc solum dicimus circa opinionem inductam, quòd multorum est & omnino bestialium, qui formam bestialitatis secundum animam induerunt: & sicut omnis potentia operatur per formam quæ in ipsa est, ita de cætero operationes non habent nisi ad formam bestiarum: & ideo videntur isti pecudum vitam eligere & per se ele-

ctiones

*Intellectus
practicus
quomodo est
principium.*

De Sardanapalo.

*Ex quo acci-
dit Epicuro vo-
luptatem di-
cere summum
bonum.*

CAPVT VIII.

Contra eos qui honorem ciuili vitam finem esse posuerunt.

18.

Qui autem in operatiuis excellentes siue carientes fuerunt, aliquid ultra sensum aduerentes, finem humanæ vitæ dixerunt esse honorem. Ciuilis enim vitæ ferè honor est finis. Ferè autem dico: quia cum finis vitæ dno habeat, scilicet quod per se, & propter se appetitur, honor quidem per se appetitur, sed non propter se. Propter se autem appetuntur, quæ non per accidens sed ex sui naturali & essentiali bonitate mouent appetitum. Nec est credendum, quòd aliquis vnquam inclinationem vel assuetudinem præmium virtutis esse crediderit: sed potius honorem dixerunt esse dignitatem prælationis. Dignitates enim antiquitus virtuosis pro præmio virtutis concedebantur. Dicit autem Commentator, quòd honor hic dicitur gloria. Gloria autem est latè patens præconium, vt dicit Tullius. Quam gloriam multi etiam præsentis vitæ prælegunt, sicut Achilles (vt dicit Homerus) præhonorauit ad breui mori, quam in longum sine gloria viuere. Aliqui etiam virtutem tanquam bonum aliis præhonorauerunt & datur exemplum de Socrate, qui in virtute & sapentiâ viuens mortem præposuit temporali saluti, quam ex iniusta vindicta consequi poterat. Dicimus ergo, quòd huiusmodi honorem vel virtutem summum bonum esse posuerunt. Videtur autem honor magis superficie tenus esse bonum quoddam: eò quod quæritur tanquam summum bonum humanæ vitæ. Superficie tenus autem dico, quod extrinsecus est extra operantem, quamuis sit directiuum & procedens ad ipsum. Videtur enim honor magis esse in honorantibus, quam in honorato. Siue autem honor dicatur collatio dignitatis siue exhibitio reuerentiæ, semper est procedens ab honorante in honoratum. Bonum autem humanum quod vltimum, & perfectio humanæ vitæ est, proprium quidem est & non extrinsecum cuius est bonum. Alienum enim vt olim diximus, non est perfectio alieni.

Alia ratio est etiam: quia bonum vniuersaliusque tale est, quòd diuinamus coniecturando quid difficulter auferibile. Honor autem facillimè auferitur: eò quod in alio est, qui si vult, tribuit: & si non vult, non tribuit: honor igitur hominis in quantum homo non est. Quod autem diximus, diuinamus, nemo mireretur: in hac enim scientia, sicut ex præhabitis patet, diuinando & coniecturando & non demonstrando procedere oportet.

Amplius autem omnes qui de honore loquuntur, concorditer dicunt, quòd illi qui dicuntur honorem quærete, propter hoc quærent vt credant se ipsos bonos esse. Huius autem signum est: quia honorari quærent ad prudentibus qui sciunt quem honorari oportet, vt testimonio illorum consilij sibi sint de opinione virtutis: & quærent honorari apud eos

D 2 à quibus

ctiones pecudum facere: quod exprobrabilis est, quam si pecudes essent per naturam. Propter quod Homerus dicit de talibus, quòd in eis est grauis labor cultura, in quo cultor plus laboris ponit, quam inueniat utilitatis. Tres ergo, sicut dictum est, vitæ sunt maximè excellentes, scilicet & quæ nunc paulò ante dicta est, & ea quæ ciuilis est, & tertia quæ contemplatiua est.

Et multi quidem omninò bestiales facti videntur esse, pecudum vitam eligentes. Tales autem potius ex seipsis vsurpant sui dicti rationem, quam accipiant rationem ab ipsa re. Videntes enim eos qui in dignitatibus sunt constituti, à vulgo felices appellari (& in loco felicitium sunt, eò quod rerum ciuilium gerendarum summa potestas apud eos) putant, quod vita illorum felicitas sit. Vident autem, quòd voluptatibus subiacent, & tales concupiscentiis subiacentes sibi affluunt ministros, & ferè omnes similia patiuntur, sicut Sardanapalus de quo in Persiarum historiis scripra sunt hæc verba. Sardanapalus rex Cirnio & Semirame procreatus, continuam in vino habuit habitationem, manens intus in palatiis: arma quidem nunquam attingit, nec ad venationem exiit quemadmodum antiqui reges: vnxit autem faciem & oculos subpinxit, cum concubinis de pulchritudine & ornatus compositione decertans, omnino muliebri consuetudine vtens. Iste interfectus est à Perseo, in cuius sepulchro gulosi & adulescentes scripserunt pro Epyretho. Hic tanta habeo, quanta comedebam & bibebam. Tamen Persus dicit, quòd duo fuerunt Sardanapali: vnus bonus, & alter malus. Bonus quidem vno die ad fortificationem regni, tres fundauit ciuitates, scilicet Anakiadaxi, Tarum, & Achararim. Alter vero malus in sepulchro scriptum habuit, comedere, bibere, epulare. Nulla enim tam digna sunt in vita, sicut digitorum detentione facere bolos. Ille autem malus multos habuit imitatores, quorum vnus statuam fecit in sepulchro suo, confertis manus super caput habentem, in qua scriptum erat hoc proverbium, Sone stas o qui iaces defunctus, Tithono profundior, Chinino dulcior, Sardanapalo delicatior, profundatus, & depauperatus, deliciis destitutus iacet hic. Fabulamenta poetarum dicunt, quòd Tithonus senectute vltima deposita, merito profundi cordis à deis in cicadam mutatus est. Chininus autem nepos fuit Farciabis regis Ciprorum, qui diuitiis excellebat. Sardanapalus autem Assyriorum rex in luxuria & deliciis viuens dissoluit proprium principatum: nunquam etiam à familiaribus visus, nisi ab eunuchis & puellis. Isti ergo adipiscuntur rationem: quia multi eorum qui in potestate sunt constituti, similia patiuntur Sardanapalo.

D. Alb. Mag. lib. 1. Ethic.

à quibus cognoscuntur, ne honor impensus his, per errorem vel ignorantiam credatur esse impensus. Maximè autem quærunt honorari à quibus cognoscuntur. In virtute autem cognoscitur qui in virtutis & probitatis operibus testimonium habet, siue honorare sit conferre dignitatem, siue reuerentiam exhibere. Manifestum igitur est, quoniam secundum hos Philosophos virtus melior est honore: quia ipsi appetitum honoris referunt ad testimonium virtutis secundum regulam Arist. quam dat. Propter quod vnumquodque tale & illud magis. Vnde si honor appetitur propter virtutem, virtus magis appetitur. Vltimum autem bonum nunquam propter aliud appetitur. Honor ergo non est vltimum bonorum.

CAPVT IX.

Contra eos qui virtutem posuerunt summum bonum.

20. **M**elius autem opinatus est, qui virtutem summum bonum esse in vita dixit, quam qui honorem. Virtus enim essentialiter in beatitudine saluatur & substantiali virtute bonum operatur ad felicitatem quod non facit honor: & tamen virtus imperfectior est, quam quod sit summum bonum. Huius autem duo sunt signa. Vnum quidem, quod virtus est habitus: habitus autem (vt dicit Auer.) qualitas est perficiens potentiam, qua quis aliquid agit cum voluerit. Vltima autem perfectio non est in habitu, sed in agere. Vltimum enim in esse & posse non potest amplius. Qui autem in habitu est, amplius potest: agere enim potest. Vnde habitus perfectio est sicut somnus, agere autem sicut vigilia. In omnibus autem melior est vigilia somno: propter quod dicit Aristot. in secundo de anima, quod duplex diffinitio animæ. Vna quidem, quod est perfectio corporis organici potentiam vitæ habentis: quæ est perfectio sicut somnus, & diffinitio sicut conclusio. Alia autem qua anima est principium & causa huius vitæ secundum actum & operationem: & sic perfectio corporis anima est sicut vigilia, & est diffinitio sicut demonstratio dicens propter quid. Sic enim actiones vitæ semper emittit & influit in corpus, sicut sol semper euomit lucem & emittit in hemisphærium. Virtus ergo habetur & in dormiente & non in operante. Felicitas autem cum operatio sit, eod quod vltimum bonum non potest esse nisi in operatione cum sit præfectio sicut vigilia, patet quod virtus non est felicitas.

Secundum signum est: quia virtus in eodem subiecto secum comparitur miseriam: felicitas autem secum miseriam non comparitur: & idè non vni & eidem opponuntur. Virtus & felicitas non sunt idem. Virtuosi enim & infortunati & miser esse potest salua ratione virtutis. Paupertas enim non impedit castitatem, nec exprobratio & humiliatio impediunt humilitatem vel iustitiam. Tales autem talibus infortuniis subiacentes dicimus esse in-

felices: & sicut infelicitas & felicitas in eodem esse non possunt, ita nullus dicit felices talibus infortuniis subiacentes, nisi fortè non propter amorem veritatis aliquam quærat defendere positionem, hoc est, opinionem extraneam alicuius notorum secundum philosophiam, sicut Heraclitus omnia moueri & dixit & defendit. Zeno autem nihil moueri asserbat. Et alij alias extraneas defenderunt opiniones animi, ex re rationem fumentes, inducunt quod forsitan magis vtique aliquis finem ciuiliis vitæ virtutem vltimum bonum humanæ vitæ existimet, quam honorem.

Videtur & virtus imperfectior esse quam quod sit humanum bonum. Videtur enim quod habes virtutem dormiat, vel non operetur aliquid per vitam humanæ operationis, quod felicitati non conuenit, quæ est operatio perfecta humanæ vitæ. Et cum his quæ dicta sunt, est aliud signum quod contingit virtuosum, virtutem perfectam habentem, mala pati & infortunatum esse, & plurimum in iniuriis, damnis, & pœnis: ita autem viuentem in sua felicitate nullus vtique felicitabit, hoc est, felicem esse dicit, nisi positionem extraneæ opinionis custodiat vel defendat, sicut est opinio eorum, qui in felicitate præfenti dicunt se deuenire ad summam alterius felicitatem seculi. Et de his quidem opinionibus satis dictum est: sufficienter enim de his in encycliis est determinatum. Encyclia autem dicuntur carmina, in quibus vnum coincidit cum principio, & dicuntur ab en, quod est in, & ciclos quod est circulus, hoc est, carminibus circularibus, in quibus determinatum est, quod felicitas & miseria in eodem esse non possunt. Patet igitur ex dictis, quod virtus & honor non sunt vltimum & summum bonum humanæ vitæ. Tertia vita est contemplatiua, de qua breuiter pertransire non possumus: & idè de ipsa in sequentibus vltimo libro huius scientiæ perscrutationem faciemus.

CAPVT X.

Contra eos qui pecuniam posuerunt summum bonum.

Irrationabilis autem dixerunt, qui diuitias pecuniarum summum bonum esse dixerunt duabus rationibus. Quarum vna est, quod pecunia violentia & acquiritur & amittitur: latrone enim spoliante latronem, quod violentè acquiruntur, violentè amittitur. Summum autem bonum in vita nec acquiritur nec amittitur, nisi operatione voluntaria. Diuitiæ ergo non sunt summum bonum. Secunda ratio est: quia diuitiæ nunquam quæruntur nisi alterius gratia. Summum bonum nunquam autem quæruntur nisi per seipsum & propter seipsum. Diuitiæ ergo non sunt summum bonum. Propter hoc ea quæ antedicta sunt de voluptate & virtute & honore, rationabilis dicta sunt: quia illa ad minus sunt fines per se desiderati. Bonum autem diuitiarum in ratione sua claudit, quod finis esse non potest. Diuitiarum

Diuitiarum enim bonum est instrumentaliter deferre, & omnem necessitatem redimere. Quæcumque autem sic appetuntur, propter aliud appetuntur: & ita finis esse non possunt.

Ratio tamen quare summum à quibusdam rudibus ponebantur, est: quia vniuersalem ad omnia promittunt sufficientiam: & tales nullam boni rationem considerant, nisi illam quæ est vtilis: propter quod philosophiæ detrahunt tanquam inutiles: quia exteriorum bonorum acquiruntur nihil per philosophiam: pecunias autem amant tanquam in ipsis sit summa beatitudo. Et iste appetitus non est tantum in plebeis, sed etiam in solemnibus personis, regibus scilicet, & principibus, sicut fabulæ poetarum dicunt de Mida rege Phrygiæ, quod pactolus fluius fluebat ei aurum continuè, & quod orauit quod quicquid tangeret, in aurum verteretur. Hæc omnia pro pecunia fecit, ita quod etiam sententias Iouis pro pecunia peruerit: propter quod Iupiter dedit ei aures asininas: quia non nisi asinino sensu diuitias ponit esse summum bonum: cum summum propter se & semper, & diuitiæ propter alterum desiderentur: non enim habet bonum per se, sicut est virtus & philosophia, aliquid ad quod referatur, cum sit ipsum optimum, & hoc ipsum quod non refertur ad alterum: non igitur sit causa inhabilitatis, sed potius perfectionis in bonitate cuius est: propter quod dicit Eustratus, quod apud veteres in pace ciuitatū viri illustres & politici de communibus prouidebant studentibus in philosophia, vt ab omni sollicitudine liberi intenderent speculationi. His rationibus vna additur ex ethica Eudemia sumpta, scilicet quod diuitiæ sunt exteriorum bonorum: & ita sunt occasio mali frequenter sicut & boni. Bonum autem quod quæruntur, intrinsecum est, & super omnes boni causa.

Recapitulatio dictorum breuis.

Vt ergo colligamus quæ dicta sunt, pecuniosus etiam violentus aliquis est. Et adhuc diuitiæ non sunt bonum quod quæruntur: vtilis enim sunt: sed & alterius gratia quæruntur. Adhuc autem in exterioribus existentes occasio sunt boni & mali. Idè magis quæ prius dicta sunt de virtute & honore & rationabilibus fines humanæ vitæ esse vtique existimauerunt: hæc enim honesta vel honestatis partes propter se diliguntur. Siquis tamen subtiliter consideret, neque illa sunt humanæ vitæ fines: quamuis multi sermones ab Epicureis & Stoicis ad hoc probandum compositi sint. Hæc quidem igitur relinquuntur: quia quantum ad propositam intentionem sufficit, satis dictum est de eis.

CAPVT XI.

De positione Platonis.

22. **R**elictis autem his vtilibus est fortè quærere de illo vniuersali de quo supra diximus, quod quidam existimauerunt præter hæc multa bona sensibilia & rationabilia esse quiddam secundum se bonum ab omnibus istis separatum. D. Alb. Mag. lib. I. Ethic.

tum, quod omnibus istis causa est essendi bonum: hæc enim perscrutatio forte vtilior est & melior, quam quod detineamur disputando contra eos qui summum bonum vel voluptatem vel pecunias vel honorem vel virtutes esse posuerunt. Quod autem fortè dicimus, idè dicimus: quia inter duo trepidat noster animus: propositam enim materiam transgredi nolentes, videmus quod hic nisi à principis primæ philosophiæ terminati potest, quæ si inducimus, transgredimur propositam intentionem, quod peccatum est. Ab altera parte videmus hoc esse ad doctrinam vtile: Auditor enim facile à nobis accipiet, cuius non habet cognitionem: & idè vilitati doctrinæ intendentes, metas scientiæ istius excedere oportet: quod non fieret si casus istius vilitatis non interueniret. Adhuc autem nos trepidamus & propter eos, quorum est ista opinio, qui amici nobis sunt. Nos autem in hac scientia docemus quod præcipuum in moribus est, subseruire amicis & in nullo offendere eos: & idè quæstio obuia huic doctrinæ & doctrina offendens in hac quæstione à principis suis eadem videntur: quia (sicut diximus) principia dat amicis benefacere & amicos non offendere.

Determinatio ad id fluctuatio.

Hanc autem fluctuationem consolatur triplex ratio. Quarum prima sumitur ex parte veritatis: quia veritas vincit & inualecit super omnia. Arguentes ergo à minori dicimus, quod minus videtur, quod familiaria & propria destruenda sunt propter salutem veritatis, quam destruenda aliena quæ amicorum: Sunt autem destruenda propria & familiaria, si per ea & in eis periclitetur veritas. Multo ergo magis destruenda sunt ea quæ amicorum sunt, si ducant in periculum veritatis.

Eluctationis consolatio pro triplice rationem.

Secunda ratio est, quæ nos consolatur, quod philosophi sunt, hoc est, sapientia amatores: & idè salus veritatis non debet offendere.

Tertia ratio est, quod ambo amica sunt & veritas & Philosophus: & cum omnis amicitia in fundamento aliquo fundetur, oportet quod nisi amittat amicitia. Amicitia quæ est inter nos & illos, fundatur in amore veritatis: contra veritatem dictum non amicitia est: contraria conciliatiuum & non impeditiuum.

Reuertamur ergo & dicamus, quod fortè melius est perscrutari vniuersale & quærere qualiter dicitur bonum, quamuis facta talis quæstione quædam nobis sunt obuia, & aliquo modo retrahentia. Obuia autem sunt propter amicos viros inducere ideas sumi: & quia amici nostri sunt qui ideas induxerunt, videbitur vtique forsitan melius esse, & etiam oportere ex ipsis legibus amicitia pro salute veritatis etiam propria & familiaria destruere, non tantum aliena. Aliter etiã videtur hoc quia videmus eos Philosophos existentes. Et adhuc quia ambobus existētibus amicis, veritate scilicet & Philosophis, sanctū est præhonore veritatem. Veritas enim de numero diuinorum est: sanctitas autem, vt dicit Aristot. in libro de laudabilibus bonis, est virtus scire faciens quæ ad Deum & diuina, iusta sunt, & idè cultus veritatis sanctitas est.

CAPVT XII.

De expositione positionis Platonis.

23. **P**latonici autem ferentes in medium hanc opinionem, positione sua non faciebant ideas, in quibus prius & posterius dicerent. Propter quod neque numerorum ideam constituebant aliquam. Quod ut intelligatur, oportet nos positionem Platonis exponere. Ad hoc autem sex notanda sunt, quorum primum est, quod Plato posuit vnum & vniuersale principium, quod est omnia præhabens, sine consilio & deliberatione faciens per seipsum, & quod illud est agens & forma & finis vniuersorum. Secundum est, quod rationes factiui principij dixit esse enhypostas, hoc est, per se existentes & separatas & diuinas, in mente diuina existentes, ad quas omnia alia referuntur. Tertium est, quod has rationes dicebat esse vniuersalia & tota. Vniuersalia quidem: quia vnum in se ens idea, multa habet formata ex ipsa. Totum autem: quia totum terminat & omnes partes & ordinem partium adinuicem & ad totum. Quartum est, quod has rationes intellectuales esse non dixit & non intelligibiles: intellectualem vocans ipsam lumen illustrans ad intelligendum: intelligibile verò id quod illo lumine illustratur ut intelligi possit. Quintum est, quod has rationes dixit esse diuinas, & quasdam quidem inferiores, quasdam autem superabundantes: nullam autem esse quæ non sit efficax ad propriam operationem secundum omnem progressum quem habet in omnia ea quæ ordinantur sub ipsa: & tamen eas esse superlatas & superetas, corporibus non immixtas: corporibus autem & numeris dare numerum & mensuram & modum, per quæ referuntur ad ipsas ideas. Sextum est, quod dicebat has ides esse exemplaria præiacentia conditoris menti, ad quæ aspiciens velut præsentia ad pat figuret materialia: propter quod dicebat, quod illa exemplaria sunt rationis conditores, & qui notionem faciunt de rebus & speculationem: nec dicebant eas esse qualitates quasdam vel scientias ab extra superuenientes, sed dicebant eas esse principaliter entia, & per se substantia, & per se operativa, & per se intellectualia: & eorum quæ sunt in materia sunt, archetypa.

Quia autem Plato dicit in prædicta positione, quod principij vniuersorum est vniuersale, intellige, quod triplex est vniuersale. Vnum quidem ante rem, & vnum in re, & vnum post rem. Illud quod est ante rem, est vnum quidem in se principium & causa formalis rei, ex quo multa formantur. Illud autem quod est in re, natura rei est, sicut forma natura rei dicitur: sed ab alia est natura, & ab alia vniuersale. Natura enim rei per hoc quod est rei quidditas & essentia. Vniuersale autem per hoc quod ponitur essentialis similitudo subiectorum. Post rem autem vniuersale est abstractionis. Illud enim non est vniuersale nisi abstractione: non abstrahitur au-

Expositio positionis Platonis. 1. notandum.

Vniuersale triplex.

te nisi rebus existentibus à quibus abstrahitur. Hoc autem vniuersale, vniuersale dicitur per relationem ad multos: & idem istud vniuersale à Philosopho accidens dicitur: ab accidentali enim relatione naturæ simplici accidit quod in multis sit. Relatio autem hæc est sine differentia sui potentie existendi in multis: accidit enim rei, quod sit in multis. Et de hoc vniuersali dicitur in primo de anima, quod vniuersale est, aut nihil est, aut posterius est.

Primo autem modo ideam Plato esse dixit vniuersale, & de hoc vniuersali, quia formale principium est, dixit quod omnia præhabet causata. Formale enim principium actuum in se præhabet quicquid de esse formali est in principiato: ad se enim trahit omne quod per formam deducitur in esse. Nihil autem trahit nisi per similitudinem & proportionem tracti ad trahens: propter quod necesse est, quod tractum præhabeatur per similitudinem attrahentem. Præhabet autem simpliciter composita, & immaterialiter materialia, & vnitate partita, & vniuersaliter particularizata. Simpliciter enim composita præhabet: quia non præhabet ea nisi secundum formam: compositio autem tota causatur ex materia: forma enim esse non indiget materie compositione: & ideo forma verius est in simplici, quam in composito. Materia autem ad esse indiget forma sine qua non est in actu. Et ideo cum præhabeat secundum formam, & non secundam materiam, simpliciter præhabet: quia simplicitas propria est formæ & non materie. Hæc eadem causa est, quare præhabet materialia immaterialiter: quia præhabet materialia secundum formam sine materia & appendiciis materie acceptam. Vltimus hæc eadem causa est, quare multa vnitate præhabet: multorum enim sub eadem forma existentium essentialis similitudo est forma. Similitudo autem est vnitas, quæ si referatur ad principium, nullam habet differentiam, sed indiuisibilem & simplicem vnitatem. Differentia autem est causa numeri, ut dicit Damascenus. Numerus autem causa multitudinis, ut dicit Pytha. In principio ergo in quo nec est causa numeri nec multitudinis, necesse est quod impartibile & vnitate sit quicquid in ipso est. Per eandem rationem habet vniuersaliter particularizata: particularitatis enim vna est causa & duo signa: causa quidem indiuiduatio per materiam: indiuiduatio autem entis scilicet est & esse præhabet: mensura autem entis est locus, & mensura esse est tempus, sicut dicit Philosophus: & idem signum particulari quod sit hic & nunc. Si ergo & esset indiuiduatio, non erit ens determinatum: & idem nec hic nec nunc, sed vbi que & semper est, ut dicit Aristoteles in primo posteriorum. In primo autem quod non præhabet nisi formam & simpliciter, nihil est indiuiduatum. Primum ergo præhabet particularizata vniuersaliter. Hoc dicit esse sine consilio faciens: eo quod non indiget deliberatione & consilio, quæ in solis dubiis sunt & possibilibus aliter fieri. Primum autem determinata diffinitione & immobili omnia perficit. De hoc dicit, quod est faciens & forma & finis. Faciens

2. positio.

3. positio.

4. positio.

5. positio.

Faciens quidem per actiuam potestatem, forma autem per ideam rationem, finis vero per omnem ad ipsum relationem secundum vniuersalemque propriam analogiam, omnia enim ad suum desiderant redire principium secundum naturam.

Quod autem secunda positione has ideas dixit Enhypostas esse. Enhypostas dicitur per se existentes ab eo quod est in, & hypostasis quod est per se existens substantia. Propter hoc dixit, quod ad sui esse in pura simplicitate subiecto non indigent cui secundum esse vniantur. Separatas vero dicit, quod nec materia deprimuntur, nec præ omnibus obumbrantur, nec particularizationibus ad minus quam possunt restringuntur. Diuinas vero dicit: quia diuina virtute, quæ prima omnium virtutum est, faciunt quod faciunt, & non aliquo Philosophorum instrumento vel virtute. Has in mente diuina dicit esse: quia mens diuina artifex est omnium eorum quæ sunt: in arte autem præexistunt, ut scilicet rationes artificiorum. Ad has omnia alia debent referri. Omne enim quod imitatur, referunt ad primum quod imitatur. Formæ autem quæ sunt in materiis, imagines sunt ab imitatione dictæ: eo quod per imitationem referuntur ad primas formas quæ sunt causa earum.

Quod autem in tertia positione dicit, quod sunt vniuersalia, intelligit vniuersalia quæ sunt ante rem, quæ non de multis & in multis, sed sunt multorum: sicut sigillum cum sit vnum in se. Vniuersalis forma est ad omnia quæ sigillantur ad ipsum & ab ipso: sicut Pytha dicit masculinum vniuersale, & femininum particularare: quia vnus masculus implet multas, femina autem impletur ab vno, & sistit nisi rursus euacuetur. Totum vero dixit: eo quod illa forma participata trahit & disponit & terminat, ita quod nihil remanet de materia quod non determinetur in formam totius & partis.

Quod autem in quarta positione dicit, ex similitudine oportet nos intelligere: sicut enim lumen solis in luna & ioue vel mare vel alia stella, per influxum quidem est à sole, per determinationem autem ad actionem in luna vel ioue vel marte vel alia stella: in omnibus tamen his est ut illuminatio, & non illuminatum. In colore autem est etiam lumen, & est sicut illuminabile, & non sicut illuminatio: propter quod color non mouet visum nisi secundum actum lucidi quod est illuminans. Et illuminatio in forma quæ est idea, non aliquid receptum est in lumine primæ causæ vel aliquid additum illi, sed est ipsum lumen mentis diuinæ: & idem est intellectualem & ipsa intellectualitas intelligentiæ.

Quod autem quinta positione dixit esse diuinas, apud omnes antiquos diuinum dicitur esse creatiuum. Creatiuum autem est, ut dicitur in libro de causis, quod nullo præsupposito causat: hoc enim denuo causare conuincitur ex necessitate. Quod vero dicit, quod quædam sunt inferiores, & quædam superabundantes, non ideo dicit, quod inferiores & superabundantes sunt differentiarum diuersitates secundum genus & speciem facientes: sed quia faciunt differentiam in esse

formarum, quia à principio istæ formæ per influentiam fluunt in intelligentiam primi ordinis, & per influentiam primæ causæ & primi ordinis intelligentiæ fluunt in intelligentiam secundi ordinis, & sic deinceps: & quanto distant à primo, tanto efficiuntur inferiores secundum esse. Superabundantes autem sunt secundum quod sunt in primo omnium principio: eo quod secundum esse quod habent in illo, omnem superant capacitatem recipientium inferiorum: secundum tamen omnem processum quo sic procedunt, nunquam propria operatione destituuntur. In toto enim processu à primo motore vsque ad vltimam materiam omnia formant & assimilant, & per analogiam assimilationis referunt ad primum quantum possibile est vniuersaliter: & quantum ita forment, tamen sicut superstantes ad se trahunt, sicut desideratum trahit desiderium, ut dicit Aristoteles. & non trahitur ab ipso desiderio nisi per accidens: sicut auis venatiua piscium trahit piscem, & non trahitur ab ipso nisi per accidens, scilicet in quantum est opponens piscis. Hoc etiam modo non immiscentur per se, sed per accidens, scilicet quod trahere non possunt nisi tangant & miscantur: tamen quia semper secundum omne dependet à primo, & non à contrario, superetata sunt à materia, non depressa. Has dixit numerum & mensuram & modum præstare rebus: quia per hoc quod formant, terminant & distinguunt in numerum. Terminatio enim & distinctio causa numeri sunt. Materiam enim dant in proportionem materie ad formam: quia commensuratione indigent, vbi tantum terminatum sit, quantum potest terminare terminans. Per has autem proportionem omnia formata sub formis concluduntur, & per assimilationem ad primum principium referuntur. Modum autem dant in virtutibus actiuis & passiuis, quibus materiam præparant ad sui participationem. Illæ enim virtutes instrumenta sunt formæ terminantis: & idem agunt non in ratione suipsarum, sed potius in virtute formæ cuius sunt instrumenta, sicut calor digestiuus agit in virtute animæ, & non in virtute ignis.

Quod autem in sexta dicit positione, quod sunt exemplaria propter relationem quam habent ad exemplata: & cum relatio innascatur ex imitatione, sicut dicit Aristoteles, & imitatio nulla sit in primis, non possunt relationes secundum rem esse in prima forma: sed potius secundum rem sunt in secundis quæ imitantur, & secundum solam respectus rationem in primo sunt ad quod referuntur. Cuius pulchrum dat exemplum Boetius. Columna enim immobili stante, eidem efficitur dextra & sinistra, & superior & inferior, & anterior & posterior, præsens & absens, per mutationem transeuntis de situ ad situm sine omni mutatione quæ sit in columna. Relationis igitur essentia in columna existens quibus dextra & sinistra, superior & inferior, anterior & posterior, præsens & absens est, non est per multitudinem aliquam quæ sit in columna, sed potius per multitudinem quæ est in differentiis situm ad columnam se præstantium: non

A primo motore vsque ad vltimam materiam omnia formant & assimilant ideas.

6. positio.

*Idea tantum
vna est.*

propter quod idea vna est, & idearum pluritas non est in ipsa nisi per rationem: quia diuersimodè ideata comparantur ad ipsam. Istæ ideæ sunt rerum notiones: quia in processu suo sunt rerum formæ. Forma autem notio est & principium cognoscendi. Et quod dicitur, quod conditor aspicit ad exemplaria, non est dictum nisi per metaphoram: quia sicut in inferioribus artifex operationem dirigens in exemplar, non errat: ita impossibile est errorem incidere in opificem primum, qui seipso suiipius est exemplar. Has rationes dixit esse conditores, quia solæ formæ dicuntur. Condere enim dicitur simul dare. Sola autem forma est, quæ simul totum esse donat. Quod autem dicebant has non esse qualitates aduenientes, idè dixerunt: quia lumen primæ causæ per omnem esse materiam diffundit, & in intimis vnum quodque comprehendit, & ex intimis se diffundendo in totum omnia ad esse concludit: & idè qualitas adueniens non est, sed ex intimis procedens forma ad actum & effectum producta, attingens à fine vsque ad finem fortiter, & disponens omnia suaviter. Per hunc modum etiam non sunt scientiæ extraneæ ab exemplari venientes: sed sicut principia essendi, ita sunt principia cognoscendi. Per hoc autem quod formæ sunt & non imagines vel resonantiæ, necesse est, quod materiæ non sint immixtæ, sed puræ & separatæ. Quia & imago per hoc quod refertur ad formam, forma est. Per hoc autem quod habet esse in materia, imago est: quia sic est de numero secundorum primum imitantium. Et ex hoc intelligitur quomodo omnia secunda & tertia & sic deinceps per ideam quæ forma est, referuntur ad primum archetypum. Ex hoc autem sequitur, quod formarum participatio est substantiæ participatio siue substantialis formæ. Omnia autem eorum quæ per vnum respectum vnam etiam substantiam participant, participatio est immediata æqualis, ita quod nec secundum magis & minus, nec secundum prius & posterius: sicut patet in participatione inuiduorum ad speciem, & participatione specierum ad genus. Hæc igitur est Platonis positio quantum ad præsentem intentionem.

CAPVT XIII.

Quid sequitur ex opinione prædicta.

EX prædictis colligitur, quod secundum opinionem Platonis omnia dicuntur bona participatione vnius formæ secundum substantiam & speciem: & sic omnia bona in nomine & ratione boni sunt vniuoca. Quorumcumque enim participatio est vnius formæ, si participatio immediata sit, omnia participabunt illud æqualiter, & non secundum prius & posterius. Vnde Plato ferens istam opinionem, non posuit prius & posterius: & idè dixit ideam boni non esse numerorum. Differentia enim causa numeri est: differentia autem in participatione ideæ non est: omnium enim stantium sub vna forma boni secundum

Platonem vnius & æqualis respectus est ad formam boni secundum se omnibus: quare causa est quare sunt.

Contra hoc autem esse videtur, quod bonum dicitur in eo quod quid siue substantia, & in quali, & ad aliquid. Bonum autem quod secundum seipsum bonum est & substantia, prius natura est eo bono quod est ad aliquid. Sicut enim se habet subiectum ad subiectum, ita forma ad formam, cum omnis forma in subiecto non sit nisi secundum potestatem subiecti. Substantia autem ad id quod est ad aliquid, prior natura est: quia in diffinitione omnis accidentis ponitur substantia. Ergo bonitas substantiæ quæ secundum substantiam est, natura prior est bonitate eius quod est ad aliquid relatio: ergo bonitates illorum sunt accidentia sicut & ipsa. Probatum est autem in septimo met. quod accidens non diffinitur nisi per substantiam. Ergo subiectum talis boni quod est qualitas, in ipsius eadit diffinitione boni: prius ergo est per naturam. Est autem bonum per formam boni, quod est causa omnis boni, sicut dicit Plato. Ergo subiectum natura prius est quam forma boni, quæ causa omnis boni est. Ex hoc sequitur, quod materiale & sensibile sit extremum quod est formalis idea, quod valde absurdum est: bonum enim in qualitate & quantitate & in ad aliquid & in aliis præter substantiam, propagini assimilatur & accidenti entis per se: propter quod quod non erit vtiq; vna quædam communis idea boni quod est in substantia, & boni quod est in aliis prædicamentis. Propago enim deducitur & respicit ad rationem & stipitem: & non est propago nisi per rationem ad illa, nec diffinitur nisi per illa: sicut & accidens non nisi ductum de substantia; nec esse habet nisi in illa, nec diffinitur nisi per illam: propter quod propago non est arbor, sed arboris aliquid: sicut & accidens non est vere ens, sed aliquid vere entis, qualitas verò dispositio est verè entis, & quantitas verè entis mensura, & ad aliquid respectus verè entis, & sic in omnibus aliis est: & similiter bonum aliquid in accidentium prædicamentis, cum accidens sit, in eo dicitur bonum quod est aliquid veri boni, hoc est, substantiæ: & non dicitur per participationem formæ alicuius quæ secundum se bonum sit. Ab vna ergo idea non dicitur bonum in substantia, & bonum in accidentibus.

Amplius autem quia bonum in ambitu prædicationis æqualiter dicitur de ente: etenim bonum est in eo quod quid dicitur & substantia, vt puta Deus bonus, & intellectus siue intellectualis natura bona, & in quali dicuntur virtutes bonæ, & in quanto mensuratum siue commensuratum dicitur bonum, & in ad aliquid vtile dicitur bonum, & in tempore siue in quando dicitur tempus siue bonum: propter quod astronomi student in electionibus horarum: & in loco siue vbi dicta sicut ad leucam siue plus venisse, & altera talia sunt, sed omnia prædicamenta bona. Et manifestum est vtiq; quod bonum prædicatum de omnibus his non est prædicatum commune quod vniuersaliter quid siue quidditas sit ipsorum & vnum, ita quod sit vna natura

CAPVT XV.

Quod secundum Platonem sequitur, quod omnium bonorum sit vna scientia.

AMPLIUS autem quia omnium eorum quæ sunt secundum vnam ideam siue formam, est etiam vna scientia: quia eadem sunt principia essendi & cognoscendi, sicut in principio physicorum probatur. Dicitur autem Plato, quod omnium bonorum est forma vna: & secundum hoc omnium bonorum esset vtiq; quædam scientia vna: nunc autem multæ sunt: & quod minus videbatur, etiam eorum quæ sunt sub vno prædicamento bona, non est scientia vna, vtputa temporis siue quando boni. In bello quidem cognoscere bonum tempus est scientiæ militaris, in agritudine etiam cognoscere bonum tempus in quo homo exerceatur secundum suorum laborum & officij congruentiam, est scientiæ quæ dicitur exercitativa: Et hoc Græce significantius dicitur. In Græco cronos tempus est in communi dictum. Carios autem vocatur tempus omnino congruum ad id quod est in tempore relatum. Ita locus in quo communiter locus dicitur. Diæta autem dicitur vbi congruum: Cum igitur scientiæ sic multæ sint, oportet diffinitiones scibilium multas esse & principia multa. Quorum autem diffinitiones diuersæ & principia, eorum non est vna participatio vnius formæ.

CAPVT XV.

De obiectionibus quæ sunt contra Platonem in eo quod dicit bonum per se.

QUÆRET etiam aliquis, quid volunt dicere Platonici per hoc quod dicunt vnum quodque per se, sicut dicunt per se hominem, & per se bouem, & per se alinum? Quæret enim rationabiliter, si vna ratio sit diffinitiva eius quod dicitur per se, & eius quod dicitur participatione eiuldè, sicut per se in homine, & in homine participante hominè per se, vna & eadem ratio est diffinitiva quæ hominis est diffinitio: secundum enim quod homo vterque est, nihil differt participans à participato. Si autem sic est in bono per se & in bono secundum participationem: non enim differunt in eo quod bonum sunt. Sed hoc falsum est: quia secundum hoc perpetuum non esset magis bonum quam temporale. Et hoc per simile ostenditur: quia si duo sint alba æqualis albedinis & inæqualis temporis, non est album quod diurnius est, quam quod vnius diei. Hoc autem totum idè contingit: quia Plato posuit, quod in mechanica participatione licet dicitur bonum formatum ab eo quod est per se bonum, non tamen formans in forma differt à formato, sicut nec generans vniuocè in forma

natura in eis vel vna forma specie in eis de quibus prædicatur: quia si sic esset, non diceretur prædicari in omnibus prædicamentis, sed in vno solo. Quæ enim prædicantur secundum vnum nomen & vnam naturam & vnam rationem, vniuocè prædicantur: & hæc non possunt prædicari nisi de his quæ sunt in vno genere. Et cum bonum ad naturam rei quæ est bona pertineat, sicut nos olim in principiis huius libri determinauimus, oportet quod bonum vniuersaliusque de natura sua sit: vnde bonum substantiæ substantia est, & bonum qualitatum qualitas est, & sic de aliis. Diuersorum natura non potest esse forma vna, quæ est causa bonitatum sic in omnibus. Hæc autem omnia inconuenientia contingunt Platoni: quia modum participationis boni non posuit diuersum, & quia formas posuit non educi de materia, sed à datore esse extrinsecus: quæ duo si non posuisset, nihil inconuenientium incurrisset. Bonum enim primum sic causa est bonorum, quod non ex seipso informat omnem bonum, sed potius prima causa inluit in secundam, & prima & secunda in tertiam, & hæc tres in quartam, & sic vsque ad virtutes elementares, quæ proxime mouent & generant. Virtutes enim elementares instrumenta sunt motorum & motuum superiorum: & idè mouent prout informantur ab illis, & ad intentionem primi motoris: sed forma influentiæ quæ in primo motore est indeterminata & vniuersalis & separata, recepta in moribus secundis coarctatur. Concepta autem in virtutibus generantibus hæc rem, est iuxta propria & proxima: & cum influentia illa semper sit in eo in quo est secundum potestatem subiecti, non est ita purificatiue in proximo sicut in primo: & idè proximum non tam puram tribuit bonitatem sicut primum. Differens ergo descensus illuminationum, diuersitatem causat rerum & bonorum: semper tamen relatio omnium est ad primum, quod est omnium bonorum causa. Huius autem exemplum est, si faciem claram & venustam opponamus speculo adamantino, quod omnibus speculis pulchrius est: & illi speculo aliud speculum opponamus, quod sit de vitro puro: & illi secundo speculo rursus opponamus tertium, quod sit de ferro fuliginoso bene terso: & illi rursus aliud, quod sit de lapide nigro polito. Vna est reflectio in omnibus his quantum ac formam: sed reflexa ab adamantate valde est clara: à vitro autem reflexa iam incipit obscurari: à calibe autem siue ferro reflexa, nube obducta videtur: à lapide autem reflexa, lineamenta nulla repræsentat: sed confusa resonantia est, sicut cinere cooperta scintilla parumper micans per cineres. Item si posuisset de materia educi formam, percepisset, quod formarum esset diuersitas: secundum diuersitatem principiorum quæ sunt in materia, & non omnia essent formata ab vna forma genere vel specie: & quia hæc omisit, inconuenientia quæ induximus, contingunt ei:

forma differt à generato, & æternitas vel tempus longum vel breue nullam faciunt differentiam quantum ad formæ rationem. Sequitur autem ex hoc, quod æternum & temporale, & corporale & incorporale sunt vnus & eiusdem rationis, & causa & caufatum vnus sunt rationis: quæ omnia negauit Plato, eò quod omni contrariantur veritati. Vnde etiam ab ipsa veritate coactus negauit ea.

Propter quod Pythagorici probabilius videntur dicere, ponentes per se vnum principium esse & causam entium & bonorum: eò quod naturam vnus ostendunt esse perfectam & saluatiuam: quia vnaquæque rerum manens in vno indispersa & indiuisa, perficitur & bonificatur & saluatur, dispersa autem abit & dilabitur. Et in bonorum coordinatione vnum posuit Pythagoras. Pythagorica autem Spenfippus sequi videtur: & hic Spenfippus Platonis philosophi consanguineus: erat enim Surridemontis filius, qui fuit fratruelus Platonis, natus ex Apocone quæ soror Platonis fuit. Platonis autem auditor fuit & successor academæ in centesimo octaua olympiade. Hic autem conscripsit & maxime physica, austerus secundum aspectum & ad summum velocis.

De his quidem quamuis sit alius sermo magis (methaphysici enim est determinare) de his tamen vt facilius sit doctrina, aliquid de his dicere oportet. Cum igitur omne bonum sit in eo quod vltimum finem attingit, quo habito perfectum est ad agere secundum seipsum. Pythagoras principia vnus fecit esse boni principia. In ordine autem bonorum decem posuit esse principia, scilicet terminum, perfectum, vnum, dextrum, masculinum, rectum, lumen, tetragonum, quiescens, bonum. Ad vltimum enim quod non est terminatum, non procedit: quia principia eius non sunt terminata ad vnum: propter quod in essentia & viribus remanet infinitum. Similiter perfectum est, cui nihil deest & vltimum attingit. Vltimum autem vnum est, & omnia alia vnus est. Vnum etiam in se indiuisum & diuisum ab aliis, quod non potest esse, nisi forma vniente & diuidente. Forma autem ad actum relata, finis est. Dextrum etiam vnde motus est, & ideo perfectam habet virtutem mouentis, perficit & vnit & determinat. Masculinum similiter generans est ex seipso, nec indiget femina nisi per accidens propter locum & materiam: femina autem penitus imperfecta, & ideo appetit masculinum, & ad id quod extra se est, dependens est. Similiter rectum in quantitate seipso participat, nullo indigens, totum stans infra suos terminos, ita quod primo puncto regitur totum. Curuum autem in hac vnitate simplicitatis non consistit: quia medium eius exit ab extremis. Similiter lumen quod hic vocatur processus primæ influentia primæ causæ, in simplicitate est & vnitate: & vniedo de se trahit omne quod illuminat. Tetragonum etiam ab vno simplici oritur, quod est ductus vnus & eiusdem lineæ in seipsam. Similiter & quiescens non quiescit nisi tangendo vnum quod est finis motus: quiescit autem quando sui nihil distat ab illo, cum omnis

Principia bonorum.

motus distare faciat. Et ex his vltimum consequitur bonum, quod est finis adeptio. Cum igitur Pythagoras vnum dixerit esse principium, & ostendit qualiter omnia referuntur ad vnum, participando proprietates vnus quæ sunt saluatiuæ & bonificatiuæ: multo probabilius dixit causam boni, quam Plato, qui posuit, quod vnum per se bonum causa bonitatis est in omnibus, & articulatè non demonstrauit qualiter diuersa bona participant bonum principium.

Est autem huius ratio, quam quidem alij assignauerunt: quia scilicet virtus & bonum in vnitate consistit, malum & vitium est omnifariam, sicut in antehabitis diximus: & ideo rationabiliter bonum refertur ad vnum sicut ad principium, melius quam per se bonum, cuius ratio assignari non potest, qualiter in diuersa ratione bonis existentibus, conferat boni participationem.

CAPVT XVI.

Qualiter ex ipsa multiplicitate boni opinio Platonis impugnatur.

His autem quæ à Platone dicta sunt dubitatio quædam subapparet. Subappareere autem dicimus, quod ex ipsa ratione Platonis habet occasionem. Est autem dubitatio propterea: quia sermones Platonis non de omni bono secundum omnem boni multipliciter dicuntur. Similiter autem secundum doctrinam Platonis non omne bonum videtur fieri participatione vnus ideæ boni. Sermones enim Platonis non dicunt nisi qualiter bonum est, quod à prima ideæ boni secundum boni formam procedit. Bona autem videntur dici dupliciter, scilicet secundum se, & ad aliud. Secundum se ipsa autem videntur bona secundum vnam illam speciem boni, qua bonum dicitur per se, & non secundum accidens bonum est. Per se autem & non secundum accidens bona sunt, quæcumque per se sine secundum seipsa & non per accidens profecta sunt à nobis & dilecta. Hæc autem sunt, vt dicit Tullius, quæ sua propria vi nos trahunt & propria dignitate naturali nos alliciunt, & non per accidens. Illa verò bona quæ idè dicuntur bona, quia bonorum quæ propter se diligimus, sunt factiua siue conseruatiua aliquantulum, vel quia contrariorum prohibitiua, propter hoc oportet dici bona vt relata ad hæc quæ secundum se bona sunt: & hæc secundum modum alium & alium sunt bona. Aliquantulum enim mala in se relata ad aliud sunt bona, sicut incisio & coactura relata ad sanitatem, bona dicuntur.

Manifestum est igitur, quod dupliciter vtique dicitur bonum: est enim quoddam secundum seipsam, scilicet quod propter se diligimus: aliud autem propter quod alterum bonum est, quo illud quod diligimus obrinemus: sicut vtraque sunt quæ induximus, scilicet factiua, conseruatiua, & contrariorum prohibitiua. Ista enim non diligimus nisi propter

Bonum dicitur dupliciter.

CAPVT XVII.

Quod inutilis est positio idearum ad ciuilia.

per hæc quæ per se diligimus. Si enim ista non facerent vel conseruarent illa, ista non diligeremus. Et sic patet, quod illa quæ propter aliud diligimus, rationem bonitatis accipiunt ab his quæ per se diligimus, & non à primæ ideæ informatione vel participatione. Si ergo diuidentes distinguamus ea quæ sunt bona secundum se siue per se, ab his bonis quæ propter aliud bona sunt, & ideo vtilia dicuntur, & intrinsecus quod secundum se vel per se bona dicuntur secundum vnam ideam siue formam: tunc clarè videbimus inconuenientia quæ sequuntur contra Platonem. Secundum seipsa enim siue per seipsa bona, sunt talia bona qualia aliquis ponit quod & solitaria, scilicet sine omni adiuncto, vtputa est scire siue prouidere secundum prudentiam, & sicut videre, quia dulce est lumen oculis & suauis videre solem: & similiter voluptates quædam, sicut est voluptas & delectatio quæ non habent contrarium, sicut delectari in hoc quod est scire, quod diameter a se meter costat: & honores quidam. Hæc enim sunt partes honestatis de quibus dicit Tullius, quod per se diliguntur: hæc enim quamuis aliqui propter aliud aliquando prosequuntur, tamen ponuntur esse de numero bonorum quæ secundum se bona sunt. Diximus enim in præcedentibus, quod propter se opponitur ad accidens, & propter aliud ad id quod per se diligitur, & non per accidens nihil prohibet ad aliud referri quod per ipsum intenditur obtineri. Cum igitur sic multiplex dicatur bonum, in eo etiam quod per se bonum est, quæramus à Platonis, vnde venit ista multiplicitas bonorum: aut enim dicunt multa præter ideam, aut nihil præter ideam esse bonum. Si enim multa præter ideam dicant secundum se esse bona ideæ: quia præter ideam rationem boni ab ideæ non accipientia erunt bona: & sic vana est ideæ quæ ponebatur causa quare omne esset bonum. Si autem dicatur, quod hæc quæ secundum se bona sunt, sunt de numero eorum, quæ ideæ secundum se ipsa bona sunt, oportebit boni rationem apparere in omnibus illis, sicut vna ratio albedinis in niue & ceruisa in eo quod alba sunt. Sed hoc falsum est. Honoris enim & prudentiæ & voluptatis alia & differentes rationes sunt distinctæ in eo quod bona sunt. Non est igitur bonum commune in quantum prædicarum in istis, quod secundum ideam vniam participatam ab omnibus bonorum dicatur. Quorum enim hoc modo est vna ideæ, horum est vna forma prædicata, & vna ratio distinctiua in omnibus.

Cum autem multipliciter dicatur bonum, multiplicitas illa oportet quod determinetur. Quæritur ergo, qualiter vtique dicuntur siue secundum quod genus multipliciter: Non enim videtur multiplicitas puri æquiuoci: quia multiplicitas boni non assimilatur his quæ dicuntur casu æquiuoca. Casu autem æquiuoca dicimus, quæ sola casuali impositione vnum nomen acceperunt. Quamuis enim æquiuocum ad vniuocum reducat, non tamen ita reducat, quod vnus sit: sed ad vnum reducat quod secundum proportionem commune est, sicut est mordax esse vel nocuum, ad quod respexerunt, qui nomen imposuerunt, vnum nomen dantes caelesti & marino & latrabili quod est canis. Mordax tamen esse dentibus latrabili conuenit & marino: marino quidem per insidias & defensionem, latrabili autem per iram & custodiæ fidelitatem, caelesti autem non conuenit nisi per nocuum: immisionem: & hæc non conueniunt nisi in communi effectu, qui est illatio nocuenti. Talibus æquiuocis boni multiplicitas non assimilatur: sed certè aut ei assimilatur multipliciter quæ est multa esse bona, eò quod sunt ab vno quod est eis causa bonitatis: vel ei quod est multa esse bona, eò quod sunt ab vno, quia omnia contendunt ad vnum bonum quod eis finis est. Cuius exemplum est, quod medicus Hippocrates vel Galen, medicus dicitur. Medicus autem dicitur apothecarius. Seruus commixtione specierum subseruiens medico, medicans etiam dicitur imitans medicum, & medicus dicitur clyster vel instrumentum. Omnia autem hæc medici accipiunt nomen per vniocationem ad vnum medicum, qui verè medicus est: secundum tamen diuersos modos ad actum illum referuntur: ita tamen, quod solus medicus operatur hunc actum secundum causam quæ in ipso est medicinam: alia autem omnia quantum possunt imitantes medicum, non artem, sed diuersas potentias quas habent, imitantur. Exemplum autem eorum quæ contendunt ad vnum, est. Sanum dicitur animal & præcipue homo, qui inter cætera magis in æqualitate consistit. Sana etiam dicitur vrina, & sana dicitur medicina, & sanus cibus: & sanitas finis est quem per se appetit homo & medicus. Sanitas autem primò & per se est in homine sicut in subiecto. In vrina autem est sicut in indicante. In medicina autem sicut contrariū remouente. In cibo autem sicut in faciende vel conseruare. Vel forte dicitur secundum similitudinis simplicitatem ad analogiam siue proportionem. Sicut si dicamus, sicut in corpore est visus, ita in anima intellectus: ad vnum enim sic proportio quod est illustratio cognitorum, sensibilibus quidem in visu, intellectualiter autem in anima. Et quamuis omnis hæc multiplicitas in bono

bono possit inueniri: eò quod multa sunt bona, quia sunt à bono: & multa bona, quia ad bonum: tamen de his relinquendum est nunc. Certificare enim de ipsis proprium est magis alterius philosophiæ. Si enim de communi loquamur secundum intentionem qua prædicatur de pluribus, logici est determinare multipliciter ipsius. Si vero loquamur de communitate rei, talis multiplicitas determinanda est à metaphysico: in quinto enim illius scientiæ de huiusmodi tractatur. De ideis autem disputare relinquendum est: in tertio decimo enim metaphysicæ proprium est loqui de illis.

Ex his autem quæ hîc dicta sunt, hîc relinquitur, quòd si illud vnum bonum quod communiter de omnibus bonis prædicatur, & quod est quidditas illorum, vt dicit Plato: vel etiam si illud est separabile quid, secundum se ipsum existens & materiæ non immixtum, sicut dicit Plato: & manifestum est hoc quod nec operatum est ab homine, nec possessum ab eo. Separatum enim homo operatione sua non acquirit. Et quod operatione non acquirit, possidere non potest, ita quod ad vsum habeat. Nunc autem videmus quod, quod tale bonum operatum & possessum ab omnibus intenditur ciuilibus & artibus & doctrinis & electionibus & actibus. Bonum igitur ciuile separatum secundum se non est.

Fortè etiam videbitur alicui ciuilia bene consideranti, quòd melius & vniuersalius sit, quòd bonum ciuile cognoscatur esse de numero bonorum quæ sunt possessa & operata: hoc enim mouet intentionem operantium: & ideo operatæ res hoc habentes præ oculis velut exemplum magis sciunt quæ sunt in ipsis bona propria. Omnis enim operans per rationem cognitum sibi & certum præstituit finem, ad quem omnes suas operationes & terminat & scit se adeptum esse quod concupiscit: & si finem non præcognosceret, nesciret quando finitam haberet actionem, sed vagaretur in incertum. Patet igitur, quòd ciuile non aliquid separatum bonum, & quòd separatum bonum ad ciuilia pertinens est inutile.

CAPVT XVIII.

De infirmitate & inutilitate sermonis Platonis.

24. **S**ermo igitur Platonis quandam & non simpliciter habet probabilitatem. Probabilitas enim simpliciter aliquid habet rationis in re. Quædam autem & non verè probabilitas est, quæ apparentem & non existentem habet probabilitatem. Si enim verè probabilitas esset, ab artibus & doctrinis non discordaret. Videtur autem scientiis & artibus dissonare. Omnes enim artes & doctrinæ & electiones & actus quoddam appetentes bonum, & inquirentes bonum quo indigent ad sui perfectionem, derelinquunt tanquam sibi inutilem, cognitionem illius boni separati quod posuit Plato. Si autem esset bonum ciuile: tunc magnum esset auxilium in cognitione ipsius ad totius ciuilis vitæ incrementum & profectum: & non rationale, quod tale auxilium omnes ignorarent artifices, & nullus requireret cognitionem ipsius. Eo ipso ergo quòd relinquunt, ostendunt quod inutilis est eius cognitio ad vitam ciuilem. Inutile ergo est bonum ideale: quia non posset dicere Plato, in quo rector vel faber iuuaretur ad suam artem per cognitionem boni separati idealis. Nec posset dicere, qualiter melius militat, & magis miles est, qui ideam militiæ suæ boni militans contemplatus est separatim in mente diuina, quam qui non est contemplatus. Ex contemplatione autem finis proprii & boni multum quilibet iuuatur in arte sua. Bonum igitur proprium bonum ciuile est, & non bonum vniuersale separatum. Hoc autem & alia ratione videtur. Videtur quidem enim medicus non intendere vniuersalem sanitatem & separatam, sed eam quæ est hominis priuatam & propriam: & non tantum eam quæ est hominis, sed magis eam quæ huius hominis Sortis vel Calliæ, senis vel iuuenis, talis vel talis complexionis: in loco tali vel tali commorantis, & secundum alias dispositiones appropriatam. Medicus enim secundum vnumquemque & dispositiones vniuersalesque medicatur differenter: & sic est in aliis artibus. Ciuilia ergo bona propriissima sunt: & vniuersale separatum nullum profectum facit in eis. De bono igitur humano & ciuili secundum opiniones aliorum in tantum dictum sit.

24.



TRACTATUS VI.

Quid sit per diffinitionem felicitas, & quæ ingrediantur diffinitionem eius sicut differentia.

CAPVT I.

Quod felicitas est optimum bonum.

25. **V**RSVS autem (quia digressio- nem fecimus ad opiniones aliorum) redeamus ad propositum inuestigantes à principio huius libri quæ sunt. Bonum inuestigabimus quid sit per diffinitionem. Hæc autem inuestigatio valde necessaria est: quia multa bona inueniuntur, & oportet scire quid sit optimum illorum. Quod enim multa sunt, probatur ex hoc quod consideratione expressa videtur & aliud in alia & alia operatione & arte, quæ in quantum operationes & artes ciuile & humanum bonum desiderant. Aliud enim in medicinali est, & aliud in militari, & in reliquis operationibus & artibus est similiter, quod scilicet aliud & aliud semper est in alia operatione & arte. Nec aliquis miretur, quòd nos medicalem ponimus inter ciuilia: quia licet alia principia sint artis medicinæ, & alia ciuilibus: tamen quamuis scientia separaretur medicinalis à ciuili, tamen operatiua à medico ad ciuilia refertur. Sanitas enim quam inducit in corpore ciuium, expeditas facit operationes. Et cum secundum antedicta politicus ciuili gubernator in hoc Deo similis est, quod omnium gerit prouidentiam & curam, & quoad hoc instituit in politicis esse medicinam.

28. **Q**uænam igitur quid sit vnicuique bonum arti & operationi, & quæramus quid sit illud bonum, cuius gratia reliqua operata sunt omnia quæcumque exiguntur ad illam artem vel operationem. Hoc autem in medicinali quietem sanitas est. Omnia enim quæcumque facit medicus corpora alterando, purgando, præseruando, conficiendo, potando, cibando, ad finem referuntur sanitatis, quæ per hæc omnia intenditur. In militari verò finis est victoria: quia ad victoriam omnia militaria negotia referuntur quæcumque sunt equum parando, scellando, frænando, armando, hostem insiliendo, acies ordinando, hostem inclamando: omnia enim hæc ad victoriam ordinantur & victoriam intendunt. Sic etiam in adificatiua finis est domus: quia quæcumque sunt securi, dolabra, ascia, terebro, fundendo, eleuando, contigando, & quæcumque talia sunt, ad facturam domus referuntur. Et generaliter loquendo in omni operatione & electione talis

Finis medicina.

Finis artis militaris.

Finis adificatiua.

est aliquis finis: quia huiusmodi finis gratia omnia reliqua operantur & artes & operationes. Ergo si aliquis est omnium operatorum vltimus finis, ad vltimum illum referentur omnes operationes & artes. Illud igitur erit operatum bonum hominis vltimum & optimum. Hoc ergo primum est diffinitium felicitatis. Si verò plura sint talia bona transcendendo per rationem ordinis vnius ad hoc aliud, ad hoc ipsum perueniemus, quod vltimum bonum stat resoluendo, & illud erit vltimum & optimum: & hoc enim modo, sicut superius determinatum est, omnes artes referuntur ad ciuilem.

26.

Quod autem nos dicimus quærentes si plura bona sint hominis bona, nemo miretur. Diximus enim in antehabitis, quòd principium omnium operationum nostrarum est intellectus practicus, & instrumentum eius est manus, & quod aliter est in homine, & aliter in aliis animalibus. In aliis animalibus etiam vires sint animales, tamen ad naturam referuntur, & aguntur potius quam agant: & ideo sunt vno modo. Vna enim hirundo sicut alia nidum facit & pullificat & cibum procurat: cuius conformitatem non est causa anima, sed potius natura per instinctum agens in animam. Non autem est sic in homine: animales enim vires hominis non ad naturam sed ad intellectum referuntur, & persuasibiles ab ipso & multarum operationum efficiuntur principia, & in omnibus illis propter libertatem ab intellectu acceptam homo dominus est suarum operationum. Intellectus autem duplex est facies, scilicet ad intelligentiam agentem, à qua intelligentia ad ipsum fluit illuminatio: & illa facies quæ est ad inferiores potentias, in quas ab ipso fluit forma per quam efficiuntur persuasibiles & obedibiles. Quia autem inferiores potentie multe sunt, oportet quod ex parte intellectus efficiatur compositius & ordinatius & operatiuus multorum. In duplici ergo facie acceptus intellectus, necesse est, quòd duos fines habeat: vnum scilicet operationum, & alterum contemplationum. Cum igitur felicitas operatiua perficiens hominem & purgans à passionibus, operetur ad impassibilitatem intellectus, ne passione alterius ducatur & abducatur: passionibus autem non subiaccens sed auertus ab eis & de puratus & liber, perfectus sit ad contemplanandum: constat quòd felicitas ciuili operatiua vltimus ordinatur ad felicitatem contemplatiuam, quæ est vltimum omnium bonorum. Hoc autem

Intellectus practicus est principium operationum.

Finis intellectus.

E probatur

probatur ex hoc, quod omne vtens virtute purgatoria ad perfectionem purgationis ordinatur: felicitas autem ciuili purgatoria virtute vtitur: ordinatur igitur ad perfectionem purgationis. Minor huius syllogismi probatur ex hoc quod omne vtens moderante virtute passiones & non abstergente, purgatoria vtitur virtute: ciuili autem moderatur & non abstergit passiones: purgatoria igitur virtute vtitur. Politicus enim abstergere non potest passiones viuens in domo, in ciuitate, sed excellentias passionum sufficit in talibus moderari: & id quoad singulas est medium. Bonum igitur hominis modo quodam est plura, simpliciter autem vnum vltimum & optimum.

CAPVT II.

De differentia felicitatis quæ est perfectum.

HOC autem adhuc magis explanare tenendum est. Vidēbimus enim, quod felicitas optimum operatorum est, si inuenerimus, quod perfectissimum est: quomodo enim plures videntur esse operatorum nostrorum fines, & ex præmissis satis manifestum est. Omnium autem illorum finium hæc prima diuersitas est, quod quosdam eligimus propter se, & quosdam propter alterum, vtputa diuitias quæ organice felicitati: & ideo eliguntur: & sic eligimus stultas & omnino siue vniuersaliter organa musica: hæc enim ad ciuium referantur iucunditatem. Manifestum est igitur, quod omnes tales fines ad aliud relati non sunt perfecti in ratione boni.

Optimum autem finis videtur esse perfectum quid. Ergo nihil eorum quæ referuntur ad aliud, est finis optimus: quia non est perfectus in ratione boni: quapropter siquidem est aliquid aliquod vnum solum in ratione boni perfectum, hoc vtique erit quod queritur bonum. Si verò plura talia in operationibus hominum perfecta: tunc talis status inter ea perfectissimum in boni ratione, hoc erit quod queritur bonum & optimum. Videamus igitur quid sit in humanis perfectum secundum boni rationem.

Perfectius bonum in humanis.

Perfectius autem dicimus in ratione boni, quod secundum seipsum ex propria natura diligibile est & persequibile, quam id quod propter alterum diligimus & persequimur. Et iterum dicimus hoc esse perfectius inter ea quæ per se diliguntur & eliguntur, quod nunquam propter aliud eligitur, sed semper & vbi que eligitur propter se: hoc autem dicimus esse perfectius quam sint illa bona, quæ aliquando sunt eligibilia secundum seipsa, & aliquando eliguntur propter alia. Hac igitur ratione simpliciter & vniuersaliter loquendo, perfectum est quod secundum seipsum semper eligibile est, & nunquam propter aliud: tale autem perfectum bonum inter omnia bona humana maximè videtur esse felicitas: hanc enim eligimus semper propter seipsam & nun-

Felicitas est perfectum bonum.

quam propter aliud. Si enim detur, quod per aliud eligatur: omne autem quod propter aliud eligitur, ad quoddam vltimum extra se fertur. In præcedenti autem capitulo probatum est, quod felicitas est vltimum: sequitur ergo, quod aliud sit vltimum vltimo ad quod vltimum refertur: & hoc est impossibile: ex hoc enim sequitur, quod vltimum simpliciter: quod si concedatur, contradictoria erunt simul vera. Quia autem diximus, quod quædam sunt quæ secundum se & propter aliud experuntur secundum diuersas rationes & comparationes, vt manifestior sit doctrina, damus exemplum. Honorem enim qui præmium virtutum & finis vitæ ciuili secundum Stoicos, & voluptatem quæ est finis vitæ secundum Epicureos, & intellectum qui constituitur ex influentia luminis intelligentiæ ad contemplationem, & omnem virtutem quæ pars honestatis est, & similia eligimus quidem propter seipsa: quia in sui natura sinceram & puram habent bonitatem, quam eligemus etiam si nihil aliud adueniret nobis per ipsa: sed tamen ista etiam eligimus felicitatis gratia, suspicantes, per hoc felices fore: ad felicem enim vitam substantiale præstant auxilium: felicitatem autem nullus eligit horum gratia. Nec vniuersaliter loquendo felicitatem aliquis eligit propter aliud. Sequeretur enim, quod vltimi finis esset alius finis: & hoc abiret in infinitum. In ratione ergo boni felicitas sola perfectum quid est.

Quamuis contra hoc opponant dicentes, quod perfectum est, sicut dicit Arist. in quarto phys. cui nihil deest. In humanis autem operibus nihil est cui nihil deest: nihil ergo in humanis operibus quod imperfectum non sit. Præterea, ex quo omnia bona ad perfectionem requiruntur, & omnium bonorum concursus non possit esse in vno: nemo enim est qui sit faber, & panifex, & coriarius, & sic de aliis similibus: videtur, quod nemo possit perfectus esse. Hoc quidam nituntur persuadere ex dicto Boëtij, qui in quinto de consolatione philosophiæ dicit, quod beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Non est autem homo in quo talis status sit ex omnium bonorum aggregatione perfectus. Frustra igitur hic videtur querere de perfecto quod homini conuenire non potest.

Ad hæc & similia respondere non est difficile, si ea quæ dicta sunt ad memoriam reuocentur. Est enim perfectio simpliciter, & perfectio secundum statum. Perfectio autem simpliciter, quod simpliciter nihil deest, non nisi in Deo est. Perfectio autem secundum statum dupliciter est, scilicet particulariter, & vniuersaliter. Particulariter quidè perfectus est, quando sine impedimento sui officij vel suæ artis vel sui status attingit vltimum, nihil omisso de omnibus his quæ ad vltimum ordinantur: & sic dicimus fabrum perfectum & medicum perfectum. Vniuersaliter autem perfectum dicimus, cui nihil deest ad finem qui simpliciter vltimus est humanorum. Et quod dicit Boëtius, quod beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus, de tali aggregatione bonorum intelligitur, qualem diximus

Obiectio.

Responsio. Duplex perfectio.

Beatitudo.

diximus in præcedentibus, scilicet quod omnia bona quæ sunt ad finem vltimum, aggregentur in illo: eò quod virtualiter operantur in illo relata ad ipsum, sicut ad victoriam omnia operantur. Non enim victoriam consequeretur miles, nisi virtus in ipso esset, coquinaria, & pistoria, equestris, armatiua, & omnes alia quæ referuntur ad ipsam. Omnia enim quæ ad finem referuntur, fini coniuncta & finem concludentia, in statu sunt, ultra quem agere nihil possunt: & hoc modo considerata beatitudinè perficiunt siue felicitatem. Beatitudo igitur sic intellecta, status vel actus est omnium bonorum aggregatione perfectus: & huius perfectionis homo perceptibilis est, & ipsa perfectio bonum est operatum ab homine.

CAPVT III.

Quod felicitas per se sufficiens bonum est.

Videtur autem & ex per se sufficientia: quia scilicet felicitatis per se sufficiens bonum est idem accidere, scilicet quod felicitas est vltimum & optimum perfectum inter bona: perfectum enim per se sufficiens esse videtur. Per se autem sufficiens dicimus, quo habito nullo indiget homo ad boni operationem humanam. Bonum autem humanum in optimo statu suo non consideratur in hoc quod viuat sibi soli vitam solitariam, sed quod viuat sufficienter & parentibus & filiis & vxori: & vniuersaliter loquendo, quod viuat amicis & ciuibus ad sufficientiam: quia homo & natura homo est, vt sibi viuat: & natura coniugale animal & domesticum, vt parentibus & filiis & vxori viuat: & vt amicis & ciuibus viuat, natura ciuile animal homo est. Tamen quando homo refertur ad multitudinem vel domus vel ciuitatis vel gentis, oportet assumere terminum aliquem qui facultatem non excedat. Si enim extender ad parentes & propinquos & amicos amicorum tam in linea ascendenti quam descendenti tam transuersaliter, & non stet in aliquo, in infinitum procedet.

Sufficiens in æconomicis & ciuilibus.

Sed hoc rursus quidem perscrutandum erit in æconomicis & ciuilibus. Per se enim sufficiens hic dicitur quod omnia inter se habet quæ pertinent ad boni perfecti & vltimi operationem. Hoc autem non potest esse nisi concurrentibus quatuor virtutibus. Vna quidem virtute vltimi secundum quod vltimum est, quæ est virtus sicut tractus naui, vel sicut domus quæ facit modum milij cadens, & sicut bonum quod est in duce exercitus: quæ virtus licet sit ex antecedentibus & constitutentibus potestatiuè, tamen ita est vltimi & totius, quod non potest attribui partibus diuisim: & si totum attribuitur partibus, sicut sonus granij milij, & tractus naui trahentibus, non potest eis attribui, nisi secundum quod vnitæ sunt in toto. Et sic est de ordinatis ad felicitatem, in qua collectio virtutum quatuor operatur, scilicet virtus vltimi secundum quod vltimum

D. Alb. Mag. lib. 1. Ethic.

est, & triplex virtus ordinatorum ad ipsum, sicut virtus subiectiuè operantium organicè & essentialiter: & hoc modo in monastica, æconomica, & ciuili. In monastica quidem subiectiuè operantur vires inferiores, à ratione persuasibiles & rationi obedibiles. In æconomica autem subiectiuè operantur familia ad paterfamilias. In ciuilibus autem subiectiuè operantur senatores, artifices, & milites. In omnibus autem his organicè deseruiunt bona extrinseca, sicut robur corporis & diuitiæ: essentialiter autem deseruiunt virtutes in omnibus tribus. Ex vnitis virtutibus istis ad omnia sufficiens est felicitas. Sufficiens enim hominis non simpliciter est: quia sufficientia simpliciter soli Deo conuenit. Ex ista igitur sufficientia procedens dicimus, quod per se sufficiens esse ponimus: quod etiam solitariam vitam, quantum nihil aliud sibi adiunctum sit, eligibilem facit, & nullo indigentem eorum quæ pertinent ad bonum hominis. Tale autem bonum nullo indigens æstimamus esse felicitatem: qui enim aliquo indiget ad sui boni perfectionem, non attingit statum omnium congregatione bonorum perfectum: & ideo talem felicem esse non dicimus. Felicitas ergo bonorum vltimum & optimum bonum est perfectum & per se sufficiens.

Sufficiens per se.

CAPVT IV.

Quod felicitas vltima per se eligibilis est: & nulli bonorum connumerabilis.

Amplius autem omnium bonorum maximè eligibile dicimus felicitatem aliis bonis connumeratam. Dnas enim diximus esse felicitates hominis, contemplatiuam scilicet, & ciuilem. Et ciuilem diximus ad contemplatiuam esse ordinatam: vltima autem omnium bonorum antecedentium in se habet bona virtualiter & potestatiuè: & omnia bona partes eius sunt potestatiuæ & virtuales: & ideo nullam in eo faciunt comparisonem, sicut in antehabitis nos meminimus determinasse: & sicut totum non est connumerabile partibus, ita ipsa non est connumerabilis alicui bono. Alia autem est felicitas, quæ in potentia est ad felicitatem contemplatiuam, de qua manifestum est, quod connumerabilis est cum minimis bonorum: & connumerata cum minimo eligibilior est quam illud. Illud enim bonum quod appositum est, facit quod in appposito superabundantia bonorum est, & maius bonum est. Et maius bonum est minimum cum maximo, quam quando accipitur sine illo. Et quod maius bonum est, eligi illius est semper, eò quod perfectius est & sufficiens. Minimum autem dicimus bonorum quod nec vltimi in quantum vltimum est, virtus est, nec ad ipsum deseruiit essentialiter vel subiectiuè vel organicè relatum: quia cum illis connumerari non potest cum omnia in se contineant, sed extrinsecus est: vnde solum quod minimum habet influentiam ad felicitatem, nec auxilium fert ad actum felicitatis, sed ad decorem & pulchritudinem.

30.

Minimum bonorum.

E 2 tudinem.

itudinem facit felicitatis, sicut est decenter comparatum esse, pulchre vestitum, composito gradu incedentem, generosum esse, fortunatum, & huiusmodi. His enim connumerata felicitas decerior est, & ideo eligibilior, sed proprie melior. Legitur enim de Hippocrate, quod pellicentes habuit oculos & faciem: & tamen castissimus fuit. Specusippus etiam horribilis erat aspectu: & tamen omni virtute plenus. Ex omnibus igitur præmissis concluditur, quod felicitas est ultimum & perfectum & per se sufficiens bonum, & omnium operatorum finis existens, nulli aliorum bonorum connumerabile nisi per accidens cum minimo.

Felicitas quid est.

CAPVT V.

De comparatione felicitatis ad opus nostrum, & quod felicitas est opus hominis in quantum homo est.

31. **S**ed forte concessum quid videretur ab omnibus, quod felicitas est optimum perfectum per se sufficiens & non connumerabile aliis bonis. Desideratur autem manifestius dici adhuc quæ est felicitas, ut scilicet non describatur tantum ex essentialibus sibi, sed in comparatione ad opus nostrum: propterea quia nos non querimus felicitatem nisi secundum quod operatum & possessum à nobis bonum est. Hoc autem forte fiet manifestum si sumatur opus hominis secundum quod homo est. Quod enim aliquod sit tale, probatur ex hoc quemadmodum tibicinis, hoc est, cantantis in fistulis & stauistici qui facit imaginum statuas, & vniuersaliter omnium artificum est opus aliquod: ita videretur hominis secundum quod homo aliquod opus esse. Quorum autem est opus aliquod & actus proprius, illorum bonum & optimum & bene eorum quantum ad modum virtutis, est in operatione eorum & actu. Similiter igitur videbitur, quod sit aliquod opus hominis secundum quod homo est, quod bene & bonum hominis sit in opere & actu illo. Queramus igitur vtrum probabile sit, quod rectoris siue rectoris, hoc est, edificatoris, & coriarj, & aliorum artificum, sunt opera quedam & actus proprii, hominis non secundum quod homo vllum sit opus & actus proprius secundum quod homo est, ita quod homo naturaliter sit otiosum quid secundum naturam, nullum habens opus. Et hoc enim omnino improbabile est. Artes enim inuenit homo ad operandum, & in artibus operatur homo, & ars homini potentiam operatiuam non confert, sed (sicut dicit Victorinus) potentiam facit facilem, quam tamen ante artem habuit homo: & cum hæc potentia quam ars facit facilem, insit homini per intellectum practicum, qui omnium artium principium est: intellectus autem sit natura hominis in quantum est homo: constat, quod omnes artes indicant quod hominis in quantum homo, est aliquis actus & opus, propter quod omnes artes inuenta sunt. Aut ergo dicamus, quod

Certum quoddam hominis est opus secundum quod homo.

hominis non sit opus proprium: vel dicemus, quod quemadmodum oculi & manus & pedes, & vniuersaliter loquendo vnumquodque partium organarum corporis videtur aliquod opus esse proprium, sicut oculi videre, & pedis incedere: ita & hominis per naturam qua est homo, videtur aliquod opus proprium quod sit præter omnia opera partium organarum, & præter opera partium artium particularium.

Nec obstat, quod aliqui irrationabiliter obiciunt, quod hominis in quantum homo est, forma non est actiua: & sic videtur eis, quod hominis non sit opus vel actio: quamuis enim substantia non habeat contrarium, sed sit subiectum vtriusque contrariorum, & sic non sit actiua physice & per se: tamen operatiua est. Perfectum enim est (sicut in antehabitis diximus) quod operatur secundum seipsum & agit. Agens enim physice actionem habet quæ in motu est: & quia motus est actus imperfecti: ideo actio eius imperfecti est: & de tali actu nos hic nos querimus, sed de actu qui est actio non physica, nec imperfecti, sed potius perfecti agentis secundum seipsum: eod quod nulla natura perfecta propria operatione destituitur, sicut est lucis lucere, & intellectus intelligere, & ligni operationem ligni facere: & hanc operationem superius diximus esse energiam. Hac igitur operatione homo non destituitur: quinimo (sicut in præhabitis determinatum est) anima hominis totum potestatiuum est, & hoc quod est in partibus, in toto nobiliter & eminentius est: vnde cum partes hominis organice non sint nisi ex toto & propter totum, oportet quod homo per naturam qua homo est, propriam & eminentem omnibus aliis habeat operationem, quæ sit actus perfectus & perfecti: & ideo non habet rationem proprie & motus loquendo.

Cassillationis extrinsecus.

CAPVT VI.

Quæ sit illa natura qua homo est operatiuus secundum quod homo est.

32. **Q**ueramus igitur quid vti que hoc sit quo homo efficitur propria operatione operatiuus. Hoc enim principium in homine non potest esse viuere, secundum quod viuere uiuentis est esse. Viuere enim conuenit homini per naturam quæ communis est homini & plantis. Sed hic queritur quid conuertibile sit cum homine: ergo nutritiua & augmentatiua vita separantur ab hac inquisitione. Sequens autem natura vegetatiua est natura sensitua: sed hæc etiam communis equo & boui & omni animali est cum homine: per eandem ergo rationem & ista separatur ab hac inquisitione. Relinquitur ergo cum in homine non sit nisi tertia natura quæ est rationalis, quod illa natura operatiua sit natura quedam rationem habentis in quantum homo, est. Sed adhuc rationem habens dupliciter est. Quoddam enim rationale: quia secundum sui ipsius

32.

33.

34.

sui ipsius naturam ratiocinatum est. Aliud autem rationale, non quod ratiocinatum sit secundum seipsum, sed quia ratione excitatur & informatur ad opus: & ideo dicitur rationale sicut persuasibile à ratione & obedibile rationi, sicut partes sensibiles animæ quæ dicuntur concupiscibilis & irascibilis. Et huius exemplum est, quod rectium duplex est. Vnum quidem quod propriis oculis rectam viam discernit. Aliud autem quod alij obedit ducenti, sicut cæcus obedit duci. Cum ergo querimus opus hominis secundum quod est homo: querimus opus rationalis principij quod principium operis est, sicut habens in se & ex seipso ratiocinari. Hoc tamen adhuc dicitur dupliciter, scilicet secundum habitum, & secundum actum. Et cum querimus opus hominis secundum naturam hominis, querimus quidem quid sit ratiocinatum opus secundum operationem dicti, & non secundum potentiam vel habitum. Hoc enim principaliter videtur dici secundum ea quæ in antehabitis probata sunt.

Obiectio.

Si autem quis obiciat, quod non videtur hoc esse ratiocinatum natura hominis in quantum homo est, sed potius intellectuum. Dicimus, quod secundum Arist. & secundum omnes Peripateticos intellectuale quod ex propria natura intellectuale est, non conuenit homini secundum influentiam. Quod ut intelligatur, oportet scire, quod totum opus nec est opus intelligentiæ siue primæ causæ per lumen intelligentiæ propriæ: quia intelligentia & scientia primæ causæ constituit omnem ens. Et si queratur quomodo constituit, inuenitur de necessitate, quod non constituit nisi lumine intellectualitatis suæ, quod refulget in totam naturam: quod tamen diuisum est determinatum per hoc quod descendit per ordines motorum qui sunt mouentes & mori vsque ad vltimum, quod non nisi motum est. Et huius exemplum est in principio corporalis, quod formarum corporaliu omnium constitutum est in generabilibus & incorruptilibus quod est sol. Nec potest dici, quod sol format constituat nisi lumine: vnde lumen solis seipsum formæ constitutum est. Quod autem huius & illius formæ constitutum est, hoc habet quantum admissum est huic vel illi. Vnde lumen solis constituit semper formam: sed quod hanc vel illam constituat, & hoc habet secundum quod immisum est vel luminari, vel perspicuo, vel corpori terminato. Luminare autem dicimus, quod in profundum sui & recipit & continet lumen secundum plenam sui capacitatem, sicut stella. Perspicuum autem est, in quo & per quod est inundatio luminis. Terminatum verò est, in cuius superficie concipitur lumen & tenetur ad constitutionem colorum: & ideo in omni visibili vnum solum motuum est visus quod est lumen. Et si hoc est in omni visibili mouens, oportet quod ipsum sit actus omnis visibilis: & si resoluatur visibilia, id quod colligitur ex omnibus, non est nisi lumen in ratione essentia vnum. Diuisum autem secundum esse omnium eodem modo secundum Peripateticos intelligentiæ lumen, est constitutum omnium formarum. Nec

Lumen solis constituit formas.

esset forma principium intelligendi aliquam rem & cognoscendi: nisi ipsa forma esset lumen intelligentiæ. Intelligentiæ enim lumen primum principium est intelligibilitatis in omni re, sicut lumen est primum principium visibilitatis. Quicquid autem est in secundis, necessario est per influentiam primi. Intelligibilitas ergo in rebus necessario est à lumine intelligentiæ quod est primum principium intelligibilitatis. Aliud enim est intellectuale, & aliud intelligibile. Intelligibile enim est, quod intellectuali lumine intelligibile efficitur. Intellectuale autem, quod intellectualitate constituitur intelligibile. Annudatio ergo primi & intellectualis luminis in totam diuersitatem materiæ, constituit omnes formas. Differentias autem formarum secundum esse à proximis & propriis principijs est, quibus influxum est lumen intellectuale primum: & si resoluatur secundum essentiam in intellectualitates suas, non inuenitur in eis nisi primi luminis intellectualitas: quæ quidem per essentia rationem est vna, sed per esse & substantiam quæ subiectum est & per rationem diffinitiuam quæ indicat hoc esse, differens est. Ex quo patet, quod cum anima hominis sit vnum de constitutis, non est intellectualis secundum naturam, sed potius intelligibilis. Et hoc dictum est Commentatoris, cuius dicto nos adhibuimus expositionem: Adhuc autem constat, quod anima hominis perfectio est organici corporis. Organum autem ipsis organicis diuersitatem ostendit & actuum & officiorum. Principium ergo vitæ talium necessario multiparium est: quia aliter diuersarum operationum non esset principium. Intellectuale autem secundum quod intellectuale, simplex & vnum est. Anima igitur hominis de numero intellectualium non est.

Quæstio.

Si autem queritur, quomodo Aristor. dicat, quod hoc est solus. & quod in homine est intellectus practicus principium omnium operationum? Dicendum videtur, secundum Peripateticos, quod quamuis lumen intellectuale omnium formarum constitutum sit: tamen secundum esse diuersum efficitur in constitutis, sicut & lumen solis diuisum est in stella, & perspicuo, & colorato: & quedam ad imaginem sui constituit, quedam autem ad similitudinem, & quedam ad obscuram resonantiam. Similiter est de lumine causæ primæ: & quedam constituit ad imaginem sui, quedam autem ad resonantiam obscuram. Et huius diuersitatis Avicen. dat causam: quia cum intellectuina motrix sit orbis, secundum accessum ad æqualitatem orbis & recessum ab excellentia contrariorum, secundum esse diuersas constituit formas. Vnde in materia quæ nullo modo subiicitur contrarietati, constituitur secundum naturam intellectualis, sicut in orbibus secundis. In materia autem quæ quidem subiicitur contrarietati, sed maxime recedit ab excellentiis contrariorum ad medium, constituitur secundum modum imaginis imitantis. In aliis autem recedentibus minus à materialibus, tamen ad æqualitatem accedentibus constituitur secundum modum similitudinis.

Responsio.

dinis. In ultimis vero ab æqualitate distantibus constituitur secundum modum resonantiæ obsecuræ. Ab imagine ergo dicitur homo intellectus & intellectum habens & non propriè ab intelligibilitate: quia secundum Peripateticos anima rationalis in umbra causatur intelligentiæ, & non in sincero intellectualitatis lumine. Per hoc patet, quòd intellectus qui est in homine, in omni actu intelligendi, cõnaturale sibi lumẽ adipiscitur intelligentiæ influentis super ipsum. Et idè dicit Arist. quòd hoc vocatur intellectus adeptus. Et dicit, quòd secundum prudentiam dictus intellectus non æqualiter inest omnibus, sed neque hominibus. Cum vero omne quod adipiscitur aliquid, adipiscatur illud secundum potentiam proportionatam ipsi adepti, & intellectus hominis adipiscatur ipsum incorporaliter (Adipiscitur enim separatim à materia & appendiciis materiæ) oportet de necessitate, quòd intellectus hominis incorruptibilis sit: quia aliter incorruptibili non proportionaretur. Et hoc est quod dicit Alpharabius, quòd intellectus adeptus radix est immortalitatis. Ex hoc etiam patet, quòd intellectus adipiscitur seipsum: quia intellectualitate quam adipiscitur, constitutus est ad imaginem intelligentiæ primæ: & de perfectione huius intellectus est felicitas contemplatiua, de qua in sequentibus faciemus tractatum. Hic autem de intellectu loquimur secundum quod ad exteriora & inferiora refertur: quia sic compositius est, & causa hominis in quantum homo est, propria natura est, & conuertibilis cum ipso: & idè operatio rationis eadem est cum operatione hominis.

*Refellitur
causatio.*

Quod autem quidam obiciunt, quòd ratio non operatur nisi per inferiores potentias: & sic operatio hominis immediatius sit inferiorum potentiarum quam rationis, risibile est: quia hoc in nulla natura est verum. Vbi cumque enim plura respiciunt ad vnum, omnia operantur virtute illius: quia illud vnum formale est respectu illorum: sicut dicit Aristot. de similibus partibus ad sensum communem, & de comparatione omnium sensibilibus virtutum ad ipsam naturam sensibilem. Et similiter est comparatio inferiorum potentiarum ad rationem. In omnibus enim illis ratio principium motus est & forma: propter quod operatio inferiorum, operatio rationis est, & non è conuerso: quia quod potentia inferior potest, potest superior: sed non quod potest superior, potest inferior: & quod operatur inferior, operatur superior excellenter & eminenter. Constat igitur operationem hominis vt homo est, operationem esse rationis.

CAPVT VII.

Quod operatio hominis vt homo est, secundum virtutem hominis vt homo est, bona & bene efficitur.

35. **S**I autem secundum prædicta opus hominis vt homo est, est operatio animæ, secundum rationem vel non sine ratione: tunc opus hominis semper est rationis opus: quia vel ratio per se operatur ipsum, vel inferior potentia quæ rationem participat secundum persuasibile esse à ratione. Quæramus igitur propter quid illud opus bonum & bene efficitur & optimè. Hoc in similibus considerare possumus quæcunque sunt rationis opera sicut artes. In his enim idem dicimus, esse opus huius artificis & huius studiosi artificis: hoc enim specie artis idem est, licet secundum esse differat, quemadmodum citharistæ & studiosi citharistæ idem est opus specie artis determinatum. Et simpliciter siue vniuersaliter est hoc in omnibus, quæ proprias habent operationes. In omnibus enim talibus si ad potentiam operationem appositam sit abundantia secundum virtutem & opus, trahetur potentia operatiua ad vltimum suæ potestatis: & tunc efficitur opus eius: vnde citharistæ quidem enim est citharizare, studiosi autem citharistæ bene citharizare. Virtus enim artis cuiuslibet est vltimum potestatis eius, quo adepti perfectus & studiosus est artifex.

Iste enim modus est in natura tota: alius est enim processus ad esse, & alius ad perfectum secundum virtutem. Ex semine enim hominis sit homo: sed homo in quo stat generatio, ad virtutem non deductus est, sed natura operatiua in ipso fluctuat in multo humido quod ad perfectas operationes non sufficit. Et idè procedit natura & facit de puero virum, qui constante humido constantes habet potentias ad suæ potestatis vltimum reductas: & tunc ad perfectas sufficit operationes. Et sicut dicit Galenus, non alia & alia potentia est in puero & viro nisi secundum esse: quia in puero est fluitans, in viro est coadunata & constans: propter quod pueri nihil operantur humanorum: sed cum viri efficiuntur, consurgunt ad humanas operationes. Et patet, quòd in tali operatione nihil alienum natura accipit, sed in proprio perficitur ad vltimum deducto. Sicut enim in antehabitis diximus, lumen intellectuale emanans à fonte primæ causæ, omnium est constitutum: hoc enim, vt dicit Dionysius, per omnem expandit se mundum, tria conferens omnium naturæ, scilicet formationem intellectus, illuminationem, & constitutionem in esse: idem enim principium est in esse rei quod est illuminatum ad cognoscere: & nisi hoc lumen continentia inundet res quæ sunt, destruantur.

Huius simile est in homine, in quo vitæ principium cor est: particeps autem vitæ membra, & vita actus continuus est & emanatio cordis in membra: & idèd vita in homine est actus

actus continuus, sicut dies & agon. Sicut enim dies est continua emanatio luminis à sole in mundum, ita vita continua emanatio est principij viuifici in vna: & sic continua emanatio luminis intellectualis à fonte primæ causæ est faciens existentia: & nisi continuè manaret, existentia ad non esse deciderent. Emanatio enim in esse fundat & tenet vniuersa.

Habitus est, quòd ratio hominis & intelligentia, imago illius intellectualis est luminis, & est vniuersalis quantum summum. Sic attingere suum superius quantum potest, erit rationis summum. Assimilatio quantum potest per intellectum adeptum ad intellectuale lumen purum & sincerum. Nec in hoc ratio proficiens aliquid à se diuersum accipit: sed in hoc quod est, coadunatur & depuratur, vt ad vltimum veniat suæ potestatis: & tunc est in virtute & potest & operari & bene operari: maximè tamen secundum continentiam & influentiam intellectualis luminis ex omnibus intellectualibus inundantis super eam. Et sic est in arte. Ars enim cum à principio ad vltimum deducitur, non aliam formam affumit: sed ipsa species artis in se ad artificia considerata, depuratur secundum omnia principia sua: & sic ad vltimum deducitur suæ potestatis. Similiter particulares vires quæ organis affixæ sunt in corpore hominis, hoc modo deducuntur ad vltimum suæ perfectionis, sicut patet ex præhabitis, vbi diximus de profectu pueri in virum. Et hæc est causa, quod Stoici dixerunt, quòd habitus consuetudinales non perficerent animam ad operationem, sed depurarent tantum, vt remotis impedimentis valeat operari secundum se ipsam.

CAPVT VIII.

Quod perfecta hominis vt homo, est operatio viri studiosi vt vir studiosus est.

36. **S**I autem sic est vt diximus, & posimus opus hominis vitam quandam: eò quod est in operatione vitæ: vitam autem dicimus animæ & operationem & actum cum ratione, quia aliter non esset vita hominis vt homo est: tunc studiosi viri erit hæc operatio bene optimè. Vnumquodque autem ad bonum suæ operationis perficitur secundum propriam connaturalem virtutem. Oportet, quòd & homo ad propriam suam operationem propria & connaturali virtute perficiatur. Operationem autem illam iam dudum esse diximus felicitatem & humanum bonum. Ergo humanum bonum est operatio animæ secundum propriam connaturalem virtutem. Videamus igitur quid sit illa virtus: propria enim virtus rationis vt ratio est, videtur esse illa quæ in ipsa forma rationis est & in operatione & in operante & eo circa quod operatur. Hoc autem non est iustitia, sicut Tullius videtur dicere in libro de Officiis, vbi dignissimam probat esse virtutem iustitiam: iustitiæ enim forma (sicut Philosophus dicit) æqualitatis forma est: ad par enim siue æquale reddit vnicuique quod suum est.

Bonum humanum.

Similiter hoc temperantia non est, nec fortitudo, sicut per se patet: proprius enim & connaturalis habitus est in forma per se agentis & secundum se ipsum. Ratio autem ex propria forma luminis se constituentis ratiocinans est, & est lumine diffuso in rebus circa quas ratiocinatur. Ratiocinatur vt intelligit. Et cum ratiocinatur, id circa quod agit, ad aliquid examinat vtum rectum sit: quia aliter nunquam sciret se inuenisse quod querit. Et non potest dici quod inuentum ad aliud examinet, nisi ad lumen intellectuale essentialiter constituens eam: hoc enim semper rectum & aptum & principium omnis rectitudinis est. Oportet igitur, quòd illa virtus prudentia sit: prudentia enim secundum rationem est principium actiuum.

Tamen quia etiam sunt quæ participant rationem secundum persuasibile & obediibile: & quantum participant de ratione, tantum participant de rationis operatione: & sic & operationes inferiorum, rationis operationes sunt, & virtus eorum hoc modo rationis virtus est: & sic plures sunt virtutes rationis. Si autem sic plures sunt virtutes, operatio rationis vt ratio est, per se erit secundum optimam & perfectissimam virtutem. Perfectissima autem est, secundum hunc modum quo hic loquimur de perfectione, quæ in ipso lumine & forma rationis, rationalem naturam operatam ponit in vltimo. Quod autem nos diximus lumen rationis semper esse rectum, non intelligimus de lumine quod ratio infundit in ratiocinationis actum: quia hæc frequenter occumbit propter umbram eorum circa quæ operatur ratio, & tunc incidit error: sed intelligimus de ipso lumine constituyente rationem in esse rationis prout imago intellectualis luminis est. Hoc enim propter hoc quod intellectus & ratio separata sunt à materia, nunquam occumbit, sed semper mutat ad illuminationem: propter quod vnumquodque malum conscientia redarguit, & omni bono quod quis operatur, congaudet secundum proprium ipsum.

Lumen rationis quomodo semper est rectum.

CAPVT IX.

Quod operatio hæc est secundum perfectam vitam.

Amplius autem vita perfecta erit hæc optima operatio. Vna enim hirundo ves non facit nec vna dies: ita vtique neque bonum nec felicem facit vna dies vel paucum tempus. Si enim vna hirundo indicaret verum tempus, aliquando in hyeme vna hirundine veniente ex aliquo casu verum tempus indicaretur: si etiam vna serena dies verum tempus produceret, in hyeme verum tempus esset. Verum igitur tempus produci-tur, quando continua successione venit hirundo post hirundinem, & serena dies succedit serenæ diei. Sic etiam est in operatione: nisi virtus enim nubilum passionum expulerit, impeditur bonum rationis & interceptur. Si

autem ad impassibilitatem purgati animi proficit ratio & sine impedimento totam usque in finem continet vitam, non vna die, vel vno anno, nec in vna operatione, sed in totum spatium vitæ perfectas dat omnes operationes secundum rationem: si enim recedat in vita, hoc non contingit nisi per impullum rationis. In eo autem qui passionibus ducitur, perfecta virtus non est: purgante enim virtute vitur moderans passiones in seipso, & redacens eas ad medium. Purgatoria autem politicus vitur in ciuitate vel gente, ordinans passiones in ciuibus, ne excellat rationis bonum deturpans. Purgati autem animi vitur virtute homo perfecte in vita: & hæc est quæ non moderatur passionem tantum; nec ordinat: sed ita eleuat animum, vt passionibus non tangatur & efficiatur passionibus inalterabilis: propter quod talem Stoici impassibilem esse dixerunt. Quod autem nos dicimus non tangi passionibus talem animam, de tactu metaphysico intelligitur ad analogiam tactus physici, qui tactus ad imitationem est eius qui tangitur, sicut dicit Arist. in primo de generatione & corruptione: per quem modum dicimus, quod frigus tangit nos. In colligendo igitur quædam sic dicimus, quod felicitas est operatio hominis secundum rationem secundum perfectissimam virtutem & in vita perfecta.

CAPVT X.

Qualiter circumscriptionem hanc oportet rescribi secundum omnia quæ ponuntur in ea.

37.

Circumscribatur quidem igitur bonum hominis in quantum homo est, ita sicut diximus: sed forte hoc non sufficit: sed oportet figuratim dicere primum, & figuratim descriptione data oportet deinde iterum posterius rescribere. Diximus enim in præhabitis, quod in ista scientia circumscriptiones sufficiunt figuratim datæ, quæ tamen intra sui terminos totum concludunt descriptum per modum cuiusdam circuli totum descriptum ambientis & continentis: & hoc ad perfectam notitiam rei non sufficit, sed oportet id quod posterius est descriptum resolvere in describentia & examinare singula describentia vtrum sine errore conueniunt. Quia ea quæ iusta sunt & casta & vniuersaliter moralia, tantam habent differentiam & errorem, vt videantur esse lege posita & non natura: & idem in his præcipue necesse est dispositionem resoluendo rescribere, vt posteriori resolutio in prius diligenter error caueatur.

*Omnia autem
sepe perducit
circumscriptionem
in principia.*

Videbitur autem vti que omnis artificis describentis suam artificium esse, proprium officium circumscribitur producere in describentia per resolutionem, & ipsam descriptionem particularim disponere videre quæ bene habent. Et adhuc autem tempus talium inuentor & cooperator bonus videretur esse. Vnde per experientiam temporis artium additamenta facta sunt plurima. Omnis enim artificis est appo-

neræ suæ arti quod deficit. Ars enim, vt dicit Tullius, est collectio principiorum ad eundem finem operis sui tendentium. Et cum operationes in particularibus sint, oportet quod principia experimenti singularium colligantur. Experimenta autem hæc temporis accipiuntur prolixitate, & maxime in moralibus: quia hæc secundum tempus plurimum variantur: & quæ vtilia sunt in tempore vno, nociua sunt in alio: & idem addendo semper principium principio colligitur. Et quamuis tempus relatum ad motum cuius est mensura distare faciat, & sic sit causa corruptionis & obliuionis quodammodo: tamen idem tempus relatum ad temporalia, in tempore enim genus inuentium & cooperantium est ad cognitionem principiorum artis per experientiam.

Sed in tali rescriptione meminisse oportet prædicta à nobis, scilicet quod certitudinem non in omnibus oportet exquirere secundum vnam similitudinem, sed in singulis secundum vnam materiam, & intantum in quantum proprium est doctrinæ quam quisque intendit. Cuius exemplum est, quod rector siue rector nicus qui ædificator dicitur & geometra differenter inquirunt idem quod est figura triangularis rector nica quæ Græcè orthogonum dicitur. Rector nicus enim inquirit orthogonum in quantum vtile est ad opus quod facit. Geometra autem orthogonum inquirit quale quid sit per diffinitionem, per quam passiones propriæ de subiecto possunt concludi. Et hoc idem est: quia geometra speculatrix est mundi. Rector nicus autem intendit opus, & ad orthogonum triangulum eligit columnas & parietes: quia si columna rectè eligatur ad latum orthogoni quod rectum anguli terminat, est illud latum perpendicularare: sic etiam columna perpendicularare erigitur. Perpendicularare autem erecta parte superiorum quamlibet imprimit inferiorem: & per hoc solidatur super basem. Si autem non perpendicularare, sed oblique erigatur, statim recedit à latere orthogoni super fundamentum basis ab vna parte faciens angulum acutum, & ab altera parte expansum: & tunc vna pars non premit aliam, sed pars superior pondere suo declinat in casum. Geometra autem non sic considerat trigonum, sed potius secundum quod constituitur lineis inter alias parallelas protrahat, quæ angulos altrinsecus factos duobus rectis habent æquales. Sic vnumquodque querendum est in quantum ad propositam referunt intentionem, & præcipue in moralibus. Et secundum eundem modum & in omnibus aliis artibus faciendum, vt non extra opera operibus plura fiant. Quia si deberemus omnia accipere secundum ea quæ possunt speculari in ipso, oporteret nos multa bona facere & dicere quæ ad opus non pertinerent: & sic quæ sunt extra opera, plura oportet assumi, quam sint ea quæ ad opus pertinent, sicut est in proximo exemplo: si enim rector nicus præcipiat erigi columnam ad orthogonum, & docere velit quid sit orthogonum per diffinitionem, plures oporteret eum sermones facere quam sint necessarii ad opus. Sufficit ergo secundum propriam intentionem vnumquodque

quodque inquirere etiam intantum certificari de ipso.

CAPVT XI.

Quod in talibus est, quia declarare, & non propter quid querere.

Similiter autem non in omnibus inquirenda causa propter quid secundum vnam similitudinem: sed in quibusdam est sufficiens demonstrari & hoc quod dicimus quomodo, siue quia, dummodo hoc bene demonstretur. Verbi gratia circa principia. Quamuis enim in omnibus principijs in quantum principia sunt, ita sit, quod causam non habeant: quia si causam haberent, principia & non principia essent: tamen in principio quod est diffinitio quæ medium est demonstrationis, præcipue hoc verum est: quia si hoc causam haberet, esset principium principij, & præcederet hoc in infinitum. Vnde etiam philosophari incipit ab effectu. Volentes enim scire si luna spherica sit, ascensiones eius consideramus, & videntes quod omnes crescant secundum proportionem circuli, scimus quomodo luna spherica est, & deuenimus à scientia quia est, in scientiam propter quid. Hoc autem quia quoad nos primum & præcipuum est: quia per ipsum deuenimus in scientiam propter quid. Licet autem in omnibus sic sit: hoc in moribus præcipue est, in quibus nos dominus sumus operationum: & idem notissimæ sunt nobis: & idem ab eis incipimus inquirentes principia virtutum: licet ipsæ operationes non causæ sint virtutum, sed caulentur à virtutibus. Dico autem operationes hominis quæ sunt secundum perfectam vitam, & non illas quæ per consuetudinem disponendo generant habitum. Illæ enim operationes sunt imperfectæ, & sunt imperfecti exeuntis de potentia ad actum. In talibus igitur ex ipso quæ principia sunt colligendo: hoc enim quoad nos primum & principium, licet secundum naturam rei sit è conuerso.

CAPVT XII.

Quibus modis accipiantur principia.

Principiorum autem quæ de inductione contemplata sunt, quædam autem sensu, quædam vero consuetudine, & alia aliter. Inductione quidem siue in mathematicis principium est, quod totum maius est sua parte. Et si de æqualibus æqualia demas, quæ relinquuntur, æqualia sunt. Et si inæqualibus æqualia addas, erunt inæqualia. Hoc enim contemplatur in omnibus numeris canum & ouium & hominum, & in omnibus contingit sigillatim per inductionem acceptis. Sensu vero contemplatur principia in naturis, sicut quod calidum est separatiuum etherogenicorum & congregatiuum homogenicorum;

sensu cognoscimus: & similiter frigidi, humidi, siccis, proprias operationes sensu percipimus. Consuetudine autem principia morum accipimus: quia tantam habent diuersitatem & errorem, quod non acquiescitur nisi per consuetudinem facta sint cognita & amica. Aliter autem accipiuntur alia & alia principia. In medicina enim experientia accipiuntur, sicut quod scamonea choleram purgat: hoc enim acceptum est: quia in Callia & Socrate & aliis ex eadem causa laborantibus, scamonea choleram purgavit. Per syllogismum etiam ad impossibile certificantur principia, sicut Arist. facit in 10. primæ philosophiæ. Vnum autem principium quod est diffinitio dicens quid, non propter quid, bene certificatur syllogismo: quia illa diffinitio est diffinitio sicut conclusio, & non sicut demonstratio: sicut si velimus concludere diffinitionem nigri, dicemus quod contrariorum contrariæ sunt diffinitiones: est autem album disgregatiuum visus per diffinitionem: ergo nigrum per diffinitionem visus est congregatiuum.

Pertransire autem tentandum singula principiorum secundum quod innata sunt, & studendum est qualiter bene terminentur secundum quod innata sunt terminari per inductionem, vel sensum, vel consuetudinem, vel per alium modum. Bene enim terminati principia magnum habent auxilium ad sequentia. Sequentia enim haberi non possunt, nisi ex principijs & per principia: quæ si appropriata sint, perfecta habetur cognitio sequentium. Videatur ergo quod principium sit plus quam dimidium totius inquisitionis & cognitionis. Et multa eorum quæ queruntur, videntur manifesta fieri per ipsum principium bene cognitum & terminatum. Quamuis enim principium quantitate sit paruum secundum syllogismorum numerum, tamen potentia est valde magnum: & ideo ipso cognito, cognitio sua causa est & aliorum. Et cum duas vias habeamus ad cognoscendum, scilicet demonstrationis qua cognoscimus complexum, & diffinitionis qua cognoscimus incomplezum, principium quod est diffinitio, virtutis cognoscere facientis habet plus quam dimidium: sua enim virtute cognoscitur incomplezum. Demonstratio autem quæ facit scire complexum, virtutem trahit à diffinitione: quia diffinitio dicens propter quid, medium eius est, & virtutem consequentiæ accipit ab ipsa.

Scrutandam itaque diligenter de isto principio, non solum ex conclusione qua probatur, quod diffinitio dicens quid conclusio est, & non solum ex his ex quibus componitur sermo diffinitiuus: sed rescribenda est diffinitio, sicut diximus, & conferenda ad omnia quæ de ipsa dicta sunt ab antiquis. Vera enim omnia consonant existentia: quia vera sunt: falso autem citò dissonant vera: in tali enim collatione citò deprehenditur quid sit.

Modus in inquisitione principiorum observandus.

Terminatio principiorum plurimum confert.

38.

CAPVT XIII.

De descriptione circumscriptionis dictæ ad diuisionem bonorum.

39.

Rescribendo igitur quæ dicta sunt de felicitate, primo rescribendo videamus si concordant ad partes bonarum. Bonum autem hæc accipimus communiter id circa quod est conuersatio hominis & quæ referuntur ad vsum nostrum. His igitur bonis diuisis tantum, ita quod quædam sint de exterius dictis bonis, sicut sunt bona fortunæ quæ organicè ad conuersationem hominis deseruiunt: & quædam terminantur bona circa animam, quæ in ipsa sunt ad operationem perficientia, sicut sunt virtutes: & tertia bona sunt circa corpora, sicut sanitas, & robur, & pulchritudo, & sensuum viuacitas. Inter hæc tria bona, maximè bona dicimus & principalissime ea quæ sunt circa animam: quia propter illa, alia duo genera bonorum requiruntur. Actus autem & operationes omnes animales, hoc est, quæ animæ sunt, ponimus in numero bonorum circa animam existentium. Actus ergo & operationes animales de numero principalium & meliorum bonorum sunt: quia actus & operationes meliores sunt habitibus. Ergo secundum hæc opinionem à Philolophis ab antiquo confessam, quæ dicit, quod felicitas optimorum est, bene dictum est, quod felicitas est anime operatio: quia sic ponitur in numerum bonorum optimorum.

Hoc autem adhuc alia probatur ratione: rectè enim optimorum bonorum est: quia dictum est in antehabitis, quod operationes & actus sunt fines. Finis autem vltimum & optimum est. Per hoc igitur, quod felicitas esse finis dicta est operationum, probatur quod ipsa est de numero bonorum circa animam existentium, & est optimorum bonorum, & non eorum quæ exterius sunt bonorum. Felicitas igitur bene dicta est animæ esse operatio & finis. Huic autem rationi consonat, quod omnes dicunt felicem secundum quod felix est, & bene viuere, & bene operari, & operari secundum perfectam vitam: quia secundum prædicta felicitas bona est operatio & ferè vita bona. Dico autem ferè propter quædam felicitatem fortunæ committentes: & idèd dicentes, quod felicitas sit de numero exteriorum bonorum.

CAPVT XIV.

Consona sunt dictis opinionum antiquorum superius inductorum.

Antiquorum opinionum de felicitate.

Videntur autem sic determinata felicitate, vt diximus, existere omnia secundum conuenientiam quæ superius inducta sunt de opinionibus antiquorum. Quædam enim ex antiquis videntur dicere, quod felicitas est

virtus: & illi diuidantur in tres partes. Quidam enim dixerunt, quod sit virtus secundum se. Alij autem, quod sapientia quæ est dignissima virtutum intellectualium. Tertij vero dixerunt, quod esset scientia, quæ certior est inter virtutes intellectuales: & illi fuerunt Stoici. Dicebant enim nihil esse bonum nisi virtutem, & nihil malum nisi vitium. Videntes autem, quod virtutis operatio est secundum rationem: ratio autem imago luminis intelligentiæ: rationem ergo referentes ad lumen intellectuale, sapientiam dixerunt esse felicitatem. Rationem autem ad inferiora comparantes secundum quod ordinat causam in causatum: scientiam dixerunt esse felicitatem & summum bonum. Alij autem, sicut Epicurei, eorum quæ dicta sunt aliquid cum voluptate adiuncta vel non sine voluptate dixerunt esse felicitatem. Alij autem, sicut plebei, dixerunt hæc esse felicitatem quæ dicta sunt. Sed cum dictis comprehendunt exteriorum abundantiam, sicut & diuitiarum copiam, & potentatus, & honores. Videntes autem, quod incommodis à præclarissimis operationibus retrahitur felix, dixerunt voluptatem cum interioribus bonis esse felicitatem. Adhuc autem videntes, quod exteriora bona organicè subseruiunt felicitati, sine quibus secundum optimum suum posse felix non operatur, cum interioribus coniunxerunt exteriorum abundantiam. Sed in hoc differabant, quod quædam istorum multi & veteres dixerunt. Veteres enim sicut dicitur in primo metaphysicæ, omnes in materiæ speciè se contulerunt, patum vltra sensum considerationis habentes: & idèd similiter multis, hoc est, plebeis indicabant de felicitate, ponentes eam esse vel voluptatem, vel non sine voluptate, & ponentes eam de numero exteriorum bonorum. Quidam autem istorum felicitatem esse dixerunt animæ, pauci & gloriosissimi, sicut illi qui dixerunt felicitatem vel sapientiam vel scientiam, quæ sunt de numero interiorum & animalium bonorum. Neutros autem horum Philolophorum rationale est peccare in viuiculis vt nihil congruum dicant: sed rationale est vnumquemque istorum Philolophorum secundum vnum aliquid vel secundum plura dirigere aut dicere. Quamuis enim in supposito non concordant, tamen in ratione ponendi hoc quod ponunt, concordant cum rationibus introductis à nobis.

Rescribentes ergo ea quæ de felicitate dicta sunt, inuenimus, quod dicentibus omnem virtutem vel quandam esse felicitatem concors est ratio cum dictis nostris: et si dictum discordet. Diximus enim, quod felicitas est operatio secundum ipsam virtutem, virtutis existens, hoc est, quod virtutis est essentialis operatio: essentialis enim operatio per se conuenit. Et secundum ipsum ad idem retulerunt intentionem nobiscum. Virtus enim secundum habitum & actum potest considerari: & idèd fortè non parum differt vtrum felicitas virtus est & optimum in possessione vel vfu consideratione, vel considerata in habitu vel operatione.

Dicit autem hic Eustratius, quod possessio refertur ad exteriora instrumentaliter virtuti

tuti deseruientia: vfu autem ad instrumentorum illorum exercitium: habitus autem ad qualitatem animæ refertur difficile mobile: operatio verò ad actum, qui est secundum habitum. Et licet hoc verum sit: subtilius tamen dicitur, quod virtus comparatur ad subiectum in quo est, secundum se, vel secundum potentiam consideratur. Ad subiectum quidem comparata: dupliciter consideratur, scilicet secundum subiecti depurationem quam facit virtus, vel secundum subiecti facultatem quam dat virtus. Et secundum primum modum virtus est possessio secundum quod possessio dicitur à Boëtio quod ad nutum habetur sine omni impedimento. In consideratione autem secunda virtus habetur in vfu. In vfu habetur enim in quo facilis potestas habetur ad omne quod habens operari voluerit. Si refertur ad potentiam: tunc dupliciter dicitur sicut & videre, sicut Aristor. dicit in Topic. quod videre dicitur habere visum, vel vfu vti, hoc est, vfu agere: ita & virtutem habere in habitu est habere, & in operatione est habere habitu & vti.

Felicitas in vfu & actu ponitur.

In hoc ergo peccauerunt antiqui quod hoc non distinxerunt, quando felicitatem summum bonum esse posuerunt: habitum quidem enim virtutis habentem contingit aliquando nullum bonum perficere secundum operationem & actum, vtputa si dormiat, vel alia de causa otiosus sit & non operetur. Non autem possibile est, quod operatio non aliquid bonum operetur. Operatio enim optima ex necessitate operatur & bene operatur. Operationem autem operari dicimus, sicut generationem dicimus generare, quia via geniti est ad genitum esse. Et similiter operatio optima via est, qua producitur bonum ciuili regiminis in politico, vel bonum purissimæ delectationis in contemplatio: hoc enim bene operatione felicitatis de necessitate ad esse conducitur dum felix operatur. Melius ergo est dicere, quod felicitas est operatio quam habitus: quemadmodum enim in olympiis decertantes, non coronantur optimi & fortissimi secundum habitum, sed potius coronantur agonizantes in operatione & actu (quia quidam illorum vincunt) & per operationem coronam merentur: ita & operantes secundum actum ea quæ sunt de numero bonorum & optimorum, quæ sunt in vita & conuersatione hominis, recta ratione sunt illustres gloria & honore ab athletæ coronati. Illustris enim est gloria & honore coruscans. Virtus igitur secundum habitum optimorum non est, sed potius operatio secundum virtutem.

CAPVT XV.

Quod felicitas secundum se delectabilis est.

40.

Concordant autem etiam cum dicentibus felicitatem esse voluptatem vel non sine voluptate. Quod enim nos voluptatem, Græci vocant idonin: quod nomen est æquiuocum ad voluptatem, & ad delectationem: Apud

nos enim voluptas delectatio corporalis vocatur. Delectatio autem commune nomen est ad delectationem corporalem, & animale. Hi ergo qui voluptatem dixerunt esse summum bonum, ad hoc respexerunt, quod delectatio secundum causam prouenit ex coniunctione conuenientis, vt dicit Dion. Secundum effectum autem efficitur ex propria & connaturali operatione propriæ & connaturalis habitus non impedita: secundum esse verò delectatio (vt dicit Michaël Ephesius) diffusio naturæ est & restoratio in conceptu & actu propriæ & connaturalis operationis optimi secundum naturam.

Vnde vita felicitum in quantum felices sunt, secundum seipsam etiam est delectabilis. Delectari quidem enim animalium est, hoc est, de numero eorum quæ spectant ad animam, & ad intrinseca bona. Vnicuique autè est delectabile ad quod dicitur secundum nomen ab amicicia impositum, quod Græcè significantius dicitur & intelligitur. Amicus enim talium existens philoros vocatur à philos quod est amor, & tos quod est articulus præpositus, quod est talium: sicut enim dicit Boëtius, nihil appetitur vel amatur nisi per similitudinem quam amas habere ad illud: & idèd omne amatū amanti conueniens esse videtur delectabile, vtputa equus delectabilis amanti equum, qui in Græco philoppes quod est amor, & ippos quod est equus. Et spectaculum est delectabile amanti speculum, qui Græcè philotheoros dicitur à philos, & theoros quod est speculum: Eodèd igitur modo & iustum delectabile est amanti iusta. Et vniuersaliter virtus delectabilis est amanti virtutem. Amans enim iusta philodicaos dicitur, & amans virtutem dicitur philoaretos: dicaia enim iustitia, & aretos dicitur virtus: sicut & Philolophus dicitur amator sapientiæ, & philonos dicitur amator vini.

Si ergo vnicuique est delectabile quod amat maximè delectabile erit quod sua propria natura & dignitate ad amorem sui allicit. Hoc autem est optimum, quod diximus esse felicitatem. Alia enim quæ vt nunc sunt delectabilia, vel alicui, & non sunt delectabilia secundum propriam naturam, sed delectant secundum similitudinem quandam quam per accidens ea habent ad ipsa, non per se delectabilia sunt. Et hoc probatur per hoc quod delectabilia sunt multis qui plebeij & sensum sequentes vocantur. Et hæc adinuicem sibi aduersantur & in vno, & in diuersis. In vno quidem: quia quod hodie est delectabile, fortè cras non erit delectabile. In diuersis autem: quia quod vni est delectabile, alij est triste. Hoc autem idèd contingit, quod talia non natura propria delectabilia sunt, sed vt nunc & alicui, sicut diximus. Amantibus autem bonum honestum delectabilia sunt quæ natura propria secundum se delectant. Talia autem maximè sunt operationes secundum virtutes. Ergo istæ operationes secundum virtutes, & his delectabiles sunt qui amant eas, & secundum seipsas delectabiles sunt, & non secundum accidens: quia in natura propria habent vnde delectent & amentur: sunt enim partes

partes honesti. Honestum autem est, ut dicit Tull. in fine primæ rhetoricæ, quod sua naturali vi nos trahit, & sua propria dignitate allicit ad amandum & delectandum in ipso. In accidentibus autem probatum est, quod magis delectabile est bonum quod per se est, quam id quod accidens est. Ad hoc respicientes voluptatem dixerunt esse felicitatem, vel non sine voluptate, voluptatem delectationem esse ponentes.

CAPVT XVI.

Quod felicitas substantiuatam habet delectationem & non adiunctam.

EX his quæ dicta sunt relinquitur, quod vita felicitum nihil indiget voluptate siue delectatione, quasi adiuncto per accidens aliquo vel per aliud, sed habet voluptatem siue delectationem in seipsa. Claudir enim in sua ratione & substantia delectabile esse & simpliciter, & amanti ea. Et hoc probatur sic: quia cum omnibus dictis de felicitate etiam si omnia in vno conueniant, nullus est bonus qui non gaudet bonis operationibus & delectatur: neque enim iustum aliquis diceret non gaudentem iusta operatione, neque liberalem aliquis diceret non gaudentem liberalibus operationibus. Similiter autem & in aliis est virtutibus & virtutum operationibus. Est autem gaudium diffusio animi in conceptione boni conuenientis. Omnis ergo qui gaudet in iustis & castis, delectatur in illis: & rationem quare delectatur, in seipsis habent virtutum operationes. Maxime autem in operatione quæ felicitas est, consubstantiuata & concepta est delectatio & non adiuncta: quia ipsa optimorum optima est per se, & secundum se delectabilis. Si autem sic est, virtutum operationes secundum seipsas erunt delectabiles.

Et ex hac conditione duæ corollarie conditiones habentur, scilicet quod felicitas sit pulcherrima & desideratissima. Pulcherrima

quidem: quia commensuratissima ad naturam hominis secundum quod homo est. Desideratissima autem: quia optimum bonorum, quod in seipsum prouocat desiderium. Delectabilissima autem: quia conuenientissima secundum proprium & connaturalem habitum & naturam. In vno ergo conueniunt hæc tria delectabilissimum esse & desideratissimum & pulcherrimum. Non ergo tantum delectabilissimum est: quinimo tales operationes & pulchritæ & bonæ sunt.

Et hoc manifestum ei qui considerat si bene horum diiudicat vnumquodque studiosus. Iudicat autem, ut dixi in præcedentibus, optime de his studiosus. Ergo felicitas est pulcherrimum & optimum & delectabilissimum, in vno & eodem hæc tria concludens. Hæc enim tria non sunt diuersa secundum Deliacam superscriptionem. In Delos enim insula templum fuit consecratum diuinationibus Apollinis, in quo templo epigramma descriptum fuit, & hæc tria ad diuersa retulit, & in vno non coniungi, pulcherrimum & optimum dicens esse iustissimum. Desideratissimum autem dixit esse sanum vel sanitatem. Delectabilissimum verò dixit esse quo quilibet optat frui. Et peccauit epigramma, quod hæc in vno non dixit concurrere. Omnia enim hæc tria existunt consubstantiata & concepta in optimis operationibus. Nos autem dicimus felicitatem esse optimas operationes, vel vnam aliquam optimam de numero optimarum operationum. Epigramma autem illud iudicium sequebatur multorum. Bonum enim aut consideratur in ciuilitate, vel in ciue secundum seipsum. In ciuilitate autem nihil pulchrius & melius est quam iustitia, quæ communicationes facit inter ciues. In ciue autem secundum corpus desideratissima est sanitas: quia cum sanitate bona iucunda sunt, & amissa sanitate non proficiunt ad iucunditatem. Quo quis autem desiderat frui, illi secundum omnem sui amorem desiderat inhære: & hoc ut conuenientissimum est assumptum. Et hæc ratio potuit esse dicti epigrammatis.

Felicitas tria includit.

TRACT.



TRACTATVS VII.

In quo de felicitate tractabimus secundum suum posse, hoc est, secundum quod est status & actus omnium bonorum congregatione perfectus.

CAPVT I.

Qualiter felicitas exteriorum indiget bonorum.



V M autem iam determinauimus de felicitate secundum essentialia ipsius secundum quæ ipsa est optimum, perfectissimum, per se sufficientissimum, non connumeratum aliis, pulcherrimum, desideratissimum, & delectabilissimum: determinauimus etiam de felicitate secundum relationem ad opera nostra, secundum quod ipsa est principium quod plus quam dimidium reliquorum est: & secundum quod est animæ bonum secundum bonam vitam, secundum operationem hominis qua homo est, non in habitu, sed in actu & operatione considerata, delectabilis felici & simpliciter, & possessum bonum non adiunctam habens delectationem. Nunc determinauimus de ea secundum quod est status & actus omnium bonorum congregatione perfectus.

41.

Sic enim videtur etiam eorum quæ exteriori sunt bonorum indigens, quemadmodum diximus. Impossibile est enim vel non facile bona perfecta operari, & ad diuinam operationem, eum qui impotens est, tribuere ex insufficientia vel paupertate facultatum. Felicitas enim secundum quod est actus politici, qui ut athletæ & gubernans cõmunitates ciuitatum & regnorum ad optimum, nulla virtute sic indiget sicut liberalitate, magnificentia, & iustitia: cuius causam dicit Arist. in politicis primo libro: quia politicus non habet subiectos seruos ciues, sed libere subiiciuntur sicut filij patri. Pater enim libertatis formam quam habet, in se hinc filiis, ut scilicet libera voluntate ex dilectione bonorum ad formam patris informentur. Seruus autem ad formam domini non contendit, sed à forma mandat cui necessaria subiectione cogitur obedire. Ciues etiam ad omnem contendunt liberalitatis modum & disponuntur: propter quod præmiis & donis & titulis laude uti oportet politicum ad ciues, ad hoc quod quemlibet perficiat secundum ciuilitatis bonum. Hoc autem facere non potest sine liberalitatis & magnificentie operibus. Talia autem opera non sunt sine magnis bonis exterioribus. Bona enim exteriora sunt,

D. Alb. Mag. lib. 1. Ethic.

quæ ab animo hominis non causantur, nec insunt secundum animam. Politicus autem vitur iustitia in iudicio deliberatio, in quo deliberatio est necessaria quid rectum & non rectum sit: & non vitur nisi ad auferendum id quod est impeditum feliciæ vitæ, & hoc est iniuria. Pater igitur, quod iustitia vitur propter aliud: liberalitatis autem & magnificentie operibus vitur ad prouehendum ipsum bonum felicitatis: propter quod dicit Arist. in regimine dominorum, quod rex Indig quotiescunque se ostendit, dona magnifica dedit, & in magna gloria effulsit: tunc etiam in reos vindicauit, ut donis ciues alliceret, & gloriam in admiratione poneret, & vindicando impedimentum auferret felicitatis.

Multa quidè operata enim optima sunt, non quidem essentiali operatione, sed quemadmodum operentur per organa, hoc est instrumentaliter deseruientia, sicut per amicos & diuitias & ciuilem potentiam. Hæc enim principia sunt inter exteriora bona. Amici quidem ex ipsius amicitie virtute cooperantur amicis. Et sicut dicit Arist. in octauo ethic. Sine amicis nullus tutus est, quantumcumque abundet omnibus aliis bonis. Nec sine amicis alicuius boni iucunda est possessio. Nec sine amicis perfecta ciuilitatis perficitur operatio. Sicut nec tractus nauis vel victoria ducis, quod ab vno solo perfici non potest. Diuitiæ etiam seruiunt ad dona & præmia, & ad copias expensarum. Dicit enim Arist. in primo metaphisicæ, quod omnibus existentibus ad necessitatem & voluptatem liber à solitudine animus liberalibus studiis intendere cœpit, quod animus subiectus solitudini facere non poterat. Cum ergo bonum ciuile quod est felicitas, omnibus aliis liberalius sit, oportet præexistere inquirentibus ipsum omne id quod ad necessitatem vel delectationem pertinet. Et ideo diuitiæ sunt necessariae ut organicè deseruiant. Potentiam autem ciuilem dicimus, sicut est regnum, ducatus, prætoratus, & omnino ciuilia secundum omnes gradus suarum potestatum, sine quibus politicus nec ordinare potest urbanitates ad optimum, nec legem ponere, nec in contraria vindicare, sine quibus omnibus felix vita inter ciues non habetur. Si ergo felicitas accipiatur prout est omnium bonorum congregatione status & actus perfectus, non solum his indiget quæ diximus, sed etiam hæc requirit in copia.

CAPVT

CAPVT II.

Quod etiam felicitas secundum essentialia considerata, prout est in vnoquoque, exterioribus indiget.

EX prædictis tamen manifestum est, quod felicitas in solis essentialibus accepta, in vnoquoque hominum potest esse secundum totum felicitatis, vel secundum aliquid per modum analogiæ ad felicitatem respicientis: & sic etiam secundum aliquem modum indiget exterioribus bonis quæ dicta sunt, hoc est, amicis & diuitiis & potentari. Quibusdam enim denudati homines vel ciues coinquinant beatitudinem, vtpote nobilitate, bona prole, pulchritudine, & huiusmodi talibus. Non omnino enim felix est, qui corporali specie turpissimus, vel ignobilis, & solitarius sine amicis, & sine prole qui sterilis est. Magis autem coinquinatus videtur, si cui pessimi filij sunt, cum pater optimus sit: vel cui pessimi amici, vel cui boni fuerunt amici & filij & mortui sunt, vel fortè si omnino pauper est & omnium gradu honoris & potestatis destitutus. Hæc enim omnia, quamuis sint de exterioribus, ipso suo defectu ad tristitiam ducunt. Tristis autem animus non est perfectus ad optimas optimorum operationes. Ignobilis enim præmium virtutis consequi non potest quod est honor. Sicut enim in antehabitis diximus, honorem requirunt à notis, à quibus diligenter cognoscuntur: noti autem semper comparant opera eorum ad principia. Et cui principia vilia sunt, etiam ipsa facta eorum honore digna non reputantur.

Obiectio.

Quamuis Diogenes dicat genus seruorum non esse contemnendum: quia Diogenes seruilis fuit conditionis: & tamen propter suas virtutes magnus habitus est ab Alexandro, & inter felices reputatus & honoratus. Sed hæc instantia non obstat: quia sæpè diximus, quod ex his quæ frequenter sunt, procedimus potius quam ex vniuersalibus & necessariis. Diocletianus imperator qui strenuè gubernauit rempublicam, ex pastoris us legitur esse assumptus. Et huius rationem reddit Plato in prima parte Timæi, vbi de ordinatione reipublicæ loquitur, & dicit, quod propter hoc singulorum opera & aptitudines sunt consideranda: vt qui in inferioribus sunt, si se idoneos exhibent animi generositate, vocentur ad dignitates superiorum: & si superiores degenerant, ad inferiorum subiectiones reducuntur.

Responsio.

Similiter bona prole destitutus, hæc edum non habet bonum virtutis, quod est in ipso: & ideo quando moritur, totus moritur & non est in ipso, secundum quod dicit Sapiens, Mortuus est bonus, & est non mortuus. Reliquit enim filium similem sibi. Et ideo destitutio bonæ prolis deicit virum & impedit à multis bonis operationibus, vel quod simpliciter non fiunt, vel quod non fiunt expedite. Felicitas autem operatio est, quæ non impedita vult esse. Adhuc autem in multis bona proles coo-

peratur ad constitutionem domus, quæ sine bona prole non constituitur, sicut dicit Arist. in œconomicis. Quamuis ante Theophrastus in lib. qui Accolus dicitur, eò quod ad Accolum quendam scripsit, satis persuasit quod student in liberalibus bonis in quibus felicitas est, non est ducenda vxor: quia querelæ vxoris impediunt ab operibus felicitatis: sollicitudo de custodienda vxore retrahit à studio bonorum: quæ (sicut dicit) si fœda est, concupiscit: si verò pulchra est, concupiscitur: & quod omnia concupiscit vel quod omnibus concupiscitur, non tute possidetur. Tamen Theophrastus bene admittit, quod propter multorum bonorum expeditam operationem necessarij sunt & filij & amici & serui.

Similiter & dicimus de pulchritudine: hi enim qui in physiognomicis periti sunt, omnium eorum quæ dicunt, vnum solum ponunt fundamentum, scilicet quod homo illius animalis accipit operationes, cuius in vno vel in pluribus membris accipit figuram: quia sicut dicit Auerroes super 2. de anima. Diuersitas quæ in figuris corporis est, est ex diuersitate quæ est in potentiis animæ: & ideo in membro quod deniat à figura humana, habere illi membro debitam non potest anima perfectam operationem. Propter quod dicit Physiognomus, quod monstrum in corpore, monstrum est in anima: & sic specie turpissimum impeditur ab operationibus felicitatis.

Obiectio.

Habent tamen & hæc instantiam: quia Plato facie latissimus fuit: & latitudo faciei longitudini non respondebat: propter quod & Plato notatus fuit, sicut in vita Platonis scripsit Apuleius. Similiter Speusippus aspectu terribilis fuit. Hippocrates etiam, vt scripsit Proclus, pellicentes valde oculos habuit. Et ex his qui fuerant apud nos Tull. acumine & tortura vultus figuram ciceris prætendebat: propter quod Cicero nominatus est. Ouidius enormem nasum habuit: quem tamen Seneca illustrissimū virum esse dixit. Laudatur autem Gorgona quæ pulchritudine sua homines stare fecit, & in stuporem lapidum conuertit, cuius caput Perseus auerit facie abscidit, ne homines in lapides conuerteret. Similiter autem & Helena cum pulcherrima esset, exitialis meretrix facta est, passa modo Paridem, Paridem modo, Thesea pridem: & omnis cladis quæ circa Phrygiam & magnam Græciam facta est, rea fuit. Sed ad hæc ex antehabitis patet responsio: quia priuilegia paucorum non faciunt communem legem. Et tamen hoc adiicimus, quod in his qui boni fuerunt, defectus fuit figuræ in membris quibusdam, quæ non nisi ex consequenti turpitudinem indicabant, & in alijs perfectè fuerunt figurati ad bonum. Principalia autem sunt in quibus animæ principales conueniunt operationes, sicut est dispositio capitis in craneo, in quo sunt cellularum distinctiones, scilicet sensitivæ, & loquacis, & memorialis, & motivæ: & sicut est in dextro & sinistro per quæ totum corpus moaetur, & sicut in dispositione manus, quæ est instrumentum intellectus practici. Talium enim enormis turpido si ex natura sit, frequenter indicat animi peruersitatem. Et quod dicitur

Responsio.

dicitur de Gorgona & Helena, sufficit, quod fœminæ fuerunt. Fœmina enim nihil perfectum est in natura hominis, sed occasionatur. Dextrum enim fœminæ est, sicut sinistrum viri: & ideo ad perfectos motus & operationes non sufficit.

Similiter qui malos habet filios & amicos, ad contraria retrahitur: quia vinculum amicitie vel sanguinis in contrarium trahit amoris virtutum. Distractus autem non est perfectus ad operationes. Similiter ille qui bonam habuit prolem & destitutus est, pristinam felicitatem habuit in memoria, & illam in amaritudinem conuertit præfens miseria: propter quod dicit Boëtius, quod extremum genus infelicitatum est, aliquando fuisse felicem. Ille enim magis tribulatur ex recordatione præteritæ felicitatis: & ita ex tristitia magis à bonis operibus retrahitur. Quemadmodum igitur diximus, felicitas etiam exteriorum prosperitate aliquo modo videtur indigere. Prosperitas enim est in his quæ prosperato eueniunt: & ideo ad felicitatem prosperitas cooperatur: propter quod dicit Tull. in Hortensio dialogo, quod bonus est, cui omnia oprata succedunt. Et quia exteriora operantur ad felicitatem organicè, & illa subiacent fortunæ: virtutes autem operantur ad felicitatem essentialiter: propter hoc opinionem Philosophorum antiquorum in duo diuisa sunt. Vnde in idem genus causæ ordinant quidam Philosophi felicitatem cum bona fortuna: quidam autem ordinant in idem genus causæ cum virtute.

CAPVT III.

Virum felicitas vel virtus sit de numero discibulum, vel assuebilium.

42.

INde etiam queritur, vtrum discibile quid sit felicitas, vel virtus, vel sit assuecibile, vel aliter secundum aliquem modum exercitabile, hoc est, quod per exercitium aliquid aliter quam habitu consuetudinali vel discibili habeatur? Et vterius queritur, si nullo istorum modorum habet, vtrum aduenit homini secundum quandam diuinam participationem, vel aduenit propter quandam fortunam? Omnia enim hæc opiniones iam ab antiquis acceperunt. Quod enim sit discibile bonum quidam antiquorum, qui virtutes dixerunt esse sapientias, vel scientias, esse opinati sunt. Et vt hoc bene intelligatur, intelligendum est, quod Socrates omnes virtutes sapientias vel scientiam esse dixit: cuius quatuor rationes induxit. Quarum prima est, quod nulla virtus est nisi cum forma rationis. Forma autem rationis est forma scientiæ, aut forma sapientie in operatione posita. Et ideo cum forma sit nomen & diffinitio, omnis virtus nominatur & diffinitur per intentionem sapientie & scientie.

Quod sit de numero discibulum.

1. ratio.

2. ratio.

Secunda ratio est, quod nulla virtus est sine electione. In omni autem electione bonum electionis & bene est secundum scientiam eligibilium. Scientia igitur eligibilium pro-

D. Alb. Mag. lib. 1. Ethic.

pria causa est virtutum, vt videtur.

Tertia ratio est, quod cum dupliciter dicatur rationale, scilicet secundum essentiam, & secundum participationem obedientie: & illud quod persuasibiliter est rationale, reducitur ad id quod est simpliciter & secundum se rationale. Cum igitur sicut se habet potentia ad potentiam, ita se habeat habitus ad habitum: in potentiis autem rationale secundum quod reducitur ad rationale simpliciter: ergo in habitibus scientia etiam in his quæ ad temperantiam pertinent & fortitudinem, ad scientiam operabilium simpliciter reducitur.

Quarta ratio est: quia in omnibus in quibus est dirigens & exequens, dirigens secundum formam propriam mouens & informans est id quod exequitur. Forma autem dirigentis scientia est, scientia largè sumpta. Cum ergo ratio dirigat in omni virtute, & secundum formam propriam dirigat, videtur quod forma omnis virtutis scientia sit.

4. ratio.

Et his rationibus dixit Socra. virtutes esse scientias & sapientias. Sed sapientiam & prudentiam non satis distinxit, supponens, quod idem esset prudentia quod scientia agendorum. Sapientiam autem dixit esse virtutis: quia cum sapientia sit altissimorum & diuinorum, ipse virtutem in omni re dixit esse altissimum & diuinissimum bonum. Nos autem dicimus, quod virtus non omnino discibilis est. Virtus enim moralis indiscibile bonum est. Virtus autem intellectualis secundum aliquem modum discibile est, quem infra determinabimus. Quamuis enim virtus moralis moderatiua & ordinatiua sit passionum, moderari non respicit ad rationem, sed ad naturæ facultatem, & medium. Ordinare autem de necessitate respicit ad formam rationis. Et hæc cum duo sint de virtute morali, ordinari respicit per analogiam ad moderari, quæ non ordinat, nisi secundum quod moderamen naturæ admittit: & ideo ordinari materiale est ad moderari. Et cum virtus moralis in hac parte virtutum nomen accipiat, & ratio non, constat quod à moderamine naturæ & non à scientia rationis formam accipiat. Cuius signum est, quod ad medium naturæ stat medium virtutis, scilicet in audire audienda & non audire non audienda, & sumere sumenda & non sumere non sumenda. Formam igitur medij secundum hoc virtus moralis accipit à natura, & non à ratione. Sed hoc verum est, quod hoc medium naturæ indicat ratio. Et in hoc deceptus fuit Socrates, qui putauit, quod indicans formam & dans formam esset idem.

Ad 1. ratio.

Ad secundum autem videtur esse dicendum, quod hoc verum est. Electio fieri non potest sine collatione & scientia rationis. Sed tamen in his ratio principia electionis non ministrat principia scibulum, sed ex principis eorum quæ medio naturæ proportionantur: & ideo forma virtutis non est ex parte rationis.

Ad 3. ratio.

Et quod tertio dicit, quod sicut se habet potentia ad potentiam, ita habitus ad habitum, non est necessarium nisi eodem modo habitus in habitum referatur, quo potentia ad potentiam referatur. Appetitus enim in concupiscibili & irascibili, non ita referatur ad rationem

F 2 quin

quin propriam formam retineat, per quam non est necesse, quod semper sequatur formam rationis. Et similiter in habitibus forma propria inuenitur, quæ est ex relatione appetibilium ad naturæ medium, quam contingeret habitus etiam si ratio non esset: quia dicit Tullius, quod virtus est in modum naturæ rationi consentaneus habitus, & Arist. dicit propter hoc quod virtus est arte certior.

Ad 4. rationem.
Et quod quarto indicat Socra. quod ratio est dirigens in omni virtute, dicendum videtur, quod dirigens est duplex. Vnum quidem per modum eius quod dirigit dando formam, & per consequens dat ea quæ sequuntur formam, quæ sunt modus, locus, & finis. Alterum autem est quod est dirigens sicut ostendens & indicans formam & non dans, & sic dirigit ratio in moralibus virtutibus: propter quod etiam necessaria est, quod appetitus qui subiectum moralium est virtutum, talem ostensionem sequatur rationis. Et certe si daret formam, omne quod acciperet formam ab ipso, moueretur ad ipsam, sicut est regulariter in tota natura. Omne enim cui ignis dat formam, mouetur ad ignem: & cui terra dat formam, mouetur ad terram, & sic de omnibus aliis, & sic est etiam de ratione. In artificialibus enim & prudentialibus omnia stant ad rationis formam. In moralibus autem ad medium naturæ nostræ quoad nos, hoc est, ad medium naturalis facultatis. Non ergo generaliter verum est, quod virtus sit de numero discipulium, nec hoc Socrates dixit: quia quamuis diceret virtutes esse scientias & sapientias propter rationes superius inductas: quia scilicet sapientia & scientia aliquid sunt virtutis, propterea quod virtus est in medio facultatis naturæ quoad nos determinata ratione prout sapiens determinabit: tamen conuictus ipsa virtute dixit virtutes non esse de numero discipulium, videns, quod medium & forma virtutum ad facultatem naturæ determinatur, ad quod influentiam non habet ratio per scientiam suam nisi per modum indicantis & ordinantis, & non per modum facientis vel formantis.

Quod virtus sit de numero assuecibilium.
1. ratio.
Sunt autem alij qui virtutem & felicitatem de numero assuecibilium dixerunt, & illi quinque rationibus se muniebant. Quarum prima est, quod omnis assuecibilis habitus in modum naturæ mouet, & non in modum rationis: propter quod dicit Arist. in lib. de memo. & re. quod consuetudinem transponunt in naturam. Cum igitur virtus in modum naturæ moueat & non in modum rationis, dicunt virtutem esse assuecibilem.

2. ratio.
Secundam rationem assunt ab inductione: & ita est etiam in artibus mechanicis, quod consuetudo generat virtutem in ipsis. Ex scientia enim citharæ non fit citharæ bonus, sed ex frequenter citharizare: & sic est in omnibus artibus. Igitur dicunt, quod in virtutibus similiter est, quod ex frequenter operari iusta & casta generatur habitus iusticia & castitatis & aliarum virtutum moralium.

3. ratio.
Tertia ratio sumitur ex fine. Dicitur enim in antehabitis, quod omnia moralia stant ad opus. Quorum autem finis opus est, hæc generationem accipiunt ab operatione. Ab ope-

re autem generationem non accipiunt nisi per assuetudinem. Igitur omnia moralia generationem accipiunt.

4. ratio.
Quarta ratio sumitur ex hoc, quod virtus laudabilium bonorum est. Laudabilium autem bonorum non est nisi cuius nos domini sumus. Scientiæ autem quæ in ratione est domini non sumus: quia virtute principiorum etiam præter voluntatem compellimur ad consentiendum scitis. Moraliam igitur de numero scibilium non sunt. Si igitur supponatur, quod moralia sunt ab his quorum nos domini sumus. Quorum autem nos domini sumus, principium habent in nobis. Oportet igitur, quod principium habeant in voluntate & perseverantia operum. Nihil enim facit nos dominos nisi voluntas & libera operatio.

5. ratio.
Quinta ratio sumitur ex quodam signo: quia sæpè contingit, quod habentes scientiam contrariè operantur. Ex principiis autem scibilium nullus operatur contra rationem, & contra scientiam. Ex principiis igitur scibilium non procedit virtus. Cum ergo supra onatur, quod a principio intrinseco causatur moraliam, & principia intrinseca præter principia scibilium non sunt, nisi voluntas, & vsus siue opus, videtur quod ab assuecitione procedit virtus moralis.

Et hoc licet propinquum sit veritati, tamen non in toto verum est: quia licet consuetudo per modum naturæ sit, tamen in virtute moralis si consuetudo ab ordine rationis separaretur, virtutem morale non perficit. Ratio autem ordinis est secundum formam prudentiæ vel sapientiæ vel scientiæ: propter quod licet forma rationis non sit forma proxima & constitutiua virtutis moralis, tamen est forma prima: & quantum ad hoc non est de numero assuecibilium.

Ad 1. rationem.
Quod autem inducunt de artibus, omnino simile est in generatione: sed non est simile in forma. Facultas enim artis est in operante, & hanc perficit vsus. Bene autem artis est in hoc quod artificiatum attingat formam artis: & idè in talibus bene est a ratione, & facultas ab vsu. In moralibus autem non semper respectus est ad rationem, sed frequenter ad naturæ facultatem: & idè in talibus frequenter ab eodem est bonum & bene. Bene illud tamen non quidem formam esse secundum formam ordinis accipit a ratione.

Ad 2. rationem.
Et quod dicunt de fine, quod ad opus stant moraliam, in hoc pro certo verum dicunt: quia licet ex principiis morum virtus causetur, & sicut a proximis causantibus, quæ principia morum sunt voluntas & vsus operum: tamen a ratione causantur sicut a primis, scilicet inquirentibus, disponentibus, ordinantibus, & rationem eligendi indicentibus: quæ omnia non ab assuetudine generantur nisi per accidens, in quantum scilicet assuetudo causa experientiæ est.

Ad 3. rationem.
Ad id autem quod moraliam dicunt causari ex his quorum nos domini sumus. Dicendum, quod ab his quorum nos domini sumus, nihil causatur in virtute vel virtutis opere, nisi laudabilitas operantis. Laudatur enim qui potuit facere & non facere ex eo quod bonum eligatur.

eligitur. Bonum autem & bene non ex hoc causantur, sed ex propria forma vel forma ordinis, sicut dictum est.

Ad 5. rationem.
Et quod de signo dicunt, dicendum quod non sufficienter dixerunt, hac ratione: quod enim aliquis in contrarium operatur rationi, hoc est ex defectu generantium formam virtutis proximè & constitutiue: tamen hæc eadem virtus non generatur sine forma vniversaliter ordinantis & primo: & idè non in toto virtus moralis est de numero assuecibilium bonorum.

CAPVT IV.

De opinione eorum qui dixerunt, quod per exercitationem generatur virtus vel felicitas aliter quam per assuecitionem vel disciplinam.

1. ratio.
Communium autem Stoicorum vna sententia fuit, quod ab exercitio bonorum operationum non quidem generatur virtus moralis per se, sed per accidens, scilicet secundum esse quod habet in subiecto. Dixerunt enim, quod per exercitium illuminatur & deputatur potentia animæ, vt in ea refulgeat & emineat virtus que prius insuit in natura. Et in hanc opinionem consentiunt Greg. Nazianzenus, & Ioan. Damascen. & hi pro se tres posuerunt rationes. Quarum prima est violentissima vt eis videtur. Et est hæc, quod vnius specièi passionis est medium & extremum. Quod ergo aliquis in passione veniat ad medium, per hoc non est in aliquo quod sit extra specièi passionis. Exercitium autem omne est ad hoc quod in passionibus veniatur ad medium. Ergo per exercitium non veniatur ad virtutis specièi: quia species virtutis & species passionis non sunt in eodem genere. Sed per medium passionis potentia purgatur a passionum excellentia, & sic per exercitium ad depurationem est subiecti, & non ad generationem virtutis per se.

2. ratio.
Secunda ratio est, quod virtus est simplex habitus. Simplex autem ex adiunctione vnius ad alterum generationem non accipit. Exercitium autem non generat nisi per additionem sequentis ad præcedens & vnius ad alterum. Ergo per exercitium virtus per se non generatur, sed per modum illum quo contrarium remouetur a subiecto.

3. ratio.
Tertia ratio est vulgaris: quæ tamen in hac materia sufficit: quia videmus, quod in politis sola asperitate superficièi planata abique omni alterius formæ positione fulgor naturalis emicat secundum virtutem, sicut est in auro & argento & lapidibus preerosis. Similiter in ferro per linam sublata rudiare & scabrositate statim emicat puritas naturalis. Similiter etiam cum animam nihil inficiat passio, per exercitium sublata & moderata passione, absque omni alterius formæ generatione virtus puritatis animæ nitet & emicat. Exercitium igitur non generat virtutem, sed potius prout est in operante & ab operante secundum rationem. Sicut enim habet ab ipso operante rationem medij & specièi per quam in actu existens & rationis forma, generatiua est virtutis. Dico autem generatiua non quod addat formam quæ non insuit, sed quia educit eam de potentia ad actum: propter quod vere loquendo virtutem secundum esse generat operatio, & non secundum essentiam. In esse autem illo & exitu de potentia ad actum, sicut in omni alio motu, est forma post formam secundum esse & esse

generat directè virtutem, sed ex consequenti. Propter quod isti dixerunt, quod virtus est aliter exercitabile quam quod generetur per assuecitionem vel disciplinam.

Ad 1. rationem.
His autem non concordant Peripatetici dicentes, quod medium passionis dupliciter est, scilicet per æquidistantiam sumptum, & per analogiæ proportionem ad alterum. Et verum est, quod per æquidistantiam medium sumptum in eodem genere est cum extremis. Dico autem æquidistantiam non quidem mensurationis sed participationis, quorumcumque medium inter extrema constituitur. Sic enim motus est de extremo in extremum per medium. Et hæc est causa quare extremum & medium oportet esse vnius generis. Motus enim vnius non potest esse nisi in genere vno. Si autem accipiatur medium secundum analogiam ad naturam hominis & facultatem, cum natura hominis harmonia quædam sit vel actus siue perfectio organi secundum harmoniæ rationem compositi, quæ (inquam) harmonia in quantum harmonia est, excellentiis repugnat, & medio congaudet: propter similitudinem medium passionis in specie ponitur proportionati ex analogia medij ad naturam, quam speciem non habet excellentia passionis. Et hoc medium in diuersa specie est ab extremo: & tale medium est virtus moralis. Vnde dicitur quod est in medietate consistens quoad nos.

Ad 2.
Quod autem secundo dicunt, non multum discordat a sententia Peripateticorum: quia Peripatetici bene dicunt habitum simplicem esse virtutem. Et bene concedunt, quod innati sumus suscipere virtutes. Et idè virtutes educuntur de natura ad actum: vnde non sunt ab extrinseco aliquo. Et quando educuntur, non ita educuntur, quod non ad formam addatur: sed eadem forma secundum essentiam, quæ secundum esse in potentia fuit, educatur ad esse quod sit secundum actum. Quia tamen omnis generatio est ab aliquo generante secundum formam, & omnis motus ad formam, est ab aliquo mouente secundum formam eandem: ita operatio quæ frequenter facta generat virtutem, generatiua virtutis est per specièi quam habet, & formam vel proportionem ad naturam quam supra diximus. Frequentare autem oportet operationes, sicut omnis motus mouentis tandiu frequentatur circa patiens, donec patiens formam accipiat agentis secundum esse completum & perfectum. Huius signum est, quod operatio prout consideratur circa ea circa quæ sunt materialiter, & prout consideratur in seipsa, nullam generat virtutem, sed potius prout est in operante & ab operante secundum rationem. Sicut enim habet ab ipso operante rationem medij & specièi per quam in actu existens & rationis forma, generatiua est virtutis. Dico autem generatiua non quod addat formam quæ non insuit, sed quia educit eam de potentia ad actum: propter quod vere loquendo virtutem secundum esse generat operatio, & non secundum essentiam. In esse autem illo & exitu de potentia ad actum, sicut in omni alio motu, est forma post formam secundum esse & esse

esse non secundum essentiam & essentiam. Secundum igitur quod actus est circa passiones moderando & restringendo, pro certo verum dicunt Stoici, quod non operatur nisi disponendo in subiecto purificando, & ab excellentiis remouendo, & non virtutem generando nisi per accidens, scilicet per modum dispositionis. Et huius simile est in omni natura generabilium & corruptibilium. In omnibus enim his generans generat secundum formam: virtus tamen instrumentalis actiuorum & passiuorum ad subiecti dispositionem & materiam præparationem. Et similiter actus hominis secundum rationem & voluntatem, per hoc quod in se habet speciem rationis, prout sapiens determinauit generationem: sed nos sumus virtutes innati suscipere, & suscepta virtute secundum esse actum non alterati, sed perfecti sumus: sicut in tota natura omnis res non alterata, sed perfecta est, quando suæ naturalis potestatis virtutem attingit: igitur virtutes non possunt esse donum quod extrinsecus hominibus adueniat.

Ad 3.

Ad exempla quæ inducunt, secundum Peripateticos dicendum est, quod in veritate etiam in tergo polito & non tergo non est alia & alia superficies secundum essentiam, sed ad aliud esse & esse superficiei: similiter in scabro & limato: & idcirco exempla conueniunt cum dictis Peripateticorum. In tergo enim quando tersum generatur in esse tergi, oportet quod generans tersum sit secundum actum: & similiter generans limatum in esse limati in forma limæ sit & actum: nam in forma scabro non elimaret, sed fuliginaret & inficeret. Et patet, quod omnia exempla ostendunt veram esse scientiam Peripateticorum, sicut facile quilibet videt attendens ea quæ dicta sunt.

CAPVT V.

Verum opinio eorum vera sit, qui dixerunt felicitatem homini aduenire per quandam diuinam particulam.

FVerunt etiam qui dixerunt felicitatem hominum aduenire ab extrinseco secundum quandam diuinam particulam operantem in homine: & illorum opinio dubia est. Dubitatur enim quid appellent diuinam particulam, verum scilicet Deum vocent diuinam particulam, vel aliquam particulam animæ, quæ causa sit virtutis per virtutem & similitudinem quam habet ad diuinam. Et primo quidem modo videtur dicere Eustratius in commento Ethic. quod diuinam particulam scilicet dicitur Deus. Et hæc est opinio Socratis & Platonis in libro Menonis, ubi probatur, quod virtutes dona deorum sunt, & quod per modum donorum à diis adueniunt hominibus. Propter quod Eustratius dicit, quod ad acquisitionem virtutum, oportet supplicationem us & sacrificiis & meritis, quæ diis accepta sunt, uti: & opera-

tiones quæ frequentantur ad acquisitionem virtutis, non operantur nisi disponendo ad idoneitatem, qua quis idoneus efficiatur ad virtutis receptionem. Dona enim deorum non proiciuntur ad idoneos.

Contra hoc autem esse videtur, quod mirum esset, quod inæqualiter conferrent hæc dona à diis, & inæqualiter idoneis ex merito: virtus differens secundum magis & minus inuenitur: & forte minus idoneus aliquando ex merito, hoc est, qui pauciora habet merita, plures & meliores & maiores accipit virtutes: quod mirum videtur: quia (sicut dicunt Stoici) dii operantur. Adhuc autem si philosophicè loqui velimus, quod ex dono aduenit, penitus extrinsecus est extra naturam: sed nos sumus virtutes innati suscipere, & suscepta virtute secundum esse actum non alterati, sed perfecti sumus: sicut in tota natura omnis res non alterata, sed perfecta est, quando suæ naturalis potestatis virtutem attingit: igitur virtutes non possunt esse donum quod extrinsecus hominibus adueniat.

Siquis nobis obiicit de virtutibus infusis à Deo quas theologo prædicant & laudant, dicemus quod nihil ad nos: quia iam non de theologis, sed de physicis disputamus.

Si verò dicatur diuina particula esse ea quæ ex luce diuina in imaginem intellectualitatis diuinæ constituitur, quæ (inquam) lux intellectualis quantum magis à primo fonte luminis distat, tanto magis obumbratur, & magis composita & materialis efficitur, & diuiditur, & operatur in multa: & quanto magis ad fontem primi luminis accedit, tanto efficitur simplicior & spiritualior & purior, secundum quod supra diximus, quod in se sincera est, & in proximis nobilitate magna alia excellentibus sui luminis expressum facit exemplum, in distantibus plus sui facit imaginem, & in ultimis resonantiam obscuram. Et in omnibus his ipsum lumen intellectualis forma est & prima mensura omnium, in cuius virtute & forma omnia alia perficiuntur secundum vnius analogiam. Hoc quidem modo dicendo diuinam particulam, intellectus agentis diuina particula est non quidem per substantiam & naturam diuinam, sed secundum participationem proprietatis & virtutis, & analogiam typicæ imaginis ad prototypum, quod omnium est causa efficiens & formalis per aliquem modum. Hæc diuina particula ex separatione libera est, & facit nos esse dominos nostrorum actuum. Et ex hoc quod diuina est, formalis est ad esse & bene esse. Diuinum & certissimum est hoc quod omnis causa est in nobis.

CAPVT VI.

Verum per fortunam adueniat virtus, & quid sit fortuna in nobis.

Nonnulli etiam fuerunt, qui dixerunt virtutem per fortunam aduenire hominibus & etiam felicitatem: propter quod oportet scire quid sit fortuna. Quamuis enim secundum

Obiectio diluio.

Physicorum dictum sit, quod fortuna & casus sint de numero causarum per accidens. Hoc quidem verum est secundum quod fortuna & casus ad effectum referuntur: quia effecta eorum præueniunt præter ordinem naturæ & intentionis per accidens, quod vel intendenti accidit, vel naturæ. Nos autem quærimus de fortuna quid sit secundum hoc quod dicitur, quod fortuna transmutatur ad eufortuna.

In hac autem acceptione quid sit fortuna; hoc (Mercurium Trimegistum sequentes) dicimus, quod omnes causæ, vel sunt ex necessitate, vel frequenter, vel raro, vel quod inter hæc est æqualiter, si natura sunt: vel si sunt ab intentione, tunc dicitur esse ad propositum, vel constellatio, vel fatum, vel fortuna. Semper autem sunt & ex necessitate, sicut quæ causam stantem habent, sicut eclipses, præuentiones & coniunctiones stellarum. Frequenter autem sunt, quæ in materia generabilium & corruptibilium: & ex his quæ sunt semper, ferè semper eueniunt: tamen aliquando interrumpuntur, sicut floritio arborum in ascensione solis & accessu, & fluxus foliorum & casus fructuum in descensione solis & recessu. Rarè autem sunt, quæ in paucioribus eueniunt, sicut ex fossione sepulchri inuenio thesauri. Equaliter autem sunt, quæ æqualiter se habent ad esse & non esse, sicut in omni animalis operibus. Quicquid enim animal operatur, potest non operari, siue sit sensibile, siue animal rationale, æqualiter se habet ad operari & non operari. Ab intentione autem & proposito sunt, quæcunque subiecta nostræ voluntati ordinem habent ad vnum & dispositionem. Fatum autem vocatur, quod Græci vocant hymarmenen, idem quod Latini incomplexionem causarum. Pendet enim hoc quod frequenter est, ab eo quod est semper, quamuis deficiat ab ipso: & id quod æqualiter, pedit ab eo quod est frequenter sicut causatum à causa. Id autem quod est rarè, pedit ab eo quod est æqualiter. Et hæc conexio durat ab eo quod est prima causa per omnes conexiones motorum & mobilium tam in impassibilibus quàm in passibilibus & variabilibus usque ad proprias & proximas causas, quæ sunt in centro eius quod generandum est. Hæc igitur colligatio causarum à prima usque ad proximam vocatur hymarmenes in Græco, & fatum in Latino: vnde Boëtius in consolatione philosophiæ, Fatum quod Græci hymarmenen vocant. Latini incomplexionem causarum dicunt: & idem fatum dependentium est & inferiorum ad superiora. Fortuna autem quod ex omni ista incomplexione nato adhæret: & hoc pro certo est vel potentia naturalis vel impotentia. Ex omnibus enim his qualitas naturalis nato immittitur, quæ non constituitur ex principis naturalibus constituentibus ipsum: quia hæc omnia circulum cæli & circulum actiuorum & passiuorum sequuntur. Et quia quilibet circulus natiuitatis ex 12. circulis componitur oblique vel rectè circa centrum nati circunductis, ideo fortuna causata ex his valde variabilis est. Quilibet enim circulorum 12. in 12. vltimus diuiditur signa, diuersimodè ipsum respicientia, & quolibet signorum quinque modis respicit centrum nati, & in

quolibet respectu multæ sunt radiationes oppositionis, coniunctionis, quadrati, trigoni, & sextilis. Adhuc autem diuersæ in quolibet circulo, sunt partes fortunæ: propter quæ omnia necesse est fortunam esse valde variabilem. Sicut enim diximus, fortuna est qualitas adhærens nato ex omni causarum incomplexione à proprio mouente usque ad vltimum moti quod est centrum nati: & hæc si ex faustis sit, ad prospera secundum Philosophos natus habebit potentiam naturalem. Si autem ex infauis sit, ad fausta habebit impotentiam.

Vnde constellatio & fatum & fortuna differunt, licet in eisdem sint subiectis & ab eisdem causis. Fortuna enim est secundum quod adhæret nato. Fatum autem eadem qualitas secundum quod in tota incomplexione causarum est fusa. Constellatio autem secundum quod est in primis motoribus per diuersitatem circulorum & domorum angulorum & respectuum aliorum secundum quod in circulis est causata. Vnde vna qualitas est in constellatione & fato & fortunâ variata secundum esse. Et hoc modo accepta fortuna quidam sub fortuna felicitatem esse ponebant: & idem dicebant fortunam esse trahentem, sed necessitatem non imponere animis. Animus enim hominis per ordinationem sapientiæ, sicut dicit Ptolemæus, dominatur fortunæ & fato & constellationi: propter quod cum felicitas sit operatio ex intellectu hominis liberè procedens, non iustum fuit hæc committere fortunæ.

Adhuc autem quia diximus, quod intellectus agens siue practicus imago est luminis intellectualis primi, & secundum hoc nec constellationi nec fato nec fortunæ subiicitur, sed ante omnia hæc est per naturam: & si constellatione vel fato vel fortuna trahitur, hoc non erit nisi in quantum est in corpore, & hoc est per aliud & per accidens, ut dicit Ptolemæus in libro qui Arabicè Alarba, Latine autem Quadripartitum vocatur. Cum igitur felicitatis operationes ab intellectu sint secundum quod liber est & non obiectus vinculis constellationis vel fortunæ vel fati, penitus irrationabile est felicitatem reducere ad fortunam sicut ad causam. Contra tamen hanc opinionem etiã in sequentibus disputabimus.

CAPVT VII.

Quod ex his quæ dicta sunt, ostenditur quod felicitas sit de numero diuinissimorum.

Ex prædictis autem ostenditur, quod tamen secundum Stoicos quam secundum rei veritatem felicitas est de numero diuinissimorum & communissimorum bonorum. Si enim dicamus secundum Stoicos, quod & felicitas & alia quædam deorum dona sunt data hominibus, rationabile est felicitatem Dei donum esse. Si enim bona hominis, & hæc bona sunt, quia Dei sunt: tunc maxime felicitas Dei donum est, quantum est ipsa omnium humanorum optimum. Sed tamen de hoc tractare ma-

gis proprium est alterius perscrutatio. Theologica enim perscrutatio vel metaphysica quantum ad ultimam partem sui perscrutari debet de his.

Si autem non dicamus Dei donum esse nec à Deo missum hominibus: sed dicamus secundum alias opiniones, quod propter virtutem & quandam disciplinam vel exercitationem hominibus aduenit. Adhuc probatur de numero diuinitissimum esse, per hoc quia illud optimum esse videtur & diuinum quod est verum, quod virtutis præmium est & finis. Quamuis enim in præhabitis dixerimus, quod honor est præmium virtutum, hoc verum est de præmio quod habet in altero propter virtutis dignitatem. Præmium autem ad quod intendit virtus ex seipsa, & stat contenta, non requirens ultra aliquid, felicitas est, in quo ipsa est in summo suæ perfectionis & sufficienti. Cum ergo virtus diuina sit, & (vt dicit Socrates in Phædone) illis optimis viris qui dii vocantur, nos conformer, quod præmium est eius & summum, diuinitus est ipsa virtute & omnium bonorum diuinitissimum, hoc est, diis simillimum.

Propter quod etiam erit vtiq; multum commune. Possibile enim est, quod hoc bonum omnibus consistat per quandam disciplinam & studium, qui non sunt orbatii ad virtutem: ex quo enim deorum donum non potest esse, sed per quandam disciplinam, in quantum scilicet scientia vel sapientia est & per studium frequentis operationis generatur in homine in quantum assuefcibile bonum est, ab omnibus acquiratur studium & disciplinam apponentibus: hoc autem omnes facere possunt, qui non sunt orbatii ad virtutem. Orbatii autem ad virtutem sunt, qui ex distractione intellectus & rationis, capaces virtutis non sunt, sicut moriones & fatui.

Sed tamen ad hoc intelligendum sciendum est, quod felicitas multipliciter dicitur, scilicet simpliciter, & secundum participationem. Simpliciter autem dicitur duobus modis, scilicet secundum esse, & posse. Secundum esse scilicet, secundum quod in solis essentialibus consideratur, scilicet quod ipsa omnium bonorum est optimum perfectum, per se sufficiens, alij bono non connumeratum.

Adhuc autem secundum quod est hominis bonum vt homo est secundum rationem, secundum perfectissimam virtutem ab homine possessam, secundum vitam perfectam, secundum se delectabile, non ad vitam habens delectationem, pulcherrimum, desideratissimum, delectabilissimum: hæc enim omnia habet in essentia sua. Secundum posse autem sicut est status omnium bonorum congregatione perfectus, exteriorum scilicet & interiorum, siue essentialiter siue subiectiue siue organicè sibi subseruientium. Et vtroque istorum, modorum dicitur dupliciter, scilicet secundum habitum & facultatem, vel secundum actum & operationem. Secundum habitum quidem & facultatem omnibus potest conuenire non orbatis ad virtutem, secundum actum & operationem in essentialibus considerata, felicitas omnibus conuenire potest ad virtutem non orbatis. Se-

Quæ quot ad virtutem non sunt orbatii, possunt esse felices.

Felicitas vane dicitur.

cundum posse autem suum considerata, secundum actum & operationem non conuenit nisi vni qui est vrbantatum ordinator, & ad quem omnia alia ordinantur per analogiam. Secundum participationem autem dicta felicitas tripliciter sumitur, secundum quod tria concurrunt ad felicitatem. Aut enim participat ordinantis etiam felicitate (ordinans autem ratio est) & sic felicitas dicitur concupiscibilis & irascibilis quæ intantum felicitate participant, quantum participant rationem, vt dicit Euftracius. Aut participat virtute, quæ essentialiter est in felicitate: & sic dicimus virtuosos felices vel actu vel habitu. Aut participat organicè deseruienti ad felicitatem, sicut dicimus amicos felices vel artifices, vel etiam diuites expensas ministrantes in quantum per eos stat politia.

Si autem est ita, est melius beari hominem per studium & disciplinam, quam propter fortunam: quamuis non sit necessarium, tamen rationabile est, quod ita se habeat vt dictum est. In hac enim materia necessaria rationes haberi non possunt. Hoc autem inductione probatur tam in natura, quam in arte. Si quidem quæ secundum naturam sunt, sic nata sunt se habere optimè, vt possibile est secundum principia naturæ: & quæ secundum artem sunt, sic habent optimè secundum quod possibile est per principia artis, secundum quod possibile est secundum omne genus causæ, sicut natura est habere optimè secundum quod est in possibilitate illius causæ. Ergo ea quæ sunt secundum optimam causam quæ finalis est, sic sunt nata habere optimè secundum quod nata esse sunt in principis illius causæ. Optimum autem hominis felicitas est, quæ est finis & vltimum omnium bonorum humanorum. Ergo sic natura est aduenire homini, prout optimè induci potest ex principis bonorum, quæ sunt disciplina & studium. Optimum autem humanorum concedere fortunæ sicut causæ per quam adueniat homini, valde est perniciosum: quia cum fortuna non sit in potestate nostra, contingeret, quod nos domini non sumus operationum: & sic inutile est, quod aliquis disciplinam & studium ponat ad bonum. Quod si concedatur, peribit omne pulchritudinis studium in humana conuersatione.

Hoc autem manifestum est etiam ex ratione: dictum est enim, quod felicitas est qualis quædam operatio secundum virtutem, & quod reliquorum bonorum quædam existere necessarium est ad felicitatem, sicut virtutes. Quædam autem cooperatiua naturalia nata sunt esse felicitati, organicè sibi subseruientia in operationibus quarum nos domini sumus. Et in his quæ essentialia sunt felicitati, vt virtus, fortuna nullam habet potestatem. In his autem quæ exteriora sunt, fortuna habet quandam virtutem, & non est rationabile, quod propter ea quæ exterius sunt ad felicitatem, ipsa felicitas fortunæ supponatur. Inconuenienter igitur felicitas fortunæ supponitur.

CAPVT

CAPVT VIII.

Quod dicta de felicitate concordant à principio dictis, & quod brutum & puer non sunt felicia.

Hic autem determinando de felicitate ea quæ de felicitate dicta sunt, confessa & consona sunt quæ à principio in præmio istius libri à nobis dicta sunt. Ibi enim dictum est, quod felicitas est optimum & finis politicae scientiæ & virtutis. Politica autem quæ architectonica est omnium artium mechanicarum & doctrinarum moralium, plurimum studium facit, leges ponendo, & iudicando communicationes, ordinando quod faciat ciues quales quosdam in bono virtutis; & quod faciet eos operatores bonorum. In operatione igitur bonorum consistit felicitas, & non fortuna. Vnde si recolligamus ea quæ dicta sunt de felicitate, dicemus quod felicitas est operatio animæ secundum virtutem perfectam cum delectatione vel non sine delectatione in vita perfecta, optimum, perfectum, per se sufficiens, & non connumerabile aliis, pulcherrimum, delectabilissimum, secundum particulam diuinam adueniens, possessiuum per virtutes & disciplinam bonam & studium & exercitationem.

Definitio felicitatis.

Brutum non dicitur felix neque puer.

Felicitas est optimum hominis.

Decenter igitur & rationabiliter neque bonum neque equum neque aliud animalium aliquod beatorum esse dicimus. Nullum enim brutorum possibile est communicate operatione tali qualem dicimus felicitatem esse. Propter hanc autem eandem causam neque puer propriè loquendo felix est: & quia propter defectum ætatis nondum potest esse operator talium operationum. Et si puer dicitur felix, propter spem futuræ felicitatis dicitur: quemadmodum diximus quod qui felix esse debet, indiget & virtute perfecta & vita & perfecta secundum operationem. Et quia vita perfecta non est nisi in termino vitæ, & idè etiam multis videbatur, quod felicitas non esset nisi in termino vitæ.

46.

Multæ transmutationes sunt circa vitam & omnimodæ fortunæ secundum eufortunia: & aliquando non inconuenit maximè abundantem in iuuentute, magnis calamitatibus subiacere in senectute quemadmodum in heroicis Homerus narrat de Priamo qui inter heroas & super heroas computabatur. Heroas autem antiqui nominauerunt tam gloriosos viros, qui ad felicitatem transformati sunt, & quibus diuinus honor debet impendi. Primus ergo rex Troiæ & Phrigiæ clarus diuitiis & prole felicissimus; decorus gloria, præditus throno, diuitiis abundantissimus, virtute reuerentissimus, pace quietissimus; honore conspicuus, mansuetudine omnibus gratus in iuuentute: in senectute autem omnibus horum contrariis subiacuit. Talibus autem in iuente vsum eufortunii, & in senectute fugere miserabiliter, nullus (vt videtur) felicem esse dicit.

Rex primus Troiæ Priamus.

44.

Propter quod quæritur, verum nullus hominum bonus dicendus sit quandiu viuit; sed secundum sententiam Solonis finis sit inspicendus; vt in fine mortis bonus esse dicatur: quia vita perfecta non est nisi continuata ad mortem: & perfectio felicitatis secundum posse est in exterioribus bonis, quæ organicè felicitati subseruiunt; habitis ad nutum & voluntatem.

47.

CAPVT IX.

De opinione Solonis vitæ vera sit.

Si autem ponendum est ita vt dicit Solon; scilicet quod vltimum vitæ inspicendum sit, quod feliciter si attingat homo, felix sit; & ante non sit dicendus felix: ergo tunc quilibet felix est, cum morietur. Sed hoc est omnino inconueniens. Mors enim non est vltimum vitæ nec perficiens, sed vt destruens & vitam & omnem vitæ operationem. Dicere autem, quod destructiuum operationis vitæ sit vel felicitas vel pars felicitatis vel felicitatum aliqua conditio vel proprietas; penitus irrationabile est. Adhuc autem Arist. in secundo physicorum reprehendit eos qui dicebant; quod homo mortuus consecutus est finem propter quem est: quia nihil est propter sui destructionem. Mors ergo non est aliquid quod adiciendum sit felici vel felicitati. Adhuc autem si fortuna attenditur; sicut dixit Solon; extremum genus in fortunij est mors: & idè nullus feliciter vel fortunatè moritur; sed potius infeliciter & infortunatè. Aliter etiam hoc videtur. Dicentibus enim nobis feliciter esse quandam operationem perfectissimam & optimam, cum hoc dicere non possumus; quod priuatus omni potentia operatiua felix sit vel felicitatem habeat.

48.

Tex. c. 14.

Si autem non dicimus mortuum felicem esse; neque Solon hoc vult dicere, sed dicere intendat, quoniam tunc vtiq; quando mortuus est homo, aliquis firmiter beatificabit hominè secundum relationem præteritæ vitæ; vt iam extra mala existentem & infortunia; hoc est, extra sensum malorum etiam infortuniorum: Cum enim nullum talium de cætero sentiat; videtur in eo in quo mortuus est, immobiliter permanere. Si sic dicatur, hoc etiam habet quandam quæstionem: Probabilitatem enim quandam haberet, quod mortuo eueniret malum & bonum eufortuniorum & infortuniorum: siquidem concederemus, quod viuenti & sentienti tale bonum & malum posset euenire, vt puta honores; inhonorationes; & filiorum & vniuersaliter pronepotum prosperitates; & eufortunia euenirent. Magis enim videtur, quod hoc eueniat viuenti & non sentienti quam nec viuenti nec sentienti: quia qui viuit, principium operationis habet quamuis imperfectum: ergo etiam non eueniunt nec viuenti nec sentienti.

Mathematici autem obijciunt contra hoc; qui ponunt fortunam & fatum & constellationem; duas rationes adducentes in quibus est

vis:

vis. Quarum vna fortior est, quod omne quod est in tempore, est in ipso sicut in numero: tempus autem non est numerus nisi per prius & posterius in primo motu: tempus igitur ad temporale & ad totum numerum temporalis secundum omne spatium eius refertur per renouationem situs in motoribus primis. Renouatio enim situs secundum inæqualem velocitatem & tarditatem in obliquo vel recto ortu & obliqua & recta ascensione & descensione causa est diuersitatum & figurarum & radiationum in tota vita: secundum hoc enim numerat vitam. Ergo tota vita hominis refertur ad fortunam & fatum, vt dicunt mathematici. Secundum hunc numerum mathematicus iudicat de æqualitate mortis & de æqualitate filiorum & fratrum post & ante mortem. Videtur ergo totum hoc inspiciendum esse in quo felix vel infelix esse iudicatur.

2. ratio.

Secunda ratio est, quod omnia mensurata licet mensurentur aliquo proximo, mensurantur tamen aliquo primo à quo secundum & tertium, & deinceps mensurantia, mensurandi accipiunt virtutem & rationem. Et cum vita siue spatium vitæ, mensuratum quoddam sit anno & mense & septimana & die, & dies numero horarum: oportet quod ab aliquo primo mensurante mensurandi accipiat & virtutem & rationem. Dicitur est autem, quod hæc mensurant vt numerus: mensurans ergo primum erit in genere numeri. Non ergo motus primus vt motus continuus erit mensurans primum: sed potius motus erit mensurans, prout est in eo quod fertur, renouatio situs & iteratio. Hoc autem est dupliciter, scilicet in vno modo siue regulariter motu: & hoc non facit numerum: vel prout est in omnibus primis motis sub valde æquali velocitate & tarditate, & valde differenti obliquitate vel rectitudine idem centrum ascendentium & descendentium: sic enim constituitur numerus: quia sicut Philosophus dicit, differentia est causa numeri: sic enim virtutes diuersarum figurarum influxum habent in spatium vitæ & mortis coniunctorum & proprium: & idem spatium diuersarum formarum efficitur in formis prosperitatum & impedimentorum facientium ad vitam. Et hæc est causa quod mathematici præcipiunt electiones horarum faustarum vel infaustarum ad operationes hominum. Mors igitur inspicienda est, & etiam successus post mortem in propinquis & cognatis, & vt perfectum debeat fieri iudicium de felicitate hominum.

Omnes antiqui solenniter voluerunt habere sepulchra.

Si etiam moralia tantum inspiciamus, certe in antehabitis dictum est, quod specie turpissimus non felicitatur. A simili ergo ignominiosa morte perfunctus, vel etiam insepultus, abiectus, patrio sepulchro non usus, vel titulum sepulchri & gloriam non consecutus, felix non erit. Hæc testantur, quod omnes homines antiqui de quacumque lege essent vel professione, solenniter voluerunt habere sepulchra & cum gloria sepulchro commendari, iniuriam sibi reputates fieri, si clarissima vita, ignominiosa morte vel sepultura clauderetur. Vnde Abraham in electis sepulchris elegit sepeliri se & suos. Iudas Machabæus super se-

pulchrum parentum pyramides & naues sculptas fecit erigi, vt gloria igitur claritatis sepulchrorum ab omnibus possit aduerri. Seneca enim in epithaphio suo scribit fecit. Hospita terra vale, corpus auara cum solennibus excipere laxis; iniuriam sibi reputans fieri, nisi solennibus faxis & gloria sepulchræ sepeliretur. Ex mathematicorum ergo ratione videtur, quod felicitas etiam post mortem extendatur ad improspertates virorum, qui feliciter in moribus vixerunt, & quod qualitas mortis & sepulchræ aliquid sit felicitatis.

Solutio rationum mathematicorum.

Sed hoc quod dicunt mathematici, peccat secundum æquiuocationem. Fortuna enim æquiuocatur est secundum quod fortuna cadit in genus causæ, & secundum quod effectus est & qualitas nato adherens ex fato & constellatione. Secundum autem quod cadit in genus causæ, sic ab ipsa sunt fortuita secundum omnem differetiam eufortuniorum & infortuniorum: & sic loquimur nos de fortuna hic: quia horum usus in nobis est, ita quod nos sumus domini qualiter vtamur bene vel male: & ideo hæc fortuna aliquam etiam ad felicitatem habet relationem. Fortuna autem secundum quod est qualitas nato adherens, non est in potestate nostra: & ideo ad felicitatem & ad opera nostra nullam habet relationem. Vtrum autem verum dicant quoad hoc mathematici, vel non, non est præsentis intentionis perquirere nisi quantum ad hoc solum, quod etiam si talis qualitas nato adhereat, non facit in operante aliquam necessitatem propter libertatem intellectus qui dispositioni cælestium corporum non supponitur. Propter quod dicit Ptolemæus in centiloquio, quod sapiens homo dominatur astris. Quamuis enim virtus constellationis sit in figuris stellarum per modum necessitantis: tamen in impletione causarum per quas descendit in spheram actiuorum & passiuorum est per modum contingentis & valde mutabilis: secundum autem quod recipitur in centro seminis ex quo generatur natus, efficitur materialis valde contingens & mutabilis & multimodæ contrarietati & priuationi subiecta: & ideo debilior est, quam quod auferat nobis dominium operationum nostrarum.

Quod vero moraliter inductum est, non repugnat his quæ dicta sunt. Bene enim concedimus, quod gloria sepulchræ vel mortis aliquid pulchritudinis confert felicitati præteritæ. Et superius diximus, quod taliter decorantia beatitudinem, non sunt de beatitudinis essentia: & ideo non oportet, quod relata ad felicem transmutent eum, vel in sensum tristitiæ vel delectationis.

CAPVT X.

Vtrum prosperitates & aduersitates aliquo modo referantur ad mortem secundum felicitatis rationem.

Hæc tamen quæ dicta sunt, quandam tribuunt quæstionem. Ei enim qui bene vixit

CAPVT XI.

De solutione inductæ quæstionis.

vixit vsque ad senectutem, & mortuus est semper secundum rationem viuens, contingit multas transmutationes accidere circa filios & amicos. Et contingit hoc quidem ipsorum bonos esse & potiri vita cum honorationibus & præmiis, quæ est secundum dignitatem ipsorum. Hoc autem contingit viuere contrario, quod scilicet vel si boni sunt, vel si mali sunt, forte secundum dignitatem vitæ eorum honorationibus non præmiantur. Et manifestum est, quod contingit filios & pronepotes se habere ad patres secundum multas dissimilitudinum dissensiones: & tunc ex vtraque parte videtur inconueniens. Inconueniens enim videtur si cum transmutationibus filiorum & amicorum simul se habet, etiam transmutetur mortuus ad sensum tristitiæ vel delectationis, quia nullum sensum habet, & quod tali transmutatione aliquando quidam fiat felix successibus aduersis. Si autem non dicamus transmutari mortuum ad bona vel mala coniunctorum, iterum inconueniens obtinebit: quia quod ea quæ sunt filiorum secundum affectum non superueniat patribus secundum omne vel quoddam tempus, est dicere contra pietatem quæ præcipua virtutum est. Impius enim est, cui nullo tempore bona & mala superueniunt coniunctorum.

Tamen hæc quæstionem ad præsens dimittimus, & ad primam redimus, quæ quærebatur, si finis mortis in iudicio perfectæ felicitatis esset inspiciendus: quia si illud soluetur, solum erit cum illo etiam quod tunc quæsitum est. Si enim vtrique secundum Solonem oportet finem videre, & tunc beatificari vnum, quodque, non beatitudine qua tunc existat beatus cum mortuus sit, sed beatitudine qua prius erat beatus, quæ sine interpositione miseræ ad mortem continuata est equaliter, non iudicabitur valde inconueniens si pro tempore quando felix est & feliciter operatur, non verè dicitur felicitas in eo existere, sed in morte quando extremæ subiacer felicitati, vera & perfecta dicitur eius felicitas. Causa autem dicti quare hæc dixit Solon, fuit: quia vidit, quod felicitas est de numero permanentium, & ideo secundum virtutem sui inesse non potest transmutabili, propter transmutationes quæ continuè sunt in ipso. Dicimus enim felicitatem nequaquam transmutabilem. Fortunas autem multorum multoties videmus circulari circa eodem. Et manifestum est, quod si sequamur fortunas, ita quod dicamus fortunas esse de esse felicitatis, eundem hominem modo dicemus esse felicem, & rursus miserum, & hoc multoties fieri circa ipsum. Si autem sic dicamus, dicemus felicem debiliter fieri natum in principiis felicitatum, sicut chamæleon ad omne accidens variabilis. Chamæleon animal est in nihil potens nisi in formicas quas deuorat ad omnia alia mutabile est, quod ex tenuitate congelato spiritu sensum amittit & motum. Et color eius variatur ad omne quod contingit ipsum.

49.

AD dictam igitur quæstionem soluentes dicimus, quod in determinatione felicitatum fortunas sequi quidem nequaquam rectum est: quia in fortuniis nec bene nec male est secundum bonum virtutis: sed humana vita quæ est in conuersatione hominum adinuicem his quæ fortunæ subiacer indiget quemadmodum diximus, hoc est, organicè ad multas præclaras operationes subseruiunt. Virtutes autem & virtutum operationes, dominæ sunt felicitatis, & contrariæ operationes inducunt ad contrarium. Quod autem dicimus virtutum operationes esse dominas, non intelligimus, quod superponantur ei sicut domini seruis, vel quod ditiores sint bonorum & pulchrorum possessione, quam ipsa felicitas quæ status & actus est omnium bonorum aggregatione perfectus. Sed cum tria sint de ratione dominij, scilicet superpositio, & causa superpositionis, vt dicit Dionysius, quæ est pulchrorum & honorum perfecta & omnimoda possessio, & virtus superpositi ex superpositione quæ est contentia subiectorum ne ad vilia & seruilia declinet virtus: vnum solum de his tribus habet, scilicet contentiam ne declinet id quod subiectum est. Continet enim virtus potentiam operatiuam in qua est ne declinet ad seruilia, & per operationem suam hanc continuè confirmat contentiam. Propter quod Eustratus dicit, quod virtutes diuinae sunt, sicut à quibus est motus. A quo enim motus est primum, est in quo est potentia huius ad quod est motus: & vnum sunt in forma: licet diuersum sit esse formæ illius: quia aliud est esse existens in potentia, & aliud esse existens in actu: & secundum modum virtus essentialiter saluatur operatione felicitatis. Hoc igitur modo domina est felicitatum virtus, & non alio modo. Verbum autem Dionysij in quo dicit, quod sit pertinens ad dominium, est illud, scilicet, Dominium est non subiectorum excessus tantum, sed & omnium pulchrorum & honorum perfecta & omnimoda possessio, & in continendo subiectos vera & non cadere valens fortitudo. Si ergo virtutes dominæ sint felicitatis & firmæ sint in continendo potentiam operatiuam ne dilabatur ad inferius se, sicut ad casum & fortunam & mensuram reduci non possunt. Fortuna autem infirmior omnibus est variabilior. Ergo virtutes & virtutum operationes & maxime felicitas quæ operatio est secundum virtutem perfectam, fortunæ non subiicitur.

Ad rationem dominij tria exiguntur.

Dominium quid sit.

Testatur autem huic sermone & quod nunc quæsitum est, hoc est, vtrum fortunæ variationes variant felicitatem. Circa nihil humanorum operum tanta existit constantia, quanta est circa operationes quæ sunt secundum virtutem. Illa enim permanentiores sunt quam disciplina quæ ex necessariis probantur principijs. Operationum autem virtutes quæ honorabilissimæ

Virtutes & virtutum operationes variant felicitatem. Circa nihil humanorum operum tanta existit constantia, quanta est circa operationes quæ sunt secundum virtutem.

norabilissimæ sunt permanentiores & constantiores: eo quod ipsum bonum secundum omnem vitam vnum maximè viuunt in illis. Hæc enim est causa quare circa tales operationes non sit obliuio: cum enim permanentia rei sit duobus modis, scilicet secundum se, & secundum quod est in subiecto: de permanentia rei secundum se, hoc est, in esse quo quælibet res ex suis essentialibus pendet principiis tantum, quælibet res permanens est: quia sic est simplex conceptus aliter se habere non valens: de quo modo permanentiæ felicitatis nos hic non loquimur. Hoc enim inutile esset & vanum: quia logicum esset. Sed loquimur de permanentia felicitatis in subiecto quæ causatur ex immobilitate voluntatis & appetitus ad honestatem. Est enim duplex necessitas, & est duplex immobilitas, sicut dicit Boëtius in quinto de consolatione Philosophiæ. Vna enim necessitas est simpliciter, sicut quod diameter est aliter costæ. Alia autem est necessitas suppositionis: & hæc est quæ supposito aliquo necessitatem habet: sicut cum video te currere vel ambulare, necesse est te currere vel ambulare. Et hæc est necessitas quæ vocatur consequentiæ & non consequentis: & sic est immobilitas felicitatis. Si enim ex amore virtutis aliquis immobilem habeat affectum & intellectum ab honestate, de necessitate honesta operabitur, & honestus erit. Dicitur autem est in præhabitis, quod auditor huius scientiæ potius ex amore honestorum acquiescit, quam ex persuasionem dicentis: & docens non alium quam talem consensum requirit. Ille enim magis ad mores proficit, quam proficeret scientia demonstrationis, etiam demonstrationes afferre posset. Consensus autem ex amore honestorum tanto immobilis honestati adhæret, quanto ipsa honesta sunt meliora & honorabiliora. Honestum enim est, ut dicit Tullius, quod propria & naturali vi nos trahit in sui consensum, & appetitum, & propria & naturali vi nos allicit. Vnde quanto aliquid honestius est, tanto plus trahit & allicit in sui recordationem & operationem. Sæpè enim videmus, quod tale aliquid quod in se totum intellectum & affectum traxit, etiam nolentem ad sui recordationem & contemplationem & affectum & delectationem compellit. Sicut est in amore heroes qui ad infamiam & mortem deducit, sicut dicunt hi qui in medicina periti sunt. Si ergo hæc sic se habent, maxime bonis probabile sit se habere, ut ex amore honestatis honestas immobilis fiat ab affectu, ut scilicet felix optimorum, continuè felix optimorum recordetur per inquisitionem & dispositionem: & non tantum ex voluntate faciat, sed ex necessitate: & talis suppositionis facere appellatur. Propter quod quia optimum semper redit ad memoriam felicitatis, & per memoriam est in affectu & operatione, vix interdicit obliuio. In disciplinis autem quamuis consentent in principiis necessariis secundum se: tamen secundum quod sunt in disciplina, nihil tale habent quod intantum trahat animum ad sui recordationem: & ideo facilius postponuntur. Postposita autem in obliuionem deducuntur: quod optimo, & hone-

Necessitas & immobilitas duplex.

nessissimo ex defectu tunc quod trahere debet affectum, accidere non potest: & ideo continuè trahit animum in sui memoriam & recordationem.

CAPVT XII.

Quod operatio immobilis felicitatis maxime operatur bona vita, & fortunas fert decenter.

Secundum dicta autem hoc quod quaesitum est, scilicet quod immobilis sit felicitas & non facile amissibilis, maxime conuenit felici: quia felix per totam vitam talis est qui semper vel frequentius inter omnes operabitur & speculabitur ea quæ sunt secundum virtutem ad felicitatem ordinantia propter causam quam induximus. Et ille est qui omnimodas formas fert optime & decentissime, & ubique in omni casu prudenter se habebit sicut verè bonus & tetragonus sine vituperio. Quod enim iste talis semper operetur secundum virtutem, causa est affectus honestorum & pulchrorum: supponit enim impossibile sibi esse absque honestis & pulchris. Honestum autem sic immobiliter in affectu radicatur decentissime facit ferre fortunas, ut nec in prosperis eleuetur virtutis metas transcendendo, nec in aduersis deiciatur à virtute excidendo, sed in omnibus optime se habebit sicut verè bonus, hoc est, verè virtutis bono informatus, & tetragonus ad virtutem. Tetragonum autem vocamus non in figuris quæ in omni latere firmiter iacent: quia in figura tetragonum super lineam positum indiuisibile iacet, & facile mouetur. Tetragonum autem in genere corporum est, quod incubum tetragonum, hoc est, quod secundum omnem diametrum quadratum est, longi scilicet, lati & profundi ad angulum rectum, linea latitudinis stante super lineam longitudinis, & ad angulum rectum linea profunditatis stante super lineam latitudinis & longitudinis: & hæc vocatur tessera, quæ in omni latere aequali iacet firmitate, sicut felix in usu eufortuniorum & infortuniorum. Quidam etiam dixerunt, quod tetragonus dicitur quem quatuor latera ambiunt: & inter ea tota humana conuersatio concluditur: sed quia hoc metaphoricum est & metaphoricè loqui, sicut dicit Aristor. in secundo topi. peccatum in problematicis est: ideo de hac ratione non malem curemus. Tetragonus igitur est primum modum & sine vituperio: quia propter immobilitatem honestatis ab affectu nihil profusum admittit.

Multis autem factis secundum fortunam quæ differunt magnitudine & paritate tam in prosperis quam in aduersis, parua quidem prosperitatum, similiter autem & parua aduersitatum, manifestum est, quod talia non faciunt inclinationem vitam in eo qui felix est: quia non sunt tanta quæ abducant vel rationem vel affectum ab honestorum voluntate & operatione. Si autem magna & multa sunt: & si hæc quidem sic bene & prosperè succedant, beatiorum

Tetragonum quid sit.

50.

beatiorum facient vitam: quia ad multorum bonorum operationem organicè deseruiunt. Ad votum succedentia condecorare nata sunt beatitudinem: quia vsus eorum bonus & studiosus sit: vsus enim ad virtutem refertur: & si ad virtutem non referatur, abusus est. E conuerso autem accedentia ea quæ fortunata sunt, si magna sunt quæ quemlibet constantem virum merito mouere debeant & infausta sint, tribulant quidem & conturbant beatum, sed non sic, quod excidat à virtutis bono: quia licet tangant rationem, tamen nec ducunt nec abducunt, sed tantum sensum tristitiæ inferunt. Talia enim ex sui quantitate tristitia inferunt, & impediunt felicem à multis operationibus, quas faceret si organicè sibi subsistentia prosperè succederent. Verumtamen & in his refulget bonum & decetissimè: quia taliter felix vtiq; fert facilius & decenter fert multa & magna infortunia, nunquam excidens à virtute. Et hoc quidem quod fert infortunia, non est propter doloris insensibilitatem, sicut fatui & aini æqualiter sunt in eufortuniis & infortuniis: sed æqualiter fert felix infortunia sicut virilis & magnanimus. Dicit enim Greg. Vir siue virilis qui contra bifformes fortunæ insultus vniformi constantia mentis militat præmunitus: siue enim insiliat per prospera, non eleuatur: siue insiliat per aduersa, non deprimatur: & sic nunquam destituitur à regimine rationis & honestatis: secundum quod quidam sapienter dicit, quod magnus est, cui dignitas seculi si arripit, non irripit: nec minor est illo qui si incidit in aduersa, non excidit vel parum à sapientia. Magnanimitas enim est virtus animum hominis magna complecti faciens.

CAPVT XIII.

Quod felix ad felicitatem non transmutatur.

Si autem operationes dominæ vitæ quemadmodum diximus, sunt, nullus vtiq; beatorum fiet miser: neque enim aliquando operabitur odibilia & mala. Mala enim in se sibi semper sunt odibilia. Omnes enim existimamus felicem ut vere bonum & sapientem decenter ferre fortunas, & talem esse qui ex præsentibus in quibus habet facultatem secundum quod natura rei exigat semper optima operatur. Quemadmodum & bonum ducem dicimus, qui præsentem exercitum assignato vtiq; optime & maxime bellicosè: & quemadmodum coriorum inciforem dicimus esse optimum, qui ex quibusdam assignatis sibi coriis optimum calcamentum facere scit quod inde fieri potest. Eodem autem modo & alios artifices omnes dicimus esse optimos: quia assignata sibi materia & instrumentis optime sciunt vti ad finem artis, in quantum materia circa quam operantur, & instrumenta per quæ operantur, permittunt. Et ideo duo exempla posuimus. Dux enim exercituum vtiq; in instrumento, califex autem vtiq; coriis ut materia.

D. Alb. Mag. lib. 1. Ethic.

Si ergo dux in acie habeat milites strenuos in armis & equites bene instructos, non multum laudatur dux qui talibus scit vti ad victoriam. Si vero permixtum habeat exercitum de mediocriter instructo milite: tunc consideratur industria ducis, quod scilicet strenuos in capite ponat exercitus, & minus valentes posterius, ut saltem premendo & continendo teneat anteriores ne acies dissoluantur. Et qui sic omnem exercitum ex quocumque milite optime ordinare scit ad victoriam, bonus dux vocatur. Similiter & califex non bonus dicitur qui de optimo corio facit bonum calcamentum, sed ille laude dignus est, qui de quolibet corio sibi assignato siue bono siue malo meliorem facit calcamentum qui inde fieri potest. Similiter & felix qui omnia habet quæ essentialia sunt felicitati, & in nullo illorum deficit, si fortuita ad votum sibi non succedunt, non propter hoc infelix est, dummodo præsentibus sub facultate existentibus conuenienter vtiq; ad finem humanæ vitæ. De felici enim hic agimus secundum essentialia felicitati, ex quibus & formaliter felix est, & ex quibus omnibus exterioribus bene vtiq; accipit facultatem in quantum rei natura permittit.

CAPVT XIV.

Quod felicitas etiam secundum quod in exterioribus est, est felix in vita ante mortem.

Si autem ita est ut diximus, ille qui miser est, nequaquam fiet felix: neque ille qui beatus est, præ amissis fortunis incidet: eo quod felix non est varius ut chamæleon, nec facile transmutabilis est: eo quod ad bonum indissolubilem intellectus & affectus habet coniunctionem. Quamuis enim necessitatem per se non habeat ad faciendum bonum, tamen ex hypothesi quandam habet necessitatem ad bonum, sicut in antehabitis determinatum est. Et si dicamus felicem qui in nullo deficit essentialium felicitati, & etiam exterioribus optime vtiq; & abundat, adhuc ille talis non facile mouebitur ex felicitate, neque permittitur etiam in exterioribus facultatibus, ex quibusdam infortuniis quæ à contingentibus causis frequenter accidunt. Taliter enim felix & dignus est, quod sibi iniuria non irrogetur, & amicos & potentiam habet ciuilem sibi suffragantia, ut moueri non possit: & diuitiarum copia subest, quibus ut organis remoueantur contraria à paruis & mediocribus: ergo infortuniis etiam ab exteriori prosperitate, sed potius à magnis & à multis & talibus quæ quemlibet constantem mouerent, & ex talibus infortuniis quæ vtiq; violentissima sunt, in paucis tempore non vtiq; fieret rursus felix quod ex talibus infortuniis nemo cito resurgit: & ideo siquidem igitur iterum, felix in multo quodam & perfecto tempore fiet, in tanto scilicet in quo possit fieri abundans magnorum & bonorum quæ ante amiserat. Felix igitur in solis essentialibus felicitati confide-

G 100.

ratus, in vita ante mortem verè felix est absque appositione mortis. Felix iterum qui cum essentialibus felicitari exteriorem habet prosperitatem. Iterum verè felix est ante mortem. Nec præiudicat ei quod aliquando à magnis transmutatus infortunis: quia tunc non cadit nisi in exterioribus, & retinet omnia quæ ad felicitatem sunt essentialia, ex quibus facultatem habet etiam exterioribus optimè vtendi. Quid igitur prohibet viuentem etiam ante mortem dicere felicem, qui perfectè operatur secundum perfectam animæ virtutem? Ratio enim felicitatis tota saluatur in eo viuo ante mortem. Et etiam si addamus dicentes beatum esse qui exterioribus bonis sufficienter ditatus est; & hanc interiorem & exteriorem felicitatem non habuit in continenti vel paruo tempore, sed habuit eam secundum perfectam vitam, in quantum scilicet & sui compos factus est, & sui ipsius ordinator, & exteriorum administrator optimus. Adhuc ille talis felix dicitur etiam ante mortem. Perfectam enim hic vitam dicimus, tempus in quo homo sui ipsius constituitur ordinator & iudex, exteriori tutore & patrono non indigens. Et sic Solon videtur non bene dixisse, quod felix non verè dicatur ante mortem: quia si apponendum sit, quod ipse felix feliciter victurus est, sit & vitam secundum rationem finiturus: eò quod felicitatem dicimus esse finem, & omnino omnimodè perfectum bonum. Et quia ignoramus quid eueniat in futurum, eò quod futura immanifesta sunt nobis, propter tale dictum, futurum, apponimus quod sic finiturus sit feliciter: quia aliter felicitas non esset perfectum bonum omnino & omnimodè: tunc adhuc non oportet, quod mortem expectemus, vel post mortem aliquis primo felix esse dicatur: quod de viuo verissimè dicemus, quod felix sit, ista additione adiecta, si feliciter sit finiturus: nec ista conditio adiceretur nisi secundum quod felicitas omnino perfectum bonum ponitur & omnimodè: quia perfectum bonum non est, nisi omnia habeat quæ ad esse & posse conueniunt: & omnimodè bonum non erit, nisi cum esse & posse omnia adiungantur, quæ faciunt ad felicitatis condecorationem, inter quæ præcipuum est, quod feliciter præsentem vitam concludat.

Quod autem nos diximus, quod felix non transmutatur ad infelicitatem, maximè dicimus propter dictum Stoicorum, qui dicunt felicem & sapientem vt verè bonum intransmutabilem esse: eò quod non cadit perturbatio in ipsum. Quod quinque probant rationibus potissimè. Prima est: quia cuiuscumque animus extra passiones est, passionibus non perturbatur. Beati autem animus extra passiones est, multo studio boni ad impassibilitatem deductus. Beati igitur animus non perturbatur. Propter quod dicit sapiens, non constriabit iustum quicquid accidit ei.

Secunda ratio est, quod beatus in seipso nec purgante nec purgatoria virtute vtitur, sed virtute purgati animi: & si aliquando vtitur virtute purgatoria, ad alium vtitur & non ad seipsum. Virtus enim animi purgati nec in

passionibus est, nec medium passionum; virtus enim in summo est. Summum autem animi non est est in affectu passionum: sed tamen potentia animi passiones attingit. Hæc autem virtus muniens est felicem, ne perturbationibus incidat: sicut & philosophia ad. Boëtium dicit, Talia tibi arma tradideram, quæ nisi primum abieceris, cadere non poteris.

Tertia ratio est, quod felix totus est sanus tam in ratione quam in appetitu: quia aliter felix non esset, & totus infra metas mentis constitutus, nihil penitus sui habens extra metas sapientiæ, & nihil bonum reputans nisi saporem bonorum. Sicut igitur bonus coniunctus non perturbatur nisi de contrario horum exteriorum, nihil reputans nisi in vñ ad bona & honesta: sic igitur addictus optimis, contrariorum non est susceptiuus, nec per intellectum, nec per appetitum: nunquam igitur perturbabitur: quia non nisi de malo perturbatur: & hoc incidere non potest, necessitatem habens ad bonum. Necessitatem autem dico suppositionis, non simpliciter.

Quarta ratio est: quia sicut ex omnibus supra habitis constat, felicitas operatio est secundum perfectam animi virtutem non impeditam. Operatio autem non impedita est, quæ nullo contrariorum retrahitur impedimento. Igitur à restrictione continentis si retrahatur operatio & impedita sit, operatio felicitatis non erit. Omnis autem operatio impedita & retracta est, quæ est in passionibus. Igitur felix in nulla operationum passionibus molestatur & retrahitur. Nec sic autem perturbatio nisi à passione: felix enim in nullo perturbatur.

Quinta ratio est, quod felicitas est secundum perfectam virtutem. Perfecta autem virtus est, cui nihil deest. Virtuti autem moderanti passiones multum deest de ratione virtutis: ex quo enim moderatur passiones, constat quod passiones in toto tollit: ergo rationem, quæ secundum se separata & impassibilis est, ad summum suæ virtutis non conducit, sed perficit. Similiter purgatoria virtus qua vtitur politicus, passiones quidem ordinat in ciuibus: ergo hæc illa est in summa rationis quæ secundum suam naturam impassibilis est. Perfecta igitur virtus non est nisi quæ omnino extra passiones est: & tali vtitur felix: ergo extra passiones est & non turbatur.

Et si aliqui obiiciunt, quod omnis homo dum viuit, mutabilis est: eò quod fortuna volubilis & natura instabilis in vno stare non permittit. Felix autem præcipuè mutabilis est: quia in summo est. Et vt dicit Lucanus, summis est negatum stare diu. Dicemus ad hoc secundum in præhabitis determinata, quod felix quidem magis infortunis tangitur ad sensus immutationem, sed non vsque ad rationis deductionem vel deductionem. Ducitur enim ratio quando per consensum appropinquat. Deducitur autem quando omni suo regimine destituta in malum præcipitatur. Et hæc satis patenti per superius determinata.

CAPVT

CAPVT XV.

De conclusione eorum quæ dicta sunt contra Solonem.

SI autem ita est sicut diximus: tunc verè & rationabiliter dicemus esse beatos viuentes, quibus existunt & existunt in futura quæ dicta sunt: & non oportet vt mors expectetur, vt tunc viri beati dicantur. Tales autem dicimus vt homines quibus non competit supercælestium beatitudo & diuina: quia ad illam homo non potest ex his quæ hominis sunt. Ea autem quæ attingit homo, sunt ea quæ conueniunt secundum perfectam virtutem. Sicut enim se habent virtutum subiecta adinuicem, sic se habent & virtutes. Et constat autem, quod id quod ita rationabile est, quod participat qualiter ratione sicut vsuabile & obedibile, perfectum in rationabilitate non est. Virtutes igitur quæ sunt in illo perfectæ virtutes non sunt. Loquimur enim de virtute hominis in quantum homo est. Iustitia etiam ordinans est communicationes ad alterum & distributiones: & in exterioribus est, in his scilicet quæ organicè deseruiunt: & illa perfecta virtus non est in bono hominis secundum quod homo est. Et quia nec temperantia nec fortitudo nec iustitia perfecta virtus hominis est, relinquatur quod prudentia est perfecta virtus hominis in quantum homo est.

Prudentia est perfecta virtus hominis in quantum homo est.

Hoc autem & aliter probaturus est. In omnibus enim formans & ordinans perfectum est. Formatum autem & ordinatum, imperfectum est ex seipso. Formans autem & ordinans in ciuilibus prudentia est: quæcumque autem sunt temperantiæ & fortitudinis & iustitiæ, formantur & ordinantur & disponuntur per prudentiam. Prudentia igitur perfectior aliis est. Adhuc in ciuilibus perfectum non est, cui omnia ciuilia non subiciuntur ad ordinandum & disponendum ad optimum, siue ciuilia sint essentialiter facientia ad beatitudinem, siue subiectiuè siue organicè siue in exterioribus siue in interioribus. Temperantiæ autem pauca de his subiciuntur & fortitudini, scilicet quæ vel ad voluptatem vel ad timorem pertinent & audacias. Similiter autem & iustitiæ pauca exteriorum subiciuntur: nulla igitur in ciuilibus perfectionem habent. Sola autem prudentia omnia contemplantur & regit & ordinat secundum quod ad humanum bonum referunt. Igitur ipsa sola est perfecta virtus hominis secundum quod homo est. Cum igitur in antehabitis determinatum sit, quod si bonum hominis secundum plures virtutes, maximum bonorum erit secundum maximam & principalissimam virtutem, sequitur de necessitate, quod operatio quæ est felicitas, sit secundum virtutem quæ dicitur prudentia.

Et idèd non est conueniens dictum Tullij in libro de officiis, vbi dicit, quod iustitia principalissima & maxima virtutum sit: quia quamuis ad communicationes ciuium magis

D. Alb. Mag. lib. 1. Ethic.

necessaria sit iustitia: tamen in ratione virtutum nec principalis est, nec maxima virtutum hominis in quantum homo est. Similiter quod dicit Boëtius, quod fortitudo principaliter virtus dicatur, quia illa est circa summam potestatis humanæ, non est contrarium his quæ dicta sunt: quod enim dicit Boëtius, quoddam summum est & non simpliciter hominis vt homo est. Est enim summum vigoris & roboris in aggrediendis vel sustinendis periculis, quod non est hominis vt homo est: quinimo secundum animalem virtutem conuenit, in qua animalitate conuenit homo cum quibusdam brutis, sicut cum leone. Sicut & in parte animali in qua temperantia est, cum turturibus habet conuenientiam. Et in opere in quo iustitia est, ab animalitate non multum remouetur: propter quod etiam conuenit homini in quantum gregale animal est: in qua animalitate homo conuenit cū apibus, quæ inter omnia animalia æqualiori & pulchriori viuunt communicatione & distributione, tam in acquirendo, quam in acquisita distribuendo: Prudentia autem secundum animalitatem nullam inest: & idèd in ratione boni hominis vt homo est, ipsa sola & virtutis nomen obtrinet & dignitatem. Et de his quidem igitur intantum dictum sit.

CAPVT XVI.

De solutione questionis inductæ, vtrum fortuna amicorum redundent ad felicitatem amicorum.

PRoneptum autem fortunas & omnium amicorum debere nequaquam confere & nullo modo redundare ad felicitates patrum & proavorum cõiunctorum, est res quæ valde videtur inamicabilis, & opinionibus multorum contraria: cum tamen secundum præcedentia quæ tractantur in moribus, ex amicitia plurima recipiantur. Amicitia igitur bonorum & honestorum & plurium quæ determinantur secundum opiniones, eò quod causas stantes & necessarias moralia non habent. Cum autem multas & omnimodas habeant differentias ea quæ accidunt ex fortuna: & cum quædam fortuitorum magis redundent ad immutationem felicitatis, quædam autem minus secundum quantitates eufortuniorum vel infortuniorum, valde erit longum & videbitur vtique diuidere in infinitum, vnumquodque fortuitorum secundum singula, vel singulorum differentias proprias: quia infiniti modi sunt eufortuniorum & infortuniorum: & sic de eis non possit esse tractatus, sed vniuersaliter typò figurati dicatur. Et de his forsitan vtique sufficienter habebit quantum ad præsentem materiam. Hoc autem fit quando eufortunia & infortunia in tali quantitate potentie suæ accipiunt, in qua quemlibet constantem virum ad iucunditatem vel tristitiam mouere possint: secundum se enim habent multas differentias quæ in effectum contingunt: sed cum eufortuniorum excellentiæ sint: si accipiantur se-

Q 2 quandum

cundum rationem addendi & minuendi, infinitas habent. Infinitis enim potest modis addi & minui in bono & in malo. Siue ideo accipiantur secundum quod mouere possunt hominem in communitate hominum acceptum non tantum constantem hominem, omnimodas habent differentias. Omnes enim fortunæ mouentur. Sic igitur differentia fortunarum sunt multæ & infinitæ & omnimodæ ad omnes homines relatæ, de quibus omnibus tractare longum esset. Sed de his tractare habet astronomus secundum eam partem quæ scientia natiuitatum vocatur, & à Ptolemæo duobus libris perficitur, quorum primus dicitur de Magnis mundi accidentibus, secundus autem Alarba siue quadripartitum vocatur, & est de accidentibus quæ accidunt circa singulos & circulos quæ accidunt.

Si autem vniuersaliter & typo sufficit de his tractare, tunc dicamus, quod se habet in fortunis amicorum quemadmodum diximus superius, quod fortunæ quædam habent aliquod pondus in bono etiam auxilium ad vitam, & in malo habent pondus quo mouere possunt constantem virum & impedire vitam. Quædam autem fortunæ leuioræ videntur, quam vt mouere possint virum constantem vel ad bonum vel ad malum. Ita dicimus, quod etiam se habent fortunæ quæ accidunt circa omnes amicos quocumque modo coniunctos. Et sic dicimus, quod sicut paræ fortunæ accidunt circa felicem non aduertuntur vel in tribulando vel in iucundando, sed magnæ: ita similiter paræ fortunæ amicorum non mouent felicem, sed magnæ: quia in bonis decoratur in eis, & in malis contribulatur. Huius autem rationem reddit Labco: quia vir constans propter honorem virtutis ita honestè fert turpia in amicis sicut in seipso. Causam tamen ponit Tullius in libro de amicitia: quia scilicet amicorum est idem velle & idem nolle: & vnusquisque amicorum in amico habet tantum quantum in seipso, sicut dicitur in libro qui inscribitur, Vita Philosophorum. Causa huius autem bona est, quod Amicitia virtus non tantum afficit, sed vniendo cor in amicum totum transponit, ita quod cor amici non est in ipso, sed in amico & iuncto, nec sinit amor aliquem sui ipsius esse. Propter quod dicit Ierotheus, quod extasim est faciens amor, non sinens amicos esse sui ipsorum. Propter quod necesse est, quod in extasi ad alium sit omnis amicus. Extasis enim extrapositio siue transpositio cordis in alterum dicitur. Hoc est, quod amo verbum transitiuum est plus omnibus verbis transiens & simplicius: quia ipsa res verbi continuè transiit: cum autem non habeat transire nisi in passum, constat quod torum amans transit in amatum. Et cum ex se transitiuum sit, & nunquam stet quod ab amatore transit in amantem: & ideo necesse est, quod id quod mouet vnum amicorum, moueat & alium, dicente Quidio in arte amandi.

Imo virgilius
in bucolicis.

Omnia vincit amor & nos cedamus amori.

CAPVT XVII.

Utrum fortunæ amicorum aliquam circa mortuos faciant immutationem.

Inquiremus hic differentiam secundum quam fortunæ amicorum redundat ad viuos & mortuos. Hanc autem differentiam quodammodo possumus accipere per quandam similitudinem, scilicet quod dicamus vnamquamque passionum fortuitarum differre circa viuentes vel mortuos multo plus quam differant iusta & iniusta siue mala secundum quod præexistunt in operationibus secundum effectum factis, & secundum quod recitantur in tragædiis & comædiis. Ex hac enim similitudine syllogizandum vtrique est de differentia qua fortunæ amicorum redundat ad viuos vel mortuos. Facta enim hominum bona à comædis & comædiis recitata & in effectum non existentia, quamuis præxiterint in præterito, quando recitantur à comædis, nihil immutationis afferunt circa hominem qui facit ea: eò quod præsens non est: sed apud præsentem & audientes comædium excitant laudem & gloriam hominum. Qui splendor famæ magis clarum facit hominem qui facta illa peregit. Comædus enim dicitur à cornos quod est villa. Et comædi sunt qui in communitatibus villarum & theatrorum & palæstrarum dictato carmine recitabant sublimia facta virorum illustrium, in gloria omnis honestatis splendendum. Tragædi autem dicunt à tragos quod est hircus: & tragædus qui est in palæstris & theatris & conuentibus hominum turpia facta degenerantium virorum dictato carmine recitabat: propter quod fœtidum animal hircum in remunerationem accipit. Comædus autem libertate audientium remunerabatur. Turpia autem facta sic recitata turpem qui talia peregit non immutant in gaudium vel tristitiam: quia præsens non est, sed tenebras suæ infelicitatis augent: vt qui in se infelix fuit, obscuratus in notitia hominum infelicitior fiat, & omnibus reddatur abominabilis. Idcirco enim politicus ordinat comædos & tragædos, vt ex carmine comædi præsentibus impigra fiat virtus antiquorum hominum. Etiam ex vituperio tragædi omnibus vita turpium fiat abominabilis. Differentia igitur magna est vel mala, siue iusta vel iniusta referri ad præsentem secundum quod sunt in effectu & operatione: vel referri ad absentes secundum quod sunt in recitatione comædorum & tragædorum. Primo enim modo referuntur ad viuos sentientes: secundo autem modo referuntur ad viuos quidem, non sentientes autem propter abundantiam, sicut in antehabitis diximus contra Solonem. Multo ergo magis syllogizatur differentia: quia quando referuntur ad mortuos fortunæ amicorum, referuntur ad eos qui nec viuunt nec sentiunt: & ideo nullam circa eos faciunt immutationem. Sed tamen ad horum determinationem magis fortasse inquirendum est circa eos qui defecerunt

defecerunt & mortui sunt: sicut viuis amici aliquo modo amicorum communicant, vel etiam communicant oppositis quæ sunt mala amicorum. Videtur enim ex his quæ dicta sunt de comædis & tragædis si aliquid amicorum redundat ad ipsos mortuos quodcumque sit illud redundans siue bonum siue contrarium malum, fragile quoddam vel paruum vel simpliciter vel illis. Quia si simpliciter paruum est, & non immutat, sicut dictum est in antehabitis. Si autem magnum est vel tantum paruum est, quia non immutat eos vel ad gaudium vel ad tristitiam. Si autem sic est, fragile est simpliciter vel illis: tunc non est tantum & tale in potentia vt faciat vel facere possit esse mortuos felices qui non sunt felices, neque his mortuis qui sunt felices auferat vel auferre possit beatitudinem. Fortunæ igitur amicorum quæ sunt bonæ operationes, aliquid videntur conferre amicis qui defecerunt & mortui sunt. Similiter considerandum est, quod illa bona amicorum tam magna sint, vt merito beatitudini augmentum præstare possint. Conferre autem videntur sic vt nec eos qui non sunt felices mortui, faciant vel facere possint felices esse: nec aliud talium aliquod facere possint, quod etiam de felice non faciunt infelicem. Faciunt igitur ad splendorem felicis in fama (clarior enim est qui optimos relinquit successores, quam qui nullos vel malos) sed immutationem mortuo nullam conferunt. Et hæc de solutione dubitationis Solonis sufficiant.

Stoicorum sententia de felicitate.

Secundum Stoicos autem felicitas est animæ post mortem quæ ad effectum gaudij transmutat felicem: propter quod & Socrates, sicut legitur in Phædone, dixit moriens, Ibo ad deos, ad illos optimos viros: eò quod putabat felicitate diuina animas potiri post mortem. Vnde in prima parte Phædonis dicit, quod viri contemplatiui felicitate contemplatiua viuentes, deorum sedes caelestium accipiunt post mortem, in quibus felicitate deorum potiuntur. Civili autem bonitate boni post mortem ciuiles accipiunt felicitates, ita quod animæ eorum in corpore politicorum optimorum transferantur, in quibus beatissime regnant inter ciues: propter quod animum ponit margaritas, carbunculis, smaragdus, & saphyris interlucentibus redimitum. In qua beatissima vita regnant animæ felicissimorum ciuium. Aliorum autem animæ immundorum in aquis amarissimis cocyti, lethes, stygis, & aliorum fluviorum infernalium: quorum fluviorum fluxus sæpè reuehuntur ad superos: & tunc clamant indulgentiam & supplicationem à superioribus postulantes: & siquidem impertiant indulgentiam, liberantur: sin autem, ad tormenta infernorum reuehuntur. Quod si hæc vera sunt, post mortem ex his quæ accidunt circa viuos, scilicet indulgentiis & supplicationibus de infelicitate mutantur ad felicitatem, & eò contra de felicitate ad infelicitatem. Isaac etiam in libro de diffinitionibus dicit, quod animæ

bonorum post mortem felicitate gaudent, omnes in læticia magna & psalmodia cum Deo viuentes. Mali autem sub tristi orbe deprimuntur magno incendio ignis concremati. Hoc confirmatur per somnium Scipionis, qui post mortem apparuit: & omnia quæ dicta sunt, diuino expressit oraculo, sicut dicit Tullius, & interpretes somnij Macrobius.

Secundum Peripateticos etiam intellectus separatur à sensibili sicut incorruptibile à corruptibili, vt dicit Arist. Et cum felicitas sit secundum partem animæ incorruptibilem, videtur quod mors quæ non afficit incorruptibilitatem intellectus, nullam adimat rationi & intellectui felicitatem, sed potius augeat in quantum remouet impedimenta vitæ moralis, quæ frequenter impediunt rationes operationis & intellectus.

Hoc etiam per rationem videtur. Anima enim rationalis non nisi duas operationes habet, scilicet ad intellectuale lumen primæ causæ, & ad corpus ad quod comparatur per potentias vegetabilis & sensibilis. Nullus autem dubitat, quod melioris anima capax est secundum melius, & boni secundum bonum & optimi secundum optimum. Optimi autem animi est secundum coniunctionem ad intellectuale lumen. Primum ergo secundum hoc capax est optimi. Optimum autem est felicitas, sicut patet ex omnibus prædeterminatis. Capax est ergo felicitatis secundum coniunctionem ad intellectuale lumen primum. Illi autem separata à corruptibili nobilior & melius coniunguntur quam coniuncta. Nobilior ergo felicitabitur post mortem. Propter quod dicit Auerr. super 11. philosophiæ primæ, quod finis prosperitatis animæ post mortem est, si coniungatur ad motorem primum.

Adhuc autem omnium Peripateticorum sententia est, quod intellectus adeptus radix est immortalitatis per rationem quam nos in superioribus assignauimus. Ille autem intellectus de sui natura semper est in contemplatione admirabilissimorum, firmissimorum, & purissimorum theorematum, quorum ipse propria imago est & susceptiuum. In his autem felicitas potissima est, vt dicit Arist. Patet igitur ex omnibus his, quod animæ quæ virtute & scientia hunc intellectum adeptæ sunt, felicitatem habent post mortem.

Hoc videtur nobis esse omnino concedendum. Et hoc etiam quod dicit Socrates, quod animæ mortuorum post mortem à viuis venias & indulgentias & suffragia accipiunt, vt dicit Plato, pium videtur esse ad credendum. Et quod hic quaeritur, non obstat: per hoc enim non probatur, nisi quod fortunæ amicorum ad eos non redundat, ita quod transmutentur eos de felicitate in infelicitatem, vel eò contrario: quia si hoc esset, per differentes fortunæ successorum sæpè essent felices & sæpè infelices.



TRACTATUS VIII.

De premio felicitatis quod est honor. Et quod laus non est premium.

CAPVT I.

Quod felicitas non est de numero laudabilium.

DETERMINATIS his scrutemur de felicitate, utrum sit de numero laudabilium bonorum, vel magis sit de numero honorabilium. Ex præcedentibus constat & manifestum est, quod non est de numero virtutum. Quod autem non sit de numero laudabilium, videtur: quia omne laudabile in hoc laudabile est, quod ipsum est quale esse videtur, & quod qualiter se habet ad aliquid: in hoc enim laudari videtur: sic enim laudamus iustum, vel virilem, & vniuersaliter loquendo omnem qui bonus est secundum virtutem: omnes tales laudamus in hoc quod quales sunt: & ipsam virtutem laudamus ut bonum aliquid: laudamus enim propter opera & actus. Hoc autem inductione probatur: fortem enim & curforem & aliorum vnum quemque laudamus, quod qualis quis est natus esse: fortem enim laudamus in hoc, quod magnas habet extremitates, brachia extrinseca, neruos proportionate duos, carnem non laxam & mollem: & hæc omnia qualitatem dicunt, quæ ad robur disponit: & vbi talem inuenimus qualitatem, laudamus tanquam robustum. Similiter curforem per qualitatem innatam sibi laudamus, scilicet si longa crura habeat, non spiritum corpus, & corpus extrinsecum non multum inflammabile: talis enim naturalem potentiam habet currendi. Laudamus autem tales qui sic quales sunt in hoc quod nati sunt se habere aliquantulum ad aliquid bonum & ad aliquod studiosum bonum in vita: sicut cursus bonus est & pugna bona. Cum enim qualitas sit secundum quam quales dicuntur, habitus qualitates sunt: & omnis habitus bonus laudatur in hoc, quod quales facit infirmando ad bonum: & cum omnis habitus sit, quo quis agit aliquid cum voluerit, ut dicit Commentator super 2. de anima, constat, quod omnis habitus diffinitur per operationem & actum, & laudatur in quantum est elicitiuus & informatiuus operationis & actus quem elicit. Si ergo omne quod laudatur, laudatur in quale quid, & ad aliquid, & qualiter se habere. Dico autem quale quid, non secundum quod differentia vel forma substantialis est quale quid, sed secundum quod quid ha-

bere aliquid qualitatem quæ est in ipso, quale esse dicitur. Forma enim substantialis quale quid est: quia licet prædicetur in quale ut forma est, facit quid, & est quidditas substantialis eius cuius est forma. Qualitas autem non facit quale quid, sed id quod est quid, & subiectum in actu existens facit, quale per esse quod qualitas habet in ipso. Qualitas enim dispositio est eius in quo est: & omne tale est ad aliquid, non secundum quod relatio est aliquid, cuius ipsum quod est ad aliud est, sed quia disponit ipsa sua qualitate subiectum ad aliquem actum vel operationem, sicut albedo ad disgregationem visus, & hoc proprie loquendo non est ad aliquid, sed est qualiter se habens ad aliquid. Congregemus ergo quæ dicta sunt: quia si omne laudabile laudatur in hoc quod est quale, felicitas quæ est operatio & non est qualitas faciens quale, non est laudabile.

Adhuc si omne laudabile est qualiter se habens ad aliquid, & felicitas est summum & vltimum bonum nullo modo referibile ad alia, felicitas non erit laudabile bonorum. Tamen mirabile videtur si laus etiam virtutis premium dicatur non modo felicitatis. Laus enim præconium est ore alieno celebratum. Laus enim secundum quod in proverbio antiquo dicitur, in proprio ore sordescit. Ore autem alieno celebratum vanum: & quod vanum virtutis sit premium, irrationabile videtur. Adhuc quod ore alieno est celebratum, in voluntate consistit alicuius, utrum fiat vel non fiat: & quod hoc virtutis sit premium, valde videtur extraneum. In potestate enim alterius est, utrum conferatur digno vel indigno.

Adhuc autem in præhabitis dictum fuit, quod honor est virtutis premium. Si ergo hic dicimus, quod honor non est virtutis premium, sed laus, contradicere videremur nobis ipsis.

Si autem aliquis dicat, quod virtutis actus dupliciter consideratur, scilicet secundum comparisonem ad virtuosum à quo exit sicut ab agente, & secundum comparisonem ad finem felicitatis. Et in prima comparisonem quidem est laudabile, in secunda autem honorabile. Istud penitus nihil est & absurdum: quia id quod est bonum ad aliud, rationem boni non habet nisi per ordinem ad aliud, sicut pater in omnibus quæ sunt bonum per se & bonum propter aliud, in quibus ea quæ per se sunt bona, propriam & connaturalem habent bonitatem: ea autem quæ propter aliud sunt bona, non sunt bona nisi quia sunt eorum quæ

Canillationis dilutio.

quæ per se sunt bona operatiua, vel contrariorum prohibitiua, vel aliter se habentia ad illa. Virtus autem & virtutis actus ad felicitatem sunt. Ergo bonitatem non habent nisi ordine quo ordinantur ad felicitatem: non autem laudabilia sunt nisi secundum quod bona sunt: ergo laudabilia non sunt, nisi secundum ordinem ad felicitatem. Propter quod & Tullius diffiniens virtutem dixit, quod virtus est dispositio perfecti ad optimum. Propter hoc videtur nobis dicendum cum Aspasio, quod laus dicitur dupliciter, scilicet largè, & strictè. Largè quidem laus est præconium ore alieno celebratum, sicut dictum est. Strictè laus est premium quo politicus qui omnium ciuiliū est ordinator, præmiat virtuosam. Et illa laus in tribus consistit, scilicet quod demonstratur in gloria, quod laudis titulos accipiat, & memoriam sempiternæ recordationis. Propter quod antiqui politici imperatores & reges eos qui strenuè secundum virtutem fecerunt, in equis niueis, ut dicit Titus Liuius, qui de sella regis erant, vndique circumdati, præconem fecerunt publica voce clamantem & exponentem virtutes eorum & virtutum operationes quibus hoc meruerunt. Titulos etiam inscribi fecit in templum & aulam, ut etiam non præsentibus eis, virtus eorum nota foret. Memoriam etiam acceperunt in statuis & fornicibus, ut etiam post mortem eorum virtus illa non deleteret oblivione. Propter quod adhuc picti inueniuntur victores scutis rotundis retro ad caput alligatis, ut in scuto videretur quam strenuè pro re publica decertauerunt: scutum enim sectum est vbi inscribitur iustus inimici: & idem miles protectus scuto coronatus, significatur strenuè sustinuisse hostium insultus & ictus. Propter quod etiam David deo attribuens victoriam militum suorū, dicit. Scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos, hoc est, quia bona voluntate tua per auxilium nobis à te præstitum cessit nobis victoria, idem ut gloriosi victores procedimus in publicum scuto coronari. Hinc est, quod in templis capita deorum & sanctorum pinguntur in figura circulari per modum scuti posterioris capitis aptati. Tales igitur laudes sunt præmia virtutis: & illæ in politicis non vantur sed veræ sunt: nec est in voluntate aliorum, hæc præmia concedere vel non. Non enim sunt in ore vulgi istæ laudes, sed sunt in ordinatione politici: quia (sicut dicit Eustratius) in politicis est sicut Deus, & ex immobilitate honestatis suæ omnia depromit, sicut dignum est.

Et quod quidam dicunt, quod nihil præmiatur viliori se, & quod tales laudes viliores sunt, quam virtus vel operationes virtutum, rursu dignum est. Omnis enim virtus liberalis est: & quod liberale est, causa sui est, & non causa alterius. Liberali enim & magnifico redonari non contingit: sed ipse libertatis actus & delectatio in actu sibi causa operis est super omne premium: & sic est de qualibet virtute: propter quod dicit Tullius, quod honestum sua propria dignitate allicit. Laudes igitur istæ cum in sublimiori gradu virtutis ponant, expeditores faciunt & delectabiliores operatio-

nes virtutum, & sic sunt premium virtutum. Premium (inquam) quod ex ipso thesauro virtutum extahitur: & cum prouocatio sit ad vltimum secundum intentionem politici, constat quod non competenter attribuitur optimo laus: quia optimum ad vltima prouocari non potest.

CAPVT II.

Quod diuini boni & optimi tantum est honor, & quod deridetur laus si attribuitur ei.

Quod autem laudes non sint optimi, manifestum est ex his laudibus quæ sunt circa deos. Laudes enim illæ largo nomine laudis, laudes vocantur, secundum quod laudem diffinimus, quod laus est præconium ore alieno celebratum. Hac igitur laude laudati dii derisibiles videntur si laudentur ad nos relati, hoc est, quod præmiis laudem ad altiora prouocentur: hæc enim derisio, quod dii cum sint in summo, ad altiora prouocari non possunt: hoc idem contingit: quia laudes semper fiunt per relationem ad aliud melius & altius, ut diximus. Si autem laus est talium, manifestum est, quod optimorum in statu optimo existentium non est laus proprium premium, sed aliquid maius & melius laude, quemadmodum autem ex ratione videtur. Nos enim deos beatificamus & felicitamus & virtorum diuinissimos, sicut in summo statu boni existentes, & ad vltimum bonum non prouocabiles. Beatificamus & non laudamus: & si laudamus, deridemus: quia laude ipsa significamus, quod à statu summi boni destiterint. Sicut autem facimus in hominibus, sic facimus in bonis hominis. Ea enim quæ sunt de numero bonorum optimorum vltimus non referibile, sicut est felicitas, nullus laudat, quemadmodum laudat iustum vel castum siue iustitiam vel castitatem: sed beatificant tale bonum, sicut id quod diuini vel melius est omnium virtute: hæc autem bona honorabilia sunt. Sed sicut diximus de laude, ita & honor dupliciter dicitur, scilicet communiter, & proprie. Communiter honor diffinitur, quod est exhibitio reuerentiæ in testimonium virtutis: & hunc honorem in antehabitis diximus esse premium virtutum: quia iste est prouocari ad vltima, & quædam pars & conditio laudis. Strictè autem honor est exaltatio honorati: & hoc est quando ponitur in throno tantæ maiestatis, quod omnes intuentes habent in admiratione: & quilibet intrens reueritus est in seipso à gloria maiestatis in consideratione suæ paruitatis reductus. Felici enim talis honor debetur, ut præsideat & ordinet & disponat diuini, boni sui super omnes influens operationes. Hoc genus præmij, quia in summo est, ad vltima non est prouocatiuum.

Vtile ergo est, quod laus attribuitur inferiori bono, ut ad altius & melius prouocetur, sicut dicit Ouidius.

Deos non laudamus.

Honor dicitur dupliciter.

Lib. 4. de Ponto. in elegia ad Saceru- rum quæ incipit, Quod legis dicitur, &c.

Excitat auditor studium laudatæque virtus, Crescit, & immensum gloria calcar habet.
Hoc etiam videtur: quia etiam Eudoxus, licet Epicureus, & voluptatem dixerit esse summum bonum in vita: tamen in hoc bene dixit, quod voluptati secundum summum bonum debet attribui de primitiis. Primitias vocans prima & summa præmia: quia sicut in primitiis natura nobilior est, ita optimis bonis nobiliora bona & perfectiora bona gustantur: nec perfecte scitur dulcedo nisi per gustum experientia accipiatur, sicut dulcedo primitiarum sentitur per gustum, & non perfecte sciri potest quantum distat dulcedo primitiarum à sapore eorum quæ non perfecte matura sunt. Sic ergo primitiis gustus in optimis bonus est. Et Eudoxus intenditur & existimatur per dictum suum annuntiare, quod summum bonum determinetur in non laudari: quoniam melius est laudationibus. Tale autem summum bonum diuinius esse. Et tale dicimus esse id quod per se bonum est, & nullo modo per alterum, sicut felicitas. Ad Deum enim & felicitatem omnia alia dicimus referri: ad Deum sicut ad causam & exemplar, ad felicitatem sicut ad principium & finem. Laus quidem enim virtutis & operatoris bonorum & operationum finit ad hanc. Virtus enim perficit ad operationes. Laudes enim primo & principaliter sunt operationum, & per conse-

quens habituum. Hoc autem probatur per similitudinem. Sicut enim in corporalibus virtutibus, ita se habet in virtutibus animæ proportionaliter. In præcedentibus autem diximus, quod & cursorem & robustum ita laudamus ab opere cursus & pugnae: & propter opus cursus & pugnae laudamus, quomodo laudamus habitus, in quantum potestatem faciunt ad opera, ita laudamus etiam habitus & dispositiones cursoris & robusti. Est ita est in virtutibus animæ quæ à quibusdam animales dicuntur. In talibus etiam propter opera laudamus, & habitus laudamus in quantum potestatem faciunt ad opera. Tamen quid sit laudabile, & quid non, fortè magis proprium est ad certitudinem determinare his quæ circa laudes insudauerunt: & isti sunt poetæ qui ex laudationibus prouocant ad meliora. Nobis autem manifestum ex his quæ dicta sunt etiam: quoniam felicitas est honorabiliorum & perfectorum bonorum & non laudabilium. Videtur autem hoc ita habere sicut dictum est: etiam propter hoc quod felicitas est principium & causa omnium bonorum: quia gratia felicitatis reliqua omnia operamur omnes. Hoc autem quod est principium & causa omnium bonorum, cum ad aliquid aliud referibile non sit, ponimus quasi ex suppositione honorabile quid esse & diuinum & non laudabile.

Sanctus Tho. dicit itidem ad rhetoras pertinere quorum studium insudat circa laudes.

56.

Genera virtutum penes Stoicorum sententiam.

Purgatoria, Purgatiua, Purgans, Purgati animi.

Ratio virtutum exemplari.

De legislatoribus.

Pythagoras inuenit legem.

quæ etiam, ut dicit Plato in Timæo Pyrrhæ & Deucalioni: quia pietatem coluerunt & iustitiam, à Ioue in diluuiio paritum fuit ne submergerentur: & omnibus diis imperatum, quod quicumque de semine eorum iustitiam coleret & pietatem amarent, ad deorum supernas sedes assumerentur. Pareat igitur, quod omnis legislatoris studium & intentio est ciues bonos facere secundum virtutem. Politicus autem est, cuius actus est felicitas. Persecratio igitur virtutis necessaria ad contemplationem felicitatis. Si verò politica scientiæ est persecratio hæc de virtute, manifestum est, quoniam in scientia de virtute talis fiet utique quæstio & quæstionis determinatio quæ est secundum eam electionem quæ à principio dicta est, scilicet quod figuratiter & exemplariter non subtiliter tractemus de virtute, sicut tractamus de felicitate. Hunc enim modum eligimus: quia alium modum materia non admittit.

Tractantes autem de virtute, de virtute humana persequeremur. Manifestum est enim ex præhabitis omnibus, quod ab initio vsque huc humanum bonum quærebamus & felicitatem humanam: antiqui enim Stoici multa genera virtutum inducebant, scilicet politicam, purgatiuam, intellectualem, & exemplarem. Politicam autem in quatuor diuidebant, scilicet prudentiam, temperantiam, fortitudinem, & iustitiam. Quamuis enim politicus secundum iustitiam ordinet ciues, iustitia tamen hæc generalis est, quod idem est, quod legis obseruatio. Legum autem obseruatio quatuor virtutum tangit directionem. Virtus autem purgatiua ab antiquis etiam in quatuor diuiditur, scilicet in purgatiuam, purgatiuam, purgantem, & animi purgati. Et purgatiua quidem est politici excellentias passionum per legem à ciuibus abstergens. Purgatiua autem est in monastica passiones moderans. Purgans autem est passiones vinciens & tenens. Purgati animi quæ passiones non auertit nec sentit. Monasticam autem dicimus, quia homo in seipso sibi ipse gubernator est. Virtutes autem intellectuales ponebant quinque esse in genere, scilicet sapientiam, intellectum, scientiam, prudentiam, & artem, de quibus nos in sequentibus faciemus mentionem. Exemplares autem Stoici ponebant: eò quod omnes virtutes ab ideis exemplaribus descendere dicebant, & in illis omnes virtutes esse immaterialiter, simpliciter & vnité, sicut in præhabitis diximus. Virtutes igitur politicae & purgantes & intellectuales humanæ sunt: & de his tractabimus, secundum quod homo capax est illarum secundum naturam humanam quæ multipliciter variabilis: quia virtutes exemplares determinare altioris est inquisitionis.

CAPVT II.

Quod contemplandum est de partibus animæ in quantum sufficiens est ad propositum.

Virtutem autem dicimus humanam, non quæ est corporis, & conuenit homini se-

cundum corpus, quam in quatuor superius diuisimus, sed eam quæ animæ est, & conuenit homini secundum animam: quia etiam felicitatem diximus esse animæ operationem. Si autem hæc ita se habent, manifestum est, quoniam oportet politicum scire aequaliter ea quæ sunt circa animam, sicut partes animæ consistencia: sicut ille qui curat oculos, & qui curat totum corpus; cognoscit partes oculi & partes corporis. Curans enim oculum, partes oculi in myringis qui sunt tunicae oculi, & humoribus & complexionibus, & comparatione illorum cognoscit, ut sciat quantum infirmitas ab æqualitate complexionis & integritate compositionis oculum distare fecit, ut curando reducat in id vnde destitit. Similiter medicus curans corpus, complexionem & compositionem cognoscit corporis & partium corporis, ut sciat vsquequo reducere debeat ægrotum. Similiter ergo politicus cognoscit animam & partes animæ secundum harmoniam naturalem, ut sciat in quid purgatoria virtute reducere ciues oportet: quia dicit Damasc. quod peccatum nihil aliud est, nisi eius quod in natura est, in id quod præter naturam est discussio: & iustificatio est in id quod secundum naturam est, ab eo quod præter naturam est redditio. Tandem autem magis opera politicum cognoscere partes animæ quam medicum partes corporis, quantum honorabilior est & melior politica scientia quam medicinalis: sed & medicorum excellentes multa negotiantur circa corporis cognitionem. Excellentes autem medicos dicimus qui causas infirmitatis & signa & accidentia nouerunt infirmitatis. Hi rationes assignant suarum operationum ex antidotis quibus curant infirmitates.

CAPVT III.

Quod propter virtutem tractandum est de partibus animæ.

Contemplandum est autem de partibus animæ horum gratia quæ quaruntur de virtute in quantum in quantum sufficienter habet ad quæstia de virtute. In plus enim certificare de partibus animæ fortè operosius est, quam sit certificare proposita de virtute. Prolixius enim & difficilius est tractare de anima & partibus eius secundum se, quam sit tractare de virtute & partibus eius. Quædam sufficienter dicta sunt à nobis in exterioribus sermonibus. Sermones autem exteriores dicimus sermones naturales, quæ ad propriam intentionem non pertinent, & etiam non ad omnium auditum in scholis, sed exemplariter ad amicos descripti. Quæ enim ad communem auditum in schola proposita sunt, secundum materiam exigentiam sufficienter pertractata sunt, sicut ea quæ in physicis dicta sunt: propter quod etiam de physico auditu nomen acceperunt. Quæ ad amicos descripta sunt, descripta sunt ad quæstiones amicorum sufficienter, sed non secundum exigentiam materiam, sicut ea quæ in epistola de anima descripta sunt ad exteriores;



TRACTATUS IX.

Quod de felicitate tractantem oportet tractare de virtute, & propter virtutem de quibusdam particulis animæ.

CAPVT I.

Quod oportet tractare de virtute propter felicitatem.

55.



Sanctam felicitas est quædam animæ operatio secundum virtutem perfectam quæ prudentia est, scrutandum erit nobis de virtute. Sic enim tractando, fortè & melius de felicitate contemplabimur.

Diximus enim in præcedentibus, quod virtutes sunt dominae felicitatum, & sic faciunt ad felicitatis principium. Diximus etiam, quod felicitas principium & causa est virtutum, & sic felicitas principium est cognoscendi virtutes: propter quod felicitas & felicitatis tractatus præambulus est virtutibus & subiunctus. Felicitas enim contemplatiua quæ perfecta est, postponitur virtutibus: eò quod ad illam non

Quare virtus cuius beatitudinem præcedat.

peruenitur nisi omnibus virtutibus habitis secundum optimam perfectionem. Felicitas autem ciuilis perfecta operatio est secundum vniam virtutum quæ est prudentia, quæ omnium virtutum ciuilium principium & forma est. Et idè oportuit, quod scientia illius præcederet scientiam de virtutibus. Hoc enim ita se habere videtur secundum veritatem rei etiam ex officio ciuilis quem politicum nominamus. Politicus enim circa virtutem maximè videtur insudare: quia ex omni sua intentione vult & intendit ciues bonos facere secundum virtutem & legum obauditores, hoc est, exauditores & obseruatores. Exemplum autem horum habemus Cretensium & Lacedæmoniorum legislatorum, & si qui alij tales facti sunt. Legislator enim Cretensium fuit Minos, Lacedæmoniorum autem Lycurgus, sicut Atheniensium Solon & Crisias, & Metrodorus aliorum, & ipse Plato Academicorum: quorum omnium primus fuit Pythagoras qui primus marronis castitatem induxit, & ciues iustitiam & pietatem docuit colere: propter quæ

58.

extiores, vel ad communem auditum scholæ non pertinentes, quæ secundum exigentiam materiæ perfecta non sunt: tamen quædam de particulis animæ ibi sufficienter determinata sunt: & ipsis ibi acceptis hic utendum est in quantum valent ad propositum: puta quod hoc quidem partium animæ irrationale est, hoc verò rationem habens & rationale. Vtrum autem hæc determinata sint per differentiam sitæ & substantiæ, quemadmodum corporis particulæ, & sicut omne diuisibile in partibus suis diuiditur situ, & substantiæ, vel non secundum substantiam & sicut diuisibilia apta nata sint, sed ratione tantum & esse diuiditur, sicut in periferia siue linea circulari curuum quod vocatur conuexum & concauum, differunt, nihil refert ad præsens negotium. Physicus enim considerat de his. Plato enim dicebat hæc localiter esse diuisa. Rationale enim quod logicum appellauit, in capite posuit, irascibile autem in felle, sensitiuum in organis, concupiscibile autem tanquam in inferno sepeliuit in inguine quantum ab hepate dixit trahere virtutem. Si verò dicamus secundum Peripateticos, quod anima vna substantia ex qua diuersæ fluunt potentiæ, quarum quædam coniunctæ sunt corpori, quædam autem separata, dicemus quod potentiæ istæ sunt partes potestatiuæ animæ & virtuales, non differentes secundum substantiam, sed secundum esse & rationem. Sicut si diceremus lucem solis in nubæ esse immerfam secundum aliquam sui partem, lumen quidem illud alterius esset potentiæ in non immerfo, & alterius potentiæ esset in raritate nubis, & alterius in nubis densitate: cum tamen lumen vnum esset in substantia, in potentiis secundum esse & rationem differens. Et sic est de periferia, hoc est, circulari linea, conuexo, & concauo, quæ non nisi esse & ratione differunt: eò quod linea secundum latitudinem indiuisibilis est: & idè non vna pars lineæ subiicitur concauo, sed eadem substantia & numero: hoc tamen ad præsens negotium nihil differt. Omne enim quod fluit ex pluribus sicut ex causis, in se habet virtutes omnium in quibus fluit: & quantumcumque simplex sit in essentia & substantia, tamen multiplex est in virtute & secundum esse, sicut idem est esse in potentia conuexi & in potentia concaui. Sic igitur anima cum sit imago intellectualis luminis, secundum quod in genere substantiæ incorporatæ est, indiuisibilis est: secundum autem quod actus corporis est, diuersimodè immergitur in corpus, & sic diuersarum efficitur potentiarum. Profundissimè immerfam obligatam habet potentiam ad naturam corporis, parum agens supra facultatem principiorum corporum quæ sunt calidum, frigidum, humidum, siccum: & hoc est vegetarium secundum nutrire & augere & generare: hoc enim materiæ obligatum est: & idè intrans non vocatur anima, sed pars partis animæ. In ea autem parte animæ vbi non actus corporis est, liberum est æqualiter se habens ad omnia fieri & ad omnia facere, & secundum id dominium habet omnium suorum actuum & operationum. Vbi autem medio

Anima diuersimodè immergitur in corpus.

modo se habet ad vtrumque relatum, trahitur quidem ab inferiori, & formatur & ordinatur à superiori: conuertibile ad vnum, & conuertibile ad alterum. Sicut & in signis circuli in omnibus quartis circulis quædam sunt stabilia, & quædam coniunctis vtrumque communicatiua. Et sic est in anima humana, de qua dicit Albumasar, quod rotius orbis est imago. Et ex hoc patet, quod rudes & ignorantem mentiuntur, qui aiunt, quod compositio potentiarum sibi præsupponit compositionem. Dicit enim Auicenna, quod id quod inter omnia simplicius est, inter omnia simplicius est in potentiis & secundum esse potentiarum.

CAPVT IV.

Quod irrationale non est subiectum virtutis, quod specie irrationale est.

Irrationale autem duplex est. Irrationalis enim partis quædam pars assimilata est communi, quod scilicet omnibus viuus inest, quæ vita viuunt organica & physica: & assimilatur plantatiuo: quia sicut plantatiuum in continua nutrimenti acceptione, & nutrimenti digestionem, & nutriti additionem, secundum substantiam & quantitatem & necessitatem materiæ est obligatum ab hoc: vnde tales operationes facit quando viuunt, naturæ aliqua increpatione vel suasionem, remouetur ab eis. Dico autem plantatiuum quod est causa & principium eius quod est nutrire & augeri. Talem autem animi virtutem siue potentiam aliquis rationabiliter ponit esse in omnibus quæ nutriuntur, tam plantis, quam animalibus, & eandem hanc potentiam ponit esse in embryonibus & animalibus perfectis. Rationabilis est enim istam in omnibus ponere, quam aliquam aliam: huiusmodi enim actus videmus in omnibus. Sensibilis autem animæ & rationalis virtutes & actus non in omnibus inueniuntur. Embryones vocantur concepta à matricibus semina, in quibus (sicut in lib. animalium determinatum est) gutta masculi intrat in guttam feminæ sicut spiritus in corpus: & per virtutem proprii spiritus qui intrat viscositatem seminis, continetur, dirigit, purgat, & purificat guttam feminæ, & ex purgamento pellem circumducit, intra quam semina sic vnita concluduntur, vt spiritus resolutus ab vnione seminum euaporare non possit, sed veniens ad pellem reflectatur in seipsum, & intra substantiam seminum renouatur, & sic de imo moueatur ad sursum & de surso ad imum, & talibus motibus pulsare incipiat, & pulsus perficiat, in quo pulsus vitam insuar viuo. Cum autem spiritus non resoluatur nisi ex humido radicali, necessarium est humidum ipsa resolutione diminui: & nisi restituatur, statim deficiet spiritus resolutus ab ipso. Non restituitur autem nisi per humidum alimentum. Est igitur de necessitate quod in ipso semine ante formationem sit tractus alimenti ad restaurationem humidi resoluti. Iste autem tractus

59.

Platinarium.

Embryo quid est.

Error Pla.

Opus naturæ est opus intelligentiæ primæ.

In seminibus est anima vt artifex non vt actus.

60.

Anima vegetatiua humanarum actionum, non potest esse principium.

Somnus quid est.

tractus non est calor, vt calor est: quia calor vt calor, est consumptiuus & distractiuus: oportet ergo, quod sit calor vt instrumentum animæ est. Principium igitur in semine trahens anima est. In embryone ergo plantatiua anima est. Sed in hoc deuiat Plato, quod seminibus dixit animam inesse vt actus: propter quod dicere cogebatur semina esse parua animalia. Veritas autem est secundum Peripateticorum sententiam, quod anima est in semine vt artifex & non vt actus. Sicut enim in artibus se habet, quod ars in dolabra & securi & ascia est: & idè ad formam artis incidunt: & si sine forma artis moueantur, scindunt & destruunt. Ita est in omni natura diuinum lumen, quod inundat super omnes causas secundas vsque ad proximas, ita quod omnium virtutes in centro conceptæ congregantur, & omnes informatæ & motæ primo lumine intellectuali & diuino operantur ad formam intellectualiæ propriæ, sicut dolabra mouetur in forma & virtute artificis qui est primus motor eius. Et idè dicit Ari. quod totum opus naturæ ibi est opus intelligentiæ. Intelligentia enim mouet per intentionem & per modum artis: & idè accipit instrumentum spiritum qui non ad modum naturæ, sed ad modum instrumenti artificis operatur & mouetur: & idè diuersas facit formas membrorum, & diuersa continuat ad vnum eorum vbi natura non perficere potest. Propter quod dicit etiam Arist. quod intellectus est in semine: eò quod ibi est virtus intelligentiæ propriæ & fortuna. Propter quod non tantum in semine hominis, sed in seminibus omnibus plantarum & animalium est anima, vt artifex intellectualis, & non vt actus: quia si sicut actus in esset omnium viuorum, semina essent intellectualia: & quando generata sunt ipsa viuia, intellectum haberent hanc animam, quæ inest vt artifex & non vt actus in seminibus. Antiqui animam & intellectum vocabant vt artificem. Posterius autem videntes, quod anima æquiuocè dicitur de tali, & de ea quæ est vt actus, mutauerunt dictiones. Et illam quidem quæ inest vt artifex, vocauerunt virtutem formatiuam. Aliam autem quæ inest vt actus, vocauerunt animam: præcipuè quia viderunt, quod etiam Plato qui inter Philosophos super alios multos emicuit, propter hanc æquiuocationem deceptus errauit.

Hæc igitur quidem plantatiua pars animæ, communis quædam virtus est omnibus viuus: & idè statim & parum consideranti apparet, quod non est humana: cuius signum est: quia expressè videtur, quod hæc pars animæ & virtus maximè operatur in somno. Quia in somno retractio spiritus & calor est ad locum digestionis: & confortatus calor, melius in somno operatur digestionem & nutrimenti per membra diffusionem & additionem ad membra quæ est per modum plantationis. Bonus autem & malus nequaquam manifestatur secundum somnum, sed potius secundum operationes exteriores voluntarias. Vnde dicunt in antiquo prouerbio, felices nihil à miseris differre secundum dimidium vitæ. Hoc autem decenter dictum est. Somnus enim est quies animæ secundum virtutes & operationes, se-

cundum quas dicitur studiosa vel praua. Somnus autem quies est per modum ligamenti: & licet sit ligamentum sensuum primò per frigiditatem obrepentem organum sensuum in sensitua potentia, per consequens etiam ligat virtutes interiores animæ, vel simpliciter, vel secundum quid. Quamuis enim non immobiliter, tamen iudicium perturbat in quod sensus interiores qui sunt sensus communis, imaginatiua, phantasia, æstimatoria, & memoria, conuertuntur ad formam imaginum sicut ad res, quæ conuersio omnino peruersa est. Similiter & rationem & intellectum conturbat somnus: quia quamuis aliquando in somno sit visio & oraculum: tamen conuersio sit ad præsens, cum non sit præsens. Et hoc est peruersum & ligatæ rationis iudicium: & idè quod expedite operatur in somno, non potest esse studiositatis & prauitatis principium. Verumtamen si aliquo quidem motu phantasmata paulatim pertranseunt ad operationem aliquam in somno factam, sic & re vera phantasmata iustorum & studiosorum meliora sunt quam phantasmata quorumlibet: & sic etiam in somno differunt studiosi à prauis. Paulatim autem dicimus moueri phantasmata: quia studiosi ordinati sunt in cibo & potu. Et temporibus quibus sumunt cibum & potum & tempore vigiliæ in corde & opere non habent nisi bona: & idè phantasmata somniorum quieto spiritu mouentur in eis & ordinato, & honesta somnia repræsentant: prauis autem in omnibus his inordinati sunt: & idè turpia occurrunt eis somnia. Hæc tamen differentia non est tanta, quæ vel bonum faciat felicem in somnis, vel prauum felicem: quia (sicut diximus) omnium dormientium vires sensibiles & rationales ligatæ sunt simpliciter, vel secundum quid. Sed de his quidem quantum ad propositum sufficienter dictum est: & idè nutrimentum quod in somno expeditius operatur tanquam id quod innatum est sic vt penitus expertus humanæ virtutis quæ est ratio rei, non inquirendum est vt penitus irrationale, quod formam ipsius nullo modo suscipere potest.

CAPVT V.

De rationali quod suscipere potest formam rationis.

Videtur autem etiam alia quædam natura siue virtus animæ irrationalis esse, quæ aequaliter participare potest rationem. Et hoc probatur ex ratione continentis, & incontinentis. Rationem enim laudamus habens tam in incontinente, quam in continente. In incontinente enim ratio sana est, sed vi passionis expellitur, quod non secundum formam rationis operatur: in eo quod continens est, tenetur quod istam expulsionem facere non potest. Ergo tam in continente quam in incontinente illud quidem innatum esse videtur in ipsis partibus animæ præter rationem, quod aduersatur & obuiat rationi quod ratio tenere non possit nec trahere, nisi formæ rationis per naturam

61.

turam esset susceptibile: sed passione infusum aduersatur & obuiat ne recipiat formam rationis. Et huius pulchrum simile est: quemadmodum enim particulæ corporis in homine firmiter & fortiter dissolutæ per paralytum, quando eas aliquis eligit mōere in dextram, prauitate morbi quo infusæ sunt, è contrario feruntur in sinistrum, & sic inter motum morbi expellentis & inter motum virtutis naturalis ad formam rectam mouentis pugna fit, & membrum tractum & retractum inordinate tremat: ita est in anima incontinentium & continentium. Motus enim incontinentium ad contraria sunt passione vincente: motus verò continentium ad recta vincente ratione. Sed in corporalibus quidem id quod peruersè motum est membrum, videmus oculis corporeis: in anima virò non videmus. Fortassis autem nihil minus existimandum est in anima quam in corpore, quod videlicet aliquid sit in anima quod sit præter rationem, & irrationale quod est contrarians rationi & obuians. Qualiter autem istæ partes animæ alteræ adinuicem, nihil differt quantum ad præsens negotium. Hoc autem irrationale videtur participare rationem, quemadmodum diximus quia in eo qui est, ducitur à ratione & suadetur. Obedit enim & formatur: quod non faceret, si formam rationis accipere non posset. Amplius autem irrationale quod sobrius est, & fortis, non minus irrationale est secundum seipsum: sed tamen forsitan subiectius est rationi quod sobrius & fortis, quam quod continentis est: quia sicut infra in septimo dicemus, sobrius & fortis in toto sunt sani: quia omnia quæ sunt in eo secundum rationem & appetitum, sana sunt & rationi consonant. In incontinente autem & in continente appetitus inferius est & passione tractus.

Irrationale duplex.
62.

Videtur itaque ex prædictis & ipsum irrationale duplex esse. Irrationale enim quod plantatiuum est, nequaquam communicat ratione. Impossibile est enim quoddam formam rationis recipiat. Concupiscibile verò & vniuersaliter loquendo appetibile siue concupiscituum & appetituum quod est incontinente & in incontinente, participat aliquantulum ratione, secundum hoc scilicet quod exaudibile rationi, quam non exaudiret, nec ei obediret, nisi formæ rationis capax esset secundum naturam. Hoc autem ostendit nomen incontinentis: Græcè enim continens acraffus dicitur, hoc est, sine dominatu, vel imperio, vel tentione, ab a quod est sine, & crato quod est supero vel dominor: & tanquam sine imperio dicatur quod non dominatur. Et quod forma est illius domini sui, natum est recipere quod sibi subicitur secundum naturam.

CAPVT VI.

De collectione omnium quæ dicta sunt, ut videatur quid sit proprium subiectum vniuscuiusque virtutis.

Colligamus igitur quæ dicta sunt, & videmus, quod rationale multiplex est, & similiter irrationale. Est enim rationale practicum, quod communiter ratiocinatur de omnibus pertinentibus ad vitam hominis in quantum est homo. Vitam autem dico ciuilem & ad opera regulatam. Et est vtique rationale, quod patris & amicorum dicimus habere rationem: & quod non est practicum rationale: quemadmodum dicimus rationale esse mathematicorum. Mathematicorum enim rationale speculatiuum est. Illud autem quod patris & amicorum est dupliciter. Est enim patris in seipso, & patris in familia suscipiente monita patris. In æconomicis enim dicitur, quod pater est in domo sicut rex in regno. Et idem rationale quod est in patrefamilias, est prouisiuum domus & procuratiuum, secundum quod quatuor virtutes, scilicet dispositiua, passiuæ, chrysmatica, & dispensatiua, quibus rationaliter virtutis ad domus gubernationem. Rationale autem quod est in familia subiecta in ministris, & vxore, & filiis, rationale esse sicut est exauditium, quod non ad formam propriæ rationis, sed ad formam rationis patrisfamilias obedit, vt ad gubernationem domus. Ergo rationale operatiuum iam triplex est, scilicet practicum, & quod ratiocinatur de conferentibus ad vitam, & rationale paternum quod est prouisiuum & gubernatiuum secundum rationem propriam, & rationale obeditiuum & exauditium quod ratiocinatur ad formam rationis patris. Et quartum est rationale speculatiuum, quod est rationale mathematicorum. Quia ratio quæ est hominis natura vt homo est: aut comparatur ad extra, aut ad intrinseca subiecta. Si autem extra: aut secundum finem speculati veri, aut secundum finem operabilis boni. Et primo modo speculatiua ratio est. Secundo autem modo practica. Si verò comparatur ad intrinseca subiecta, est rationale patrisfamilias. E conuerso autem per comparisonem familiæ ad patrem. Et tunc est rationale quod dicitur exaudibile & obediibile. Quoniam enim illud rationale suadetur aliquantulum ratione ipsa suasio nuntiat quod est secundum se rationale.

Rationale multiplex.

Et hoc idem nuntiat omnis increpatio quæ fit ei à ratione. Si enim in forma rationis esset secundum naturam, à ratione nec increparetur, nec suaderetur, nec deprecaretur, sicut nec idem suadet nec deprecatur nec increpat se ipsum. Adhuc autem sic secundum naturam susceptibile non esset rationis suadentis, nec increpantis, nec deprecantis, nec suaderetur, nec increparetur, nec deprecaretur. Est enim suasio rationalis inductio ad consentiendum. Increpatio autem dura obiurgatio non obediens

Suasio.
Increpatio.
Deprecatio.

dientis ad formam rationis. Deprecatio autem amicabile à malo irrationabili reuocatio: & omnibus his virtutis ratio ad concupiscibilem & irascibilem. Conctiua enim virtute ad eas vt non potest: quia liberae sunt à coactione propter motum voluntarium qui est in eis: & idem virtutis suasio & increpatio & deprecatio.

Si autem oportet & hoc quod sic obedit, dicere rationem habens vel rationale, duplex erit rationem habens. Vnum quidem principaliter, & in seipso rationem habens. Aliud autem quemadmodum à patre audibile, sicut diximus. Hoc autem de potentis animæ diximus: quia in virtute intellectuales & heroicæ & diuinæ ad ipsas comparantur, non sicut ad subiectum tantum, sed sicut ad subiecta & causas: & idem sine istis cognosci non possunt.


CAPVT VII.

De diuisione virtutum secundum potentias accepta.

63.

Virtus autem per diuisionem determinatur secundum hanc differentiam potentiarum. Dicimus enim virtutum quasdam esse intellectuales, intellectuali potentia communiter accepta ad speculatiuum & practicum. Quasdam autem dicimus esse morales, quæ scilicet ad formam rationis formantur & ordinantur. Sapientiam quidem & intellectum & scientiam dicimus esse intellectuales secundum intellectum speculatiuum. Prudentiam autem & artem dicimus esse intellectuales secundum intellectum practicum. Libertatem autem & sobrietatem dicimus esse virtutes morales ad formam rationis formatas à ratione. Quod autem omnes istæ virtutes sint, & quod tam morales quam intellectuales sint

virtutes, hoc modo probatur, quod loquentes de moribus non dicimus, quoniam in more laudabilis sit & sapiens, vel intelligens, vel sciens, sed quoniam in more laudabilis est mitis, vel sobrius: & hoc est quando opera mansuetudinis & sobrietatis, etiam si sapiens vel intelligens vel sciens non sit, ad formam perficit rationis: sed etiam laudamus eum qui sapiens est secundum habitum, vel intelligens, vel sciens. Omnis autem habitus laudabilis, virtus est, vt diximus. Ergo tam intellectualis quam moralis habitus virtutes sunt. Habitus autem morales Græci vocant ethicos; Habent autem duplicem e. Et e quidem breuem scribunt figura qua nos scribimus e. Et si prima litera ethicos sit e. breuis, sonat morem in Latino: e. verò longam scribunt figura qua nos m. capitalem scilicet duabus lineis æquidistanter descendentes, quas in medio secant. Tertio orthogonaliter ab vna in aliam protracta sit H. & si ab illa incipit ethicos, tunc sonat Latine consuetudinem. Et idem à quibusdam istæ virtutes dicuntur morales, & à quibusdam consuetudinales: secundum nos autem non est hæc magna vis: quia apud nos & mos & consuetudo fit ex actu voluntario sapius reiterato. Similiter autem sophrosinæ æquiuocum est verbum, & aliquando significat temperantiam, aliquando sobrietatem; & aliquando castitatem: vnde vbi posuimus sobrietatem, intelligitur etiam temperantia & castitas. Proprie autem Latine sobrietas opponitur luxuriæ, quæ est in comedendo & bibendo. Temperantia autem medium dicit superfluitatis & diminutionis in delectabilibus inanis. Castitas autem opponitur incestui qui est veneris. De his autem dicemus in sequentibus. Tractabimus enim de omnibus virtutibus animam perficientibus secundum omnem differentiam rationalis contemplatiui, & practici, & paterni, & secundum participationem obediens dicti.



LIBER II.

ETHICORVM.

TRACTATUS I.

De principiis generantibus virtutem in nobis.

CAPVT I.

De acceptione virtutum per diuisionem.

DUPLICI autem virtute existente, hac quidem intellectuali, hac autem morali. Ea quidem quæ intellectualis est, plurimum ex doctrina habet generationem & augmentum: idem experimento indiget & tempore. Moralis verò ex more fit: unde & nomen habuit patum declinans à more. In præmissis enim habitum est, quod rationale duplex est, scilicet per essentialitatem, & participationem. Quod essentialiter est rationale, hoc duplex esse dicimus, scilicet speculatiuum, & practicum. Et illud quod erat practicum dupliciter esse diximus, scilicet id quod est paternum, & id quod ad sui similitudinem format subiecta. Et id quod simplex est practicum operabilia decernens & determinans. Id autem quod est per participationem rationale filiale, quod à paterno formam rationis suscipiens. Propter quod irascibilis & concupiscibilis à quibusdam antiquis distinctæ sunt in irascibilem & concupiscibilem humanas, & irascibilem & concupiscibilem simpliciter, quæ sunt simpliciter potentia animæ sensibilis. Humanas vocantes quæ à paterno & regente formam rationis suscipiunt. Cum ergo humanum bonum queramus, & omnia ita hominis sint ut homo est, oportet quod secundum quodlibet istorum bonum & optimum hominis inquiramus.

Adhuc autem secundum documenta in præcedenti libro habita, potentia hominis ut homo est, si dicatur ad summum in summo existens, est in bono & optimo quod est virtus eius. Oportet igitur, quod secundum omnes has potentias secundum bonum & optimum etiam virtutem vniuersamque bonum hominis determinetur. Quia sicut anima hominis imperfectè cognoscitur, nisi secundum omnes

potentias cognoscatur: ita etiam bonum hominis imperfectè scitur, nisi secundum omnem potentiam hominis ut homo est, determinetur. Huius autem & alia ratio est. In omni enim diffinitione proprietatis incidit subiectum ut differentia & causa. Cum ergo omnes virtutes sint proprietates hominis ut homo est, oportet quod diffiniantur & determinentur secundum differentiam subiectorum, per quæ homo subiicitur virtuti. Et idem etiam à subiectis illis denominantur. Et idem in communi diuiduntur, quod quædam sunt intellectuales, & quædam morales. Cum autem nihil sit laudabile bonorum, cuius homo ut homo est non sit causa & dominus, oportet quod tam intellectuales quam morales causatae sint ab homine ut homo est. Homo autem dominus operationum suarum non est nisi per voluntatem. Intellectu enim bene compellitur ad concedendum verum ex principiis demonstrationum, sed in voluntate penitus liber est & causa sui. Oportet igitur, quod etiam virtutes quæ intellectuales dicuntur, secundum quod sunt de numero laudabilium bonorum, à voluntate sicut à causa procedant. Accipiuntur igitur vel volita ad quæ propter honestatē & pulchritudinē propriam ipsorum voluntas inclinatur. Talis enim inclinatio voluntatis laudabilissimum est & pulcherrimum, quod homo facere potest: propter quod Socra. sicut dicitur in Phædone, talibus sedem non nisi in cælestibus collocavit. Intellectuales igitur virtutes virtutum nomen habere non possunt, secundum quod à rebus extra generantur in anima hominis: quia non sunt à nobis, sed potius à rebus extra habent naturam. Ab inclinatione autem voluntatis ad ipsam formam, accipiunt & nomen & rationem.

In communi ergo dicuntur intellectuales, quæ ut plurimum ex doctrina habent & augmentum & generationem. Ut plurimum autem dico: quia quidam ex natura habent, quidam autem multum ex propria inuentione, sicut in primo lib. per Homerum ostensum est. Pauci autem sunt qui tales sunt: propter quod oportet

Quare virtutes diuiduntur in intellectuales & morales.

oportet in pluribus alium talem in animo ponere, ut docuit Homerus, & ad doctrinam illius bonis studere: propter quod non ex toto generatur à doctrina, sed secundum plurimum. Et ex quibus habet generationem, ab eisdem multiplicationem accipit & profectum, quod communi nomine augmentum vocamus. Sicut & in generatione hominis eisdem principiis de quibus generatur homo ex semine, fit puer. Et ulterius agentibus alterando cibando proficit homo & perficitur. Et sic ex puero fit vir. Propter quod virtus intellectualis experimento indiget & tempore, ex quo sicut ex cibo quodam profectum accipit & profectum. Experimentum autem vocamus in moribus, secundum quod diffiniuit Eustratus dicens, experientia est alienarum operationum obseruatio. Ex his enim is qui docetur primo assumens velut ex quibusdam principiis quæ discit, syllogizat. Omnis enim dicere volens ea quæ de pulchris & bonis illustribus viris tradita sunt, diligenter obseruat magis amplectens in his pulchritudinem & bonitatem quam veritatem. Et si debeat eis inniti sicut principiis, oportet quod examinet ea & ad rem si vera sint, & ad seipsum verum bene in facultate sua sint, & ad seipsa verum veram habeant rationem & honorabilem & laudabilem bonorum. Et hæc experientia tempore indiget, sicut omne id quod prodit ab imperfecto ad profectum. Quamuis enim tempus plus sit causa corruptionis & obliuionis quam generationis & scientia, secundum quod est numerus motus, quod in omne id quod mouetur distare facit à seipso: tamen secundum ea quæ emergunt in tempore, talis experientia de qua diximus, tempore indiget, quod ex talibus recipit incrementum & profectum. De talibus autem intellectualibus virtutibus in consequentibus proprius erit tractatus.

Moralis autem virtus ex more vel consuetudine fit. Propter quod & moralis vocatur vel consuetudinalis. Mos enim propriè in actibus exterioribus est in appetibilibus, vel fugibilibus, vel communicatiuis determinatus. Et non respicit actus interiores, qui sunt secundum operationes intellectus. Et si declinat à more, parum declinat. Totum enim esse à more accipit, sed determinationem eorum circa quæ operatur in more, aliquando accipit ab intellectu practico: & hoc est parum: quia ab illo non bene habet nec virtutis formam, nec materiam, nec rationem, sed potius secundum quod se habet in passione vel communicatione, & bonum & bene dicitur, & virtutis nomen habet & rationem.

CAPVT II.

Quod moralis virtus generatur ex assuetudine.

Nulla virtus moralis, natura nobis inest.

EX his autem quæ dicta sunt, manifestum est, quoniam neque vna moralium virtutum per naturam nobis inest sue generatur. Nullum enim natura existentium aliter assue-

D. Alb. Mag. lib. 1. Ethic.

scit, puta lapis qui naturaliter deorsum fertur, non vtrique assuecit sursum ferri siue moueri; etiam si decies millies aliquis sursum iaciat lapidem, & sic velit eum assuefacere: neque ignis sursum, nunquam assuecit deorsum ferri. Quamuis enim aliquando titio ardens descendit cum flamma, non propter hoc ignis per se descendit: quod enim in titione descendit, hoc est, quia sequitur propriam naturam. Talis igitur motus non per se, sed per accidens est igni conueniens. Similiter autem est in aliis. Nihil enim eorum quæ aliter innata sunt secundum formam propriam & naturam, aliter itaque ad contrarium naturæ suæ assuefiet, neque præter naturam. In sunt virtutes in nobis, sed innatis quidem nobis eas suscipere: in sunt nobis profectis per consuetudinem. Si enim virtutes morales in nobis essent ex principiis naturalibus, non moralem scientiam inquireremus: quia ex scientia physicorum profecta traderetur doctrina de ipsis, sicut de virtute oculi, vel de virtute auditus. Similiter si ex formis naturalibus in nobis esset virtus secundum esse profectum, operationes virtutum dominio nostro non in toto subiacerent, sicut nec operatio visus, vel auditus. Sono enim facta de necessitate fit auditus, vel illuminatione facta ad visum de necessitate fit immutatio visus. Similiter ergo esset in omnibus virtutibus: & sic non essemus domini operationum nostrarum.

Adhuc autem quicquid per naturalem formam determinatum est & profectum, de necessitate habet ea quæ conferunt formam illam, quæ sunt operatio propria, & motus proprius, sicut in 8. Physicorum determinatum est: propter quod nulla consuetudine transponi potest ad contrarias operationes vel motus vel loca: Si ergo homo ex solis naturalibus profectioem haberet virtutum; nunquam posset fieri malus, nec vnquam aliquid posset operari ad malitiam: sicut lapis nunquam potest operari nisi secundum grauitatem, nec ignis nisi secundum leuitatem.

Ex altera parte si non essemus natura nati suscipere virtutem, ita quod virtutum inchoatio ex ipso ordine rationis ad bonum non esset in nobis per naturam, non essemus susceptibiles virtutum, sicut nec asinus, nec bos. Nullius enim rei per naturam susceptibilis est anima hominis nisi cuius inchoatio per modum cuiusdam seminis & instrumenta sunt in ipsa, sicut patet in intellectualibus virtutibus, quarum prima semina sunt lumina intellectualia ab intellectualitate prima procedentia. Instrumenta autem sunt prima principia, quæ sunt communes animi conceptiones, quas quisque probat auditas, ut dicit Boëtius. Et si ista non essent in nobis, nullo studio efficeremur sapientes vel scientes. Hæc enim rationem intellectui proprium subiectum faciunt virtutum intellectualium. Similiter igitur oportet quod sit in moralibus, quod scilicet secundum inchoationes & prima principia in nobis sint per naturam, ut simus susceptibiles earum. Hoc autem Auicenna probat satis pulchrè ostendens, quod in nullo animalium præterquam in homine statim ab incunte ætate & teneris

H 2 vnguis

vnguibus est verecundia turpitudinis & gloria honestatis. Verecundia autem hæc & gloria non procedit, nisi ex inclinatione appetitus naturali ad bonum honestum. Inclinatione autem non est nisi per assimilationem. Assimilatio autem non est nisi per convenientem formam cum honestis & bonis. Honestas igitur & bona per inchoationem sunt in anima. Huiusmodi etiam signum est, quod in omnibus moralibus medium determinatur ad nos. Oportet ergo aliquid esse in nobis, quod sit prima mensura medij; nihil autem mensuratur nisi per aliquid suæ naturæ simplicissimum & primum. Illud ergo quod est in nobis ali-quod est quod est de natura medij virtutis simplicissimum & primum, per quod innati sumus suscipere virtutes.

CAPVT III.

Qualiter per consuetudinem virtutes generantur.

Enim quæ nobis natura in-sunt, potentius p-rius accipi-mus, deinde reddimus ope-rationes.

EX dictis igitur patet, quod quæcumque quidem natura nobis adueniunt secundum perfectionem formæ materialis, horum potentias perfectas per naturales habitus primo in nobis ipsis habentes, & postea operationes perfectas reddimus ex potentiis illis perfectis procedentes, & per consuetudinem ipsas non accipimus, quod in sensibus manifestum. Non enim ex multoties audire sensum auditus accipimus, sed modo sensum auditus prius ex natura habentes, vñ sumus audiendo in operationibus auditus. Audium autem habuimus non vtentes, siue ab vsu, sed per naturam. Virtutes autem morales non habuimus, sed potius accepimus operantes & ab vsu operationum. Vnde prius in talibus est vsus operationum, & potius hæc acceptio virtutum: sic vt tamen prius est effectus, quemadmodum & in aliis artibus ea quæ oportet nos discere facere & perfectionem ipsam, discimus ea, hæc non per doctrinam, sed facientes discimus vsu factionum. Verbi gratia quia ædificantes factionum vsu ædificatores sunt, & citharizantes vsu citharizationis sunt citharista. Sic igitur & iusta quidem operantes vsu operationis iustorum iusti efficiuntur, temperata autem facientes vsu factionis temperatorum efficiuntur temperati, & fortia facientes vsu fortiorum efficiuntur fortes.

Agens dupli-citer.

Cum enim in anima sit duplex agens, agens scilicet primum, & proximum. Agens primum est intellectus practicus ad morales virtutes. Agens autem proximum est appetitus ratione participans per voluntarium, cuius principium est in ipso consciente singularia, in quibus est actus. Et in forma illorum primi scilicet & proximi agentis, operatio egrediens generatiua est virtutis: sicut & calidum, & frigidum, & humidum, & siccum, forma primi informati informati de potentia ducunt ad actum omne quod generatur. Non ergo operatio secundum quod circa passionem est, generat virtutem, sed potius secundum quod informati sit sic

forma primi & actiui intellectus, & forma proximi elicentis operationem, quod est appetitus formam rationis participans. Sicut enim generans vniucum efficitur generati, & generatio erit per se & non secundum accidens. Quorumcumque autem potentiarum talis est generatio habituum, horum potentias & perfectas ad operationem & habitibus stantes sicut in vltimo suæ virtutis non habemus extra naturam, sed per operationes acquirimus. Vnde in talibus quamuis potentia naturalis sit, ex natura tamen actus & complementum est in operationibus. Et idem operationes procedunt sicut causa, & complementum sequitur. Vnde in talibus potentia præcedit actum tempore in eodem, quamuis in diuersis actus potentiam præcedat & tempore & ratione & substantia: sicut & in omni natura stat ordo iste. Intellectus enim practicus est in actu perfectissimo & primo, sed indistincto formans rationis participans est in inchoatione actus: & idem informat operationes ad actus generationum. Sed in ipso appetitu qui formam accipit virtutis, prior potentia quam actus. Et propter hoc dicit Arist. in 3. de anima, quia sicut omnium natura est aliquid agens quod est omnia facere, & aliquid patiens quo est omnia fieri: ita & in anima istas oportet accipere differentias. Vbi cumque autem in eodem prius est completio per actus agentis quam sit operatio, ibi potentias habemus per naturam, & complementa eorum non accipimus per operationes. E conuerso autem est in his in quibus complementa per operationes accipimus. In his quidem possibilitatem imperfectam habemus per naturam, sed ad actum & complementa perducunt operationes per formam quam accipiunt ab agente primo & ab agente proximo.

Testatur autem huic etiam hoc quod fit in ciuitatibus, quæ secundum optimas vrbani-tates sunt ordinate. Legumlatores enim bonos ciues student facere, alluefacientes eos ad opera bona, supponentes quod ex operationibus bonis virtus ciuili inascitur. Hæc enim voluntas omnis legumlatoris, quod videlicet ciues bonos per operationes bonas efficiat. Quicumque verò legumlatores non bene hoc faciunt, peccant corruptentes, sicut sunt leges tyrannorum & latronum ad mala alluefacientes suos per malas operationes. Et differre horum ciuilitas à ciuilitate quæ simpliciter ciuilitas est, sicut differre bona ciuilitas à mala. Bona enim ciuilitas contractiua est & perfectiua est ciuium in bono. Mala autem corruptiua est in contrariis.

Si autem aliquis obiiciat, quod in omni eo quod est eiusdem naturæ, est principium, medium, & extremum, sicut patet in omni motu & omni generatione: & sic videtur principium, medium, & extremum in generatione virtutis esse eiusdem naturæ: eo quod sicut dicit Auer. motus non est nisi forma post formam: & cum principium virtutis sit in natura, videtur, & medium & extremum esse in ipsa: & sic virtus videtur esse forma naturalis & non acquisita. Adhuc autem omne quod secundum naturam educitur de potentia ad actum, edu-

ctum

Tex. c. 17.

Legumlatores student ciues assuetudine bonos efficere.

Obiectio.

ctum non est additum, sed potius vnum cum cum eo quod fuit in potentia: & secundum hoc virtutes morales non sunt additæ potentibus, sed vnum cum ipsis: quod multi negant dicentes virtutes esse in prædicamento qualitatis secundum illam speciem, quæ dicitur dispositio & habitus. Potentias autem non ponunt in eadem specie, sed potius in naturali potentia vel impotentia. Dicimus ad hæc quod in veritate essentia virtutis vna est in principio, medio, & extremo, sed esse non est vnum. Et bene concedendum est, quod essentia virtutis intranea est naturæ per essentiam, sed non est intranea secundum omnem modum: sed per esse potentiale est vnius, sed esse perfectionis accipitur ab operationibus: sicut & in omni natura forma per essentiam est intrus, & esse essentiale per profectum animæ & perfectum accipitur ab operatione principiorum naturæ. Hoc etiam modo dicimus per esse additæ potentis, sed non per essentiam. In essentia enim idem est quod fuit in potentia & quod est in actu: & idem dicit Arist. quod est vnum, & non multa. Et quod dicit virtutes esse in prædicamento qualitatis, & ad illam speciem quæ est dispositio vel habitus, potentia autem est in specie quæ dicitur naturalis potetia vel impotentia: penitus rude est quia nihil prohibet idem, secundum diuersum esse quod habet, in diuersis esse prædicamentis & in diuersis speciebus prædicamentorum. Et sic potetia vt potetia est in specie quæ est naturalis potetia vel impotentia. Potentia autem secundum esse quod habet formam inchoatæ vel perfectæ, est in specie dispositionis vel habitus: imo (quod plus est) aliquid secundum id quod est, & secundum esse qualitas est, sicut ipsum rationale est, per id quod est, substantia est sicut principium substantiæ substantia est. Per esse autem qualitas est: quia per esse quod habet in homine, homo qualis dicitur secundum quod per ipsum homo est rationalis: & secundum hoc esse nihil prohibet ipsam accipere in diuersis diuersum modum incrementi & perfectionis: cum tamen secundum quod substantia est hominis, ab omnibus equaliter participetur: & sic est in omni forma naturali: sic etiam rationale per id quod est, vnum est imperfectum & perfectum & perfectum. Virtus autem eius est secundum quod perfectum est: & idem virtus rationis acquisitum esse dicit rationis & non essentiam acquisitam.

CAPVT IV.

Quod omnis virtus ex eisdem diuersimodè se habentibus & generatur & corrumpitur.

3. Virtus moralis operationibus generatur.

AD intelligentiam autem præhabitorum adhuc dicimus, quod ex eisdem operationibus, & per eadem obiecta mouentia, contrario modo se habentibus, fit & generatur omnis virtus eorum & corrumpitur: similiter autem & ars. Hoc autem patet per inductionem: ex citharizare enim & boni & mali sunt cithari-

D. Alb. Mag. lib. 1. Ethic.

stæ. Proportionaliter autem loquendo sic etiam sunt & boni & mali ædificatores, & omnes reliqui artifices. Ex bene quidem ædificare boni sunt ædificatores, ex male autem ædificare sunt mali. Si enim imbuuntur veris artis principijs, quorum collectio ad finem artis rectè tendit & operatur in forma illorum principiorum, boni sunt artifices. Si autem imperfectè imbuuntur, imperfectæ erunt operationes eorum, & ars imperfecta, & similiter artificiarum: & si contrariis principiorum imbuuntur, in operatione errant, & finem artis non consequuntur. Propter quod in laudibus discipulorum laudes inducuntur præceptorum à quibus imbuti sunt. Præceptores autem dicimus eos qui sine errore secundum veritatis lineam ad finem artis præcepta artium tradiderunt. Si enim non se sic haberet res, nihil vtrique opus esset docenti, sed omnes fieret vtrique boni & mali statim ab ipsa natura. Sic vtrique in virtutibus se habet. Operantes enim quæ in communitatibus sunt, quibus communicamus ad homines, efficiuntur, hi quidem iusti, hi autem iniusti. Iusti quidem secundum æquale in lucro & damno, iniusti autem secundum inæquale. Operantes enim quæ in periculis & assueti timere vel confidere vel audere, efficiuntur, hi quidem fortes, hi autem timidi. Similiter autem & quæ circa concupiscentias habent & iras operantes contrario modo, hi quidem efficiuntur temperati & mites, hi autem intemperati & iracundi siue immites, qui asperi dicuntur & spinosi, qui ex propriis vicinis in alios prouocant, & prouocantur ab alienis. Hi quidem igitur & sic conuersari in operationibus, efficiuntur boni. Alij autem ex sic hoc contrario modo conuersantibus efficiuntur mali. Et omnino & vno vtrique vniuersali sermone loquendo ex similibus operationibus bonis vel malis habitus sunt boni vel mali: quapropter oportet operationes animales reddere, vt ad debitam qualitatem operationes formentur: quia secundum differentias operationum sunt differentia habituum. Non parum ergo differt sic vel sic, bene scilicet vel male ex iuuene confestim assueti per operationes, sed multum differt. Magis autem omnem facit differentiam: quia profectus & perfectum virtutis totum accipitur ex illo. Exertitium enim, vt dicit Victorinus, causa potestatis est in omni potentia operatiua: quia sicut in vniuersalibus potentia primo inflatur non coadunatis virtutibus subiecti: ita est de omni potentia operatiua, quod non coadunato habitu in ipsa fluctuantes & imperfectæ sunt operationes illius. Successiuis autem exitibus operationum continuè adunatur habitus, & semper perfectiores reddit operationes: & omne quod pertinet ab habitu coadunationem, consuetudo facit frequenti operatione.

Præceptos quid sit.

CAPVT V.

Quæ qualitates attendendæ sunt in operationibus qua generant virtutes.

Quinque autem sunt qualitates quæ attendendæ sunt in operationibus quæ generantur per virtutes. Quarum primâ est, quod operatio sit ad rectam rationem. Secunda, quod licet nihil stans, habeat auxiliij ad hoc quod boni sit susceptibilis. Tertia est, quod sit operatio ad medium ordinata, & excellentia & defectu corrumpatur. Quarta est, quod talis sit operatio ex qua virtus fiat & in qua virtus perfecta permaneat. Quinta est, quod talis sit operatio quæ in operante semper gaudium faciat vel tristitiam.

Et hoc manifestabimus per singula. Quod enim secundum rationem rectam debeat esse facta, per hoc patet: quoniam præsens negotium non contemplationis gratia est, quemadmodum alia negotia ad perfectionem speculatiui intellectus ordinata. Non enim ut sciamus quid est virtus scrutamur, sed ut boni efficiamur: quia nullum vique esset proficuum eius. Quid enim in rebus considerare, est considerare veritates rerum? Idem enim est principium sciendi rem secundum veritatem ipsius, quod est principium esse rei: & hoc in virtute nullius est vtilitatis. Problematum enim secundum doctrinam topicorum non sunt nisi duæ differentiæ, secundum scilicet quod ad nos referuntur. Volumus enim quædam scire per se, quædam autem propter alterum ut adminiculantia ad illud. Naturalia enim & mathematica volumus scire propter se: logicalia autem volumus scire propter alterum. Per modum enim quem habet logicus, adminiculantur ad illa. Sed consideratio virtutis contemplatiua accepta secundum principia veritatis in esse virtutis & essentia, non sunt problemata quæ desiderentur propter se, sciri, nec sunt adminiculantia ad aliud, eò quod modum logicæ non habent. Nullum igitur esset proficuum talium problematum perferatatio. Oportet igitur, quod in ratione boni per nos operabilis omnes accipiantur rationes virtutum. Accipiuntur ergo ad finem boni, non ad finem veri: non contemplationis gratia quæruntur, sed ut boni fiamus. Necessarium est igitur scrutari ea quæ circa nostras operationes sunt, qualiter, hoc est, in qua forma qualitatis operandum est eas. Hæ enim operationes sunt domine, quod etiã habitus ex operationibus nascuntur huius qualitatis, quales sunt operationes, quemadmodum dicimus in antehabitis.

Dicamus ergo, quod prima qualitas in operationibus attendenda, est secundum rectam quidem igitur rationem operari eas. Hoc enim quidem commune est omni operationi generatiuæ virtutis: & hoc pro supposito habeatur: quia hoc in sequentibus pro suppositione vtemur in toto tractatu virtutum. Dicitur

autem posterius & de hoc, & etiam quid est recta ratio, & qualiter recta ratio se habet ad alias virtutes morales quæ medium habent quoad nos. Determinauimus enim, quod in omni generatione est aliquid generans primum quod est in actu puro & simplici, à quo generantia proximè formam accipiunt agendi, ut generatum ad actum deducant aliquo modo primo per similem agentem. In moralibus autem diximus hoc esse intellectum practicum vel rectam rationem, quod semen boni dat ei quod participat aliqualiter rationem. Operationes autem per rectam rationem elicite, sunt quasi principia elementaria & elementaria agentia quod id producatur in actum quod in potentia est in ratione participata. Cum ergo omnia talia non sunt eductoria de potentia ad actum in quantum sunt operationes, sed potius in quantum recta forma rationis est in eis, constat, quod forma rectæ rationis prima & communis qualitas est omnium eorum quæ elementaliter generant virtutem. Hoc igitur deinceps pro suppositione teneatur. In 6. autem huius scientiæ lib. ibi ex intentione & subtiliter dicemus qualiter recta ratio forma prima est generans virtutem, & determinabimus quæ sit recta ratio in seipsa, & qualiter se habeat ad virtutes alias participata ab ipsis.

De secunda autem qualitate inuestiganda illud præconfessum sit ex omnibus quæ in primo lib. determinauimus, cum de materia & modo & audire istius scientiæ scrutaremur: quoniam omnis qui de operabilibus est sermo, typo & non secundum certitudinem debet dici, quemadmodum etiam in principio præcæmiali istius scientiæ diximus: quoniam scilicet secundum materiam sermones expeñdi sunt. Diximus etiam, quod ea quæ sunt in operationibus nostris, iusta scilicet & casta, & quæ sunt conferentia nobis ad vitam, nihil stans habent: quemadmodum neque stans aliquid habent, ita ut videantur lege esse posita, & non natura. Tali autem siue in tali qualitate existente vniuersali sermone de moribus, oportet quod sufficiant typicæ qualescumque ostensiones.

Adhuc autem sermo qui de singulis est virtutibus & operationibus & hominibus & humanis viris, non habet certitudinem, si in vniuersali tremat, multò magis tremat quando singularibus adaptatur. Neque enim sub arte perfecta communi, neque enarratione determinata quæ certa sit, cadere potest. Quia quod vni conuenit, alteri nullo modo conueniens est. Hoc autem adhuc magis manifestum est: quia oportet ipsos operantes diligenter intendere ad ea quæ sunt ad tempus & temporis differentias. Ea enim quæ in quocumque tempore magis valent, magis sunt eligenda. Intendendum igitur est ad temporis differentias, quod quemadmodum in medicinali & gubernatiua se habet. Ad ætates enim hominum & ad qualitatem quattarum anni & qualitates horarum criticarum, in quibus humores mouentur, digeruntur, & maturantur. Et ad qualitatem temporum quibus mare non in contrarium nauigationis ebulliat, sed potius motum

motum nauigationi augeat, respicit gubernator: propter quod bona nauigatio vocatur.

Quamuis igitur talis sit sermo præsens de moribus: tamen tentandum auxiliari. Quod enim perfecte iuuare non possumus ad summum, non propter hoc negligere volumus, sed potius tentando & conando ponemus ipsum in bono quo possumus. Auxilium autem nullum recipit, nisi quod ad minus secundum singulos reducibile est ad rationem rectam, non in vniuersali, sed ad singulos determinatam. Determinabilitas igitur sermonis ad rectam rationem singulorum qualitas secunda est considerata in operationibus generantibus virtutem: cuius qualitatis si contrarium inueniatur, corruptiua erit genere, & nullius boni generatiua. Propter quod dicit Aluicen, quod secundum prudentiam oportet operari operationes per quas assuescimus ut fiat & sit in nobis habitus virtutis.

CAPVT VI.

De tertia & quarta qualitate operationum.

Hoc autem principium est speculandum & principaliter: quoniam talia in quibus nostræ sunt operationes innata sunt & ab indigentia & à superabundantia corrumpi: sed quia hoc in virtutibus animæ non est manifestum, eò quod quædam illarum organicæ non sunt: propterea oportet nos de immanifestis & occultis loquentes, manifestis signis & testimoniis vti sumptis de virtutibus corporalibus: quemadmodum in fortitudine quæ est robur corporis, & sanitate quæ est complexio-nantia & componentium temperantia harmonica, videmus ad sensum. Superabundantia enim gymnasia & deficientia corrumpunt fortitudinem quæ robur est corporis. Gymnasia enim luctæ sunt & pugna, quæ cum labore sunt. In Græco gymnas, Latine luctam sonat: & si lucta multitudine & violentia excedat vires luctantis, cum labor colligatiuus sit, sicut dicitur in lib. de somno & vigilia, liquefcit virtus & spiritus luctantis, & virtus corrumpitur, si omnino deficiat tunc ad membra virtus, & spiritus non extenderetur, & congelabuntur in seipsis, emollesceret luctator & deficeret fortitudo eius. Similiter autem est & in sanitate quæ est quædam temperantia corporis: quia potus & cibus amplius & minus effecti quam sit proportio sanitatis, corrumpunt sanitatem. Quæ autem commensurata sunt sanitati, & faciunt sanitatem si non est, & augent si imperfecta est, & saluant ab alterantibus si perfecta est. Ita ergo & in temperantia & in fortitudine quæ sunt virtutes animæ, & aliis virtutibus moralibus se habet. Qui enim omnia timet & fugit ex consuetudine, & nihil periculorum sustinet, timidus efficitur. Et enim quod protendit spiritum ad aliquid difficile aggrediendum vel sustinendum, retrahitur congelatur spiritus & efficitur timidus. Et qui nihil omnino timet, sed ad omnia pericula

vadit intrepidus ex assidua protensione caloris & spiritus ad ardua & periculosa, efficitur audax præcipiti & stulta audacia. Similiter autem & qui omni voluptate peritur, & neque ab vna recedit, propter assiduum protensionem caloris & spiritus in desiderabilia, efficitur intemperatus dementi & amenti concupiscentia. Qui autem omnes voluptates fugit, quemadmodum illi qui dicuntur insensibiles, similes sunt radicibus arborum vel aliorum vilium vitam miseram sustentantes, & nullum sensum delectationis in humanis habentes. Hoc autem non fit: quia temperantia & fortitudo corrumpitur tam à superabundantia, quam à defectu, à mediocritate autem saluantur. Qualitas igitur tertia in operationibus quæ generant virtutem, considerata est: quod ad medium reducibilis sit, medium (inquam) factiuum & augmentatiuum virtutis.

Quarta vero qualitas est, quod in talibus operationibus non solum generationes & augmentationes & corruptiones fiant virtutum tanquã ex eis & ab eisdem in genere, sed quod etiam operationes virtutum postquam generatæ sunt, in eodem genere erunt. Etenim in aliis manifestioribus & corporalibus virtutibus ita se res habet, puta in fortitudine corporali. Fit enim hæc ex multum cibum sumere, & multos labores sustinere: & factus iam fortis, maxime potest facere. Ita autem & in virtutibus animæ se habet. Ex recedere enim à voluptatibus siue ab excellentiis voluptatum efficiuntur temperati, & effecti iam temperati, maxime possumus recedere ab his voluptatibus. Similiter autem in fortitudine. Assueti enim contemnere terribilia & sustinere ipsa, efficiuntur fortes, & iam fortes effecti, maxime poterimus sustinere terribilia. Sed hæc est differentia, quod imperfectæ sunt operationes virtutis generantes, quamvis ex imperfectione non generent, sed ex actu quæ accipiunt à primo generante, quod est intellectus practicus. Operationes autem virtutem sequentes ab ipsa virtute elicitæ sunt perfectæ secundum formam virtutis. De his autem in præcedentibus satis dictum est.

CAPVT VII.

De quinta qualitate quæ est signum iam generati habitus.

Signum autem oportet facere habitum in generatorum superuenientem voluptatem seu delectationem vel tristitiam in operibus. Qui enim recedit à corporalibus voluptatibus siue delectationibus, & hoc ipso recessu gaudet, est temperatus: qui tristatur in ipso recessu, & absentia delectabilium, est intemperatus: quia voluntate delectabilibus fruatur, quamvis opere molestus recedat. Et qui quidem sustinet pericula, vel ipsa sustinentia gratia boni gaudet vel non tristatur, est fortis: qui autem tristatur, ita quod tristitia deducitur, ut bonum propter quod patitur, periclitari mallet quam tristitias pari ex periculis, timidus est.

Quinque qualitates operationum generantium virtutem.

4.

Necessarium est hic considerare qualiter operationes agenda sint.

1. qualitas.

3. qualitas.

7. 4. qualitas.

5. 2. qualitas.

8. 5. qualitas.

*Virtus moralis
circa voluptates
et dolores
versatur.*

Circa voluptates autem quas habet superfructu præsentia delectabilem, & circa tristitias quas habet in delectabilem absentia, est moralis virtus. Propter voluptatem quidem enim qua frui desideramus, mala operamur, libidine voluptatis allecti. Per tristitias autem quas concupiscimus in absentia delectabilem, à bonis recedimus: eò quod bonum circa difficile sit: & quamvis bonum desideremus secundum rationem, tamen propter sensuum difficultatem recedimus ab ipso: propter quod oportet ad qualitatem virtutis duci confestim ex iuuenibus, ut Plato ait. Habentium enim symbolum facillime est transmutatio. Et ideo prima naturæ habitus facillime transponitur in bonum, quam natura disposita per contrarium. Et ideo oportet ab ineunte ætate & teneris vnguibus & gaudere & tristiari in quibus oportet. Recta enim disciplina hæc est virtutis consuetudinalis: quemadmodum etiam Poëta dicit,

Horatius.

Quod noua resta capit, inueterata sapit.

Habitus enim generatus: eò quod de potentia naturæ educus est, & ideo perfectus, connaturalis & propria perfectio est potentia. Connaturalis autem est propria forma quæ nullo modo impeditam habet generationem. Non enim impeditur nisi ex permixtione potentia & priuationis, quæ priuatio ex contrariis causatur admixtione: & si admisceatur adhuc contrarium, non est perfectus habitus & purus. Ponitur autem esse perfectus habitus & purus. Igitur nulli contrarium immixtus. Cum ergo de se per substantiam sit habitus operatiuus, sine impedimento erit in omni operatione sua: & quia connaturalis est, natura congaudet ut conuenienti & in tali delectatur operatione. Si verò tristatur, connaturalis non factus, sed potius habitus vitij vel passione in contrariam formam natura inclinata est. Et ideo in dissimili è contratio contristatur natura, sicut agrotæ & corrupta. Morales enim virtutes secundum potentias sensibiles infunt. Et ideo oportet harmonicas esse virtutes & operationes ad medium harmonia determinatas: & si excellant & deficient, adhuc corruptunt & naturam & virtutes.

Istæ igitur qualitates in operationibus virtutum considerandæ, quarum prima accipitur secundum operationem relatum ad formam primi generantis secundum actum. Vltima autem secundum compositionem operationis ad virtutem generatam. Tres autem mediæ accipiuntur secundum ea quæ considerantur in ipsa operatione. Si enim consideratur operatio in se secundum possibilitatem quam habet ad formam rationis, est qualitas secunda. Si autem consideratur secundum rationem mediæ, est qualitas tertia. Si verò consideratur secundum similitudinem quæ est in ea secundum conuenientiam formæ primæ generantis ad generatam & perfectam virtutem, est qualitas quarta. Cum enim similes formæ similia sint operationum, & forma generata conueniens sit formæ primæ generantis, sequitur necessario, quod generata virtus ex eisdem operationibus sit secundum conuenientiam formæ, ex quibus generata est secundum for-

mam & actum primi generantis.

Quærit autem fortè aliquis, si ex frequeribus operibus virtus generatur, & frequentia opera diuisa sunt & tempore & substantia, verum diuisa sint quæ in potentia relinquuntur, ex sic diuisis operibus? Si enim diuisa sit virtus, habitus videtur esse constitutus ex multis diuisis & discretis. Si autem vnum sunt & coniunctum: tunc vnum & indiuisum relinquuntur ex multis diuisis tempore & substantia, quod est contra omnem intellectum. Adhuc autem cum operationes omnes vnum sint in forma primi generantis, quod est recta ratio, & eiusdem formæ erit dispositio quod relinquit operatio prima, cum eo quod relinquit operatio secunda & tertia, & sic deinceps, & omnes istæ dispositiones erunt in eadem potentia animæ. Secundum idem ergo in eodem secundum idem multæ formæ sunt eiusdem speciei, quod omnis abhorret intellectus.

Hoc autem secundum præinducta non est difficile soluere. Sicut enim dicit Auicena, in sufficientia, in omni eo quod exit de potentia ad actum in tempore continuo & non subito, est forma post formam secundum esse & esse, & non secundum essentiam & essentiam: & ideo sicut in naturis principia disponentia materiam, frequenter iterantur super naturam, & non diuisa relinquunt secundum eandem formam ad priorem, & dominationem actuum secundum esse & esse educunt, donec in ultimo sui educunt ad perfectum & purum: ita & frequentium operationum rationabile, quod diximus esse seminarium virtutum deductum ad perfectum virtutum: & ideo non relinquunt in substantia diuersa secundum essentias, sed secundum esse tantum: & quia etiam illud esse est imperfecti exsequentis aliquid ad actum, omnia illa esse vniuntur in ultimo & perfecto esse, quod esse est secundum actum purum, & determinatum non est esse existentis in potentia. Quod ergo dicitur, quod operationes tempore & substantia diuisæ sunt, hoc est verum de substantia materiam operationum, sed non est verum de substantia formæ. Omnes enim agunt & generant in substantia & forma primi generantis: & id quod relinquunt in substantia, non est esse & esse quod diuisum sit per formam, sed est esse & esse, ita quod ulterius secundo est in potentia ad sequens & perfectum & determinatum. In potestate autem simpliciter sunt vnum & non multa nisi secundum potentiam. Ex hoc patet solutio sequentis: & secundum hoc non idem secundum idem subiectum erit diuersorum, sed potius vnius & eiusdem, quod secundum continuum tractum de potentia ad actum potentialiter fuit in esse & esse. Et hoc nihil est inconueniens. Hoc enim secundum eundem modum in omni natura est generabilem & corruptibilem.

Dubitatio.

1.

2.

Solutio.

Ad 1.

Ad 2.

CAPVT VIII.

Quod omnis virtus est circa delectationes optimorum operatiua.

9.

SI autem virtutes sint circa actiones & passionem, sicut diximus, ad omnem passionem & ad omnem actum si connaturales sunt, vel ad similitudinem connaturalitatis per consuetudinem redactæ, sequitur delectatio vel tristitia, etiam propter hoc vtique consequens erit virtutem moralem esse circa delectationes & tristitias. Hoc etiam demonstrant poenæ factæ propter delectationes, scilicet tristitia: poenæ enim quædam sunt medicinae. Medicinae autem per contrarium innatæ sunt fieri. Repletus enim vacuatur, vacuus impletur, & infrigidatus calefit, & è contrario, & sic est in aliis. Et ita faciunt legumlatores. Volentes enim ciues à quibusdam delectationibus prohibere, ponunt tristitias ad operationes delectationis per diuersa genera tormentorum: & volentes promouere ad operationes quæ sibi sunt tristes, adiungunt delectationes præmiorum vel laudum: quod non facerent, nisi virtutes essent circa tales delectationes vel tristitias.

Adhuc autem, sicut in antehabitis paulo ante diximus, omnis animæ habitus à quibuscumque operationibus innatus est fieri deterior & melior circa contrarias formas acceptus ad eandem, & circa eandem naturam habet operandi. Propter voluptates & tristitias omnes prauis sunt vel boni, scilicet in prosequendo has vel fugiendo aliquantulum secundum quod non oportet, vel quando non oportet, vel vt non oportet prosequendo vel fugiendo, vel qualiter actione recta rationabiliter determinantur istæ circumstantia. Et ideo Stoici virtutes esse dicunt impassibiles quasdam & quietes quamuis non in totum bene dicant, propter quod simpliciter vel passibiles & quietes, cum virtus moralis non sit passionum ablatiua, sed moderatiua. Non ergo quietes sunt simpliciter vel passibiles, sed secundum quid: quia scilicet pati non permittunt vt non oportet quando non oportet: & quamcumque alia talia de circumstantiis rhetoricis apponi consueverunt. Supponatur ergo virtus esse talis quæ moralis dicitur, circa voluptates vel tristitias insensibiles optimorum operatiua. Malitia virtuti opposita, quæ vitium est, per contrarium malorum est operatiua. Delectationem autem hic vocamus omnem appetitum diffusionem & fructum super id sit reputat conueniens sibi. Tristitiam autem dicimus omnem contractionem appetitus, vel quæ ex absentia talis delectabilis causatur, vel ex presentia contrarij. Virtus enim moralis delectationem & tristitiam moderatiua est & ordinatiua, & ex talibus nata est fieri melior & deterior per contrarium modum se habentibus: nec facit, quod simpliciter passiones non sentiantur, sed quod non sentiantur ad rationis deductionem, & hoc est quod non sen-

*Delectatio
quid.*

Tristitia.

tiantur nisi quando oportet & quantum oportet, & sic de aliis circumstantiis operationum. Virtus igitur quamuis non simpliciter operetur optima: tamen circa illas delectationes, circa quas etiam optimorum est in genere operatiua.

Hoc autem & alia ratione probatur. Fieri enim vtique hoc manifestum etiam ex his quæ adhuc dicturi sumus ex eisdem. Tribus enim existentibus quæ circa electiones attenduntur, & tribus quæ attenduntur in fugis. In electionibus quidem conferente delectabili, & tribus contrariis quæ attenduntur in fugis, malo scilicet, & nocuo, & tristitia, circa omnia hæc quidem bonus secundum omnem virtutem directius est, malus autem peccans. Quicumque enim eligit per rationem eligibilia, disponit & ponderando ordinat quid cui præferendum sit. Hoc autem faciens vel inspicit ad rationem boni simpliciter, vel ad rationem boni sibi vnunc, vel ad rationem conferentis ad vtrumque istorum, vel ad alterum conferentis: aut vel boni simpliciter, vel vt non factiuum, vel contrarij prohibitiuum. Ergo in electione non nisi triplex ratio boni consideratur: boni scilicet simpliciter, & boni delectabilis, & boni conferentis. Et cum fuga non sit nisi mali vel simpliciter, vel sibi, vel adminiculantis ad vtrumque vel ad alterum, oportet quod fugiens in fugiendo, aut considerat rationem mali simpliciter quod opponitur bono simpliciter, aut rationem tristici quod opponitur delectabili, aut rationem nocui quod opponitur conferenti. Omnis ergo virtus quæ est electiua habitus, est circa delectationes boni delectabilis & conferentis, optimorum operatiua, & circa tristitias mali tristici & nocui nihilominus operatur optima, maxime tamen circa delectationem est. Et quia magis difficile est moderari delectationem: communis enim hæc omnibus animalibus est, & in hominibus secundum animalitatem connaturalem radicata, & est etiam communis omnibus quæ sub electionem assequuntur, hoc est, bono delectabili & conferenti. In quolibet etenim horum est delectatio. Bonum enim & conferens delectabilia esse videntur. Bonum quidem ex propria natura, conferens autem in quantum est factiuum boni. Tristitia autem non sic in animali natura radicata est, & nihil sub electione alicuius animalis assequitur. Et ideo facilius est moderari iram quæ nec secundum naturam est nec secundum electionem, quam moderari delectationem quæ in vtroque istorum secundum omnem modum radicata est. Adhuc autem ex puero omnibus nobis delectatio conuenit & non tristitia: propter quod etiam ex consuetudine, & non tantum ex natura arduum est contedere hanc passionem vitæ comparatam.

Adhuc autem quia omnes nostras operationes regulamus secundum delectationes & tristitias: propter maiores enim delectationes & quidem magis & feruentius & instantius operamur, & propter maiores tristitias magis ab operationibus retrahimur secundum omnem viam humanæ conuersationis. Propter hoc ergo necessarium est, quod omne morale ne-

*Difficilius est
moderari delectationem
quam iram.*

gōriūū

gorium sit circa delectationes & tristitias: non enim parum est bene vel male gaudere vel tristiari in operationibus. Delectationes autem & tristitias moderando bene facit habere hominem secundum virtutem: delectationes enim & tristitiæ illate sunt in animam, & exagitant appetitum eius potentiam ad excessum & diminutionem: & cum potentia appetitua sit harmonica & organica, medium delectationum & tristitiarum erit boni naturalis generatum & augmentatum & saluatum, extrema autem corruptua. Medium autem insipici non potest, nisi coniectetur ex extremis: moralis autem virtus coniectans medijs est: igitur circa delectationes & tristitias corporales optimorum operatua.

CAPVT IX.

Quod difficilius est moderari delectationem quam iram.

ADhuc autem difficilius est voluptati repugnare, quam iræ, quemadmodum ait Heraclitus, qui dixit, quod ita quæ cum voluptate est, difficilius expugnatur quam ira simpliciter: quia voluptas quemadmodum fumus quidem multo dulcius est melle stilante in virorum pectoribus, ita ut etiam iram quæ in se amara est, dulce faciat reputari. Circa difficilius autem semper & ars sit & virtus. Facile enim est sub naturæ facultate: difficile autem, quod ultra naturæ facultatem est eleuatum, si debeat esse facile vel delectabile vel saltem non triste, alioribus indiget principijs, quibus natura iuuetur ad facilius, & tales operationes vel delectabiliter vel non tristiter operetur: & ideo bene quod est forte in facili, melius est in hoc quod est difficile. Quare etiam propter hoc quod nunc dictum est, omne negotium virtutis moralis & politicæ totius est circa delectationes & tristitias. Qui quidem enim bene his delectationibus & tristitijs vitatur, bonus erit: qui autem male his vitatur, malus erit. Vltus enim horum in potestate nostra est per operationes quarum nos domini sumus: & quamuis ira & impetu impugnetur & lege, tamen propter nimiam radicacionem delectationis in natura animalitatis & electione, magis difficile est expugnare delectationem quam iram. Dicit enim Ari. quod delectatio legibus non vitatur, nec videnti legibus assimilatur: & ideo à Dionysio demens vocatur: est enim ligans & caeca & demens: ligans quidem ex radicacione, caeca verò ex inconsideratione, in quo vel quando vel quantum delectetur: demens autem ex hoc quod nullus recipit legem vel regulam vel moderationem. Ira autem assimilatur quidem legitus videnti malis, aut videnti legibus quibuslibet vt leges ligant & trahunt, tamen vt malè à se reuocant electionem: & ideo nisi voluptas sit causa iræ, quando, scilicet aliquis irascitur et quod suas impedit delicias, ita facile expugnatur. Mellita autem voluptas vt fumus omnibus

intimis infunditur, vt dicit Heraclitus: & tanquam bitumen & gluten fortissimè omnia interiora virorum sibi tener assignata. Quoniam igitur quidem virtus circa delectationes & tristitias est: & quoniam ex quibuscumque operationibus sit virtus & augetur, ab eisdem non similiter, sed per contrarium modum corrumpitur. Et quoniam ex illis operationibus sit per generationem, circa has etiam iam generata operatur, intantum à nobis dictum sit.

CAPVT X.

Qualiter iusta operantes iusti dicuntur fieri & non esse.

Quæret autem vtrique aliquis, qualiter dicimus, quoniam oportet quidem iusta operantes iustos fieri, & temperata operantes fieri temperatos? Hoc enim irrationabile videtur. Si enim aliqui operantur iusta & temperata, iam videntur esse iusti & temperati. Quemadmodum si aliqui operantur grammatica & musica, grammatici videntur & musici. In talibus enim operationibus operatio formam trahit ab operante: & ideo non forma esse videtur in generatione quæ non est in operante: iusta ergo & casta non sunt, nisi operas iustus & castus sit. Adhuc autem magis hoc videtur esse in virtutibus moralibus, quam in artibus. Virtutes enim morales in appetitu sunt. Appetitus autem immediatus est operationi, quam intellectus. In omnibus autem sic est, quod forma proximi mouentis, actum & operationem ipsius informat: & sic iterum videtur, quod iusta & casta non potest esse operatio, quæ à iusto & casto non procedit appetitu.

Hæc autem solucentes queramus, vtrum vel neque in artibus ita se habet, quod operatio semper sit in forma operantis? Contingit enim grammaticum aliquem facere à casu & alio supposito. A casu quidem quando præter intentionem aliquid grammaticum facit vel loquitur, sicut & Auicem. aliquando loquitur grammaticum. Intentionem autem dico eam, qua aliquis intendit grammaticum facere: præter enim illam multi loquuntur grammaticum quasi per imitationem grammaticorum. Contingit etiam facere grammaticum alio supposito: vt si forte non ad scientiam grammaticam, sed ad exemplar extra adhibitum recta fiat orthographia, vel alio formante voces in aure alicuius grammatica loquitur: in his enim non sequitur quod grammaticum faciens, sit grammaticus. Tunc igitur grammaticus est grammaticus faciens, si grammaticum aliquid faciat & grammaticè. Hoc autem est si secundum eam quæ in ipso est grammaticam, grammaticum aliquid faciat: tunc enim per se facit & non per accidens. Per instantiam est ergo soluta obiectio: non enim sequitur, si iusta faciat & casta, quod iustus & castus sit, nisi iuste faciat & castè. Hoc autem est quando iusta facit & casta secundum eam quæ in ipso est iustitiam & castitatem.

castitatem. Fortè autem & hæc solutio non est sufficiens: neque casu enim, nec alio supposito, nec omnino per accidens iusta & casta operatur, etiam qui iustus & castus non est. Diximus enim quod operatur ab intellectu practico, qui primum formans est in omnibus moralibus, & operatur intendens generationem virtutis: quod non faceret si casu vel alio supposito operaretur. Operatur igitur secundum aliquid quod est in ipso, quod operationes informat. Et similiter est in operationibus grammaticorum & musicorum, quibus dicitur grammatica & musica.

2. solutio.

Aliter igitur soluendum est ad hoc, dicendo quod neque simile est in artibus & in virtutibus. In artibus enim ea quæ ab ipsis artibus fiunt, operationes scilicet & operata bene & optimè habent in eis ipsis operatis & operationibus præter hoc quod aliquid talium sit in operante. Viellare enim & si bene habet & bene & harmonica resonantia in seipso habet & non in artifice: & si est in artifice aliquid de hoc, non est nisi secundum scientiæ determinationem. Et similiter est in gladio vel in alio operato: non enim bene habet gladius ex hoc quod ab optimo artifice factus est, sed ex hoc quod est ex ferro optimo temperato & figura ensis ad incidendum optimè composita: propter quod bene ensis non perit percute artifice. Similiter viellatio bene suum habet ad harmoniam chordarum ex percussione conueniente: propter quod à multis bona sit viellatio, qui tamen rationem reddere nesciunt consonantis harmoniæ: eò quod ex vsu magis quam ab arte operantur. Ars enim cum ratione est principium factuum. Vltus autem in modum naturæ facit quod facit. Et sic patet, quod bene in his quæ fiunt ab arte in ipsis artificiaris est principaliter, & non in artificebus. Sufficit igitur hæc quæ sunt artificiatæ, fieri in tali forma qualiter habentia sunt innata secundum artem, quamuis etiam in artifice non sit bene secundum formam eandem. Quæ autem secundum virtutes fiunt, scilicet iustæ & castæ, non sunt operata iustè & temperatè in hoc quod ipsa operata in seipsis qualiter habeant secundum formam iustitiæ & temperantiæ: sed considerari oportet etiam, quod ille qui operatur, sic se habens qualiter secundum iustitiam, & temperantiæ à quibus virtutibus opera dicuntur qualia. Opera enim iustitiæ & temperantiæ ab habitu sunt temperatiua & appetitiua: propter quod bene earum totum est in operante, & in operationibus non est nisi sicut in signo. Et intendens opera iustitiæ & temperantiæ non intendit ad hoc, quod bene ponat in opere, sed potius quod bene ponat in seipso: & ideo operatio bene non habet nomen quod est in operante. In artificiatas autem nullo modo est simile nisi totum bene artifex ponit in artificiatas ad bene alterius & non in seipso. Quod patet in domo, cuius bene est, quod sit cooperimentum ab imbribus & caninatibus, & conseruatio rei familiaris, & quietas habitatio familiaris. Hoc autem bene totum est in opere & non in operante. In virtutibus autem nullo modo sic est. Opera enim virtutis totum suum bene ponunt in operante, &

in se non habent nisi sicut signa quædam & effectus: & ideo qui operatur iusta & casta, non est iustus & castus, nisi bene iustitiæ & castitatis ponatur in operante.

Hoc autem in tribus est. Principium quidem, quod sciens operetur quæ operatur. Deinde si eligens propter hoc operetur. Tertium autem & si firmè & immobiliter habeat & operatur. Si enim sciens non operetur: tunc principium operationis non erit in ipso conueniente singularia in quibus est actus, sed vel casu operabitur, vel per ignorantiam: & tale quid non potest esse opus virtutis. Si autem non & eligens operaretur (cum omnis electio voluntatis sit) inuoluntarius operaretur: & si iterum non esset dominus operationis illius, sed vel coacte vel ignoranter faceret quod facit. Iterum si non eligeret facere castè & iusta propter ipsum bene castorum & iustorum, sed eligeret ea facere propter lucrum vel laudem populi, per accidens operaretur & per occasionem aliam: & hoc non est perfectum, etiam bene operatum. Adhuc si non firmè haberet & immobiliter operans in habitu castitatis & iustitiæ: tunc tremet potentia operans, in virtute suæ potestatis non sufficienter posita per habitum: iterum imperfecta esset operatio. Adhuc si non immobiliter se haberet operans secundum habitum, vi passionis moueretur, & cum difficultate fieret, & esset opus iterum imperfectum. Cum igitur ex his quinque bene accipiat omne opus virtutis, & omnia hæc quinque in operante sint & non in opere nisi secundum quid, vt ante determinauimus, constat quod bene in opere virtutis in operante est plus quàm in opere, si scilicet sciens, & si eligens, & eligens propter hoc, & si firmè sine tremore potentia, & si immobilis à passione ab opere quod operatur. Hæc enim quinque laudantur in virtutis opere: & cum non laudentur nisi bene, constat quod laudabilitas operationis est in operante & non in opere nisi parum. In artificiatas autem totum est per contrarium, sed patet ex prædictis.

CAPVT XI.

Quod in virtutibus scire ad bene virtutis parum vel nihil prodest.

Hæc autem quinque quæ diximus, ad alias aliquid habere artes non connumerantur præter ipsum scire: non enim laudamus opus in hoc quod ab eligente, vel propter hoc quod est ab eo qui firmè se habet in arte, vel ab eo qui immobiliter se habet in passione: sed solum commendamus in hoc si à sciente factum est, non attendentes vtrum libera electione factum sit, & vtrum propter hoc vel propter aliud factum sit, & vtrum firmè factum sit, vel vtrum factum sit vel ab immobili: secundum passionem vel mobili: quia si etiam omni fluxui subiacet, opus suum bene habet: secundum solum scire quod est in arte. Ad virtutes autem & virtutum opera scire quidem parum aut nihil prodest ad bene & optimè virtutum.

Alia

Alia autem quatuor non parum sed omne possunt: quia alia quatuor adueniunt operanti ex multis operari iusta & temperata. Cum enim moralis virtus de qua hic loquimur, non laudetur ut sapiens vel intelligens vel sciens, sicut diximus in fine primi libri, sed potius ut mitis & humilis, constat quod laudabilitatem & bene quod est in ipsa, non contrahit ab eo quod est scire vel sapere vel intelligere: quia etiam a non sapiente, & non intelligente & non sciente aliquando melius sic: & sic scire nihil confert quantum ad laudabilitatem operis, sed ad hoc quod opus sit, parum confert, tantum scilicet ne ignoratum sit vel involuntarium per ignorantiam: & hoc non est nisi prima dispositio operis ad bene, & valde imperfecta: propter quod & parum scire sufficit ad hoc quantum in simplici conscientia actus & circumstantiarum consistit, quod scire non est scientia nisi secundum quid: nec moralis scientia vocari potest, nec est virtus intellectualis: quia nec magnam considerationem requirit operabilium sine subtilem, sed sufficit qualitercumque considerare: Alia autem quatuor adueniunt ex multis operari: quia (sicut in primo libro dictum est) ex multis conseruari in istis & castis, & amabilia fiunt iusta & casta & ex amore eligibilia, & eligibilia propter seipsa: & ex ipsa frequentia firmiter stans potentia operatiua non tremat ad inconstantes actus, vsualem habitum in modum naturæ retinens firmiter ab ipsa confirmata: ex ipsa etiam frequentia longè recessit à passionibus, & sic quieta est & immobilis, à passionibus non perturbata. Hoc commendamus in opere si quid & quietè & firmè & propter seipsum electione sit operatum. Ab his igitur contrahit virtus & opus virtutis bene & laudabilitatem, quæ omnia in operante sunt, & non in opere nisi secundum quid.

Sciē triplex.

Quod autem quidam aliquando dixerunt, quod triplex est scire, scilicet speculatiuum, & morale, & id quod est scire in particulari, volentes dicere, quod scire speculatiuum est illud quod nihil prodest ad virtutem. Scire autem morale in vniuersali, est scire quod parum prodest. Scire autem in particulari, scire est quod multum prodest. Hoc enim est scire actum & circumstantias in quibus est actus. Dictum vanum est & nihil ad propositum faciens. Quia etiam in artibus scire speculatiuum nihil facit, & scire operatiuum in vniuersali parum facit & fortè nihil in eo qui habet artem ab vsu & non à ratione doctrinæ. Cum igitur hic loquere habeamus ex quo commendabilitas sit in opere virtutis, & ex quo in opere artis, distinctio inducta nihil prodest ad solutionem: propter quod dicit Eustratius, quod iudicium commendabilitatis in virtute ab operante est: iudicium autem commendabilitatis in opere artis in ipso opere est & non operante. Res quidem igitur iustæ & temperatæ dicuntur, quando sunt tales in modo, qualis vtiq; iustus & temperatus operabitur. Iustus autem & temperatus est, non qui hæc operatur tantum, sed etiam qui sic operatur ut iusti & temperati operantur. Illi enim eligentes & propter hoc eligentes & firmè & immobiliter iu-

sta & casta operantur: ex quo igitur totum bonum in operante est, bene dicitur, quoniam ex iusta operari iustus sit, & ex temperata operari temperatus. Ex non operari autem hæc nullus vtiq; sit bonus: nec etiam curabit cura sufficienti, cum nec eligat, nec operetur: quorum vtrumque posset facere si curaret: sed multi hæc quidem non operantur facientes aliquid simile, ac si bene virtutis sit in solo scire. Et idè ad rationem confugientes existimant philosophari de moribus & sic fore studiosi, neglecta electione & operatione, aliquid simile facientes laborantibus in ægritudine aliqua qui medicos audiunt quidem studiosè, non eligentes nec sumentes medicinam, ac si perfectio sanitatis eorum sit in solo scire. Faciunt autem nihil eorū quæ præcepta sunt à medicis. Quemadmodum igitur tales ægroti nunquam bene habebunt corpus ita curati per solum philosophari de medicinalibus: ita nec isti bene habebunt secundum animam tantum philosophantes de moribus.

Dubitatio.

Est autem hic dubitatio de bene quod est in virtute: si enim bene est eligenter & firmiter contingere medium: contingere autem medium non contingit nisi vno modo: & quod vno modo est, non capit intensionem & remissionem: videtur, quod bene virtutis non habeat melius & optimè. Hoc autem ex ipso nomine virtutis videtur. Virtus enim, ut dicit Arist. extremum est in bono: & quod extremum est, aliquid ultra se habere non potest, quia aliter extremum esset extremi, & iretur in infinitum.

R. pensio.

Sed ad hoc dicendum est, quod in veritate propter difficultatem contingendi medium in moribus sufficit iuxta hoc mediū esse, ut dicit Arist. & qui iuxta medium est, proficere potest in melius & optimum. Si autem in ipso est, adhuc dupliciter consideratur medium, scilicet aut secundum proportionem naturæ simplicis, aut secundum proportionem naturæ cum virtute. Et primo quidem modo medium vno modo in eodem operante, licet in diuersis sit diuersimodè. Secundo autem modo medium non stat: quia vtraque est in potentia per sui radicationem & vsu semper magis ferre & magis ferre rationem: maior enim confert facultatem: propter quod diximus, quod operantes iusta & casta, quanto plus operantur, tanto potentiores sunt ad operandum: & sic vera sunt prouerbia quæ dicit Seneca, quod ibi definit esse bonus, ubi definit vel esse vel fieri melior: & ille deficiendi incidit periculum, qui proficendi deposuit appetitum. Iste tamen progressus non est in infinitum: Omnis enim vniuersiusque naturæ virtus tantum habet in quo consistit tanquam in suo facultatis summo & extremo: & propter hoc in antehabitis dictum est, quod non summat simpliciter bonum quærit, sed summum in bono humano. Nec valet quod dicitur quidam, quod medium contingere est multis modis, scilicet secundum vnam vel aliam circumstantiam vel plures vel pauciores: quia nisi secundum omnes tangat, in medio non est, sed iuxta medium. Non enim medium accipitur secundum numerum vel modum circumstantiarum, sed quoad nos: & illud in vno & eodem est vnum & nunc. Nec valet solutio quam quidam ponunt, scilicet quod est considerare virtutem dupliciter, exemplariter ad illud videlicet quod simpliciter est summum bonum & causa omnis boni & secundum seipsum: & dicunt, quod exemplaris profectus virtutis est ad infinitum: quia quantumcumque aliquis proficiat, non adæquabit summum bonum: eò quod hoc ab ipso distat in infinitum. Si autem virtus in seipsa consideratur, dicunt quod profectus eius habet statum. Hoc enim dictum

Stoicorum est, qui virtutes dona deorum esse asserunt, & exempla esse ad exemplaria diuina effecta: & hoc non est verum secundum sapientiam Peripateticorum. Ad hoc autem quod secundum non perueniat ad æqualitatem primi, non est sufficiens causa distantie in infinitum, sed potius, ut dicunt Stoici, imperfectio secundi quod ex hoc ipso quod secundum est, impotens est æquare primum, etiam si non in infinitum distet ab eo quod secundum à primo est per distantiam naturæ sicut imago illius vel resonantia.



TRACTATUS II.

De principiis formalibus per quæ colligitur virtutum definitio.

CAPVT I.

De genere virtutis.



11. Tria in anima, passiones, potentia, habitus.

OST hoc autem quid est virtus scrutandum. Quia igitur quæ in anima sunt, tria sunt, passiones, potentia, habitus, horum aliquid vtiq; erit virtus. Dicimus autem passiones quidem concupiscentiam, iram, timorem, audaciam, inuidiam, gaudium, priualdium quam dicimus tristitiam, pigritiam inducentem, amicitiam, odium, desiderium, zelum quem dicimus esse amorem cum indignatione, misericordiam, & vniuersaliter omnia dicimus passiones quæ in anima sunt, ad quæ sequitur delectatio vel tristitia in constrictione cordis vel dilatione: hæc enim ipsi motibus cordis se ostendunt animam alterare, & passiones sibi inferre. Potentias autem dicimus secundum quas per naturam passibiles dicimus eorum quæ inferunt passiones & passionum illatarum, puta secundum quas potentes sumus irasci & tristari & misereri, & sic de aliis quæ numerata sunt. Habitus autem dicimus secundum quos in ipsis potentiis existentes bene vel male nos habemus ad passiones vel passionum motus siue alterationes, puta ad irasci male nos habemus secundum habitum vitij. Si autem mediè habebimus nos ad irasci & quantum & cui & quando oportet, bene habebimus nos secundum habitum virtutis. Similiter autem est & ad omnia alia quæ in genere passionum enumerata sunt. Omnia enim quæ in anima sunt, ad ista tria deducuntur. Anima enim per definitionem proprium principium & causa est vitæ. Vita autem est in operationibus vitæ. Quæ igitur in anima sunt ut anima est, oportet quod principium vitæ sint secundum ali-

D. Alb. Mag. lib. 1. Ethic.

quem modum. Ista autem non possunt esse nisi tria, scilicet aut enim sunt imperfecta ad vitæ opera, inclinationem tamen habentia ad ea, & sic sunt potentia animæ ipsi naturales & primæ passibiles: aut sunt perfectionem accipientia. Si autem accipiunt perfectionem, non possunt accipere nisi ab efficiente vel forma. Efficiens autem & mouens passio est vel passibilis qualitas inferens vel illata. Inferens enim mouens primum, & illata mouens proximum. Potentia enim imperfecta nunquam mouetur & operatur nisi per actum mouentis. Et hoc est quod dicit Aristotel. quod in talibus actus præuij sunt potentis secundum rationem diffinitiuam, & actus actiuorum, & sic sunt in patientibus & dispositis. Si verò perfecta sit potentia per formam, forma illa erit habitus. Nec plura possunt esse in anima secundum quod ipsa est principium & causa operationum vitæ. Hanc enim definitionem Arist. dicit diffinitione animæ quæ dicit quid & propter quid; quæ est diffinitio sicut demonstratio & non sicut conclusio, & quæ non differat à demonstratione nisi positione tantum: Et si queritur, vnde venit diuersitas potentiarum, ad propositum non pertinet: & quatenus sufficit huic doctrinæ, in præhabitis de primo libro determinatum est.

12.

Passiones quidem igitur non sunt virtutes neque malitiæ. Cuius ratio prima est: quoniam secundum passiones neque prauum dicimur, nec studiosi. Omnis enim homo & prauus & studiosus aequaliter viuit in passionibus: Secundum virtutes autem & malitiæ & prauum dicimur & studiosi: Virtus igitur & malitia in passione non est sicut in genere.

1. ratio.

Secunda ratio est: quia secundum passiones quidem neque laudamur neque vituperamur. Non enim laudatur qui timet quocumque timore, neque laudatur quicumque irascitur quacumque ira: neque vituperatur qui simpliciter quacumque ira irascitur, vel timet quocumque timore: quia sic omnis homo &

1

laudaretur

landaretur & vituperaretur. Secundum virtutes autem & malitias laudamur & vituperamur. Virtus igitur & malitia in passione non est sicut in genere.

3. ratio.

Adhuc autem tertia est, quod irascimur & timemus non sponte sue ex propria electione. Cum enim ira sit repulsio contrarij, & hoc vniuersale sit omni rei, nõ est in electione nostra. Similiter naturale est fugere contrarium quod est timor: pari ergo vniuersaliter non est in electione nostra. Virtutes autem & malitia vniuersaliter electiones quædam sunt vel non sine electione: quia etiam prudentia quæ cognitio operabilium est, non sine electione est. In eligendo enim magis sequitur spontaneum arbitrium, quam eligibilium rationes. Sequitur igitur iterum virtutes & malitias in genere passionis non esse.

4. ratio.

Adhuc quarta ratio est: quia secundum passiones quidem moueri & alterari dicemur. Secundum virtutes autem & malitias non dicimur moueri & alterari, sed aequaliter disponi ad alterationem & motum quem inferant passiones. Propter has igitur rationes virtus in genere passionis esse non potest.

13.

Virtutes non sunt potentia.

Propter eandem autem virtutes non sunt in genere potentia: quia propter posse pati simpliciter quacumque possibilitate, neque boni dicimur, neque mali, neque laudamur, neque vituperamur. Secundum autem virtutes & malitias boni sumus & mali, & laudamur & vituperamur: & ad hoc potentes sumus & mali, & laudamur & vituperamur: & ad hoc potentes sumus ex natura, boni vel mali non efficiuntur ex natura. Diximus autem de hoc prius in huius secundi libri principio.

14.

Virtutes sunt habitus.

Si igitur neque passiones sunt virtutes, neque potentia, ex sufficienti enumeratione partium diuisionis inducta relinquatur, quod virtutes sunt habitus. Quod quidem genere virtus est, dictum est, quia est habitus. Si enim esset in genere potentia vel passionis, quæcumque potentia vel passioni generaliter conueniunt, conuenirent etiam virtuti: eò quod genus secundum omnia conuenientia sibi per se est in qualibet specie: cum igitur virtutis bene totum sit in anima operantis, oportet quod virtus sit eorum quæ sunt in anima: & sic relinquatur, quod ut habitus sit in anima.

CAPVT II.

Quod virtus est habitus bonus.

15.

Oportet autem non solum dicere sic simpliciter & sine additione quomodo virtus est habitus. Sed oportet etiam dicere qualis quidem sit habitus per differentias distinctiuas. Dictum est igitur generaliter secundum Socratem, quoniam omnis virtus cuiuscunque vtique fuerit virtus, & id cuius est virtus, bene habens perficit, & opus eius bonum reddit. Quod patet per inductionem tam in partibus organicis animalium, quam in ipsis animalibus perfectis, puta oculi virtus & oculum stu-

diosum, hoc est, bonum facit, & opus eius bonum reddit. Oculi enim virtute bene videmus. Similiter & equi virtus & equum studiosum, hoc est, bonum facit ad currendum si curtilis est, & ferendum assefforem suauiter si plesfidus est, & ad expectandum bellatores si dextrarius est. Si vtique hoc in omnibus ita se habet, sequitur quod & hominis virtus erit vtique habitus; ex quo bonus homo fit & a quo suum opus bonum reddit. At principio enim diximus, quod ex vltimo & extremo sui vnumquodque perficitur secundum suum maximum & optimum posse: & nisi illud adipiscatur, non potest agere secundum seipsum perfecta actione, sicut apparet in oculo, in quo primo humores complexionantur & complexionati adunantur & per digestionem terminantur, & myringæ componuntur ad complexionem debitam & figuram & substantiam puritatem, & vis visiva hæc omnia continens & perficiens per spiritum visiuum influitur, quo habito oculus tamen primo potest agere secundum seipsum & propriam operationem, & tunc primo dicitur bonus & bene habens oculus. Similiter est in equo & in omnibus, quod id quod addit ei vltimam perfectionem ad opus & ad esse, confert ei bonum & bene. Similiter igitur erit in homine secundum animam & secundum omnes potentias eius, quod id quod vltimo additur ad perfectum, facit eum bonum & bene habere in opere. Hæc autem sufficienter probata sunt in primo libro: & facit quidem secundum quod est extremum bene, potentia autem habere in opere secundum quod est principium operum. Virtus enim de se principium dicit formaliter operatum. Per hoc igitur quod vltimum in esse ad quod omnia alia ordinantur, facit bonum & est bonum. Per hoc autem quod est principium agendi secundum seipsum, bene facit in opere. Ex quo patet quod antediximus, quod ferè totum bene operationem in operante est. Est igitur virtus bonus habitus bonum faciens habitum & opus eius bonum reddens.

Et si obiiciatur quod Auicenna dicit, quod virtus non determinatur nisi ad opus sicut & natura: & idem qui diffinit eam secundum esse absolutum, peccat: propter quod nos etiam in præcedentibus ostendimus, quod virtus est aliquorum: & secundum hoc hic non videmur debere dicere, quod virtus est quæ bonum facit habentem eam, sed simpliciter, quod virtus est bonorum operatum. Sicut & naturam diffinientes, dicimus quod natura est principium motus in quo est per se & non secundum accidens: eò quod natura & virtus principium est, & non res absoluta. Ad hoc diximus, quod natura & virtus duo in se habent de necessitate, scilicet quod vtrumque eorum virtus quædam est & principium agendi: & in quantum forma est, ad subiectum habet operationem & sine subiecto esse non habet. Et hoc notat Aristoteles quando dicit, quod natura est principium motus & quietis in quo est. Quod autem principium agendi est, hoc habet in quantum natura & virtus est. Ex genere ergo habet comparisonem ad subiectum, ex differentia verò contrahente, quod est agendi

Obiectio.

Responsio.

1. Physico. tex. com. 3.

agendi principium. Et ideo volentes dicere quicquid est in virtute in eo quod virtus & forma est, dicimus quod vt est forma, bonum facit habentem, & vt est virtus, bonum reddit opus. Quod autem dicit Auicenna quod peccat qui virtutem diffinit vt absolutum, idem dicit, quod diffinitio datur speciei. Species autem a differentia contrahente constituitur: per hanc differentiam virtutem diximus esse principium operationum. Redeuntes ergo ad propositum dicimus, quod hominis virtus vt homo est, & secundum se & omnes partes eius bonum facit hominem, & opus hominis vt homo est bonum reddit. Qualiter autem hoc erit, quod virtus sit talis habitus, iam quidem diximus in grosso. Adhuc autem & hoc erit manifestum subtili & propria manifestatione, si speculati fuerimus qualis quidem est natura ipsius, ex qua habet, quod & bonus est habitus, & quod extremum est in posse.

CAPVT III.

Quod virtus est medium.

16. In omni continuo & diuisibili inuenitur plus, minus, & æquale.

17.

Medium est duplex.

AD intelligendum ergo qualiter virtus bonus est habitus, oportet nos inuestigare causam bonitatis ipsius. Dicimus ergo, quod in omni vtique continuo & diuisibili quod secundum sui naturam diuisum est, & hoc non est nisi discretum, est accipere hoc quidem plus, hoc vero æquale, hoc autem minus: & hoc accipere vel secundum ipsam rem absolute, vel ad nos comparatam secundum proportionem.

Inter hæc autem tria æquale medium quidem est superabundantia, & defectus. Dico vtique rei quoddam medium esse quod inter excedens & excessum æqualiter distat ab vtroque extremorum, & hoc medium vnum & idem omnibus & apud omnes. Ad nos autem medium, quod secundum vtramque proportionem & ordinem ad bonum secundum nos neque abundat neque deficit. Hoc autem medium non vnum omnibus nec apud omnes. Puta exemplum in medio secundum rationem est, sicut si decem dicamus multa esse quæ determinata & non infinita sunt multitudinis: duo autem dicamus pauca quæ iterum determinatam habent paucitatem: tunc arithmetice loquendo sex media accipiunt esse secundum rem, quicunque naturam medij arithmetici cognoscunt. Sex enim æqualiter excedunt duo, & exceduntur à decem. In quatuor enim excedunt, & in quatuor exceduntur. Hoc igitur medium secundum arithmetice proportionem. Quamuis enim etiam medium sit secundum geometricam proportionem: tamen quia hoc non verè in quantitate medium est, sed tantum similitudine proportionum, & in quantitate sit dissimile, non omnino habet medij rationem perfectam: & idem de illa exemplum ponere volumus. Oportet enim, quod omne medium quod secundum aliquod medium est, ab eo quod simpliciter

D. Alb. Mag. lib. 1. Ethic.

medium est, accipiat medij rationem. Sicut esse secundum quid oritur ab eo quod est simpliciter, sicut imperfectum à perfecto: & id quod est, ad alterum ab eo quod est secundum seipsum. Hoc igitur est medium secundum rem.

Quod autem ad nos est medium quod est medium alicui, & secundum aliquid, non omnino ita sumendum est, sed potius secundum proportionem quandam ad illud. Non enim si alicui cuiuscunque demonstrato decem minas comedere est multum, eidem autem duas comedere est paucum, propter hoc magister perfecte sciens quid vnicuique sufficiat in comedendo, præcipiat sex minas dare. Quamuis enim decem multum sit, & duo parum foret Socrati, non propter hoc sex comedit: quia forte tria sufficiunt vel quatuor vel quinque, vel forte septem exigit vel octo vel nouem secundum proportionem potentia suæ in comedendo ad hoc quod corpus nutriat & vires retineat & opus perficiat. Vnde etiam sex forsitan est multum, vel paucum. Miloni quidem paucum est sex comedere propter magnitudinem corporis: quia pluri indiget nutrimento, vt vires retineat, & opus gigantis perficiat. Dominatori autem gymnasiolorum sex comedere est multum: gymnasium enim lucta est, in qua comprimi oportet luctantem & insilire & recedere posse & apprehendere: quorum nullum facere potest, nimio cibo prægrauatus, sed exigit cibum ex quo simul habeat & corporis nutrimentum & membrorum habitilitatem & agilitatem. Similiter autem in cursu & in palæstra. Cursor enim tantum quatit cibi quantum sufficit ad naturam & cursum peragendum: & similiter qui excitatur in palæstra, militiae datus exercitus. Palæstra autem, vt dicit Vitruuius, ædificium fuit triangulum, columnis suis ordinibus columnarum distinctum, in quo vna parte stabant probatores tyronum, in altera verò parte tyrones lancearum & gladiatorum sustinerunt & intulerunt ictus. Qui ergo in talibus sunt exercitiis, & qui non sunt ad vnam quantitatem cibi in potestate comedendi & ad vnam qualitatem cibi reduci non possunt. Ita vtique in omnibus omnis homo bonum sciens, superabundantiam & defectum fugit tanquam sibi non proportionata: medium autem tanquam proportionatum quatit & desiderat. Medium autem hoc non est quod rei medium, sed quod ad nos est medium.

Milo enim de quo fecimus mentionem, sicut dicunt veteres Crotoniates, athleta fuit, qui tanta fortitudine alios excellebat, quod taurum in humeris portans sine interpositione quietis stadium pertransiuit: & cum esset Pythagoricus philosophus ad quem alij compli-losophi conuenissent, partem domus quæ riuam minabatur cum iam inclinata esset ad cadendum, ipse subintrans excepit & suffulsi, & sic eos qui intus erant, educens saluauit. Dicunt etiam, quod trunco quodam iacente in sylua, magno quidem & nodoso, quem multi findere tentauerunt fixorij instrumentis & impulsis, tandem post multum laborem nec ipsa fixoria quæ infixæ erant extrahere poterant.

Gymnasium.

Palæstra quid.

Milo quis fuit, & opera eius.

poterant. Milonem tandem accessisse & hiltam tractu manuū & impulsu pedum ampliasse, quod fixoria ceciderunt: sed truncum perfectè findere non poterat. Dicunt etiam, quod iste in sex olympiadiibus continuè sine interpositione decertans vicit: in septima autem olympiade quam accepit, quendam suum concinem Crotoniatem scilicet nomine Mafichenum ætate iuuenem non vicit, non ex defectu, sed quia ille stare propè voluit. Hic idem Milo chordam vel corrigam fronti circumligauit velut coronam, & retinens intra se spiritum, impulsus spiritus implens venas sanguine chordam fregit, ac si esset de papyro. Dicunt etiam, quod eo dimittente brachia vique ad cubicum ad latera corporis, & inferiores partes brachiorum à cubito extendente antè in directum, digitis omnibus compositis in vola. manus ad pugnam solo pollice erecto sursum, ita quod pollex alios digitos non compressit, nullus vnquam inuentus fuit qui per vim minimum digitum dirigeret in manu clausa. Tandem à quibusdam inimicis suis inualidis laqueo in abscondito posito captus cecidit, & à concurrentibus inimicis interfectus, cæna factus bestiis & auibus, vt verum sit, quod gigas non saluabitur in multitudine virtutis iua.

Duplex ergo medium est: vnum simpliciter, & vnum quoad nos. Et id quod quoad nos est, inspectio est mediij quod est simpliciter, & ex inspectione illa coniecturatum est mediij ipsius per rationem. Diximus enim in antehabitis, quod rationale est dupliciter: rationale simpliciter, & rationale participatiuè. Rationale simpliciter, perfectum est. Rationale autem secundum quid, imperfectum est, & de se coniecturare non potest: & idè indiget exteriori, ad cuius proportionem commensuratur vt mediij nomen accipiat. Coniecturans autem secundum proportionem ad illud est ratio quæ simpliciter ratio est: & cum secundum rem adæquare non possit medium, medio adæquabit secundum proportionem in ratione mediij & non in re. Proportio autem illa est excedere & excedi, sicut patet antehabitis.

Est autem dubitatio, vtum virtus sit medium? cum sicut dictum est, sit circa delectationes & tristitias: & delectatio (sicut dicit Arist. in nono ethic.) sit indiuisibilis & non in tempore, sicut nec videre est in tempore: & quod indiuisibile est, non habet plus nec minus nec medium: videtur quod virtus non sit medium in delectationibus & tristitiis.

Præterea. Si medium est quoad nos, oportet quod prima mensura mediij in nobis sit, ad quod mensuratur medium in delectatione & tristitia. Queratur ergo, quid illud sit? Iam enim habitum est, quod medium simpliciter & medium rei est illud quod est prima mensura omnium mediiorū. Si ergo habet etiam intrinsecus mensuram, tunc oportet vnum & idem duo habere mensuram, quod omnino inconueniens est secundum naturam. Si fortè diceretur, quod delectatio non est indiuisibilis, sed contingit delectari plus & minus & quantum oportet: ex ipsa delectationis diuersitate accipimus probationem Arist. & probabimus in-

diuisibilem esse per demonstrationem sicut & generationem. Non enim delectatio est, vt dicit Dionysius, nisi in omnino conuenienti: omnino autem conueniens non est, nisi quod connaturale est & proprium secundum propriam operationem non impeditam. Hoc autem in motu esse non potest: ille enim motus alteratiuus esset: nihil autem alteratur nisi diuisibile: quod autem diuisibile, connaturale proprium non est. Si igitur connaturale & proprium est, non est in alteratione, sed est in alteratum esse ad perfectam similitudinem & proprietatem, sicut & in naturis generatio finis est alterationis, in quo alteratio est in alteratum esse: quod autem est in eo quod mutatur secundum quod est in motum esse, diuisibile est: delectatio igitur indiuisibilis est, sicut dictum est, plus & minus & medium non habet.

Ad hæc & similia satis conuenienter respondet Eustratius: & dictum suum redit ad hoc, quod nihil prohibet aliquid indiuisibile esse simpliciter, & diuisibile esse quodam modo & per accidens, scilicet per aliud quod aliquid est ipsius. Sic & ipsa generatio, quæ in quantum acceptio formæ substantialis est, simplex est: quia sic finis motus est. In quantum autem per exitum de potentia ad actum in toto motu alterationis diffusa est, in infinita diuisibilis est. Adhuc autem in quantum ipsa generatio completio partium est generati, in multa partibilis est. Adhuc autem in quantum tempore mensuratur, per motum & magnitudinem motam diffusa, diuisibilis est valde. Per omnem eundem modum consideratur delectatio & tristitia: hæc enim prout est in fieri, per totum motum alteratiuum passionis diffusa est. Similiter in delectante per partes potentiales per totum participatur vel simpliciter vel per redundantiam, & ratione vtriusque tempus habet se mensurans, & ratione actus multos habet modos. Similiter ratione materiæ circa quam est delectatio, multas habet proprietates. Et quia in locis sunt delectabilia, sicut & delectas ex parte, vbi multas habet diuersitates in quibus omnibus est plus & minus & æquale, ratione quarum delectatio habet diuisiōnem.

Et quod queritur, quid sit medium mensuras dicendum, quod primum mensurans dupliciter accipitur. Est enim primum simpliciter, & primum in hoc genere vel illo. Et oportet necessario dici, quod primum simpliciter est, ad quod prima ratio sumitur mensurandi: & hoc est medium rei. Primum autem in genere, primum est, quod in hoc genere mensuratur: & hoc in homine secundum ordinem ad humanum actum & ad humanum bonum, est prima potentia ad virtutem secundum rationem quæ est simpliciter, vel secundum participationem: ad illius enim possibilitatem omnia alia mensurantur. Quamuis ergo non sit possibile, quod duæ vel plures sint mensuræ vnus & eiusdem æquæ primæ: tamen nihil prohibet duas esse mensuras: vnā primam, & alteram in genere & proximam. De operatione autem idem dicendum est propter duas causas, quarum vna est, quod operatio circa passiones in forma est qualitatis

qualitatis passionis: & idè diuiditur diuisione passionis. Secunda autem est, quod operatio in motu vel non sine motu est: tæpūs autem motui adiacet: & idè operatio in diuisione motus & diuisione temporis diuiditur.

CAPVT IV.

Quod virtus non tantum est mediætas, sed etiam coniectura mediij.

18. Omnis autem scientia artis respiciendo ad medium, opus suum bene perficit, in medium quantum potest ducens opera artificata. Cuius signum est, quod vulgari ter confueuerunt dicere quando bene se habent opera artificata, quoniam neque auferre, neque apponere est aliquid. Hoc autem dicunt quasi superabundantia quidem & defectus ipsam bene corrumpant in artificariis, & hæc supermedietas ipsam bene saluet. Si autem boni artifices ad medium respicientes, quod (vt diximus) nec plus nec minus habet, cuncta operantur: quod tamen minus videtur, quamuis ex hoc artes certitudinem contrahant: virtusque omni arte certior est & melior, quemadmodum natura certior & melior est arte: sequitur necessario, quod virtus mediij coniectrix est. Hæc autem dico de morali virtute, & non de intellectuali. Moralis virtus circa operationes & passiones: passiones autem & operationes habent plus & minus & æquale, sicut iam dictum est, puta timere, & audere, & concupiscere, & auerri per indignationem, & irasci, & misereri, & vniuersaliter loquendo delectari & tristari secundum omnia in quibus est delectatio & tristitia. Plus autem & minus vtraque non bene sunt. Medium autem quod est quando oportet & in quibus & ad quos & cuius gratia & vt oportet & vt optimum est: & hoc est in virtute. Et similiter autem circa operationes est & superabundantia & defectus & medium. Operationes enim animæ sunt motus, quorum nos domini sumus ad perficiendum vel impediendum vel tenendum in delectationem vel tristitiam. Virtus autem moralis circa passiones vel tristitias est, in quibus quidem superabundantia vitiosa est & defectus vituperatur: medium autem laudatur & dirigitur: virtus autem vtrumque habet, scilicet laudem & directionem: virtus igitur mediætas est quædam coniectrix existens mediij. Ars enim certitudinem non habet nisi ex imitatione naturæ. Propter quod Arist. dicit, quod ars naturam imitatur. Probatur autem est de natura in libro de memoria & reminiscencia, quod natura nec abundat superfluis, nec deficit in necessariis. Natura igitur certa est contingendo medium: propter quod nec digitum sextum facit in manu, nec quatuor contenta est. Ars igitur imitando naturam medium necesse est contingere, sicut & prouerbiū superius inductum ostendit. Virtus autem in medio est, natura quidè incertior, & certior arte: èd quod sicut Tullius dicit, virtus moralis naturam imitatur, & in modum naturæ inclinatur. *D. Alb. Mag. lib. 1. Ethic.*

in medium, quod ars non facit. Ars enim perfectionem inuestigat medium, quod vt certum semper natura contingit. Virtus autem subiectum quidem rationale habens vel simpliciter vel secundum participationem, & habitus existens in modum naturæ tendendo in medium, imitatur naturam, & ex subiecto coniecturando conuenit cum arte. Plus ergo conuenit cum natura, quam ars, & sic certior est, quam ars: præcipue cum illud quod formale est in morali virtute, in modum naturæ sit: & id quod coniecturale est, parum & parum sit, sicut in antehabitis dictum est, quod non nisi determinat actum, & quibus circumstantiis est actus. Patet igitur, quod virtus arte certior est in contingendo medium. Patet etiam, qualiter virtus coniectrix est mediij.

Hoc autem quidem negant dicentes mediū non esse nisi intermedium extremorum. Vnde cuius extrema non sunt, medium non est: extrema autem omnia finita sunt: quod enim infinitum est, extremum non habet. Si igitur ponamus extrema fortitudinis quæ sunt abundantia audaciæ & defectus, & abundantia timiditatis & defectus: & abundantia audaciæ non stat in aliquo vno ultra quod non possit plus. Similiter & abundantia timiditatis, & eodem modo de defectu audaciæ & defectu timiditatis. Extrema ergo finita non sunt infinitorum autem non est accipere mediū. Virtus igitur nec medium videtur esse, nec coniectrix mediij.

Et ad hæc quidem responderi posset, quod hæc obiectio non procedit: èd quod non hæc querimus medium secundum rem, sed quoad nos. Medium autem secundum rem inter extrema finita est: quoad nos autem medium non oportet, quod habeat extrema finita. Sed hæc responsio non sufficit quæstioni: quia per eam non scitur qualiter virtus in mediætas sit consistens & coniectrix mediij. Propter hoc dicimus, quod medium quoad nos nullo modo potest dici medium per participationem vel compositionem extremorum: nec etiam medium quod sit inter extrema siue per distantiam siue per alium modum appropinquationis ad vnum extremorum & elongationis ab altero. Nec medium sumi potest per aliquam comparationem ad extremum: èd quod extremum nullum sit in eo quod est infinitum. Si autem medium esset per compositionem vel participationem extremorum, medium virtutis de necessitate esset compositum ex duabus malitiis, quod valde inconueniens est, cum virtus sit simpliciter bonum & optimum & simpliciter bonum in ordinatorum genere ad ipsam. Si enim verò medium esset intermedium duarum maliciarum per æquidistantiam, per maiorem recessum ab vno & accessum ad alterum necessario sequeretur (cum omne quod mouetur, prius sit in medio, quam in extremo) quod ille qui mouetur de malitia in malitiam, in medio motus esset in virtute, & esset virtuosus & bonus, quod valde inconueniens est. Adhuc autem si diceretur, quod medium esset per abnegationem extremorum: cum omnis negationis causa sit affirmatio: omne enim quod negatur de aliquo, propter hoc

negatur, quod oppositum illi vel disparatum affirmatur de eodem: oportet ergo, quod malitia positæ essent & determinatæ & finitæ quæ abnegarentur de illo: sicut neutrum medium dicitur esse inter masculum & femininum: quia est informe neutrius formam habens. Malitiæ autem omnes secundum quod malitiæ sunt, infinitæ sunt, & non stant unquam in aliquo sicut in extremo. Per abnegationem ergo illarum non accipitur medium. Relinquitur ergo, quod extrema accipiantur ad medium, & medium non ad extremum. Nihil enim determinatum est nisi medium in bono: & extrema iterum ad medium non dicuntur extrema, quia non habent ultimum: sed dicuntur abundantia & defectus super medium vel à medio: quorum tamen utrumque est infinitum in abundantando & deficienti.

Hoc ergo modo extrema dicuntur elongationes in medio: medium autem dicitur per participationem extremorum, vel interpositionem, vel determinatam vel infinitam abnegationem. Et si dicuntur per elongationem à medio: cum una sit elongatio distantium terminis differens, sicut elongatio inter a. & b. tanta est ab a. in b. quanta à b. in a. sic medium elongatur à distantibus, & per negationem talis elongationis à proportione medij quoad nos medium dicitur in virtute. Multa enim sunt media quæ non per participationem dicuntur extremorum, sicut medium in artibus, quod nec plus nec minus habet: quod non intelligitur, quod nec plus nec minus habeat de utroque contrariorum, sed potius quod nec plus habeat de abundantia & defectu super medium: quæ tamen abundantia & defectus infinita. Et sic est medium natura. In continuis intermedium quidem est in proportione spatij & motus & temporis: & tamen non est compositum ab extremis secundum rem: quamvis rationem habeat utriusque extremorum in quantum est principium & finis. Similiter medium in discretis quod maximè est medium, non est nisi quod excedit & exceditur: & si aliquid addatur ei de extremis, iam medium non erit: septem enim non sunt media inter decem & duo, similiter nec quinque. Sed verum est, quod dissimile est, quod extrema in discretis posita & determinata sunt. In moralibus autem sunt elongationes infinitæ: & penitus indeterminate, non quidem ab extremo, sed à medio. Et hoc est quod dicunt grammatici, quod malum, peius, pessimum, non comparatur per accessum ad summum malum, sed per infinitum à bono recessum. In circulo etiam medium quamvis habeat extremum circumferentiam, tamen non componitur ex circumferentiâ una & alia parte, sed potius per æqualem à circumferentiâ elongationem. Et propter quod si quantitas elongationis circumferentiæ determinari debeat, determinatur per centrum, dicendo, quod tanta est circumferentia, quanta est circūductio semidiametri, cuius punctus immobilis in centro, mobilis circūductus describit circumferentiam: & elongatio hæc secundum potentiam non est finita, cum tamen medium semper æqualiter distet. Si enim demus semidiametrum protra-

hi in infinitum ex una parte qua habet punctum mobile, eò quod omnis recta linea protrahitur in infinitum in continuum & directum, ut dicit Euclides, erit centrum semper æqualiter distans. Elongationes autem ab eò erunt in infinitum non tantum per multiplicationem linearum à centro exeuntem, sed etiam cuiuslibet elongatione linearum.

CAPUT V.

De causa propter quam virtus est in bono, & propter quam est circa dissimilimum, & de conclusione & collectione diffinitionis virtutis.

ADhuc autem ex prædictis patet, quod peccare quidem multis modis contingit. Malum enim ut Pythagorici existimauerunt, in sicutia est infiniti: in qualibet enim elongatione infinitum. Bonum autem in sicutia est finiti: dirigere enim non est nisi uno modo, sicut patet per antedicta. Ideò malum quidem est facile: bonum autem difficile. Facile quidem non est contingere signum siue punctum medium: hoc enim contingit per omnem modum elongationis à medio. Difficile autem valdè est contingere medium: hoc enim non contingit nisi uno modo, per rationem scilicet circuli æquilateri, & per suppositionem, scilicet quod linea recta à centro ad circumferentiam protrahat sine æquales. Patet igitur, quod malitiæ quidem sunt tam superabundantia quam defectus. Virtus autem est medietas per hanc quæ dicta est medij proprietatem. Boni quidem enim sumus simplici & uno modo. Mali autem sumus omnifariam. Quæ omnia patent ex prædictis, quod per omnem modum elongationis à medio sumus mali.

Est ergo virtus per diffinitionem habitus electivus in medietate existens quoad nos determinata ratione, & ut vique sapiens determinabit. Et per hoc quidem quod dicitur, habitus, ab his quæ dicta sunt in anima passionibus & potentiis separatur. Per hoc autem quod dicitur, electivus, ab habitibus intellectualibus separatur, qui nihilominus per virtutem electionis operantur, sed omnis virtus eorum est in ratione & syllogismo. Per hoc autem quod dicitur, in medietate existens, quod intelligitur in medietate duarum malitiarum, separatur à quibusdam passionibus, quæ licet medietates habeant, tamen non sunt medietates duarum malitiarum, sicut verecundia & nemesis. Quia quamvis verecundari sit quantum & ubi & quando oportet: tamen multum verecundari non est malitia, & sic medium duarum malitiarum. Quod autem dicitur, medium quoad nos, dividit virtutem ab his quæ media sunt secundum rem. Quod autem dicitur, determinata ratione, virtutem dividit à malitia: quia licet malitia ab electione fiat, tamen non sic determinata ratione, sed vel errore rationis,

rationis, vel quia ratio succumbit. Quod autem ultimo ponitur, ut vique sapiens determinabit, completivum est diffinitionis. Sapiens est enim de singulis prout res se habet reddere rationem: & quia medium in singulis variatur, oportet quod per sapientis determinetur rationem.

Ex his igitur patet, quod finitum sit causa boni: eò quod in moribus nihil finitum est nisi medium: virtutem in medio esse, causa est virtutem bonum habitum esse. Virtus autem medietas est duarum malitiarum: unus quidem secundum superabundantiam dictæ, alterius autem secundum defectum. Et adhuc ad virtutem comparate quasdam quidem malitias necesse est desicere: quasdam autem superabundare à medio quod est in eo quod oportet & quando & ubi, tam in passionibus, quam in operationibus. Virtutem autem constat medium & invenire & eligere. Propter quod secundum substantiam diffinitionem quidem & rationem quid esse dicentem, virtus est medietas. Secundum optimum autem & bene virtutis, virtus est extremitas. Ex prædictis enim patet, quod virtutem esse in medio, causa est, quod virtus sit finiti: & virtutem esse finiti, causa est virtutem esse in ratione boni & optimi, quod solum est extreme forma & situ & ratione determinatum in optimo. Virtutem ergo esse in medio, causa est virtutem esse in extremo secundum bonum & optimum: & cum hoc sit humanæ potentie difficillimum & ultimum: ultimum autem potentie sit virtus, sicut iam superius habitum est: virtutem esse in medio, causa est virtutem esse virtutem. Optime ergo determinata est virtus per hoc quod est in medietate consistens habitus.

CAPUT VI.

Quod non omnis passio vel operatio suscipit medietatem.

NON autem omnis suscipit operatio, neque omnis passio medietatem. Quædam enim mox nominata, in ipsa nominis ratione connotata & excepta sunt cum malitia, puta gaudium de malo, inuerecundia, & invidia in passionibus: in operatione autem adulterium, furtum, homicidium. Hæc enim omnia & quæcumque talia dicuntur secundum se ipsa, sunt mala, ita quod in ipsa nominis ratione malitiam concipiunt. In talibus superabundantia ipsorum & defectus non vituperantur secundum quod superabundantia sunt vel defectus, sed à forma ipsa & nomine univertaliter & in totum vituperabilia sunt. Non est enim unquam circa hoc dirigere, sed semper peccare. Non sunt talia quæ bene vel non bene fiant. Bene quidem in eo quod ut oportet & quando & quomodo fiant. Male autem in eo quod ut non oportet & quando & quomodo, sed simpliciter & univertaliter facere quodcumque talium, peccate est. Quicumque ergo tribuit talibus mox nominatis medium,

sicut iniusta facere, & timere & incontinentem esse, si dicantur habere medietatem & superabundantiam & defectum, simile quid facit ac si intendat medietatem esse in eo quod totum superabundantia est, & medietatem esse in eo quod totum defectus est. Ex hoc enim sequitur, quod medietas sit superabundantia, & quod medietas sit defectus: & ulterius, quod superabundantia sit superabundantia, & defectus defectio: & hoc ibi infinitum.

Sicut enim in antehabitis habitum est, quedam sunt per se bona, & quedam per se mala. In primo autem modo dicendi per se prædicatum est in ratione subiecti. Per se ergo mala sunt, in quorum diffinitione cadit malitia in ipso nomine, sicut adulterium quod diffinitivè est transgressio thori legitimi. Transgressio autem thori legitimi est malitia. Et sic in diffinitione adulterij malitia includitur. Et sic est in aliis per se malis, sicut est furtum, homicidium, & alia huiusmodi. Et illa nunquam possunt habere medium: quia (sicut diximus) in medietate esse, est causa bonum esse. Adulterium autem nunquam potest fieri bonum nec respectu bene: & si haberet medietatem, tunc illius medietas haberet superabundantiam: & cum totum sit superabundantia, erit superabundantia superabundantia, sicut dictum est in consequentia: & ibi in infinitum. Ad hoc enim virtus coniectrix medij est, quod vi bona sua elongetur à malitiis: unde in malitia sumptum medium non elongat à malitiis, sed potius locat in medio earum. Propter hoc enim virtus arte certior est, quod melius quam ars causam boni attingat: quia licet ars sit cum ratione, tamen ratio artis fallibilis est, virtus autem imitatur naturam quæ non fallit, eò quod natura intelligentiæ opus est, infallibiliter ad finem directa: & quod sic infallibiliter tangit causam boni, nunquam est in hoc quod in toto & per se malum est. Unde quemadmodum per se boni, sicut temperantia, & fortitudo, non est aliqua medietas, neque aliqua superabundantia, & defectus: propterea si hoc esset, sequeretur, quod idem medium æquali ratione esset & extremum: quod est inconueniens, aliud enim nomen & alia ratio est medij & extremi: ita neque illorum quæ per se mala sunt, est aliqua medietas, nec aliqua superabundantia, nec aliquis defectus: sed quocumque modo unumquodque illorum operatum est, vitiosum est. Univertaliter enim loquendo neque superabundantia, neque defectus medietas est: neque eriam eius quod per se medietas, aliqua superabundantia, vel aliquis defectus: quia aliter sicut & causa boni in esset per se malo, & causa mali esset in per se bono. Virtus autem duarum malitiarum dicitur media, quarum utraque habet abundantiam & defectum per elongationem à medio. Malitiæ enim illæ considerantur dupliciter, scilicet formaliter, & materialiter. Sed formaliter quidem determinantur à privatione boni: eò quod aliam formam non habent: nec malum dicitur, nisi quia adimit bonum. Materialiter autem accipiuntur prout sunt in operationibus & delectationibus & tristitiis, circæ

quas sunt, & sic habent formas qualitatis operum & passionum secundum quod vna dicitur fornicatio, & altera adulterium, & sic de aliis.

Obiectio.
Responsio.

Et si obiiciatur, quod materia non dat formam, & nomen. Dicendum, quod est materia ex qua fit res in ipsa re saluata vt subiectum: & hæc non dat nomen, nec rationem, nec formam. Et est materia circa quam est res: & hæc in omnibus voluntariis est finis voluntatis in ipsa voluntate & dispositione voluntatis, & finis ab ipsa sic accepta: hæc enim verius dicitur obiectum & mouens, quam dicatur materia. Sic enim dicimus, quod fornicator finem & mouens habet delectabile in meretrice, & adulter in adultera, & sic de aliis: & hoc modo qualitates in anima effectæ sunt dispositiones contrariæ, vel subcontrariæ, vel alias diuersitates habentes & sunt finitæ. Per rationem autem malitiæ non sunt finitæ per aliquam formam, sicut ex antecedentibus est manifestum: & illam corruptionem priuationis concipiunt in ipso nomine: & idè ita coniuncta sunt malo, quod non possunt vnquam bene fieri.

Obiectio.
Responsio.

Et quod obiicitur de Platone, quod dixit medico mentiendum esse in pharmaco, ne pharmaca abhorreat infirmus: & quod Critias dicit, parcendum esse adulteræ quæ in sinu prodidit tyrannum: non idè dictum est, quod mendacium & adulterium possint vnquam bene fieri: sed quia ciuilitate malum quod factum est, bono aliquo potest redimi, ita quod in condemnationem legislatoris non incidit. Multa enim mala hoc modo ciuilitate redimuntur, quæ tamen semper mala erunt & sunt, nec redimerentur si mala non essent. Patet igitur, quod malum priuatione bono opponitur: & sic bonum & malum non dicuntur nisi per elongationem à bono, & non per accessum ad aliquam formam mali. In dispositionibus autem accepta quæ causantur ex operibus & obiectis, nihil prohibet ea opponi contrariè: & sic dicunt genera aliorum existentia, primas enim formas habent contrariorum: & hoc modo nihil prohibet malitiam à malitia distare plus quam à medio, cum tamen secundum defectum & priuationem boni non vna malitia vel aliqua, sed omnis distat à bono.

Dubitatio.

Si autem queritur, cum bonum finitum sit, & malum sit ademptio boni, & malum possit totum tollere bonum finitum: & tunc stat malum quasi in ultimo sui & supremo: & idè videtur esse falsum quod dictum est, quod sit infinitum. Dicendum, quod bonum in omni bono secundum suam formam duplex est, scilicet secundum actum, & secundum suam potentiam. Potentiam autem diximus in præcedentibus inchoationem formæ, per quam aptatur materia vt secundum actum forma efficiatur in ipsa, sicut est in visu circa oculum. Visus enim vocatur quando primo inchoat figura oculi, & fouca in qua voluitur oculus, & dispositio genarum, & cætera quæ ad ipsum respiciunt: quæ si omnia tollantur, non solum visus, sed etiam cæcitas destruitur: sed quod destruitur aptitudo ad visum, & cæcitas non

Responsio.

est nisi in apris natis videre. Per omnem eundem modum est in malo. Hoc enim non est nisi in bono quod admittit: & si admittat totum bonum secundum actum & aptitudinem, sequitur, quod malum non sit malum, sicut malum moris non est in lapide qui nullum habet ordinem vel aptitudinem ad bonum. Et hoc est quod dicit Arist. quod malum omnifariam etiam seipsum destruit. Cum autem dicat Dionysius, quod malum animæ est circa rationem esse, & ratio essentialis animæ aptitudinem & ordinem dicat ad bonum, hæc aptitudo saluatiua ratione potentia erit infinita: quia quantumcumque corrumpatur, dummodo aliquid eius saluetur, & aptitudinem habet, & ad bonum respicit, & respectus ad bonum est aliquid boni: & idè per infinita mala successiua facta nunquam in toto admittitur bonum, nisi totum subiectum mali destruat: & tunc ipsum malum destructum est. Et hæc est causa quare nihil est summè malum, & quod nihil est malum nisi ademptum & particulatum & diminutum bonum: quia licet admittat totum secundum actum, nunquam tamen potest adimere totum secundum potentiam & secundum ordinem ad bonum, ratione manente secundum quantumcumque modicam portiunculam ipsius: & si ratio tollatur, iam non est malum: positum enim est, quod nihil est malum animæ nisi contra rationem.

4. eth. c. 12.

C A P V T VII.

Qualiter diffinitio data secundum singularia aptatur.

22.
Oportet autem id quod dictum est de diffinitione virtutis, non solum vniuersaliter dici de virtute secundum quod virtus est, sed etiam id quod vniuersaliter dictum est, oportet aptare his quæ secundum singularia sunt. In his enim sermonibus qui circa operationes sunt, vniuersales quidem sermones & diffinitiones communiore sunt, & in decursu syllogistico principia sunt particularium, ex quibus ipsa particularia cognoscuntur. In operabilibus autem particularibus sunt veriores. Volentes enim purgare choleram, certitudinem purgandi accipientes non accipimus ex vniuersali, vt dicamus, quod omne calidum liquefactiuum humidum & motiuum: scamonea autem calida, & cholera est humida: hoc enim esset per philosophiam curare corpus: sed dicimus, quod scamonea purgavit choleram in Callia & in Socrate ex eadem laborantibus causa. Et in hoc accipimus certitudinem, quod & in Platone purgabit. Operationes enim sunt circa singularia: & idè optimum est principia operationum concordare in his quæ particularia sunt. Sumendo ergo hæc quæ dicta sunt de diffinitione virtutis ex descriptione singulorum summam accepta per ordinem enumerationis potius quam per ordinem executionis: & quia virtus potentia, vt dicit Boëtius, est fortitudo, & passiones illæ circa quas est fortitudo, magis habent rationem passionum

tionum quam alia passiones, illud primò de fortitudine isto modo ostendamus.

De fortitudine.

23.

Circa timores quidem igitur & audacias fortitudo medietas est duarum passionum, quarum vna est audacia, altera autem timiditas vocatur: & vtraque propriam habet superabundantiam & proprium defectum. Eorum autem qui superabundant, qui quidem in timide superabundat Græcè innominatus est. Multa enim sunt innominata in mediis & in extremitatibus, Latine autem formidolofus, qui formidat etiam ad sonum folij volantis. Qui autem in audere superabundat, & in sermone dicitur audax, propriè autem dicitur præceps. Qui verò in timere quidem superabundat, in audere autem deficit, timidus vocatur. Vt autem hæc melius intelligantur, notandum, quod audacia & timor passiones sunt animæ: & timor quidem fuga est æstimati terribilis, & audacia est progressio ad terribile sustinendum vel ad operandum quod factum magnum est & difficile. Passiones autem quæ timor vocatur, priuatiuè opponitur ea quæ Latine dicitur intimitas, & Græcè a fobia ab a quod est sine, & fobia, quod est timiditas. Audacia autem timori opponitur contrariè, quamuis & ipsa audacia quid habeat quod sibi opponitur priuatiuè, sed est innominatum, licet communi nomine inaudacia vocetur. Manifestum autem est, quod intimitas sequitur audaciam: sed non conuertitur consequentia ex necessitate consequentia: & hoc est propter hoc: quia inter timorem & audaciam est medium. Vbi autem medium est, non sequitur consequentia de contrario ad contrarium respectu eiusdem subiecti: & idè non sequitur ad intimitatem audacia: quia fortis qui in medio est, intimidus est, & tamen audax non est. Similiter ad priuatiuè oppositum audaciæ quod est inaudacia, non sequitur necessariò timor. Non enim sequitur, est inaudax, ergo est timidus: sed è conuerso, ad timorem scilicet sequitur, quod non sit audax. Ex quo patet, quod superabundantia in priuatiuè opposito est defectus eius cui opponitur priuatiuè. Verbi gratia superabundantia in timide defectio & priuatiuè est in timore. Nimis est intimidus, qui minus timet quam oportet. Fortitudo autem medium est in timore & audacia: fortis enim est, qui fugit quæ fugienda sunt, quando oportet, & vbi, quomodo, &c. Et fortis qui non fugit quæ non fugienda sunt, quando oportet, & vbi, & similiter in cæteris circumstantiis. Similiter autem timor fortis, qui in audendo progreditur ad terribilia quando, & vbi, &c. Et fortis qui non progreditur ad quæ non progrediendum est quando, & vbi, &c. Omnibus optimis circumstantiis obseruatis ipse est verè fortis, & medium obseruat in duabus passionibus contrariis, scilicet inter extrema duarum passionum, quæ sunt timor & audacia. Ille enim medius inter plus timentem, & minus timentem, quam oportet, & quando oportet, & vbi, &c. Medius etiam est inter plus audentem & minus audentem quando oportet, & quomodo, &c. Tamen sciendum est, quod audacia & audax,

& timor & timidus, dupliciter dicuntur. Communiter enim loquendo significant passiones timores & audaciæ secundum generales intimitates suas & dispositiones ipsas quibus disponitur homo ad audendum & timendum. Strictè autem accipiendo significant superabundantias in dictis passionibus & dispositiones quæ sunt secundum abundantias. Similiter priuatiuè dicta, sicut intimidus, & inaudax, dupliciter dicuntur: priuatiuè enim dicta generaliter significant priuatiuè passionem timoris generaliter dicta, vt est ille qui non timet quæ non oportet timere, sicut fortis. Specialiter autem dicta significant priuationes superabundantiæ timoris: & secundum hunc modum intelligendum in passionibus & dispositionibus, siue priuatiuè & contrariè oppositis & ad seinuicem & ad medium.

De temperantia.

Circa delectationes autem innatas & tristitias innatas non omnes medietates & excellentiæ sunt nominatæ: circa tristitias tamen minus nominatæ sunt, quam circa delectationes. Medietas autem in his est temperantia, superabundantia autem est intemperantia. Deficientes autem circa delectationes non multum inueniuntur. Propter quod & isti nomen proprium non sunt fortiti: tamen dicuntur insensibiles, quia sensum delectationis non habent. Cum enim nomina imponantur rerum proprietatibus quæ afficiunt nomen imponentem, ea quæ raro vel non sunt, impostorem nominum non afficiunt: & idè nomine carent. Delectatio etiam circa quam est temperantia, secundum tactum est: & idè omnia afficit animalia, & superabundantiæ nomina habet, quæ ad commune nomen tantum luxuriæ reducuntur. Defectio autem in delectationibus tactus innaturalis est: & idè nomen non habet: quia non provenit nisi ex nimia peruersitate complexionis. Tristitia autem in talibus provenit vt maximè ex abundantia delectabilium: & idè etiam abundantia tristitiæ in talibus, & defectio in abundantia quidem nomen non habet. In defectio autem nomina habet, sicut gastrimargus, de quibus inferius pertractabitur. Medius autè in his passionibus temperatus vel castus vel sobrius vocatur.

De liberalitate.

Quoniam verò virtus moralis non tantum est circa passiones, sed etiam circa operationes quæ sunt circa res exteriores ad vsum hominis relatas, idè circa dationem pecuniarum & acceptionem siue lucrum medietas est quidem liberalitas, superabundantia autem prodigalitas, & defectus illiberalitas: quamuis verè loquendo in vtroque istorum superabundantia sit & defectus. Contrario autem modo etiam hic superabundant & deficient: prodigus enim quidem in tribuendo superabundat, in accipiendo autem siue lucrando & retinendo deficit. Illiberalis autem è contra in accipiendo siue retinendo abundat, in tribuendo autem deficit: & hoc dicimus capitulariter: quia nunc nisi tantum istas medietates enumeramus, vt virtutem in omnibus esse ostendamus, quod nobis typo & capitulariter, hoc est, summam dicere sufficit: & tali sermone hic contenti

centi sumus. Posterius autem in 4. lib. certius & subtilius sigillatim de his determinabitur.

De magnificentia.

Circa pecunias autem sunt & alia dispositiones & habitus & operationes, quam circa quas est liberalitas. Magnificencia enim quædam medietas est, qua dispositus magnificus dicitur. Magnificus autem differt à liberali. Magnificus enim est circa magnas donationes. Liberalis autem est circa paruas & communes vel indifferentes. In his autem superabundantia Græcè vocatur *aprocacia* ab a quod est sine, & pyr quod est ignis, & calos quod est pulchrum vel bonum, quasi sine pulchro igne. Ignis enim omnia deuastans non est pulcher. Et alio nomine Græcè vocatur *banausia*, quod interpretatur incendium: & *banausus* dicitur qui omnia quæ tangit, consumit, sicut tacta sunt incendio. Defectus verò in his paruificencia, Græcè autem *increpeia*. Hæ autem dispositiones differant à dispositionibus quæ sunt circa liberalitatem. In quo autem differant, in quarto lib. huius voluminis determinabitur. Videtur, quod liberalitas & magnificentia non nisi per accidens differant, sicut magna donatio & parua. Sed ad hoc patet responsum per antecedentia. Hæc enim accipiuntur vt fines voluntatum: & quia in voluntate alius finis est magnum quam commune, idè aliam facit speciem virtutis. Delectatur enim magnificus in magna donatione vt magna est, & non vt donatio est: quinimo contemnit donationem nisi magna sit.

De magnanimitate.

Partis autem irascibilis in anima obiectum quidem est altum, actus autem ira. Obiectum igitur eius est circa honorem, & circa in honorem honoris oppositam. Medietas autem in his vocatur magnanimitas, qua seipsum quilibet dignificat dignis sibi & congruis honoribus. Superabundantia autem excedens, quæ est appetitus honorum non congruentium Græcè vocatur *caymotes*, & Latine vocatur ambitio. Deficientia autem siue defectio qua aliquis etiam sibi dignos honores negligit, vocatur *puffillanimitas*.

De Philotimia.

Sicut autem diximus, quod magnificentia se habet ad liberalitatem in eo quod magnificentia est circa magnas donationes, liberalitas autem circa paruas: ita se habet etiam circa magnanimitatem. Aliquid enim eius est circa honorem magnum, & aliquid circa paruum vel communem vel indifferentem: & qui circa magnum est, proprie magnanimus vocatur. Magnanimus enim est, vt dicit Arist. qui seipsum magnis dignificat dignos existens. Honestus autem qui seipsum communi honore dignificat. Est enim vt oportet appetere honorem, & est magis quam oportet appetere, & est appetere minus quam oportet. Ergo qui superabundat desiderii honorum, aliquando dicitur *philotimus* à philos quod est amor, & timos quod est honor, quasi abundans amore honorum. Qui autem deficit, vocatur *aphilotimus* ab a, quod est sine, & amore honorum, quia non curat honores sibi congruos. Medius

autem inter hos innominatus est proprio nomine, & dispositiones quibus disponimur in ista passione, etiam innominatæ sunt propriis nominibus. Verum tamen communiter loquendo dispositio *philotimi* dicitur *philotimia*: & propter convenientiam medijs cum extremis, extrema contendunt de nomine medijs: sicut in duabus terris circa terminum communem habitantes contendunt de media regione, eò quod affinis est vtriusque. Et idè nos medium in appetendo honores, aliquando vocamus *philotimum*, quia appetit honores congruos: aliquando autem eundem vocamus *aphilotimum*, quia despicit honores non congruos. Et aliquando laudamus *philotimum* quasi medium: & aliquando laudamus eum vt *aphilotimum*, quia despicit honores non congruos. Propter quam autem causam hoc facimus, in his quæ deinceps sunt in hac scientia in 4. lib. dicitur. Nunc autem de reliquis habitibus moralium virtutum enumerando dicamus secundum iam à nobis enarratum modum.

De mansuetudine.

Est autem & circa iram quæ est appetitus irascibilis in vindictam, & superabundantia, & defectus, & medietas. Cum autem ferè omnia innominata sint, medium in ira mansuetum dicimus. Medietatem autem qua disponitur mansuetus, mansuetudinem vocamus. Extremorum autem qui quidem superabundat in ira, iracundus vocatur communiter, proprie autem *furiolosus*. Malitia autem qua disponitur, vel iracundia vel furor vocatur. Qui autem deficit in ira, vocatur *inirascibilis*, & proprie *improuocabilis*. Defectio autem à qua disponitur, vocatur *inirascibilitas*, siue *improuocabilitas*: de quo est proverbium, quod si capite eius nuces contunderentur, non prouocaretur.

De veritate, eutrapelia, & amicitia sine gratia.

Sunt autem & alia tres medietates homini competentes secundum quod est ciuile animal per naturam in conuictu & societate hominum conuersatus: & hæc tres medietates habent quandam similitudinem adinuicem: cum tamen differant formis & in differentiis propriis. Omnes quidem enim conueniunt in hoc, quod sunt circa verborum & operationum rationem, qua scilicet conuiuimus & communicamus communi hominum societate. Differunt autem: quoniam vna quidem est circa verum quod est in tali hominum communicatione verborum & operum. Alia autem est circa delectabile quod est in verborum & operum communicatione. Et eius quæ est circa delectabile, vna quidem pars est circa delectabile lusu: alia autem pars est in omnibus verbis & operibus quæ sunt secundum vitam & conuiuatus rationem. Verum autem hæc appellamus, non adæquationem sermonum & rerum. Hoc enim non directe in potestate nostra. Sed veritatem vocamus, sicut dicit Arist. adæquationem intellectuum & sermonum & operum secundum quod opera sunt signa intentionum, secundum quod verax dicitur, qui hoc quod habet in corde, sine figmento ostendit

ostendit verbis & operationibus. Ludum autem vocamus iocum liberalem in operibus & verbis. Delectabile autem in verbis & operibus vocamus, quod vnusquisque gratus accipit & acceptat. Dicendum igitur est de his vt magis cognoscamus, quoniam in omnibus medietas est laudanda & recta: extrema autem neque laudabilia neque recta, sed vituperabilia. Tamen etiam in his multa sunt innominata. Sed tentabimus autem nomina fingere, sicut & in alijs vt manifestiora fiant, & vt manifestius fiat bonum quod consequimur ex ipsis. Circa verum quidem igitur ille qui medius est, verus vocatur vel verax: & medietas qua disponitur, veritas dicitur. Ille enim nihil fingit, sed sic habet in corde, ita loquitur & facit. Fictio autem, qua quis loquitur aliter & facit quam intendit. Illa quidem quæ ad maius est & superabundantia, vocatur iactantia: & qui disponitur per eam, vocatur iactator attribuens sibi verbo vel opere cuius non habet conscientiam. Fictio autem quæ ad minus & deficientia est, vocatur Græcè *ironia*: & qui disponitur secundum eam, vocatur *iron*, qui etiam supprimit ne verbis vel factis ostendat, quæ secundum veritatem habet in conscientia.

Circa autem delectabile quod quidem in ludo est, medius quidem vocatur Græcè *eutrapoles*: & dispositio qua disponitur *Eutrapoleia* ab eu quod est bene, & tropo tropas quod est verus vertis, quasi bene vertis sermonem & opera ad placentia & ad iucunditatem conuiuentium. Superabundantia autem in omnibus sermonibus & operibus lusu, etiam ad conuiuentium fastidium, vocatur *homolochia*: & qui habet eam, vocatur *homolochos* à Græco *homos* quod est triplum, & *locos* quod est custos: & dicebantur milui qui garrientes in triplis sedebant, obseruantes in festina & extra sacrificiorum immundissima, in quibus delectarentur: ita & isti tantum delectantur in ludis verborum & operum, quod etiam immundos tanquam delectabiles rapiunt ludos. Qui autem in ludis deficit verborum & operum, vocatur *agroicus*: & habitus quo disponitur, vocatur *agrochia*, quasi *agrestis* quidem in nulla iucunditate cum conuiuentibus conueniens.

Circa reliquum autem delectabile quod est in vita conuiuentium, quorum sine ludis aliquis dulcis & gratus conuiuentibus est in verbis & operibus, ille quidem qui vt oportet & quando condelectabilis est conuiuentibus, Græcè quidem vocatur *amicus*, Latine autem melius vocatur *gratus*: & medietas qua disponitur, vocatur vel *amicitia* vel *gratia*. Qui autem superabundat in his, si quidem nullius utilitatis gratia placere querit, vocatur *placidus*: si autem utilitatis alicuius sui hoc fecit gratia, vocatur *blanditor*. Qui deficit & in omnibus indelectabilis est verbis & factis, vocatur *litigiosus* & *discolus*, quasi *incultus* & contra omnes decertans.

De verecundia.

Non tantum autem in habitibus sunt medietates & superabundantia & defectus, sed & in passionibus quibusdam, & in his quæ

circa passiones sunt, medietates quædam sunt. Verecundia enim virtus quidem non est, sed passio. Laudatur tamen verecundus: verecundia enim fuga turpitudinis est. In his enim quæ circa verecundiam sunt, quidem est medius qui communi nomine verecundus vocatur. Qui autem superabundat & ad omnia verecundatur, vocatur *cataplex* à cata quod est videre, & *plico* cas: qui ad omnia apparentia plicatur fugiens in seipsum & abscondens se. Qui autem deficit vel nequaquam verecundatur in aliquo, communiter quidem vocatur *frontosus*: medius autem inter hos communiter verecundus vocatur.

Cum autem verecundia passio sit, & superior probatur sit, quod passiones nec laudabiles nec vituperabiles sint, hic autem dicatur, quod verecundia laudabilis sit, videtur contradicere nobis ipsis: nisi quod duo hic addimus. Vnū quidem quod diximus, quod medius & extrema ista circa verecundiam sunt, circa passionem autem bene esse virtus & vitium & laudabile & vituperabile. Adhuc autem diximus hic quod est verecundari vt oportet & quando: & hoc est passionem mensurare & ordinare. Quamuis ergo passio in eo quod passio, nec laudabilis, nec vituperabilis sit: tamen mensura & ordo passionis, & ex opposito immoderatio & inordinatio, laudabilia vel vituperabilia sunt.

De nemesi.

Nemesis autem Græcè vocata, medietas est inuidia & *epichairecachia*: dicta ab epi quod est supra, & cairo quod est gaudeo, & cacos quod est malum, quasi supergaudens in malis hominum. Sunt autem ista circa tristitiam & delectationem, quæ sunt in his quæ accidunt proximis quibus coniuimus. Nemesticus quidem enim tristatur, quando indignis bene succedit in operibus. Inuidius autem superexcedens hunc, in omnibus tristatur cuiusque bene succedit. *Epichairecachus* autem tantum deficit à tristando, quod etiam supergaudet quando mala adueniunt proximis. Sed & de his quidem alias in rhetoricis tempus erit dicendi.

Circa ea quæ dicta sunt, notandum est, quod sicut dicit Arist. in Topic. reprehensor est, qui in malorum tristatur prosperitatibus: & ita nemesticus de quo dictum est, quod tristatur de indignis bene operatibus vel prosperantibus, proculdubio reprehensor est. Cum autem tristari in aliquorum prosperitatibus eiusdem moris sit cum eo quod est gaudere de aduersitatibus eorum, vt dicit Socrates: inuidia autem est tristitia in bonorum prosperitatibus, vt dicit Arist. in topicis, & in rhetoricis, *epichairecachia* verò sit gaudium de bonorum aduersitatibus: relinquitur, quod vnus moris sint hæc duo: ergo non possunt esse extremitates oppositæ secundum superabundantiam & defectum: & non potest nemesis, quæ est tristitia in malorum prosperitatibus, esse medium inter inuidiam & *epichairecachiam*: & quia inter se non possunt habere medium: eò quod ad vnum & eundem referuntur in more.

Ad

Ad quod soluendum scire oportet, quod non intendimus dicere, quod nemesis vera medietas sit inter inuidiam & epicureachiam: sed intendimus, quod nemesis est medietas ipsius inuidiæ: & necessario sequitur ex hoc quod est medietas inuidiæ, quod sit etiam medietas ipsius epicureachig: quod hæ sunt eiusdem moris. Dicitur tamen vtraque istarum dupliciter: communiter scilicet, & propriè. Communiter inuidia dicitur tristitia de prosperitatibus omnium. Propriè autem dicitur inuidia tristitia de prosperitatibus bonorum. Inter quas duas tristitias media est, tristitia de prosperitatibus malorum quæ est nemesis, quæ est etiam media inter gaudere de malis omnium, & gaudere de malis bonorum, ad quæ duo gaudia communiter & propriè significanda inuentum est hoc nomen quod est epicureachia. Vnde nemesis duatum malitiarum media est, quarum vtraque habet abundantiam & defectum. In quacunque enim harum medium esse ponatur, sequitur etiam, quod sit medium in altera. Potest tamen etiam dici, quod inuidia dicatur superexcellens tristitia in prosperitatibus omnium & epicureachia superexcellens læritia in aduersitatibus omnium. Et si hæc duo considerentur ex parte passionum quæ sunt in eis, læritiæ scilicet, & tristitiæ: tunc sunt contraria, & non eiusdem moris: & tunc nemesis directè per positionem medium est illorum. Cum verò nemesis reprehensio sit, & dispositio vel passio reprehensoris: reprehensoria autem pertinent ad iudicium demonstratiuum, tractare de nemesi pertinet magis ad rhetoricum quam ad moralem. Et idè de aliis medietatibus supra præinductis sigillatim determinabimus in consequentibus. De nemesi autem in hac scientia de cætero non faciemus mentionem. De iustitia autem quia non simpliciter & vno modo dicitur, post hoc in libro quinto diuidentes & distinguentes iustitiam in duo, scilicet commutatiuam, & distributiua, de vtraque dicemus qualiter sunt medietates. Similiter autem in consequentibus in 6. lib. de rationalibus siue intellectualibus virtutibus erit tractatus.

CAPVT VIII.

De oppositione extremitatum ad medium & ad seinuicem.

25. Medium extremis & extrema inter se aliquantulum opponuntur.

TRIBUS autem dispositionibus existentibus in qualibet malitia & passione, quarum duæ sunt malitiæ & vna medium. Malitiarum autem vna secundum abundantiam est, & alia secundum defectum. Vna autem dispositionum est virtus quæ medietas est. Omnes istæ dispositiones omnibus opponuntur aliquantulum. Aliquantulum autem dicimus: quia secundum veritatem vnum vni opponitur simpliciter. Hæc autem tria opponuntur ad seinuicem, ita quod vnum duobus & duo vni cuiuslibet: & hoc non potest esse nisi aliqua formæ circa passionem ponantur, propter quas talis contingit oppositio. Hæc autem formæ

sunt commensuratum esse & incommensuratum ad nos. Incommensuratum autem necessario vnum est excedens ad superabundantiam, & alterum à commensurato deficiens ad defectum. Tunc enim deficiens opponitur excellenti, & è conuerso, secundum vnum genus oppositionis, & incommensuratum commensurato secundum aliud genus oppositionis: & sic vnum pluribus & plura vni opponuntur. Adhuc autem: quia medium non simpliciter, sed aliquantulum est in ratione vtriusque extremi in eo quod conuenit cum vno, & conuenit cum alio: & in quantum conuenit cum vno, opponitur cum altero: & in quantum conuenit cum altero, opponitur cum reliquo: & sic aliquantulum & non simpliciter vnum multis opponitur, & multa vni. Diximus enim in antehabitis, quod per hoc quod virtus circa passionem & operationem est, per hoc positione intermedium est malitiarum. Per hoc autem quod est in medietate quoad nos, extremum est bonum, & extremum positione & ratione. Et per hoc non est intermedium malitiarum, sed ab vtraque malitia perfecta distantia remotum, nullam penitus habens conuenientiam cum ipsis.

Aliquantulum ergo & non simpliciter omnes tres dispositiones omnibus inter se opponuntur. Extremæ quidem enim & mediæ dispositiones adinuicem contrariæ sunt secundum quod in actionibus & passionibus considerantur: mediæ autem contrariæ est extremis, & è conuerso. Quemadmodum enim æquale quod medium est, ad minus quidem comparatum, maius est, ad maius autem comparatum minus est: ita se habent mediæ habitus. Si enim comparantur ad defectum, superabundant: si autem comparantur ad superabundantiam, deficiunt tam in operationibus, quam in passionibus. Æquale autem hic accipimus non in quantitate absolute secundum naturam quantitatis accipiendo: sed quia omne æquale ei cui est æquale, æquale est, accipimus æquale commensuratum ei quod est ad nos, sicut & in natura in motu augmenti æquale accipitur quia sicut dicit Aristot. omnium natura consistentium terminus est, & ratio magnitudinis & augmenti. Et ad hæc æquale sumptum opponitur excellenti & deficienti. Hoc enim conuenit natura & in hoc ducit omnes operationes: & idè nec abundat superfluis, nec deficit in necessariis. Similiter autem est in arte: èd quod natura virtute certior sit, & virtus certior arte.

Hæc autem quæ diximus, per inductionem manifesta sunt. Fortis enim ad timidum quidem audax videtur, ad audacem autem comparatus videtur timidus. Similiter autem & temperatus ad insensibilem quidem comparatus videtur intemperatus & luxuriæ deditus, ad intemperatum autem & luxuriosum comparatus videtur insensibilis. Similiter autem liberalis ad illiberalem comparatus videtur prodigus, è contra autem ad prodigum comparatus videtur illiberalis & avarus. Propter quod prouerbum est, quod extremi sibiinuicem proiciunt medium alter ad alterum. Quia medium in ratione vtriusque est extremorum vtrique

2. de anima cex. c. 41.

vtrique comparatum. Et idè communiter loquendo diuersimodè vocant fortem: timidus vocat eum audacem, & audax vocat eum timidum. Et in aliis omnibus dispositionibus moralibus similiter est, propria proportione vniuscuiusque seruata.

CAPVT IX.

Quod maior est oppositio extremorum adinuicem quam ad medium.

26.

SIC autem oppositis adinuicem his quæ dicta sunt, maiorem contrarietatem habent extrema adinuicem, quam ad medium. Cuius vna & prima ratio est: quia extrema longius distant abinuicem, quam à medio, quemadmodum magnum à paruo, & paruum à magno longius distant, quam ambo ab æquali. Adhuc autem secunda ratio eiusdem est: quia extrema similitudinem maiorem habent ad medium, quam adinuicem, vt audaciæ ad fortitudinem, & prodigalitati ad liberalitatem aliqua similitudo est. Extremis autem adinuicem plurima dissimilitudo est. Quæ autem plurimum distant abinuicem, dissimilitudine illa determinantur esse contraria, & magis contraria quæ plus distant, & plurimum contraria quæ maximè distant. Extremorum ergo adinuicem maior est contrarietas, quam extremorum ad medium.

CAPVT X.

Quod dissimiliter extrema opponuntur medio, ita quod vnum plus, & alterum minus.

27.

AD medium autem magis opponitur in quibusdam defectio, & in quibusdam magis opponitur superabundantia secundum prædicta, scilicet longior distantia & dissimilior maioris contrarietatis est causa: puta fortitudini quidem non magis opponitur audacia quæ est superabundantia, sed timiditas magis opponitur quæ est defectio, èd quod fortitudini magis dissimilis est quam audacia. Temperantiæ autem non magis opponitur insensibilitas quæ est indigentia, sed magis opponitur luxus intemperantiæ quæ superabundantia. Hoc autem contingit propter duas causas: quarum vna est sumpta ex ipsa re secundum quod virtus est medium. Altera autem sumpta est ex nobis. Illa autem quæ ex ipsa re sumitur, hæc est, quod in hoc quod alterum extremorum medium proximus est & similius est, non possumus illud opponere, sed potius id quod dissimilior est ad medium: puta quia similius esse videtur fortitudini audacia & proximus, quam timiditas: timiditas autem dissimilior est, & magis opponitur fortitudini timiditatem quam audaciæ. Cuius ratio est: quia quacumque plus à medio distant secundum se, hæc etiam magis contraria medio esse

D. Alb. Mag. lib. 1. Ethic.

videntur. Hæc igitur est vna causa ex ipsa re sumpta, quare vna extremitatum magis medio videtur esse contraria, quam reliqua. Quia medium est quoad nos simpliciter, ideo alia causa ex nobis ipsi est: quia ad quacumque nos ipsi ex dispositione naturali magis nati sumus aliquantulum per inclinationem naturæ: vel consuetudinis, hæc magis dicimus esse medio contraria: èd quod magis nos inclinant ad deuiandum à medio: puta quia nos ipsi per inclinationem naturæ magis nati sumus ad delectationes innatas nutrimenti & venereorum, ad quæ etiam per consuetudinem inclinamur: idè facilius mobiles sumus ad intemperantiam luxuriæ, quam ad temperantiam vel insensibilitatem. Quæcumque igitur talia sunt, magis contraria esse dicimus: quia ad illa secundum naturæ & consuetudinis inclinationem facilius fit augmentum, quam ad medium quod est temperantia, vel ad insensibilitatem. Et propter hoc dicimus, quod luxuria intemperantiæ quæ est superabundantia, magis opponitur temperantiæ quam insensibilitas quæ est defectus: & hæc causa sumitur per esse quod habet virtus in nobis.

28.

Iam igitur probauimus & ostendimus, quod virtus moralis est medietas, & qualiter est medietas: & ostendimus quomodo est medietas duarum malitiarum. Vnius quidem secundum superabundantiam dictæ, alterius autem secundum defectum. Et ostendimus, quod virtus medietas est per hoc: quia est coniectrix mediæ: mediæ dico quod est in passionibus & operationibus. De his igitur sufficienter dictum sit.

Si autem quis considerare velit, quod extremorum similia sit medietati, consideret quod extremorum magis ponit potentiam operatiuam in vltimo sui & maximo. Hoc enim similia est medietati: quia medietas est extremum in bono & vltimum in posse: sicut potentia irascibilis quæ insurgit in arduum, vltimum sui habet magis in audendo. Et per illud determinatur quantum ad sui vltimum. Per timiditatem autem non determinatur potentia, sed defectus eius. Et idè audacia similio est fortitudini, quam timiditas. In temperantia autem oppositum est. Temperantia enim determinatur in tenendo & abstinendo. Et idè vltimum potentie magis determinatur per insensibilitatem quæ ab omnibus abstinet, quam per intemperantiam luxuriæ quæ à nullis abstinet: propter quod insensibilitas similio est temperantiæ, quam luxus intemperantiæ.

CAPVT XI.

Quod quia difficile est venire ad medium, documentis intendendum est quibus ad medium veniatur.

Difficillimum autem est inuenire medium, & valdè studiosum & bonum. In vnoquoque enim medium accipere est difficile. Verbi gratia circuli medium non accipere cu-

Difficile est studiosum esse.

K iussit

iussu idiotæ, sed est accipere scientis geometriam. Ille enim vel per triangulum æquilaterum statim accipiet, suppositione facta quod lineæ ab eodem centro ad circumferentiam sunt æquales: vel si non per æquilaterum accipiet, accipiet per orthogonum. In orthogoni enim latere quod recto angulo subtenditur, de necessitate erit centrum: eò quod angulus in semicirculo rectus est. Sic autem iraci quidem in genere & qualitercumque cuiuslibet est & facile est, & similiter qualitercumque dare & consumere facultatem expensis valde facile est. Cui autem oportet dare & quantum & quando & cuius gratia & qualiter, non adhuc facile est neque cuiuslibet. Hoc enim est bene propter esse in medio, & est raram propter difficultatem, & est laudabile propter virtutem, & est bonum propter finem. Ad hoc igitur homo indiget documentis qualiter accipiat medium.

19. Primum documentum.

Dictum Circe ad uisum, Extra vnda & fumum longe compelle carinam.

In exemplari Circe Calypso ponitur pro Circe.

Primum documentum sit, quod propter hoc quod oportet coniectantem esse medium, oportet studiosum niti ad recedendum ab extremo quod est magis contrarium. Si enim recedit ab ipso, appropinquat ad medium. Propter quorum autem & similibus facilius est tranmutatio adinuicem: quemadmodum Circes monebat fieri hoc dicens suo discipulo, Custodi nauem extra fumum & extra vnda. Fumus enim & vnda magis navigationi sunt contraria. Metaphoricè autem hoc dixit, intendens quod extremorum vitorum vnum est maius peccatum, & alterum minus: & quia medium sumendo attingere est difficile, ideò dixit Calypso, quoniam in secunda navigatione minima malorum sumenda & toleranda sunt. Hoc autem maxime erit hoc modo quo diximus, quod scilicet a magis contrario magis remoueamur.

Calypso autem iste meo iudicio nauticæ artis fuit peritissimus, & ideò præcepta dedit, quod inter procellas vndarum longitudo nauis ad nauigandum non disponeretur. Ratis enim nauis, quæ sunt lata longitudinalia nauis, inter procellas dispositis, procella anterior ratem eleuat sibi coniunctam, & ratis reliqua sorbet aquam à procella anteriori, & nauis mergitur in profundum. Si autè proa in ventum disponitur, anterior pars nauis scandit vnda: & dum ab altera parte descendit, ab anteriori vnda excipitur & iterum scandit, & scandens vnda euadit.

Quod autem Calypso dixit à fumo remouendam esse nauem, opinor quod propter nauigantem dixit, non propter nauigationem. Nauigans enim in fumo, angulos horizontis considerare non poterit: & ideò nescit nauem dirigere. Nautica enim ars necesse habet considerare angulos horizontis, qui sunt duo poli, & Oriens & Occidens, vt peritioribus consideratis in quartis & quattarum partibus sciat ad portum dirigere nauem, periculis cautè euitatis.

Eustratius autem dicit, quod Calypso iste poeta fuit, & metaphoricè loquitur de moribus ad similitudinem nauigationis: sicut enim in nauigatione, ita in moribus oportet recedere ab inuolutionibus procellarum, quas mo-

uent ea quæ maxime contraria sunt virtuti: & resistendo oportet scindere procellas & sustinere hoc malum, ne ex ipsis submergamur. In mari etiam scandendo procellas fortè intima conturbantur vsque ad vomitum: hoc tamen melius est sustinere, quam submergi. Et quia hoc sufficit ad nauigationem secundam. Et ideo etiam dicit Eustratius, quod Calypso non dixit nauem remouendam esse à fumo, sed à posterioribus additum est præcepto Calypsi. Super procellas autem directa proa & tenta fortiter secunda vocatur nauigatio: quia tunc impulsus procellarum secundum motum procellarum nauis euadit.

Secundum documentum est, quod oportet intendere maxime contra ea ad quæ nos ipsi secundum naturæ inclinationem vel consuetudinis facile mobiles sumus, sicut sanguines, hilares iustitiam facile mouentur ad uenereas: graues autem & maturi melancholici melancholia accidentali facillimè mouentur ad ambitiosa & superba: & sic in omnibus est, quod diuersi ad diuersa apti nati sumus, & ex naturæ inclinatione, & ex consuetudine. Ad quid autem quisque inclinatus sit, norum potest esse ex delectatione obuenientibus in his quæ sunt circa nos. Delectatio enim citò oboritur in his quæ sunt ad quæ sumus inclinati, & tristitia statim oritur in opposito. Oportet igitur nos ipsos attrahere in contrarium eius ad quod sumus inclinati. Multum enim abducentes nos in contrarium, à peccando recedimus, & ad medium veniemus, per similitudinem eorum qui tortuosa lignorum dirigunt. In recto enim omnes partes recti quælibet in situ suo ordinata disponitur, nulla alteram comprimente. In curuato autem quælibet vtriusque extrema comprimitur & coarctatur in mediam: ita vtriusque intra situm mediam trahuntur quasi violenter & tenentur intra situm eius. Cuius signum est, quod omne curuatum in concavo rugatur, & rugæ omnes comprimuntur ad mediã. Et hoc est in potentia curui quantum ad concavum. In corpore autem naturali si curuum fiat potentia curui quantum ad concavum. In corpore autem naturali si curuum fiat potentia curui confortatur duro sicco. Materia autem in conuexo secundum potentiam conuexi vna pars extra aliam extenditur, & quælibet extra situm sui ipsius. Cuius signum est, quod sæpè in conuexo frangitur & diuiditur, & nullo modo rugatur. Curuum ergo & tortuosum quantum ad ea quæ compressa sunt intra seipla, non redit ad situm debitum recti, nisi quod intra se compressum est, extra se extendatur: extra se autem non extenditur per rectum, sed per conuexum. Oportet igitur, quod in oppositum incuruetur vt curuum fiat conuexum: tunc enim duabus potentiis curui & conuexi in opposita operatibus redit ad rectum, rectè secundum situm dispositis omnibus partibus eius. Similiter autem est in moribus, quod in quibuscumque curui sumus secundum inclinationem naturæ & consuetudinis, omni studio oportet in oppositum extendere, & sic ad rectitudinem redire.

Inter omnia autem maxime hoc obseruandum est circa delectabile & delectationem quæ

Vt Troianum seniores ad Helenam se se habuerunt, sic nos ad voluptatem ipsam esse affectos oportet.

quæ sunt innata nobis & incorporata. Illa enim nunquam iudicamus nisi acceptemur ea per interiore naturæ concursum. Cogitata enim & disposita in corde, & iudicata siue ponderata per rationem, statim placent & adhærent. Quod igitur plebis senes patiebantur ad Helenam, hoc oportet etiam nos pari ad delectationem nobis innatam, & in omnibus illorum dicere vocem. Sic enim abiicientes delectationem, minus peccabimus: & sic facientes, vt in capitulo siue summam dicamus, maxime poterimus medium adipisci. Helena enim pulchritudine sua & Thesæa & Menalaum & Paridem stultros allexit: quam sapientes plebis non nisi auerso vultu terga vertentes euaserant. Et vox earum fuit Helenam esse fugiendam, ne considerata pulchritudine eius & iudicata alliceret & ligaret. Et sic oportet auertere à delectatione innata, & nec quidem cogitare vel iudicare aliquid de delectationibus, sed in omnibus fugere: quia mox concepta delectatio illicet & ligat.

Eustratius autem dicit, quod sapientes plebis considerauerunt Helenam, & pulchritudinem iudicauerunt & laudauerunt: sed à concupiscentiis eius dixerunt esse abstinendum. Hoc tamen improbabile est: quia, sicut diximus, delectabile conceptum mox tenet & afficit: & ideo medicinam non habet nisi per fugam, qua cogitatus & verba & opera retrahantur ab ipso. Cuius signum est, quod in fabulis dicit Ouidius, quod Perseus caput Gorgonis aversa facie abscondit: eò quod Gorgon pulchritudine sua ligauit & immobiles fecit trahentes: & idcirco Perseus si facie ad Gorgonem conuertisset, caput præcindere non potuisset. Sic igitur habere nos debemus ad concupiscentiæ delectationes.

CAPVT XII.

Quod propter singularia in quibus est actus, hoc maxime difficile est venire ad medium.

Difficillimum autem est venire ad medium, maxime propter hoc: quia opera-

tiones & passionēs nostræ in singularibus sunt circumstantiarum, qui nulli vni communes sunt cum aliis. Non enim facile determinare est qualiter & in quibus hominibus & delectationibus & in qualibus & vbi & in quanto tempore determinandum sit vnicuique: Etenim nos ipsi quandoque quidem laudamus eos qui in ita intra deficiunt, & vocamus eos mansuetos: cum tamen deficiens in medio non sit. Quandoque autem laudamus eos qui aggrauant iniurias sibi illatas & vlciscuntur eas, & vocamus eos vitiles: cum tamen aggrauans superabundans sit & non in medio. Hoc enim ideo facimus: quia qui quidem parum ad bene medietatis transgreditur, non vituperatur, siue transgrediatur ad magis, siue ad minus: sed vituperamus eum qui transgreditur plus & plus, ita quod elongatio à medio notabilis est, nec latere potest. Alius autem qui parum transgreditur, vsquequo & in quantum transgredi possit, quod vituperabilis, non facile est sermone determinare communi & doctrinali: sicut nec facile est determinare aliud aliquid sensibile particularium: talia enim omnia in singularibus & in sensu habent iudicium, & in talibus parua elongatio à medio, licet peccatum sit, non tamen simpliciter malum est, sed potius dispositio ad malum quæ apud omnem legislatorem venia digna est. Conuersatio enim humana propter sui instabilitatem ad regulam recti non penitus redigi potest, sicut nec ædificatio Lesbia: & ideò sufficit iuxta rectum esse. Omnia autem hæc quæ dicta sunt, tantum ostendunt, quod medius habitus in omnibus laudabilis est, & quod declinare oportet, quandoque quidem ad superabundantiam magis, quandoque autem ad defectum magis, non longè tamen à recto: sic enim facile adipiscemur medium, & id quod est bene in qualibet operatione & passione. Et quod in tali determinatione minima malorum oportet tolerare. Minima enim malorum sunt in parua à medio declinatione.



LIBER III.

TRACTATUS I.

De voluntario & electione & voluntate, qua sunt principia operationum, quarum nos domini sumus.

CAPVT I.

Qualiter tractatus de his pertinet ad scientiam moralem.

1. ratio.



VIRTUTE utique & circa passiones & circa operationes existente, voluntario vero & inuoluntario existentibus circa eadem operationes & passiones, relinquatur voluntarium & inuoluntarium magnam habere communicationem cum virtute: & ideo in scientia de virtute oportet de voluntario & inuoluntario determinare.

2. ratio.

Hoc autem & alia probatur ratione: quia in voluntariis si bona sunt, sunt laudes: & si mala sunt, sunt vituperationes. In inuoluntariis autem si imperfecta inuoluntaria sunt, conceditur venia si excusant à toto: quandoque autem conceditur misericordia, si non in toto excusant, sed in parte: ergo operationes voluntariae bonae & malae idem habent praemium cum operationibus virtutum & vitiorum. Et quorum est idem consequens communicationem habens, ad vnam scientiam pertinet declaratio eorum. Operationes autem inuoluntariae si malae sunt, laudes quidem & exprobrationes non habent, sed cum in ciuilibus habeat veniam vel misericordiam: & quod in ciuilibus habet consequens, in scientia morali debet determinari. Voluntarij ergo & inuoluntarij determinatio pertinet ad moralem. Sic igitur nobis intendentibus de virtute, forsitan necessarium est determinare de voluntario & inuoluntario.

3. ratio.

Adhuc autem tertia ratio est: quia tractare de voluntario & inuoluntario, vtile est in omni ciuilitate, & ad honores & ad poenas quibus nituntur ciues honos facere. Voluntarium enim quod magis est voluntarij in bono, minus honoratur. Inuoluntarij autem quod magis est inuoluntarium, eo minus punitur. Propter quod ait Prætor, Quod vi metus causa fit, ratum non habeo. Voluntarium autem in malis quod magis voluntarium, magis exprobratur:

& inuoluntarium in bonis, quod magis inuoluntarium est, minus honoratur. Et generaliter, sicut dicit quidam sapiens, nihil laudatur vel vituperatur in homine, nisi cuius ipse est causa: & ideo plus, quod ipse plus causa est. Liber autem est, ut dicit Philosophus, qui causa sui est: & sicut dicit Quidius, qui saus est, ad nullum alium habens respectum in operibus. Hoc autem modo nullum animalium brutorum suum est: ideo quod omnia opera eorum acta sunt à natura. Hoc etiam modo intellectus & ratio contemplatiua non sua sunt in veritate contemplatorum. Obligatione enim syllogistica coguntur ad assensum. Quod vero primum causa libertatis est, voluntas est: ideo quod hoc & à natura obligatione liberum est, & ab obligatione argumentorum voluntarium. Ergo esse hominem & liberum facit hominem, & omnem operationem eius facit liberam, ita quod nulla causa suarum operationum est, nisi quia sibi voluntariae sunt. Habitu autem est multoties iam in praecedentibus, quia nulla sunt operationes virtutum vel vitiorum, nisi quorum domini sumus. Primum ergo quod consideratur in eis, est quod voluntariae sint.

4. ratio.

Adhuc in praecedenti libro monstratum est, quod bene operationum virtutum est in agente, & secundum parum in opere: & hoc bene totum secundum differentias voluntarij, scilicet quod ex voluntate eligit, & propter hoc eligit, quod in talibus peruenit firma voluntate non & alterata. Cum ergo bene operationum talium in voluntate sit, non potest determinari in virtute, nisi determinetur de voluntario.

5. ratio.

Adhuc ergo cum homo ciuilis sit per naturam, oportet quod operationes & passiones suae ciuilitate determinentur, secundum quod ad iudicium veniunt politici, qui ciuilium est ordinator. Politicus autem non respicit operationes, nisi secundum quod procedunt ab operante. Oportet igitur politicum regulas habere & leges quibus cognoscat quid à nobis est & quid ab aliis. Regulæ autem nostrae non possunt sumi nisi ex voluntario & inuoluntario. De voluntario igitur & inuoluntario in morali scientia oportet determinare. Vnde etiam

etiam politicus ei quod simpliciter inuoluntarium est, concedit veniam: & si non simpliciter inuoluntarium est, adhibet materiam, forte partem poenae relaxando, vel forte ex officio suo contra eum qui vim immitit procedendo, vel alio modo. Quamuis ergo de voluntate secundum quod pars animae est, in naturalibus determinari habeat: tamen voluntarium secundum quod libertatem confert operanti & operi, pro certo determinare habet moralis.

CAPVT II.

De inuoluntarij diuisione.

2. De inuoluntario prius dicitur quam de voluntario. 1. ratio.

Videntur autem inuoluntaria in duo diuidi: quia etiam quae violenta sunt, & quae propter ignorantiam facta sunt, inuoluntaria esse dicuntur. Quamuis enim voluntarium dicat habitum, & inuoluntarium priuationem: tamen oportet nos prius de inuoluntario, quam de voluntario dicere. Quia in ciuilibus inuoluntarium generalius est. Voluntarium enim in ciuilibus quod laudem habet vel vituperationem, non est consideratum nisi in actibus virtutum vel vitiorum. Inuoluntarium autem in ciuilibus quod veniam habet vel misericordiam, & in actibus & operationibus virtutum & vitiorum consideratur, & in multis aliis ad quae frequenter compellunt tyranni, & diuersorum diuersae violentiae. Quia igitur generalius refertur ad conuersationem humanam, quam voluntarium, ideo prius de ipso est tractandum.

2. ratio.

Adhuc autem actio voluntaria secundum quod est voluntaria, non recipit laudem vel exprobrationem, nisi secundum quod remota est à contrario. Nullum enim principium primum secundum quod primum est, potest determinari nisi per negationem vel priuationem, sicut dicimus primum esse ante quod nihil est. Et cum voluntarium primum principium sit operationum, determinari non potest nisi per negationem vel priuationem: & hac determinatio inuoluntarij praecedit determinationem voluntarij. Sicut volentes scire quid sit principium, praedeterminare oportet quid sit ante se nihil habere. Sic igitur voluntarium sciri non potest nisi inuoluntarij praedeterminata ratione.

CAPVT III.

De inuoluntatio per violentiam.

Violentum est, cuius principium est foris, in quod nihil confert is qui violentia agit, aut patitur.

Violentum autem est, cuius principium mouens est extra operantem, & tale violentum est, in quod nihil confert operans, vel patiens violentiam: pura si spiritus violentissimorum ventorum portauerit aliquem alicubi in damnum vel lucrum aliquorum, vel si homines violentum dominium super nos habentes, per nos tanquam per instrumenta

D. Alb. Mag. lib. 1. Ethic.

aliquid operentur. Si enim aliquis à vento proiectus, vel ab alto cadens vel alias aliter violenter impulsus, impulsu vel casu damnum faciat. Sic enim operatio damni non ab ipso, sed à violentia tanta. Similiter si manus violenter extendatur, & extensa manu princeps percutiatur vel quicumque alius, non ille cuius est manus causa est operis, sed ille qui manu per violentiam vitur ad percutiendum. Vtrumque ergo istorum violentum est, dummodo ille qui patitur vim, nihil conferat penitus ad actionem eius qui infert violentiam: si enim violentia interius per consensum approberetur, & placeat violentia, vel non displiceat, non in toto violentum est: quia interior voluntas concurrat ad operationem. Similiter si ille cuius manu aliquis percutitur non retinens manum, accommodet percutienti, non simpliciter violentum est: ideo quod qui dicit se vim pati, aliquid confert ad violentiam: affert enim per consensum, vel non dissensum ad operationem. Hoc autem non nisi secundum praesumptionem potest iudicare politicus. Sicut est hoc quod dicit Vulpianus, quod si vir clarae dignitatis in ciuitate dicat se vim passum, non praesumitur esse verum: quia non praesumitur, quod si in ciuitate magna clara dignitate praesulget, possit ei vis inferri. Simile iudicium est si fortior dicat se vim passum à debiliore.

Differunt per vim & metum causa facta.

Attendendum etiam, quod non in idem genus ordinamus ea quae sunt vi, & ea quae sunt metus causa. Licet enim haec diuersa sunt, tamen non diuersificantur in hoc quod est concedere veniam & misericordiam: per vim enim sunt quae simpliciter coacta sunt, nullum penitus in vim passio habentia principium. Metus autem causa sunt, quae timore maiorum malorum sunt operata, & principium habent in metuente, quod est principium operationis proximum, licet non sit primum.

CAPVT IV.

De operationibus mixtis ex voluntario & inuoluntario.

3.

Qicumque autem propter timorem maiorum malorum, vel propter expectationem aliquorum bonorum, quae aliter haberi non possunt, aliquid turpe operantur, dubitationem habet, vtrum illa voluntaria vel inuoluntaria esse sint iudicanda. Pura si tyrannus vim coactiuam habens super aliquem aliquid turpe praecipiat operari qui dominium habet super nos, & super parentes nostros, vel super filios, vel aliter coniunctos, de quibus merito dolere debemus, sicut de nobis ipsis: & si aliquid turpe operamur ad praecipium tyranni, saluantur amici: si autem non operamur, occiduntur. Tale aliquid etiam accidit circa eas quae in tempestatibus de nauibus sunt eiectiones propter salutem nauis. Haec enim nullus eieceret simpliciter, hoc est, propter ipsam eiectionem, & si voluntarius esset, & suae voluntatis arbitrio nullo modo faceret.

K 3 In

In periculo autem existentes propter salutem sui & aliorum omnium qui in naui sunt, omnes intellectum habentes, eiiciunt bona, vt exonerata nauis leuius & altius super undas emergatur, & non de facili aquas hauriens submergatur.

Vtraque ergo istarum operationum metus causa facta est. Mixta quidem igitur tales sunt operationes, vt videtur: tamen magis, assimilantur voluntariis, quam inuoluntariis. Cuius vna ratio est: quia tunc cum fiunt & operata sunt, voluntaria sunt: operationes enim humanæ in circumstantiis singularibus accipiuntur, scilicet quis & vbi, & quando, & quomodo. Secundum has autem voluntaria est operatio principium habens in operante. Quis enim est? in periculo constitutus. Vbi? in mari. Quando? in tempestate: & similiter de aliis.

Secunda ratio est: quia finis operationis secundum tempus est. Hic autem finis est in illo tempore consequi salutem: propter hoc enim proicit onera. Finis autem ille simpliciter voluntarius est. Operatio ergo ista dicitur voluntaria & inuoluntaria quando operatur ea operans. Volens enim operatur in eo quod principium mouendi organicas partes, manus, & pedes, in talibus operationibus in ipso operante est. Voluntarie enim manibus & pedibus proicit onera. Quorumcumque autem operandi principium est in operante, in his secundum propriam potestatem & facultatem in ipso operante est operari & non operari. In quibus autem in nobis operari est & non operari, hæc voluntaria sunt: voluntaria itaque sunt omnia talia, quia voluntario assimilata. Simpliciter autem accepta forsitan sunt inuoluntaria: idè quia nullus intellectum habens, aliquid talium vnquam eligeret secundum seipsum existens & propriae facultatis arbiter.

Duo ergo consideranda sunt, scilicet qualis sit operatio simpliciter accepta, & cui similis sit secundum comparandi principium. Simpliciter autem dicimus acceptam sine circumstantiis, præcipue loci, & temporis, & causæ operationis. Nihil enim prohibet aliquid simpliciter esse inuoluntarium, quod tamen ex causa voluntarium efficitur, sicut vti & secari quæ non sunt voluntaria, nisi propter sanitatem. Similiter quædam inuoluntaria, quodam loco voluntaria sunt, sicut est iactus mercium in mare. Similiter quædam voluntaria tempore quodam efficiuntur, sicut est relictio diuitiarum tempore belli, vt per fugam vita saluetur.

Considerandum etiam est cui similis sit in principiis operandi. Principium enim inuoluntarij proximum & operationes eliciens, totum est extra operationem. Principium autem voluntarij totum intra. Cum ergo operationis directe proximum principium eliciens opus habeat intra, quamuis principium mouens habeat extra, quod non est sufficiens ad eliciendam operationem sine nobis, magis assimilatur voluntariis quam inuoluntariis.

Attendendum tamen, quod non est idem non voluntarium & inuoluntarium. Non vo-

luntarium enim habet priuatam voluntatem penitus. Inuoluntarium autem ponit & affirmat voluntatem oppositi. Sensus enim est, nolo currere, hoc est, volo non currere, quod totum priuatur non voluntario. Adhuc autem non idem est inuoluntarie facere, & non voluntarie facere. Quia in inuoluntario ponitur contrarietas voluntatis & dissensus a voluto: non volens autem non oportet quod dissensus habeat ad volitum, sed simplicem negationem voluntatis. Et inde est, quod inuoluntarie operatum affert tristitiam operanti: non voluntarie autem operatum non necessario affert tristitiam operanti.

CAPVT V.

Quid pro quo in talibus sit sustinendum vel operandum.

In operationibus autem talibus operantes aliquando laudantur, quando scilicet turpe aliquid vel triste sustinent pro magnis & per se bonis, quæ scilicet per ea acquiruntur, vel saltem non perduntur. Si autem e conuerso pro paruis & non per se bonis magna turpia vel tristitia sustinent, quæ cuiuslibet viro honorato turpissimum esset ferre, vituperantur. Pro nullo enim bono etiam modico turpissima suscipere & prauis hominis est proprium. In aliquibus autem talibus operationibus laus quidem non fit, sed venia, vel misericordia conceditur, quando aliquis ea operatur, quæ non oportet propter talia quæ humanam naturam excedunt, & quæ nullus vti que honoratus vir sustineret: talis enim metus, vt dicitur Stoici, cadit in constantem virum. Sunt autem quædam quæ fortassis non est cogi: quia vel per nullam coactionem faciendæ sunt, sed potius durissima oportet pati, & moriendum est antequam fiant.

In his autem operationibus inter turpia quæ fieri coguntur, & inter pœnas quas aliquis patitur, considerandum est quid præponderet. Turpia enim quæ fieri coguntur, ad tria mensuranda sunt, scilicet ad statum facientis, & ad obscœnitatem facti, & ad reipublicæ vtilitatem vel nocumentum. Ad statum quidem facientis: quia personam magnam decet esse honestiorem, & turpius est commissum inhonestum propter personam facientis. Propter quod dicit Tullius in lib. epistolarum, quod puer ingenue dignitatis captus à tyranno, cum ad indigna sibi cogere, impulsio capite ad parietem & conuulsato cerebro dixit moriens, non seruam nobilissimo animo hæc ipse perferens.

Ad obscœnitatem autem actus: quia quidam actus sunt contra rationem, quidam autem contra virtutem & contra rationem, quidam etiam cum his duobus contra naturam, & quidam cum his tribus etiam contra consuetudinem. Et contra rationem quidem sicut mendacium. Contra rationem autem & virtutem sicut incontinentia. Contra hæc duo autem &

contra naturam, sicut in affectu impietas in parentes, & in effectum sodomia. Contra consuetudinem autem in eis, sicut est inuentio nouorum peccatorum. Et in his omnibus, sicut dicit Seneca in lib. naturalium questionum, quod quidam incumbens feminæ, intantum cum feminæ incuberet, masculum fecit, & cumbere sibi: & speculo transuerso ex opposito adhibito genitalia etiam incumbentis & in quibus incubebat, considerabat: eò quod in speculo transuerso multo maiora apparebant quam essent.

Nocumentum autem vel vtilitas reipublicæ in hoc consideratur, quod tale malum fiat quod redimi possit salute reipublicæ. Sicut si forte aliquis mentitur ad hoc quod saluentur vniuersi vel plures vel in rebus & statu dignitatis, qui aliter proderentur. Quamuis enim tunc mendacium malum sit & semper malum: tamen à legislatore ciuili non imputatur: eò quod redimitur pietatis officio: propter quod & tale mendacium officiosum appellatur. Ad idem reducitur ciuilitate adulterium quod adultera committit non intentione thori transgrediendi, sed vt tyrannum ciues in seruitutem volentem redigere prodant in sinu, sicut Iudith Holofernem, & Dalila Samsonem: & aliquid huic simile fecit Iabel in tabernaculo suo Syramam recipiens & interficiens & prodens.

Dicit enim Arist. quod ciuilitate loquendo cum inimicis omnia cum prodicione agenda sunt: cum tamen proditio semper mala sit, & mendacium, & adulterium. Non enim redimerentur nisi mala essent, nec redimuntur ad hoc quod mala non sint, sed redimuntur quoad hoc quod à legislatore non imputentur in pœnam propter vtilitatem communem quæ ex talibus aliquando causatur. Obscœna autem quæ nimia sua obscœnitate redimi non possunt, eò quod rationem & virtutem & naturam & consuetudinem subruunt, nullo modo faciendæ sunt, nec causa metus, nec causa alicuius violentiæ: sed potius moriendum est.

Propter quod derisibilia sunt dicta Euripidis poetæ quæ dicuntur Alcmeonæ, hoc est, quæ de Alcmeone composuit metricè tangens causas mouentes quare Alcmeon matrem suam occidit. Dicit enim Euripides, quod Alcmeon cuiusdam Amphiaræ filius fuit. Amphiarus autem suam vxoris suæ quæ mater fuit Alcmeoni, persuasus fuit ad bellum Thebanum procedere: & mouebat in vna parte Etheocles, & in altera parte polynices: cum bello lethaliter vulneratus redisset domum, moriens dixit filio Alcmeoni, quod matrem interficeret, accusationes tres imponens matri, scilicet quod sterilis esset, quæ non nisi vnum filium prodexerat. Et quod terra quam in dotem receperat, sterilis esset & infructuosa. Et quod marito persuasisset ad bellum procedere, vbi lethalia vulnera accepisset: eò quod a marito absoluta alij naberet. Et matrem propter has persuasiones interfecit, quæ persuasiones cum insufficientes essent, contra rationem fecit cum hominem occideret, & contra virtutem peccauit: & cum interficeret matrem, fecit contra naturalem pietatem, & contra omnem con-

Euripides
Atheniensis
tragædiarum
scriptor.

Eriphylem.

fuetudinem omnium animalium. Et idè derisibilis est, quod dixit per talem accusationem coactum se esse vt occideret matrem.

CAPVT VI.

Quod iudicium in talibus valde est difficile quale pro quali sit eligendum.

Est autem difficile quandoque iudicare quale pro quali eligendum sit, & quid pro quo sit sustinendum. Ad hoc autem iudicium hoc aggrauat, quod valde difficile est immorari cognitis malis & imminetibus, & quasi iam impendens expectare. Vt in pluribus enim quæ quidem expectantur in talibus, valde sunt tristitia: quæ autem coguntur, valde sunt turpia. Et quia difficile est iudicium quid pro quo sit sustinendum, aliquando quidem coacti vituperantur, aliquando autem laudantur: & idè dubium est qualia dicendum sit esse violentia, vel merus causa facta.

Vel fortè dicendum etiam, quod ea quæ simpliciter quidem violenta sunt, illa sunt, quorum agens est in his quæ exterius sunt, quando qui ea operatur, nihil confert. Illa enim semper inuoluntaria sunt & vbique & semper. Quæcumque autem secundum se ipsa quidem accepta inuoluntaria sunt, nunc autem & pro his causis & in hoc loco sunt voluntaria, magis assimilantur voluntariis. Quia operationes in singularibus sunt. Singularia autem in talibus voluntaria sunt, sicut in antehabitis est determinatum. In talibus ergo qualia pro quali eligenda sunt, non facile est tradere per artem: eò quod multa sunt differentiæ in singularibus, quæ ad vnã communem rationem redigi non possunt: tamen ad artem quam præmissimus, respiciendum est, vtrum scilicet redimi possit quod sit vtilitate maiori, vel maxime autem, vt diximus, in his quæ pertinent ad rempublicam.

Zeno Thelengatorij filius, non modicus inter Philosophos existens, vt pote Zenophanis & Parmenidis discipulus propinquus temporibus Democriti, sicut qui apud Eleatem ciuitatem octogesimam octauam olympiade floruit, & lites siue disputationes & narrationes de natura, Pythagoræ & Democriti & Empedoclis describit, & qui primus, vt dicitur, dialecticam fecit, quæ tamen non inuenitur nisi de elenchis, ad cuius similitudinem Empedocles rhetoricam composuit. Hic igitur Zeno talis & tantus cum Diomedontem quendam tyrannum Eleatis ciuitatis impugnatorem, cum esset ciuis eiusdem ciuitatis, & Diomedontem deiicere conaretur à potestate, ne ciuitatem inuadere posset, captus à Diomedonte tyranno: & cum quæreretur à tyranno, quod esset consilium & secretum reipublicæ in ciuitate, sciens quod pro nulla coactione mysterium consilij principum & reipublicæ esset reuelandum, linguam quæ reuelare posset, dentibus abscedit, & in faciem tyranno expuit, facto dicens plus quam verbo, quod mysterium non sit reuelandum. Propter quod etiam

Zeno innètor
logica.

Tormeta Zenonis. tyrannus Zenonem philosophia & virtute conspicuum in mortario contundi fecit pistello desuper feriente: quæ amarissima tormenta Zeno sustinuit antequam secretum reuelaret.

CAPVT VII.

Quod delectabilia exteriora non inducunt coactionem quæ à turpibus excuset.

6. Siquis autem dicat, quodd propter hoc quod delectabilia exteriora, & bona exteriora alliciunt animum concupiscentis, inferunt violentiam & violenta sunt propter hoc quod sunt extrinsecus existentia, & ab extrinsecus mouent sicut violenta. Primum quidem inconueniens quod ad hoc sequitur, est quod secundum hæc omnia quæ agimus, erunt violenta: quia delectabilium gratia omnes homines omnia operantur quæ operantur. Quicquid enim agimus, agimus vel fugiendo triste, vel prosequendo appetibile. Ratio etiam est ad hoc: quia, sicut patet ex prædictis, quod vi & inuoluntarij facimus, facimus cum tristitia: quæ autem propter delectabilia sunt, cum delectatione & gaudio sunt. Propter vim ergo & metus causa non sunt.

Quod autem aliquis dicat vt Plato, cauenda esse exteriora quæ nos ad turpes delectationes compellunt, ridiculum est: potius enim dicit cauere seipsum, sicut bene venabilem à delectatione exteriorum. Si enim confirmatus esset in virtute, non de facili venari posset & capi delectatione exteriorum. Ridiculum etiam est quod dicit Plato, quodd aliquis bonorum quidem seipsum ponat causam, turpium autem ponat causam exteriora quasi cogentia: cum homo ex seipso causa sit & bonorum & malorum, & exteriora non cogant, nec etiam moueant, nisi per appetitum qui in ipsa extenditur. Quod autem dicit Plato, hominem esse causam bonorum & non malorum, à Socrate doctore suo accepit, qui Stoicorum princeps fuit, & omnes virtutes intra hominem esse dixit dono diuino animæ collatas, & ex seipso hominem semper bene agere, nisi delectabilium exteriorum subuerteretur concupiscentia deceptus & illectus. Et in anima dixit omnem esse scientiam ex qua sufficeret ad omnem contemplationem, nisi phantasiorum exteriorum subuerteretur deceptio. Hoc autem secundum Peripateticos ridiculum est: eod quod ex falsa procedit hypothesis: quia nec virtutes scientiæ in nobis sunt, nisi quod innati sumus suscipere eas. Perficere autem est à doctrina vel assuetudine, sicut in secundo huius scientiæ volumine statim in principio probatum fuit. Ex omnibus ergo his quæ dicta sunt, rationabiliter videtur vtique, quodd violententer sit, cuius principium actuum & motuum est extrinsecus, nihil conferente ad violentiam vel metum vim passo.

CAPVT VIII.

De inuoluntario per ignorantiam.

7. Quod autem propter ignorantiam inuoluntarium est, hoc quidem omnino secundum omnem sui differentiam & modum est non voluntarium: tamen non secundum omnem modum est inuoluntarium: Sed hoc est inuoluntarium, quando factum triste est & in penititudine voluntati secundum se contrarium. Qui enim propter ignorantiam operatur quæcumque, & nihilominus non tristatur in operatione facti postquam sciuit, ille quidem volens non operatus est, quia non potuit velle, quod non sciuit: neque rursus nolens operatus est, quia postquam sciuit, non est tristatus de eo quod propter ignorantiam fecit. Ex quo relinquitur, quodd quicquid in penititudine est facti, nolens videtur fecisse quod fecit: qui autem non penitet de facto, quia alter est ab illo, & differt sic, non volens ex hoc nomine vocetur. Quia enim differt ille ab illo, melius est ad rei significationem talem nomen habere proprium, quæ si communi nomine significaretur & diceretur nolens sicut & ille qui penitet de facto, & confusio esset ex communitate nominis, & proprietatis in loquendo non seruaretur.

Ad intellectum autem eorum quæ dicta sunt, notandum quodd voluntarium ab actu volendi dicitur, & non à potentia vel habitu. Tale autem voluntarium inter duo est, scilicet inter volentem à quo exit, & inter volitum quod est mouens volentem, & ratio voluntarij, & forma, & finis mouens per formam à volente conceptam & affectum. Forma: quia informat volentem ad hanc speciem vel illam. Ratio: quia ex ipsa diffinitur actus in quantum voluntarius est, sicut diffinitur fornicatio per improbam voluntatem cum effectu circa venerea. Finis autem est: quia illo habito quiescit actus voluntatis. Voluntarium ergo priuari potest ex parte volentis, vel ex parte voliti. Ex parte volentis non priuatur nisi per violentiam. Ex parte voliti autem non potest priuari in quantum voluntarium est: quia hoc ponitur statim in quantum ab intrinseco principio dicitur esse factum. Sed si priuatur, non priuabitur nisi per priuationem formæ voliti vt volitum est: & hoc non potest nisi per ignorantiam circumstantiarum quæ faciunt ipsum volitum vt volitum est. Aliquid enim volitum est in loco ex ipsa loci circumstantia, quod alias non esset volitum. Similiter autem est de tempore & sine & omnibus aliis circumstantiis. Ex parte ergo illa causatur inuoluntarium per ignorantiam dictum. Et cum dicitur inuoluntarium, non priuatur voluntas in actu, sed priuatur forma volendi quæ fecit ipsum voluntarium. Nihil enim prohibet, quin aliquid sit volitum sub forma vna, quod sit contrarium voluntati si illa forma careat. Vult enim aliquis esse abbas sub forma abbatæ volens religionem, quam nequaquam vellet si forma illa careret.

careret. Et vult etiam aliquis vri & secari, quod omnino voluntati contrariaretur, si sub forma sanitatis non esset. In omnibus igitur talibus si inuoluntarium sit, oportet quod voluntati actuali sit contrarium: & quod contrarium est, penitendum & tristitiam affert in facto. Quod igitur sic inuoluntarium est, postquam factum est, tristitiam affert facienti. Adhuc omne quod placet factum, habitualem habuit ad minus voluntatem, & non contrarianem in faciendo. Habitalem autem voluntatem vel non contrarietatem conferens ad operationem, aliquid confert: & qui aliquid confert, non omnino est inuoluntarius. Talis igitur non omnino inuoluntarius est. Sicut enim in violento nihil debet conferre vim patiens, quinimo dissentire & conari in contrarium: ita etiam in inuoluntario propter ignorantiam, dissensus requiritur & molestia postquam scitur.

Ex quo patet, quodd non est idem inuoluntarium & non voluntarium: quia inuoluntarium habet actualem voluntatem contrarij: non voluntarium autem nullam habet. Non voluntarium enim accipimus negatiue, & non priuatiue, vel infinitè. Nec iterum sequitur, est non voluntarium: ergo inuoluntarium: quia nolo non vis per totum condeclinium voluntatem secundum actum habet affirmatam, sed volitum negatum: vnde cum dico, nolo currere, sensus est, volo voluntate actuali non currere. Cum autem dicitur, non volo currere, negatur actus voluntatis & volitum. Patet ergo, quodd bene sequitur, est inuoluntarium: ergo volitum: sed non sequitur, est inuoluntarium: ergo non volitum. Iterum patet, quodd non est idem non volentem operari, & nolentem operari: sed bene sequitur, inuoluntariè operatur: ergo nolens operatur: sed non conuertitur, nolens operatur: ergo inuoluntariè operatur: quia potest nolens operari qui nihil vult de volito, nec secundum substantiam, nec secundum formam: inuoluntariè autem operans, ad minus vult actum quem facit, tunc cum facit eum, quamuis nolit eum sub tali forma.

Similiter autem attendendum est quod dicitur de ignorantia. Potest enim dici ignorantia à priuatione simpliciter priuati scientiam, & vocatur ignorantia priuationis, & est idem quod non scientia, vel nescientia: vel potest priuare principia scientiæ per quæ venit in scientiæ perfectionem, quæ priuantur per hoc quod aliquis disponitur per contraria principiorum, sicut illi qui dixerunt omnia esse vnum per hoc quod mutabilitas contradictoria facit simul esse vera: & hæc vocatur ignorantia malæ dispositionis: & neutro modo dicitur ignorantia quæ facit inuoluntarium. Est etiam ignorantia quæ priuat scire in vniuersali, vel particulari, vel in agere, quarum nulla facit inuoluntarium. Omnibus enim his positis contingit inuoluntarium esse. Sciens enim non suam non esse cognoscendam: sciens etiam quæ sua sit, per rationem medij & comparans vnum ad aliud, & concludens non esse cognoscendam non suam, potest inuoluntariè cognoscere non suam, si non sua sub forma

sua sibi exhibeatur, sicut inter Iacob & Liam se habuit. Nulla igitur ignorantia siue contemplatiuorum siue agendorum inuoluntarium facit, nisi ea sola quæ est priuatio notitiæ voliti, secundum quod sibi faciunt causam & formam voliti circumstantiæ. Et si aliquis dicat, quodd res volita non est sine formis suis: & idem voluntas cadens super ipsum, cadit super ipsum secundum quod est sub formis. Verè ille nescit quid dicatur. Omnia enim verba ad actum animæ pertinentia, separant & diuidunt ea quæ secundum naturam non sunt diuisa. Et idem aliquid est volitum secundum se, quod sub tali forma nolitum est. Hæc ergo sola ignorantia facit inuoluntarium. Et signum est eius, quod nihil confert ad operationem talis: & talis est quando tristitiam & penitendum habet in peccato: & si hanc non habeat, etiam si ignoret circumstantias in quibus est actus, tunc quidem facit ignorans quod facit, quia factum suum non sciuit: sed non facit per ignorantiam quæ facit inuoluntarium, eo quod ignorantia quæ facit inuoluntarium, ad factum vult habere contrariam voluntatem.

CAPVT IX.

Quod aliud est propter ignorantiam operari, & per ignorantiam, & ignorantem.

8. Alterum autem videtur propter ignorantiam operari, ab eo quod est ignorantem facere, & ab eo quod est per ignorantiam facere. Ebrius enim vel qui irascitur, non videtur propter ignorantiam operari, sed propter aliquod eorum quæ dicta sunt, quæ sunt ebrietas & ira. Talis enim non sciens operatur, sed non ignorans ignorantia quæ inuoluntarium facit. In his enim generaliter notandum, quodd quedam sunt voluntaria, eod quod causa eorum antecedens voluntaria est. Effectus enim per se sequitur ad causam. Volens enim præcidere tibiam, confert & operatur ad claudicationem: & ridiculum est, quodd hoc dicat sibi esse inuoluntarium, ad quod confert & operatur ex propria voluntate. Ita etiam se inebrians confert & operatur ad ignorantiam: & idem quod sic ignorans operatur, non inuoluntariè operatur: propter quod sibi imputatur & opus: ergo talis ignorantiam habet in agendis: sed illa ignorantia non facit inuoluntarium quod factum est, quamuis ignoret quod facit. Voluntarium enim est, ad quod quis confert & operatur. Sicut autem est in operatione vini quod ignorantiam reducit agendorum, sic facit ira: propter hoc quod est accessio sanguinis & euaporatio fellis. Spiritus enim ascendentes supra & sanguis faciunt oppilationem, per hoc quod ascendunt ad caput, & oppilant vias spirituum animalium, & ipsos spiritus perturbant, & committent operationes eorum. Propter quod consueuimus dicere iratis, quodd digerant iram, sicut dicimus ebriis, quodd digerant vinum. Tales igitur ignorantes faciunt

faciunt quod faciunt, sed non faciunt propter ignorantiam. In facto enim propter ignorantiam nihil ad faciendum confert operans: isti autem conferunt per iram & ebrietatem, cuius ipsi sunt causa. Per ignorantiam autem aliquando facit aliquis, qui errat in opere, vel propter ignorantiam priuationis, vel ignorantiam dispositionis: sed non facit propter ignorantiam ille. Propter ignorantiam autem facit, quando ignorantia causa est volendi huius, quæ si non esset, nullo modo vellet: & talis est ignorantia circumstantiarum. Sicut occidens filium quem filium ignorauit: propter hoc quod in forma pugnatoris venit: quem si filium esse sciuisset, nullo modo occidere voluisset. Et ita est in aliis.

Si autem aliquis operam dei rei licite, & per illud efficiatur infans, si forte cogitat de re publica vel aliquibus honestis & sanitatem capitis amittat ex studio, de illo non est idem iudicium. Cogitatio enim assidua spiritus & calorem ascendere facit ad locum cerebri. Hæc autem secum trahunt malas materias in cerebrum, quæ cum multiplicata fuerint, grauatur & oppilatur. Ille quidem ignorans facit postea quod facit: sed si malum facit, non quidem est inuoluntarium quod facit, eò quod contrahit & cooperatus est ad ignorantiam: sed quod factum non imputatur ei, sicut ebrius vel iratus, id eò est, quod rei licitæ & honestæ operam dedit. Et in causa ignorantia idem est iudicium de ignorantia morionum, qui ignorantiam ex natura habent inuincibilem. Et hi quidem ignorantes faciunt quod faciunt & non accusantur: non tamen sunt inuoluntarij: quia pœnitentiam & tristitiam non habent in eo quod fecerunt.

CAPVT X.

Qualiter omnis malus ignorans est, & non inuoluntarius.

Ignorat quidem igitur omnis malus quæ oportet operari, & quibus fugiendum est: & tamen ignorantia non excusat: quia propter peccatum tale ignorantia iniusti & vniuersaliter mali sunt & voluntariè. Inuoluntarium autem secundum prædictam inuoluntarij rationem dictum, vult quod non dicatur inuoluntarius si quis ignorat quod confert. Ignorantia enim quæ est in electione, non est causa inuoluntarij, sed est causa malitiæ.

Quæ ignorantia inuoluntarium facit.

Ex præinductis autem manifestum est, quod ignorantia multiplex est. Est enim ignorantia contemplatiuorum, & est ignorantia agendorum. Ignorantia autem agendorum est ignorantia maioris propositionis, & ignorantia minoris. Hæc autem in syllogismo practico, sicut dictum est sæpè, aliter sunt quam in syllogismo contemplatiuo. In practico enim maior propositio est operabilis determinatio. Minor autem est appetitus electiuus ad operationem imperus. Conclusio autem opus melius. Et in hoc syllogismo maiori non errat nec

ignorat. In appetitu autem electiuo duo sunt: vnum ex electione, alterum ex appetitu. In malo autem id quod est in appetitu, dominatur & ad se trahit electionem & claudit oculum ad rationem eligibilis secundum quod ex electione determinatum est: & talis clausura error est & ignorantia: & hic est error & ignorantia quo omnis malus est ignorans. Bonus autem e contra dominium habet ex electione super appetitum: nec clauditur ei discretio eligibilium ex appetitu, sed potius ex vi discretionis trahitur appetitus ille: & id eò non errat. Et ideo omnis malus errat in minori propositione syllogismi practici. Hæc cæcitas non est similis cæcitati eius qui orbatus est oculis: sed est similis cæcitati quæ dicitur accrisa, in qua cæcitate cæcus omnia videt, præter hoc solum quod ibi & nunc conuenit. Itaque malus omnia videt præter hoc quod conuenit in opere; concupiscentia vel ira claudente sibi intellectum. Nec dicitur ignorans a priuatione scientiæ in habitu: sed ignorans dicitur, quia rationem eligibilis non sequitur. Et hæc est cæcitas sicut cæcitas cæci ex carentia ducis. Diximus enim in præhabitis, quod participans qualiter ratione, rationem non habet ex ipso, & sic rectè non ambulat nisi ducatum sequatur rationis: si ergo ab illa conuertitur, priuatum est lumine ducis & ignorans: omnis autem malus auerterit & ignorans est: omnis igitur malus ignorans est. Quia tamen auerterit & cooperatur omnis ignorans. In singularium autem ignorantia totum oppositum est: quantumcumque enim studeam, quantumcumque considerem, quantumcumque tendat voluntas in contrarium, adhuc infinitis causis contingit singularia ignorare: quæ si scirentur, nunquam essent volita quæ fiunt. Et ideo ignorantia singulariū facit inuoluntarium & non ignorantia vniuersaliū. Et hæc est causa, quod oportet nos de singularibus considerare quantum pertinet ad propositum: de quibus rapen rhetor certam tenetur dare rationem.

CAPVT XI.

Quod ignorantia vniuersalis inuoluntarium non facit, sed ea quæ in singularibus est.

Vniuersalis etiam ignorantia inuoluntarium non facit, sed potius ea quæ in singularibus est, in quibus & circa quæ est operatio, propter naturalem ignorantiam vituperantur qui sic ignorant. Qui autem in singularibus circumstantiis in quibus ignorant, propter ignorantiam accipiunt misericordiam & veniam: quia quicumque ignorant aliquod singularium in quibus est actus, inuoluntariè operantur. Et ideo forsitan non est malum determinare quæ & quor sint talia singularia. Vniuersalia autem hic dicuntur quæcumque sint principia operabilium in operabilibus dirigentia, siue sint iuris naturalis, siue iuris positiui, siue etiam per rationem determinata si nulla auctoritate statuta sint: talia enim ignorans tenetur scire. Et sicut in naturis non fit peccatum siue per defectum siue per abundantiam, quod naturæ non imputetur, eò quod intellectuam quæ dirigens est naturam, non consequitur: ita in talibus non fit peccatum quod

Vniuersalia quæ dicuntur hic.

quod voluntati non imputetur, eò quod rationem non consequitur in operabilibus dirigentem. Et ideo hoc peccatum aggrauat & non inuoluntarium facit: nec veniam meretur & misericordiam, sed potius increpationem & exprobrationem: & est simile ei qui sibimet ipsi eruit oculos ne rectè vadat. Hæc etiam vocatur ignorantia iuris secundum quod ius largissime accipitur secundum quod dicitur ars esse æqui & iniqui: eò quod est collectio principiorum hominem ad rectum dirigentium & non à recto auertentium.

Ignorantia affectata, crassa, & supina.

Hæc autem ignorantia affectata dicitur, & crassa, & supina. Affectata quidem affectu antecedente: quia per affectum quis auerterit à tali studio & consideratione. Crassa dicitur per metaphoram: quia sicut crassi oculi malè vident, nec vident rem in debita quantitate vel numero: & sic affectus infundit rationale per participationem dictum, vt non videat faciendum sub debita ratione faciendorum. Supina autem dicitur: quia non ex natura, sicut in morione: nec ex difficultate scibilibus causatur, sed potius ex voluntate subtracta iacet, quæ est voluntas non inquirendi vel considerandi rationes operabilium: & sic ad istam ignorantiam confert & cooperatur omnis ignorans. In singularium autem ignorantia totum oppositum est: quantumcumque enim studeam, quantumcumque considerem, quantumcumque tendat voluntas in contrarium, adhuc infinitis causis contingit singularia ignorare: quæ si scirentur, nunquam essent volita quæ fiunt. Et ideo ignorantia singulariū facit inuoluntarium & non ignorantia vniuersaliū. Et hæc est causa, quod oportet nos de singularibus considerare quantum pertinet ad propositum: de quibus rapen rhetor certam tenetur dare rationem.

CAPVT XII.

De explanatione circumstantiarum in quibus est actus.

Circumstantiæ autem in quibus est actus & quarum ignorantia facit inuoluntarium, sunt sicut quis fecit, & quid fecit, & circa quod operatus est, vel in quo sicut loco, vel tempore operatur quando, aut cum quo operatur sicut instrumento, & gratia cuius sicut finis, puta gratia salutis: & qualiter, & hoc dupliciter, scilicet in modo actus secundum quod exit ab operante, sicut dicimus, qualiter fecit, hoc est, quærit vel vehementer, vel secundum qualitatem quæ regit in opere, sicut quærimus, qualiter fecit, intendentes vtrum rei licitæ vel illicitæ operam dedit: & alia quæ his similiter dicuntur.

Omnia quidem igitur hæc nullus vtiq; secundum totum ignorabit non infans existens. Hoc autem manifestum est ex hoc, quod nullus operans se operantem ignorat. Qualiter enim se ipsum ignorare posset cum ipsemet operans sit sciens & eligens. Nihil enim est quod abscondit se operantem à seipso, neque

secundum substantiam; neque secundum accidens: & ita quis faciat, nemo ignorat. Tamen quis inter circumstantias ponitur: quia licet inuoluntarium non faciat, tamen facit ad aggrauationem peccati, & commendationem boni. Sacerdos enim peccans vel Episcopus, turpior est, & faciens bene, commendabilior est.

Quid autem operatur bene contingit ignorare quodammodo, sicut in dictis in excusatione sui consueuerunt dicere, excipere ipsos, vel non scire quid dixerunt: nec esse mirum: quoniam ineffabilia erant quæ dicebantur, id est, quemadmodum si dicantur Æschyli mystica. Potest enim aliquis fabularum mira non intelligens loqui ad exprobrationem vel commendationem aliquorum audientiam & intelligentium ordinata. Sicut si dicat fabulam Phaëthontis coram malis prælatis, & non intelligat quid dicat: illi autem de se dici intelligant: qui sicut Phaëthon malè dirigens cursum solis in celo, à Ioue fulmine percussus est: ita ipsi in terra malè dirigant cursum rationis, & ideo percutiendi & dirigendi deponendi sint: propter quod dicens fabulam iniuste exprobrationes recipit: quia nulli ex voluntate propria exprobrare voluit, nesciens quid diceret.

Fuit autem iste Æschylus cuiusdam Euphoronis filius cuiusdam Atheniensis, qui multa mystica de sagitticibus & sacerdotibus scripsit, & in Sisipho, qui liber dicitur petram voluens: eò quod duritiem metaphorice semper vult quæri in altera parte. Mystica etiam scripsit in libro de Figenia, & in libro qui dicitur Hypopyodes. In his omnibus libris de terra & de dea terræ & de diis infernalibus magis mystica quam expressa tangere videtur. Mystica autem dicuntur à Græco mystin quod Latine sonat secretum: eò quod in omnibus suis dictis intentionem doctrinæ suæ celat sub miris fabularum. De isto autem Æschylo dicit Heraclides Ponticus in primo de homine libro, quod aliquando in tabernaculo suæ domus periclitabatur occidi propter huius mysticam ratiocinationem, quod quidam contra se dici reputabant, & occisus fuisset, nisi machinationem occidentium præfensisset, & fugiens ad templum Dei quod in Areopago stabat, propter reuerentiam loci conseruatus fuisset. Areopagitæ autem recusantes ipsum vt debentem iudicari primum & condemnari, iudici tradiderunt: sed iudicium euasit benevolentia iudicum: & liberum absoluebant eum propter ea quæ operatus est in Mathathonico bello quod Mathathones contra Athenienses agebant: in quo bello fuit Aysli kingites nomine manibus truncatus: & ipse Æschilus lethaliter vulneratus domum reportatus, in epigrammate sepulchri scriptum habuit, Æschylum Euphoronis filium Atheniensem cuius hoc sepulchrum abscondit mortuum frumenta ferentem. Eò quod mystica seminauerat, quæ in multos intellectus interpretari poterant ad fructum humanæ conuersationis. Sic igitur contingit ignorare quid.

Exemplum autem eiusdem est sicut monstrare volens siue docens ab arcu dimittere missilia,

missilia, vt qui telum docet in arte sagittaria, & tempore consueto doceat, & cum loco competent...

Ignorare etiam potest quo instrumento faciat, sicut si credit iacere rotundam hastam...

Exemplum autem eius quod est cuius gratia, est sicut chirurgus in salutem sanitatis percutere...

Dilutio obiectio.

Et quod quidam obiciunt, quod multae sunt circumstantiae: vna autem forma vnus cuiusque...

CAPVT XIII.

Quid sit voluntarium.

CVm autem inuoluntarium sit vno modo, quod vi merus causa sit, alio modo quod propter ignorantiam...

Forſitan igitur non bene dicitur à Platone, quod inuoluntaria ſunt, quæ propter iram vel propter concupiſcentiam fiunt...

12.

13. Nec ira nec concupiſcentia totum tollit voluntarium. 1. ratio.

runt. Per iram & per concupiſcentiam facta, non inuoluntaria ſunt.

Deinde quaeramus ab eis, vtrum penitus nihil eorum quæ propter concupiſcentiam vel iram fiunt...

Adhuc inconueniens eſt, quod illa dicantur eſſe inuoluntaria, quæ ſecundum ordinem ciuitatis oportet appetere...

Adhuc quia videntur omnia inuoluntaria triſta eſſe: quæcunque autem ſunt ſecundum concupiſcentiam vel iram...

Adhuc autem quaeramus ab iſtis, quid differentia afferunt ad hoc quod inuoluntaria ſiant ea quæ ſunt ſecundum cogitationem concupiſcentis peccata...

Adhuc autem quaeramus ab iſtis, quid differentia afferunt ad hoc quod inuoluntaria ſiant ea quæ ſunt ſecundum cogitationem concupiſcentis peccata...

Adhuc autem quaeramus ab iſtis, quid differentia afferunt ad hoc quod inuoluntaria ſiant ea quæ ſunt ſecundum cogitationem concupiſcentis peccata...

tamen minus ſunt humanæ: ergo & operationes quæ ſunt ab ira & concupiſcentia operationes hominis & humanæ ſunt: ergo aliquid dandum eſt eis in quantum humanæ ſunt...

Ignorantiâ multiplex.

CAPVT XIV.

De electione in quo genere ſit ponenda.

Determinat autem voluntario & inuoluntario prædicto modo, ſequitur vt pertranſire debeamus de electione: pertranſire quidem, quia ſubtiles rationes de natura potente eligere hic assignandæ non ſunt...

14. Determinat voluntario & inuoluntario de electione dicendum eſt. 1. ratio.

2. ratio.

3. ratio.

4. ratio.

5. ratio.

6. ratio.

fuit, quòd sit in medietate consistens quoad nos. Ibidem etiam dictum fuit, quòd sit electius habitus. Electius autem habitus consiliatiuus habitus est, vt dicit Arist. in 6. ethic. Consiliium autem indicatiuum est: indicatiuum autem consiliium non est, nisi de his quæ possunt sic & aliter se habere: hoc autem medium est non rei, sed quoad nos. Electio ergo coniectrix medij per sui substantiam, secundum quod virtus moralis est, non erit coniectrix medij nisi per iudicium electionis: ergo per iudicium electionis virtus est in medio. Electio ergo magis propria est quam etiam medium: quia propter quod vnumquodque, est illud magis. Hac igitur ratione qui tractat de virtute, de electione tractabit.

Secunda ratio est: quia electio magis mores videtur iudicare, quam operationes. In præcedentibus enim dictum est, quòd bene morale est in operante, & non in opere, nisi secundum signum: & quando est in operante, sic est in eo. Primum quidem si sciens sit eligens, & propter hoc eligens. Dictum est etiam, quòd scire parum vel nihil prodest: electio autem & voluntas non parum. Mores autem indicantur quoad nos. Cum igitur bene morum consistat & in voluntate & iudicio consiliatiuo sicut in causa, in operatione autem non consistat nisi sicut in signo, constat quòd in electione magis bene morum iudicamus, quam in operatione. Qui enim bene eligit, bonus est: nec bene operatur, nisi eligeret: propter quod bene in electione causa est eius quod est bene esse in operatione. His igitur de causis tractandum est de electione.

Electio autem in vno quinque generum esse ponitur, scilicet voluntarij, vel concupiscentiæ, vel iræ, vel voluntatis, vel opinionis. Electio quidem enim vtique voluntarium quiddam esse videtur: non autem idem est voluntario, sed voluntarium est in plus. Voluntario quidem etiam pueri & animalia bruta communicant, electione autem non communicant. Per ipsum enim subiectum in quo potentia & actus radicantur, probatur quod non omne voluntarium electio. Diximus enim in præhabitis, quòd voluntarij potentia tripliciter est, scilicet secundum inchoationem, dispositionem, & perfectionem. Inchoatio autem voluntarij est in posse facere & non facere, hoc est, quod in nobis sit facere & non facere: & hoc bene est in brutis. Dispositio autem, quando ex natura quidem rationem habemus faciendi & non faciendi, sed non ex actu in vigore siue confortatione rationis: & sic voluntarium est in pueris. Perfecte autem habemus quando ex perfectione naturæ perfecte discernimus, quòd in nobis sit facere & non facere. Patet igitur, quòd voluntarium per prius & posterius est in brutis & pueris & adultis: & sic aliquo modo est in pueris & brutis. Electio autem cum dicat appetitum consiliatiuum, nullo modo est in pueris & in brutis: quia consiliatiuus habitus iudicatiuus perfecte est perfectissimo rationis iudicio: & hic nec pueris nec brutis conuenit. Diuersum ergo principium ex parte subiecti est electionis

& voluntarij. Et sic electio non omnino idem est voluntario, sed voluntarium est in plus.

Hoc autem & alia ratione probatur: quia etiam repentina quaedam dicimus bene esse voluntaria, quæ tamen facta non dicimus esse secundum electionem. Si enim subito superueniat amicus ex impræmeditato, voluntarij quidem nobis & gratus superuenit, sed tamen non ex electione superuenit: eò quod electio est appetitus consiliatiuus de se super aduentu autem amici nec præconsciari sumus. Omne igitur electum voluntarium est: sed non omne voluntarium, consequenter electum est: non ergo electio omnino eadem voluntario, sicut & ex subiecto & obiecto iam probatum est. In omnibus autem his probationibus supponimus, quòd electio nihil sit nisi appetitus consiliatiuus, & nihil electum nisi quod ex consilio diffinitum est ad appetendum.

Hi autem qui electionem non dicunt voluntarium quoddam esse, sed vel concupiscentiam, vel iram, vel voluntatem, vel quandam opinionem, non videntur recte dicere. In hæc quinque genera vel aliquod illorum omnes antiqui posuerunt electionem. Sic enim dicit Damasc. Electio est duobus vel pluribus propositis, vnum alteri præoptare. Vnum autem vel plura præponere disponendo vel proponendo, opinionis est: & quoad hoc ponebatur in genere opinionis. Præoptare autem voluntatis est, quæ vel delectabili trahitur, vel nociuo impeditur: & ideò quantum ad operationem ponebatur in genere voluntatis, quantum ad trahens ponebatur in genere concupiscentiæ, quantum autem ad impediens & nocens in genere iræ: quantum autem ad medium facultatis quo hæc omnia in nobis sunt, in genere ponebatur voluntarij: hæc est ratio, quòd electio in quinque generibus dictis ponebatur ab antiquis.

Quod autem electio non sit in genere concupiscentiæ vel iræ semper, per subiectum probatur: quia scilicet subiectum iræ & concupiscentiæ inuenitur, quod nullo modo potest esse subiectum & causa electionis: non enim electio commune quiddam est irrationabilium: concupiscentia autem & ira irrationabilium animalium est: quia iam probatum est, quòd bruta nihil nisi per iram & concupiscentiam operantur.

Adhuc autem probatur idem per propinquum subiectum: quia incontinens concupiscentis quidem operatur, non operatur autem eligens secundum rationem. Continens autem è conuerso eligens operatur, concupiscentis autem non operatur. Incontinens enim est, qui virtute passionis & violentia tentationis abducitur in malum, & secundum rationem iudicat è conuerso: & ideò quod facit, facit contra iudicium rationis. Continens autem passionem quidem concupiscentiæ tentantem ad illicitum tenet in franco rationis, & quod operatur, secundum rationem operatur: sed non operatur concupiscentis, quia concupiscentia nititur in contrarium.

Adhuc autem electioni concupiscentia contrariatur: concupiscentia autem concupiscentiæ non contrariatur. Contraria autem dicimus,

dicimus, non quæ posita sub eodem genere maximè distant: sed quod sunt contraria, quia electio tendit in vnum, & concupiscentia nititur ad aliud tendendo in contrarium. Talia autem sibi contrariantur sicut inimici contrariantur: quamuis non sint contraria per suas formas sub eodem genere positas.

Adhuc concupiscentia quidem per propriam diuisionem penes obiecta accepta, delectabilis quidem est, & tristis: quia est eius quod per præsentiam infert delectationem: & per absentiam infert tristitiam. Electio autem per propriam diffinitionem eligibilis est, nec est delectabilis, neque tristis, sed potius de his quæ ad votum expediunt vel non expediunt: sic ergo electio in genere concupiscentiæ non est: quia nec in subiecto, nec in proprio, nec in obiecto concupiscentiæ communicatur.

Quod autem non sit in genere iræ, patet: quia minus conuenit iræ quam concupiscentiæ: ea enim quæ per iram sunt, nequaquam per electionem videntur esse facta. Ira enim, sicut in præmissis dixisse nos meminimus, opilatua est per fellis euaporationem, & cordis & sanguinis accensionem: propter quod commiscet operationes. Et impetiosa est, & quantum ad hoc impedit rationem electionis plus quam concupiscentia, quæ non nisi ligando impedit. Minus ergo per electionem sunt quæ sunt per iram, quam quæ sunt per concupiscentiam.

CAPVT XV.

Quod electio non sit in genere voluntatis, nec in genere opinionis.

Sed neque electio voluntas est, quamuis propinqua esse videatur. Voluntas enim simplex appetitus est vel rationalis, vel in rationali natura existens. Electio autem iudicatiua ex ratione est voluntas. Et ideò electio addit super voluntatem, & propinqua esse videtur, sed non idem: quia per se habet electionem & volitum. Cuius prima probatio est per obiectum: quia electio quidem non est impossibile. Et si quis dicat eligi impossibilia, videbitur vtique insipiens esse. Voluntas autem etiam impossibile est, & non tantum possibile. Electio enim cum nihil velit nisi quod ex iudicio iudicatum est, & iudicium rationis non sit de impossibilibus, eò quod iudicium rationis per modum consilij est in operabilibus omnibus, consilium autem de impossibilibus non est: propter quod & electio de impossibilibus esse non potest. Voluntas autem simpliciter appetitus est, & non ordinatus, nec ab aliquo, nec ad aliquid, ita est impossibile sicut possibile, puta immortalitatis: volumus enim esse immortales. Nec oportet, quòd dicamus sicut antiqui dixerunt, quòd impossibile voluntas sit velleitas: quæ velleitas præsupponit sibi iudicium rationis: velleitas enim est quæ vellemus hoc vel illud si possibile esset. Considerare autem si possibile

D. Alb. Mag. lib. 1. Ethic.

sit, rationis est. Nos autem hæc voluntatem simplicem appetitum accipimus sine omni iudicio rationis.

Adhuc autem voluntas quidem est etiam circa ea quæ nequaquam per nos ipsos operata sunt vel operabilia: & non tantum circa ea quæ per nos operabilia sunt: puta duobus hypocritis certantibus, vnum hypocritam vincere volumus: & duobus athletis certantibus, sine omni iudicio rationis cupimus vnum præualere. Talia autem nullus eligit, sed potius eligit ea quæcumque existimat fieri per seipsum. Hypocritam autem dicimus, qui vt ad discens, vel vt imitans, vel vt docens, vel vt exercitans, athletam imitatur. Athletam autem, qui vt verè intendens pugnat & intendit ad victoriam & brauium. Talibus enim quibuscumque propositis vel athletis, voluntate quidem cupimus alterum vincere: quamuis nullum iudicium rationis præmittamus ex consilio, propter quam causam vni magis cupimus, quam alij. Voluntas igitur in quibusdam est, in quibus non est electio: eò quod electio non est nisi de his quæ per nos operabilia sunt: voluntas autem etiam de his est quæ per alios sunt.

Adhuc autem voluntas quidem finis est magis, electio autem est eorum quæ sunt ad finem: puta sani esse volumus & sanitatem præstitimus vt finem: eligimus autem ea per quæ sani erimus, sicut inducentia finem sanitatis. Etiam in bonis animæ felices esse volumus quidem, & dicimus felicitatem nobis finem præstituentes: non autem dicere congruit, quòd eligimus felicitatem: & hoc est ideo, quia vniuersaliter loquendo, omnis electio videtur esse circa ea quæ in nobis sunt & in facultate nostra. Omnis enim agens per intentionem, finem sibi præstituit in quem dirigat actionem, & quo habito ab operatione quiescat: finem autem illum simpliciter vult & propter se & maximè: quia omnia illa agunt propter illum: alia enim nihil de voluntate habent nisi propter finem. Vnde nihil voluntarium est simpliciter, nisi finis. Diximus autem iam, quòd electio in iudicio comparationis est & consilio: finis autem vt simpliciter volitum esse ponitur, ad nihil comparatum vel iudicatum vel etiam connumeratum. Electio autem finis non est: quia finis præstitutus est & volitus: ea verò quæ sunt ad finem, comparantur & ponderantur quid plus vel minus expediat ad finem consequitionem: & ideo quæ sunt ad finem, electioni subiacent: finis autem voluntarij: ergo electio & voluntas secundum suas substantias non sunt idem.

Neque autem electio opinio vtique erit. Opinio quidem videtur circa omnia esse, & vt nihilominus est circa æterna & impossibilia: & circa ea quæ sunt in nobis & in facultate nostra. Quamuis enim æterna & impossibilia per suas causas essentielles demonstrabilia sint, tamen per signa in eis inuenta etiam opinabilia sunt. Diametrum enim solum accipiens, per quantitatem motus lunæ in eclipsi, solem monstrat maiorem terra centies sexagesies occidit. Accipiens autem per apparentia visus, opinatur esse monopedalem. Similiter in impos-

I. 2. possibilibus

Cap. 3.

2. ratio.

15.
Electio concupiscentiæ voluntarium non sunt idè omnino.
1. ratio.

2. ratio.

16.

Electio non est in genere concupiscentiæ vel iræ.
1. ratio.

Electio non est voluntas.
1. ratio.

2. ratio.

3. ratio.

consilium quærendo: puta de mundo qua necessitate sit, & qua necessitate permaneat: vel de diametro vel costa, quoniam diameter & costa incommensurabiles sunt, sicut probatum est per demonstrationem. Aeternum autem hic dicimus necessarium. Omne enim quod simul est totum semper vno modo existens, necessarium est. Et idem necessitas idem est quod incommutabilitas. Incommutabilitas autem est aeternitas. Necessaria igitur est aeternitas, & necessarium aeternum dicitur carere principio & fine, sed secundum illam proprietatem necessarii, qua necessarium & aeternum similia sunt incommutabilitate. Dicit enim Boëtius in 5. de consolatione philosophiæ, quod non necesse sequitur, si aliquid est sine principio & fine, quod propter hoc sit incommutabile secundum eos qui dicunt mundum non incepisse, nec habiturum finem, non propter hoc sequitur, quod mundus incommutabilis sit. Aeternum ergo & necessarium propter hoc conuertuntur: quia in utroque est vna causa quæ est incommutabilitas. Frustra igitur de talibus quaeritur consilium: quia nullus in talibus sibiipsum discredidit, nec in quantum aliter fieri possunt. Quæ autem in motu sunt, aut reiterantur secundum substantiam incorruptibilem motam, aut reiterantur secundum substantiam corruptam. Prima enim non mouentur nisi secundum vbi. Secunda autem mutantur nisi secundum vbi. Secunda autem mutantur nisi secundum vbi. Sed neque de his quæ sunt in toto motu facta semper secundum eadem, quaeritur consilium. Illa enim mouentur incorrupta & vno modo semper, sicut ex necessitate dicuntur moueri, sicut dixerunt illi qui ponebant implexionem, hoc est, rotam quæ nunquam quietescere potest: sed quod qualibet pars eius est pellens & impulsiva, premit & pressa. Siue natura dicuntur moueri, sicut dixerunt qui dixerunt celum circa centrum moueri ex propria natura & forma sua, sicut leue sursum ac graue deorsum moueri asserebant. Siue propter aliquam aliam causam moueatur, sicut dixerunt qui cælestibus animas quibus mouerentur attribuerunt. Propter quod nemo consilium quaerit de solis & astrorum conuersionibus siue resolutionibus, & de ortibus & occidibus signorum. Hæc enim per necessitatem vno modo sunt: nec refert quantum ad presentem intentionem, utrum ex necessitate, vel natura, vel propter aliam causam moueantur: sed enim quod vno modo sunt, & alio modo fieri non possunt, nullus sibi in eis discredidit, nec in eis quaerit consilium. Neque de his quaeritur, quæ alias aliter sunt mutata secundum formas, si causa eorum non est in potestate nostra, puta de siccitibus & imbris qualiter fiant: sed quod statim scimus hæc in potestate nostra non esse, siue ad fieri, siue ad non fieri. Adhuc autem non de omnibus quæ in potestate nostra sunt aliquo modo, & circa quæ est operatio hominis, & ideo humana dicuntur, quaeritur consilium: & ideo de his quæ fortuna sunt, consilium non quaeritur: puta quia non quaeritur consilium de thesauri inuentione. Id enim quod nobis est per scientiam & electionem & voluntatem & opus, est in nobis: sed fortuitum & ca-

suale nec per scientiam nec per electionem est inter nos. Sed neque de his omnibus humanis est consilium circa quæ sunt operationes humanæ, quando non pertinent ad eum qui quaerit consilium: puta utique qualiter Scyræ quidam optime conuerserentur, nullus Lacedæmoniorum qui sunt Græci quidam, quaerit consilium, quod nihil horum utique fiet per nos, sed per alios nihil nobiscum communicantes.

Consiliatur autem de his operabilibus quæ sunt in habentibus facultatem ad ea: hæc autem sunt reliqua ab his quæ enumerauimus. Omnium enim eorum quæ sunt, causa videntur esse aut natura, aut necessitas, aut fortuna. Adhuc autem in humanis causa est intellectus practicus ad esse quod sit per hominem. Homines autem singuli quaerunt consilium de his quæ per ipsos sunt operabilia, & non de his quæ sunt natura vel necessitate vel fortuna vel per homines non ad se pertinentes.

Farum, quod Græci marmenem dicunt, sicut iam dudum diximus, implexio causarum est, & tria in se continet, scilicet vim conuulsionis à qua incipit, vim complexionis per quam descendit, & qualitatem nati per quam adhæret: quæ tria quamuis à quibusdam tres causa ponantur eorum quæ sunt, tamen quia ad fati integritatem exiguntur, vna causa sunt, & sub illa causa quæ natura vocatur.

Et quod quidam dicunt obiectantes fatum non esse, non valet. Dicunt enim inferiorem naturam ut valde inæqualem, ad superiorem regulam referri non posse: ideo nullam esse incomplexionem causarum: implexa enim omnia ad seinuicem referuntur: sicut anasæ quas in catena aurea Pythagoras posuit.

Adhuc autem addunt, quod in implexione quodlibet est implexum & implexens: hæc igitur non possunt sibi esse causa implexionis. Si autem dicatur, quod extra ea causa est implexionis suæ, difficile erit inuenire.

Addunt iterum, quod in omnibus implexis debilius implexum, virtutem sequitur fortioris. Cõstat autem superiora actiua fortiora esse inferioribus passiuis. Inferiora igitur virtutem & necessitatem sequuntur superiorum: & hoc est contrarium, & contra omnem naturam. In omnibus enim actus actiuorum in patientibus sunt & dispositis secundum virtutem passiuorum & non secundum virtutem agentium.

Addunt iterum dicentes, quod quorum non est materia vna communis, vna non est implexio adinuicem secundum aliquam transmutationem: inferiorum autem & superiorum nulla est materia vna communis: nulla igitur implexio secundum aliquam transmutationem est.

Dicunt etiam isti, quod illi qui ponunt fatum, ideo sub natura ponunt & non sub necessitate: quia fatum intransgressibile est, & tamen non necessarium. Et hoc est dictum Eustratiij. Si autem intransgressibile est: tunc perit casus, perit fortuna, perit liberum arbitrium, & perit consilium.

Ad hæc autem & similia dicimus, quod fatum negare, est negare totum ordinem rerum naturalium: hoc autem satis patet per ea quæ in

Ad 1. in 1. lib. dicta sunt. Et quod primo dicunt non posse regulari inferiorem naturam, dicendum quod hoc falsum est: nihil enim regula indiget nisi inferior natura: regula enim regula non indiget: id autem quod regularatur, non ad potentiam regulæ regularatur, sed ad potentiam regulari: & ideo quamuis non in toto assequatur rectitudinem regulæ, tamen in aliquo assequitur regulam secundum modum sibi possibilem: aliter esset in toto sibi dissidens, nihil habens celestis bonitatis.

Ad 2. Et quod dicunt complexionis debere esse causam aliquam, dicendum quod verum est: sed illa causa non est nisi ordo secundum maiorem vel minorem distantiam à primo, & secundum ordinem actiuorum ad passiuos & mouentium ad mota: mouens enim substantialiter, suo essentiali actu apprehendit id quod mouetur: & id quod mouetur, proportionem passiuæ potentie tenet actum mouentis. Propter hoc dicit Arist. in 3. phys. quod motus mouentis & moti, secundum quod actus mouentis, est actus perfectus & perfecti: secundum autem quod moti, est imperfectus & imperfecti. Et hoc etiam est quod dicit in tertio de celo & mundo, quod inferiora sunt in superioribus sicut materia in suis formis, & superiora in inferioribus sicut formæ in suis materiis.

Ad 3. Et quod dicunt, quod in implexis fortius ad se trahit minus forte, dicendum quod hoc pro certo verum est: sed non tamen trahit plus quam trahi potest id quod minus forte est. Trahit ergo secundum potentiam tracti: & ideo in inferioribus propter impotentiam remanet inæqualitas & difformitas superioribus vno modo se habentibus.

Ad 4. Quod iterum obiectant, quod implexorum est vna communis materia, non generaliter est verum, sed tantum de implexis per commixtionem: de implexis autem secundum proportionem mouentis & moti non est verum, sicut statim patet in primo motore & primo mobili.

Ad 5. Et quod dicit Eustratius de intransgressibilitate fati, iam in primo libro assignauimus rationem: implexio enim causarum secundum relationem ad primam causam intransgressibilis est: sic enim semper trahit: secundum resolutionem autem ad vltimum, quod propter varietatem materia trahi non potest ad æqualitatem, fatum semper remanet non necessarium: & ideo sub natura ponitur: quia natura est principium motus & quietis & vt frequenter & non vt semper & ex necessitate: & sic neque casus perit, neque liberum arbitrium, neque consilium: quia fatum ex illa parte non habet necessitatem.

Obiectio. Quidam etiam obiectant de his quæ facta sunt à diis immortalibus, sub quo genere ponantur: maxime cum Socrates dixerit, quod virtutes nec discibiles nec assuescibiles sunt, sed à diis immortalibus donate. Ad hæc autem respondet Eustratius, quod facta à diis, sub necessitate continentur: quia dii per scientias suas operatiuas causa sunt eorum quæ causant: scientia autem necessarium est. Sed si hoc est verum, quod ea quæ radicanur in

diis, immobiliter radicanur, & ex necessitate sunt: tunc inutiles sunt supplicationes & sacrificia: quia siue fiant, siue non fiant, eodem modo proueniunt ea quæ fiunt à diis, sicut dixit Vxtanor mathematicus. Sed ad hoc dicendum, quod si dicamus aliqua à diis fieri qui non sunt motores orbium: tunc dicendum est de eis sicut de fato, scilicet quod facta ab eis secundum comparisonem ad deos, immobilia sunt: secundum autem comparisonem ad nos & ad ea circa quæ dii operantur, mobiliter se habent: quia mobiliter recipiuntur: & sic sunt supplicationes & cultura, vt scilicet sic contineamur, quod à donis diuinis non excidamus. Eorum ergo quæ fiunt, causa sunt necessitas, & natura, fortuna, & intellectus, sicut in præhabitis dictum est.

CAPVT XVIII.

De quibus per nos operabilibus est consilium.

21. **I**Nter ea autem quæ sunt operabilia per nos, sunt opera artium. Artes autem suis principiis aliquando per se sunt sufficientes, aliquando autem non, sed multum oportet adhibere industriam si debeant opera perficere. Et quidem circa eas disciplinas quæ in suis principiis certæ sunt & per se sufficientes, non est consilium, puta de his qualiter scilicet sic scribendum sit: sed quod literæ certis elementis & numero & ordine traditæ sunt, quibus scribi oportet, ita quod habitis illis non discredimus nobis ipsis quin rectè scribamus. In his ergo non est consilium: sed consilium est in his quacumque sunt per nos non semper, aut fiunt, vel fieri possunt similiter, & eodem modo. De his enim consiliatur, puta de his quæ secundum medicinalem sunt & negotiatiuam. Sanitas enim licet fiat à medico, tamen multis modis induci potest. Et lucrum licet quaeratur cum negotiatione, tamen quia multis modis acquiri potest: & ideo consilium quaeritur quo vtiliori modo alia inducantur. Et circa gubernatiuam nauium vel ciuitatum magis quaerimus consilium, quam circa gymnasticam: sed quod gubernatiua minus certificata: luctatiua quæ gymnastica vocatur, certiora principia habet apprehendendi & vincendi contra luctantem, quam gubernatiua ad gubernantem: & ideo magis discredimus nobis in gubernatiua, quam in gymnastica. Et in aliis artibus & disciplinis est similiter, præter hoc solum, quod magis est consilium circa artes, quam circa disciplinas. Magis enim circa eas dubitamus. Disciplinæ enim sunt in principiis per se notis, sicut geometria, & arithmetica: & quando applicantur ad opus, per principia disciplinabilia applicantur, sicut cosmologia quæ mensurat mundum per principia geometriæ, & arithmetica quæ calculatur per principia arithmeticæ, in quibus non est dubium. Consilium autem in his est, quæ vt sapius euenire possunt, quando incertum est qualiter eueniant, & in quibus determinatum

est quomodo eueniant vtilius & facilius : in talibus enim consilium querentes assumimus consiliatores in magno, discredentes nobis ipsis in talibus sicut non sufficientibus nobis dignoscere magna. In paruis enim & in omnibus non discredimus.

Non consultamus de finibus sed de his que sunt ad fines.

Consiliamur autem querendo consilium, nõ de finibus, sed de his que sunt ad fines, sicut patet in medicina, & rethorica, & politica. Medicus enim non consiliatur si sanabit, quod est finis eius. Neque rhetor consiliatur si suadebit iudici: hoc enim vt finem intendit. Neque politicus consiliatur si pacem faceret civibus: eò quod hoc finaliter intendit. Neque reliquorum artificum aliquis de fine consilium querit. Sed omnes artifices præponentes & præstituentes sibi aliquem quem intendunt, consilium querendo intendunt querere qualiter siue qua via & per quæ instrumenta vel opera ad finem illum deueniant. Et si per plura quidem videatur fieri finis, queruntur in consilio per quot facillimè & optimè perueniat quod intendit. Si autem per vnum procuratur finis, queritur in consilio qualiter per hoc erit finis: & querunt per quid illud haberi possit: & sic semper querunt resoluendo quousque veniant ad primam causam, ante quam nulla est ad consecutionem finis ordinata: & illa est inuentione resolutionis vltima & prima ad inceptiõnem operis. Qui enim consiliatur, videtur querere resoluendo dicto modo, quemadmodum resoluuntur diagrammatica, hoc est, descriptiones geometricales: illè enim probantur quæ quidem non sunt prima, sed ab his accipiunt fidem: & idèò resoluuntur in ea, & illa in alia, donec veniantur ad ea quæ sunt prima & vera à nullis aliis accipientia fidem, in quibus stat resolutio tanquam in vltimis, à quibus tanquam à primis fides incipit demonstrationis. Similiter est in practicis volentes facere domum querimus quibus, vt ex lapidibus, & lignis. Vterius querimus vnde hæc habeantur, quomodo per laboratores & operarios: & hoc vterius resoluentes venimus ad pretia per quæ laboratores haberi possunt: propter quod si facultas sit ad habenda pretia, ab illo vltimo incipimus operari domum: & vltimum sic resolutionis efficitur primum operationis principium: & si impossibilitas inueniatur ad pretia, ab opere desistimus, eò quod primum principium operationis in facultatibus nostris non inuenimus. Et iste modus in omni est inquisitione consiliorum.

CAPVT XIX.

Quid queritur in consilio.

22. Non omnis perquisitio est consiliatio.

Quid autem queratur in consilio, determinatur per hoc quod omne consilium videtur esse questio, quamuis non omnis questio videatur esse consilium, puta mathematicæ quæstiones sunt de quibus non est consilium. Sed omne consilium est questio: & quod vltimum est in resolutione talis quæstionis,

primum est in generatione & factione operis: & si in illo primo & vltimo impossibilitatem inueniant qui querunt consilium, discedunt relinquentes operationem: puta si pecuniis indiget tanquam vltimo in resolutione, & primo in factione, pecunias autem impossibile est tribui, discedunt ab operatione. Si autem possibile videatur pecunias tribui à distributione pecuniarum, incipiunt operari. Possibilia enim sunt in nobis, quæ per nos enim effectui vti que fieri possunt. Per nos dico: siue per nostros amicos vel seruos, qui quasi organa subseruiunt nobis. Quæ enim per amicos sunt vel per seruos, per nos aequaliter sunt, & principium omnis factionis eorum est in nobis, quia ad nutum nostrum illi faciunt & operantur. Quæstio autem consilij de omnibus est quæ sunt circumstantiæ negotij. Queruntur enim quandoque quidem instrumenta per quæ finem habeamus: quandoque autem necessitas, hoc est, vsus instrumentorum: quandoque consiliamur quo vsu instrumentorum possit haberi quod intendimus, sicut quando scimus, quod ferro indigemus ad sanitatem, querimus vsum, vtrum scilicet incisione vel adustione sanitatem habituri sumus: & si incisione, querimus vtrum incisione longitudinalis vel latitudinis. Similiter autem est in aliis: quandoque enim queritur per quid, quandoque per qualiter, & quandoque per quid, hoc modo & non alio modo. Ex omnibus igitur dictis videtur homo esse principium operationum suarum: consilium autem videtur esse de operabilibus ab homine. Operationes autem tales omnes sunt gratia aliorum quæ sunt fines operantium. Non enim loquimur de operatione quæ est finis omnium sicut felicitas est, sed de operationibus per quas vltimum finem intendimus obtrine, quæ sunt quasi instrumentaliter operantes.

23. Non omnia singularia supponuntur consilio.

Patet igitur, quod finis non est consiliabilis, ita quod supponatur consilio: sed ea quæ sunt ad fines, finem inducentia, consilio supponuntur. Ea autem quæ sunt ad fines, singularia sunt. Non autem omnia supponuntur consilio: quia singularia de quibus certificat sensus, non sunt dubitata, puta si hoc demonstratum sit panis, vel non, vel hoc assatum vel elixatum, est digestum vt oportet, vel non: vel hoc quodcumque demonstratum factum, factum est vt oportet, vel non. Sensus enim hoc certificat sufficienter: & idèò non discurremus in istis.

24. Consultatio est finitorum.

Cum autem diximus, quod consilium resoluendo venit in primam causam, quæ quidem prima est in operatione, & vltima in resolutione: constat: quia si semper consiliatur resoluendo, in infinitum veniet: in infinitum autem impossibile est pertransire: & idèò oportet ponere primum & vltimum in quo stet resolutio & incipiat operatio. Patet igitur ex prædictis, quod consiliabile & eligibile est idem secundum subiectum & substantiam, sed differunt secundum se & rationem: quia consiliabile est secundum quod subiicitur quæstioni: sed secundum quod determinatur & diffinitum est ex consilio, iam est eligibile. Quod enim ex consilio præiudicatum & diffinitum,

nitum est, eligibile est. Electio igitur finis consilij est, sicut generatio finis est alterationis. Quod enim queritur in consilio vniuscuiusque qualis operetur, quiescit ad inquisitionem, quando in seipsum, hoc est, in sui facultatem reducit operationis principia, & antecedens suum: & sic semper donec stet in vltimo quod primum est illius operationis principium à quo incipit operatio: hoc enim est quod eligit vt principium operationis.

Quod autem diximus, manifestum est ex antiquis vrbaniatibus, quas Homerus imitatus est & imitandas esse descripsit. In illis enim reges quæ ex consilio eligebant, populo annuntiabant & faciendæ esse decernebant. Intellectus autem in nobis sicut rex est, inquisitio operabilium sicut consilium, decretum autem faciendorum sicut lex, & appetitus partibus suis est sicut plebs: & idèò patet, quod non sit in nobis aliquid nisi quod quasi per modum consilij determinatum est. Cum autem eligibile sit consiliabile de numero eorum quæ sunt in nobis facere & non facere, oportet, quod electio vtri que sit consiliabile desiderium, hoc est, desiderium eius quod ex consilio diffinitum est de numero eorum quæ sunt in nobis. Eligendo enim desideramus, secundum consilium iudicantes quid desiderandum sit ex ipso consiliari, hoc est, consilij diffinitione.

Quid igitur sit electio secundum diffinitionem & materiam circa quam est, typo dictum est, & etiam tam circa qualia, quam circa ea quæ sunt ad finem, & quæ sunt in potestate nostra. Ex omnibus his patet, quod electio quæ cadit in diffinitione virtutis, habitus quidem est, & est operatio siue voluntas eorum quæ ex vltimo consilio intellectus determinata sunt.

CAPVT XX.

De voluntate, cuius sit sicut subiecti & finis.

25.

Voluntas autem quæ simpliciter est appetitus animæ rationalis, finis est tantum, sicut iam dictum est in antehabitis. Simplex enim appetitus simplex habet obiectum. Simplex autem obiectum in operibus nostris non est nisi finis: eò quod omne quod est ad finem, in duplici ratione est, scilicet absoluta, & ad finem relata: & idèò simplicis voluntatis vnum ad aliud non ordinantis obiectum esse non potest secundum quod huiusmodi. De fine autè illo dubitatur. Videtur enim quibusdam, quod finis non est nisi per se bonum, quod vti que & semper & secundum substantiam bonum est. Quibusdam autem videtur finis esse apparens bonum, quod hic & nunc & alicubi bonum est. Ad vtramque autem opinionem sequuntur inconuenientia. Contra illos enim qui dicunt quoddam voluntabile siue volitum bonum est obiectum & finis voluntatis, esse per se bonum & per substantiam, sequitur quod hoc non sit voluntabile siue volitum quod vult qui non rectè vult. Quia qui non rectè

De fine duplex opinio.

vult, non vult bonum simpliciter, sed bonum alicui & nunc & alicubi. Si enim detur, quod voluntabile sit quod vult, qui non rectè vult. Hypothesis autem ponit, quod nihil est volitum, nisi quod per se bonum est: sequitur quod per se bonum sit, quod vult qui non rectè vult. Contingit autem aliquando, quod per se malum est, quod vult qui non rectè vult, sicut fornicari, vel adulterari. Sequitur ergo, quod id quod per se malum est, per se bonum est. Rursus autem contra eos qui debent, quod non est voluntabile nisi per se apparens bonum, sequitur quod nihil sit per se & natura bonum voluntabile siue volitum, sed hoc tantum sit volitum quod vni cuique bonum videtur, sicut dicit Pythagoras. Diuersis autem diuer. a videntur bona, & aliquando contraria. Quæ ergo contraria sunt in bono & in malo, per vnam rationem sunt volita, quod valde est inconueniens.

Si autem hæc inconuenientia non placent: de necessitate ergo dicendum, quod id quod per se bonum est, secundum veritatem voluntabile & volitum sit: sed vni cuique autem sit volitum, quod sibi videtur bonum vt hic & nunc. Studioso quidem igitur siue virtuoso voluntabile est secundum ipsam voliti naturam & substantiam. Prauo autem voluntabile est, quodcumque contingit huic & nunc & hic bonum videri. Quemadmodum & in corporibus bene dispositis ad sanitatem sana dicuntur esse, quæ secundum veritatem & simpliciter & secundum substantiam sana sunt: in firmis autem altera quædam sana sunt. Infirmis enim in excessu caloris, sunt & infrigidantia etiam si extra temperamentum frigida sint, humidis autè extra temperamentum humida, & sic de aliis. Similiter autem dicuntur & amara & dulcia & calida & graua & alia si gula. Quod enim bene complexionato amarum est, simpliciter amarum est: quod autem habenti infectam linguam ex cholera adusta amarum est, non simpliciter amarum est: quia illi omnia etiam dulcia, amara videntur. Similiter est de dulcibus in eo qui habet linguam dulci phlegmate infusam. Et similiter de calido in eo qui extra complexionem calidus est: hic enim etiam excellentem calorem non sentit, vt ethicus. Et similiter est de grauib: qui enim infirmatur humore grauante, leuissimum quod sibi suppositum, graue reputat: & sic de aliis omnibus. In omnibus autem his studiosus singula indicat rectè: quia ille secundum qualitatem affectus naturaliter dispositus: & idèò in singulis ei verum apparet secundum rei naturam. Secundum enim quemcumque habitum siue naturalem siue acquisitum propria sunt voluntaria, & propria quæ videntur bona, & propria quæ videntur delectabilia: & in talibus singulis verum videtur. Et secundum indiscretionem plurimum differt studiosus à prauo, sicut regula & mensura verorum bonorum existat studiosus. Multis autem & plebecis, qui delectationibus & iri trahuntur, videtur fieri deceptio propter delectationem: propter illam enim aliquando videtur bonum quod non est bonum verè existens bonum: tales enim desiderant delectabile in sensu vt bonum.

26. Quod studioso voluntabile est, simpliciter bonum est: quod vero vitiioso, secundum quid bonum.

num. Tristitiam autem quæ est ex absentia delectabilis, fugiunt ut malum: cum tamen delectatio aliquando mala sit & tristitia bona in talibus.

Quod autem diximus, studiosum regulam esse verorum bonorum, de Pythagoræ diximus opinionibus: quæ opinio licet in parte falsa sit, tamen in hoc verissima est. Pythagoras enim dixit, quod tam verum quam bonum in rebus causatur ab apparento siue existimando: propter quod concessit, quod si existimatio diuersorum de eodem per affirmationem & negationem differat, quoddam contradictoria simul vera esse contingit. De hoc autem in 4. primæ philosophiæ determinatum est. Quamuis autem hoc falsum sit, tamen in bono non omnino falsum est. Quia quamuis bonum per se non causetur ab existimatione nostra, tamen regula boni moralis & ratio mensurandi medium in nobis incipit: ex quo virtus moralis in medietate consistens est quoad nos: & hoc quod in medietate consistens est, causa est sibi extremum in bono. Homo igitur per bonum rationis, boni virtutis quod simpliciter bonum est, regula & mensura est in potentia & imperfecta: studiosus autem qui perfectè bonum rationis attingit, regula & mensura est boni per se perfecta & completa.

CAPUT XXI.

Quod operationes quæ sunt consiliabilia ad fines, voluntariae sunt, & ideo laudabiles vel vituperabiles.

27.

27. **C**um voluntabile siue volitum sit finis, consiliabilia autem & eligibilia sint de numero eorum quæ sunt ad finem consequendum ordinata, sequitur quod operationes quæ sunt circa finem & ea quæ sunt ad finem, fiant secundum liberam electionem nostram, & quod sint voluntariae siue spontaneæ. Operationes autem virtutum omnes sunt circa hoc. Sequitur ergo, quod & virtus sit in nobis siue in nostra potestate. Similiter autem sequitur, quod & malitiæ vitiorum sint in nobis: quia per operationes tam virtutes quam malitiæ inducuntur & sunt in nobis. In quibuscumque enim in nobis est operari illa, in illis eisdem in nobis est non operari eadem: & in quibus in nobis est non operari aliqua, in illis eisdem est etiam in nobis operari eadem. Hanc enim in 8. physicorum diximus esse facultatem eorum quæ à se mouentur: quia scilicet principium mouendi & non mouendi est in ipsis. Ex quo sequitur, quod si in nobis est aliquid quod operari est bonum existens, sicut castitatis, vel iustitiæ opera, quod etiam illud idem non operari. Quod tamen non operari, quod est malum, existens est etiam in nobis. In quibus enim operari est bonum, non operari est malum. Si autem in nobis est bona operari, similiter in nobis erit mala operari. Et similiter erit in nobis & mala & bona non operari. Operari autem bona & non operari, est esse

28. Virtutes & vitia in nostra potestate sunt.

quod attribuitur bonis unde boni sunt, & malis unde mali sunt. Operari enim mala & non operari bona, malis est malos esse. E contra autem operari bona & non operari mala, bonis est bonos esse.

Cum igitur hæc sint in nobis, in nobis erit vel cum decentibus decentes esse, & cum prauis pranos esse. Dicere enim, quod nullus volens est malus, & quod nullus nolens bonus est, assimilatur primum quidem mendaci, secundum autem veraci dicto. Nullus enim nolens bonus est, cum probatum sit in antecedentibus, quod beatitudo siue felicitas possessum & voluntarium & per operationes acquisitum bonum sit. Malitia autem voluntarium quoddam est, & per operationes voluntarias inductum, vel in his quæ determinata sunt. Dubitandum est secundum Socratem dicentem virtutem & malitiam non esse voluntaria, & quod hominem non debemus dicere principium neque genitorem suarum operationum & habituum, quemadmodum dicimus eum esse principium & genitorem naturarum. Dixit enim Socrates, quod virtus est donum deorum, malitia autem euiliber innata. Peripatetici autem voluerunt sicut homo per voluntatem principium est operationis quæ est coitus, & per coitum principium est suæ similitudinis in nato: ita per rationem principium est operationum, & per operationes similitudinem generat etiam habitus virtutum vel vitiorum. Si autem hæc videntur vera quæ opera sunt & habitus, scilicet ab aliquo facta, & haberemus facultatem reducendi habitus & operationes in aliqua alia principia factiua, necessitatis scilicet, vel naturæ, vel fortunæ, præter ea principia quæ sunt in nobis, quæ sunt intellectus & voluntas: horum enim principia sunt in nobis: sequitur, quod nec omnes operationes & habitus sint in nobis & sint voluntaria: quia (sicut diximus in tractatu de voluntario) quorum principia actiua sunt in nobis: operationes igitur & habitus in nobis sunt & voluntaria.

27. **D**icere sua sponte nemine prauum, nec inuicem quemquam beatum esse, alterum falso est simile, alterum vero. **Hæc ita esse testes sunt & prauarum similes homines, & ipsi legum iustiores.**

His autem quæ dicta sunt, restificari videntur, & quæ à singulis sunt propria, & communia ab ipsis legislatoribus. In propriis enim quilibet cruciat seipsum poenitens de malo, & congratulatur sibi gaudens de bono, quasi cruciando se retrahat à malo & congratulando prouocet se ad bona. In communibus autem legislatores puniunt & cruciant operantes mala: si tamen mala non vi, vel metus causa, aut etiam propter ignorantiam cuius ipsi causa non fuerunt, mala operantur. Violentum enim & ignoratum inuoluntarium faciunt, ut in antecedentibus dictum est. Inuoluntarium autem veniam meretur & misericordiam. Legisatores autem honorant eos qui sunt bona operantes, ac si ad bona quidem sint prouocantes: malos autem per pœnas prohibentes: quæcumque autem in nobis non sunt, neque voluntaria sunt. Nullus autem prouocat aliquid operari: quia scit, quod suadere talia non est ante opus ut principium operis existens, puta nullus sapiens suadet non calefieri eum qui febricitat vel in igne sedet: & nullus suadet non dolere eum in quo diuiditur continuitas,

continuas, vel non esurire eum cuius euacuatus est venter, vel aliud quodcumque talium quod non est in nobis: nihil enim & cum suauitate patiemur. Quæ autem in nobis sunt, legislatores puniunt in ipso ignorante: & si ignorentur & debita sint sciri & ignorentur, dummodo causa ignorantia sit in nobis, sicut Pythagoras quartus de septem sapientibus dixit, ebriis duplices increpationes debere infligi: quia ebrietas ignorantia causa est eorum quæ sciri debuerant, sicut est non machandum esse, vel non occidendum. Ebrj enim frequenter occidunt & machantur: cuius est causa: quia ebrietas oppilativa est, & sic impedit actum rationis retinentem concupiscentiam & iram. Ebrietas enim etiam humescens est spumofo humido, & sic maturat materiam concupiscentia. Propter quod dicit Sapiens, Venter mero æstuans, facile despumat in luxuriam. Ebrietas est calida, & fel faciens euaporare in sanguinem, & sic motiua concupiscentia & ira. Ebrietas etiam ventosa est, & sic extendit membra, genitalia quidem in coitum, alia autem in iræ instrumenta: propter quod Poëta dicit, Sine cerefe & baccho friget venus. Inebrians ergo se, per ipsa per quæ inebriatur principia, confert ad illicitum quod postea agit: & qui confert, voluntarius est, & non sufficienter increpatur pro sola ebrietate, nisi etiam pro sequenti peccato increpetur: principium enim etiam sequentis peccati in ipso. Dominus enim est eius quod est non inebriari si veller: inebriari autem sibi causa est ignorantia: & ideo ignorantia est in ipso, & quicquid agit per ignorantiam. Idem autem iudicium est de ignorantia iuris: quia dicitur ignorantia iuris, quæ aliquis ignorat aliquid eorum quæ in legibus sancita sunt, & quæ oportet & necessarium est scire vel simpliciter, vel quantum ad officium in quo est, & quæ non sunt difficilia sciri ab homine: tales enim ignorantias puniunt legislatores: quia in nobis est talia ignorare, vel non ignorare: & ideo ignorantes aliquid conferimus ad quid ignoremus: propter quod ignorantia pœna digna est. Similiter autem etiam in aliis quæcumque propter ignorantiam in nobis sunt, aliquid agendorum ignorare videntur: in talibus enim in ipsis ignorantibus causa est ignorantia: ipsi enim domini sunt actuum suorum: & ideo si vellent diligentes esse, studeant & discerent & acciperent habitum regentem se in operabilibus: & quia non faciunt, ipsis imputatur. Aliquis enim forsitan non est talis ut diligens sit: quod autem talis fiat ut diligentiam negligat, ipse sibi causa est, remissè & illecebrosè viuendo. Et sic causa sibi sunt multi eius quod est iniustus vel incontinentes esse: quia ad oppositum studere nolunt cum possunt. Quidam quidem per se mala facientes sic iniusti & incontinentes: quidam autem in potationibus, & in talibus aliis molitiis degentes, & sic studium ad bonos habitus acquirendos negligentes: unde Poëta.

Ebrietas moritur dupli- cem pœnam.

Hieronym.

Terentius in Eunuch.

Ignorantia iniuris.

Quæritur, & gignit quare sit factum adulter? In promptu causa est, desideriosus erat.

Supra enim sæpè dictum est, quod operationes quæ sunt circa singularia, tales in ope-

rantibus & similes sibi faciunt habitus. Hoc autem manifestum est si quis meditetur ad vnamquamque agoniam vel operationem. In omnibus enim agonisticis & operationibus ipsæ operationes perficiunt operantes ad similes habitus. Quod enim aliquis ignoraret, quod ex operationibus quas facit circa singularia, fiant habitus similes operationibus, non tantum irrationalis hominis, sed penè insensibilis est: quia etiam sensu percipitur hoc, si aliquo modo sensus ad rationem referatur. Propter quod negligentia eorum qui scire poterant vel præparare se ad opera & noluerunt, à legislatoribus imputatur: quia talis negligere ipsi negligentes sunt causa. Sicut pro- uerbialiter de asino dicitur cum suum pro- prium exportaret, & à bestiis sibi exprobraretur, quare tale vile onus sustineret? respondisse dicitur. Huius pressuræ stercore causa fui. Adhuc autem valde irrationale est, quod aliquis dicat, quod iniusta faciens non velit esse iniustus vel non voluntariè sit iniustus, aut stuprans non voluntariè sit incontinens: si enim aliquis non ignorans operatur ea ex quibus sicut ex causis facientibus erit iniustus, pro certo volens iniustus erit. Confert enim & operatur voluntariè ad hoc quod iniustus sit.

Nec verum quod dicunt Socratici, quod scilicet ideo non sit volens: quia si volens esset iniustus, etiam quando veller, iustus esset. Iniustus enim aliquis sit volens: non tamen postquam iniustus factus est, statim ut voluerit, requiescet & cessabit ab iniustitia, ita quod sit iustus. Et hoc patet simile: quia si ponamus, quod volens ægrotat aliquis per hoc quod ipse sibi causa est ægritudinis incontinenter viuens & inobediens medicis: in voluntate sua non est, quod statim ut voluerit, sit sanus. Tunc enim quando erat ante ægritudinem, inerat ei & in potestate sua erat non ægrotare si veller: emisso autem eo quod est causa ægritudinis, non est adhuc in potestate sua, quod sit sanus quando vult. Quemadmodum in eo qui dimittit lapidem iaciendo, antequam dimittat, in potestate sua est retinere & non dimittere: in ipso enim est & mittere & proicere: principium enim missionis & projectionis est in ipso. Postquam autem dimiserit, non est in ipso resumere. Sic autem est & in iniusto & in incontinente. Ex principio quidem enim antequam essent iniusti & incontinentes, inerat eis tales non fieri: propter quod volentes iniusti & incontinentes facti sunt. Postquam autem facti sunt iniusti & incontinentes, iam non est in eis non esse iniustos & incontinentes: sed iterum studere oportet ad iusta & casta, per quæ depositis vitiis iusti & casti efficiantur.

Hoc autem patet à minori: quia non solum animæ malitiæ, quarum nos cauere sumus, sunt voluntariæ: sed etiam in quibusdam hominibus malitiæ quæ corporis sunt, quibus ipsi per opera illicita causa fuerunt, reputantur voluntariæ: quos etiam propter tales malitias increpamus. Qui enim turpes sunt membris truncati, propter naturalem defectum nullus sapiens increpat, sed eos qui propter desidiam aliquam & negligentiam, quibus ipsi sunt causa,

30. Vitia possimus vitare, sed postquam contracta sunt, in potestate nostra non est ut ea non habeamus.

A naturali- bus non est laus neque vituperium.

causa, turpes sunt effecti. Similiter autem est circa imbecillitatem & orbitatem, sicut diximus esse circa turpitudinem. Nullus enim increpat cæcum à natura cæcum ex plaga vel ex infirmitate alia cuius ipse causa non sit. Cum autem quis ex vini nimia potatione vel ex alia luxuria incontinentia orbis siue orbatus oculis est, omnis eum homo sapiens increpabit: quia ipse sibi orbitatis causa fuit. Igitur ea quæ sunt de numero malitiam, quæ sunt circa corpus, quæ quidem in nobis sunt, increpantur: quæ autem non sunt in nobis, non increpantur. Si autem sic est, tunc multo magis malitiis animæ, quæ quidem increpantur in nobis: utique enim si non increpantur, non erunt in nobis.

Et quod quidam obiiciunt, quod tales ignorantia, negligentia, & omissiones, sunt privationes & non opera: quod autem privatio est, voluntarium non est: & sic ista voluntaria non sunt. Hoc nihil est: quia omisso in eo qui facere debuit, tunc cum facere debuit, peccatum est & voluntarium in causa. In ipso enim fuit ad oppositos actus se convertere vel non convertere, ad quos si se converteret, non omisit, nec negligens fuisset.

CAPVT XXII.

De opinione Socratis in libro qui dicitur Menonius, quæ est contra ea quæ dicta sunt.

Socrates autem & Plato & omnes Stoici stenterant contrarium his quæ dicta sunt, supponentes quod nullus iudicat de bono desiderabili, nisi per similitudinem habitus ad illud quem habet apud se: sicut phlegmaticus per similitudinem complexionis desiderat pices in cibum, cholericus autem de cholera adusta desiderat adustum amarum, sanguineus dulce, & sic est in alijs. Tales autem habitus diversa desiderabilia facientes, aliquando sunt innati, siue ex astris, siue ex complexionibus elementorum, siue etiam ex progenitoribus: & cum tales habitus insunt in nobis, non est non desiderare ea ad quæ habitus illi disponunt: quinimo de necessitate illa nobis bona apparent, ad quæ ex habitibus illis dispositi sumus, siue bene siue male. Propter quod dixerunt aliquem bene natum esse, & aliquem male: bene quidem, qui talem accipit intellectum prægum, qui in omnibus bene consulit & præcipit, ita quod nunquam aliquid contrarium bonum apparet. Talem intellectum enim, ut dicunt, impossibile est ab aliquo accipere: eò quod neque discibilis, neque assuecibilis est: eò quod multos viderunt qui nunquam corrigi poterant & ad bonum intellectum deduci, nec verbo doctrina, nec verbere disciplina, nec persuasione, nec minis, nec promissionibus, nec per coniecturam bonorum, de quibus dicit Sapiens, quod semen erat maledictum ab initio: & naturalis malitia eorum immutari non poterat.

Contra opi-

Sed hoc mirabile erat de Stoicis, quod ta-

les habitus ponentes siue innatos siue acquisitos, bonorum dixerunt esse nos causas & in operibus & in fine, malorum autem non dixerunt nos esse causas in fine, sed in operatione sola: dicentes iudicium & apparentiam eius quod unicuique videtur, bonum esse ex habitu de necessitate, operationem autem esse ex voluntate. Contra hoc autem Arist. procedit sic, quod si aliquis dicat, quod omnes homines desiderat id quod apparet eis bonum, & quod talis phantastica apparitionis & appetitus non sunt domini, ita quod sit in ipsis, sed potius qualiscumque ex habitu connaturali vel acquisito est unusquisque dispositus, talis finis videtur bonus vel per similitudinem habitus ad illud. Si ergo sic dicatur & concedatur, quod unusquisque sibi talis habitus est causa, aliquid conferendo vel operando ad ipsum, sequitur ex necessitate ex prædictis, quod etiam phantastici iudicij & appetitus qui surgit ex habitu, ipse idem sibi aliquid causa est per illam regulam quæ sæpè habita est. Quia quorum principia sunt in nobis, & ipsa sunt in nobis.

Si autem dicatur, quod nemo sibi ipsi causa est eius quod est malè facere, sed malè operatur per ignorantiam finis qui per se est finis, existimans sibi optimum futurum esse per hoc quod operatur: & dicatur, quod desiderium finis est desiderium non spontaneum: sed oportet in quolibet innasci illud desiderium ex habitu quem accipit in necessitate: quemadmodum innasci oportet visum intellectus, quo habens intellectum bene iudicat, & iudicat bonum quod secundum veritatem bonum est, & desiderat illud. Et dicant iterum, quod ille bene natus est, cui hoc bonum intellectus bene innatum est: ille enim maximum bonum & optimum habet inter omnia humana bona, ita bonum, quod est impossibile accipere ab aliquo vel discere: eò quod nec assuecibile vel discibile est: sed quale innatum est, tale habebit: & hoc modo bene & optime innatum esse: perfecta verè bona erit utique natiuitas & habitus talis innatus. Per oppositum est etiam in malis mala & pessima natiuitate natis, quæ non permittit surgere in ipsis aliquam apparentiam vel iudicium vel appetitum eius quod est per se bonum.

Si autem hæc vera sunt, quæramus ab eis, quid magis virtus malitia erit voluntarium secundum eos? In ambobus enim bonis & malis scilicet ad ea quæ per se bona sunt, & ad ea quæ secundum quid bona sunt & simpliciter mala, iudicium finis & appetitus per naturam est. Est enim qualitercumque iacet habitus natus, & qualiter videtur in iudicio & appetitu secundum habitum innatum. Reliqua autem quæ ad fines illos sunt, operantur qualitercumque dispositi sunt ex habitu, referentes ad fines illos quos secundum illos habitus desiderant. Siue igitur dicatur, quod finis quæ desideret quilibet qualiscumque est & non ex natura habet, sed potentia ex habitu acquisito qui apud operantem est: siue dicatur, quod finis desideratus naturalis est propter habitum innatum: si respiciamus ad reliqua quæ non mala, sed studiosa sunt, & studiosum dicamus hæc voluntarie operari: sequitur, quod

quod virtus voluntarium quid erit secundum unam eius similitudinem id quod est propter ipsum siue in nobis esse & in potestate nostra est in operationibus bonis & malis secundum dicta Socratis: quamvis non similiter sit in fine. Quia dixit Socr. quod apparentia finis in malis, non in nobis est, quamvis operationes sint in nobis. Sic igitur quemadmodum dicitur à Socrate, virtutes sunt voluntaria: eò quod habitum per culturas & sacrificia deorum concausa sumus aliquid ipsi diis qui dant eas. Et talem finem nobis quendam ponimus, qui est per se bonum quod desideramus. Quales quidem sumus existendo secundum virtutem quam dat Deus cooperantibus nobis ad virtutem per supplicationes deorum: sequitur necessariò ex hypothesi Socratis, quod etiam malitiæ erunt voluntaria: eò quod per operationes malas concausa sumus malitiis. Et sic similiter est in bonis & in malis.

CAPVT XXIII.

De epilogo eorum quæ dicta sunt.

Communiter quidem igitur de virtutibus dictum est nobis typo & figuratè. Diximus enim genus proximum, quando diximus, quod virtutes medietates sunt. Et diximus genus remotum, quod habitus sunt. Diximus etiam à quibus sunt per generationem, quoniam operatores harum operationum quæ sunt secundum ipsas virtutes, generant eas in se ipsis. Diximus etiam quomodo sunt in nobis & voluntaria, & quod sunt utique ut recta ratio præcipit, eò quod medium sumitur quoad nos determinata ratione, prout sapiens determinavit.

Sed hoc adiciendum est, quod habitus & operationes non similiter voluntaria dicuntur: quia nos sumus domini operationum à principio usque ad finem, ita quod in nobis est tota operatio ad facere & non facere, quando scimus ea secundum singularia in quibus sicut in circumstantiis est operatio. Si enim aliquod istorum ignoramus, efficeretur involuntarium per ignorantiam. Habitum autem non ita sumus domini: quia non est nobis cognitum quantum de habitu adiciatur ex quolibet sui principio quod est operatio: sicut & incognitum est in ægrotantibus qui sanantur, quantum sanitatis adiciatur quælibet medicina: & quod incognitum est, voluntarium esse non potest. hoc modo quo incognitum est: sed habitus voluntarij sunt, idè quia in nobis est sic vel sic in operatione quæ habitum inducit.

Resumentes itaque secundum modum enumerationis quæ fecimus in secundo huius voluminis de vnaquaque virtute, dicemus singularim determinando quæ sunt per nomen & diffinitionem, & circa qualia sunt passionibus & operationibus, & qualiter sunt circa illa, hoc est, secundum quam coniecturam medij: istis enim determinatis simul est his manifestum etiam quor sunt numero virtutes de quibus intendimus. Primum autem dicemus de fortitudine, tribus rationibus: cum omnis virtus sit circa difficile & bonum, fortitudo est circa difficillimum: & quia cum quælibet virtus sit vltimum potestatum & extremum in bonum, fortitudo circa omnem supremam potestatem est & vltimum potestatis: propter quod dicit Boëtius quod antomastice fortitudo virtus dicitur: & quia fortitudo circa tales est passiones quæ maximè passiones sunt: est enim circa passiones illatas in bello, quæ plus habent rationem passionis, quam passiones innatae delectabilium in actu.

Quare primò de fortitudine agendum.



TRACTATUS II.

De fortitudine.

CAPVT I.

Quare virtutes quaedam dicuntur cardinales, aliae autem adiunctae.



VOLENTES autem dicere de fortitudine, praenotare oportet, quod virtutum quaedam sunt cardinales, quaedam autem coniunctae. Cardinales autem sunt, in quibus velut in cardinibus tota voluitur humana conuersatio. Sic enim vocamus cardines caeli polos, & dextrum & sinistram in

Cardines caeli.

Oriente & Occidente, & centrum sphaerae, in quibus velut in cardinibus totus voluitur mundus. Sicut vocamus in introitu domus cardines postium, in quibus ianua reuoluitur, per quam est introitus & exitus per domum: sic virtutes quaedam sunt, quibus omnes aliae per modum quendam adiunguntur: per ipsas autem tota vita hominis reuoluitur: & illae dicuntur cardinales siue principales: quia in ipsis reuoluitur tota conuersatio moralis vitae: sicut ad cardinem coniunguntur ea quae in cardine reuoluntur, siue in celo, siue in ostio. Moralis enim virtus, sicut sapere praehabitu est, tota est circa passiones & operationes. Operationes enim referuntur ad passiones: quia circa passiones sunt. Moralis enim virtus nihil aliud est, ut dicit Plotinus, nisi ordo passionum. Et dico, quod operationes morales circa passiones esse necesse est.

Passionum diuisione.

Passiones autem secundum singularem diuisionem sunt, aut innatae, aut illatae. Sicut enim dicit Aspasius, passio est motus sensibilis animae: & ideo delectatio & tristitia passiones illatae sunt in passibilem animam ab obiectis delectationibus & contrarietibus ea. Sed hoc modo non intendimus hic de illata passione: sic enim diuiditur passio in praedictis in inferentem & illatam. Sed illatam passionem vocamus, quae infertur ab extrinseco violento agente, sicut sunt vulnera, & carceres, & mortes, & caetera quae sunt huius generis. Innatae autem dicimus, quaecumque secundum principia naturae sunt nobis, etiam si in nobis potentias nostras naturaliter mouentibus inferrentur, sicut est delectatio in cibis & venereis & huiusmodi.

Sufficientia virtutis cardinalium.

Cum igitur circa tales delectationes & tristitias & generaliter passiones sit moralis virtus, dupliciter potest esse circa eas. Si enim virtus ordo passionis est, sicut dicit Plotinus: aut est ordinans in passionibus, aut ordinata.

Ordinans autem in passionibus, constat quod prudentia est, quae inter omnes virtutes morales habet principalitatem, sicut in primo libro meminimus nos dixisse tribus de causis, scilicet quia est eius quod per se rationale est, & cuius ordinare est. Et quia medium eius est recta ratio operabilium: per rectam autem rationem operabilium ordinatur omne quod operabile est. Et quia indagatrix medij est per consilij electionem: sic enim indagat medium morale, sicut in immediatè praehabito tractatu dictum est. His ergo tribus rationibus virtus moralis est: tamen primo de ea agi non potest: eo quod non tota moralis est. Materialiter enim moralis est, eo quod circa mores est: formaliter autem moralis non est, eo quod ratio recta non ad hunc vel illum relata medium eius est: & quantum ad hoc ex principiis moralis virtutis determinari non potest: sed oportet, quod inter intellectuales determinetur. Prius enim determinatum in scientiis non dicitur principalis, sed quod ex principiis primis potest determinari: sicut etiam dicitur prius in geometricis, quod ex prioribus principiis concludi potest. Oportuit ergo, quod de prudentia tractatus vsque ad intellectuales virtutes differeretur: principalem enim esse prudentiam non dubitatur, quando scitur, quod ordinatrix est, & quod felicitas actus eius est, & quod ipsa vniuersalis est, ita quod omnes aliae sicut materia circa quam ei subiiciuntur. Prudentia enim, sicut dicit Augustinus sagax electio est, ea quibus iuuatur ad conuersationem, sagaciter eligens: & quibus impeditur in conuersatione humanae vitae, sagaciter refutans.

Prudentia qualis virtus sit.

Quae autem in passionibus ordinatae sunt, secundum diuisionem passionum accipiuntur. Ordinatae enim sunt aut in passionibus quae sunt hominis vt civilis est, per naturam quidem enim aeconomicum est animal. Comparatio enim hominis ad filios & vxorem, sicut dicit Aristor. in aeconomicis non est comparatio domini ad seruos, sed potius comparatio politici ad ciues liberos: & ideo aeconomica ad civilem quandam reducitur & ordinatur. Homo ergo vt homo est, in passionibus aliter ordinatur, quam homo vt civilis est. Vt homo autem est, passiones non habet quae sunt motus animae, nisi vel innatas, vel illatas. Et in illatis quidem ordinata passio est fortitudo. In his autem quae innatae sunt, ordinata passio est temperantia. Passiones quae accidunt homini in quantum civilis est, passiones sunt quae inferuntur delectabilibus in quibus ordinatur homo ad hominem secundum communicationem, quae sunt vel diuitiae vel honores dignitatum.

tatum. In communicatione enim talium tota consistit humana ciuitas. Et qui plus in talibus vult habere in lucro, & minus in damno, ciuitatem corrumpit. Qui autem adaequat siue ad aequum proportionis, optimus est ciuis. Ordinans igitur in tali passione iustitia est: non quidem ordinans primum. Primum enim ordinans prudentia est. Ordinans autem ordinatum iustitia est. Accipiens quidem rationem aequi a prudentia: & secundum hoc ordinans cupiditates & delectationes est iustitia circa ea in quibus est communicatio hominum. Propter quod necesse est, quod iustitia non vno modo dicatur, & quod ex ratione medij quoad nos determinari non possit. Medium enim quoad nos in nullis duobus est idem: medium autem iustitiae inter omnem actorem & rem idem esse ponitur, & inter omnem ciuem. Per alia autem principia determinatur medium iustitiae & moralium virtutum quae sunt hominis in quantum homo est. Et ideo de iustitia inter virtutes quae quoad nos habent medium, determinari non potuit: quoniam alia principia & aliae suppositiones requiruntur ad determinationem ipsius: propter quod extra determinationem omnium virtutum quae habent medium quoad nos, oportuit determinari de iustitia in tractatu speciali. Quatuor igitur sunt virtutes principales & non plures: sed tamen secundum ordinem principalitatis eorum non potuit determinari de ipsis in ista scientia: quia primum oportet determinare virtutes quae maximè sunt morales: eo quod illae ordinant subiectum ad aliarum virtutum receptionem: & primum determinari oportuit virtutem hominis vt homo est, & deinde virtutem vt ciuile animal est per naturam. Adiunctae autem virtutes ideo adiunctae dicuntur: quia in moribus hominis vt homo est, imitantur virtutes quae simpliciter sunt morales. Sicut patet, quod liberalis est, qui ad expensam impavidus est. Magnificus autem, qui ad omnem largitionem insupefactibilis. Mansuetus, qui in ira se continet, ne audeat non audenda. Magnanimus autem, qui magnitudine animi se continet, ne ad indigna sibi deier: & sic est in omnibus aliis adiunctis virtutibus, quae omnes medium virtutis quae simpliciter morales, imitantur. Propter quod adiunctae per principia moralium virtutum sufficienter determinantur, & ideo cum his adiunguntur. Iustitia autem & prudentia ex talibus principiis determinari non possunt: & ideo necesse fuit vt tam moralibus quae sunt hominis vt homo est, quam etiam adiunctis postponerentur: eo quod suppositiones & principia alia requirant, ex quibus determinentur. Ista igitur est ratio nominis & ordinis cardinalium virtutum & adiunctarum.

Virtutes adiunctae.

Sunt tamen qui non ita dixerunt, opinantes quod in qualibet virtute quatuor sunt principalia, scilicet quod sit circa difficile, & quod circa bonum, & determinatio medij, & positio. Dicunt igitur, quod prudentia ideo principalis quia in est: omni virtute medij inuenit & determinat. Fortitudo autem ideo: quia in omni virtute difficile tenet. Temperantia vero ideo: quia in omni virtute medium ponit per super-

D. Alb. Mag. lib. 3. Ethic.

flui & diminui ablatione. Iustitia autem ideo: quia in omni virtute bonum operatur & perficit. Haec autem in theologis dicta sunt, & non habent rationem perfectae veritatis: non enim ex propriis, sed per metaphoram ista cardinalibus adaptantur. Et ideo de dictis talibus non curamus. Peccatum enim in problematibus est lectionem transferre propositam, & ex metaphoricis syllogizare. Inter cardinales igitur secundum praeductas rationes prima est fortitudo. Et ideo primo de ipsa tractabimus.

CAPVT II.

Circa quae sicut circa materiam sit fortitudo.

TRACTANTES autem de fortitudine, primum inquiri oportet, circa quae sit fortitudo siue circa primum obiectum & materiam. Dicamus igitur, quomodo iam prius dictum est in secundo huius scientiae volumine, quod fortitudo medietas est circa timores & audacias ab exterioribus terribilibus illatas in animam. Quare igitur oportet, quae sunt illa terribilia quae tales timores & audacias inferunt. Haec autem sunt, secundum quod simpliciter & vniuersaliter dici potest, mala: & patet ex diffinitione timoris. Timorem autem omnem antiqui diffiniendo determinant dicentes, quod timor sit mali expectatio, & ex futuro melius expectatio motus cordis secundum fugam & lyctolem.

34. Fortitudo versus materiam circa timores & audacias.

Timor est mali expectatio.

Malum autem diuiditur in malum culpae siue vitij, & in malum poenae. Malum autem culpae fortis non expectat. Fortis enim de malo culpae nihil cogitat, & nihil expectat: eo quod ab appetitu eius longè sit relegatum: & ideo fortis secundum timorem mali culpae non est. Malum autem poenae dupliciter consideratur, scilicet in se, & prout adimit bonum honestum. In se consideratum non est malum nisi in quantum contrariatur naturae boni, & adimit illam: & quia fortis tota intentio est circa bonum honestum, non timet mala secundum quod sunt contraria naturae simpliciter, sed timet ea secundum quod sunt ademptio & labefactio boni honesti. Omnis igitur mali poenae, quod adimit bonum honestum, expectatio, causa timoris est in viro studioso. Omnes enim hoc modo timemus mala, puta malam opinionem, inopiam, aegritudinem, & inimicitiam, & mortem. Inimicitiam autem id quod secundum effectum agit in inimicos contra nos, & non affectum quo nos odit. Per omnia enim haec labefactari contingit bonum honestum, quod maximè timet fortis.

Mali est duplex: culpa & poena.

Fortitudo non versus materiam circa omnes metus & fiducias.

Sed tamen neque circa omnia haec videtur fortis esse, si fortitudo per essentialia sibi determinetur. Quaedam enim horum etiam bonum & fortem timere oportet: & si aliquis hoc non timet, malum est, & ipse malus, puta malam opinionem. Qui enim malam opinionem cauet & timet, non proprie fortis, sed decens & verecundus reputatur & vocatur.

M 2 Verecundia

Verecundia enim, vt dicit Damascen. fuga est in turpi perpetrato. Verecundia autem talis est sicut virtus. Timens autem turpe vt fugiens malam famam timeret: quia nihil nisi turpe causa est infamia: & quanto plus timeret talia: tanto melior & decentior est. Timor autem circa quem est fortitudo, in abundantia non est. Fortitudo igitur circa tales expectationes mali & timores non est. Qui enim talia non timet, quantumcumque potest, inue-recundus & indecens est. Talis iamen circa talia intimidus, à quibusdam vocatur fortis secundum metaphoram: eò quod vere forti habet aliquid simile, in hoc scilicet quod vere fortis, impavidus quidem est, & iste impavidus est: quamuis non circa idem impavidi sint: propter quod etiam expectatio talis mali non vere timor est, sed potius crudelitas in seipsum: propter quod dicit Aug. quod crudelis est, qui famam negligit.

Inopiam autem siue paupertatem siue penuriam, neque aegritudinem forsitan non oportet timere, neque vniuersaliter loquendo timere oportet penas, quacumque non à malitia, neque propter seipsas timentur. Diximus enim quomodo fortis non timet penam in quantum contraria est naturæ tantum, sed in quantum est adæptio boni honesti. Inopia autem & huiusmodi quæ dicta sunt, secundum suum nomen non contrariantur nisi bonæ naturæ. Et idè hoc modo non timentur. Prout autem inopia dicit priuationem bonorum instrumentaliter deseruentium ad felicitatem, & aegritudo destitutionem dicit membrorum & virium membrorum subiectiue deseruentium ad opera felicitatis, & penuria deriuatur à Græco ponos quod est labor, & Latino verbo quod dicitur vrgeo ges. Propter quod penuria vrgens labor, secundum quod laxat naturam, vno modo considerari potest. Alio modo secundum quod laxatis viribus priuatur operatio felicitatis. Et sic hæc secundum quod contrariantur naturæ simpliciter, non sunt circa timores fortitudinis. Secundum autem quod adiungunt bonum honestum, circa communes timores fortitudinis esse possunt, sed non circa proprios. Nullum enim illorum secundum seipsum timetur à forti, sed in quantum est adæptio boni politici. Sed neque fortis est necessarius, qui circa talia pavidus est. Multi etiam impavidi circa talia in periculo belli retrocedunt. Fortis autem nullatenus retrocedit: cum tamen impavidus secundum similitudinem metaphoricam aliquando fortis dicitur. Quidam enim in bellicis periculis timidi existentes & retrocedentes, liberales & banausi sunt ad pecuniarum emissionem bene audenter se habentes, & multa expedentes ex quibus & inopes & penuriosi efficiunt, in bellicis periculis retrocedunt, in quibus nunquam retrocedit fortis. Neque enim vtique fortis est, nec circa timores fortitudinis est, qui expectat iniuriam circa pueros vel vxores & timet: licet boni viri proprium sit iniurias æquè velle sustinere circa pueros & vxores sicut circa seipsum. Similiter autem & qui timet inuidiam vel aliquid talium, non proprie timidus vocatur, timore scilicet circa quæ est fortitudo. Ti-

mens enim inuidiam & timens deturpationem vxoris & pueroꝝ, ex verecundia timet & non ex turpi terribili contrapugnante. Et idè frequenter retrocedit in periculis bellicis, in quibus, vt dictum est, fortis non retrocedit: & si in talibus audet flagellandus, ira quod propter flagella non desistat quin contrapugnet, & idè dicitur fortis, non facit gratia boni, sed propter verecundiam quam in se & suis sustinere non potest. Et licet eiusdem moris sit velle bonum honestum & nolle turpe, non tamen imittit se periculis fortis propter hoc quod non vult esse turpis, sed imittit se gratia boni quod propulsat quantum potest he bonum labefactur.

Quæramus igitur, circa qualia mala quæ sunt de numero terribilium, sit fortis proprie: & quæramus, an sit circa maxima terribilia? Si enim fortis ad sustinenda terribilia gratia boni determinatur, oportet quod fortis maxime sit circa maxima terribilia bonum maxime adiuuentia. Nullus enim magis maiora sustinet pericula bonum adiuuentia, quam vere fortis inter omnes qui per metaphoram quandam fortes dicuntur. Tale autem terribilissimum est mors duabus rationibus. Vna quidem: quia mors est terminus vitæ: & post mortem nihil participamus eorum quæ terribilia sunt in vita. Secunda autem: quia mortuis nihil ad hæc post mortem esse videtur, neque bonum, neque malum: eò quod, sicut diximus in primo, fortuna & infortunia viuorum, mortuos non transmutant. Mors igitur omnis boni quod ad vitam pertinet, est priuatio: & ideo terribilissima. Circa mortem igitur quæ terribilissima est secundum quod est boni honesti ademptio, fortis est.

CAPVT III.

Circa qualem mortem sit fortis.

Videbitur vtique fortitudo non circa omnem mortem esse, quæ est in periculo quocumque. Non enim est circa periculum in mari, vel in aegritudinibus. In his enim non est contra pugnare ex magnitudine animi & fiducia fortis: & idè circa talia vere fortis non est. Fortis enim in nullis timoribus est, nisi cum contrapugnatione. Quæramus igitur, in quibus periculis mortis est fortis, & an sit in periculis optimæ mortis, quæ sunt in bello contrapugnando eis qui quærunt labefactare bonum honestum. Fortis enim cum sit bonus & optimus, non potest esse nisi in maximo & optimo periculo. Honestissimum autem periculum est subire periculum mortis ad propulsandum eum qui quærat subuertere bonum honestum. Hoc autem probatur: quia huic concordant honores talibus bellatoribus attribui in ciuitatibus, & apud monarchas siue reges vel prætores. Fortibus enim in bello pro republica fortiter facientibus, attribuantur munera & honores & statua & fornices & tituli laudum, tam in ciuitatibus, quam apud monarchas:

monarchas: quorum nihil attribuitur eis qui committunt se periculo mortis nec præcitate nec electæ propter hoc, sicut est mors in submersione maris vel aegritudine.

Fortis enim secundum quod vere fortis est, circa bonam mortem impavidus est, & impavidus est circa omnia pericula, quæ talem inferunt, etiam si repentina & improvisa existant. Habitus enim virtutis moralis in modum naturæ mouet & non in modum artis: & idè tali habitu armatus etiam improvisus incidens in pericula, imperterritus & instupefactibilis est, quamuis iacula præuisa minus feriant. Fortis enim semper præmunitus est: & idè nihil repentinum sit circa ipsum, quod eum non confidere faciat. Pericula autem talia bonæ mortis maxime sunt ea quæ sunt secundum bellum: hæc enim & scita sunt & electa propter bonum, & in illis firma & immobilis voluntas sit, ex quibus causatur totum bene virtutum: sed tamè etiam in illis adhuc quæ non præuisa sunt, sicut periculis in mari & in aegritudinibus vere fortis impavidus est: non tamen sic est impavidus in illis, sicut marinarij in periculis maris impavidi sunt. Quia fortes in mari in periculo vident desperatam esse salutem, & mortem talem, quæ non nisi vitam tollit & bonum virtutis non adimit: sed timere non aspernantur: eò quod nihil in cogitatione eorum est nisi bonum honestum, nec aliquod periculum aspernantur per indignationem contrapugnantes, nisi periculum honestatis & bonum virtutis. Marinarij autem idè impavidi sunt: quia bene sperantes sunt per artis suæ experientiam, per quam multos modos sciunt euasuros. Propter quod in Eudemia Ethica dicit Arist. quod si marinarius à spe experientia artis suæ destituatur, statim in periculis maris destituitur: plus quam vir fortis. Simul autem aduertendum est, quod vere fortes viriliter agunt vel sustinendo vel contrapugnando in periculis, in quibus est vere fortitudo, & in quibus bonum est & honestum mori: in talibus enim corruptionibus quæ dicta sunt, scilicet in marinis submersionibus vel aegritudinibus neutrum horum existit: quia nec contrapugnare potest, nec etiam aliquod bonum quod per se bonum est, stat, vel defenditur per mortem talem.

CAPVT IV.

Qualiter circa terribilia mortis in bello est fortitudo.

Terribile autem in periculis mortis non omnibus hominibus idem est. Dicimus, quod aliquod periculum super hominem est, & hoc est illud quod omni homini intellectum habenti terribile est, sicut submersio maris, vel terræ hiatus, vel incendium. Aliquod secundum hominem est viribus hominis proportionatum: & hoc differt magnitudine & paritate, & differt in eo quod magis & minus periculum est. Similiter autem & ausibilia differunt, scilicet magnitudine & paruitate.

37. Homo verè fortis dicitur, qui circa honestam mortem, & ea omnia que respice eueniunt atque inferunt ipsam, imperterritus est.

35. Fortitudo circa mortem pericula versatur.

Mors est terribilissimum.

36. Non circa omne genus mortis, sed circa eam mortem quæ in bello contingit, vir fortis esse dicitur.

38. Terribile non omnibus idem est.

te ausibilia esse. Et sic se habet fortis in audendo & timendo terribilia.

Fortis enim non semper simpliciter stupefactibilis est, sed instupefactibilis vt homo. Talia igitur timebit, quæ homo timeret: timeret autem talia vt oportet, vt ratio testat dicitur timenda esse: & si necesse est, sustinebit ea boni gratia: Bonum enim honestum per se finis est virtutis: Contingit autem talia magis & minus timere. Adhuc autem contingit timere talia pericula non vt terribilia simpliciter, sed vt terribilia labefactantia bonum: & idè peccatum circa fortitudinem multis modis fit. Aliquando enim fit, quia timet quod non oportet: aliquando autem, quia non quando oportet aliquid talium aliarum circumstantiarum. Similiter autem est & circa ausibilia, quod audet quod non oportet, vel quando non oportet, vel propter quod non oportet. Ex his igitur concludimus definitione vere fortis, quod vere quidem fortis est, qui in periculis bonæ mortis timet & audet quæ oportet, & sustinet & audet cuius gratia oportet, & vt oportet, & quando oportet: in audendo enim & timendo quantum ad fortem similiter est quantum ad omnes circumstantias periculi. Probatio autem huius est, quod vere fortis patitur & operatur ea quæ sunt secundum dignitatem habitus qui in ipso est. Habitus enim, sicut in præcedenti tractatu diximus, apparitionem & iudicium & appetitum facit finis secundum sui similitudinem: & ideo habitus boni qui in forti est, non permittit operari vel pati fortem nisi gratia boni. Finis enim omnis operationis est ille qui est secundum similitudinem habitus, qui elicit operationem in operante.

Et ex hoc sequitur, quod forti in operando & patiendo, ipsa fortitudo secundum quod virtus est, bonum est quod intendit. Talis enim est finis operantis, qualis est habitus eliciens operationem. Diffinitive autem vnum quodque determinetur sine. Quia finis & vltimū est & forma est: & quia vltimum est, virtus est: & quia forma est, esse dat. Oportet igitur, quod vltimo determinetur. Fortis igitur sustinet & operatur in omnibus periculis, quæ secundum fortitudinem sunt, boni honesti gratia, sicut & bonum honestum est habitus, qui elicit operationem. Circa talia igitur pericula optimorum operatiua est fortitudo:

39. Fortis non debet esse omnino impavidus, & nihil pro se metuens.

40. Viro fortissimus sum finis boni nestum est.

41. Formidolosum secundum proprietatem linguæ Latinæ: pavidum autem superabundare dicitur, non tamen in timore circa quem fortitudo

CAPVT V.

De comparatione fortitudinis ad extrema sua.

Habet autem fortitudo superabundantias & defectus. Superabundantium autem ille qui in pauiditate abundat, innominatus est. Dicitur autem est à nobis in secundo huius scientiæ libro, quod multa innominata sunt: hunc tamen in secundo nominauimus formidolosum secundum proprietatem linguæ Latinæ: pavidum autem superabundare dicitur, non tamen in timore circa quem fortitudo

titudo est, sed potius in omni periculo: statim enim in aliquo periculo occurrente quasi corde congelato ex timore stupidus efficitur, nec sciens, nec el-gens, nec firmus, nec mobilis existens, ad modum quorundam animalium frigidorum, quæ statim ut tanguntur, terrore congelantur ad immobilitatem. Aliquando etiam ad sensibilem colorum mutationem. Talis igitur superabundat in prauitate. E contra autem inuenitur aliquis isti oppositus, qui nihil periculorum timeat, neque terorem hanc, neque inundationes maris superuenientes, quemadmodum aiunt Poëtae Celtas esse impaudos: & hi vel infani vel sine sententia nominari possunt, eo quod in pauore deficientes sint. Infani autem dicuntur: quia periculum non aduertunt nec ordinant. Insensibiles autem doloris dicuntur: quia doloribus se iniiciunt, ac si sentium doloris non habeant in periculis, quæ nec sciunt, nec eligunt propter aliquid, nec firmam & immobilem habent voluntatem. In quibus tribus totum bene consistit virtus.

Insensatus.

Audax.

Superbus arrogantis.

Timidus.

42.

43.

Timidus, audax, & fortis versantur circa eandem, sed diuerso modo.

ter se iniiciunt in illa, non præordinantes quæ periculis existentibus, si pericula dominantur discedunt & retrocedunt quidem quantum possunt. E contra autem fortes qui verè fortes sunt, in operibus periculorum existentes, acuti & patientes & perseverantes sunt: prius ante pericula quieti sunt, quieto animo præordinantes periculorum aggressionem & perfectionem.

Objectionis exclusio.

Quod autem quidam obiciunt, quod omnis mors omni morti æqualis est: in hoc quod vitæ privatio est: & ideo medium in periculo mortis dicunt non esse. Nihil valet: quia quamuis mors secundum quod privatio est, secundum unam æqualitatem sit: tamen periculum mortis, hoc est, quod ad mortem probabiliter deducit, non omni periculo mortis æquale est. Imo, sicut diximus, hæc differunt paritate & magnitudine, & in hoc quod magis & minus periculosa sunt. Adhuc autem etiam si mors secundum pericula mortis æqualis esse ponatur, tamen aggressio vel sufficientia mortis in hoc medium habet, quod est ut oportet, vel ut non oportet, & quando, & ubi, & propter quid.

Quatuor sunt extrema fortis & unum medium.

Adhuc autem quamuis quatuor extrema ponamus fortis, tamen non nisi unum medium est fortitudo. Quamuis enim quatuor sint, superabundans in timore, deficientis in timore, superabundans in audacia, & deficientis in audacia: tamen hæc quatuor nisi duplicis moris sunt. Sequitur enim, quod superabundans in timore, deficientis est in audacia: & superabundans in audacia, deficientis est in timore. Et sic inter audaciam & timorem vnica medietas est fortitudo. Quemadmodum igitur dictum est, fortitudo medietas est & circa autilibilia & terribilia, de quibus dictum est. Quoniam dictum est, quod fortitudo bonum desiderat & sustinet pericula gratia boni, vel ad minus sustinet ea: quia turpe est non sustinere periculum quando queritur boni civilis labefactatio. Timere enim mori, & fugere mortem vel inopiam vel turpitudinem vel aliquid aliud triste, ubi labefactio boni queritur, non est proprium fortis, sed magis timidi. Lab oriosa enim fugere mollities quædam est: similiter fugere penuriam. Penuria enim dicitur à ponos Græca dictione, quod est labor, & vrgeog: vnde penuria vrgens labor est. Timidus etiam non sustinet periculum ideo quia bonum est sustinere, sed fugit ipsum ut malum pœnaliter afflictivum, & fugiendo salutem boni non querit, sed tantum mali euasione. Fortitudo igitur vera tale aliquid est, quale in prædeterminatis dictum est: & secundum hoc fortis est, qui in bellicis periculis aggeditur & sustinet quod oportet, sicut oportet, & ubi oportet, à quo oportet, & cuius gratia oportet.

44. Qui mortem sibi conficit ad fugiendum aliquid in vita molestum, non fortis, sed timidus & molis est.

Fugere autem laboriosa etiam secundum aggressionem acerbissimorum fugiantur, imbecillis animi est. Mollities enim quædam est fugere laboriosa secundum quod laboriosa sunt: sicut quando eligit aliquis mori & sibi ipsi mortem infert, si alius desit, ut effugiat inopiam quam diu viuente sustinere oportet: vel

vel ut effugiat angustiam cupidinis. Sic enim amorem qui dicitur heros, nominat Ouidius in remedio amoris. Tales enim ut effugiant angustiam libidinis, interficiunt se ipsos frequenter, sicut Dido se interfecit propter amorem. Aneæ. Alij autem interficiunt se ipsos, ne diu sustineant aliquid aliud triste. Qui omnes licet aggrediar tur arduissima & sustineant difficillima, sicut mortem, tamen non fortes, sed molles & timidi sunt: quia difficillima sustinent, ut tristitiam euadant: & hoc deiecti & vilis & imbecillis animi est.

Virgil. quarto Aneid.

CAPVT VI.

De adiunctis fortitudini.

45. Fortitudo Politica.

Dicuntur autem & aliæ fortitudines secundum quinque modos in vnum modum fortitudinis imitantes. Secundum autem primum modum dicitur fortitudo politica: hæc enim veræ fortitudinis maximè assimilatur. Ciues enim pericula sustinent politica, fortè ut euitent eas quæ ex legibus sunt increpationes & opprobria, & fortes sunt aggrediendo ardua & sustinendo terribilia propter honores qui fortibus in ciuitatibus attribuuntur: & propter hoc, scilicet verecundiam increpationis & appetitum honoris ciues fortissimi videntur esse. Apud ciues enim in honorari & exprobrari sunt illi, qui sunt timidi: fortes autem in aggrediendo & sustinendo, sunt honorati in vrbantibus. Tales enim ciuili fortitudine fortes Homerus probat Diomedem & Hectorem, qui propter timorem increpationis in bello audaces in aggrediendo & perseverantes in sustinendo fuerunt. Hektor enim dixit cum à quibusdam adhortationem reciperet ut à bello recederet, Polydamas si à bello recessero, mihi primum redargutionem reponer: & Diomedes dixit, Hektor si à bello recessero, dicet concionans in Troianis, id est, inter Troianos, Titydes à me tractus est ad naues. Hektor enim Priami filius fuit Phrygius genere, qui Græcis contrapugnabat Phrygiam inuadentibus. Diomedes autem, qui alio nomine Titydes vocabatur, Græcus fuit de magna Græcia, hoc est, de parte Italiæ quæ magna Græcia vocabatur, natus: ubi etiam palatium Agamemnonis est, cuius ruinæ demonstrantur in Italia. Hektor ergo contrapugnans Græcis ingrauentente bello suatus à bello recedere, in excusationem sui dixit, quod à bello impossibile esset discedere: quia increpationes Polydamatis qui Phrygius erat, sustinere non posset. Diomedes autem qui & Titydes, præualentibus Phrygiis contra Græcos, suatus à bello discedere, idem excusationis præterdit, dicens se à bello non posse discedere, ne Hektor qui Phrygius erat, insultaret Græcis, dicens quia Titydes à me tractus est vsque ad naues, quibus in captiuitatem ducebatur: hoc enim videbatur ei maximum opprobrium si ab Hectore traheretur. Et sunt isti versus Homeri ex metri in heroicis secundum proprietatem Græci idiomatis. Paret autem, quod isti non sustine-

Hektor, Me Polydamas ante omnes ipse repperet. Diomedes, inter enim dicit Troianos optinus Hektor, Titydes metuens puppes confugit ad alius.

Italia fuit magna Græcia.

bant terribilia propter bonum, sed propter vitiationem turpitudinis & verecundia, & vitiationem exprobrationis quam sustinissent à patriis legibus & conciuilibus suis, si à bello discessissent. Fortis autem propter bonum patitur, sicut est libertas ciuim, salus patriæ, obseruancia legum, & status virtutis, & cætera huiusmodi. Exprobrationem autem non timer nisi ex consequenti, scilicet si cedat: sicut & medicus timer ægritudinem si non sanet. Hæc autem cui sunt fortitudo, maximè inter omnes assimilatur veræ fortitudini, de qua prius dictum est. Hæc enim est & fit propter virtutem. Fit enim propter verecundiam turpis, & propter boni desiderium: honoris enim gratia fit: & desiderium honoris desiderium boni est. Fit etiam propter opprobrium quod sustinent fugientes, quod opprobrium turpe existit. Quamuis verò verecundia passio sit secundum sui essentiam, tamen modum virtutis habet, modum virtutis, sicut in secundo libro determinatum est, & propter modum virtutis aliquando virtus dicitur. Et ita qui fugit turpe ut turpe est, aliquem respectum habet ad virtutem. Adhuc autem quamuis honor non virtus, sed præmium virtutis sit: tamen amare honorem contingit secundum medium & extrema: & sic materia virtutis fit. Et qui sustinet terribilia & audet ardua propter honorem qui fortibus in ciuitatibus fit in titulis & laudibus & præmiis & statu & fornicibus, aliquem respectum habet ad virtutem. Magnanimus enim est, ut dicit Arist. in 4. ethicis, qui seipsum dignificat dignis dignus existens. Quamuis ergo ciues non directe sustineant terribilia propter bonum patriæ & amorem virtutis: tamen quia sustinent ad vitandum turpe, & consequendum honorem ciuim in vrbantate, ad eundem morem respiciunt cum verè forti. Eiusdem enim moris est amare bonum honestum, & timere turpe inhonesti. Et eiusdem moris est amare bonum honestum, & amare honesti proprium præmium, quamuis non sit eiusdem intentionis & eiusdem habitus. Paret igitur, quod ciuili fortitudo veram fortitudinem imitatur in fine, & in eo secundum quod fortis est bonum: & ideo vicinissima est veræ fortitudini. Eiusdem enim moris est & vicinissimi finis.

Verecundia modum virtutis habet.

Cap. 6.

46.

Iuxta hanc autem est & alia fortitudo in idem reducta, aggrediens & sustinens terribilia ex solius pœnæ timore quam incurreret non aggrediens & non sustinens: sicut sunt qui coacti sunt à principibus dominis suis ad aggrediendum & sustinendum. Hi tamen deteriores sunt, quam sint ciuilitate fortes, quando hoc non faciunt propter verecundiam turpitudinis vel exprobrationis: si id quod operantur, ideo operantur ne incurrant pœnam comminatum, quam incurrerent si non operarentur. Tales igitur non fugiunt turpe in vitis, sed fugiunt triste in pœnis sensibilibus. Deinde enim coerciciam potentiam habentes super subiectos metu pœnarum cogunt eos: sicut Hektor, ut refert Homerus, suos egegit comminans & dicens. Quemcumque ego sine bello & imbellem timentem forpidolosum intelligam, non sibi sufficiens erit effugere

Quem proci ad pugna trepidolosum sibi

de videbo: Is canes : quia fugientem interficiam & canibus cadauer tradam. Tales enim pugnacissimi efficiuntur metu pœnarum comminatarum. Ad idem etiam referantur omnes qui suis præcipiunt metu pœnarum : & si recedatur à bellis, percutiunt eos. Adhuc eodem modo cogunt qui foueas faciunt post exercitum, & foueas præordinant postquam exercitum de muris ciuitatis edaxerunt: illi enim pugnares efficiuntur, ne in foueas cadant & interimantur. Et omnes isti coactione & metu pœnæ magna aggrediuntur & terribilia sustinent. Omnia enim ista coactionem habent virtutem. Eum autem qui verè fortis est, fortè esse oportet non propter necessitatis coactionem, sed liberè propter bonum quod defendere intendit.

Et dictis autem patet, quòd ciuilibus fortitudo propinquissima est: pœnam enim quam timet, eiusdem moris est cum virtute. Iuxta illam autem coactionem fortitudo est pœnam timens corporalem, quam timere molle est: quia non est eiusdem moris cum virtutis amore.

CAPVT VII.

De adiuncta fortitudine, experimentalis scilicet & militari.

45. Fortitudo autem vera non solum extremum in bono est, sed & habitus consuetudinalis est, & ex parte illa arte certior est, certitudinaliter coniecturans medium : & ex parte illa fortitudo experimentalis imitatur eam. Videtur enim etiam experientia, qui est circa signa, fortitudo quadam esse. Propter quod Socrates existimabat fortitudinem scientiam quandam esse experimentalem. Dicit enim Socr. in Laticæ, hoc est, in lib. quem ad Laticæ scripsit discipulum Plat. Plato assumens verbum Socratis: ait enim Socr. Existimam scientiam virtutem esse, hoc est, hanc existimationem accepi, quòd virtus quædam scientia experimentalis sit: & fortitudinem existimam esse scientiam periculorum, & quæ non sint pericula. Protagoras idem dixerat longè ante Socratem. Ratio autem horum fuit: quoniam vnus cuiusque scientis proprium est audacissimum esse in his in quibus scit: fortis autem audacissimus est: & sic syllogisticè concluderunt fortè scientem esse. Quamuis iste syllogismus in forma syllogismi peccet: ed quod est in secunda figura ex affirmatiuis: tamen dixerunt, quòd gratia materiæ sequitur: ed quod dicebant, quòd est à causa propria & immediata. Nullam enim dicebant esse causam audaciæ, nisi perfectam experientiam: hæc autem etiam causa est scientia. Quorum autem vna est causa immediata & propria, hæc in effectu sūt vnum. Fortitudo igitur & scientia & virtus in idem ordinantur ab experientia, sicut à propria causa generata. Taliter autem fortes alij & alij sunt in diuersis scientiis: ed quod fortitudo est magna operandi & sustinendi facultas, vt dixit Socr.

In bellicis autem experientia militaris for-

titudo est. In bellicis enim multis multa videntur esse inania inexpertis, quæ tamen ad bellū vtilissima sunt, sicut armorum dispositio, armorum in acies ordinatio, ordinarum acierum contra hostes processio, hostium in clamatio & inuasio, & cætera huiusmodi, quæ inexpertis inania videntur esse. Et ideò non nisi præsumptiones suarum virium considerant, de causis nullam curam habentes. Talia autem maximè milites conspexerunt per experientiam. Et hæc eadem etiam quæ ad bellum exiguntur, inania sunt inexpertis. Inanis enim est galea ei qui galea non ad caput, sed ad pedem quærut alligare: ed quod nescit eam rectè ad bellum disponere. Et sic est de lorica, & aliis huiusmodi armis quæ non sunt inania militibus, ed quod omnium horum experimentalem habent cognitionem: & deinde post vsum armorum vel experimentum possunt & maximè valent multa facere in hostes, & non pati ab eis, & sciunt se custodire ab hostibus vt inuulnerabiles sint, & percutere hostes vt vulnerent: ed quod per experientiam potentes sint ad vsum armorum. Et talia habent omnia per habitum experientiam quæ sunt vtilia & fortissima & efficacissima ad facere in hostes & non pati ab eis. Sicut ergo contra inermes pugnant armati, & athletæ docti in arte bellica pugnant contra idiotas in arte bellica nihil instructos: ita milites arte bellica armati pugnant contra alios. Hæc tamen vera fortitudo non est: quia in talibus militaribus agonibus non illi pugnacissimi sunt, qui secundum veritatem fortissimi sunt: sed potius pugnacissimi sunt, qui maxime in arte militari potentes, & qui corpora optima habent in robore membrorum & mobilitate: si enim habilitas naturæ arti repugnaret, per vim nihil aliquis prodesset. Vnde Victorinus dicit, quòd natura facitabilem, ars autem naturæ accedens in habilitate naturali facit potentem, vltus verò arti adueniens circa idem facilem facit operatorem.

Differentia tamen est inter has fortitudo-
46. nes, veram scilicet & istam, & ciuilem & illam: quia milites in arte militari confidentes primo audaces sunt: timidi autem quando vident super-
Fortitudo vera, politica, & militaris distinetur.
extendi periculum, & quando vident se deficere & non æquiparari militibus superuenientium hostium, & quando vident, quòd parati sunt minus in instructione armorum respectu præparationum quibus instructi sunt hostes. Tunc enim milites primi sunt qui fugiunt: & hoc rationabile est. Ex quo enim non confidunt nisi in arte, & ex principiis artis statim cognoscunt se non posse præualere, sistunt & retrocedunt. In ciuilibus autem & verè fortibus principia diligentia permanent vsque in finem: & ideò ciues & verè fortes vsque in finem permanentes potius moriuntur, quam cédant. Fortes enim propter bonum sustinent, ciuis autem vt euitet turpitudinem increpationum: & hoc æqualiter se habet in principio belli, in medio, & in fine: & ideo quacumque hora cedat fortis, labefactatur bonum quod defendit: & quacumque hora cedit ciuis, turpitudinem incurrit quam euitare intendit. In hoc ergo differunt à militari fortitudi-
ne.

De bello Hermeo.

ne. Extremum huius contingit in bello Hermeo: ciuitatis. Hermei enim aliquando in acie ordinari, cum debentibus eos adiutare militibus post murum existentes, cum ciuitatem Boyoticam comprehendere quærerent (arce ciuitatis iam tradita sibi) mortui sunt: ed quòd fugientes ciuitatem conclusam ingredi non possunt. Causa mortis ciuium fuit, quòd Boyotici milites post murum in insidiis latentibus ipsos non adiuerunt. Audientes enim vnium principium Boyoticorum, qui Caromein vocabatur, cecidisse: & videntes aciem regulatè instructam non esse, statim fugerunt ciuibus in pugna relictis omnibus interfectis. Patet igitur, quòd verè fortibus & ciuibus turpe est fugere: & est eis eligibilior mors, quam talis salus quam per fugam possunt adipisci. Quia plus timent deturpari vituperio, quam aliquam pœnam corporaliū. Quòd optimus Iudas Machabeus confirmat suos adhortans & dicens: Melius est nobis mori in bello, quàm mala videre gentis nostræ & sanctorum. Milites autem in eodem Hermeo bello ex principio belli periclitabantur & fortiter se periculis ingerebant, vt ex præsumptione artis meliores hostibus existerent. Postea autem cognoscentes periculum, ex hoc quod acies non erat instructa: sicut debuit, fugiunt magis mortem, quam turpitudinem fugientes. Talis autem, vt iam patuit, nec fortis, nec ciuilibus est.

Iudas Machabeus.

CAPVT VIII.

De fortitudine furoris, quæ est vna de fortitudinibus veræ fortitudinis adiunctis.

47.

Inferunt autem etiam quandam fortitudinem quæ est ex furore super veram fortitudinem. Fortes enim videntur etiam illi qui propter furorem ardua aggredi videntur, & terribilia sustinent, & quemadmodum feræ feraciter ex ira feruntur in eos qui se vulnerant, vel aliquod inferunt nocumentum, sine præordinatione rationis & electionis. Hoc autem per similitudinem est ad verè fortem. Quia & ipse fortis speciem furoris habet in aggrediendo & sustinendo, & in omnibus qui sunt in fortitudine præterquam in fine. Fortis enim cum impetu aggreditur: furor autem ad pericula impetuosissimus est. Vnde & Home. dicit ad Hectorem, Virtutem immitte furori & virtutem erige. Et est versus hexameter in Græco idiomate. Et intendit per virtutem fortitudinem, quæ in aggrediendo immiscenda est in furorem: quia ex furore multum coadiuuatur & eligenda est tamen super furorem, vt furor iudicium & electionem & finem, cuius gratia sit, non impediat vel obnubilet. Adhuc autem Homerus ad Hectorem, Auferam per singulas nares virtutem, supple, exuffla, & ebullit sanguis. Qui etiam versus hexameter est, & intendit, quòd auferam virtutem sit fortitudo furori immixta, quæ omnem auferat in hostes ostendit. Hæc autem per singulas nares

exufflat: quia furor calorem & spiritum & sanguinem ad superiora & exteriora extendit, & cor accendit euaporatione fellica, quod accensum multum spiritum trahit, & nares ad spiritum attractionem dilatat: quod totum ebullitione sanguinis perficitur. Sanguis enim ebullitus, causa est spirituositatis: spirituositas autem audaciæ. Omnia enim talia dicta poetarum significare videntur furoris erectionem ad aggredendum & sustinendum.

Sed in hoc est differentia, quòd in fine non conueniunt. Fortes enim propter bonum virtutis, operantur quacumque faciunt, quibus furor cooperatur, sed non dominatur: feræ autem siue furiosi homines feris similes operantur ista per tristitiam, vel quæ illata est, vel quæ timetur inferenda, siue in damnis, siue in læsione inferatur. Faciunt enim propter vulnerari, vel propter timere vulnerari, vel propter aliam pœnam. Quare si feræ in sylua vel in palude essent, vbi nec alium timerent, si adueniret ad vulnerandum vel lædendum: ita isti feræ homines non prouocati non læderent. Tales igitur qui è dolore illato & furore impulsii sunt ad periculum sustinendum, & propter furorem non præordinant & prævident de periculis, nec verè fortes, nec ciuilibus sunt. Si enim tales verè fortes essent, a fini etiam fortes essent, quod concupiscentia irigonorum detenti quando esuriunt, à pascuis eorum non desistunt, quamuis aliquando periculosè percutiantur. Vnde Home. Asinus iuxta culturam iniens intulit pueris. Adhuc autem & secundum hoc etiam adulteri fortes essent, qui propter concupiscentiam qua detenti sunt, multa audacia operantur & periculosa. Patet igitur, quòd verè fortia non sunt, quacumque per dolorem vel furorem sunt ad periculum impulsii.

Hæc tamen fortitudo furoris veræ fortitudi-
Fortitudo furoris naturalissima videtur esse in tribus. Coadiuuat enim impetu, imitatur in aggreffu, & adæquat fortitudinem in sustinentia periculi à principio vsque ad finem. Adhuc autem quamuis dolorem habeat in periculo, tamen hunc dolorem ad finem, parum reputat propter finis delectationem. In hoc similiter faciens verè forti: & ideo veræ fortitudinis non est dissimilis, nisi in duobus, scilicet quia non prælegit & præconsiderat periculum, ordinando & disponendo qualiter se periculo immittat: & in fine: quia quod fortis facit propter bonum, furiosus facit vt lædat & vindicet. Et ideo si præacciperet electionem ista fortitudo, & ad bonum dirigeret, cuius gratia faceret, pro certo vera fortitudo esset: homines enim irati dolent quidem in periculis, sicut verè fortes: puniunt autem & vlciscentes, delectantur, & efficiuntur eis pericula dulcia, dummodo vlcisci possint: sicut & foris iniurias non reputat gratia boni virtutis quod defendit. Qui ergo propter furorem immittunt se periculis, pugnares quidem proprie dicuntur, non autem proprie dicuntur fortes. Non enim hoc faciunt propter bonum virtutis quod defendant, nec faciunt ex electione prout ratio recta præcipit, sed faciunt hoc propter passionem iræ vel furoris quæ eos impellit: nam

men aliquid simile habent ad verè fortem, sicut diximus.

CAPVT IX.

De fortitudine quæ est ex spe siue præsumptione.

48.

EX præsumptione autem, quam quidam **E**spem vocant, aliquando oritur audax et terribilium aggressio: & tamen qui bonæ præsumptionis & spe sunt existentes, non verè fortes sunt, quamvis verè fortem in aggrediendo imitentur. Præsumptuosi enim propter hoc quod multoties & multos vicerunt, in periculorum aggressionem non concidunt, deperantes semetipsos. Consimiles tamen ambo sunt, scilicet præsumptuosus, & fortis in hoc, quod ambo audaces sunt in aggrediendo: sed fortes quidem audaces sunt propter omnia bona quæ prædicta sunt de eis: præsumptuosi autem audaces sunt propter hoc quod præsumunt & existimant alios se meliores esse, & tales qui in alios multa facere possunt & nihil contrariari, & in hoc verè fortibus sunt dissimiles. Simile etiam his aliquid faciunt etiam inebriati: sicera enim propter hoc quod vaporatiua est, eleuat & multiplicat spiritum, & ideo potatum facit multum præsumptum & de se optime sperantem. Hæc est causa, quod inebriati bene sperantes fiunt. Quando autem talibus non sic accidit ut sperauerunt, statim fugiunt, & in hoc verè fortis dissimiles sunt. Erat enim proprium verè fortis, ut prædiximus, bene sustinere pericula quæ sunt terribilia homini & non supra hominem existentia: quamvis autem non appareant ut præuisa & præordinata, sicut in antehabitis de repentinis diximus. Hæc autem sustinet fortis propter bonum virtutis. Ciuilis enim talia non sustinet, sed timide discederet: propter quod qui inter fortes fortior est, videtur etiam in repentinis timoribus impavidus esse & inturbatus, & magis etiam in his quam in præmanifestis. Talis enim inturbatio magis est ex habitu fortitudinis vel ex minori præparatione. Pericula enim quæ præmanifesta sunt, aliquis etiam sine habitu fortitudinis ex sola cognitione & ratione potest eligere. In repentinis autem præmunitus esse non potest, nisi ex habitu fortitudinis.

CAPVT X.

De fortitudine quæ est ex ignorantia.

49.

Fortes autem etiam videntur esse qui sunt ignorantes pericula belli. Quia enim ignorantes vniuersaliter aggrediuntur, pro certo fugerent si pericula cognoscerent: & isti non longè sunt ab his fortibus qui dicuntur bonæ spei siue præsumptionis: deteriores tamen sunt illis quando nullam dignitatem habent boni. Nec enim sunt scientes,

nec eligentes: propter hoc nec firmi nec immutabiles in voluntate: cum in his fortibus, sicut in antehabitis probatum est, totum bene consistat virtutis. Præsumptuosi autem & sciunt & eligunt, quamvis non eligant propter hoc quod est bene virtutis. Et propter hoc fit, quod præsumptuosi in periculis per manent per aliquod tempus: ignorantes autem, decepti, postquam cognouerunt, quod aliud est quam suspicabantur, statim fugiunt, nullam moram in periculis facientes. Quod Argæi in bello passi sunt quod habuerunt contra Sicyonios, contra quos egredientes ignorantes inciderunt in Lacones, qui strenuissimi pugnaturos erant, putantes Lacones Sicyonios esse qui imbelles & timidi erant. Cognoscentes autem, quod Lacones erant, statim fugerunt. In omnibus autem istis fortibus fortis dicitur, quales quidem à qualitate alijus habitus, siue siue verè fortes, siue siue existimari verè fortes propter aliquam similitudinem quam habent ad verè fortem. Propter hoc solum, quod verè fortis propter bonum virtutis inicit se in periculis: ciuilitate autem propter honorem vel verecundiam turpitudinis. Quamvis enim honor non sit virtus, tamen amor honoris medium habet virtutis quod philotimiam vocamus, sicut in præcedentibus habitum est. Similiter quamvis verecundia turpitudinis passio sit, tamen habet medium virtutis: & propter hoc quod simillima sunt virtuti, virtutes dicuntur aliquando.

Propter quod etiam in antehabitis ea inter laudabilia bona posuimus. Potest enim considerari verè fortis ut bonus: & hoc est à fine & prælectione. Potest etiam considerari ut ex habitu fortis: vel potest considerari in actu & coadiuante ad actum. Et primis duobus modis consideratur secundum ea quæ substantialia sunt fortitudini: quia substantialiter fortitudo est bonus habitus. In bono igitur imitatur eum fortitudo ciuilis. Vnius enim moris est appetere & defendere honestum, & detestari siue fugere inhonestum. Horum autem primum est verè fortitudinis: secundum autem ciuilis. Secundum autem quod est habitus consuetudinalis, siue experientia corporis esse non potuit. Dicitur enim est in præhabitis, quod omne bonum virtutis est in hoc quod primum quidem sit sciens, deinde eligens, & eligens propter hoc. Non eligitur autem nisi quod ex consilio diffinitum est: quia diffinitio sine experimento & tempore esse non potest: propter quod virtus quædam scientia est secundum Socr. In hoc igitur veram fortitudinem militaris imitatur secundo loco, primo ciuilem. Coadiuuans autem in actu coadiuuat in toto actu aggressionis & sustententia à principio vsque in finem, in proprio siue actu quod est delectari in fine, aut coadiuuat in parte actus tantum, scilicet in aggrediendo. Et primo quidem modo imitatur fortitudo furoris: & ideo illa regula ponitur. Si autem coadiuuat in aggrediendo tantum: hoc dupliciter est, scilicet aut existimatione præparationis fortis ad periculum quod aggreditur, aut ex ignorantia periculi inquantum periculum

periculum est. Ignoratum enim periculum facile quilibet aggreditur. Et priori quidem modo est fortitudo præsumptiuum: & ideo quarto loco ponitur. Secundo autem modo est fortitudo ignorantium, quæ ponitur vltimo.

Fortitudo analogè prædicatur de suis inferioribus.

Species verè fortitudinis.

Si autem queratur, utrum fortitudo vniocè prædicetur de omnibus istis? statim patet, quod non, sed prius & posterius secundum ordinem enumerationis. Per prius enim dicitur fortitudo quæ in potioribus veram fortitudinem imitatur, & ratio fortitudinis tota est in vno quod est vera fortitudo: alia autem sunt modi illius & non species: & ideo quilibet fortium qualem quidem dicit ab aliqua qualitate veræ fortitudinis. Tullius enim in fine primæ rethoricæ quinque ponit veræ fortitudinis species: species vocans qualitatem fortis disponentem, siue quibus verè fortis nunquam inuenitur. Illæ autem sunt magnificentia, confidentia, patientia, & perseuerantia. Constantia enim quam quidam dicunt fortitudinis esse partem, Tull. sub confidentia comprehendit. Similiter & longanimitatem, quam etiam quidam fortitudinis partem esse dicunt, comprehendit sub patientia. Dicit autem quod magnificentia est rerum magnificarum & excellentiarum cum animi ampla quadam & splendidissima præpositione agitatio, atque administratio. Fidentia autem est, per quam magnis & honestis etiam rebus multum ipse animus in se fiducia cetera cum spe collocat. Constantia autem per quam animus imperterritus manet in periculis. Patientia verò honestatis causa rerum arduarum & difficultium voluntaria & diuturna perseffio. Perseuerantia autem in ratione bene considerata stabilis & perpetua perimansio. Et statim ex ipsis diffinitionibus patet, quod illæ sunt potius qualitates fortis quam partes fortitudinis. Si enim consideretur fortis audendo ardua, circumstat eum magnificentia, & fidentia: magnificentia quidem ex ratione ardui, fidentia autem ex ratione difficultis. Si autem consideretur in sustinendo, ex parte sustententis iuuatur constantia, ex parte sustententia autem secundum actum iuuatur patientia, & secundum finem iuuatur perseuerantia.

CAPVT XI.

Quod fortitudo magis est in sustinendo, quam audendo.

50.

Cum verò fortitudo sit circa audacias & timores, non similiter æqualiter est circa ambo ista, sed magis est dicta fortitudo in sustinendo tristitias circa terribilia. In terribilibus enim imperturbatus in sustinendo & circa hæc ut oportet se habens, magis & verius fortis est, quam qui in aggrediendo est circa audabilia. In sustinendo enim tristitia, ut dictum est, verè fortis dicuntur: sustinet enim à principio vsque ad finem: sed ausus non est nisi aggrediendo principium, propter quod & forti-

tudo quoddam triste est, tristitiam ex sensu doloribus inferens. Et iuste laudatur præ aliis virtutibus. Cum enim omnis virtus sit circa difficile & bonum, difficilius est tristitia in sensu sustinere, quod est fortitudinis, quam à delectationibus abstinere, quod est temperantia.

Si tamen quamvis magnam tristitiam habeat in sensu, adhuc verè fortis videbitur utique in fine, quem secundum fortitudinem intendit, delectationem habere. Finis enim sibi delectabilis est, & ad ipsum referens, passiones decenter tolerat eas. Delectatio tamen hæc in ratione est, sed à passionibus quæ circa fortem sunt, in sensu videbitur euanescere. Et simile his sit in gymnasticis agonibus. In ipsis enim pugilibus finis cuius gratia pugnant, delectabilis est, sicut corona & honores, quæ ab athletis athletis victoribus attribuuntur. Percuti autem & trahi & vulnerari dolorosum est, si carnales sunt pugiles sicut esse oportet. Omnis enim labor & omne laboriosum triste est. Quando autem multa sunt dolorosa, & paruum bonum est gratia cuius sustinet, in talibus nihil delectat ille videtur habere. Tota enim euanescit delectatio propter doloris multitudinem & acerbitatem. Si ergo tale quid est circa fortitudinem, sequitur quod mors & vulnera ista erunt forti & volenti: siue enim velit, siue nolit, dolorosa necessario dolorem inferunt. Sed tamen fortis sustinet hæc: ideo quoniam bonum & honestum est hæc sustinere, potius quam bonum honestum in patria vel legis obseruatione labefactari: & iterum ideo sustinet, quoniam in tali casu turpe est non sustinere. Amor enim honesti & detestatio prauis eiusdem moris sunt, sicut iam antediximus.

Et quando utique aliquis magis habeat virtutem, & quanto felicior est, tanto magis in morte sua tristitia erit sibi. Felicior enim & omnem virtutem habeat maximè dignum est viuere, & vltimum ciuitati & patriæ, & illi talis moriens maximis bonis scienter priuatur in morte. Hæc autem maximæ tristitiæ causa est. Diligens enim & ciuitatem & patriam, non pro se tantum tristatur, sed pro patria quæ tanto priuatur patrono: in se etiam sentiens, quod post mortem non poterit bonis virtutum, quæ maximè dilexit, magnam tristitiam concipit. Hæc tamen quamvis magna sint, fortis in eis non remittit ut minus sit fortis, sed potius fortè magis accenditur ad sustinendum quantum plurimum bona in se cognoscit. Cuius signum est: quia ipse fortis in bello eligit bonum & præeligit præ omnibus illis quæ inferunt tristitiam doloris. Periculis enim se immittit ut illa defendat: & si defendere non potest, magis eligit naturam cum bono succumbere, quam quod saluus bono careat.

Delectabiliter autem operari non in omnibus æqualiter virtutibus existit, præterquam in hoc solo in quantum qualibet virtus finem proprium attingit. Omnis enim virtus in fine delectatur. Taliter igitur fortes optimi sunt.

Milites autem in militari fortitudine non secundum hoc dicuntur optimi, quod dolorosa pro magnis sustineant. Nihil enim prohibet milites

51. Finis fortitudinis est delectabilis.

52. Quanto magis vir fortis omni virtute pollet, feliciorque est, tanto amplius in morte dolebit.

53.

54. Nihil uetat eos qui fortes milites

*sunt, præstan-
tissimos esse,
militis: sed
cum fortes no-
sunt, aliud bo-
num non ha-
bent.*

militis non pro magnis se exponentes opti-
mos esse: sed tales potius milites optimi sunt
militari fortitudine fortes dicti, qui minus qui-
dem fortes sunt veris fortibus, nullum aliud
bonum habentes quo sibi conscij sint. Tales
enim propter parua lucra stipendorum ad pe-
ricula vitam permittunt: quod non facerent si
honorum multorum intrinsecorum vel extrin-
secorum sibi conscij essent: tunc enim magnos
se existimarent, & caro pretio se venderent.
Vilius autem est tales habere milites, qui &
parvo stipendio habentur, & talibus continuè
pugnare necesse est: quia aliud non habent

per quod sustententur, nisi quod lucrantur in
pugna. Ad magnos autem & præclaros viros
habendos stipendia non habentur de facili: &
quando habentur, non indifferenter periculis
se immittunt: quia non nisi pro magnis bonis
suscipiunt bellum. De fortitudine quidem igitur
in tantum dictum sit. Quid enim sit forti-
tudo per diffinitionem, typo vniuersali non
difficile est accipere ex his quæ dicta sunt.
Fortitudo enim est habitus ardua aggrediens
& difficilia sustinens gratia boni, in cuius de-
lectatione tristitiam dolorosorum secundum ra-
tionem non sentit, quamuis in sensu percipiat.



TRACTATUS III.

De temperantia.

CAPVT I.

*Quare in eodem libro immediatè post
fortitudinem de temperantia
sit agendum.*

55.

POST hæc de temperantia di-
camus. Temperantia enim
fortitudini coniungenda est:
eò quod tam fortitudo, quam
temperantia, irrationalium
partium videntur esse virtutes.
Irrationalium, inquam, participantium
qualiter rationem. Fortitudo enim in irasci-
bili, & temperantia in concupiscibili est vir-
tus. Quia ergo in eadem natura animæ sunt,
in eadem scientia sunt coniungendæ. Quo-
rumcumque enim in communi est potentia
vna, eorundem in communi est scientia vna.
Dicit enim Aristot. in primo posteriorum, quòd
scientia vna est quæ est vni generis subiecti.
Quamuis autem ambæ sint irrationalium par-
tium, tamen non æqualiter sunt irrationales.
Irascibilis enim, sicut dicit Aristot. in septimo
ethicorum, similis est vrenti legibus, & audien-
ti leges: malus autem vrenti & malas audien-
ti: tamen quascunque leges audiens, magis
assimilatur rationali, quam illud quod nullam
legem audit nec percipit. Concupiscibilis au-
tem nullam audit legem: vnde Poëta:

*Omnis amor cæci, non est index animi æquis.
In deforme pecus congruit omne decus.*

Irascibilis autem plus particeps est rationis,
quam concupiscibilis: & magis est ignorans
concupiscens, quam irascens. Quod & Dio-
nysius designat dicens concupiscentiam esse
dementem & furorem irrationalem. Demens
enim est, quod penitus priuatur mente: irra-
tionale aptitudinem habet rationis, sed recta
ratione destituitur. Hac igitur ratione tempe-

*Tex. com. 4.
& lec. 41. se-
cundum
Sancti Tho.*

*Lib. de diui.
nom. cap. 4.*

rantia fortitudini postponitur: quia subiectum
eius minus ratione participat, quam subie-
ctum fortitudinis.

Tractantes autem de temperantia, ex supra-
dictis supponamus & deinceps pro suppositio-
ne vtamur, quòd temperantia est medietas cir-
delectationes innatas & tristitias quæ sunt ex
talium delectabilium absentia. Non autem
æqualiter nec similiter: minus enim est circa
tristitias moderandas quæ sunt ex absentia de-
lectabilium, quam sit circa delectationes moder-
andas quæ sunt illarum à delectabilibus in
concupiscentia. Huius autem causa est, quòd
vltimum potentia concupiscibilis ponitur in
bono & difficili, non in moderatione tristitia-
rum: eò quod tristantes in talibus parum in-
ueniuntur: delectabile enim delectationem
infert, quæ radicata est in natura quam, sicut in
antehabitis diximus, nemo nisi accipiendo iu-
dicat: & ideo minus tristantes in talibus pa-
rum inueniuntur: ferè enim omnes contristan-
tur in absentia talium delectationum. Tota
igitur virtus concupiscibilis est, si moderamen
possit ponere circa delectationes. Econtra au-
tem est quæstio de fortitudine: illa enim plus
est circa tristitiarum sustentiam, quam circa
ausibilia.

Si autem quis obiiciat, quòd secundum hoc
nec fortitudo nec temperantia sit in medio,
eò quod medium est, quòd æqualiter distat ab
extremis: iam in antehabitis in secundo libro
solutum est. Diximus enim ibi, quòd medium
virtutis nec per participationem nec per ab-
negationem dicitur extremorum: hoc enim
medium non est nisi in quibus extrema sunt
ratio medij. In virtutibus autem medium est
ratio extremorum, sicut centrum in circulo, ra-
tio est diametri & circumferentia. Si enim
fluat rectè, ratio est semidiametri. Si verò flu-
xus circumducatur, ratio est circumferentia:
& sicut in syllogisticis medium est ratio ex-
tremorum: & ideo diffinitur extremum per
elonga

*Temperantia
quid est.*

*Obiectionis
exclusio.*

elongationem à medio. In elongatione autem
non est necesse, quòd æqualiter elongentur
quæ elongantur. Quia quæcumque elongatio
à medio, constituit extremum, etiamsi elonga-
tur in infinitum in eadem elongationis di-
mensione.

Obiectio.

Si autem quis obiiciat dicens, quòd me-
dium secundum quid non potest accipi nisi
in ratione medij simpliciter: & si sic est in
virtutibus istis, quòd non est medium simpli-
citer secundum rei naturam: non videretur esse
medium etiam quoad nos. Medium enim
simpliciter non est nisi per æquidistantiam se-
cundum rei naturam: & hoc non est in istis,
quorum ratio medij est, quòd sit propinquior
alteri extremorum. Dicimus, sicut in præceden-
tibus est determinatum, quòd istud pro certo
procederet, si medium ex ratione extremorum
lumeretur: nunc autem è conuerso est: & ideo
argumentatio non procedit. Differenter igitur
fortitudo & temperantia circa delectationes
sunt & tristitias. Hæc igitur est causa quare
temperantiam & fortitudinem coniungimus,
& quare fortitudinem temperantia anteponimus.
Istæ enim in morabilibus principales sunt
& in ratione virtutis. In morabilibus enim
plus ista accipiuntur de ratione moris, in-
quantum operibus nostris sunt viciniore &
magis influxum habent ad opera: plus enim
afficiunt propria, quam communia. Commu-
nia autem sunt prudentia & iustitia, quia sunt
circa ea quæ sunt communia: propria autem
fortitudinis & temperantia, quia sunt circa
ea quæ sunt propria quæ magis inclinant ad
mores. Equale enim in damno & lucro quòd
est iustitia, nunquam proprium potest esse: si-
militer eligentia quod est ad viam prudentia,
non necessarium est proprium. Propter quod
inter morales quantum ad rationem moralita-
tis & consuetudinis istæ sunt aliis cardinali-
bus cardinales. Adhuc autem illata & innata
secundum naturam afficiunt: secundum ra-
tionem autem afficiunt, quæ sunt prudentia &
iustitia. Prudentia enim secundum rationem
est. Iustitia autem nullo modo sine ratione
proportionis medietatis arithmetica & geo-
metrica. Propinquiora ergo sunt moribus for-
titudo & temperantia, quam prudentia & iusti-
tia. Hac igitur ratione: quia magis morales
sunt, in scientia de moribus prius de ipsis de-
terminauimus.

Responsio.

Delectationem vel tristitiam. Propter hoc enim
& Aristot. vocat conceptus passiones in primo
peri hermenias, sic dicens: Voces sunt notæ ha-
rum quæ in anima sunt, passionum. Delecta-
tiones igitur determinantur per diuisionem
primam in animales & corporales. Delectatio
enim est, vt dicit Dionysius, ex coniunctione
conuenientis cum conuenienti. Omnis au-
tem amans aliquid, amat illud vt conueniens
sibi. Omnis igitur amans delectatur in adeptio-
ne amati.

*Delectatio
Animalis.*

Animalis igitur delectatio est amor hono-
noris & amor disciplina: amatius enim vtro-
que horum gaudet & delectatur in adeptio-
ne vtriusque istorum, nihil patiente corpore ab
aliquo agente corporali, sed magis patiente
mente à spiritu mentes agente. Honor enim
secundum titulum testimonij virtutis afficit,
vel secundum gradum dignitatis, quæ sunt
rationes mentis & non in corpore existentes.
Hoc modo nihil secundum potentiam & se-
cundum quod mens ratiocinatur de eis: & ideo
cetera animalia nullam talem habent delecta-
tionem. Qui ergo circa tales delectationes
mentales sunt, nullo modo temperati, vel in-
temperati dicuntur.

*Delectatio
corporalis.*

Corporales autem delectationes, sicut di-
ximus, sunt quæ corporali forma in animam
faciunt, & illæ diuiduntur in duo genera, se-
cundum quod diuiduntur formæ corporales
in animam facientes. Quædam enim agunt &
afficiunt per ordinationem ad mentem, & quæ-
dam afficiunt ex seipsis. Per ordinationem ad
mentem afficiunt comædia & tragædia in
heroicis recitata: afficiunt autem fabulæ per
ordinationem ad mentem. Similiter autem &
omnes historiae & facta recitata. In nullo enim
illorum factum ipsum delectat, sed potius pro-
bitas in heroicis, & disciplina scientia in fa-
bulis quæ ex mixtis componitur, & ex narratio-
ne historiarum & factorum delectat scientia &
experientia factorum humanorum. Afficiunt
ergo ista per rationem mentis acceptam de
corporalibus.

Sicut ergo temperantia non est circa de-
lectationes animales in quantum animales sunt,
ita non est circa omnes corporales delectatio-
nes. Amatores enim fabularum & narratores
historiarum in comædiis & tragædiis & he-
roicis, & de his quæ contingunt hominibus
in factis emergentibus, conterentes dies &
tempus consumentes, garrulos vocamus: non
autem dicimus intemperatos. Similiter est de
his qui delectantur in pecuniæ numeratione
& artis ponderatione, & non in quantum ordi-
natur pecunia ad vsum expelaram. Similiter &
delectati in amicorum præsentia, & contristati
in pecuniarum & amicorum absentia, non
videntur temperati, vel intemperati. Ita enim
quamuis sint corporalia, non tamen corpora-
liter mouent, sed potius inordinant mentem
in quantum pecunia sufficientiam, amicorum
autem præsentia honestatem promittit & ex-
hibet. Non ergo circa omnes corporales de-
lectationes temperantia est, vel intemperantia.
Vltimum enim potentia concupiscibilis in
talibus delectationibus esse non potest, quæ
nec verè inferunt delectationem, nec ex pro-
pria

*Temperantia
non est circa
omnes delecta-
tiones.*

CAPVT II.

*Circa quales delectationes in genere
sit temperantia.*

56.
*Delectatio pri-
mo diuiditur
in animalem
& corporalem.*

Determinemus ergo nunc circa quales de-
lectationes temperantia sit. Cum autem
delectatio, vt dicit Aspasius, motus sit ani-
mæ, vel passio, secundum motum delecta-
tio innata. Prima diuisione diuiditur in passio-
nem animalem, & corporalem. Animalem au-
tem dicimus, in qua species animæ mente &
ratione accepta inferunt delectationem. Corpo-
ralem verò, in qua species corporis inferunt
D Alb. Mag. lib. 3. Ethic.

pria forma delectationem perficiunt: & si non est vltimum potentia, non potest esse extremum in bono quod proprium est omni virtuti & maximè cardinali.

CAPVT III.

Temperantia non in omnibus est quæ per formam corporalem delectant.

57.
Temperantia est circa delectationes corporales, non tamen circa omnes.

Temperantia igitur est circa corporales delectationes, non tamen circa omnes huiusmodi. Quidam enim gaudent delectabilibus quæ sunt per visum, puta coloribus pulchrorum, & figuris sculpturarum, & scriptura sine protractione pictorum: nec tamen temperati nec intemperati propter hoc dicuntur, quamuis in talibus videatur utique esse medium & extremum. Est enim in talibus gaudere ut oportet, & quando, & ubi, &c. & est gaudere secundum superabundantiam & defectum vituperabiliter. Huius autem causa est: quia visus inter omnes sensus plus de ratione sensus habet & minus de materia: & ideo secundum quod accipitur ut hominis, & non ut animalis taneum, liberales habent actus pulchritudinis & decencie habentes rationem, quos necesse est & habere medium & extremum: sed tamen quia medium & concupiscibile non potest in extrema boni & potentia, non potest esse cardinalis virtus. Sed vna est de virtutibus adiunctis quæ nomen proprium non habet. Hæc à quibusdam dicitur modestia, vel temperantia communis & non propria. Si autem visus ad animalitatem solam referatur, non erit visus nisi iudicium alimenti longè existentis per medium extrinsecus accepti, & sic per accidens ad temperantiam ordinatur, sicut gaudet vorax carniū visā exenteratione bouis: sic enim visum non refert ad pulchrum sicut homo, nec de visis inquantum visā sunt, gaudet, sed inquantum cibum nuntiant.

Similiter autem est de his quæ circa auditum sunt: superabundanter enim gaudentes melodiis, vel hypocriti melodiārum, nullus dicit intemperatos: neque eos qui ut oportet, gaudent in talibus, dicit temperatos. Melodias autem dicimus veros cantus. Hypocritæ autem sonos instrumentorum verum cantum imitantium, siue fiant fidibus, hoc est, chordis secundum quemcumque modum tactis, siue fistulis, siue cymbalis percussis, sub quorum percussione etiam tympana continentur. Hæc enim omnia non veri cantus sunt, sed cantus veri representationes & fictiones. Propter quod etiam Minerua à diis, ut dicit Ovi. derisa, quia inflatis buccis fistulas sufflans & melodiam fingens, verum cantum dixit se perfectè repræsentare, Ioue sententiam ferente, quod verum cantum fistulis non æquaret. Quæ cum fistulas ex indignatione proiiceret, & eas iuxta paludes Meothidas pastores inuenirent, & melodiam fingerent, & Midas rex hanc fictionem vero cantui præferendam dixerit contra auctoritatem Iouis, à Ioue aures asininas ac-

cepit. In talibus igitur si auditus ad hominem refertur & humanus accipitur sonus, delectationem non facit nisi secundum rationem modulatus: & tunc non agit in forma corporis, sed in forma rationis. Si autem accipitur ordinatus ad animalitatem, non facit delectationem nisi per accidens, inquantum scilicet nuntiat alimentum, sicut gaudet is qui audiuit bullientes ollas propter cibi voracitatem circa coquinam auscultans. sicut dicit Eustratus, quod Philoontighes & Philogephi, id est, amatores cocronicum & ceruinaxarium, gaudent in clamoribus cornicum & ceruorum. Et quamuis in his sit medium & extremum: tamen quia non nisi per accidens hæc efficiunt, vel concupiscibile in extremo potentia & boni non ponunt, non est in his principalis, sed ad temperantiam communiter dictam reducuntur: & si est specialis virtus, adiuncta erit, & nomen proprium non habent.

Similiter autem temperatos vel intemperatos non dicimus, qui delectantur circa odorem, nisi secundum accidens: gaudent enim malorum siue pomorum, siue rosarum, siue aliorum florum, vel thimiamatum, siue aliorum aromatum odoribus, non dicimus intemperatos, vel temperatos. Cuius causa est: quia odor (sicut in libro de sensu & sensato probatum est) fumalis euaporatio est: & si odor species est incorporalis simplex non ad alimentum. Non igitur delectat, neque concupiscitur nisi per accidens: propter quod etiam foetidi odores aliquando delectationem faciunt, sicut odores carniū & coquinarum, inquantum scilicet propè indicant complexionem alimenti. Odor enim sequela complexionis est, & ideo alimentum secundum quod est alimentum, indicat: quia sicut commixti sumus, ita commixtis & complexionatis nutrimur, & non simplicibus, quorum nullum habet differentiam saporis vel odoris. Et hoc est de odore secundum quod radicitur in animalitate: secundum autem quod animalitas humana accipitur, in qua olfactus radicitur: tunc odorata suauis spirantia, liberalem ingerunt delectationem secundum congruentiam habitus spirantis, vel naturalis, vel acquisiti: sicut lacunarum purgatores delectantur in foetidis, & conuersati in hortis & pratis aromaticis in bonis odoribus delectantur. Et quamuis circa hanc delectationem sint extrema & medium: tamen hoc medium non facit cardinalem virtutem, sed vel reducitur ad temperantiam communiter dictam, vel est virtus adiuncta & non nominata. Gaudentes tamen vnguentorum vel pulmentorum odoribus aliquando dicimus intemperatos per accidens: intemperati enim de talibus gaudere consuevere plus quam oportet: per accidens autem inquantum per hæc rememoratio fit concupiscibile: sunt enim vnguenta meretricia in inguinibus apposta, quæ rememoratiōem faciunt libidinis & incitationem, ita quod sic vncti etiam somniant, sicut dicitur de regibus Persarum, quod talibus vnguentis concubinas præparari fecerunt: & de rege Asa, quod in vnguentis meretriciis etiam vitam finiuit. Et intemperati odoribus talibus gaudent, non

non inquantum vnguentorum sunt, sed inquantum libidinis ad quam incitant, faciunt rememoratiōem. Similiter autem est de odoribus pulmentorum apud gastrimargos. Propter quod alij homines ad virtutem dispositionem non habentes, sicut sunt idiotæ & rustici, sunt ciborum odoribus gaudentes quando esuriunt: qui tamen in odore non propter odorem gaudent vel delectantur. Talibus autem odoribus qui ciborum sunt ut ciborum, propriè gaudere est intemperati. Intemperato enim cibus est concupiscibilis: & ideo de odore non gaudet, nisi inquantum refertur ad cibum. Huius autem signum, quod in aliis animalibus secundum hos tres sensus, qui sunt per mediū extrinsecum, non est delectatio nisi per accidens: canes enim non gaudent odoribus leporum, sed cibatione: sensum autem siue perceptionem fecit odor cibi. Neque leo gaudet in voce bouis inquantum hoc est, sed gaudet bouis comestione. Quod autem bos propriè sit ad denorandum, leo sensit per vocem: & ideo auditu vocis voce gaudere videtur. Similiter autem aliquando leo gaudet in voce bouis, neque videns bouem, & gaudet in voce cerui non inueniens ceruum, & gaudet in voce agrestis caprini, nec videns nec inueniens enim, sed audiens tantum.

Ad omnium autem horum intelligentiam notandum, quod sophrosine Græcum nomen temperantiam signat Latine: componitur autem à Græco sôphron quod est sanum, & sînos quod est sensus. Propter quod sophrosine propriè sanitas sensuum vocatur. Hanc autem nos Latine non temperantiam propriè, sed sobrietatem vocamus, quando scilicet sensus in vigore suo non impeditur delectabilibus auertentibus expedite proprias agunt operationes. Temperantiam autem nos propriè referimus ad medium delectationis in cibo & venereis. Et propriam virtutem in cibis vocamus vel parsimoniam, vel frugalitatem: in venereis autem medium delectationis vocamus castitatem. Secundum Græcum autem idioma omnia hæc sub communi nomine sophrosine continentur. Possumus etiam dicere, quod media secundum tres sensus qui accipiunt per medium extrinsecum, sobrietates quædam sunt, & non temperantia propriè dicta.

CAPVT IV.

Quod non nisi in tactu delectatio temperantia consistit, & in gustu secundum quod est gratia tactus.

58.
Temperantia est circa voluptates seruiles & brutas, quæ scilicet percipiuntur tactu & gustu.

EX quo igitur temperantia circa delectationes trium sensuum accipientium per medium extrinsecum non est, oportet quod circa tales delectationes temperantia & intemperantia sit, quibus & reliqua animalia communicant. Omnia enim animalia communicant tactu, & gustu, secundum quod est quidam tactus: propter quod tales delectationes & bestiales seruiles videntur esse. Seruus enim dupliciter dicitur: à natura, vel à coactione. Quod

D. Alb. Mag. lib. 3. Ethic.

cunque autem modo dicatur seruus, seruus est qui non propter se est: & seruilis est, qui ad nutum alterius cogitur respicere. Vnde seruiles dicuntur per oppositionem ad liberalitates, bestiales autem per oppositionem ad humanas. Humanæ enim sunt, quæ ad rationem respiciunt. Liberales autem quæ ad rationem respiciunt honestum. Tales autem delectationes seruiles & bestiales, sunt tactus quidam & gustus quidam.

Si tamen in talibus delectabilibus temperati & intemperati gustu videntur in parum vel in nihil uti. Gustus enim, ut in 3. de anima dicitur, quidam tactus est, eo quod sapes non nuntiant nisi per modum tactus. Non enim abstrahit à materia speciem gustabilem, sed in materia coniunctam per coniunctionem vltimorum accipit: & ideo quidam tactus dicitur, & non simpliciter. Quare etiam sapes non per modum sensus, sed per modum coniunctionis vltimorum accipit. Huius autem causa est: quia sapor proxima sequela complexionis est: & ideo sicut proximum nuntians complexionem indicat. Cuius signum est: quia nullum simplicium saporum habet, sed omnia insipida sunt. Natura autem dedit hunc sensum sicut proprium iudicium complexionis: ex eisdem enim generamus & nutrimur: & cum complexionati simus, & ex complexionatis generamus, ita ex complexionatis nutrimur. Cum autem omne iudicium fiat per simile, oportet quod homo sibi hoc simile iudicet quod per maiorem similitudinem ad complexionem hominis & huius hominis accedit: & hoc iudicat sapor. Sapor igitur propter alterum est, scilicet ut iudicet cibi complexionem: & quantum ad hoc parum uti videntur temperati vel intemperati gustu: quia videntur propter alterum, cuius iudicium est sapor. Hoc autem in nihil videntur: quia nullo modo sapore propter saporum videntur. Gustus enim cum hoc quod est quidam tactus, & super tactum addit differentiam qua iudicatus est saporum, iudicium saporum est, quod iudicium in summo posse & in summo vigore habent, qui vina probant & pulmenta condiunt: & tales non multum gaudent saporibus: non enim accipiunt sapes ut fines, sed potius secundum quod per eos sicut per signa complexio indicatur: quod faciunt qui vina probant & pulmenta condiunt: tales enim non multum gaudent saporibus: quia non fruuntur eis propter se, sed propter aliud: vel ad minus non videntur ut intemperati, qui sicut bestia delectabilibus ciborum videntur ad nihil aliud delectabilia referentes, sed finem in ipsi ponentes. In his autem gaudent intemperati vel temperati vsu.

Vsus autem omnis fit per tactum. Vsum enim vocamus secundum quod uti est cum gaudio frui & delectatione. Hoc autem non potest fieri nisi per tactum: quia vsus talis sine coniunctione conuenientis ad conueniens non est. Coniunctio autem non fit nisi per tactum vltimorum, secundum tactum physicum quo immutant & immutantur: & hoc tam est in cibis quæ in venereis dicitur, sed diuersimodè. Cibus enim delectat secundum conuenientiam ad

N 2 substantiam;

59.
Ad temperantiam, vel intemperantiam, sapes nullus est gustus.
Tex. c. 63.

Ad intemperantiam vsus tactus plurimū conducit.

substantiâ: & hæc est similitudo complexionis. Vltimo enim nutrimento non nutrit nisi simile. Simile autem per sensum acceptum appetitur. In eadem autem ratione est in venereis. Venerea enim ex semine perficiuntur. Semen autem est, vt dicit Auicenna, superfluum nutrimentum vltimè assimilatum: propter quod secundum potentiam generatiuæ humanæ emissum maximè delectat. Appetitus enim generatiuæ consistit entium speciei. Maximè ergo delectat secundum quod in maiori similitudine mittitur: eò quod omne quod est, in suo simili conseruare se intendit. Vnde patet, quòd tam semen quam nutrimentum in ratione conuenientis secundum naturam delectat. Vnumque eorum non delectat nisi coniunctum per tactum vel in generando vel in emittendo.

Tactus consideratur tripliciter.

Tex. c. 44.

Tactus enim tripliciter consideratur, scilicet vt est tactus tantum, vel vt est sensus tantum & tactus, vel prout est sensus & tactus & huius complexionari. Et in quantum est tactus, non accipitur nisi per coniunctionem materiæ. Dicit enim Arist. in primo de generatione & corruptione, quòd tangencia sunt, quorum vltima sunt simul. In quantum autem est sensus, non percipit, vel nisi per qualitates sensibiles quæ faciunt in tactum. In quantum autem huius complexionari, simile vel dissimile percipit: & in simili delectatur, & in dissimili autem patitur: & sic circa ipsum est temperatus vel intemperatus propter se & non propter alterum. Hæc autem in cibis causa est tam in potibus, quam in venereis, sed diuersimodè. In cibis est tanquam in parte similibus & conuenientibus & alio spiritu operante ad perfectam similitudinem reducendis: & hoc est spiritus caloris digestiui. Propter quod natura partem de cibis abiecit, & partem sumit. In venereis autem est tanquam vltima similitudine conuenientibus & proprio & cum naturali spiritu in neruis tangibilibus diffusus. Propter quod coitus delectatio intensissima est & homini complantata. Delectatio igitur tactus ex eodem in nutrimentis & generatiuis est & secundum idem in communi, quia ex tactu conuenientis. In speciali tamen habet modum diuinum: nutrimentum enim delectat vt non in totum conueniens, semen autem vt perfectè assimilatum. Ad hoc etiam facit, quòd nerui sensibiles in palato & stomacho diffusi, duri sunt: & ideo non in summo passibiles: & hoc fecit natura, idè quia sapè à duris & dissimilibus tanguntur: & ideo si facile passibiles essent in talibus, cito obstupescerent, & homo destrueretur, & similiter quodlibet animal. Propter quod non profundatur in ipsis ad intimum delectatione & tristitia, resistente duritia neruorum. In inguinibus autem mollissimos posuit neruos, qui facillimè sentiant tactum eius quod est conuenientissimum secundum naturam. Patet ergo, quòd tota delectatio nutrimenti & venereorum in tactu est secundum vnâ communem rationem tangendi, quamuis secundum proprium modum non substantialem quidem sed accidentalem habeat differentiam. Et ideo temperantia in his vna est virtus, quamuis in modo differens, ali-

quando frugalitas dicatur, secundum quod refertur ad venerea, sicut in præcedentibus diximus. Et ex hoc patet, quòd temperantia est virtus vno modo differens. Quod autem sic esculentum delectet in quantum tangens, & non in quantum saporosum nisi per accidens, patet: quia quidam Philoxenus de Philexi natus, Eryxius nomine, pulmenti vorax existens, delectatione pulmenti & maximè piscium victus, orauit (vt Home. dicit) vorum Ioui uouens, quòd guttur eius longius fieret gutture gruis quando pulmenta piscium comederet, vt per totam longitudinem gutturis etiam descensu alimenti tactu delectaretur conuenienter. Temperantia igitur & intemperantia insunt secundum quod tactus est sensus alimenti conuenientis.

Eryxius colla sibi elongari postulat.

Tactus autem communior sensus est, qui & omnibus animalibus conuenit, & in toto corpore sentientis diffunditur, secundum quod in eo est temperantia: & ideo intemperantia exprobrabilis est. Non enim est secundum speciale heros, quod est ratio considerans liberalitatem honestatis: sed est secundum commune, quod exprobrabile est, quia nihil liberum habet. Exprobrabile quidem, quia moris rationes contradicunt: bestiale autem, quia inest secundum hoc quod commune est nobis cum bestiis: ideo quoniam non secundum quod homines sumus, existit in nobis, sed secundum quod animalia brutalia: in concupiscentia enim cum brutis communicamus. Et ideo talibus vtrique delectabilibus gaudere, & illa maximè diligere, bestiale. Liberalissimæ enim delectationum quæ sunt per tactum, à talibus ablatæ sunt. Tactus enim accipitur vel natura vel potentia rationalis animæ aliquoties ordinem rationis participantis: & secundum quod in natura accipitur, non potest esse subiectum liberalium delectationum, quæ propter se diliguntur & appetuntur. Secundum autem quod participat ratione per appetitum in quo radicatur & cui obedit sicut instrumentum, sic propter ordinem rationis ad liberalium delectationum subiectum habet tactum. Sicut in omnibus gymnasticis & luctatiuis & exercitatiuis, quæ sunt secundum ordinationem politici, vt per exercitationem calefiant corpora, & calefacta expirent & eurentur ad spiritum & virtutum excitationem & membrorum mobilitatem. In talibus enim nec temperatus, nec intemperatus. Quia hoc tactu non conueniunt secundum quod tactus est conuenientis, sed secundum quod ad rationem est ordinatus. Patet ergo, quòd delectatio temperati non est in tactu secundum quod diffusus est per omne corpus, sed secundum quod est circa quasdam partes faucium vel inguinum, in quibus est sensus tactus vt conuenientis alimenti perfectè vel imperfectè.

60. Intemperantia valde reprehensibilis est ab hominis natura aliena.

CAPVT V.

Circa quas concupiscentias sit temperantia.

61. Diuisio passionum iuxta Epicurum.

¶ Vm autem omnis virtus moralis circa naturalis passio sit: oportet temperantiam circa connaturales passiones esse. Passiones enim sunt vel illatae, vel innatae. Et cum virtutes non sint nisi duæ quæ simpliciter circa passiones sunt: fortitudo autem est circa illatas: relinquitur igitur temperantia circa innatas esse. Innatae autem passiones ab Epicuro in tres diuiduntur, scilicet naturales, & necessarias, & nec naturales nec necessarias sed opinatas. Quartum enim membrum quod secundum coniunctionem extremorum esse videtur, secundum quod aliqua sunt necessariae non naturales, esse non potest. Quia naturales esse est causa necessitatis: & idè naturales non necessariae esse non possunt. Naturales enim & necessariae sunt delectationes in his sine quibus vita præsens non ducitur. Naturales autem & non necessariae sunt, quarum principium appetituum est in natura, sed tamen ad vitam in indiuiduo consideratam non necessariae sunt, sicut est delectatio venereorum. Nec naturales nec necessariae sunt, quas Epicurus vocat opinatas. Sicut enim ex præhabitis constat, omne iudicium finis & boni est ex habitu naturali vel acquisito, vt dixit Socrates: & ideo habitum acquisitum ex prauis actibus habens delectabili sibi & conuenienti, secundum opinionem illius habitus iudicat, & non secundum veritatem. Propter quod delectatio in talibus nec naturalis nec necessaria est.

Aristot. autem Epicurus superueniens per rationem Peripateticorum hanc diuisionem non iudicauit esse conuenientem: eò quod omne naturale desiderium est ad repletionem indigentia naturalis: propter quod iudicauit, quòd omne naturale est aliquo modo necessarium, siue ad naturæ conseruationem in specie, siue ad corporis emundationem in resolutione, siue ad naturæ floritionem & diffusionem in ipsa delectatione. Propter quod in politicis dicitur non esse prohibendum coitum: quoniam profundam & intimam secundum naturam habet delectationem. Corrigitur ergo inductam diuisionem dicit, quod concupiscentiarum quædam communes esse videntur, quædam propriae & apposita. Puta concupiscentia quidem quæ cibi est, & non huius, vel talis, vel tanti cibi, naturalis est & communis. Et omnium eorum quæ naturam habent animari, communicant communi. Omnia enim hæc siue sint plantæ siue animalia calorem naturalem habentia, alimento destituta, inanitionem suam sentiunt & illam repellere concupiscunt. Omnia etiam hæc esse diuinum concupiscunt quod in indiuiduo habere non possunt: & ideo in emissionem seminis delectantur. Omnis enim homo ad naturalem indigentiam adimplendam, quando indigens fuerit, con-

7. poli. lec. 12. secundum sanctum Thomam. Passiones ex Aristotele alie communes, alie propriae atque adiunctæ.

cupiscit siccum vel humidum cibum, & quandoque ambo ista concupiscit: siccum quidem ad substantiæ reparationem, humidum autem ad substantiæ continuationem: quia siccum sine humido continuationem non facit, humidum autem sine sicco figuram non recipit: ambo autem simul sunt, vt ex humido siccum subtilietur & influxibile membrum efficiatur, siccum autem in humido terminabilitatem faciat ad speciem nutriti ad figuram. Et sic etiam omnis homo (vt inquit Home.) lectum appetit tam iuuenis, quam crescens adultus, in quo sicut in molli fouente naturaliter quiescat: talem autem cibum vel lectum non ad hoc omnes secundum vnum modum concupiscentia appetunt. Non enim omnes eisdem & eodem modo præparatos cibos vel lectos appetunt. Propter quod nostram ex proprio & non communi videtur esse hunc vel illum cibum vel lectum, vel sic vel alio modo præparatum cibum vel lectum appetere. Hoc autem est ex habitu naturali vel acquisito qui facit hoc vel illud nos bonum apperere: eò quod nihil appetit nisi in quantum est simile. In talibus autem propriis concupiscentiis semper aliquid est naturale: quia concupiscentia huius cibi in quantum hic est, præsupponit concupiscentiam cibi in quantum cibus est. Propria igitur concupiscentia ad communem concupiscentiam ex additione se habet.

¶ Quod autem propria concupiscentia sint, siue ex propria complexionem, siue ex habitu acquisito facta, ex hoc patet, quòd diuersa diuersis sunt delectabilia: quorum tamen est vna communis secundum speciem natura, & non tantum in diuersis hominibus, etiam in vno & eodem homine quædam sunt delectabilia aliis contingentibus oblati: quod esse non potest propter communitatem communis naturæ, nec propter vnum commune, communem naturam assequens. Sed oportet, quòd sit ex proprio habitu complexionali vel acquisito: propter quod id quod Miloni est parum, magistro gymnasticum multum est: & hoc modo Eryxius phlegmaticus similitudine complexionis in piscibus delectabatur, cholericus autem in adultis & amaris, sanguineus in dulcibus & bene digestis, melancholicus autem in ponticis.

Dicamus igitur, quòd in naturalibus & communibus concupiscentiis pauci peccant, & non nisi in vnum modum, in plus scilicet in quantitate accipiendo plus quam oportet. Comedere enim vel bibere ea quæ secundum naturale desiderium contingunt homini, & intantum comedere vsquequo vtrique in excessu naturalis secundum multitudinem cibi vel potus superimpleatur, superabundantia vitiosa est: eò quod naturalis concupiscentia non nisi repleto indigentis est ad mensuram. Talis autem supergreditur: propter quod isti dicuntur gastrimargi, quasi præter indigens & naturale ventrem implentes & indigentiam naturalem, à Græco gastr quod est venter, & Græco verbo margoro as quod est insanio is: quia semper inanitionem ventris sentientes, insaniunt ad superimplerionem. Tales autem sunt, qui sunt multum bestiales. Bestia enim

62. Circa communes cupiditates pauci peccant & vno modo: circa proprias vero multi delinquent & pluribus modis.

qualitatem cibi non multum percipit, sed quantitate superimplere desiderat. Circa autem delectationes proprias multipliciter peccatur: isti enim sunt eorum qui ex habitu proprio talium delectationum propriarum amatores dicuntur: & quando adipiscuntur, frequenter peccant, vel in gaudent in quibus non oportet, vel gaudent in magis quam oportet, vel gaudent ut multi gaudent qui semper gaudent vitiosè, quia stultorum infinitus est numerus, vel gaudent ut non oportet. Secundum enim hæc genera circumstantiarum in delectationibus innatis intemperati proprium est superabundare. Gaudent enim intemperati quibusdam quibus gaudere non oportet: eò quod odibilia sunt & vitiosa: & si intemperati gaudent & delectantur in quibusdam in quibus gaudere oportet, tamen talium delectatione gaudent magis quam oportet & gaudet ut multi. Multitudo autem semper intemperatos colligit. Peccatur igitur multipliciter in propriis: in communibus autem non nisi vno modo, in plus scilicet: in minus enim peccare naturalis indigentia impedit appetitus.

CAPVT VI.

Qualiter circa delectationes & tristitias est temperantia.

^{63.} *Temperantia non est circa dolores eodem modo quo fortitudo.* Circa delectationes igitur quidem innatas, quod intemperantia secundum abundantiam sit, & idè vituperabilis est, manifestum est ex prius dictis. Delectationes autem innatas vocamus eas, quæ sunt secundum tactum in cibis & venereis. Cum autem omnis virtus sit circa opposita & vitium similiter, erunt tam temperantia quam intemperantia circa tristitias quæ sunt ex delectabilium absentia: & ideo temperatus non dicitur temperatus in sustinendo tristitias quemadmodum fortis sustinet eas. Fortis enim ex præsentia tristantium terribilium iniacentium & affligentium sustinendo tristitias fortis dicitur. Temperatus autem non tales sustinet tristitias quæ sunt ex præsentia alicuius terribilium, sed tantum eas sustinet quæ sunt ex delectabilium in tactu absentia. Eodem modo intemperatus in non sustinendo tristitias non dicitur ut timidus. Timidus enim fugit tristitias præsentem affligentium. Sed intemperatus quidem dicitur in tristando magis quam oportet: ideo quoniam delectabilia quæ concupiscit, non adipiscitur ad votum. Et tristitia non causatur ex aliquo præsentem afflictiuo, sed ex delectabilis absentia. Et tristitiam hanc facit eis delectatio: quia præsens spe, vel re, causa est delectationis: absens autem, causa tristitiae. Et in hoc differt à temperato. Temperatus enim dicitur: eò quod non tristatur delectabilium absentia: & virtus sua est in hoc, quod à delectabilibus abstinet: hoc enim sonat nomen temperati, quod est delectabilia moderare. Intemperatus quidem igitur concupiscit omnia delectabilia secundum sensum, vel con-

cupiscit ea quæ maximè delectabilia sunt secundum tactum. Si enim ab intemperantia communiter dicta intemperatus denominatur, omnia delectabilia sensuum concupiscit. Si verò denominatur ab intemperantia proprie dicta concupiscit ea quæ maximè delectabilia sunt secundum tactum. Intemperatus etiam ideo intemperatus dicitur: quia non ducitur concupiscencia per rationem moderando eam, sed ducitur à concupiscencia & abducitur, quasi captus & illaqueatus eis, ut contra rationem hæc delectabilia tactus eligat præ aliis quæ verè eligibilia sunt, sicut est honestas virtutis, & obseruantia legum. Sed hoc iumentis est & brutale: propter quod etiam tristatur non tantum in absentia delectabilium, sed etiam quando concupiscit ea & non adipiscitur. Omnis enim concupiscencia cum tristitia est: eò quod concupiscencia inexplibile desiderium est libidinis: & dum concupiscit, ad votum adipisci non potest: propter quod semper manet in tristitia: ideo vita concupiscencis tristissima est. Nunquàm enim est, quod non concupiscat intemperatus: & hoc quidem inconuenientissima est, quæ semper tristatur. Tristatur enim propter delectationem speratam vel habitam in non adipisci ad votum: quia plus concupiscit, quam habere possit secundum naturam. In absentia autem delectabilium tristatur non ex aliquo molestiam inferente, sed quia caret quod non conuenit, quod penitus inconueniens est.

^{64.} *Deficientes in voluptatibus, & in illis minus quæ oportet gaudent vix reperuntur.* Deficientes autem delectationes carnales, & minus quam oportet gaudentes in eis, non multum sunt. Tales enim insensibilitas non est humana: etenim reliqua ab homine animalia bruta discernunt cibos per appetitum naturalem, qui in cibis delectatur. Et in quibusdam cibis gaudent cibi conuenientibus & delectantur, in quibusdam autem non, & illos abiciunt. Cum tamen bruta non ad eò æquale habeant medium in tactu tam subtiliter discretium conuenientis & inconuenientis ut homo. Et ideo in homine talis insensibilitas esse non potest, quæ delectabile nullum discernat. Patet igitur, quod si alicui homini nihil est delectabile, nec in appetitu suo vnum delectabilium non differt ab altero: ille autem vitæ longe erit elongatus ab esse hominum per habitum bestialem, & à bestialibus operibus acquisitum. Taliter autem deficient non est sortitus nomen proprium, propter hoc quod non multum consuevit fieri talis insensibilitas.

^{65.} *Temperans in his voluptatibus & doloribus mediocriter se habet.* Temperatus autem mediè se habet circa delectabilia tactus. Nec enim delectatur superabundantiis in quibus intemperatus maximè delectatur, sed potius tristatur in illis & abicit: & vniuersaliter loquendo non delectatur quibus non oportet, neque vehementer superabundanter tali aliquo delectatur quo non oportet, neque absentibus talibus delectabilibus tristatur, neque concupiscit cum tristitia ut intemperatus, sed concupiscit mensuratè ad indigentia repletionem, neque concupiscit magis quam oportet aliquid delectabile,

ergo, aut est respectu temporis, aut respectu cibi inordinatum. Si respectu temporis, taliter intemperatus dicitur Græcè oxiponies, ab oxiquod est acutum, & ponìa quod est esuriens, qui scilicet tempora conuenientia non expectat. Si autem in desiderio ipso ad cibi sumptionem, Græcè dicitur laxmeragus, qui scilicet in edendo quandam ostendit auiditatis insaniam & festinationem & velocitatem. Si verò est in cibo: tunc vel est in cibi quantitate, vel in cibi qualitate, vel cibi præparatione: Si est in quantitate, Græcè dicitur obfophagos ab opso quod est pulmentum, & phago quod est comèdo: & pulmenti vorax qui plurimo vitur pulmento. Si verò est in cibi qualitate, Græcè dicitur gastris à ventre, vel gastrimaragus, qui cibos multos & pretiosos quatit. Si autem est in cibi præparatione, intemperatus circa hoc Græcè dicitur libos, qui scilicet studiosus & varius est in cibi præparatione. Ab antiquis etiam modi intemperati per versum determinati sunt qui talis est:

Præproperè, laute, nimis ardentè, studiosè.

Sed patet, quod secundum istam diuisionem præproperè appetens est ille quem vocauimus oxiponies: laute autem appetens est, qui vocatur gastrimaragus: nimis appetens, est ille qui vocatur opfophagos: studiosè autem præparata appetens, ille est quem libos vocauimus.

CAPVT VIII.

De comparatione oppositorum fortitudinis ad opposita temperantia.

CAPVT VII.

Quot modis dicitur intemperatus.

^{66.} *Intemperantia est magis voluntaria quæ timidius, si comparantur in principio operationum, ratio.* Propter vnum tamen modum radicationis naturalis in omnibus ad delectabilia tactus non sunt diuersi modi temperantia: sicut sunt diuersi modi fortitudinis: Intemperatus tamen octo modis est. Aut enim intemperatus est ad omnia delectabilia sensus, aut ad quædam specialia secundum tactum. Et si quidem ad omnia est intemperatus, Græcè theuces vocatur, quod quidem sonat & est, qui ab omnibus maxime venabilis est delectabilibus, & in omnibus magis delectabile quam vitile efigit vel honestum. Si autem est intemperatus ad quædam quæ sunt secundum tactum, aut est circa venerea, aut circa cibum. Et si quidem circa venerea, languos vocatur luxuriosus qui circa venerea, magis peccat quam oportet. Si verò est circa cibum, aut est circa poculentum, aut esculentum. Si autem circa poculentum dicitur oniophix ab oinos quod est vinum, & phix quod est flamma: apud nos autem dicitur vinolentus, qui scilicet circa vinum & ficeram studet amplius quam oportet. Si verò est circa esculentum, aut est in desiderio sumentis, aut in cibi præparatione. Si est in desiderio sumentis, non potest esse nisi duobus modis. In omni enim cibi sumptione attenditur tempus ingestionis, digestionis, & egestionis, si ut oportet, debeat aliquis cibari. Desiderium

Comparanda autem opposita fortitudinis ad opposita temperantia. Si timor intemperantia comparatur secundum quod nos sumus causa operationum nostrarum, hoc est, secundum voluntarium & inuoluntarium: runc intemperantia magis assimilatur voluntario, quam timor. Cuius signum est: quia in tristitia terribilium cor mouetur secundum systolem & fugam, trahendo secum sanguinem & calorem & spiritum ab exterioribus membris corporis quæ sunt instrumenta operationis. Huius autem motus causa esse non potest, nisi quod terribile contrarium est voluntati & naturali appetitui, violètiã & nocumentum inferendo. Omne autem tale vel est inuoluntarium, vel inuoluntatio mixtum, sicut in præhabitis mixta esse diximus ea quæ vi meruere causa sunt. Delectabilia intemperati allicientia sunt: propter quod cor in eis mouetur secundum diastolem, totum se aperiendo, & expandendo spiritum & calorem & sanguinem in membra exteriora quæ sunt instrumenta operum, ut delectabile illud apprehendant & adipiscantur & fruantur ipso. Et huius motus causa potest esse voluntas & appetitus ex habitu naturali vel acquisito talia accipiens ut optima sibi. Magis igitur assimilatur intemperantia voluntario, quam timor. Intemperantia enim est propter delectationem voluntatem à se repellentem. Delectabile enim intemperati def-

delectabile est secundum naturam: terribile autem tristitia, fugibile est secundum naturam.

2. ratio.

Adhuc autem tristitia terribilis stupefacit & corrumpit habentis naturam. In eo enim quod calorem & spiritum & sanguinem ab exterioribus membris repellit, stupefacit ad insensibilitatem. Cuius signum est pavor qui accedit pauidis, & cinereus color qui accedit pallori si perseveret tristitia. Virtutem autem a membris repellendo corrumpit natura. Cuius signum est timor qui accedit timidus in exterioribus membris. Delectatio autem delectabilis circa quod est intemperatus, nihil tale facit, quinimo cor allicit membra exteriora, spiritu & calore implet, & propria virtute confirmat. Magis igitur voluntarium circa quod intemperatus est, quam circa quod est timidus.

67. Intemperatis timide reprobabilior.

Propter quod & consequenter exprobrabilis est, quia magis est in nobis. Cuius signum est, quod aliquando exprobrati de timide, timorem terribilis prærendimus in excusationem, dicentes quoniam tristitia terribilis excessit vires. Exprobrati autem qui in intemperantiis, nihil prætere posse excusationis, quoniam totum hoc in nobis est. Hoc igitur magis exprobrabile duabus rationibus: ed quod talia delectabilia multa sunt in vita quæ sic avertunt animum: & ideo periculose est talibus inniti. Alia ratio est: quia assuetudines talium sunt sine periculo: & ideo animum non repellentia, sed allicientia: propter quod exprobratione indigent, nisi saltem verecundia exprobrationes fugiantur. In terribilibus autem circa quæ est fortitudo, è contrario est. Similia enim bella quæ propter bonum sunt, raro sunt & pauca: nec assuescit eis nisi cum magno periculo: quia etiam sine exprobratione per seipsum repellunt animum, & ad materiam inclinant & ignoscantiam magis quam exprobrationem. Comparando igitur tristitiam timoris ad delectationem intemperati secundum ea quæ sunt sicut circa naturam, magis intemperantia assimilatur voluntario quam timor.

Adhuc intemperantia est magis voluntaria quæ timide reprobabilior.

Idem autem videbitur si comparatio fiat in operationibus quæ sunt circa singulares circumstantias: tunc enim statim apparebit, quod non similiter sunt involuntaria timor & intemperantia: hæc quidem enim singularia in quibus est operatio incontinentis sine tristitia afficientia sunt, & ideo voluntatis desiderium à se non repellunt: illa autem circa quæ est operatio timidi, ex terribilitate stupefaciunt, & intantum à se voluntatis desiderium repellunt, ut timidi aliquando fugientes arma proiciant, & alia multa deorfiter faciant, aliquando scilicet dantes sese in servitutem ut euadant: aliquando autem se vxores & natos & coniunctos depauperant ut se redimant: quæ omnia involuntaria sunt & indecentia: propter quod tristitia timoris violenta videtur. Ei autem qui est intemperatus, in operationibus suis est cōversio: operationes enim quæ secundum singula in quibus operatur, voluntariae sunt, totum in se prouocantia voluntatis appetitum. In ista igitur comparatio-

Alius deformer.

ne intemperantia voluntario iterum magis assimilatur quam timor, quæ sunt quasi partes habitus timoris & habitus intemperati. Omnis enim habitus particulariter circa obiecta est, non enim totus est in vno obiecto, & particulariter circa operationes est, ed quod non secundum totum; sed secundum partem est in vnaquaque operatione.

Accipiamus ergo comparationem terrij secundum relationem totius habitus ad totum habitum, ita quod habitus comparentur sibi absque relatione ad obiecta vel operationes, sic scilicet ut intemperantia timiditati confertur: tunc enim intemperantia minus voluntaria est, quam timiditas. Nemo enim vult esse intemperatus: ed quod intemperantia propter nimiam sui exprobrabilitatem & turpitudinem omni voluntati contrariatur: & quamuis non velit esse timidus, tamen timiditas eo quod non est ita exprobrabilis & vituperabilis, non aded voluntati contrariatur.

Si vero comparentur secundum relationem totius habitus ad totum habitum, timiditas est magis voluntaria.

CAPVT IX.

De comparatione timoris & intemperantia secundum relationem ad subiecta in quibus sunt.

Differt autem adhuc timor & intemperantia per comparationem ad subiecta in quibus sunt. Nomen enim intemperantia & rationem quæ secundum nomen est, transferimus per similitudinem quandam ad peccata puerilia: habent enim quandam similitudinem pueritia & intemperantia: utrumque enim à causalitate habet motuum & ab humiditate facile mobili in materia à vaporatio spiritu in quem facile vaporat humidum, accipit instrumentum in extensione membrorum ad puerilem concupiscentiam pertinentium: & idcirco vnum denominatur ab alio. Quod autem à quo denominetur melius, non differt ad ea quæ nunc intendimus, nisi quod hîc dicimus, quod secundum rationem est manifestum, quod id quod est posterius secundum naturam, à priori accipit denominationem. Omnis autem homo prius est puer, quam concupiscens. Propter quod melius dicitur concupiscentia puerilis, quam pueritia concupiscentialis. Non male autem videtur translatum esse per similitudinem dictionis: quia licet apud nos non sit in Latino, tamen in Græco est idiomate, in quo intemperantia acolasia vocatur: quod nomen componitur ab à præpositione quod est sine: & verbo colaso as, quod est punio is: vnde acolasia concupiscentia dicitur non punita, hoc est, per pœnas non correctæ & castigata. Hoc autem nomen optimè positum est: quia in omnibus ciuilibus oportet puniri eum qui turpia appetit, sicut puer, maxime quando multam habet augmentationem in concupiscentia turpium: talis enim non nisi per pœnas reuocatur: sicut nec puer à desideriis reuocatur, nisi per verbera. Debitum ergo puniri maxime sunt puer & concupiscentia pueri. Etiam sicut intemperati

68. Intemperantia vicia puerile, & intemperans pueri similis.

Pueri & concupiscentes non corriguntur nisi pœnis.

rati & bruta viuunt secundum concupiscentiam, & appetitus eorum in his maxime delectabilis. Huius autem causa est quam paulo ante diximus, scilicet quod voluntas non repellitur nisi per pœnæ timorem. Ex quo enim allicitur per delectabile, nunquam ab eodem repellitur, nisi timor pœnæ delectabili coniungatur. Non ergo corriguntur pueri & concupiscentes nisi puniti.

Et incorrigibiles tam pueri quam concupiscentes, acollastes vocantur, hoc est, non puniti. Secundum hanc proprietatem linguæ Latinæ vocantur indisciplinati. Disciplina enim æquiuocum nomen est. Disciplina enim dicitur disciplina vel scientia sicut quæ denominata est, in qua oportet discipulum credere, quia principia per se nota sunt, vel ex per se notis fidem acceperunt. Propter quod non rogatur ita consensus discipuli: & hoc Græce vocatur foderia vel mechelis. Est etiam disciplina eruditio per difficilia, sicut per verbera, vel pœnas, acceptio eruditionis rationalis, & hoc Græce vocatur epistemen. Et hîc dicimus indisciplinatum, qui sequitur concupiscentias, sicut sit puer, sicut sit intemperatus. Si igitur in tali disciplina non sit imperuabilis, ut multum deueniet ad dominans. Dominans autem dicimus, quod suppositum propter sui dignitatem ordinare dicit secundum formam rationis, & non obediens pœnas imponere. Hoc autem dominans vel est ratio intemperato, vel pædagogus in puero. Tale autem dominans valde necessarium est propter quatuor causas. Quarum prima est: quia appetitus eius quod secundum naturam delectabile est, insatiabilis est, & non nisi per pœnas moderatur. Secunda causa est: quia talis concupiscentia operatio vndique insipientis est. Insipiens autem est, qui ignorat seipsum, sicut dicit Arist. Ignorat autem seipsum, qui propriæ ra-

Dominans in temperato & puero est necessarium. 1. causa. 2. causa.

tionis ignarus est, concupiscentia claudente & obturante rationis oculum: propter quod brutalis dicitur. Brutalia autem non nisi pœnis & verberibus à concupiscentiis auertruntur. Tertia causa: quia concupiscentia operatio & cognitum sibi auget & cognitum cordis ad desiderabile facit affluere: naturalis enim etiam appetitus cognatus est appetitui concupiscentia in hoc quod uterque est de concupiscentibus ad naturam pertinentibus. Cognitum autem auget per hoc quod affluere facit desiderium ad delectabile: & ideo non minuitur nisi pœnarum oppositione. Quarta causa est: quia si delectationes magnæ sunt & vehementer afficientes, & sui vehementia cognitionem cordis percuriant, & fortiter teneant: tunc nullo modo nisi propter pœnas auertruntur, ut delectatio in tristitiam per pœnarum amaritudinem conuertatur.

3. causa.

4. causa.

Puniendæ igitur sunt sunt delectationes, & oportet mensuratas esse & paucas quantumcumque possibile est, ut sicut tortuosa lignorum in oppositum curuentur, qui sunt incontinentes. Oportet etiam, quod rationi in nullo contrarietur, hoc dicimus esse bene persuasibile à ratione, & punitum, sicut castigatum, vel disciplinatum. Quemadmodum enim oportet puerum secundum præceptum pædagogi viuere, sic & concupiscere quod est in nobis, oportet consonare rationi ut pædago. Ambobus enim, scilicet pædago, & rationi, intentio vna est, scilicet moderatio secundum bonum temperantia, ad quod pædagogus disciplinat puerum, & ratio concupiscentiam. Temperatus autem ad rationem deductus, concupiscit quæ oportet, & ut oportet. Ita enim ordinat ratio concupiscentem & pædagogus puerum. Hæc igitur de temperantia à nobis dicta sunt.

69. Concupiscentias mediocres esse oportet, per paucas & rationi non aduersantes.



LIBER IV.

De virtutibus adiunctis.

TRACTATUS I.

De liberalitate & magnificentia.

CAPVT I.

Qua sint virtutes adiunctae, & qua sit prima inter eas.

De virtutibus adiunctis in hoc libro agendum.



In hoc quarto libro non de principalibus siue cardinalibus virtutibus, sed de adiunctis eis intendimus, non quidem de adiunctis omnibus, sed de adiunctis fortitudini & temperantiae. Insuper autem & prudentia adiunctas non habent: eò quod non circa medium circa nos, sed circa medium rei consistunt. Medium quoad rem vno modo est: & si differt, non differt nisi secundum rerum differentiam, & adiunctam habere non potest. In his quae sunt ad nos etiam secundum eundem modum passionis multa exiguntur, sicut in fortitudine, armorum ministratrix, & copia expensarum in temperantia, ex quibus habet esculentum & poculentum, & venerea quae sunt ordinata ad habendum delectabilia tactus in esculento & venereis: haec enim adiuncta sunt naturalibus concupiscentiis ut instrumentaliter deseruiant: unde circa ista adiuncta vocantur virtutes.

Adhuc autem determinatum est in primo huius scientiae libro, quoniam quaedam deseruiunt ad felicitatem essentialiter, ut virtus: quaedam autem instrumentaliter, ut exteriora quae dicuntur fortunae bona. Et ideò cum principales virtutes propter hoc quod ad felicitatem faciunt essentialiter, dicantur cardinales, illae quae sunt circa exteriora quae instrumentaliter deseruiunt, dicuntur adiunctae & secundariae.

Adhuc autem actus hominis in quantum homo est, aut est rationis secundum se, aut rationis aliquo modo participantis. In his dupliciter est: aut enim est in essentialibus actibus rationi & concupiscentiis & irascibili, aut in his quae veniunt ad usum in exterioribus ad essentialia actus ordinatis. Et illae

quidem quae sunt circa ratiocinari de operabilibus & concupiscere & insurgere contra nocivum, principales dicuntur: quia sunt circa principales actus virtutum animae motivarum, in quibus tota conuersatio consistit hominis. Quae autem sunt circa usum exteriorum ad actus principalium relatum, virtutes adiunctae dicuntur. De his igitur in hoc libro intendimus.

Nihil autem est quod vniuersaliter ad omnem virtutem principalem deseruiat, nisi numisma pecuniae. Oportet igitur, quòd primo de illa virtute determinemus quae est circa numisma. Numisma enim potencialiter deseruiat ad omne quod fortitudinis in exterioribus: potencialiter enim est omne concupiscibile quod ordinatur ad temperantiam. Primo ergo erit determinandum de virtute quae circa numisma est. Adhuc autem instrumentaliter deseruiens proximum est efficienti: nihil autem nisi pecunia instrumentaliter deseruiens est ad principalia quae intendimus: & ideò virtus quae est circa pecunias, primò tractanda est inter adiunctas.

Adhuc autem homo secundum se esse non potest, ut dicit Arist. homo enim solitarius aut melior homine est, aut bestia. Cum igitur virtus principalis sit hominis secundum se, quaecumque virtus est hominis ad alterum, hoc est, qua indiget alterius, virtus erit adiuncta, dummodo indigeat alterius ut instrumentaliter. Insuper enim hoc modo non indiget alio. Insuper enim circa communicatiua & distributiua, in qua vnusquisque ab altero dependet, & e conuerso. Adiunctae autem virtutes in his sunt quae ad vnum sunt instrumentaliter ordinatae, & non secundum quod ipse est ordinatus ad altera. In his autem quae sic se habent, id quod ponitur, est circa ordinata ad nos ipsos secundum virtutes & vitiolorum operationem, primum est pecunia: & ideò primum de illa virtute tractandum est, si tamen virtus sit.

Quidam enim dixerunt, quòd quia circa exteriora est, bene autem virtutis in operante est, sicut saepe determinatum est, quòd circa ista virtus non sit. Addunt etiam, quòd bonum vnus cuiusque

Primo de liberalitate.

9. eth. c. 10.

Obiectis.

Responsio.

Liberalitas est prima inter virtutes adiunctas.

vnus cuiusque in ipso est. Pecunia autem in homine non est. Bonum igitur hominis dicunt in pecunia non esse. Sed ad haec & similia non difficile respondere est, quòd pecunia quidem secundum substantiam in homine non est. Vnus autem in homine est, qui quidem bonus est, quia ad bonum ordinatur: & circa difficile est: difficile enim est ordinare pecuniae usum ad finem boni: propter quod etiam virtus circa idem est.

Et prima virtus inter adiunctas liberalitas est. Cuius potissima ratio est: quia liberalitas virtus est, secundum quam omnis virtus cognoscitur: fortis enim non est, qui in omnia quae sunt fortitudinis, scilicet in armatura, in impensis exercitus, in instructione bellicae operationis, liberalis non est: & sic de temperantia. Insensibilis enim & non temperatus est, qui ad ea quae sunt temperantiae, expensas non ministrat. Sic facile est videre de omni virtute & principali & adiuncta. Propter quod necesse est de liberalitate primum tractare, ex quo ipsa principium est ad cognoscendum omnes alias. Pecunia autem circa quam est liberalitas, sicut diximus, potentia est omne id, quod exigitur ad virtutem. Sed huius consideratio duplex est, scilicet absoluta, & comparata. Absoluta autem est: quia ad vnus hominis secundum se ipsum administratum virtutem quarentis. Comparata autem est, quae hominis dependentis ad alterum, & e conuerso illius dependentis ad istum, non ad aliud quidem, ut vnusquisque suum obtineat, & ab invicem sunt diuisi. Primo igitur modo circa pecuniam secundum quod in communicatione vnus est, liberalitas est. Secundo autem modo secundum quod est in communicatione vnus, & e conuerso alterius ad istum, circa pecuniam iustitia est: & ideo de liberalitate ante iustitiam determinandum est. Haec autem virtus liberalitas dicitur, non ea liberalitate qua omnes liberae sunt virtutes, sed eo quod actus eius liberi animi est, quae causa sui est in nulla parte retractatus. Liberalis enim datur propter dare quod bonum est, & non retracta manu dar. Quare etiam si secundum aliquid sit acceptiuus, ipsam acceptionem refert ad donationem: propter quod in vtroque liber est: & in hoc differt à largitate quae largitionem animi dicit, ut non tantum libere mittat, sed etiam effundat magnifica, nulla retrahente tenacitate vel inopia. His igitur de causis post duas principales virtutes dicamus deinceps de liberalitate.

I. Liberalitas est mediocritas circa pecunias dandas & accipiendas.

Videtur autem liberalitas esse circa pecunias medicas quaedam virtutis sicut circa materiam. Cuius usus ad operationem refert, in quo est difficile & bonum absolute, & non secundum debitum quo vterque alteri obligatur. Quod autem verum sit, ab inductione probatur. Cum enim virtus laudabilium bonorum sit, circa quod laudatur actus alicuius, circa idem est virtus eius. Laudatur autem liberalis, non in bellicis, nec laudatur in quibus temperatus laudatur, scilicet in abstinendo in delectabilibus tactus, nec rursus laudatur in iustitiis, sed laudatur circa dationem pecuniarum & summptionem. Circa dationem igitur & summptionem

erit virtus quae liberalitas vocatur: magis tamen est in datione, quam summptione, sicut in consequentibus ostendetur. Pecunias autem hic dicimus omnia illa quorumcumque dignitas siue valor numero vel pondere numismatis mensuratur, siue sint esculenta, siue poculenta, siue ad vestitum ordinata, siue etiam sint agri, siue vineae, vel domus, vel alia praedia, siue quaecumque quae libera voluntate per simplicem donationem ab vno in alium transferri possunt.

Circa autem eandem materiam pecuniarum est prodigalitas & illiberalitas: quae duo vitia circa pecunias secundum quod ad usum donationis veniunt, sunt superabundantiae & defectus, licet differenter. Quia illiberalitatem semper copulamur magis studentibus quam oportet circa pecunias ad habendum scilicet ad lucrandum.

Prodigalitem autem non semper copulamur emittentibus vel dilapidantibus pecunias, sed quandoque inferimus complectendo eam intemperatis hominibus. Inferre autem dico, quando vnum vitium alij ingerimus quod est causa ipsius, sicut ebrietati inferimus emptionem vini. Copulare autem vocamus, quando vnus & idem actus qui est cum difformitate principalis vitij, alterius vitij habet difformitatem sibi coniunctam & subseruientem, sicut qui de fureo scortum soluit & appetitur. Sic enim inferimus & complectimur prodigalitem intemperantiae: quia eos qui consumunt res & expendunt in incontinentiam & in intemperantia luxuriose viuendo cum meretricibus, vocamus prodigos. Propter quod & taliter prodigi prauissimi esse videntur: eò quod non vnam sed multas habent malitias multorum vitiolorum. Vt furas enim agunt, furantur, fraudant, & vnde cumque incrantur ut incontinentiam agant.

Non tamen proprie isti appellantur prodigi: quia secundum rationem nominis prodigus esse vult, qui vnum solum finale aliquod malum habet: & hoc est corrumpere siue dilapidare substantiam. Cuius ratio est: quia prodigus est, qui proprie propter seipsum in quantum prodigus, perditus est in substantia quae facultas dicitur, & ad sustentationem esse naturae est ordinata. Talis enim substantiae corruptio sine qua substantia hominis in esse non conseruatur, corruptio proprie substantiae dicitur: eò quod vincere quod in omnibus videntibus substantiale est esse, non est nisi per illas substantias quae hominis dicuntur esse facultates: quamuis facultates dicantur in quantum facilis potestas per eas est faciendi quod quilibet vult. Substantiae autem vocantur, in quantum conseruatio substantiae hominis in eis consistit.

Ut hoc autem evidentius intelligatur, intelligendum est, quòd omnis voluntas ab ultimo voluto quod finis ipsius est, & speciem accipit & nomen: alia autem quae ad hoc requirit voluntas, in ipsa sunt sicut dispositiones & non sicut formae perfectiuae. Quamuis igitur in virtutibus & vitiis quae voluntates sunt, aliquando instrumentaliter disponantur: quaedam tamen haec non conferunt formam vitiis vel virtutibus,

2. Prodigalitas & illiberalitas sunt circa pecunias exuperatio & defectus.

3. Prodigalitem inferimus in eorum numeramus alius vitiis.

4. Quia a vitiis multis additi vitiis, non proprie vocantur prodigi.

Voluntas a fine accipit speciem.

virtutibus, sed sunt illata vel copolata ad alium finem quendam consequendum. Et ideo qui dilapidat substantiam ut luxurietur & confortio luxuriantium vivat, non proprie prodigus, sed luxuriosus vocatur. Luxuria enim in talibus ancillariter deseruit prodigalitas: & si luxuriosè sine prodigalitate vivere posset, prodigus utique non esset. Contingit autem hoc duobus modis, scilicet per causam & per relationem ad finem. Per causam quidem, sicut prodigus fur efficitur, vel latro, vel mendax: quod causatur à prodigalitate ut dare habeat. In ordine autem ad finem, sicut quando prodigus efficitur incontinentens: quia sine prodigalitate vitium incontinentiæ non exercetur. Quod igitur diximus, quod prodigalitas vult esse vnum simplex malum, de malo finali intelligimus, & non de his quæ dispositivè ordinantur ad ipsum.

CAPVT II.

Qualiter circa usum pecunie sit liberalitas & opposita vitia.

5. Liberalis optime virtus diuitiis.

Sicut autem diximus, liberalitas est circa usum exteriorum bonorum, quorum dignitas pecunia mensuratur, & opposita vitia. Vfus enim est aliquorum relatio & ordinatio ad aliud quod per illa intendi obtineri: propter quod vsus proprie exteriorum bonorum est, quæ instrumentaliter ad fines voluntatum nostrarum deseruiunt. Quorum autem est utilitas aliqua hoc modo dicta, his contingit uti & bene & malè. Referentes enim hæc ad bonum finem voluntatis & honestos, bene utimur: ad malos autem referendo, malè utimur. De numero autem talium vsualium sunt diuitiæ, quas in antehabitis pecuniis communi nomine appellauimus, eò quod sufficientiam promittunt ad omne quod volumus. Propter quod à sapiente dicitur, quod pecuniæ obediunt omnia. Circa usum igitur pecuniarum cum sit sic difficile & bonum, & malum illi oppositum, contingit esse ordinatum. Ordinatus autem non potest esse nisi per virtutem concupiscentiam ponentem in optimo. Vnoquoque enim vsuali circa singula vtilia optime utitur ille solus, qui circa singula habet virtutem, quæ opus bonum reddit & operantem bonum facit. Ergo & diuitiis utitur optime, qui habet circa pecuniã virtutem secundum quod ad vsu refertur. Cui enim omne bonum secundum actum substantialem suum communicatum sui sit, & diffusiuum boni quod est fortunæ secundum quod ad vsu refertur, secundum aliquem modum erit attributus iste actus: communicatio autem est diffusio in alterum. Primus ergo actus boni facultatum erit diffusio in alterum: & virtus ipsius erit in hoc secundum quod optime diffunditur. Hoc autem diximus esse liberalitatem. Communicatio ergo huius propria liberalis est. Pecuniarum autem sic dictarum proprius vsus est sumptus quem expensam vocamus,

& datio donorum secundum quod donum diffinitur ab Aristotele in topicis, quod donum est donatio irreddibilis, in qua donans non delectatur nisi in donatum esse. Quamuis enim circa pecunias sit acceptio & quodcumque lucrum acquirendum & custodia acquisiti & acceptio, non ad vsu, sed ad possessionem magis referuntur. Vfus enim omnis ad alterum refertur & non ad seipsum.

4. Topic. c. 4.

Et quia liberalis est circa vsu, magis est circa dare, quam circa accipere. Aliqualiter tamen est circa accipere: liberalem enim conuenit accipere vnde oportet, & non accipere vnde non oportet. Adhuc autem omnis virtutis proprium est magis benefacere, quam bene pati: operari enim est per modum vigiliæ: pati autem per modum somni, secundum quod patiens quiescit in alterius actione: quiescit enim patiens quando consequitur actum agentis. Quamuis ergo virtumque sit finis habitus. Acceptio autem per modum habitus est, & datio per modum actionis: eò quod acceptio facultatem ministrat, cuius facultatis propria operatio datio est. Liberalitas igitur potius per dationem quam per acceptionem determinatur. Adhuc in virtutibus animæ ferè nihil est, quod non simul duorum vel aliorum finium, sicut medicina sanorum & ægrorum, & logica probabilis & improbabilis, & in aliis est similiter: tamen in his vnum est tanquam finis, & alterum tanquam ordinatum ad finem. Medicina enim sanitatis est vt finis: agritudinis autem non est nisi sicut eius quod est ad finem: & si debeat determinari per diffinitionem, per finem determinatur, & non propter negationem contrarij: quia negatio non certificat nisi per affirmationem: sicut cum dicimus, quod medicina est ars inductiua sanitatis, & non dicimus, quod sit non inductiua infirmitatis. Similiter igitur virtutis cuiuslibet erit magis propria bona operari, quam turpia non operari. Per acceptionem autem liberalis est non turpis & non turpe operans. Per dationem autem est bonus & bona operans. Magis igitur determinatur per dationem, quam per acceptionem. Non enim immanifestum est, quia ad dationem secundum quod datio, est beneficium: quia dare secundum quod dare, est benefacere quoddam & quoddam bene operari. Ad sumptionem autem secundum quod sumptio est quodcumque lucrum, primo quidem sequitur bene pati, & consequenter non turpe operari: malè enim accipiens, turpe operatur: & ideo eiusdem moris non possunt esse bene pati in accipiendo, & turpe operari in lucrando: bene patiens igitur, nihil turpe est operans in accipiendo: quia tunc bene pati & nihil turpe operari secundarium est: & circa ipsum vsu pecuniæ non est liberalitas, quæ in vsu pecuniæ est, non ab acceptione, sed à datione pecuniæ est.

6. Magis est liberalis dare, quam accipere vnde oportet, & non accipere vnde non oportet.

Huius & alia ratio est: quia cum omnis virtus gratiosa sit in hoc quod laudabilium bonorum est, in quocumque magis grata est, per illud magis determinatur. Gratia autem & laus magis dantur liberali in datione quam in acceptione: magis igitur determinatur per dationem.

2. ratio.

Tertia

3. ratio.

Tertia autem ratio est: quia cum omnis virtus sit circa difficile, magis determinari habet per difficilius sui, quam per facilius. Facilius autem est non accipere turpiter, quam dare: eò quod in omnibus magis difficile est quod suum est emittere & communicare in alium, & minus hoc potest, quam quod alienum non accipiat. Datio autem est emissio & communicatio proprij. Acceptio autem licita est non operatio turpis: magis ergo determinatur liberalitas per dationem, quam per acceptionem.

4. ratio.

Quarta ad idem ratio est: quia liberales dicuntur communiter & laudantur qui dant: qui autem non turpiter accipiunt, non semper laudantur laude quæ refertur in liberalitatem, sed nihilominus laudantur laude quæ refertur in iustitiam: quia scilicet non turpiter accipiens, nulli iniurius est: & ideo liberalitas potius per dare, quam per non turpiter accipere determinatur. Quinimo in accipiendo neque multum laudantur, neque omnino laudabiles sunt. Non multum dico: quia non magnæ virtutis est non turpiter accipere. Neque vniuersaliter loquendo ab illicitis abstinere magnæ virtutis est. Omnino autem dicimus: quia laus eius non est simplicis liberalitatis, sed magis refertur ad formam iustitiæ.

5. ratio.

Quinta ratio est: quia cum omnis virtus sit amabile quoddam bonum propter seipsum, liberalis magis laudatur in dando quam in accipiendo. Sicut enim ipse amor communicatiuus & transitiuus esse vult, sic circa illud est, quod maximè est communicatiuum. Datio autem communicatiua est, & non acceptio. Ad dationem igitur maximè determinatur liberalitas.

Liberales maxime omnium studiosorum amantur.

Ex hoc vterius sequitur, quod liberales inter omnes virtuosos magis amantur: quia ex ipso actu virtutis viles sunt. Viles autem sunt in datiore, & non in acceptione. Liberalitas igitur in vsu eorum est, quibus contingit uti & bene & male. Propter hoc quod dicitur in Marci Tullij topicis.

Eustratius autem, Non est consequens, quod cuius vsus bonum sit, quod & ipsum bonum sit: & eò conuerso, quod quod bonum est, quod eius vsus bonus sit. Et in contrario, quod cuius vsus malus sit, ipsum quoque malum sit: & eò conuerso, quod si aliquid malum est, eius vsus malum sit. Et multa inconuenientia inducit si hoc concedatur: sequitur enim, quod bonum malum sit, & quod malum bonum sit: quia contingit bono malè uti, & malo benè. Adhuc autem dicit, quod non sequitur, si cuius vsus malus est, quod ipsum non bonum sit: boni enim vsus aliquando malus est: & tamen ipsum neque malum, neque non bonum est. Adhuc autem athenienses malè vsi sunt Socrate, veneno cicute interficientes eum: tamen non sequitur, quod Socrates malus vel non bonus fuerit. Similiter Ceceon tyrannus pessime utebatur Anaxdacho: & tamen Anaxdachus neque malus, neque non bonus fuit, sed optimus. Ita fuit de Zenone & multis aliis.

Intelligendum etiam est, quod est alius vsus vtenis, & alius rei vtilis. Et de vsu rei vtilis D. Alb. Mag. lib. 4. Ethic.

substantiali bene tenent consequentiæ; quas dicit Marcus Tullius. De vsu autem vtenis non tenent, sicut dicit Eustratius. Adhuc attendendum est, quod quando dicimus, quod liberalitas circa vsu eorum est quæ ad aliud referuntur: dupliciter est relatio ad alterum, instrumentalis scilicet, & essentialis. Et circa ea quæ instrumentaliter ad aliud referuntur secundum quod in vsu veniunt, liberalitas est. Circa ea autem quæ essentialiter & secundum proprias diffinitiones ad aliud quod finis voluntatis est, referuntur, sicut virtus refertur ad operationem, non est liberalitas. Et ideo liberalitas non est circa virtutes, neque circa vsu virtutum. Amici autem & potentatus in vrbaniatibus & dignitates non omnino instrumentaliter referuntur ad aliud: eò quod super virtutem fundatur amicitia sicut super propriam causam, & propter virtutem confertur potentatus: & ideo non circa illa liberalitas est, licet vsus eorum ad aliud referatur.

CAPVT III.

De proprio actu liberalitatis.

Liberalitatis autem actus est considerandus Lex tribus, scilicet quod bonus & bene sit, & boni gratia factus, & quod delectabilis est & non tristis. Hoc autem probatur: quod omnes operationes quæ sunt secundum virtutem, sunt bonæ & bene. Virtus enim dat bonum esse operationi, & modus virtutis dat bene. Operatio igitur liberalitatis erit bona & bene in eo quod virtus est. Adhuc, sicut diximus in secundo, bene virtutis est quod est eligens & eligens propter hoc. Omnis igitur operatio virtutis gratia boni est quod est in ipsa virtute. Diximus autem iam in antehabitis, quod amabilior virtutum liberalitas est. Ergo liberalitas gratia boni est, & non gratia alicuius utilitatis vel delectationis adiunctæ. Propter quod epigramma condemnauimus in primo libro, quod felicitatem delectationem dixit habere adiunctam apud Delos insulam. Quamuis enim Eustratius dicat fortitudinem esse magis amabilem in eo quod aliquando liberatiua est patriæ: tamen amabilitas fortitudinis non determinatur per operationem boni, sed potius per repulsionem contrarij. Amabilitas autem liberalitatis directè per operationem est boni. Liberalitas igitur dabit boni gratia.

7. Liberalis dat gratia honesta.

Et rectè. Dabit enim quibus oportet, & quando oportet, & quæcumque omnia & alia obseruabit.

8. Dat rectè.

Quæcumque sicut circumstantiæ sequuntur ad rectam dationem, hæc operabitur delectabiliter & sine tristitia. Delectabiliter quidem contingendo finem boni quod intendit: sine tristitia autem referendo difficultatem sumptam ad finem boni quod intendit: hæc enim facit in sumptibus & non in tristari. Quod enim secundum virtutem est operatum, delectabile

9. Delectabiliter, vel saltem sine tristitia.

Estabile

Stabile est, vel non triste, vel etiam nequaquam triste. Delectabile quidem, in quantum vltima conuenientia conueniens desiderio. Non triste autem in se: quia quamuis difficile sit, difficultas non attenditur ab operante. Nequaquam autem triste, quando difficultas ad finis delectationem comparatur. Sic igitur dans liberalis est. Qui autem dat quibus non oportet, vel qui non boni liberalitatis gratia dat, sed propter quandam aliam causam, scilicet vt recipiat maiora, vel vt ametur, vel laudetur ab aliis, non liberalis est, sed alius quis aliqua qualitate vitij vel virtutis dispositus: dicitur enim vel gloriosus, vel fortè cupidus, & non liberalis. Talis enim pro certo magis eligeret pecunias retinere, quam bonum quod est in operatione dationis, si sine datione vel laude non vel gratiam posset adipisci. Hoc autem non est proprium liberalis, sed potius dare boni gratia, ita quòd nihil intendit nisi bonum quod est in datione communicationis.

10. Liberalis non accipit unde non oportet.

Liberalis etiã est accipere quod det, sed non accipere unde non oportet. Accipere enim unde non oportet, est acceptio eius qui honorat pecunias & diligit ad possidendum. Liberalitas autem pecunias non honorat, nec diligit, sed virtutem ad donationem: propter quod liberalis proprium est, quòd non sit pecuniarum alienorum: petere enim aliena non competit benefactio, cuius tota intentio est aliis benefacere. Tale autem benefactoris non est velle faciliter, vt sibi bene fiat ab alio. Faciliter autem diximus: quia fortè ab amico honoratur & multum inductus aliquando accipit beneficium, sed hoc pro recompensatione non accipit donationis, sed in amicitie signum.

11. Liberalis non accipit unde oportet.

Liberalis igitur accipit unde oportet: puta à propriis possessionibus. Proprias autem possessiones diximus, non tantum ex parte rei possessæ, sed quæ decent possidentem non estitate clara: & illæ sunt, quæ nec turpi lucro, nec illicitæ voluntates sunt. Proprias autem possessiones liberalis non accipit vt bonum sibi vel simpliciter, sed potius vt habeat dare.

12. Non negligit sua.

Non tamen propter hoc non curabit propria: quinimo diligenter procurat ea: sed hoc totum refertur ad hoc vt dare habeat quibus oportet, & quando, & vbi, & in quantum.

13. Sic excedit in dando, ut sibi pauciora relinquat.

Et quamuis sit circa accipere & dare, tamen magis est circa dare: & tantum plus placet ei donatio, quantum vehementer superabundat in donatione vt sibi ipsi in possessione relinquat minora. Et hoc est ideo: quia liberalis proprium est non respicere ad seipsum vt sibi ipsi bona procurat, sed totum referre ad donationem.

Hoc autem quod dicimus sibi ipsi minora relinquere, nemo sic intelligat, quòd sibi subtrahat necessaria vitæ. Hoc enim esset contra ordinem naturæ, nec posset esse operatio virtutis: cum virtus sit in modum naturæ consentaneus non rationi habitus. Sed potius sicut natura de superfluo sibi operatur alterius constitutionem qui sibi similis est in specie, hoc enim fit de superfluo nutrimenti: ita facit & virtus liberalitatis. Sed distinguendum est.

Substantia enim liberalis tripliciter est. Est enim necessarium vitæ: & est necessarium domus siue familiæ, quod quidam vocant necessarium personæ, secundum quod persona dicit gradum dignitatis in homine, ad quem pertinet familiæ regimen & gubernatio & prouidentia secundum modum honestatis & decentiæ in quo est. Magis enim debetur personæ maiori, & minus minori. Et de vtroque istorum necessariorum oportet non dare: quoniam determinati sunt quibus oportet hæc dare & quantum & quando: nec possunt hæc deuiai ad alienos. Liberalis igitur liberalis dicitur secundum substantiæ facultatem, in superfluo, scilicet sibi & familiæ, siue illud superfluum sit multum, siue parum. Non enim in multitudine datorum consistit liberalitas, sed potius in habitu, hoc est, in facultate dantis, siue in quantitate rei habitæ: quæ si multa sit, multa dat: si pauca, hæc ipsa studet impartiri. Si enim voluntas prompta est ad dandum, secundum hoc quod habet in bonis vel habere potest, accepta est. Quod & Cato dicit in ethica sua.

Substantia liberalis est triplex.

Exiguum munus cam dat tibi pauper amicus, Accipio placide.
Liberalis igitur proprium est dare, & quantitatem donorum proportionate ad suæ substantiæ facultatem.

CAPVT IV.

Quis liberalior sit ex acquisitis vel ex hereditate possessis diuitiis.

Nihil autem prohibet, qui minora dat, aliquando liberaliorem esse eo qui dat maiora, si scilicet ille qui minora dat, à maioribus facultatibus faciat dationem.

14. Nihil vult liberaliorem esse, qui pauca largitur.

Communiter tamen liberaliores esse videntur, qui accipiunt substantiam ex hereditate ad se deuolutam, quam illi qui possident eam proprio studio acquisitam. Et hoc est ideo: quia hæredes diuitiarum nunquam experti sunt indigentiam: & ideo non multum curant supplere indigentiam quam non sunt experti. Qui autem ex lucro possident, præteritæ indigentiam memores, timent de indigentia & semper reuerentiam sunt ne iteratò indigentiam incurrant. Huius autem alia causa est: quia naturale est unicuique opera sua diligere, quæ proprio labore parata sunt: sicut parentes suos natos diligunt etiam si deformes sint, & poëtæ propria diligunt poemata, & sic est in omnibus. Qui ergo peperit diuitias, magis diligit eas, quam qui accepit eas ad se aliunde deuolutas. Et quod minus diligitur, citius datur. Hæres igitur diuitiarum magis dispositus est ad dandum, quam qui possidet eas ex lucro. Et hoc videtur velle Ouid. dicens.

15. Magis liberales esse solent qui non comparant sibi facultates, sed ab aliis accipiunt.

Nô minor est virtus, quã querere, parta tueri.
Ditari autem liberalem non est facile: eò quod ex intentione nec acceptius est, nec custoditius est pecuniæ, sed potius ex intentione est emissiuus, siue per sumptus, siue per donationes:

16. Liberalem esse diuitem non est facile.

donationes: nec honorat diuitias propter ipsas diuitias, sed vitur eis gratia donationis. Et ex hoc accidit, quòd in liberalibus maximè conuenit acculari fortuna, quòd cæca sit: nec sciat quibus dare oportet: quia his qui maximè digni sunt & communicari suorum, diuitias non dat, & nequaquam ditantur: sua autem non communicantes superditantur, quamuis hoc non contingat secundum fortunam. Non enim contingit irrationabiliter. Rationabile enim est, quòd pecunias habere non possit cumulas, qui non curat ad habendum, sed potius ad emittendum: quemadmodum nec in aliis: quia qui non curat habere sanitatem, sanitatem non habebit. Et quamuis propria non curet ad possidendum, sed totam intentionem habeat ad dandum: non tamen dabit quibus non oportet, nec quando non oportet, nec quæcumque sunt alia talia circumstantiarum. Nullam enim illarum omittit: si enim sic daret, non operaretur secundum liberalitatem: consumens etiam facultates in quæ non oportet, postea non haberet conlumere in quæ oportet. Liberalis igitur in dando est quibus oportet: & etiam indecens datio non competit liberali.

17. Tyranni non facile dicendi sunt prodigi.

Qui autem superabundat in dando, prodigius vocatur: propter quod tyrannos qui multa expendunt in satellites alios deprædantes, & ex hac prædâ diuitias sibi facientes, non dicimus prodigos. Multitudo enim possessionis acquisita non facile videtur superabundare cum dationibus, & cum sumptionibus expensarum factarum à prodigo. Tyrannus autem ex multorum oppressionibus diuitias sibi parans, per dona & sumptus quæ facit, possessionis quarit superabundantiam.

18. Liberalis dabit quibus oportet & quod oportet, tam in paruis quam in magnis, & cum voluptate: & accipiet unde oportet & quod oportet.

Ex omnibus his colligitur, quòd liberalitas est mediocritas, & virtus existens circa pecuniarum dationem & sumptionem: & quia liberalis dabit & expendit in quæ oportet, & quæcumque oportet, & quod similiter est in paruis & magnis datis, & quod dar delectabiliter vel sine tristitia dabit, & boni gratia, quod est scilicet bonum honestatis, & libera datione. Propter quod dicit Eustratius, quòd non grauius dabit, nec suam prædicans donationem: quia gloriam & honorem per donationem non venatur. Neque dabit coram testibus: quia non dat venatione maioris lucri. Nec dat propter timorem: quia talis datio non est liberalis. Liberalis etiam accipiet unde oportet, & quæcumque oportet: sed hoc non facit propter pecuniam quam appetit vt bonam, vel bonam sibi: nec facit hoc vt non iniustus videatur, vel sit: quemadmodum Pla. ait in vrbanitibus, quoniam homines de iustitia posuerunt leges, non gratia eius quod est iniusta facere, sed timore eius quod est non iniusta pati. Quamuis enim hoc in legibus obseruetur: tamen virtus ad hoc non determinatur, sed potius ad bonam & bene facere determinatur primo & principaliter, consequenter autem ad nihil turpe committere. Accipiet igitur liberalis unde oportet, non vt non iniustus vel non turpis sit, sed vt honestus & clarus sit in datione. Cum enim virtus liberalitatis circa ambo sit mediocritas quædam, vtrumque istorum, scilicet

accipere, & dare, liberalis faciet vt oportet. Decentem enim dationem decens sequitur acceptio: nec ad vnum morem honestatis vel turpitudinis referri potest indecens acceptio & decens datio. Secundum morem ergo indecens acceptio, contraria est decenti dationi: vnde dationes & acceptiones secundum morem honesti consequentes simul sunt in liberali. Contrariæ autem secundum morem acceptiones & dationes, manifestum est, quòd non possunt simul esse in ipso. Quia quamuis datio & acceptio non sint contraria secundum formas: tamen indecens acceptio & decens datio, vel è contrario indecens datio & decens acceptio, in hoc modum contrariorum habent, quia in eodem subiecto secundum vnum & eundem morem esse non possunt.

CAPVT V.

De comparatione liberalis ad accipere & dare.

Quamuis autem sic liberalis sit, qui dar & accipit vt oportet: tamen si aliquando per aliquas causas emergentes contingat ipsum expendere quod est præter opportunum, nec esset expendendum si causa emergens non vrgeret, tristabitur: sed moderatè & vt oportet: quia & tristatur & delectatur vt oportet. Virtutis enim moralis, sicut sæpè diximus, & delectari & tristari est in quibus oportet & vt oportet.

19. Si præterit quod oportet & bene sese habet, considerit liberalis pecunias erogasse, dolebit sanè, moderatè tamen, & vt oportet.

Et quia liberalis bene communicatiuus est in pecuniis, sine magna grauitate potest iniusta pati in damnis & expensis quas præter opportunum facere compellitur. Huius autem causa est: quia pecunias non honorat, & ideo damna parum ponderat: & magis grauat si aliquando non conumpsit, quod secundum rationem honestatis oporteat expendere, & retentum est: quam tristeretur vel grauetur, quòd consumpsit hoc, vel expendit quod secundum rationem honestatis non erat opportunum expendere. Propter quod non curat placere Simonidi, qui dixit, quod tristandum esset homini, quia operatus est aliquid quod non erat opportunum. Non esse autem tristandum de hoc quod non operatus esset, quod erat opportunum operari. Hæc enim sententia non est vera: quia liberalis plus tristatur in hoc quod opportunum non fecit, quam quod non opportunum expendit. Ille autem Simonides Meladius cognominatus est: eò quod melodias faciebat. Fuit autem Poëta lyricus qui alio nomine vocabatur Mellifcos quasi mel miscens propter delectabilem sonum melodiarum. Hunc dicunt adinuenisse artem memorandi, & longas literas quæ capitales dicuntur. Adinuenit etiam duplicationes literarum, sicut quas duplices vocamus consonantes, sicut est x. Is lyræ tertium addidit sonum. Scripsit autem dorico sermone facta Symbasi & Darij regum, & rexit nauale bellum. Amator autem fuit pecuniæ: & ideo dixit, quòd non erat tristandum quando non fecit aliquis

20. Liberalis in rebus pecuniariis se facilem præstat.

Vide in Congestorio artis memoratiua. l. Rom.

Alins Cabis

quod erat opportunum facere in datione. Prodigus autem in omnibus his peccat, nec delectatur in quibus oportet, neque ut oportet, neque tristatur ut oportet. Hoc autem erit procedentibus nobis ad sequentia magis manifestum.

CAPVT VI.

De prodigalitate.

21. Prodigalitas & illiberalitas quomodo sunt contraria.

IN procedentibus autem dictum est, quoniam liberalitatis quæ medietas est, superabundantia & defectus sunt prodigalitas & illiberalitas, & in duobus, in datione scilicet, & in sumptione. Dationem autem in communi accipimus pro sumptibus expensarum, & datione donorum. Sumptus enim expensarum rationabiliter ponimus in dationem: quia tam expensa quam donatio in emitendo pecunias est. Prodigalitas quidem igitur abundat in dando & non in accipiendo, sed deficit in accipiendo. Illiberalitas autem in dando quidem deficit, in accipiendo vero abundat, & acceptione abundat etiam in paruis.

Contraria igitur sunt illiberalitas & prodigalitas secundum morem, quamvis contrariorum quæ sunt in moribus, non sit modus aliorum contrariorum. Alia enim contraria secundum formas contraria sunt, & propter hoc quod maximè à se distant, simplicia & impermixta sunt: & media quæ in ipsis, per rationem extremorum determinantur: hoc autem nihil aliud est in moribus: contra enim se invicem participant & extrema constituuntur à medio per recessum. Medium autem non constituitur ab extremis, nec extrema in ultimo distant: quia ultimum in talibus non est. Quodlibet enim malum, quod peius esse non possit: propter quod infiniti habet modum. Quia infinitum est, cuius partes accipienti semper est aliquid extra accipere secundum potentias: propter quod malum & bonum in moribus in nullo vno genere poni possunt. Nunquam enim poni potest ex vna simplici natura generis & vna differentia constitui bonum vel malum in moribus. Propter quod & prodigus & illiberalis & liberalis in accipiendo & dando est tanquam in duabus formis non reducibilibus ad vnam essentiam simplicem generis, sed potius reducibilibus tantum ad vnum morem. Similiter tam extrema quam media in moribus sunt, tam circa delectationes quam circa tristitias, quæ vna essentia simpliciter esse non possunt: nec vna determinatur per alteram sicut potentia ad actum, sed tantum referuntur ad vnum morem.

Vnde patet, quod & liberalis & delectatur & tristatur in quibus oportet: & si indifferenter se haberet ad omnia, de nullo delectatus, & de nullo tristatus, potius factus quam virtuosus esset. Adhuc autem omnes operationes virtutum moralium sunt circa delectationes & tristitias. Passiones enim & præcipuè delectationes & tristitias incitant: & iuuant ad opera-

tionem: propter quod si liberalis non delectaretur nec tristaretur, sequeretur quod non esset studiosus secundum virtutem.

Adhuc in præcedentibus ostensum est, quod ad bene virtutis parum facit scire: quod in solo iudicio rationis est. Multum autem facit delectatio & tristitia in actu. Ex iudicio enim rationis senes magis experti sunt quam iuvenes: eò quod magis experti sunt circa operabilia. Ex delectatione autem in opere vel tristitia nihil prohibet iuuenem esse operabiliorum, quam senem in quibusdam operationibus virtutum vel vitiorum.

Adhuc autem virtus habitus electius est. Electio autem appetitus consiliatius. Appetitus autem omnis passio est vel non sine passione. Patet igitur, quod virtus moralis circa passiones est tristitiarum vel delectationum: & idè contraria ista in moribus per nullam vnam communem rationem in aliquo genere vno poni possunt, siue sit generalissimum, siue subalternum. Sed sicut specialis modus doctrinæ est in hac scientia, qui modus aliis philosophiæ partibus non congruit: ita specialis modus est acceptionum generum & specierum. Et hoc fortè est quod dicit Philosophus, quod bonum & malum non sunt in genere, sed genera aliorum existentia.

Proprium autem prodigalitatè est, quod prodigo non multum coaugentur ea quæ prodigalitatè sunt. Non enim facile est, quod omnibus dare possit qui ex nulla parte accipit. Dantem enim omnibus velociter derelinquit substantia facultatum, ut postea dare non possit. Dant enim idiotis in quibus est nulla ratio quare accipiant: prodigi enim esse videntur qui omnibus tam dignis quam indignis dant.

22. Exuperantia in dando & defectus in accipiendo non multum in prodigo persistunt.

CAPVT VII.

Qualiter prodigus melior est illiberali.

Taliter autem prodigus, tripliciter melior est quam illiberalis: & idè non parum melior est. Primo quidem: quia bene sanabilis est ab ætate. Ætas enim temporis periodus est, & secundum hoc quod relinquit in subiecto, ex motu cuius est mensura, facit distare à principio, & corruptionis causa est. Omne enim à suis principiis constituentibus distans, in via corruptionis est. Corruptio naturale desiderium inclinatur ad supplendum indigentiam & ad necessaria retinenda, & per consequens quod retinenda non dentur: & hoc iuuat prodigis. Ætatem autem dicimus eam quæ cum defectu est. Puerilis enim ætas & iuuenilis quæ ad emitrendum incitant, non conuenit ei qui habet facultates ad vsum: propter quod in talibus pedagogi constituuntur. Sanabilis etiam ab egestate fere propter eandem causam. Superflua enim dario inducit egestatem: egestas autem inclinatur desiderium ad suppletionem indigentia: & per consequens ut ea non dentur, quæ opportune retineri possunt.

23. Prodigus non parum melior est avaro. 1. ratio.

Per

2. ratio.

Per has enim causas ad medium potest venire: eò quod prodigus habet multa communia cum liberali: & maximè in hoc quod secundum intentionem dat, & non accipit. Neutrum autem ut oportet nec bene facit: & idè siue per assuefactionem, siue per ætatem, siue per defectum, siue alia quæcumque causa transmutatus accipiat hoc quod est ut oportet dare & bene, proculdubio erit liberalis. Propter quod etiam neque prauis, neque mali esse videtur prodigi secundum morem. Præaus enim non communicatiuus est, sed in seipso priuare consistens. Malus autem propriè boni corruptiuus & iniurius. Horum neutrum facit prodigus. Illiberalis autem semper cogitat sui destinationem, & sollicitatur, quod prodigo nullo modo conuenit: superabundat enim datione, & de acceptione non multum sollicitatur. Non enim cogitat de acceptione nisi in quantum materia dationis est. Videtur tamen insipientis esse operatio prodigi: eò quod dat non secundum substantiarum facultatem. Insipientis enim est, ut in Almagesto dicit Prolemæus qui suipsius ignorat quantitatem siue facultatem. Secundum hunc igitur modum prodigus multum videtur melior esse illiberali.

3. ratio.

Ergo etiam illiberali videtur esse melior, non tantum propter ea quæ dicta sunt, sed etiam propter hoc quod prodigus multos amat & in multos signum amoris ostendit. Philantropia autem, hoc est, amor hominum, in bonis moribus commendatur. Illiberalis autem nullum amat, & in nullum signum amoris ostendit. Quomodo enim multos amaret, qui neque seipsum amat? Ex nimia enim parcitate nec ipse bonis suis fruitur, & sibi ipsi nihil boni facit. Et hæc quidem dicta de prodigo dicta sunt, qui in simplici malo prodigalitatè consistit, Sunt tamen prodigorum qui quemadmodum dictum est, & in datione & in acceptione superabundant: accipiunt enim vnde non oportet, & secundum hoc quodammodo illiberales sunt, quia cum illiberali conueniunt. Acceptiuus autem sunt vnde non oportet propter totam quidem intentionem velle consumere & dare: hoc autem, quia facile facere non possunt sine acceptione. Vnde vbi cumque acceptiuus sunt. Datinos & non acceptiuos citò & velociter derelinquunt substantiæ quæ facultatem tribuebant ad donandum: & idè coguntur prodigi tribuere tam ex eo quod est aliunde, quam de propriis possessionibus. Huius autem & alia causa est: prodigus enim secundum morem præaus est: & in quantum præaus est, nihil curæ habet de bono honestatis. Propter timorem igitur turpitudinis ab indecenti acceptione non abstinere: & idè prodigi vndique & indifferenter accipiunt: dare enim ex tota intentione concupiscunt. Qualiter autem & vnde dent, multum differt apud eos: quia facultatem aliquando non habent ex proprio: propter quod coguntur dare ab alieno & indecentes facere dationes.

Propter quod dationes prodigorum non sunt dationes liberalis. Dationes enim prodigi nec bene sunt nec boni gratia, neque sunt ut oportet, sed quando oportet indigere. Sicut

D. Alb. Mag. lib. 4. Ethic.

histriones vel adulatorès vel idiotas hòs dunt donis suis: cum tamen moderatis & honestis secundum mores nihil vtrique darent. Adulatoribus vel blanditoribus vel secundum aliquam aliam voluptatem sibi placentibus, sicut sunt lenones, multa tribuunt.

Propter quod & multi eorum qui prodigi sunt, intemperati sunt vel sunt. Qui enim facile confluunt sunt & dantes, facillimè in intemperantias consumptiuus sunt tam ex natura quam ex more. Ex natura quidem: quia emittere & dare secundum naturæ inclinationem causantur ex calido propellente & spiritu ad exteriora virtutem vehente, & humido membra exteriora laxante, & ventosa membra distendente: ex quibus eisdem causatur intemperantia circa voluptatem. Ex more autem: quia datiuus & consumptiuus in multis per amorem in multis applicabilis est, & per applicationem delectari quærit in aliis. Delectatio autem hæc secundum intemperantiam est: & sic prodigus efficitur intemperatus. Cuius tamen & alia causa est: quia scilicet prodigus non ad bonum honestum viuunt: & idè timor turpitudinis non eum retrahit: propter quod facilius ad voluptates intemperantium declinant qui prodigi sunt. Prodigus enim quidem facilius inducibilis ad quilibet inductas intemperantias transit. Totus enim in aliud vadit & se & suis: & idè inducibilis est ad omnia quæ volunt hi qui secum sunt. Secundum naturam enim mollis corde est. Molle autem est, quod cuiuslibet obedit tangenti.

Si autem prodigus studio potitur, proculdubio in medium veniet & in id quod oportet. Circa idem enim est circa quod liberalis & symbolum habet in ipso. Symbolum autem habentium facillima est transmutatio secundum naturam.

24. Prodigus cura adhibita ad medium deueniet.

CAPVT VIII.

De illiberalitate qua plus opponitur liberalitati quam prodigalitas.

Illiberalitas autem insanabilis est tam ætate, quam defectu, & etiam more. Ætate quidem & defectu: quia omnis senectus & hoc quod inclinatur desiderium ad indigentia suppletionem. Vnde illiberalitas magis conaturalis est hominibus, quam prodigalitas. Naturale enim est indigentia appetere suppletionem. Cuius signum est, quod multo plures sunt amatores pecuniarum: quod non esse posset, nisi appetitus impletionis indigentia ex communi natura quæ in omnibus est, omnes sequeretur. Quod autem naturale est, difficile transmutatur. Vnde Horarius, Naturam licet expellas furca, tamen usque recurret.

Illiberalitas autem in multum se extendit per hoc quod in multis est & multiformis. Multi enim modi videtur illiberalitatis esse. In duobus enim est, scilicet in defectu dationis, & superabundantia acceptionis. Nulli enim dat

25. Avaritia insanabilis est.

Avaritia plures habet modos.

& vnde cumque accipit, & in vtroque valde multos habet modos: & idè non omnibus integraduenit. Ita quod vnus & idem secundum omnes modos illiberalitatis illiberalis sit: sed quædoque diuiditur, ita quod quidam illiberalium in accipiendo superabundant, vnde cumque accipientes nihil cogitantes de datione. Et quidam in datione deficiunt, non ita curantes de acceptione. Omnes quidem enim qui à priuatione donationis nominantur, talibus appellationibus significant se dationes accipere: puta parci, tenaces, kimbiles. Omnes enim isti ipso nomine suo datione deficiunt. Aliena autem secundum suum nomen non appetunt, nec accipere volunt. Parci enim dicuntur qui in custodiendo, se à datione superabundant. Tenaces autem dicuntur à vix dando, & cum difficultate & tristitia: & illi sunt, qui retractis manibus dant, & non liberaliter manus extendunt in dando. Kimbiles autem qui vi mouentur ad dationem & parua computant: propter quod kimbi noxistæ, vocantur, quod sonat cymini venditores & computatores: eo quod genera cymini ad numerum computata potius vendant quam donent. Tales sunt & Ginifones & Symphi Græcè vocati. Ginifones enim parua expendunt. Symphi autem parua donant. Quod autem liberales taliter dicti, non acceptiui sint, licet multis de causis fiat, tamen frequentius fit propter duas. Quidam enim ipsorum non dare se dicunt propter reuerentiam & moderantiam timoris turpium, quæ incurrerent si datione superabundarent. Videtur enim dicere, quod sua diligenter custodiant & non dent, vt non aliquando dantes aliquid turpe cogantur operari in lucrando: & de numero horum est cymini venditor, & omnis talis qui paruissima conuertit in lucrum. Omnis autem taliter illiberalis dictus, nominatus est à superabundantia retentionis: ad quod consequens est nulli vti que dare.

Vide Erasmi adagia.

Quidam autè illiberalium rursus abstinēt ab acceptione alienorum, non quidem propter hoc quin acciperent, sed quia timorem habent: quia vident, quod non facile est secundum humanam communicationem accipere ea quæ sunt aliorum, & eundem sua non aliis communicare. Et idè placet eis neque dare, neque accipere, ne per acceptionem ab aliis ad dationem obligentur. Propter quod etiam quando dant, in ira dant, & cum distensione quasi angustia: & idè micrologi vocantur, hoc est, in paruis donis imperantes. Taliter igitur & talibus modis illiberales in defectu dationis dicti determinantur.

Quidam autem illiberalium rursus secundum acceptionem superabundant, vnde cum accipiendo, & omne quod ex quacumque causa accipi potest: puta illiberales qui in hoc illiberales dicuntur, quod penitus illiberales & inhonestas operationes propter lucrum sunt operantes, sicut est de meretricio vel circulatorum deceptione, & omnes tales. Similiter autem & vtrarij siue in paruo sine vtrarij, siue in multo, siue etiam parua in fortibus in multa commutent. Vtrarij enim damnificare vel opprimere proximum, liberalis animi non

est proprium. Omnes enim isti accipiunt vnde non oportet, lucrum præponentes animi liberalis honestati. In omnibus autem his vnum commune apparet, quod est finis voluntariorum, & hoc est turpis lucratio. Omnes enim isti gratia lucri & etiam parui lucri, opprobria sustinent, exprobrantium, lucrum timori turpitudinis præhonorantes, & idè illiberales sunt.

Eos autem qui magna accipiunt, vnde non oportet, neque quæ oportet violentias inferentes, non dicimus illiberales. Præui enim sunt illi, maiori prauitate, quam illeberalis sit. Puta tyrannos dicimus eos qui sunt ciuitates desolantes & sacra depradantes, & hos vel perniciosos, vel impios, vel iniustos. Perniciosos quidem in quantum nocui sunt, iniurias aliis inferentes. Impios autem, sicut benevolentia in deos & vnum bonum oblitos. Iniustos vero, in quantum lucra propria, damna faciunt aliorum. Illiberalis enim adhuc se non extendit ex paruitate cordis quod magna aggredi non audeat: eò quod virili animo destitutum est.

Aleator autem qui ab amicis lucrari quærit, quibus magis dari oportet: & mortuorum spoliator qui Græcè nigrocleptes vocatur à nigros, quod est mortuus, & clepto as, quod est furor furaris. Similiter & latro qui in paruo & in occulto furatur, qui Græcè microcleptes, hoc est, parui fures vocantur. Latine verò fures dicuntur: fur enim est, qui in furno, hoc est, in nigro rem contrahat alienam inuito domino. Tales & omnes similes de numero illiberalium sunt. Aleator quidem qui ab his quibus dare oportebat, lucrari quærit. Nigrocleptes verò qui destituti & inuiritis animi est, lucrum quærere de spolio mortuorum. Similiter & fur destituti animi est, in furno ex alieno quærere lucrum. Dicitur enim in precedentibus, quantum illiberalitas inuiritis est. Omnes autem isti turpes lucratores sunt: lucri enim gratia negotiantur & opprobria sustinent: & quidem illorum maxima pericula subeunt lucri gratia, sicut fures & spoliatores mortuorum qui vitam ponunt in periculo. Quidam autem eorum, sicut aleatores, & circulatorum, & in aliis ludis lucrum quærentes, ab amicis lucrantur quibus dare oportebat: vtrique tamen istorum in hoc conueniunt, quod turpes lucratores sunt, lucrari volentes vnde non oportet. Omnes enim tales sumptiones illiberales sunt. Quæ autem differentia horum sit, & vtrum in his transferatur vel non transferatur dominium, non est præsentis intentionis determinare. Hoc enim pertinet ad legem positum.

Ex omnibus igitur quæ dicta sunt, patet quod illiberalitas liberalitati magis est contraria, quam prodigalitas: eò quod in pluribus conuenit prodigus cum liberali, quam illiberali. Patet etiam, quod illiberalitas magis malum est, quam prodigalitas: eò quod vnus est sanabilis. Et quod homines magis & frequentius peccant secundum illiberalitatem, quam secundum prodigalitatem. De liberalitate quidem igitur & oppositis vitiis tanta dicta sunt,

CAPVT

CAPVT IX.

Quod consequens de magnificentia tractare, & quid sit magnificentia.

28. De magnificentia consequenter videtur aliquid dicendum.

Videbitur autem vti que consequens esse etiam de magnificentia pertransire. In omni enim ista doctrina potius figuralis transitus, quam subtilis pertractatio veritatis. Consequens autem est idè: quia etiam magnificentia, sicut liberalitas videtur esse circa pecunias quædam virtus ordinatiua passionum & operationum. Passionum quidem, sicut cupiditatis, & delectationum, & tristitiarum. Operationum verò, sicut sumptuum, & donationum. Circa pecunias igitur est, non quemadmodum liberalitas quæ se extendit circa omnes quæ sunt in pecuniis operationes indifferenter. Sed magnificentia est: solum circa sumptuosas pecunias in sumptibus & donationibus.

29. Magnificentiæ superat liberalitatem magnitudinem.

In his enim superexcellit liberalitatem, magnitudine sumptuum & donationum, quemadmodum nomen ipsius significat. In Græco enim quod nos magnificentiam diximus, megaloprepia vocatur, quod sonat magnorum versio. Magnificens enim semper magna versat in corde, ad sumptum & donationes pertinentia: vnde magnificentia siue megaloprepia, decens sumptuositas est in magnitudine & solennitate negotiorum & eorum à quibus vel circa quos aguntur negotia.

Et quamuis ex dictis videatur, quod magnificentia quædam sit liberalitas, & quod ex additione se habeat ad liberalitatem: tamen sciendum est, quod magnificentia secundum suam substantiam & diffinitionem in toto differt à liberalitate. Omnia enim huiusmodi quæ in actibus, passionibus, & habitibus animæ determinantur, finibus differunt secundum quod sunt fines voluntatis. Aliud autem mouet in magnifico, & aliud in liberali. In liberali enim non mouet nisi gratuita communicatio suorum. In magnifico autem non, sed potius magnum decens expendentem & cum circa quem sit expensam.

Magnificentiæ liberalitas differunt.

Adhuc autem etiam in republica quædam sunt publica, & quædam priuata. Inter priuata autem quædam omnia sunt priuata, & quædam ita priuata, quod habent modum publicorum. Publica sunt, sicut naualis belli ordinatio, exercitus expeditio, legatorum missio, & huiusmodi quæ nullam priuatam tangunt personam, sed potius orbis vel prouinciæ statum tangunt & honorem & decentiam. Priuata autem per modum publicorum sunt, quæ licet ab vno homine inchoent, tamen ad ciuitatis tendunt constructionem, sicut est celebratio nuptiarum, vel solennitas quæ fit in militia filiorum, & in celebratione festorum quæ tota celebrat ciuitas, sicut sunt natales regum, & adiutoria manifesta deorum qui in festis apparent in totius patriæ liberationem. In quibus donata donari consueuerunt, &

preparationes in cibis fieri, & solennitas in vestibus & signis lætitarum: & in talibus ad sumptus non sufficit liberalitas & difficile & bonum: quod est enim in talibus, non est communicatio gratuita, sed potius decens magnitudinem facientis & negotij, & eius circa quid fit, siue igitur negotium in expensis & datione.

Adhuc autem non eiusdem moris sunt. Non enim vnum sequitur ad alterum. Non enim bene se habens in communicatione iuorū, necessarium bene se habet in directione magnorum in expensis & datione, nec è conuerso. Propter quod patet, quod liberalitas nec principium magnificentia est, nec aliquid illius. Sed hoc verum est, quod in expendendo & dando magnificus modum quendam habet liberalitatis in hoc solum, quod non retracta manu, sed libera & extenta expedire donat.

Quod autem circa tale magnum quale dictum est magnificentia sit, ex hoc patet, quod quamuis magnitudo secundum quod in quantitate & qualitate est, absolutum quid sit: tamen secundum quod hic loquimur de ea, magnitudo ad aliquid est. Decens enim in expensis & datione sine comparatione accipi non potest. Nec idem est decens in omnibus, sed quod decet hunc, non decet alium. Non enim idem est sumptus decens triarcham, hoc est, principem naualis belli, qui multis eget sumptibus, vel architeorum, hoc est, principem legatorum, qui videt quæ honesta sunt legationi, qui paucioribus indiget quam triarcha. Decens itaque in proportionem accipitur, scilicet ad ipsum qui facit, & ad negotium in quo facit, & ad res vel personas circa quas facit expensas vel donationes. Non enim dicitur magnificus, qui in paruis negotiis vel rebus vel moderatis expendit secundum dignitatem quantum oportet, etiam si talis toties expendendo tantum valeat expensum, quantum valet quod magnificus expendit. Si verbi gratia circa centum parua vel moderata pro quolibet marcham expendendo centum expendar marchas, quæ magnificus in vno magno negotio expendit. Propter quod patet, quod magnificentia non est multæ liberalitatis, nec ex multis liberalitatibus consequens. Magnificus enim quantum ad modum liberalis est: liberalis autem non est magnificus, etiam si magis & magis fiat liberalis. Liberalis enim non dicitur nisi liberè emittendo: & hoc habet magnificus in modo, & non in substantia.

Talis autem habitus qui magnificentia vocatur, defectus qui diminutione peccat, vocatur paruificentia. Superabundantia autem in excellentia peccans vocatur banauisia & apetrocalia: quorum nominum supra in secundo meminimus rationem. Talia enim & quæcumque tales nominant habitus non superabundantes magnificentiam quantitate sumptuum & donationum vel magnitudine circa quæ oportet: sed in hoc superant, quod cum magnificus faciat magna in quibus oportet, & non faciat in quibus non oportet, isti præclare expendant & donant in quibus non oportet, & vt non oportet. Cum igitur opposi-

30. Sumptus decens attendi debet & ad ipsum qui facit, & in quo & circa qua sit.

31. Magnificentiæ defectus & exuperatio quomodo appellantur.

O 4 ta

ta nata sunt fieri circa idem, & defectus & abundantia sint circa donationes & sumptus, parer quod magnificentia quæ medieta est, circa eadem erit. Posterius autem de vnoquoque dicemus.

CAPVT X.

De proprietatibus magnifici.

32. Magnificus scienti similis est.

Magnificus igitur scienti assimilatur plus quam sapienti vel pruderi. Sapiens enim causas altissimas considerat: prodens autem eligibilia ad vitæ conuersationem: & neuter ad comparationem vel commensurationem diuersorum adinuenit attendit. Scienti autem per mentem quæ à metioris, deriuatur, propositiones considerat adinuenit. Quia scientia est habitus ex propositione principiorum acceptus, & consistit in commensuratione trium ad debitum modum. Mensurat enim magnitudinem facientis benefactum, & negotij in quo vel à quo expediendo fit benefactum, & res vel personas circa quas expenditur. Et idè à paruo homine magnæ impense factæ non sunt magnificentia, sicut nec è conuerso parua à magno facta. Iterum magnum negotium factum à magno vel paruo per paruas expensas, non est magnificentia. Et similiter si deficiat in termino, scilicet quod magna fiant circa paruas personas, non habet magnificentia rationem. Quod enim decenter magnum in sumptibus, commensurari debet magnitudini facientis, & facti, & eius circa quem fit: hæc tria referri ad modum, scilicet quod in gloria fiat excellentia, ita quod in nulla parte sui sustineat minorationem: & in hac mensura decentia magnitudinis, scienti magnificus assimilatur. Magnificus enim ex facultate habitus sui potest speculari decens dicto modo, & prudenter magna expendere. Prudenter, inquam, secundum quod prouidentia prudentiæ pars est quæ prouidet in singulis quæ oportet.

33. Magnifici virtutis magni sunt ex decet.

Quod autem hoc verum sit, ex hoc probatur: quia habitus virtutum moralium determinantur & diffiniuntur operationibus quas eliciunt, & his quorum sicut obiectorum sunt operationes, quemadmodum & in principio diximus in secundo, ubi de moralibus virtutibus tractare incepimus. Obiecta autem à se inferunt passiones. Passiones autem incitant ad operationes. Habitus verò virtutum passiones ordinant & perficiunt operationes. Magnifici itaque sumptus magni & decentes sunt ad ipsum: & talia in magnitudine & decentia sunt etiam opera ipsius quæ facit, & negotia quæ dirigit. Sic enim erit magnus & decens sumptus commensuratus operi. Propter quod oportet, quod opus magnifici dignum sit sumptu ipsius, & sumptus dignus opere. Quod tantus scilicet sit, quantum decet opus, & superabundet, ne in aliqua parte sui minorationem sustineant, & quod hæc ad ipsum magnificum referuntur in omni decentia. Quamuis autem magnificentia scientia commensu-

rationis sit, non tamen est intellectualis virtus: quia perfectiuium eius est ex parte appetitus: & passio circa quam est, passio appetitus est, & operatio circa ea quæ vt bona & non vt vera accipiuntur. Et quamuis magnifica propter sui magnitudinem necesse sit raro fieri, tamen magnificentia consuetudinalis virtus est. Consuetudo enim quæ inducit virtutem vel vitium, non tam consistit in exterioribus actibus, quam in interiori refectione & ordinatione passionum: quæ quilibet in se penitus teiterat, quamuis in exterioribus raro agat. Sic igitur erit mensuratiuus magnificus.

Amplius autem talia qualia dicta sunt in sumptibus & donatione & decentia magna: magnificus consumit si re expendit boni gratia, & non alicuius adiuncti gratia, siue per modum utilitatis, vel per bonum delectabilis adiungatur. Non enim querit adlicitum, sed ipsum bonum virtutis, gratia cuius facit. Bonum enim virtutis, & expendit & propter se. Diximus enim in primo libro, quod Delia:ca inscriptio in hoc falsa fuit, quod adiunctum & non essentialem virtuti & felicitati posuit delectationem. Magnificus enim boni gratia facit quod facit. Omnibus enim virtutibus commune est hoc gratia boni & non gratia alterius facere quod faciunt.

34. Magnificus honestatis causa magnos facit sumptus.

Adhuc autem magnificus delectabiliter facit sumptus & donationes. Referens enim damnum ad finem boni virtutis, etiam ipsum damnum delectabile fit quod ipso bono virtutis recompenatur: & idè in omni dato hilarem facit vultum, delectationem animi prætendens. Adhuc autem magnificus emissiuè facit sumptus & donationes, quod plus est quam liberaliter facere: quia liberè facit, qui non retracta manu facit, quam nulla cupiditas ligat vel impedit. Emissiuè autem facit, qui super hoc conatum habet & impetum quandam voluntatis, vt vltra exhibeat quod decet secundum honestatis rationem. Propter quod non est diligens in ratiociniis expensarum. Diligens enim comparatio paruifica est & paruifici propria. Cupiditatem enim significat ad retinendum aliquid si fieri possit. Adhuc autem magnificus magis attendit qualiter id quod fit ab ipso, opportunum sit & decentissimum secundum honestatis rationem, quam quanto pretio fiat, vel sumptu, vel qualiter minimo pretio, vel minori possit fieri: ed quod ad decens in magno respicit & non ad sumptuum quantitatem nisi secundario: inquam scilicet ad decens & magnum referuntur.

35. Eosdem sumptus facit est voluptate.

CAPVT XI.

De comparatione magnificentia ad liberalitatem.

EX his autem quæ dicta sunt, manifestum est, quod magnificum necesse est liberalem esse quantum ad modum, scilicet quod emissiuus est in expensis & donis: etenim liberalis expendit quæ oportet, & vt oportet. In his autem decens & magnum considerare & intendere

36. Magnificum necesse est liberalem esse.

intendete proprium est magnifici: & hoc est quod vocatur magnitudo.

37. Ab aequali sumptu magnificentiis facit opus.

Et liberalitate quidem existente circa hæc in communi magnificus facit magis magnificum opus quod fieri potest à tali sumptu qui est æqualis operi secundum proportionem. Si enim sumptus sit ex auro, magnificentius opus faciet, quam si sit ex argento. Sicut dicitur, quod Pericles magnificentissime quidem fecit Iouem olympium ex sumptu dato: qui tamen pretiosior fuisse ex auro præclarior præparatus si margaritis fuisse circumpositus: sed ex dato sumptu magnificentius præparari non poterat: & sicut est in arte, sic est in virtute morali, non quod virtus arte certior est. Magnificus igitur ab æquali sumptu semper facit decens magnificum: & sic opus eius semper est in virtute & vltimo sui secundum rationem honestatis. Ad hoc autem intelligendum oportet scire, quod non est eadem virtus possessionis, & operis. Possessionem enim vocamus vnde accipiuntur sumptus vel donationes. Opus autem factum vel negotium quod perficere vel dirigere intendit magnificus. Possessionis quidem virtus est, siue vltimum in hoc attenditur, quod illud dicitur esse vltimum in pretiositate, quod plurimo pretio est dignum, seu etiam illud quod honoratissimum est secundum nobilitatem naturæ: puta aurum quod & pretio & nobilitate alia excellit, ex quibus sumuntur sumptus & donationes. Operis autem virtus siue vltimum est, quod opus perfectum siue negotium magnum sit ad magnos relatum & in magnis rebus, & sic bonum secundum omnem honestatis rationem: & idè magnificus speculatione mirabilis est: quia & quodlibet illorum alij commensurat vt ad pretiosissima copias auri impendat, & ad alia proportionaliter speculata virtute operis & possessione. Magnificam enim semper vult esse mirabile, & magnifici operis virtus est, magnificentia quidem operis in magnitudine sumptuum & sumptus facientis speculata.

38. In magnificis sumptibus ad agendam re speciem habendus est.

De numero autem sumptuum talium sunt quidam, qualia dicimus honorabilia in operibus, sicut dicimus dona reposita apud deos per oblationes. Diis enim immortalibus, quia honorabilissimi sunt, parua & ignobilia non decet offerri. Et sicut sunt preparationes conuuiuorum & cænarum in festis deorum & natalibus regum, in quibus excellenter præparandum est: & sicut sunt sacrificia quæ de melioribus fieri oportet. Similiter autem est circa omne quod diuinum est: in quibus propter honorem diuinitatis nihil paruificum debet apparere. Similiter autem magnifica sunt quæcunque ad aliquid ciuitatis vel prouinciæ referuntur, vel personas quæ præstant conciuibus, sicut reges, & duces, prætores, & consules. Puta si talibus aliquid conuenit clarigiri, oportet magnificum tale facere præclare, vt scilicet claritate eminente præfulgeat. Adhuc autem si oportet tibi æris esse principem, vel gymnasiis præesse, vel palæstram ordinare. In omnibus enim his præclare in sumptibus & donationibus habebit se magnificus. Adhuc si totam ciuitatem vel prouinciã

contenit conuiuare propter gaudium aliquod vel honorem vel fortunam quæ ciuitati vel prouinciæ accidunt, in his præclarissime habebit se magnificus, nullos reputans sumptus, dummodo claritatem attingat. In omnibus autem his, quemadmodum dictum est, & ad operantem referatur, scilicet quis est, & quantæ dignitatis, & quantum siue quantarum facultatum sit siue possessionum. Oportet enim his esse digna quæ facit magnificus: & oportet, quod non solum deceant sumptus opus, sed etiam facientem.

Propter quod inops vtique non erit magnificus in actu & opere: quamuis habitum habere fortè possit in perfectione voluntatis. Facultates enim non sunt inopi à quibus multa & magna consumat decenter. Et si inops talia attentat, insipiens est. Attentat enim hoc quod est præter facultatum suarum dignitatem, & præter opportunum. Quod autem est insipientis non est secundum virtutem. Secundum virtutem enim semper rectè fit quod fit.

39. Pauperi non incumbit esse magnificum.

CAPVT XII.

De condecorantibus magnificentiam.

Quibus autem talia ex quibus possunt esse magnifici, existunt, vel etiam præexistunt, vel per se ipsos, quia scilicet talia propria industria adepti sunt, vel progenitores hæc hereditauerunt, vel per alios per quos ad ipsos per alios transeunt, siue per adoptionem vel principum donationes: omnes tales si debeant esse magnifici, decet esse nobiles & gloriosos, & quæcumque talia sunt ad gloriam pertinentia, sicut est decor vestium, & splendor mælarum, aurea vasa maglysi specie, & huiusmodi aliis. Omnia enim hæc magnitudinem quandam habent gloriæ & dignitatem. Magnificus igitur est maximè circa talia: quia in talibus sumptibus magnificentia est, quemadmodum dictum est. Talia enim in sumptibus maxima sunt & honorabilissima.

40. Quos decet esse magnificos.

Circa propria autem non multum est magnificus, nisi modum habeant publicorum, quemadmodum in antehabitis diximus. Et talia sunt quæcumque in semel fiunt vel raro: puta nuptiæ, & si quid tale, & si circa aliquid tota studet ciuitas, vel si non tota, tamen qui in dignitatibus sunt, student circa illud vt solemniter fiat, ita quod vnusquisque studet per se. In talibus enim magnificus magnificè se habebit. Tale etiam est de peregrinis siue hospitibus suscipiendis, in his magnificè se habebit secundum dignitatem susceptorum. Sic etiam habebit se in susceptionibus omnibus legatorum, & similiter circa missiones si mitti debeant legati, & similiter circa donationes & retributiones. Ad omnia enim talia magnificè se habebit in sumptibus & decenter & præclare. In propriis autem quæ non habent modum publicorum, magnificè expendere, potius erit prodigi vel intemperari. Magnificus enim in seipsum non est sumptuosus, sed in

41. In rebus priuatis qualiter expedit esse magnificum.

in communia, vel in ea quæ communium habent modum. In donis tamen maximè magnificus est: quia dona aliquid simile habent donis Deo sacratis: & idè venerabilia in admirando debent esse sicut Deus: alioquin decencia non sunt.

42. *Magnifici est habere domū suam preparare decenter ad mensuram diuitiarum, ex quibus magnificus est. Hic enim ornatus quidam est magnificentiam condecorans. Adhuc autem magnifici in habitatione propriam magis sumptus est facere circa talia opera quæcumque diuturna & quasi perpetua sunt, quam circa alia. Talia enim ædificia optima sunt.*

43. *Amplius magnifici est in sigulis operibus decens facere in sumptibus. Non enim idem congruit diis & hominibus; tam in sumptibus, quam in donis, quam in operibus. Nec idem congruit in templo, & in sepulchro. Templo enim congruit aurum: solemnia autem laxa sufficiunt sepulchro. Magnificus igitur in sumptibus considerat, quod vnumquodque operum suorum magnum sit, vel secundum naturam sui generis, vel in magnificentissimo quidem hoc simpliciter magnanimum est, quod in quolibet magno magnum est & excellens. Hoc autem ut nunc & hic magnum est, quod in his sumptibus vel donationibus magnum est, & non simpliciter. Et magnum in opere magnifici differt à magno quod est in sumptu, quando magnum in opere accipitur in genere, & non simpliciter. Sphæra enim vel lecythus pulcherrima ad artem decentissima præparata, magnificentiam habent puerilis domi: quia puero nihil decentius dari potest: & tamen pretium eius paruum est & illibera le. Sphæram autem dicimus trochum. Lecythum autem dicimus ab ælyon Græco quod est oleum: & verbo Græco quod est conco, quod est abscondo: & inde componitur lecythus, omiſſa prima litera causa euphonia: & est vasculum in quo aliquis humor absconditur. Propter quod magnifici est considerare in quo genere faciat opus: & in illo genere facere magnificè, & tale quod in illo genere facile non sit superabile ab aliquo: & quod debet, & quod sumptus habeat operi in illo genere secundum dignitatem respondentem: unde forte nobili puero magnificum trochum dabis aureum vel auratum, & lecythum secundum suum genus pretiosum. Talis quidem igitur secundum omnia prædicta est magnificus.*

CAPVT XIII.

De oppositis malis magnificentiæ.

44. *SUPERABUNDANS autem qui banausus dicitur; non superabundat in quantitate sum-*

ptuum vel donationum: sed in hoc superabundat, quod consumit in hoc præter quod oportet, quemadmodum dictum est. In his enim in quibus parui sumptus requiruntur, multa consumit & resplendere querit, vel facit præter partem. In turpi enim nulla pars est splendoris, vel honoris: puta etiam histriones nuptialiter cibans, & comædis qui in congregationibus rusticorum cantant & recitant facta hominum, & paruo digni sunt, multa tribuer, & in transitu communi purpuram inferens ad viæ decorem, quæ in transiibus regum inferri consuevit. Super comædos enim cortina de pellibus consuevit expandi, non purpura. Iste autem expandit purpuram, quemadmodum Megarenſes. Dicit enim Mitalus poëta in Tyranopeis suis carminibus. Dure audis aracleys, hoc est ter conuitium impudicum & Megaricam & valde frigidum rides, videns pueros. Voluit autem dicere, quod Megarenſes detractiones patiuntur: quia comædjas custodiunt & defendunt. De Megara enim ciuitate fuerunt, qui comædiam inuenerunt, quorum princeps fuit Deufarrius Megarenſis. Deridentur autem ut onerosi & frigidi, & puerilia videntes & recitantes, & purpura videntes in transitu comædjarum. Vnde etiam Aristophanes conuitians eis, dicit, quod risu dignus est, qui à Megaris aduocatur. Sed & Fanthides antiquissimus antiquorum poëtarum despiciens tales dicit, Megaricæ comædiæ cantum tranſeo. Verebar enim poëma Megaricum facere. Ex omnibus enim his ostenditur, quod Megarenſes comædiarum sunt inuectores. Omnia autem talia facit banausus non boni gratia, sed potius diuitias indecenter ostentans, & propter hoc existimans admirabilis esse: & ubi oporteret multa contumere, pauca consumet: & è contra ubi pauca deberet consumere, multa consumet. Paruificus autem qui banauso contrarius, circa omnia prædicta deficit. Maxima enim consumens aliquando in paruo quod retinere querit, totum bonum quod fecerat, perdit: & quodcumque bonum facit ad sumptus vel donationes pertinens, tardans facit & procrastinans. Semper enim intendit qualiter minimum quod potest, expendat, & expensas facit tristatus, semper existimat se maiora facere, quam oportet secundum naturam negotij in quo expensas facit. Habitus igitur banausia & paruificentia sunt malitiæ: sed non magnum opprobrium inferunt ab hominibus; propter hoc quod non sunt nociui proximo. Banausus enim multis prodest. Paruificus autem suis parcens, nulli iniuriam inferens. Isti etiam habitus non valde turpes sunt: ed quod banausus magnifico similis est in multis. Paruificus autem propter naturale desiderium retinendi ea quæ ordinantur ad sustentationem vitæ, excusatur.

magnificentiæ opposita, quæ tamen suis authoribus non multum probra assentunt.

Comædiæ inuectores.

magnanimitas.



TRACTATUS II.

De virtutibus adiunctis perscientibus irascibilem.

CAPVT I.

Circa quid sit magnanimitas, & qualiter sit virtus adiuncta.

POST hoc de magnanimitate est agendum. Quamuis enim inter principales & cardinales virtutes fortitudo quæ est in irascibili, prima virtutum sit: ed quod principalis aliis obtinet nomen virtutis, cum sit circa difficillimum & optimum: tamen inter adiunctas istæ quæ sunt in concupiscibili, priores sunt eis quæ sunt in irascibili. Magis enim circa difficile & bonum est magnificentia quam magnanimitas, & magis propinquè felicitati ordinatur: ed quod instrumentaliter deseruit ad omnia quæ felicitatis sunt: & hoc etiam quodammodo facit liberalitas. Magnanimitas autem & cæteræ adiunctæ consistunt circa bonum quod est minus bonum, & non circa bonum communitatis: & idè consequenter sunt ordinandæ: inter alias autem de magnanimitate primo.

45. *Magnanimitas autem circa magna quidem consistit, sicut videtur ex ipso nomine. Magnanimitas enim magnum aliquid ambiens, minimum est. Accipiamus ergo primum circa qualia magnanimitas sit. Oportet enim nos operationes ex his circa quæ sunt, cognoscere, & consequenter per operationes notitiam habituum accipere: & in hac consideratione nec differt intendere habitum ipsum virtutis, vel eum intendere qui secundum habitum dispositus est. Siue enim loquamur de magnanimitate, siue de magnanimo, vna ratio semper erit incipiendi de obiectis quæ principia sunt operationum. Magnanimitas enim esse videtur, qui seipsum cū magnis dignificat, dignus existens magnis, hoc est, qui seipsum dignè tenet, cum secundum veritatem ex virtute dignus sit, & à dignitate propria nullo modo defleat ad aliquid indignum sibi. Qui enim non secundum dignitatem magnis se dignificat, insipientis est. Eorum autem qui secundum virtutem dispositi sunt, nullus est insipientis. Insipientem autem vocat Prolemæus, qui sui ipsius ignorat quantitatem. Et per hunc modum sapiens est, qui seipsum in libra rationis ponit, & tantis se dignificat, quantis valere potest. Insipientiam autem talem nullus patitur eorum qui sunt secundum virtutem: ed quod omnis virtus siue sit in ratione, siue participante qualiter ra-*

tionem, secundum ordinem rectæ electionis perficitur. Recta autem electio non est sine actu rectæ rationis. Utens autem recta ratione, secundum actum sapiens est. Magnanimitas quidem igitur est, qui se magnis dignificat dignus existens.

Qui enim paruis dignus est, & dignificat seipsum, non dicitur magnanimitas proprie, sed potius modestus, vel fortè temperatus, non ab actu temperantiæ virtutis, sed potius à temperamento rationis, quo se in æquilibrio ponit: & tantis se dignificat, quantis secundum merita est dignus. Sicut enim magnum magna decent, sic mediocrè mediocria & paruum parua. Virtus tamen ad maximum determinatur: ed quod circa illud est difficile & bonum. In aliis autem modestia siue temperantia secundum dignificationem sui ipsius, potius est dispositio virtutis, quam virtus: ex quibus scilicet dispositionibus, ut dicit Auer, potius civilis efficitur, quam perfectus secundum virtutem. Civilem autem vocat præparatum & dispositum ad hoc quod subiectum virtutis esse possit: & ille est, qui in meritis sui ipsius optime scit quantitatem. Rusticus autem siue idiota nec rationem meriti scit, nec quantitatem sui secundum meritum: & idè ille incivilis est, nec bonus, nec malus existens: & si bonus aliquando dicatur, non à dispositione virtutis dicitur bonus, sed ab utilitate ad glebam pertinente vel ad aliquod opus mechanicum.

Paret igitur, quod in magnitudine quadam est magnanimitas & ad magnum determinatur, quemadmodum determinatur magnitudo quæ dicitur esse formositas in magno & perfecto corpore. Parui autem corpore, vel formosi vel commensurati possunt dici. Pulchri autem non dicuntur proprie. Hoc autem magis proprium est secundum Græcum idioma. Quamuis enim callos in Græco multipliciter dicatur, tamen proprie & striè accipiendo dignificationem nominis, non significat omnem decorem corporis callos, sed proprie illum qui est in magno corpore. Significat enim callos commensurationem dissimilium partium in nobis, quæ similibus partibus sunt posteriores. Primæ enim partes constituentes corpus, sunt partes consimiles: & in illis est fortitudo corporis. Posteriores autem sunt dissimiles, in quibus est proprie pulchritudo. Vnaquæque enim dissimilium partium ex pluribus similibus componitur, sicut facies ex carnis & ossibus & nervis: vnde in figura & compositione & quantitate & commensuratione dissimilium partium adinuenitur proprie pulchritudo.

Modestus.

Civilis.

Pulchritudo.

pulchritudo consistit. Vnde in topic. Arist. dicit, quod pulchritudo elegans est commensuratio partium. Quia vero commensuratio talis non est nisi quando membra debitam attingunt quantitatem: debitam autem quantitatem non attingunt nisi attingendo terminum secundum sui naturam perfectum, qui terminus non attingitur à parvis, sed ab his qui non monstruosè, sed secundum naturam magni effecti sint: idè pulchritudo propriè non est nisi formositas in magno & perfecto corpore. Parvi autem quantitatem debitam in membris non attingentes, Græcè vocantur astepoi, quod multas habet significationes. Significat enim aliquando virilem, aliquando civilem, aliquando faciendum, aliquando gratum, aliquando decorem facie: & sic hos dicimus, qui parvi formosi, vel commensurati communi ratione dicuntur, vel decori facie. Propriè autem non dicuntur pulchri. Et secundum eundem modum dignificantes se parvis, cum parvis digni sint vel mediocribus, & generaliter loquendo secundum æquilibrium suorum meritorum se dignificantes, decentes homines & civiles sunt. Magnanimi autem non sunt. Magnanimus enim dignificat se magnis, quæ secundum sui naturam maxima sunt inter ea quæ meritis virtutum consueverunt attribui pro præmio.

47. *Chaymus, siue lentus.* Quod autem circa talia sit, ex oppositis vitis patet. Qui enim magnis seipsum dignum facit, cum indignus sit, chaymus vocatur, quem Latine fastuosum possumus appellare. Sicut quidam de quibus dicit Seneca, quod honores sibi fecerunt diuinos impendi, cum omni virtute destituti essent. Et quamvis talis dicatur chaymus, tamen non sequitur, quod omnis ille sit chaymus, qui maioribus dignificat se quam sit dignus, propter tres rationes. Quarum prima est: quia qui maioribus se dignificat quam dignus sit, aliquid dignitatis habet. Chaymus autem nihil. Secunda est: quia qui maioribus se dignificat, videtur hoc non propter factum facere, sed potius fingere ut aliquid aliud consequatur. Chaymus autem ex solo fastu facit quod facit. Tertia ratio est: quia potest esse in gradu dignitatis, propter quem honor ei debetur: quamvis non habeat sufficiens meritum virtutis: & tunc propter gradum in quo est, dignificat se maioribus quam dignus sit secundum virtutem: & tamen non est chaymus. Chaymus enim ad dignificandum se magnis, non mouet nisi fastus. Oppositus autem illi est pusillanimis à pusillo animo dictus: eò quod semper se minoribus dignificat quam dignus sit. Siue autem aliquis magnis siue moderatis siue parvis dignus sit, & tamen minoribus se dignificet, pusillanimis vocatur communi nomine. Propriè tamen & maxime ille pusillanimis est, qui cum videatur magnis dignus, parvissime se dignificat. Quid enim faceret talis nisi magnis dignus esset? Omnino se deiiceret & annihilaret.

CAPVT II.

Qualiter magnanimitas sit virtus, & quid sit illud magnum circa quod est.

Sunt autem quidam magnanimitati detrahentes, dicentes virtutem virtuti non esse contrariam. Humilitatem autem virtutem esse, quam Stoici diffiniunt sensum esse proprium vacuitatis, & actum eius esse dicunt non alta sapere, sed humilibus consentire. Proprium autem humilis esse dicunt etiam seipsum abiicere, & velle se vilem prædicari, & in hoc solo esse superbum, quod laudes dignificantium se contemnit. Horum autem omnia opposita habet magnanimitas, & sic videtur non pertinere ad bonum moris. Addunt etiam, quod duo genera in vno genere moris non sunt: quinimo si vnum est in genere boni, alterum est in genere mali. Contraria autem dicimus quæ secundum rationem honesti sunt contraria. Atque autem & magnis se dignificare, contrarium est ei quod est abiicere, & nullo dignum reputare. Si igitur hoc est honestum, oportet quod magnis se dignificare sit inhonestum. Inhonestum autem nec virtus est, nec opus virtutis.

Quod magnanimitas vs sit virtus. Obiectio 1.

Obiectio 2.

Alij sunt qui magnanimitatē virtutem non esse contendunt: eò quod dicunt eam non esse circa difficile & bonum quod in ipso operante sit. Circa honorem enim dicitur esse. Honor autem sicut in primo huius scientiæ libro diximus, in alio est, scilicet in honorante. Addunt etiam, quod honor præmium est communiter omnis virtutis. Si ergo magnanimitas circa honorem est, videtur non esse separata virtus, sed communiter omnis virtus esse: quælibet enim virtus dignificatio est honoris.

Responsio.

Ad hæc autem autem & similia non est difficile respondere. Nihil enim contrarietatis habet, quod homo qui ex contrariis compositus est, etiam secundum naturam humilietur ex vno, & dignificetur ex altero: propter quod Plato dixit, quod homo & maximum & infimorum dignus est. Maximum quidem secundum moralem intellectum, infimorum autem secundum corporis mortalia principia: ita quod etiam homo secundum merita intellectus sedes accipit post mortem propriæ dignitatis. Vnde etiam Stoici quorum princeps fuit Socr. dixerunt, quod virtutes quæ sunt deorum dona, oporteret homines in se recognoscere, & ex eisdem dignè viuere. Humilitati ergo quæ ex propriis deiicitur, non contrariatur magnanimitas quæ ex aliis, scilicet deorum donis, vel consuetudine acquisitis, non quidem supra se eleuatur, sed magis se dignificat cognoscens in se virtutem & virtutem merito digniorem esse quam aliquid quod attribui potest extrinsecus. Ad talia enim contendere est immobilem esse & constantem in virtutis dignitate.

Honor quomodo est in honorante.

Quod autem dicunt, honorem in alio esse, ridiculosum est: quia licet honor in honorante

norante secundum honorationis exhibitionem, tamen in virtuoso est secundum reuerentiæ & honorationis attributionem: & hoc intelligitur quando dicitur, quod dignificat se dignis, hoc est, quod digni sibi honores secundum merita attribuuntur. Nec honor sic meritum est omnis virtutis quod in se non sit quoddam bonum diffinitione & substantia à virtutibus speratum: & secundum hoc inter fines conuersationis humanæ honor potissimus finis est optimus, & quem propter se maxime desideramus, difficile est propter se obtinere ut oportet. Oportet igitur virtutem esse, quæ perficiat ad hoc bonum obtinendum: & hoc erit præcipue circa difficile & bonum. Similiter autem magnitudo virtutis duplex est. Vna enim habet virtutis magnitudinem in quantum est virtus: & hæc est magnitudo potestatis ad actum, secundum quem modum etiã ipsa virtus per hoc quod est vltimum potestatis, virtus vocatur. Aliam autem habet ex quantitate boni honesti, quod est in ipsa: & ex illa habet quod & habentem & opus eius dignum facit maximo: quæ dignitas quamuis secundum esse sit in qualibet virtute, tamen secundum sui substantiam & rationem speciale bonum est, sine quo homo perfectus non est: & cum sicut dicit Arist. in 7. physic. virtus sit dispositio perfecti ad optimum, oportet circa hoc virtutem speciale esse: & hæc est magnanimitas.

Magnitudo virtutis est duplex.

48. Magnanimus enim magnitudine quidem est extremus. In modo autem circumstantiarum, in eo scilicet quod ut oportet se dignificat, est medius. Si autem magnitudine extremus est: extremum autem in magnitudine non est nisi maximum, oportet quod magnanimus circa maximum sit. Maximum autem dicimus, quod dignitate maximum est. Circumstantiis autem medius est, in eo scilicet quod secundum dignitatem se dignificat ut oportet. Chaymus autem & pusillanimis abundat & deficiunt. Si autem magnanimus magnis se dignificat dignus existens, maxime dignificabit se maximis & sibi dignissimis.

49. Maximum autem & dignissimum in vno est aliquo: magnanimus ergo erit circa vnum aliquid quod maximum & dignissimum est secundum sui naturam. Si autem volumus scire quid sit illud, oportet scire, quod dignitas qua aliquis alio dignus esse dicitur, refertur ad ea bona quæ sunt exterius, & ab exterioribus per modum præmij impenduntur. Cuius probatio est: quia dignitas est ex meritis operum & ex habitibus virtutum. Cum autem omne dignum alio, non seipso dignum, sed alio dignum, esse dicatur de numero meritorum bonorum quæ sunt dignitatis causa, non potest esse illud bonum quod pro præmio dignis attribuitur. Relinquitur ergo, quod sit de numero exteriorum. Exteriora autem bona ad civiles actus relata, non sunt nisi vel bona fortunæ, vel potentatus, vel honor. Oportet igitur, quod aliquod de istis sit. Maximum autem inter hæc est honor: quod triplici patet ratione, scilicet quod diis magno bono dignis ut optimum quod intendere possumus, attribuius honorem. Item quia etiam homines in maximis dignitate

D. Alb. Mag. lib. 4. Ethic.

gnitatibus constituti, maxime honorem desiderant sibi impendi. Dignitas enim prælationis in omni bona vrbantate datur secundum modum virtutis: propter quod prima causa dignitatis virtus est: & cum honorem desiderent in dignitate constituti, patet quod honor optimum est quod de exterioribus potest impendi. Item optimum in exterioribus est quod ab optimis est præmiū desideratum. Optimi autem sunt, non quidem indigentes, sed sicut dicit Aristor. quibus omnia existant circa necessitatem & delicias, & student liberalibus pro quibus se honore dignificant, & se sine honore nullos arbitrantur, etiam omnibus aliis habitis ad possidendum. Honor igitur in exterioribus simpliciter magnum est, & magnitudo eius est, quæ propter se est desiderata. Maximum enim utique honor est de numero eorum bonorum quæ sunt exteriora: Magnanimus ergo est, qui ut oportet se habet circa honores & honorationes sine bonorum exhibitionem.

2. ratio.

Et non sine ratione videntur magnanimi circa honorem esse: quia enim ipsi digni sunt maxime honore, magnos dicimus. Tales autem maxime dignificant se ipsos secundum dignitatem. Pusillanimis autem deficit & ad seipsum, & ad magnanimum. Ad magnanimum quidem, quia non dignificat se magnis: ad seipsum vero, quia non dignificat se tantis quantis dignus est. Chaymus autem ad seipsum abundat, sed non ad magnanimum. Ad seipsum quidem: quia magnis se dignificat, cum nullo dignus sit, sed potius per contrarium exprobrabilis & vituperabilis sit. Ad magnanimum autem non abundat: quia maius in exterioribus excogitari non potest, quam hoc est quo magnanimus se dignificat.

CAPVT III.

De proprietatibus magnanimi secundum operationem ad virtutem qua in magnis dignum facit.

EX prædictis autem relinquitur, quod magnanimus ex quo se maximis dignificat dignus existens. Dignus autem optimis non est nisi maximis. Magnanimus utique optimus erit: maiora enim melior semper meretur: & maximis dignus, oportet quod optimus sit. Eum ergo qui verè magnanimus est, oportet bonum esse secundum virtutis magnitudinem & bonitatem: videtur enim magnum esse id quod in vnaquaque virtute est magnanimum & dignum. Iam enim diximus, quod in exterioribus maximum bonum est honor: in interioribus autem virtutis dignitas causatur à bono honesto. Nulla autem dignitas comparari potest dignitati honestatis. Numismaris enim dignitas nulla est ad ipsum comparata: quia dignitas virtutis impreciabilis est, & gratia sui ipsius tantum. Potentatus autem officium est ad virtutem relatum: propter quod dignitas virtutis non nisi ad honorem referri potest, sicut ad dignissimum & optimum.

§ 0. Magnanimus oportet esse optimum.

§ 1. Magnanimus conuenit quod in vnaquaque virtute magnum est.

P Magnani

Magnum autem quod magnanimitas in qualibet virtute considerat, non est magnum potestatis relatæ ad actum, sed est magnum boni quod secundum relationem honestatis est in omni virtute. Quod autem circa tale magnum magnanimus sit, patet considerando quamlibet virtutem. Magnanimo enim nequaquam congruit fugere aliquem se commouentem vel contra se insurgentem: quia vitiosa timiditate maximis efficeretur indignus. Eadem ratione neque competit ei iniusta facere: cuius enim gratia operabitur turpia, cui in talibus nihil magnum est, sed omnia talia vilia reputat sibi & vilipendenda: & sic secundum singula intendenti in omnibus virtutibus qui se magnanimum dicit, omnino derisibilis esse videtur, si secundum aliquam virtutem non sit bonus. Vitio enim opposito deprauatus, nullo dignus est. Non erit igitur honoræ dignus, qui prauus est. Honor enim præmium virtutis est: & idcirco attribuitur bonis secundum virtutem. Bonus autem secundum virtutem perfectam non est, qui in aliqua virtute singulari deficit: sed potest esse (vt superius diximus) paruis dignus vel mediocribus. Tales autem diximus non esse magnanimos.

§ 2.
Magnanimitas est quidam ornatus virtutum.

Et ex his videtur magnanimitas quidam ornatus virtutum esse. Ex difficili enim in quantum difficile est, non est virtutum ornatus, sed potius in bono vel pulchro quod est in ipsis. Pulchrum autem & bonum quamuis idem sint subiecto, substantia tamen & ratione differunt: bonum enim à fine est, pulchrum autem à decencia commensurationis in eo cuius est bonum. Commensuratio autem præmiat meritum secundum rationem quantitatis. Quantitatem autem dico magnitudinem valoris in ratione boni: quia in his quæ non corporaliter magna sunt, sed virtute, idem est maius esse quod melius esse. Hæc autem proportio meriti ad præmium secundum rationem pulchritudinis est & dignitatis, quod est ornamentum omnis virtutis. Magnanimitas igitur ornamentum virtutum est, quæ apposita virtutibus maiores facit eas & digniores, & sine virtutibus magnanimitas fieri non potest, quæ sine virtutibus magnis fieri non potest. Propter quod difficile est secundum veritatem magnanimum esse, ita quod secundum veritatem & optimum statum & vltimum magnitudinis aliquid posse magnanimum sit. Non enim hoc possibile sine bonitate cuiuslibet virtutis: & si in aliquo deficiat, non verè magnanimum est, sed aliquid simile habens magnanimo.

§ 3.
Magnanimitas in honoribus moderatè se habet.

Maximè quidem igitur & principaliter magnanimitas est circa honores siue honorationes vel circa inhonorationes. Honores enim dignos petit vt bonum. Inhonorationes aspernatur vt turpe, & non condignum. Magnanimitas autem etiam est in magnis quæ secundum dignitatem magna sunt: & quando sibi hæc à studiosis impenduntur, moderatè delectabitur & decenter: eò quod tunc adipiscitur propria magnitudini virtutis condigna vel etiam minoræ. Virtuti enim perfectæ in aliquo non potest fieri condignus honor: eò quod melior & dignior est omni exteriori bono. Sed tamen magnanimitas honorem acce-

prabit sibi impensum, quamuis sibi non sit condignum bonum, acceptabit in hoc quod etiam studiosi, qui omnia secundum condignam rationem retribuere consueverunt, inter bona exteriora non possunt ei aliqua maiora attribuere quam honorem. Eum autem honorem qui sibi à contingentibus personis siue idiotis & in paruis rebus posset attribui, omnino parvipendit: non enim talibus dignus est. Similiter autem & se habet in honoratione quæ est reuerentiæ exhibitio. Nec illam enim curabit in paruis & contingentibus personis factam: talia enim parua & sibi non condigna, non iuste sunt circa magnanimum. Igitur, quemadmodum dictum est, circa honores & honorationes maximè est magnanimitas, debitos dignitati cuiuslibet virtutis: & est in magnanimitate si secundum perfectam rationem magnanimitatis accipiatur, (sicut dicunt Stoici) connectio virtutum omnium, sicut & in prudentia, si prudentia perfecta sit. Magnanimitas enim est vniuersale virtutum, & omnem causam dignitatis habere, & ex nulla parte indignitatem sustinere & opprobrium. Et hoc esse non potest nisi ex omni virtute & dignus & dignior & dignissimus sit. Ex hoc tamen non sequitur, quod magnanimitas vel sit generalis virtus, vel omni virtuti immixta. Dignum enim quod in qualibet virtute est, singularè habet rationem secundum quod appetitus circa ipsum est delectatio & tristitia, circa quæ est moralis virtus. Non enim inconueniens est si ea quæ secundum esse coniuncta sunt, separatim accipiuntur secundum quod super ea eadem ratio vel appetitus, delectatio vel tristitia. Propter quod etiam in magnanimitate non coniunguntur virtutes, nisi secundum esse quod habent in magnanimo, & non connectuntur secundum substantiam & definitionem. Qualiter connectantur in prudentia, postertus dicetur.

CAPVT IV.

Qualiter magnanimitas secundario est circa magnitudinem diuitiarum vel fortitudinem.

Quamuis autem magnanimitas principaliter sit circa honores sicut sibi condignissimum, tamen etiam consequenter est circa diuitias & potentatum & omnem bonam fortunam, in quantum hæc ad honorem referuntur. Multi enim honorantur propter diuitias, & multi propter potentatum, & multi propter bonas fortunas etiã à studiosis. Hæc enim coaugēt honorē quādo ex vitij indignitate nil apparet contrarium. Magnanimitas tamen & in eufortuniis & in infortuniis bene se habebit qualitercumque fortuna mutetur. Si enim bene fortunatus sit, non erit multum gaudiosus: & si sit infortunatus, non erit multum tristis. Cuius causa est: quia (sicut diximus) etiam circa honorem qui maximus bonorum exteriorum est, non ita se habet vt circa maximum

Magnanimitas æquè se habet ad fortunam.

mum sit sibi & condignum virtuti suæ. Multo ergo minus habet se ad ea quæ propter honorem expectantur. Potentatus autem & diuitiæ propter honorem sunt desiderabilia. Pauca enim sunt quæ sufficiunt necessitati: & quod amplius quaeritur supra necessitatem, oportet quod quaeratur propter honorem & gloriam. Diuitias enim & potentatus habentes per ipsa volunt honorari. Cui autem & honor paruum est & non condignum sicut magnanimo, huic multo magis & alia parvissima reputatur: propter quod nec multum in his gaudet, nec multum tristatur. Propter quod magnanimitas in talibus despectatores esse videtur. Despiciunt enim hæc ipsa tanquam sibi penitus indigna. Accipiantur tamen aliquantulum secundum quod coaugent dignitatem & honorem, sicut & nobilitas & alia quæ decorant magnanimum.

§ 5.
Bona fortuna aliquid conferunt ad magnanimitatem.

Et sic bona fortunæ & alia huiusmodi videntur conferre ad magnanimitatem. Nobiles enim dignificantur honore, & potentes diuitiis fulgentes: eò quod hæc in super excellentia quædam boni sint in ciuilibus. Excellens autem bono ciuili secundum omnem sui generalitatem honorabilius est quam excelsum. Propter quod & talia sicut coaugentia dignitatem, magnanimum faciunt magnanimitatem. Multi enim honorantur à quibusdam propter talia: quamuis secundum veritatem solus bonus secundum virtutem honorandus sit. Cui autem ambæ dignitates existunt, essentielles quidem secundum virtutem, coaugens autem secundum nobilitatem & potentatum diuitiarum & cætera huiusmodi, magis honore dignus efficitur.

§ 6.
Qui sine virtute bona exteriora habet, non verè magnanimitas dicitur.

Qui autem sine virtute talia exteriora bona habent, non iuste magnis seipsum dignificant, neque rectè magnanimitas dicuntur: quia magnanimum esse & magnum se rectè dignificare sine virtute perfecta esse non possunt: & hæc exteriora sine perfecta virtute habere nihil est ad dignificationem honoris: quinimo tales honorare, acceptio personæ est, quod est vitium, non virtus. Honoratur enim in eis quod est eis causa malitiæ non bonitatis. Talia enim exteriora habentes sine virtute, mali vt frequenter efficiuntur, & aliorum despectatores & iniuriatores: & hoc est ideo, quia non est facile moderatè ferre bonas fortunas sine virtute. Eleuant enim animum in despectu aliorum, & administrant ad iniuriandum, & ingerunt fomenta libidinum ex quibus prauis homines efficiuntur. Vnde non potentes ferre fortunas bonas, & existimantes se excellere alios propter fortunam, eos quos excellent in fortuna, contemnunt: cum tamè ipsi non operentur bonum, sed quodcumque contingens eis secundum desiderium: desiderium enim & non rationem consequuntur. Tales igitur imitantur magnanimum: secundum veritatem tamen non sunt similes: hæc enim quæ operantur dignificando seipsum magnis, non operantur in his quæ simpliciter digna sunt, sed in exterioribus quibus possunt fastum quaerunt. Ea igitur quæ secundum virtutem sunt, non operantur: & ideo iniuste contemnunt alios. Magnanimitas iuste contemnit, & vt oportet, & verè glorificat vt oportet. Multi autem qui

D. Alb. Mag. lib. 4. Ethic.

idiotæ sunt, contemnunt & glorificant contingenter, pro qualibet exteriori excellentiã vel humiliatione contententes vel glorificantes alios: quod vitium personarum acceptio vocatur. Personarum enim acceptio, est honorare vel contemnere hominem in veritatis præiudicium, ex hoc quod in exterioribus contingentem excellentiam præferre videtur.

CAPVT IV.

De proprietatibus magnanimitatis secundum comparationem ad ea quæ consequuntur magnanimum.

De proprietatibus autem magnanimitatis, quod non sit microchindinos, neque philochindinos: eò quod honorat vt sibi magna & condigna: sed est megalochindinos & olitochindinos. Microchindinos enim est proparius etiam periclitatus: micros enim est paruum, & chindinos periculum. Philochindinos autem stultus amator periculi, philos enim amor est & chindinos periculum. Et talis non est magnanimitas: eò enim quod magnis se dignificat, pro paruis non periclitatur: eò quod sicut magnum se dignificat, periculum non amat, ne se de facili perdat. Megalochindinos autem dicitur à mega quod est magnum. Lo autem articulus est prepositiuus, & chindinos periculum. Et talis est magnanimitas: propter quod olitochindinos dicitur ab oliton quod est paucum: pauca enim sunt vel magna pro quibus periclitatur. In talibus enim magnis etiam vitæ propriæ non parit magnanimitas. Reputat enim, quod etiam viuere omnino sibi sibi indignum si non possit benefacere secundum virtutem. Periculo enim mortis exponit vitam pro bono virtutis: eò quod bonum virtutis magis reputat bono vitæ: & in tali casu non parit vitæ, reputans, quod tunc mors sit sibi vitior quam vita, velut non sit sibi dignum omnino viuere, cum non possit per vitam perficere & benefacere secundum virtutem. Propter quod Tullius laudat puerum mortem subeuntem antequam natalibus suis indigna faceret: & laudatur Eleazarus qui mortem amarissimam subiit, antequam canitici suæ omni reuerentiã dignæ, indigna se committere simularet.

§ 7.
Magnanimitas non parua pericula subit, sed magna vt oportet aggreditur.

Adhuc autem magnanimitas est verecundati beneficiatum ab aliquo. Beneficiatus enim superexcellens est in quantum huiusmodi: beneficiatus autem excessus, & idcirco minoratus. Diximus enim, quod magnanimitas magnis se dignificat. Eiusdem autem moris est magnis dignificari & paruis indignificari. Si autem aliquando beneficiatur ab aliquo: tunc retributius est plurimi ultra quam recipit in beneficio. Ita enim excessor & debitor constituitur, qui inceptit beneficium, & erit bene passus à magnanimo: eò quod ultra quam impendit, plurima receperit.

§ 8.
Magnanimitas beneficia conferre paratus est: at ipsam suscipere videtur. Quod si receperit, maiora retribuit.

Et ex hoc ulterius sequitur, quod quia magnanimitas semper magna meditat, videntur magnanimitas in memoria habere eos semper

§ 9.
Magnanimitas est magnanimitas bonorum quibus beneficia conferunt.

nulle, non eorū
& quibus reco-
pit.

quibus benefecerunt: quia benefacere magnanimum & beatum est. Eos autem à quibus bene passi sunt, non multum reducunt ad memoriam: bene enim pati ab aliquo indigere & memorari est: & eiusdem moris est magnis se dignificare & de minorantibus erubescere. In beneficentia autem, quæ secundum Senecam conditio liberalitatis vel magnificentia est, è conuerso se habet: beneficium enim beneficij impensū non recordari debet, ne pecuniam venari videatur. Qui autem recipit beneficium, obliuisci non debet, ne vitium ingratiitudinis incurrat: generaliter enim qui vt beneficiarius bene patitur ab aliquo, minor eo est qui facit beneficium. Magnanimus autem, semper excellere vult dignificando seipsum: & ideo delectabiliter audit, quod alios beneficiatus est. Propter quod & apud Home. Thetis dea aquarum non dicit & recitat beneficia quæ impenderit Ioui: eò quod Iouem magnanimū reputabat, qui de impensū sibi beneficiis verècundaretur. Quæ forte si memoraret apud ipsum, suæ petitionis non sequeretur effectū.

Fabula enim hæc est, quod Achilles dixit ad Thetidem, Multoties te patris in domibus audiui orantem quando dixisti denigranti nubes filio Saturni, vbi in immortalibus indecentem perditionem iudicare, supple, dixisti, quando ipsum, scilicet Iouem colligare olimpij, id est, caelestes volebant alij. Erat videlicet & Poseydelo, & Pallas Atheniēsis. Sensus est, quod aliquando superi conspiciuerunt aduersum Iouem quem Thetis liberauit: & hoc est quod dicit Achilles, quod Thetidem in domibus patris, hoc est, Saturni qui pater est Iouis. Domus autem eius sunt in cælo duæ, scilicet capricornus & aquarius, in quibus Thetidem audiuit orantem Achilles: quia capricornus frigiditate condensat humidum, aquarius autem humida causalitate resoluit vt fluat: & ideo Thetis filio Saturni, hoc est, Ioui qui habet denigrare nubes, has orationes dixit, hoc est, ad venerationem eius composuit: quia per effectum aquarum humiditatem ministravit, & per effectum capricorni ministratam denigravit. Humidum enim æreum condensatum nigram efficit nubem. Hæc autem dixit Thetis, vbi iudicare voluit indecentem perditionem Iouis in immortalibus, hoc est, inter immortales tractatam. Iupiter enim calido & humido omnia fecundat: cuius effectum Phaeton cum patre sole nitebatur destruere. Si enim Thetis per nigrantes nubes auxilium non præstitisset, quando omnes olimpij Iouem colligare nitebantur: præcipue tamen Hera quæ dea æris est, & Poseydelon qui Deus maris est, quia posuy idem est quod potum da ei, & dicitur Poseydelon quasi potum dans soli. Pallas autem Atheniensis dea sapientiæ cum aliis iurauerat: ita quod Deus maris potum nullum ministraret, & dea æris humiditati per ærem viam non daret: & sic effectus Iouis periret. Quod totum Thetis dissoluit humiditatem ministrans: & sic excludens machinationem superiorum contra Iouem. Hæc autem omnia beneficia Thetis non commemorata est coram Ioue, ne magnani-

Domus Saturni
ni in celo.

mo Ioui suam ad memoriam reduceret minorationem: sed tantum dicto ostendit dicens. O Iupiter optime pater si aliquando iam in præterito inter immortales tibi profui vel sermone vel opere, non beneficium impendens feci, sed his quæ debui multa pauciora: multo enim maiora à te mihi sæpè impensa sunt.

Sic etiam Lacones vel Lacedæmones, quod idè est, multo inferiores existentes Atheniensibus, volentes Atheniēses auxiliares habere & pugnatōres contra inimicos, non recitant computando beneficia quæ fecerunt Atheniensibus, ne minorando eos contra se prouocarent: sed potius glorificabant ea quæ ab Atheniensibus receperant, vt ad similia prouocarent. Hoc autem recitat Calistenes in primo libro Eliuocorum, quod scilicet Thebræis aliquando Laconicum territorium hostiliter intrantibus, Lacedæmonij miserunt ad Atheniēses, deprecantes vt secum pugnantem contra Thebræos, sic dicentes, quod quæcumque Lacedæmonij bene fecerunt Atheniensibus, hoc Lacedæmonij obliuisci sunt, volentes & quasi ex debito hoc fecisse reputantes: quodcumque autem passi sunt bene ab Atheniensibus, horum semper recordati sunt. Hoc autem dixerunt, vt Atheniēses tanquam magnanimos ex hoc magis ad auxiliandum & compugnandum secum prouocarent. Sic igitur Thetis non recitat beneficia quæ fecerunt Ioui. Neque Lacones recitant beneficia ad Atheniēses, sed potius recitant ea quæ bene passi sunt ab eis.

Magnanimi etiam proprium est nullo indigere, hoc est, nullo indigentem se ostendere tanquam aliena suffragia mendicantem: & si quinque ostendat, vix facit & in magnis & arduis causis, in quibus omnis homo alieno indiget consilio. Indigere enim minorationis est. Adhuc autem magnanimi est ministrare promptè, siue in sumptibus, siue in donationibus, non quidem vt liberalis, vel magnificus, communicationis vel magnitudinis gratia: sed quia potius ministrare magnitudinis est & dignitatis, ministrari autem parua & pusillanimitatis. Adhuc autem magnanimi proprium est ad eos qui in dignitate & bonis fortunæ sunt constituti, secundum veritatem magnanimum esse & magnum se ostendere. Ad mediocres autem esse moderatum, ne à magnitudine terreat moderatos. Magnos enim excellere secundum dignitatem, difficile est & venerabile. Mediocrem autem excellere, facile est: & ideo non est circa hoc virtus. Et in illis quidem qui magni sunt, venerari non est inutile, sed potius strenui & constantis in virtute animi: inter humiles autem personas venerari non tantum indignum est, sed etiam onerosum. Quemadmodum forti onerosum est si ad imbecilles fortis dicatur. Talis enim non est virtutis determinatio, sed potius & vltimum & optimum.

60.
Magnanimi
est nullius
aut vix indigere, subministrare autè promptè.

CAPVT VI.

De proprietatibus magnanimi quæ ipsum consequuntur in quantum operatiuus est.

61.
Magnanimus
non properat
ad ea in quibus alij primas occupant
partes, sed
sardus & piger
est ad hæc,
nisi vbi magnus est honor.

Est etiam de proprietatibus magnanimi quæ consequuntur ipsum in quantum operatiuus est, ad honorabilia & magna quæ super eum sunt vel vbi præcellunt alij, non ire, ne forte in illis deficere, vel ab aliis excelli videatur, quibus ante impar reputabatur. Adhuc autem otiosum esse & pigrum in operationibus, sed operatiuum, vbi honor magnus vel opus magnum in cuius perfectione excellentia esse videtur. Otiosum autem dicimus abstractum ab operationibus indifferentibus: eò quod reputat indigna sibi. Pigrum verò vocamus non à pigritia quæ vitium est, & ex defectu cordis peruenit: sed sicut pigram dicimus esse sapientiam, eò quod ordinatè & maturè mensurat opera quæ operari congruat & quæ non: & non statim immiscet se caelibet operi. Vbi autem est honor magnus vel opus virtutis, ibi operatiuus est. Magnum enim in qualibet virtute magnanimi est. Et ex hoc sequitur, quod paucorum operatiuus sit, sed paucorum & non minabilium. Paucorum quidem secundum virtutem, nominabilium secundum famam.

62.
Aperitè odit
inque amat.

In eo autem quod est conuiuere ad alios si quidem secundum amicitiam conuiuere, necessarium est magnanimum manifestum esse oditorem & manifestum amatorem: latere enim in odio vel amicitia, timidi est. Timor autem ad pusillanimitatem tendit.

63.
Plus curat
veritatem
quam opinionem: & aperitè loquitur & agit.

Ex hoc sequitur, quod magnanimi est plus curate veritatem quam opinionem sine veritate: quia id quod in opinione est tantum, prauum est & vanum. Adhuc autem in omni conuictu hominum magnanimi est debere & operari manifestè. Occulte enim detrudere vel operari contra aliquem, timidi proprium est & latentis: est enim magnanimus liber propalator siue redarguendo siue laudando: eò quod contemptiuus est latibulorum. Contemptiuus autem est talium, propter quod libere propalatiuus est: & è conuerso liberè propalatiuus est, propter quod & contemptiuus & veridicus veritatem vt habet semper propalans. In his tamen maximè est veridicus quæcumque non propalat propter ironiam. Ironiam autem dico veritatis occultationem vel dissimulationem. Tali enim ironia vitare ad multos siue idiotas quos contemnit: nec scire dignatur ea quæ sunt circa ipsos. In tali conuictu maximè proprium magnanimi est, ad alium non posse viuere ad quem secundum ordinationem & regimen dependeat. Et si ad alium viuere velit vt ad amicum secundum æqualitatem & non superpositionis relationem. Ad alium enim viuere seruile est. Propter quod & omnes blanditores qui gratiam quærunt aliorum, seruiles sunt & humiles seu viles.

64.

Adhuc autem magnanimi est, quod non sit
D. Alb. Mag. lib. 4. Ethic.

Non est præpensus ad admirandum nec memor mali sibi illati.

admiratiuus in humanis. Admiratio enim est suspensio ad magnum. Diximus autem in præhabitis, quod in exterioribus bonis nihil magnum est magnanimito. Et ex hoc sequitur, quod non multum memor sit mali sibi illati. Recordari enim malorum illatorum memoratio est propter quam indignificatur magnanimus: quinimo malorum simpliciter non recordatur magnanimus. Mala enim reuoluere, in deiectione cordis est, quod magnanimito non competit, sed magis competit despiciere mala.

65.
De hominibus & hominum factis non loquitur.

Si autem hæc in cogitatu non habet, sequitur, quod nec in verbo habet: & per consequens magnanimus humaniloquus non est eorum, scilicet quæ ad infirmitatem pertinent humanam: neque enim de seipso loquitur, neque de alio, humana omnia parua reputans. Neque cura est ipsi vt laudentur, neque vt alij vituperentur: laudem enim non condignam sibi reputat. Vituperium autem cum malum sit & non deceat, non dignatur dicere contra alium.

66.
Neque laudatur neque maledicuntur.

Ex hoc vterius sequitur, quod non multum sit laudatiuus: quia laudem parum reputat. Et iterum, quod non sit inaniloquus, neque de inimicis malum loquens, nisi forte recitando magnam quam intulerunt iniuriam, vt magnanimi contra inimicos iustam ostendat offensam esse.

67.
De necessariis & minutis rebus non est querulus, neque ad precandum proclinis.

In damnis autem & passionibus proprium magnanimi, quod de his quæ ad necessitatem vitæ pertinent si amittantur, nequaquam sit planctiuus, præcipue si parua sunt: & quod non sit deprecatiuus siue mendicariuus: sic enim se habere plangendo & deprecando circa hæc quæ ad vitam pertinent, proprium & studentis & sollicitudinem animæ habentis.

68.
Res præclaras magis eligit possidentibus quam viles.

Adhuc autem proprium magnanimi est, quod ostendat se potentem ad hoc quod possideret magis bona, quam habet si voluisset, dummodo ex veritate hoc ostendere possit, & non ex fastu iactet, sed ex dignitate rationaliter ostendat. Adhuc autem magis proprium est magnanimi possidere infructuosa, quam fructuosa. Non curare enim de fructu, eius est qui sibi sufficit & aliis. De fructibus verò sollicitari vel cultu, insufficientiæ indicium est.

69.
Eius morus grauis, & locutio tarda.

Adhuc autem magnanimi proprium est, quod sit morus grauis & maturus in omnibus, & vox grauis cum ordine prolata rationis, & quod locutio eius sit stabilis veritatis. Quod patet per oppositum. Festiuum enim oportet esse qui circa multa studet. Per oppositum ergo cum qui circa pauca studet, sicut magnanimus, oportet esse grauem & stabilem tam in verbo quam in opere. Et ex hoc sequitur, quod neque contentiosus sit: quia nihil malum sibi æstimat condignum pro quo subire velit contentionem. Contentio enim impugnatō est cum confidentia clamoris: vnde ex contentione & velocitate acumen vocis fit propter clamorem, & ex studio circa multa velocitas fit, vt præuideatur, quod ab alio rapi timeretur. Talis quidem igitur est magnanimus.

CAPVT VII.

De chaymo & pusillanimo qui opponuntur magnanimo.

70.
Pusillanimitas
& Chaymus
sive lentus po-
tius aberrare
videntur, quã
esse mali.

Deficiens ad magnanimum pusillanimitas vocatur. Superabundans autem chaymus, sicut in antehabitis diximus: & illi quidem non mali videntur, sicut neque banauus, neque paraficus, quamuis sint turpes. Malos enim dicimus nocentem inferentes proximo. Isti autem malefactores non sunt. Peccantes autem sunt propter deformitatem actus & prauitatem animæ. Pusillanimitas enim cum dignus sit bonis, seipsum deiiciendo priuat, quibus dignus est: quod & contra naturam est & rationem: & videtur habere malum aliquod in hoc quod est non dignificare seipsum bonis quibus dignus est: & hoc quidem est principale malum à quo pusillanimitas vocatur. Ex consequenti autem malum pusillanimitas est ignorare seipsum. Si enim seipsum non ignoraret, pro certo tam ex instinctu naturæ quam ex ordine rationis appeteret illa bona quibus dignus erat. Ignorantiam autem hanc dicimus esse priuationem scientiæ quæ est in agere, eò quod non aduertit quantis bonis dignus sit: quamuis forte in vniuersali & in particulari habitualiter cognoscat seipsum. Pusillanimitas enim auerit eum ne proprie possit aduertere dignitatem: propter quod tales non insipientes esse videntur, sed magis pigri qui bona sua negligunt, nec propriam aduertunt dignitatem. Et hoc quidem malitia est. Mali enim & non boni qui conscij proprium est non dignificare seipsum bonis. Talibus autem pusillanimitas opinio quam de se habent, nocere videtur & deteriores facere. Si enim aduerterent bona sua, pro certo dignificarent se. Singuli enim & singula ea appetunt, quæ sunt secundum dignitatem congruentia. Isti autem discedunt tam ab operationibus bonis virtutum, quam etiam ab inuentionibus nouorum bonorum, vt ad hæc indignos se reputantes. Similiter autem & abstinentia habent se ab exterioribus bonis, honore scilicet & potentatu, vt indignos se reputantes. Quod desperatio à multorum ciuiliū bonorum operatione impedit pusillanimum: propter quod etiam pusillanimitas malicia est priuatiua bonorum existens. Chaymi autem nullius boni conscij, & maxima præsumentes, insipientes sunt & seipfos ignorant: & hoc manifestum est. Conantur enim ad honorabilia tanquam digni sint ad illa. Deinde cum ex propria indignitate retardantur & redarguantur, honorantur exterius figuræ compositione & veste & talibus similibus, & manifestant bonas suas fortunas, & magna dicunt & prædicant de seipsis, vt per hoc honorandi esse videntur qui dignitatem ex virtute non habent.

71.
Pusillanimitas magis opponitur magnanimitati quã leuitudo.

Inter has autem duas malicias magnanimitati, quæ medietas est, magis opponitur pusillanimitas, quam chaymotis. Pusillanimitas

enim opponitur & in obiecto & in formis circumstantiarum & in fine, chaymotis autem in forma circumstantiarum tantum: & si opponitur in causa dignificationis, modus oppositionis est per priuationem & non per contrarietatem quæ sit in actu & habitu, de quali oppositione loquimur hic. Magis enim oppositionum est magis distans. Distare autem magis & minus non conuenit nisi contrariorum oppositioni quæ sola medium habet. Adhuc autem pusillanimitas peior est: quia magis sit & frequentius. Omnis enim hoc conscius est sibi multorum defectuum. Dignificare etiam se magnis cum vera causa dignitatis, valde difficile est & laboriosum, & ideo paucorum & honorabilium virorum: & quia magis sit pusillanimitas, deterius malum est quam chaymotis, & magis difficulter sanabile: propter quod oportet magis niti in contrarium, quemadmodum suauis Calepsio. Magnanimitas quidem igitur & opposita vitia circa honorem sicut circa finem proprium sunt, quemadmodum dictum est.

CAPVT VIII.

De virtute adiuncta qua circa honorem est secundum quod honor consistit in gradu honoris.

Cum autem honor dupliciter sit, scilicet communiter, & proprie dictus. Communiter dictus honor est, qui in reuerentia consistit exteriori in testimonium virtutis: & hoc quidem communiter debetur virtuti in quantum virtus est, consequenter tamen debetur etiam naturæ ordinatæ ad virtutem propter dignitatem rationalis naturæ cui semina virtutum communicata sunt. Specialiter autem dictus honor est, vel honoris titulus. Sicut dicit Arist. in regimie dominorū, quod reges Persarum quos honorare volebant, titulis & gradibus prælationum honorabant: & hæc cum bona ciuilia sint ad honestum prouocantia & disponantia ad optimum, oportet appetere moderatè. Optima enim sunt exteriorum bonorum, & ad operationem felicitatis propinquissimè deseruiunt. Oportet igitur studere ad illa. Ex dignitate autem illa consequi difficile est & bonum. Virtutem igitur oportet esse quandam appetitum ad hoc ordinatum & delectationem & tristitiam quæ sunt circa ipsa: omnia enim sunt quæ virtutis sunt. De genere enim honesti est, & est dispositio perfecti ad optimum, & circa difficile & bonum cum delectatione & tristitia, & contingit abundare & deficere & medio modo habere se in istis.

Circa magnanimitatem igitur virtus quædam videtur esse, quemadmodum in prioribus tractatibus dictum est, quæ similiter videtur habere se ad magnanimitatem, quemadmodum se habet liberalitas ad magnanimitatem, sicut liberalitas ad magnanimitatem. Ambo enim isti, liberalis scilicet & magnanimitas, à magno quidem secundum quod magnum est, distant. Circa moderata autem & parua

72.
Circum honores est alia virtus qua se habet ad magnanimitatem, sicut liberalitas ad magnanimitatem.

parua disponunt nos vt oportet. Quemadmodum enim diximus, quod magnanimitas circa magna & maxima est, hoc diximus de maximis in genere bonorum exteriorum. Quod autem maximum est comparatum ad genera alia, nihil prohibet in rebus sui generis quando comparantur adinuicem, & parum & minus & minimum habere, & similiter magnum, & maius, & maximum. Hoc igitur modo diximus, quod magnanimitas circa parum & moderatum honorem est, qui communiter honor vocatur. Alia autem virtus magnanimitate perfectior circa honorem est, qui in sui ratione magnitudinem habet, eò quod in quantum sui ratione vel gradum dignitatis vel titulum includit, sicut est prætoratus, vel præconsulis gradus, & alius similis siue maior siue minor siue æqualis, & in titulis, sicut est meritum fornicis vel starna vel publicæ ostentationis & circumductionis quæ fieri iubetur à regibus vel communitatibus his qui magno præconio honoris extolli debent. Hoc tamen publico bono antiqui Deum ponebant, cuius cultum bonum tali conferrent, quem vocauerunt mauortem, hoc est, maiora vertentem, & eos qui inter heroes talibus se dignificabant & mauortes vocabant, & eos etiam qui iam in gradu tali erant constituti. Virtutem autem qua ad hoc bonum disponebantur, vocauerunt mauortiam, superexcessum verò ambitionem, defectum autem in communi nomine vocauerunt pusillanimitatem.

73.
Vt in accipiendis & dandis pecuniis est mediocritas, ex operatio, & defectus: ita in honorum appetitione.

Quemadmodum autem in acceptione & datione pecuniarum duplex est medietas, & duplex est superabundantia, & duplex defectus: ita etiam in honoris appetitu, siue communi nomine, siue secundum gradum dignitatis honor vocetur. Est enim honor magis appetere quam oportet, & minus quam oportet, & vnde oportet, & vt oportet. Amatorem enim honoris, vt chaymum & ambitiosum vituperamus, vt magis appetentes honorem quam oportet, & vnde non oportet. Similiter & non amatorem honoris vel pusillanimitatem vituperamus, vt cum qui saltem in bonis non elegit honorem, eò quod non dignificat se dignis. Adhuc autem non amatorem honoris non aliquando laudamus, vt moderatum & temperatum circa honorem, quemadmodum in præmissis diximus. Mauors enim & magnanimitas non amat honorem vnde non oportet, & vt non oportet.

74.
Non ad idem referimus, eum ambitiosum quandoque laudamus, quandoque vituperamus.

Manifestum est ergo, quod cum amator honoris multipliciter dicatur, non in idem ferimus intentionem, quando laudantes aliquando & aliquando vituperantes amatorem bonorum vocamus. Sed laudantes quidem amatorem bonorum, illum laudamus, quod magis multis qui idiotæ sunt, honorem amat. Amat enim secundum dignitatem propriam quod non faciunt multi. Vituperantes autem amatorem honoris, illum vituperamus, quod non secundum propriam dignitatem, sed magis quam oportet honorem amat, sicut ambitiosus.

75.
Cum ista mediocritas non

Medietas tamen ista qua magnis dignificant se honoribus, propter sui difficultatē & perfectionem ferè deserta est, paucis ad ipsam per-

uenientibus: & ideo innominata est apud multos. Paucæ enim vrbantates sunt, in quibus gratias prælationum secundum meritum conferatur virtutum, & in ipsis vrbantatibus pauci qui tale culmen attingant meritorum. In antiqua tamen vrbantate Romanorum quam in libro de natura deorum describit Ceryna pontifex, mauortes tales vocabantur. Cum autem propter raritatem innominata sit medietas, dubia efficiuntur extrema, & nomine extremi aliquando extremum, aliquando medium nominatur. Ex ipsa re tamen manifestum est, quod in quibuscumque passionibus & operationibus superabundantia & defectus sunt vituperabilia, in his medium contingit omne laudabile: & hoc est in appetitu honoris sicut in aliis appetitibus. Quidam enim appetunt honorem plus quam oportet vituperabiliter, & quidam minus quam oportet iterum vituperabiliter. Habitus igitur hic, qui est medietas existens circa honorem (quamuis innominatus) apud multos laudatur: appetit enim vt oportet, & non appetit vt non oportet. Videtur autem opponi non amor honoris qui est pusillanimitas, ad amorem honoris qui est vel chaymotis, vel ambitiosus, vel etiam magnanimitas, & mauortis. Ad non amorem autem honoris qui est pusillanimitas, & e conuerso videtur opponi amor honoris qui vel medietas est vel extremum. Opponuntur autem ad vtrumque aequaliter, hoc est, extrema ad medium, & adinuicem. Sed extrema adinuicem in finibus & obiecto opponuntur magis, quam in forma circumstantiarum. Extrema autem ad medium magis opponuntur in forma circumstantiarum, quam in finibus & obiecto. Talis autem modus operationis etiam circa alias virtutes morales est: hæc tamen in ista virtute operatio magis videtur esse inter extrema adinuicem, quam ad medium: quia medium est innominatum: & ideo per nomen proprium comparari non potest. Sciendum tamen est, quod neque magnanimitas neque mauors dignificant se dignis honoribus, ac si ponant honorem vt finem & remunerationem suarum operationum: tunc enim virtus adiunctam haberet delectationem, quod iam sæpius improbatum est. Sed sicut qualibet virtus non operatur nisi sui proprii boni gratia, quo ipsa pars honesti est: ita magnanimitas & mauortia sui proprii boni gratia operantur. Talibus autem existentibus operibus iuste condignus honor attribuitur, & sic honor attributus de consequentibus est & adiunctus. Adhuc autem quamuis ambæ dispositiones, philotimia scilicet & aphilotimia, siue ambitio & pusillanimitas, mediæ opponantur dispositioni: plus tamen opponitur pusillanimitas siue aphilotimia, eò quod intendit in oppositum: & deterior est, eo quod ad nullum bonum erigit animam: & ideo quia homines procliuiores sunt ad ipsam, propter quod difficulter conteribilis est.

mine carentia contendere de ipsa tanquam regione vrbantatibus, videntur extrema.

CAPVT IX.

Quid & qualiter sit mansuetudo.

Virtutes morales differenter sunt circa passionem. Quædam enim sunt circa passionem principales quas moderando & ordinando coniectant in eis, & illæ sunt circa duas passionem, sicut fortitudo circa timores & audacias, temperantia verò circa concupiscentias inatas & insensibilitatem concupiscentiarum: & illæ principaliter sunt circa passionem, & consequenter circa operationes, & habent duplices delectationes & tristitias duplices in opere. Vnam enim habent communem extremis & medio, quæ est delectatio in præsentia appetibilis, & tristitia in absentia. Aliam habent quæ est signum generati habitus, quæ conuenit medio & non extremis, quæ siens in operatione delectatio quædo generatus est habitus, & siens in opere tristitia ex impedimento rectæ operationis antequam habitus generetur: & omnibus his modis duæ cardinales fortitudo & temperantia circa passionem & operationes sunt. Quædam autem sunt principaliter circa operationes moderantes & ordinantes, & non sunt circa passionem quæ moderentur & ordinentur, sed sunt passionem consequentes secundo & tertio modo. Habent enim delectationem & tristitiam ex præsentia vel absentia delectabilis, & delectationem vel tristitiam quæ signum est generati habitus vel non generari, sicut est liberalitas, & magnificentia. Quamuis enim sint circa cupiditatem rerum temporalium fortunæ subiacentium, tamen non primo & per se mediant in illis, sed in operatione communicationis rerum ad vitam ordinatarum: & tales vocantur adiunctæ primo loco. Quædam autem sunt circa passionem & non circa operationem, sicut mansuetudo, quæ mediat in ira, quæ passio est & non respicit operationem, sed tantum consistit circa iræ detentionem, opus exterius non considerans, habens tamen delectationes & tristitias quæ sunt signum generati habitus vel non generari. Delectationes autem vel tristitias in absentia vel præsentia delectabilis non multum habet: eò quod sunt respectu nocentis & iram inducentis, quod præsentia est tristabile: absentia autem non habet specialem delectationem. Nullam enim penitus habet delectationem, nisi in quantum punitiuum est, quod non principaliter delectatio est, sed ex consequenti, scilicet ut impulsio nocuenti: & tales adiunctæ non in tot sequuntur principales, sicut liberalitas, & magnificentia, & consequenter adiunctæ sunt secundum locum tenentes inter adiunctas. Propter quod istæ circa vnam passionem sunt, & non circa duas. In sola enim ira mansuetudo mediat: accedit tamen in quantum ipsa & ira ad fortitudinem ordinatur.

76. *Mansuetudo est mediocris circa iram.* Hoc igitur modo mansuetudo quidem mediocritas circa iras est. Et quamuis dicamus mansuetudinem, eò quod aliud nomen non habe-

mus, eò quod mediocritas circa iram innominata existit, & ferè extrema innominata sunt: tamen nomen mansuetudinis ferimus & ad optamus ad medium: cum tamen propriè non nomen medij sit, sed potius declinet ad defectum iræ. Superabundantia autem quæ in ira medium excellit, dici potest iracundia quædam. Ipsa autem passio in qua medium quærimus sine genere, vocatur ira. Quærentes autem medium, non in ipsa ira secundum se quærimus, eò quod hoc non possibile nobis: sed quærimus in his quæ faciunt iram & excitant. Talia autem iram facientia multa sunt & differenteria.

Et hoc modo medium quærentes dicimus, quòd ille laudatur ut medium habitum habens, qui in quibus causis oportet, & quibus hominibus oportet, irascitur. Adhuc autem & qui irascitur ut oportet, & quando oportet, & quanto tempore oportet: & hunc dicimus mansuetum, quamuis nomen non sit proprium. Quod enim mansuetis nomen tale aptamus, propter hoc est, quòd laudabilium bonorum nomen aliud in ira non habemus. Propriè tamen mansuetus imperturbatū quendam nominat, & qui à passione iræ non ducitur ad aliquam punctionem inferendam. Mansuetus autem secundum quod dicitur medius, mansuetus non est qui omnino non dominatur à passione, sed potius irascitur secundum quod recta non ordinabit: & in his causis in quibus recta ratio ordinat irascendum, & intantum tempus tener iram, in quantum recta ratio ordinabit tenendam. Mansuetus autem si propriè accipiatur, peccare videtur ad defectum quibus non oportet irascendo: eò quod mansuetus secundum suum nomen non est punitiuus in iniuriis, sed potius condonatiuus.

Est igitur defectus quidam & quædam irascibilitas siue quodcumque aliud vocetur, & vituperatur in moribus civilis conuersationis. Illi enim qui irati non efficiuntur in illis causis quibus oportet irasci secundum rationem, insipientes videntur esse ignorantes seipsos, quod propria nocuentia non sentiunt nec repellunt. Repulsio enim contrarij omni naturæ inest secundum appetitum naturalem. Tales igitur qui non irascuntur ut oportet, nec quando oportet, nec in quibus oportet, ac si iniurias non sentiant, insipientes sunt: eò quod videntur non sentire iniurias, nec tristari in ipsis, & maxime propter hoc, quia cum irati non efficiantur secundum sensum iniuriæ, non erunt vindicatiui, nec iniuriarum repulsiui, sed potius sustinentes etiam iniurias & iniuriatores. Sustinere autem iniuriantem, & despiciere familiarem qui prodest in quibus potest, æqualiter feruile est, & ad vnum pertinet morem. Despiciere enim vel repellere contrarium est ei quod est sustinere: & familiarem siue vtilem esse, contrarium est ad esse iniuriantem. Sicut malefacere & benefacere, & amicum esse & inimicum: propter quod vnius moris est amicis benefacere, & inimicis malefacere in more laudabili. Et similiter vnius moris amatis malefacere, & inimicis bene in more vituperali. Et similiter hic iniuriantem repellere & familiarem recipere liberale est, &

vnius

vnius moris in more laudabili: & per contrarium iniuriantem sustinere vel recipere & familiarem despiciere, æqualiter feruile est; & vnius moris in more vituperabili.

CAPVT X.

De oppositis mansuetudini.

79. *Exuperatio ira per omnia sit, non tamen omnia simul eidem in sunt.* Superabundantia autem in ira secundum somnia fit circumstantia & iratum & iræ causam: etenim irascitur quibus non oportet, & quibus causis non oportet, & magis quam oportet, & velocior est ad irascendum quam oportet, & pluri tempore tenet quam oportet iram. Hæc tamen omnia non vni & eidem iracundo inesse possunt: quia opposita esset in eodem. Velocius enim irascens disponitur calido velocius mouenti, & sicco acuto in motu obedienti. Diu autem renens iram, duro disponitur adusto & frigido, in quo tamen eger caliditas: sicut est melancholia quæ est ex cholera adusta: & hæc vni & eidem secundum eandem complexionem inesse non possunt. Non ergo esse possent, quòd ista quæ diximus de iracundo, vni & eidem inessent. Malum enim si omnifariam malum sit, etiam seipsum destruit: eò quod tunc de habitu & habitudine boni nihil relinquit. Sicut cæcitas destruitur, si totus habitus, & habitudo ad visum destruat: & idè si malum integrum sit, nihil boni habens admixtum, impotabile fit: maxime tamen in ira. In illa enim semper est irascens animus in afflictione.

Malum de seipso destruit.

80. *Forum qui peccant ira excessu, diuini sunt.* Quidam enim abundantes in iracundia, irascuntur & quibus non oportet, & in quibus causis non oportet, & magis quam oportet. Quiescunt autem velocius, & hoc optimum habent: eò quod quilibet spiritus nocuentum concipiens & sanguinem accedens, à calido subtili velocius mouere citius expirat cum quo expirat calidum ad vindictam incitatus, quibus expirantibus sanguis refrigeratus residet, & cor quiescit. Hoc autem accidit eis idè: quia iram non retinent propter dictam causam, sed reddunt per vindictam, vel sunt manifesti propter repulsionis signum: quia tales velocitatem habent ad irascendum, & post iram statim quiescunt. In tali autem superabundantia sunt illi qui dicuntur acrocholi, scilicet acuti, & ad omne contristans iracundi, & in omni eo quod aliquo modo nocet, propter quod & tale nomen acceperunt. Acrocholis enim dicitur à cros quod est extremus, & cholos quod est ira, quasi extremam in ira habens velocitatem: propter quod aliquando dicuntur exicholi ab exi quod est velocitas, & cholos quod est ira.

Quidam autem alij superabundantes in ira, dicuntur amari, qui scilicet ab ira difficile solubiles sunt & multo tempore irascuntur. Retinent enim iram diu: eò quod isti spiritum habent terrestrem fumosum & calidum grossum sicut est lapidum ignitorum. Sanguinem etiam habent spissum grossum non de facili infrigidabilem, & idè conceptam iniuriam diutissime tenent: nec in eis quies facile fit

nisi cum illatam iniuriam retribuerint. Punitio enim quæ appetitui vindictæ satis facit, pœnis illis saturata, impetum iræ quietat pro tristitia iræ delectationem faciens in vindicta. Non facta autem vindicta graue habent in spiritu conturbato tenentes nocuentum: & isti tales sunt imperuassibiles: eò quod in ira & signis iræ non sunt manifesti, sed clausi manentes in seipsis propter grauitatem spiritus & sanguinis spissitudinem qui non pulsatur ad exterius nisi magnum habeat impetum & hoc fit in vindicta: propter duritiam autem complexionis quæ fortiter recipiens vnum non de facili recipit contrarium, imperuassibiles efficiuntur. Tenentes igitur iram paulatim digerunt eam in seipsis: & talis digestio magno tempore indiget: & idè diu tenent iram. Fit autem hæc digestio per impuri à puro separationem quando scilicet impurus & amarus spiritus paulatim euaporans euanescit, & ab humido non communicato quietus surgit spiritus, formas operabilium quietus rationi representans, de quibus etiam rectè iudicat ratio. Accidit autem talibus & seipsis molestissimos esse & amicis. Sibiipsis quidem propter iræ angustiam, amicis autem propter imperuassibilitatem.

Quidam autem etiam excellentium difficiles vocantur, irascens in quibus non oportet, & magis quam oportet, & pluri tempore quam oportet, & non commutantur ab ira nisi nocenti inferant cruciatum vel punctionem. Difficiles autem isti dicuntur: eò quod aliquando habent superabundantias aliorum, exicholi scilicet, & amari. Velocis enim iræ sunt manifesti sicut exicholi, & imperuassibiles sicut amari: propter quod difficiles sunt ad conuiuendum & sibi & aliis. Contingit autem eis qui accidentes habent complexionem sicut melancholicis de melancholia adusta quæ est ex sanguine adusto: propter quod participant propria & cholericorum & melancholicorum. Ex sanguine enim accedant ad leuitatem cholera, ex adusto autem humore ad grauitatem melancholia: propter quod & isti optimi essent, ut Arist. in problematibus dicit, si ab ira remouerentur: constantis animi enim sunt & ad heroicis virtutes & diuinas optimè dispositi, naturam vitri rubei habentes, qualis fuit Hector, & multi aliorum in philosophia & virtutibus heroicis florentes.

Extremum autem in defectu, propriè mansuetudinis nomen habet vel mititatis, licet mansuetudinem medio ad aptentus. Mansuetus enim est, quem aliena iniuria non prouocat, & prouocatus & donatus est, non punitiuus. Medius autem est, qui prouocatus punit ut debet & quantum & quando: abundans quiescit cum cruciatum infert vel punctionem. Et sicut dicit Eustratius, cruciatus vocatur cum condignam infert pœnam secundum quantitatem iniuriæ illatæ: & hæc vocatur pœna debita. Punitio autem vocatur, quando non debitum attendit, sed vindictæ excessum.

CAPVT

CAPVT XI.

Vtrum abundantia & defectus medio habitui magis opponatur.


18. Ira exuperatio magis opponitur mansuetudini.

Mansuetudini autem secundum quod est nomen medij habitus, magis opponimus abundantiam in ira quam defectum propter duas causas. Quarum vna est: quia magis fit & frequentius: punire enim iniuriantem humanius est & naturalius, quam condonariu[m] esse iniurianti. Secunda autem causa: quia in hoc peiores sunt superabundantia quam defectus: quia ad viuere sibi & aliis magis sunt difficiles. Propter quod tales Græcè calpotes dicuntur, hoc est, in ira difficiles.

82. Non est facile determinari qualiter irascendum sit.

In his tamen quantum ad determinationem medij & extremorum, manifestum est, quod oportet obseruari quod in prioribus dictum est, scilicet quod omnem sermonem moralem typo & figuraliter oportet accipere. Ex istis enim quæ de mansuetudine diximus, manifestum est, quod non est facile certitudinaliter determinare qualiter & quibus & in qualibet causis & modis & quanto tempore irascendum sit, & vsquequo irascens recte facit vel peccat: ed quod hæc duo quoad nos & non secundum ipsam rei naturam accipi oportet. Qui quidem parum transgreditur medium, siue in

magis siue in minus transgrediatur, non vituperatur: quod ex hoc patet: quia quandoque deficientes à medio laudamus, & mansuetos vel mites dicimus. Quandoque autem & irascentes medium superabundantes laudamus vt vitiles nocumenta debite repellentes & vt potentes principari, hoc est, alios sub se renentes ne inferre valeant nocumentum. Quantum autem & qualiter transgredimur medium vituperabilis sic, non facile reddere est vna ratione diffinitiuâ & naturali. Iudicium enim medij & recessuum à medio in singularibus circumstantiis est & negotiis & in sensu quoad nos: & hoc secundum quælibet alia & alia sunt: manifestum tamen est, quod in talibus tale aliquid est quod medium laudabile est, & extrema vituperabilia. Medius enim habitus laudabilis est secundum quod quibus oportet irascimur, & in quibus oportet, & vt oportet, & omnia talia obseruamus quæ sunt circumstantiarum. Superabundantia autem & defectus ad medium, vituperabiles sunt: & quando in paruum quidem facta sunt à medio recessum in ira, tunc quiescibiliter fiunt: & ideo non vituperantur. In plus autem facta secundum maiorem à medio recessum, magis vituperantur. In multum verò facta, valde vituperabiles enim sunt. Manifestum est igitur, quod medio habitui adhaerendum est: extrema autem fugienda. De habitibus ergo qui circa iram sunt, hoc modo determinatum est.



TRACTATUS III.

De virtutibus tertio loco adiunctis secundum conuiuere.

CAPVT I.

De amicitia & oppositis vitiis.

83. In congressionibus humanis & conuictu & vsu communium verborum ac rerum est quidam modus laudabilis habitus.



INTER virtutes adiunctas tertium locum obtinent virtutes, quæ nec in passionibus mediant, nec in operationibus, nec in eo quod instrumentaliter deservit ad felicitatem, sicut diuitiæ & potentatus: sed in aliquo quod ipsi conuiuere accidit quo homo vt ciuile animal existens, alij homini communiter coniuuit, non secundum iustitiæ distributionem vel communicationem, sed secundum vnum & communem ordinem conuictus, quo nullus dependet ab alio, sed vnusquisque alteri vt æqualis, nihil accipitur, quod homo onerosè, sed decenter & delectabiliter coniuuit alteri in factis & dictis. In colloquiis enim & conuiuere

& in eo quod est communicare hominem homini sermonibus & rebus, sicut in secundo libro determinauimus, quidam quidem videntur esse placidi, placida scilicet & grata voluntate in factis & dictis acceptatè. Inter illos autem illi qui omnia dicta & facta laudant ad delectationem referendo, nihil contradicentes quo aliquem velint contristare: sed existimant omnia oportere fieri ad placitum hominum, & omnibus quibuscunque sine tristitia coesse. Illi secundum veritatem placidi vocantur in omnibus dictis & factis placere quærentes. Illi autem qui è contrario se habent his in dictis & factis, ad omnia & ad omnes contrariantes & nulli congruentes & nihil curantes de aliorum contristatione, vocantur discoli & litigiosi. Discoli quidem: quia contrariantur ad cultum virtutis. Litigiosi autem: quia nulli congrunt. Patet igitur, quod ambo isti habitus qui dicti sunt, vituperabiles sunt, & quoniam medius horum habituum laudabilis est: & quamuis hæc virtus circa delectabile sit, quod est

est in toto conuiuere secundum id ipsum prouincem sentiendo: tamen specialis virtus est & non generalis. Bonum enim ciuile quod in toto conuiuere accipimus secundum congruenter viuere, specialem & non generalem habet rationem: & cum difficile sit & per rationem prudentiæ determinabile ad opas, & sit opus ciuile sine quo felicitas non perficitur, oportet quod sit circa ipsum virtus determinata. Specialis igitur virtus erit circa hoc in mediocritate consistens. Quoad nos, & per consequens in hoc bono ciuili extremum. Medius igitur habitus est hic, secundum quem disponitur aliquis vt in dictis & factis recipiat siue acceptet gratè quæ oportet & vt oportet. Similiter autem secundum quem spernet, & non acceptabit gratè in dictis & factis quæ non oportet & vt non oportet. Tali autem habitui medio ab antiquis non est nomen redditum. Inter nomina autem sibi conuenientia secundum Aristo. amicitia nomen magis videtur conuenire. Secundum Tullium autem gratia vocatur, habitus scilicet gratè viuere faciens in dictis & in factis. Talis enim est, qui secundum habitum medium dispositus est: puta medium habitum dicere volumus eum qui moderatus est & amicus, & qui assumit hoc quod est diligere. Moderatum enim dicimus, suum modum & eius cui coniuuit, non transgredientem. Amicus autem dictis & factis omnibus gratè acceptum, nihil ingerens vel de suo influens quod amori coniuuentis sit contrarium. Ille autem est, qui assumit diligere, qui in omnibus dictis & factis hoc considerat, quod coniuuentium etiam nolentium capiat corda per dilectionem.

84. Licet hic habitus permixtus sit amicitia, tamen ab ea differt.

Licet autem iste habitus amicitia dicatur, tamen à vera amicitia differt: quia ista amicitia sine passione & sine diligendi affectu est ad eos quibus coniuuit & colloquitur. Vera autem amicitia in magna passione amoris est. Diligit enim amicum vt se alterum, & cum diligendi affectu cum amico habet idem velle & idem nolle. Ista verò quæ dicitur amicitia, nec passionem habet amoris, nec diligendi affectum ad eos quibus coniuuit vel colloquitur: & quando in dictis & factis singula recipit vt oportet, vel spernit vt oportet, non facit hoc amando vel inimicando: quia scilicet propter amorem vel inimicitiam acceptet vel spernet, sed potius facit in hoc quod talis, hoc est, per habitum amicitia vel gratia ad dulciter acceptandum vel spernendum dispositus. Cuius signum est: quia secundum vnâ similitudinem nihil se habet ad id faciendum ad ignotos & notos, & consuetos & inconsuetos, quod vera non facit amicitia: verum tamen in singulis hominum differentiis coniuuit & colloquitur vt congruit, quamuis amorem & dilectionis affectum non attendat. Non enim congruit vel conuenit secundum vnâ similitudinem in conuictu & colloquutione æqualiter curare consuetos & extraneos, sed consuevit rursus æqualiter contristare vtrosque. Faciet igitur hoc quod diximus, medium obseruando ad omnes, non dissimilis sibi in obseruando medium ad dissimiles quibus coniuuit, sed potius dissimilibus mediis vtentes: quia non ad

omnes per eadem media in dictis & factis conuiuere potest. Iste autem medius est vniuersaliter loquendo quidem quantum in quibus oportet, & vt oportet, aliis coniuuit & colloquitur.

Omnes enim actiones suas & colloquutiones ad bonum conferens refert, bonum quidem honestum, conferens autem sibi vel ei cui coniuuit, & in omnibus his conuiciet ad minus non tristare coniuuentem, vel etiam si potest delectare eum vt in omnibus dictis & factis contentus sit & gratus salua ratione boni & conferentis. Iste igitur habitus circa delectationes & tristitias videtur esse factus in conuictu & colloquiis. In his autem quæ ad vitam vel colloquutionem pertinent, quæcumque quidem sunt sibi non bonum, vel etiam nocuum, in his aspernabitur condelectare aliquem, sed potius eliget contristare: quia in talibus gratum esse, turpe est & virtuti contrarium: & ideo in talibus contristare eligit coniuuentem: quamuis contristare faciat quandam difformitatem: & si forte illa difformitas sit non parua, & non paruum ferat nocumentum: tamen in ea eliget contristare coniuuentem, magis eligens incongruum esse homini, quam virtuti. Deformitatem autem dicimus difformitatem quæ est dissimilitudo coniuuentium. Nocumentum verò damnum quod incurrit in exterioribus bonis. Talis autem contrarietas vitæ quam dissimilitudinè vocamus, paruum tristitiam non recipiet, sed aspernabitur. Secundum paruum enim non congruè viuens, non vituperatur, nec discolor ab aliis dicitur. Iste tamen hoc medio habitu dispositus, differenter quidem coniuuet & colloquitur his qui in dignitatibus sunt constituti, & quibuscumque personis aliis indifferentibus. Similiter differenter coniuuit magis vel minus notis, & similiter secundum omnes alias differentias hominum singulis attribuit quod decet in conuictu & colloquutione, & bonum quod secundum seipsum desiderat & principaliter, est omnes in conuictu & colloquutione delectare, & reuerenter aliquem contristare. In his autem quæ contingunt conuictum & colloquutionem, sic se habebit, quod si per aliquem illorum maiora bona sit consequutus siue bona sint, siue honesta, siue conferentia & magna delectationis, & postremum effectiua, pro illis parum contristabit coniuuentem: parum enim contristari coniuuentem tolerabilis, quam tantis priuati bonis. Nec contristare dimittet, quamuis forte talis contristatio futura sit ei nociva. Medius quidem igitur habitus talis est, vt diximus. Non nominatus autem est proprio nomine, sicut diximus.

85. Qui hoc habitum praedictum est, conuiciet honestatis & utilitatis gratia aut dolorem non asferre, aut aspernabitur.

Eorum autem qui delectare quærent coniuuentem in dictis & factis, duo sunt modi. Ille enim qui conuicietius est delectabilis in dictis & factis non propter aliquod lucrum, sed secundum seipsum, vt scilicet delectabilis sit, vocatur placidus. Qui autem facit hoc vt inde sibi fiat utilitas aliqua in pecuniis vel quæcumque per pecunias acquiruntur, vocatur blanditor: & ambo isti secundum superabundantiam dicuntur. Qui autem à medio deficit, & omnes contristat in conuictu & colloquiis

86. Qui studet esse inuendus vt delectet, nec ob aliâ quicquam, vocatur placidus: qui vero id agit emolumentum causa, dicitur blanditor.

loquutione, iam ante dictum est, quoniam vocatur litigiosus & discelus. In istis autem videntur extrema opponi sibiipsis adiuicem: eò quod proprio nomine non est nominatum, cui ambo opponuntur. Medio tamen habitui opponitur magis discola quam placiditas: eò quod opponitur in modo & obiecto: & quia frequentius fit & magis difficulter conteritur, quod facile est convincere ex his quæ de aliis istis similibus determinata sunt.

CAPVT II.

De veritate circa quid equaliter sit veritas.

Veritas autem quam in secundo libro veritatis adaptatum & non proprium: veritas enim secundum communem rationem in re: constituitur adæquationis consistit: propter quod multipliciter dicitur sicut adæquatio. Est enim, ut dicit Plato, adæquatio typi ad prototypum, & secundum hoc dicitur verè entia esse secundum mutationem prototypum entis perfectè contingunt in quantum secunda prima possunt attingere: hoc enim perfectè fieri non potest: & hoc modo à vero deficiunt quæcumque non nisi redundantia & obscuræ resonantia vel umbræ sunt primi entis, quod omnium entium est prototypus. Aliquando etiam dicitur adæquatio modi entitatis ad id quod ens simpliciter est, secundum quod substantiam ad substantiam referendo per modum entitatis, utramque substantiam dicimus verum ens esse. Accidens autem quod deficit à modo entitatis substantia, dicimus esse non verum ens, sed medium entis. Aliquando consistit in æquatione exemplaris ad exemplar. Exemplum enim adæquatum exemplari verum est: & in quantum deficit ab æquatione, in tantum deficit à veritate. Et sic formam in speculo non dicimus esse verum ens. Aliquando consistit in adæquatione formæ & potentiæ naturæ, in qua est illa forma. Sicut dicimus verum ignem esse, qui potentias & operationes habet ignis: formam autem ignis imaginatiua vel aliter ab anima acceptam, imaginem vel phantasmam vel speciem ignis dicimus; & non verum ignem. Aliquando autem sumitur ex adæquatione formæ ad perfectam materiam determinationem. Sicut dicimus esse verum aurum, cuius tota materia ad puritatem auri determinata est: & non verè aurum dicimus, quod alienæ naturæ est permixtum. Et nullo istorum modorum sumimus veritatem, quando de veritate ut virtute loquimur.

Consistit autem adhuc veritas in adæquatione signi & significati: & hoc dicitur secundum quod duplex est signum. Est enim signum à re acceptum quod est species vel intentio rerum accepta in anima, & est signum ad significandum rem positam, sicut est vox articulata. Sed hoc signum & à notitia factum est, & notitiam facit. Factum quidem à notitia imponentis: faciens autem notitiam apud alium. Et ideo duas

habet adæquationes. Quando enim adæquatur nomen notitiæ imponentis in ratione sua perfectè designans totam notitiam: tunc verum nomen est. Si autem minus in ratione nominis sit: tunc cadit ab adæquatione & efficitur signum mendax, & hoc mendacium deficit à veritate. Omnis enim dicens vel loquens sermonibus, utitur significatione nominum ad intentionem imponentis. Secundum autem adæquationem ad res, signum verum est, quando æquatur rei, sicut dicit Arist. in prædicamentis, eò quod res est vel non est, oratio vera vel falsa est: & secundum hoc deficit à veritate falsitatis in oratione. Signum autem primum quod passio animæ vocatur ab Arist. in perihier. ubi dicit, quod voces earum passionum sunt notæ quæ sunt in anima, signum rei est & à re acceptum: & ideo veritas eius est in adæquatione ad rem, secundum quod dicit Arist. quod veritas est adæquatio rerum & intellectuum: & secundum hoc veritas in anima est, & ad similitudinem istius veritatis veritas dicitur in moribus. Illi enim veritati opponitur fictio quæcumque fingit quod in re non est, & apparet, & non existens. Sicut dicitur esse hypocrisis mendax, quod ad similitudinem huius accipiatur. Ex hoc patet, quod in virtutibus moralibus sunt orationes & sermones, quorum nos ex intentione & electione domini sumus: & ideo sermones & opera significant & enuntiant de nobis sicut effectus significant de causa. Et in talibus adæquatio signi secundum opera & verba ad significatum, & in intentione & electione veritas est: & quod ab hac adæquatione deficit, fictio est, vel in plus vel in minus, quæ verè hypocrisis mendax vocatur secundum omnes sui differentias & species. Propriè autem fictio in plus, vocatur iactantia: fictio autem in minus, propriè vocatur ironia: utraque tamen mendax simulatio est.

Hæc igitur veritas in conuictu operationum & collocationum accepta, quamvis in multis sit, tamen in omnibus illis specialis & vnus boni habet rationem sine quo mos ciuilis non est perfectus: & ideo virtus specialis est de ipsa. Cum enim in talibus sit superabundantia & defectus, ambo vituperabilia existentia, necesse est medium esse laudabile. Consequens est enim in tota morali philosophia, quod quando extremum vituperatur, non propter naturam operationis vel passionis circa quam est, sed propter defectum & superabundantiam, necesse est medium in talibus laudabilem bonorum esse. Ex præmissis autem in secundo libro supponimus, quod hoc quod est virtutem in medio esse, causa sibi erit extremum in bono esse. Circa huiusmodi ergo bonum, quia extremum in bono est, & difficile & in medio consistens, specialis virtus est moralis quæ veritas vocatur: cum primo modo dicta veritate non habens similitudinem, nisi in ipsa adæquatione quæ in veritate est sicut principium. Cum secundo autem modo dicta veritate & in hoc habet similitudinem & in modo. Pater igitur ex præmissis, quod circa eadem est medietas iactantia & ironia, circa quæ est medietas amicitia. Est enim circa

facta

facta & dicta ad conuiuere relata. Diuersimodè tamen circa eadem est. Circa gratum enim & dulce & suauè in dictis & factis est amicitia. Sed circa adæquationem dictorum & factorum ad intentionem electionis facientis est veritas proprio nomine innominata, hoc communiter & appropriato nomine veritas dicitur.

87. Non est autem malum quinimo valde vtile ad doctrinam etiam tales habitus pertransire pertractando, quamvis non sint nominati: per circumlocutiones enim, quamvis non habeamus rationem propriam, aliquam notitiam accipimus in ipsis. Magis enim vtrique sciemus ea quæ circa mores sunt, singulares & singulos habitus pertransientes: & ex hoc indubitata fide in omnibus passionibus & operationibus virtutis esse medietates quasdam, conspicientes in singulis, quod se habent per modum medietatis inter abundantiam & defectum. In præcedentibus autem dictum est quales sunt illi secundum habitum qui in ipso conuiuere conuiuiunt & colloquuntur ad delectationem vel tristitiam. Sunt enim amici, vel blanditores, vel discolori. De veridicis autem & falsidicis nunc dicemus. Ordo enim hic secundum rationem est. In conuiuere enim primum est esse acceptum: non indicatur enim de veritate nisi prius acceptum sit. Dicimus igitur, quod veritas hoc modo accepta similiter sicut & amicitia, materialiter quidem est in operationibus & sermonibus ad conuiuere relatis, & est in fictione ad plus & minus, sicut inter quas medium coniectat.

88. Iactator autem qui in fictione abundat in dictis & factis, simulator gloriosorum videtur esse aliquando quidem non existentium, aliquando autem maiorum quam in veritate existant. Eyron autem qui fictus est ad minus è conuictio iactatori, negare videtur aliquando quæ existunt secundum veritatem: aliquando autem facit ea minora quam existant, diminuendo ea quæ secundum veritatem in ipso sunt. Medius autem horum nihil fingens vel plus vel minus, sed verbis & factis denuntians de se sicut est, videtur quidem in veritate existens, verax scilicet & vita & sermone, existens in ipso opere & verbo consistens, & neque minor faciens. Antecastos enim componitur ab en quod est afero, quod idem est quod secundum ipsum: & ab eo quod est ecaston, quod idem est quod ostendere vel manifestare. Vnde aferecaston est ea quæ sunt secundum ipsum, ostendens vel enuntians. Est autem propriè nomen eius qui in dictis & factis est non absconditus, sed manifestus, & certus, & verus.

89. Contingit tamen horum singula tam in dictis quam in factis & gratia lucri alicuius facere & gratia nullius lucri, sed propter seipsa: eò quod secundum se nullo adiuncto placeant. In talibus enim vnusquisque talia dicit, & operatur: & sic in talibus viuunt & conuiuiunt ad qualia secundum habitum dispositus est. In præhabitis enim tertij libri tam ex dicto Socratis quam ex ratione ostendimus, quod iudicium finium vel electiones semper in omnibus sunt secundum habitus vel connaturales vel

D. Alb. Mag. lib. 4. Ethic.

acquisitos vel à diis donatos. Vnde quæcumque non alicuius gratia quod sibi causa operis est, operatur, vel loquitur, semper talia operatur & loquitur, qualia sunt secundum habitum. Mendacium autem etiam secundum se ipsum, quamvis nihil habeat adiunctum, secundum rectam rationem prauum est & fugiendum: & ideo fugiendum, quia prauum. Verum autem in dictis & factis secundum se ipsum quamvis nihil habeat adiunctum, bonum est & laudabile, & ideo persequendum. Sic autem & verax ab hoc vero denominatus enuntians de se sicut est, tamen medius si laudandus. Ambo autem mendaces, scilicet qui ad plus fingit, vel ad minus, quia extremi sunt, vituperabiles sunt. Iactator tamen magis vituperabilis quam dictus ironicus. De utroque tamen istorum posterius. Prius autem dici oportet de veraci: eò quod priuatio non cognoscitur nisi per habitum.

Non enim hic dicimus de veridico secundum quod in confessionibus quæ sunt in patris vel iudicis vel aliis contractibus quicumque ad iustitiam vel iniustitiam contendunt. Quamvis & illa non sit nec plus vel minus deponere, quam sit in rei veritate, sicut dicimus depositiones testimonij esse verax. Tales enim veritates quamvis in moribus hominum sint, tamen alterius virtutis sunt. Sunt enim politica quantum ad illam virtutem quæ iudicativa est: & tales veraces ab habitu disponente ad veritatem non sunt veraces, sed potius à coactiua virtute legis: propter quod non valet testimonij depositio, quæ promptè & ex electione fit, sine coactione legis facta per iudicem. Sed de tali veritate dicimus, in qua sermone & vita aliquis dicit verum de se, nullo faciente differentiam ab ipso sine veri vel mendacij, quod aliqua utilitate moueat ad faciendum vel dicendum si tantum verum est in dicto & facto: quia ad verum secundum habitum dispositus est: talis enim moderatus videtur esse inter fingentem ad plus & minus. Hic enim est amator veri, & in quibus mouens ad dicta & facta, in nullo differt à vero. Semper verum dicit, & in quibus differt per utilitatem aliquam id quod mouet ad dicendum vel faciendum. Adhuc magis verum dicit: quia tunc habet duo mouentia, verum scilicet & adiunctum: talis enim mendacium vituperatur ut turpe, quod etiam secundum se ipsum sine omni nocumento adiuncto vituperatur. Talis igitur in medio existens laudabilis est.

Si autem ex aliqua adiuncta causa quæ maioris in ciuilibus est utilitatis quam verum sit, aliquando iste declinat in minus quam verum sit, mentiendo: sicut si fortè per mendacium saluatur vita hominis, vel fama, vel fortuna: & in delectatione veritatis non fit præiudicium alicuius ciuilitatis: tunc enim mentitur in minus: eò quod hoc prudentius est. Quia inter duo mala minus malum eligendum: eò quod in superabundantiam declinare onerosum valde est: eò quod peiores sunt abundantia quam defectus: propter quod iactatio magis vituperabilis est. Sed attendendum est, quod talis delectatio nec de perfectione nec de rectitudine virtutis est, sed potius de necessitate

Q. litate

90. Nunc de veraci sermone instituitur, qui in quibus hoc nihil refert, & in verbis & in vita ex eo veraci dicit, quia habitus talis est.

91. Verax magis ad definitionem veritatis declinat.

feruilibus intendente vel deditum) vel describi debeat per hoc quod in conuiciantibus ludis non contristat audientem, vel etiam per hoc quod in talibus ludis conuiciantibus delectat conuientem: vel si aliquo istorum modorum, vtrum adhuc hoc maneat indeterminatum quibus ludis conuiciantibus indecentia dicere debeat, vel quibus ludis non contristare debeat audientem, vel quibus delectare conuientem: hoc enim determinari non potest. Aliud enim & aliud alij & alij odibile & delectabile: sed in omnibus hæc obseruabit eutrapelus, quod talia audiet & recipiet à conuiente tam in conuiciantibus ludis quam in liberalibus, qualia facere & dicere ad alium consuevit. Ad vnum enim morem pertinet, quod qualia quis infert alij, talia recipiet ab eodem. Quæ enim quis sustinet & recipit ab alio audiens in ludis, hoc etiam facere videtur ad alios.

100. Non omnibus facietis vitiis dexter.

Non tamen eutrapelus omne conuicians in ludo faciet: conuiciam enim contumelia quædam est. Contumeliæ autem quædam tam sunt magnæ, quod tristitiam magnam & odium faciunt inter conuientes: vnde & legispositores quædam contumeliosa dicere prohibent, ciues in concordia tenere volentes: sed in ludis propter iucunditatem hominum aliquando conuiciari oportet. Quantum autem conuiciari oportet & quantum non in ludis, non est determinatum: sed oportet, quod in his ille qui graciosus siue studiosus & liberalis est, sic se habeat, quod in talibus ipse sit lex sibi ipsi, apud se considerans à quibus conuiciorum ludis sit recedendum & quæ facienda. Talis igitur quidem medius est, qui sibi sic lex est, siue epidexius siue eutrapelus appelletur. Ludos autem conuiciantes vocamus conuicia hominum representantes: sicut est in ludis comædiarum & tragædiarum, in quibus vitia personarum recitantur & representantur. Comædiæ autem & tragædiæ ad requiem inuenta sunt vt in eis spiritus à studij vehemètia remittatur: & ideo in genere ludi contineantur. Boni autem viri proprium est, quod non quæcumque facta vel dicta sustineat. Si enim patienter sustinet, opinionem de se faciet quod in talibus gaudeat: propter quod cum sibi ipse sit lex, determinabit apud se quæ recipiat cum delectatione, & quæ sustineat sine tristitia, & in quibus contristatus repellat cum conuicio & exprobratione. Talibus enim conuiciari oportet, & exprobrari ab omni gratiofo & liberali siue studiofo.

CAPVT V.

De vitiis oppositis eutrapelia, & epiloquo eorum quæ de tribus virtutibus dicta sunt.

101. Scribitur super naturam à ridiculo.

Bomolochus autem minor est derisor. Derisor enim cum despectu aliquando & à seipso & ab aliis recedit: propter quod in conuictu dictorum & factorum odiosus est. Bomolochus autem etsi risum faciat, & talia

dicat vel faciat indecentia, quorum nullum diceret graciosus vel studiosus: tamen nec à se nec ab aliis recedit: quia nec sibi nec aliis dissidet, omnia ad iocum referens. Derisor autem dissidet, qui risum refert ad despectum & exprobrationem. Bomolochus autem aliquando indecentia talia dicit vel faciet, qualia non ab alio audiret vel reciperet: & hæc est vna deformitatum eius.

Agrios autem quos duros diximus & austeros, ad tales colloquutiones & conuictus penitus inutilis est. Nihil enim iucundum confert ad conuiuere: sed in omni conuictu factorum & dictorum tristatur, & nulli congruit ad iucunditatem. Quamuis autem hæc medietas in ludo sit: tamen quia ludus est requies, & requies vnum de necessariis est ad vitam civilem, conuenit circa hæc virtutem specialem esse, sicut diximus.

Tres igitur sunt quæ dictæ sunt in conuiuere medietates: & in hoc conueniunt, quod omnes sunt circa communicationem quandam sermonum & operationum, quæ communicatio est socialiter conuiuere. Differunt autem abinuicem in hoc, quod vna quidem circa veritatem est, quæ est in dictis & factis. Aliæ autem sunt circa delectabile dictorum & factorum. Earum autem quæ circa delectationem sunt, vna quidem est circa delectabile quod est in ludis: aliæ autem circa delectabile quod est in his quæ secundum aliam vitam sunt conuictibus & colloquiis. Hoc autem ex hoc patet, quod veraces leueros dicimus, quasi veritatem sequentes: eutrapelus autem iucundos: amicos autem in conuictu suauis & gratos.

102. Rusticus ad urbanos ceptus est inutilis.

103. Tres virtutes iam determinata inter se conueniunt, & abinuicem differunt.

CAPVT VI.

De medietate verecundia.

Quartum locum inter adiunctas tenet verecundia: eod quod nec virtus est nec in genere virtutis, sed in genere passionis existens, modum habet virtutis in coniectatione medij: nec verecundia est in genere honesti. Non enim de se expetendis est: nullus enim appetit verecundiam propter ipsum verecundari. Nec etiam in genere boni est: eod quod verecundari bono non est proprium, sed potius ei qui malus est, & turpia facit: quinimo verecundari malum est: est enim fuga turpis: fuga autem mali malum quoddam est, sicut & timor: propter quod antiqui verecundiam diffinierunt dicentes, quod verecundia est timor & fuga cordis secundum systolem in turpi perpetrato. Propter quod sicut timor passio est & non virtus, ita & verecundia: propter quod non omnis verecundia medium habet: & illa quæ habet medium, non habet medium moderando verecundiam, sed potius moderando verecundia causam. Quantumcumque enim aliquis verecundetur ad turpe, bonum est: nimis enim verecundari non potest. Verecundia igitur de qua loquimur, cadit in vniuersale generis vitii, & non in genere honesti.

104. Verecundia non est virtus.

sti, & est bonum, sicut pharmacia bonum est. Hoc enim non est bonum nisi suppositione, scilicet si humor ex corpore purgandus sit: simpliciter autem mala est. Et similiter est de verecundia quæ bona est: non enim bona est nisi turpe aliquod perpetrandum: eod quod tunc retinaculum est, he fiat: similiter autem verecundia per modum mali corpus afficit.

De verecundia quidem igitur vt de quadam virtute, non contingit dicere: passioni enim magis assimilatur quam habitui. Determinatur enim ab antiquis per descriptionem, quod sit timor ingloriationis, hoc est, turpis quod sequitur ingloriatio & confusio. Perficitur enim verecundia consimiliter timori circa pericula: eod quod vtrumque fuga cordis & spiritus est, & passio corpus afficiens: differenti tamen modo. Illi enim qui verecundantur, rubescunt in facie, corde extrudent spiritum & sanguinem ad sedem glorificationis & verecundia, fronte scilicet. Mortem autem & pericula mortis timentes pallefcunt, spiritu & sanguine recedentibus à facie & ad cor fugientibus. Hæc igitur duo, verecundia, & timor, vtraque videntur corporalia quædam esse: eod quod passibili qualitate corpus afficiant. Hoc autem magis proprium est passionis, quam habitus. Habitus enim in quiete est & sine alteratione.

105. Verecundia non omni ætati sed iuuenili congruit.

Amplius autem de verecundia loquentes, prout humanis conuersationibus attribuitur, nec omni ætati, nec omni professioni conuenit passio verecundia: sed iuuenili tantum ætati congruit, eod quod existimamus iuuenes verecundos esse oportere: propterea quod secundum passiones viuentes concupiscentiæ multa peccant. A verecundia autem à talibus peccatis prohibentur: & ideo eos qui de numero iuuenum verecundi sunt, laudamus. Senes autem vti que nullus laudabit, in hoc quod verecundabiles sint. Non enim existimamus nec posuimus, quod senem aliquid oportet operari in quo sit verecundia. Hoc autem de senem intelligimus, in quo nec ab ætate nec à passione defectio est, sicut in primo scientiæ libro determinauimus.

106. Probum non decet verecundia.

Propter hoc etiam vltius dicimus, quod studiofo non conuenit verecundia: eod quod verecundia non fit nisi in prauis. Studiofo autem nihil talium est operandum: quinimo si quædam sint secundum veritatem turpia, quædam autem non secundum veritatem, sed secundum opinionem solum: hoc quoad studiofum nihil differt: neutra enim operanda sunt studiofo. Prouidet enim bona non solum coram se, sed etiam quod bonum sit in opinione omnium. Hoc enim modo dictum est, quod crudelis est, qui famam negligit. Ergo studiofos neutro modo verecundanda committit. Pravi autem hominis etiam tale quidem est, proprium scilicet aliquid turpium operari & in opinione turpem esse: sed si quis diceret quod quantum ad hoc aliquis existi-

maretur studiosus esse, quia si aliquid turpium operatur, verecundatur, inconueniens dictum esset: quia in hoc quod verecundaretur de turpi, non studiosus esset, sed retinaculum haberet quoddam turpitudinis: verecundia enim est de numero voluntariofum. Studiosus autem volens nequaquam praua operatur.

Propter quod verecundia, sicut diximus, non simpliciter, sed ex suppositione quid studiosum est & bonum. Quod patet ex hoc: quia si turpe operabitur, verecundabitur vti que: & si non operabitur, non verecundabitur. Horum autem nihil conuenit virtutibus quæ simpliciter virtutes sunt. Illæ enim non passiones corporales sunt, & omni ætati & omni professioni conueniunt, & simpliciter in genere boni honesti sunt: non tamen ex suppositione boni rationem habentes. Quamuis enim diximus, quod studiosus nihil verecundum committit, & ideo sibi verecundari non conuenit conuenit tamen sibi verecundari in vitiis turpibus vel auditis. Hoc tamen duos modos verecundia Græci distinguunt apud eos, vocantes verecundiam quæ timor est ingloriationis in turpi actu. Ayleoyene verò turpitudinem vocant viso vel audito turpi: & confusionem hanc nos possumus appellare. Boni enim & studiofi est proprium in viso turpi vel audito suffundi & confundi. Hoc igitur modo verecundia bonum est. Quod sic probatur: quia si verecundia prauum est, sequitur, quod non verecundari turpia operari sit etiam prauum. Et non ex hoc sequitur, quod si talia operetur & verecundetur, quod verecundari sit studiofum secundum se, sed est aliquid præordinatum ad studiofum. Secundum hoc ergo si operatum confusio sequitur: confundi autem est verecundari, verecundari autem non adhuc propter hoc erit studiofum. Propter hoc ex necessitate suppositionis ad verecundiam sequitur studiofum, non simpliciter: sed ad non verecundari turpia operari à communi & vniuersali communia etiam absque suppositione sequitur prauum. Semper enim prauum est in turpibus non verecundari. Extrema autem verem verecundia, vt in secundo diximus, sunt catacliofia & inuerecundia. Catacliofia quidem qui abundat & ad omnes gloriationes verecundatur. Inuerecundus autem qui in tantum deficit, quod etiam in turpibus non verecundatur.

106. Verecundia non simpliciter sed ex suppositione quid bonum est.

Hæc igitur de adiunctis virtutibus dicta sufficiant. Continentia enim quæ quibusdam coniuncta virtus videbatur, non simpliciter moralis virtus est, sed est quædam virtus mixta ex intellectuali & morali virtute. Ostenditur autem à nobis de hac in his quæ posterius in septimo libro dicemus. Nunc autem in libro immediatè sequente de iustitia tractabimus. Diximus enim in secundo, quod de nemest tractare pertinet ad rethorem: eod quod ad iudicium pertinet demonstrarium.



LIBER V.

TRACTATUS I.

De nominis multiplicitate quod est iustitia.

CAPVT I.

Quid vocatur iustitia generaliter.

I. De iustitia & iniustitia hoc in loco considerandum.

IN hoc libro quinto moralium de iustitia est intendendum. Hæc enim moralis est: eò quod in operationibus & passionibus est. Operationes ex passionibus oriuntur: quia, sicut dicit Aspasius, passiones mouent ad operationes. Non enim esset qui plus vellet in lucro & minus in damno, nisi ad hoc moueret cupiditas rerum fortunæ subiacentium. Sed iustitia principaliter est in operationibus: eò quod per operationes & non per passiones ad reipublicam refertur & ad politicum: & in operationibus eius medium queritur, & non in passionibus. Non enim iudicat politicus in quantum mesidicus est, hoc est, medij coniectator de eo qui maiorem vel minorem cupiditatem habuerit, sed de eo qui in opere plus vel minus accipit: passio enim communis non est, sed operatio solum ad communitatem habet relationem. Mesidici autem politici communia est diligere & non propria. Pater igitur, quod hæc virtus speciale aliquid habet: alia enim cardinales & quædam adiunctæ plus in passionibus sunt quam in operationibus. Ista enim in operibus est, secundum quod medium est, & non est in passionibus, nisi in quantum passiones causæ sunt operationum.

Adhuc autem bene aliarum virtutum in passionibus est: & signum eius, quod est bene in operatione. In ista autem è contra est: bene enim in operationibus est, non autem in passionibus, nisi secundum quod relatæ sunt ad operationes vt operationum incitamenta. Vnde hæc virtus magis est similis arti quam alia morales in hoc quod bene ipsius in opere operato est magis quam in operante, sicut in arte est. In aliis autem, sicut in secundo dictum est, bene magis est in operante quam in operato opere. Huius autem causæ est duplex. Vna quidem: quia virtus hæc non tota in appetitu consistit, sed potius in ratione proportionante, iudicante, & determinante quid

cui debitum sit, quod appetitus facere non potest. Secunda est: quia coniectatio medij eius semper in altero est, & non in operante. Aliter autem coniectans quam mesidicus, non per appetitum, sed per rationem iudicabit. In aliis autem virtutibus coniectatio medij semper in operante est.

Hæc igitur causæ est, quod inter morales vltima ponatur. Minus enim de more habet & plus de ratione quam aliqua aliarum moralium. Et non causæ quam dicunt quidam, quod sicut dignissima ponatur in fine: sed potius quia multipliciter habet, ex eo quod rationis relatæ ad morem, ex principiis virtutum quæ simpliciter morales sunt, determinari non potuit: sed alia principia ponere oportet: & idè extra morales determinanda sunt: & quia sine more non est, propter hoc cum aliis moralibus erat coniungenda, vt iste liber quasi continuatio quædam sit moralium ad intellectuales. Quare autem cardinalis vel principalis virtus sit & qualiter, in principio à nobis determinatum est.

De iustitia igitur & iniustitia opposita in hoc libro à nobis intendendum est, duo principaliter querere intendentes. Primum quidem, circa quales operationes sunt iustitia & iniustitia ei opposita. Secundum autem, qualis mediocritas sit iustitia, & quale medium sit iustum, & quorum medium sit, & inter quæ extrema. Intentio autem nostra est procedere secundum eandem methodum quæ in his quæ prædicta sunt, habita est, hoc est, quod typo & figuratè & non subtiliter procedamus. Subtile enim processum materia non admittit: eò quod moralia omnia à nobis sunt per voluntatem & liberum arbitrium. Liberum autem arbitrium stans causæ non est, nec habens ordinem necessitatis.

Dicamus igitur quid volumus dicere quando dicimus iustitiam, accipientes id quod ab omnibus dicitur ordinantibus quancumque urbanitatem. Dicta enim illorum considerantes videmus ex intellectu dicti, quod omnes politici iustitiæ nomine talem volunt & intendunt habitum determinando dicere, à quo illi qui habent eum, ex facultate perfecta operatiui sunt iustorum, & à quo in effectu iusta operantur, & volunt iusta per appetitum: ita quod iustitia in quantum habitus est, det facultatem,

2. Iustitia est habitus quo homines apti sunt ad iustas res agendas, & quo iusti agunt & volunt iusta.

facultatem: & in quantum bonum in extremo est, iustam perficiat operationem: & in quantum forma voluntatis est, faciat velle iusta. Sicut enim dixit Socrat. ex forma voluntatis & appetitus iudicium finis est & electio. Eodem autem modo sciemus etià de iniustitiis. Iniustitiam autem vocant politici habitum operatiuum, à quo prauis iniusta faciunt & iniusta volunt. Ex quo igitur hæc determinatio omnium est, & ex iudicio sapientum typo procedendum est. Propter hoc & nobis tractantibus de istis primum ante omnia vt in typo quo procedere intendimus, hæc quæ ab antiquis dicuntur, supponantur, vt in toto tract. sequenti his tanquam suppositionibus vtamur.

3. Iusta & iniusta non procedunt ab eodè habitu.

Non enim eundem modum habent processus tractandi in scientiis & potentiis & habitibus. In scientiis enim & potentiis vna eadem scientia & potentia videtur esse contrarium. Sicut medicina in scientiis, vel geometria, vel musica, vna est contrarium, scilicet sani, musici & immusici, cerui & redii: & in potentiis vt in rhetorica & aliis quæ non ex necessitate procedunt, vna est scientia aculationis & defensionis. Sicut enim dicit Aristot. tales scientiæ & potentiæ sunt plurium amborum velut finium. In habitibus qui sunt formæ in modum naturæ rationi consentaneæ, habitus quilibet non est nisi vnus operatiuus: & idè licet habitus contrarius sit habitui, tamen nullus habitus contrarius vnus & idem acceptus secundum se operatiuus est contrarium: puta sanitas quæ est habitus corporis vnus in se habitus est, & à sanitate per se & secundum substantiam non sunt contraria, sed solum sana. In secundo enim de generatione & corruptione probatum est, quod vnum & eodem modo se habens, semper facit idem. Cuius signum est: quia dicimus hominem sanè ambulare quando ambulat vtique vt sanus existens, & nullum signum in ambulatione videtur esse infirmitatis. Forma enim vt natura mouens, vnum facit cuius principium in ipsa est, & faciendò nec potest non facere illud, nec contrarium facere illud. Sicut calidum & album non potest non facere calidum & album, nec etiam frigidum facere vel nigrum. Natura enim obligata est ad vnum, & illud de necessitate facit, non potens non facere illud, nec valens facere contrarium. Adhuc autem in omnibus talibus scientiis & potentiis ad operationem eius quod secundum naturam habitus operatur, & nec requiritur voluntas. Non enim medicus vnus sanat siue vellet illum sanare siue non, nec rhetor vnus persuadebit. Iniustitia autem iusta nunquam operabitur nisi velit: bene enim virtutum omne in voluntate est.

4. Sæpe habitus contrarius cognoscitur ex suo contrario & sæpe ex suis obiectis.

Multoties quidem igitur contrarius habitus per diffinitionem quidè cognoscitur à contrario habitu diffinito: multoties etiam cognoscitur à subiectis in quibus est per principia per quæ inducitur in subiecto. Nunquam tamen contrarium est operatiuus: & si cognoscitur à contrario, cognoscitur per diffinitionem quæ est sicut conclusio. Si autem cognoscitur à subiectis, cognoscitur à diffinitione quæ est docens quid & propter quid. Talis enim diffini-

tio constituitur ex principiis inducentibus eum in subiecto. Huius extremum est: quia sic enexchia quæ est bona dispositio carnis, per diffinitionem sic manifesta, statim contraria eius cachexia quæ mala dispositio carnis est, per oppositam diffinitionem erit manifesta: sicut si albedo segregatiua visus sit, erit nigredo visus congregatiua. Ex subiecto autem, sicut si albedo sit diffusio luminis in superficie clara lumen incorporante sed non obtenebrante, erit nigredo priuatio diffusionis luminis: ex hoc quod superficies lumen recipiens obtenebrat ex sui cæcitate & opacitate. Eodem modo autem ex bene habentibus principiis in carne erit enexchia: & ex hac enexchia quamuis non fiat, tamen consequitur vt firmiter carne bene. Verbi gratia si enim enexchia per diffinitionem dicatur esse densitas carnis, in qua pars carnis iuxta partem stans repellit contrarium: est necessarium, quod cachexia sit raritas carnis, quæ propter sui laxitatem & paritatis ad partem distantiam, superflua contraria à se repellere non potest: & sic bene habens in enexchia in subiecto, id est, id quod bene factuum est densitatis: & in cachexia per oppositum contrarium est benefactiuum cachexiæ. Quamuis enim contrarium contrariæ sint diffinitiones & contraria principia: tamen potentia contrarium & contrariæ sunt & contrarium operatiua: & quia contraria non sunt in eodem secundum idem, idè vnum & idem in natura, vel in eo quod modum naturæ habet, contraria operari non potest: quod non est in potentiis animæ vel scientiis: in his enim vnum & idem contrarium est secundum seipsum. Voluntas enim boni & mali est, & ratio veri & falsi: similiter & scientiæ & potentiæ quæ sunt in potentiis animæ. Potentias autem dicimus, quæ non stant in vno, sed tremunt inter opposita, sicut illæ quæ ex necessariis non procedunt. Scientia autem dicitur, quæ per principia necessaria stat, siue ad verum, siue ad falsum. Contrarium enim sunt tam potentia quam scientia. Hoc autem modo scientiæ & potentiæ non propriè dicuntur habitus: quia in modum naturæ non sunt ad vnum. Habitus autem dicuntur virtutes: quia, sicut Tullius dicit, in modum naturæ sunt consentaneæ rationi, & sunt ad vnum, & non possunt ad illud non esse, nec possunt esse contrarij: & si aliquando dicantur habitus potentia & scientiæ tales, oportet, quod secundum elargitam significationem accipiatur, secundum quod habitus dicitur quæcumque forma perficiens potentiam ad operationem.

Propter quod alia diuisio est habitus, quam scientiæ vel potentia. Habituum enim alius est corporalis, alius animalis: fortitudo enim est habitus animalis: similiter autem & visus: corporalis autem sanitas & enexchia. Scientiarum autem & potentialium talium quæ dictæ sunt, nulla corporalis est. Est autem etiana in hoc processu attendendum, quod vt in multum siue in pluribus consequitur, si vnum contrarium multipliciter dicitur, & reliquum multipliciter dici: non tamen consequitur in omnibus: quia sicut dicitur in topicis, amare multipliciter dicitur, secundum animalem sci-

Habituum diuisio.

Lib. 1. topic. cap. 8.

licet & corporalem actum. Secundum animalem quidem, secundum quod dicitur quod amor est transitus voluntatis in affectu boni ad alterum. Secundum corporalem autem, secundum quod amare dicitur amplexari vel osculari vel coire. Et tamen odire non multipliciter. Non enim secundum corporalem, sed secundum animalem actum tantum dicitur. Et sicut inuoluntarium multipliciter dicitur, voluntarium autem tantum vno modo. Voluntarium enim non perficitur nisi ab eo cuius principium est inter conscientem singularia tanquam ab vna forma: eod quod ignorante singularia non totum principium operatum est intra. Nullus enim appetitus operatur nisi per formam scientiæ quæ est in ipso: & ideo voluntarium si secundum perfectam rationem accipiatur, non à multis, sed ab vno determinatur. Ab vno autem dico, quod à duobus ad vnum ordinatis ad vnam & eandem perficitur operationem. Hoc autem modo vnum dictum, non multum, vel multiplex est in essentia: sed in potentiis multiplex est tantum, sicut animal rationale mortale.

5. Iustitia & iniustitia multipliciter dicuntur.

Quia tamen in pluribus sequitur, quod si vnum contrarium est multiplex, & reliquum: ideo in hac scientia sufficit procedere ex hoc principio. Secundum hoc igitur si iustum est multiplex, sequitur iniustum multiplex esse, & e converso. In hac tamen multiplicitate attendendum est, quod vtrumque multipliciter videtur dici, scilicet iustitia & iniustitia: & secundum aliquem modum videtur æquiuocè dici. In talibus autem quando æquiuocatio secundum formas à quibus imponitur nomen, propinqua est vniuocationi, oportet ipsorum æquiuocationem latentem esse, sicut in his in quibuscumque secundum rationem nominis respicitur ad vnum secundum rem, sicut in sano quod dicitur de diæta & exercitio & vrina & animali. In his enim respectus ad vnum est, quod est animal, quamuis modus respiciendi non sit vnus: & talia proprie non æquiuoca, sed analogica dicuntur. In quibus autem formæ multum distant à quibus nomina imponuntur quæ idem Græcè nuncupantur, non later æquiuocatio: & illa dicuntur casu & fortuna æquiuoca. Puta sicut quando æquiuocè vocatur clavis epiglottis, quæ est sub collis animalium claudens cannam tempore cibi, ne aliquid de cibo incidere possit, & aperiens tempore vocationis vt in libero sano vox formetur: & quando dicitur clavis instrumentum quosere ostiorum clauduntur & rapiuntur. Harum enim formæ valde remotæ sunt & statim manifestant æquiuocationem. Sicut etiam quando dicitur canis cæleste, latrabile, & marinum. Supponentes igitur probatum, quod si vnum contrarium multipliciter dicitur, & reliquum, sumamus toties dicitur iniustus & iniustitia. Ex hoc enim sciemus quoties dicitur iustitia & iustus. Quamuis enim per habitum priuatio cognoscatur: tamen in moribus cum priuatio sit omnifariam, habitus autem ex vna sola & tota causa, priuatio quoad nos notior est quam habitus in his quæ sunt à nobis. Vitium enim per modum priuationis est, virtus per modum habitus.

Priuatio est notior habitus in moraliibus.

CAPVT II.

Quot modis dicitur iustitia, iustus & iniustus.

Videtur autem iniustus tripliciter dici. Est enim iniustus illegalis, & est iniustus avarus lucri improbe cupidus, & est iniustus inæqualis, æquale in damnis cum proximo sustinere non volens. Propter quod manifestum est, quoniam secundum regulam inductam iustus multipliciter erit dictus: & dicitur iustus legalis, & iustus dicitur æqualis lucri vltra condignum non cupidus, & minoris damni quam proximus sustinet non curatius. Iustum quidem igitur legale est & æquale: iniustum autem illegale & inæquale. Inæquale enim duo continet, scilicet quod non velit plus in lucro nec minus in damno quam condignum sit. Quamuis enim hæc sint duæ dispositiones & duo habitus, quorum vnus perficit ad non plus appetendum in lucris, alter autem ad non minus appetendum in damnis, nunc vno nomine communi designatur quod est æqualis: specialibus tamen nominibus Græcè distinctè dicuntur: & qui plus vult in lucris, pleonectis vocatur à pleos quod est plus, & echo quod est habeo, & dispositio vocatur pleonexia. Qui autem minus vult in damnis, meonectis vocatur, & dispositio meonexia vocatur à meo quod est vnus, & echo quod est habeo. Vtraque tamen inæqualitas quædam est, & secundum hoc opponitur æquali: & quamuis inæquale sic multipliciter dicatur, æquale dicitur vno modo: eod quod æquale volens in damnis nomen proprium non habet, sicut & in opposito minus volens etiam in damnis in Latino distinctum nomen non habet ab avaro. Avarum enim dicimus improbe cupidum pluris in lucro & minoris in damno cum præiudicio iuris alieni. Per oppositum igitur iustum quidem legale est & æquale, iniustum autem illegale & inæquale: ita quod inæquale sua communitate prædicta duo ambiat & contineat in seipso. Hoc autem magis erit manifestum, si considerabimus circa quid est avarus & iniustus sicut circa materiam.

6. Modi iniusti.

Manifestum autem est cum appetitus non sit nisi boni, vel eius quod refertur ad bonum, quod avarus iniustus circa bona erit. Non autem est circa omnia bona quocunque modo dicta sunt, sed circa ea bona circa quæ est fortuna & infortunium. Hæc autem sunt quæ dicuntur exteriora bona, quæ quidem secundum sui naturam & substantiam simpliciter & semper bona sunt, rationem bonitatis habentia in eo quod organicè deseruiunt felicitati. Alicui autem non semper bona sunt propter abusum. Abutuntur quidam bonis fortunæ ad felicitatem eorum vsum non referendo, sed potius ad prauitatem. Signum autem quod simpliciter bona sunt & semper, est quod homines orant à diis sibi dari: quod non facerent, nisi secundum sui naturam & semper bona essent: ideo enim hæc orant & persequuntur omni studio quærentes

7. Avarus iniustus non est circa omnia bona.

quærentes ea. Quamuis hæc ergo oratio non sine errore sit: quæ enim fortunæ subiacent, diis immortalibus non conueniunt: in suæ enim naturæ principiis bonitatem habent. Deorum autem similia sibi conferre est. Propter quod Socratici dixerunt virtutes deorum dona esse, & non bona fortunæ. Optima enim, sicut in primo diximus, fortunæ concedere irrisibile est: & non minus inconueniens est, fortuita diis attribuire tanquam optimis. Cum autem eorum vsum sit vsum virtutis, oratio corrigenda esset. Oporteret enim à diis orare, non bona quidem simpliciter, sed quod ea quæ sunt simpliciter bona, etiam ipsis orantibus in vsum bona essent: bonus enim vsum talium virtutis est: virtutes autem secundum Stoicos deorum dona sunt. Eligere enim semper conuenit ea quæ sibi bona sunt: & ideo hæc à diis conuenit petere.

8. Iniustus non semper plus, sed interdum minus expetit.

Iniustus autem si in communitate suæ significationis accipiatur, secundum quod est inæqualis, non semper plus eligit in lucro quam dignum est, sed etiam minus eligit in damno in his quæ simpliciter mala sunt. Mala autem simpliciter dicimus, quæ damni inferunt nocumentum, siue in persona, siue in rebus, siue in honore, siue in aliquo tali inferant nocumentum. Sed quoniam videtur, quod etiam id quod minus malum vocamus, boni æqualiter habet rationem: ideo avaritia quæ boni simpliciter improbus est appetitus, videtur etiam minoris in malo esse, & avarus dicitur secundum hoc quod proprie cupit minus habere in damno.

9. Iniquus est legum transgressor.

Cum tamen secundum veritatem inæqualis quidem sit, sed non avarus qui pleonectis dicitur, sed potius meonectis appellatur. Inæquale enim nomen continet hoc quod est meonectis, & est commune ad pleonectem: & similiter nomen quod est illegale, tanquam genus non proximum continet vtrumque dætorum. Illegalitas enim omnem continet iniustitiam, & est commune genus omnis iniustitiæ.

Sed tamen in hoc attendendum, quod illegalis non est nisi circa ea quæ lege ordinantur. Hæc autem non sunt nisi communita ad rempublicam pertinentia. Et si est circa propria, oportet quod illa ad rempublicam referantur. Sicut enim homo non tantum secundum naturam est, sed etiam vt ciuili accipitur, ad obsequium reipublicæ ordinatus: ita etiam ea quæ sunt hominis, siue in habitibus virtutum animæ vel corporis, siue in bonis fortunæ ad rempublicam ordinatus est: & hoc modo legibus ordinatur. Si ergo accipiamus legale secundum rationem nominis, legale est, quod ad rempublicam ordinabile est: & illegale dicitur priuatum tali ordine: & sic illegale valde commune est, & sub se continet pleonectem & meonectem & omne vitium. Si autem accipiamus legale, quod secundum sui naturam & vsum bene non habet, nisi ad rempublicam relatum sit id cuius vsum est proprius, non legale est, sicut est fortitudo & temperantia. Id autem quod optimè & bene habet relatiuum in vsum ad rempublicam, proprie legale est: & hæc sunt bona fortunæ: & sic legale commune est

ad vtramque iustitiam, & illegale commune ad vtramque iniustitiam, scilicet pleonexiam & meonexiam: & hoc modo iustitia generalis vniuocè prædicatur de iustitia speciali. Si verò consideremus, quod gradus & species vnicò nomine designantur iustitiæ, cum vnum nomen non possit esse speciei & generis, quod & diffinitio implicita totum esse rei nominatè designet, hoc modo iustitiæ nomen vniuocè non prædicatur de genere & specie, sed per prius & posterius. Perfecta enim ratione prædicatur de specie, imperfecta autem de genere. Adhuc si iustitiam accipiamus prout est virtus quæ dispositio est perfecti ad optimum: sic potestas est perfectis ad operandum iusta facultatem conferens, & est totum quoddam potestatiuum, quod consistit ex omnibus referibilibus ad rempublicam secundum legis ordinationem: & hoc modo vtraque iustitiarum particularium pars potentialis totius iustitiæ est, nec vniuocè, nec æquiuocè de toto prædicatur. In integralibus enim non homogeniis, nec pars de toto, nec totum de parte prædicatur.

CAPVT III.

De iustitia legali.

Via autem secundum prædicta illegalis iniustus dicitur, legalis autem iustus, manifestum est, quod omnia legalia oportet aequaliter iusta esse. Legalia autem sunt quæcumque ad rempublicam ordinata à politico per eam potentiam quæ legispositiua vocatur, lege ordinantur & determinantur. Horum enim vnumquodque iustum esse dicimus. Leges autem dicunt & præcipiunt in omnibus, coniectantes vtile, vel in eo quod communiter confert omnibus, vel in eo quod confert optimis viris claræ dignitatis in vrbantate, siue quibus vrbantitas non consistit: vel de eo quod confert illis qui publicis officiis præfunt, quorum potestate continetur vrbantitas: vel de eo quod confert eis qui secundum virtutem perfecti sunt, & qui priuilegia in vrbantate meruerunt: vel coniectant de his quæ conferunt aliis personis, quæ secundum alium modum talem ad rempublicam referuntur.

10. Qua à legibus proficiunt, sunt aequaliter iusta, iniusta vero qua contra leges sunt.

Propter quod secundum vnum quidem modum generalem iusta dicimus, quæcumque sunt factiua & conseruatiua felicitatis & omnium particularium ipsius, siue essentialiter, siue instrumentaliter ad felicitatem referantur communicatione politica, quæ rempublicam respicit, & ad beatitudinem ciuium ordinatur. Propter illam enim præcipit lex aliquando foris opera facere ad reipublicæ defensionem: puta non derelinquere aciem, neque fugere de acie, nec abiicere arma. Aliquando etiam præcipit temperantiæ opera, ne honestas nupriarum fœdetur: puta non mœchari siue adulterari. Aliquando etiam mansueti opera: puta non conuiciari, & non percutere, neque contendere. Et eodem modo secundum aliquas virtutes præcipit operationes.

11. Iusta vno modo dicenda sunt quæcumque iustitia conseruatiua felicitati.

nes, & secundum malitias: virtutis enim opera iubet, opera autem malitiæ prohibet: & non tantum secundum virtutes animæ, sed etiam secundum virtutes corporis præcipit opera, & secundum facultates rerum.

Sed hoc attendendum est, quod aliæ virtutes morales plurimum in passionibus sunt, secundum quod in passionibus sunt, non præcipit aliquid de his politicis: quia secundum illas ad politicam communicationem referri non possunt: propter quod non præcipit nisi de operationibus. Hæ enim reipublicæ possunt deferre: cuius signum est: quia cum præcipit de operibus fortitudinis, præcipit illa & forti & non forti indistinctè omni ei qui civis est. Et similiter est de operationibus temperantiæ & mansuetudinis & omnium aliarum virtutum politicis nec punit nec renuntiat passionem, sed opus: propter quod cæteræ virtutes legales non sunt nisi secundum opera: & idè iustitiæ generalis formam non recipiunt ut virtutes sunt, sic enim priuata sunt, sed potius prout sunt in operibus: & hæc est causa quare virtutes speciales à iustitia generali secundum formam sunt distinctæ & differentes.

Attendendū etiam est, quod iustitia non est nisi circa commune per aliquem modum conciuī debitum & à ciue reddendum. Propter quod circa passiones ciuiliū ordinatio esse non potest: aliquando enim in potestate non sunt. Non enim est in potestate hominis non timere in periculis, & non concupiscere delectabilia: & idè si hoc præciperet politicus, impossibilia cuiilibet requireret. Et per hoc patet, quod iustitia generalis secundum formam genus est specialis iustitiæ. Specialis enim iustitia debitum conticit in his, quorum ipse vsus est communis. Iustitia autem generalis in omnibus quæ ad communitatem secundum aliquem modum vsus referri possunt: quamuis etiam quædam illorum secundum sui naturam & essentiam communia esse non possunt.

Adhuc autem iustitia generalis non considerat nisi debitum legis. Iustitia autem specialis & hoc considerat & debitum obligationis ex ipsa natura communicationis vel distributionis: & sic specialis iustitia addit super generalem, sicut species super genus. Hæc autem generalis iustitia medium ex hoc esse probatur: quia pleonexia illegalis est, & meonexia similiter: & vna est in plus, & altera in minus: & hæc inuenitur in omnibus relatis ad communitatem. Iniustus enim est, qui in operibus fortitudinis vel temperantiæ, quæ propter difficultatem pœnam habent, minus conferre vult communitati, & in laudibus & titulis plus vult habere in lucro: & horum duorum medium iustitia est generalis. Propter hoc quidam non sine ratione dixerunt, quod iustitia generalis in forma non habet generalitatem ex se, sed ex lege quæ de omnibus præcipit: & idè quod secundum se debitum, non debitum facit. Specialis autem de non debito secundum se, debitum non facit, sed quod est secundum se debitum, ordinat ad reddendum: & idè cum duo sint quæ debitum faciunt in

ultitia speciali, scilicet obligatio quæ est ex natura rei, & obligatio ex lege, debitum quod est secundum naturam rei substantialis forma est, debitum autem legis est sicut forma generis in specie. Cum autem in medio virtutis esse notio sit, patet quod ex vtraque istarum virtus moralis est. In medio enim esse dat esse virtuti, secundum quod virtus est, & dat ei esse extremum in bono, sicut in secundo huius scientiæ libro determinatum est.

CAPVT IV.

De laudibus iustitiæ generalis.

Hæc autem iustitia generalis sola inter virtutes virtus perfecta est. Sola enim ad bene operandum perfecta facit hominem: sed non est perfecta in his quæ simpliciter accipiuntur ad alterum non relata. Propria enim quæ communia esse non possunt, non respicit lex: & in his non est homo perfectus, nisi ad seipsum. Est autem homo non tantum homo per naturam, sed etiam animal coniugale & ciuile: propter hoc virtute quæ perficit eum in seipso, perfectus non est, sed virtute quæ perficit ipsum in quantum ciuiliū est. Diuinius enim est ciuile bonum, quam æconomicum: & diuinius est æconomicum, quam proprium. Perfecta autem virtus ad diuinissimum perficit bonum: quia ab illo contrahit perfectionis rationem. Per hoc autem quod perfecta est, multoties & multis videtur præclarissima esse virtutum. Claret enim in bono secundū se ad minus per opera in ordinatione domus & per adiutorium conciuīs quod impendit, & claret in domo reipublicæ per ordinationem legis: propter quod & præclarissimi viri qui etiā ad immortales deos trāslati sūt, sicut in politicis dicit Arist. in iustitia generali claruerunt.

Ex hoc iterum vltterius sequitur, quod admirabilissima sit, & quod neque hesperus neque lucifer maturinus ita sit admirabilis in claritate sicut iustitia. Admirabile enim est altum, quod multa ambit & illuminat: & hoc non inuenitur nisi in bono iustitiæ generalis: propter quod ortus eius, ortum significat perfectum luminis in reipublica quod est lumen felicitatis, sicut ortus luciferi ortum significat solis, & occasus eius occasum significat luminis felicitatis: nec occidit nisi felicitas occumbat, sicut hesperus occumbit post occasum solis. propter quod etiam prouerbiū quod Euripides primo & Theonguides post eum induxit de iustitia generali, dicere consueuimus. Est autem istud, Malo bene honestus paucis cum pecuniis habitare, quam ditari iniuste pecunias possidens. Non enim bene honestus est, qui se & sua ad reipublicam non refert: hōnor enim in altero est: & inhoneste ditatur, qui in contributione ad reipublicam pertinentem, minus damni eligens condignè non tribuit ut priuata passione suas diuitias non minuat.

Ex hoc autem vltterius accipitur, quod iustitia generalis cum quodam modo omnis virtus

12. Iustitia virtutum præclarissima esse videtur.

Admirabilissima.

Est quodammodo omnis virtus.

rus est: èd quod in ipsa omnis virtutis opus est debito legis informatum. Propter quod Michael Ephesius dicit, quod iustitia generalis perficitur ex omnium virtutum congregatione. Congregationem autem dico non eam quæ est in vno subiecto, sicut est homo vel anima, sed eam quæ est in vna forma iustitiæ generalis quæ forma legalis communicatio est, quæ etiam forma participata ab aliis virtutibus quodam modo omnes facit esse species istius vel supposita speciebus subiecta. Sicut igitur & omnis virtus est, & perfecta maximè virtus in eo quod perfecta virtutis in opere vsus est. Perfecta autem idè est: quia qui habet ipsam ut habitum non tantum ad seipsum, sed etiam ad alterum quemlibet potest vti virtute secundum opus. Multi enim in propriis quidem virtute vti possunt & habet facultatē. In his autem quæ ad alterum sunt, vti virtute non possunt. Et hoc signum est, quod propria plus honorant, & ad alterum nociuè se habent, communia ad priuata referentes: per quod fit signum improbæ libidinis ad proprium bonum: & propter hoc optimè videtur habere illud dictum Biantis qui fuit vnus de septem sapientibus Apollinis, & dixit, quoniam principatus virum ostendit: vir enim in natura hominis perfectum quid significat. Non enim vir sexu dicitur tantum, sed ab animi strenuitate & perfectione: propter quod Aristor. ad Alexandrum regem dixisse refertur,

Indue mente virum Macedo puer, arma capesse.

Principatus autem nomen officij publici est: quia in publicis siue communibus viri perfectio secundum veritatem consideratur. Principes enim in eo quod principes, ad alterum & in communicatione reipublicæ habet officium.

Ex hoc iterum vltterius elicitur, quod iustitia alienum bonum esse videtur: hoc enim alij debitum: & hoc habet sola inter omnes virtu-

tes. Hoc autem idè est, quod iustitia ad alterum est, & generaliter alij conferentia operatur. Operatur enim conferentia vel principi reipublicam diligenti, vel operatur conferentia ipsi communitati in qua reipublica statum habet.

Pessimus igitur quidem est, qui & ad seipsum & ad amicum conciuem malitia virtutis si tamen vsus est & non abusus. Optimus autem est ille, qui non ad seipsum tantum virtute virtur, sed ad alium secundum ordinem reipublicæ coniunctum sibi. Hoc enim opus difficillimum est & optimum: propter quod & optimus est qui illo vti potest.

Ex hoc iterum vltterius elicitur, quod hæc iustitia generalis non quædam pars virtutis est, sed tota virtus. Diximus enim, quoniam considerato in iusto perfectum posse confert ad operandum, & quælibet aliarum virtutum etiam specialis iustitia pars potentialis est ipsius. Generalis autem totum virtutis est perfectiōis tantæ est priuatiua, non est pars quædam malitiæ, sed tota malitia, si malitia completa sit secundum omnia quæ ad communitatem referri possunt. Hoc enim modo & non alio malitia iustitiæ quæ tota virtus est, contrariatur. Quid autem differt virtus & iustitia hæc, quam ad omnem & totam perfectam virtutem esse diximus, ex his quæ dicta sunt, facile manifestum est. Est enim quidem virtuti eadem secundum subiectum & materiam circa quam virtus est. Esse autem quod specificæ formæ est actus, non est idem. Iustitia enim est virtus in esse ad alterum per legis ordinationem ordinata. Simpliciter autem & absolute virtus est, secundum quod in passionibus priuatis & operationibus est talis habitus secundum se consideratus qui qualem facit habentem & opus eius tale reddit. Hæc igitur sex sunt privilegia iustitiæ generalis.

13. Pessimus est qui ad seipsum & ad amicos priuatiua virtutis.

14. Iustitia non pars virtutis, sed tota est virtus.



TRACTATUS II.

De utraque iustitia speciali.

CAPVT I.

Qualiter sit querenda iustitia specialis, & an sit querenda iustitia specialiter dicta.

15.
De iustitia
qua est pars
virtutis, in
querendum est.

QUÆRIMVS autem consequenter iustitiam quæ in quadam parte virtutis est: talis enim quædam virtus est vt ante prædiximus. Similiter autem & de iniustitia quærimus quæ est secundum partem, quæ iustitiæ dictæ contraria est secundum partem. Quod enim talis iniustitia sit, probatur per signum: qui enim secundum alias malitias iniuste facit & operatur, iniuste quidem facit per priuationem iustitiæ legalis. Auarè autem nihil facit, puta qui abiicit clipeum propter timorem, & qui maledixit propter iram, vel qui non adiuit pecuniis propter illiberalitatem, & sic in aliis. Nullus enim talium plus in lucro considerat & minus in damno. Quando autem auarè facit aliquid per pleonexiam, multoties nihil operatur secundum aliquam malitiam aliam alterius virtutis alteri virtuti contrariam: & tamen tunc non operatur secundum omnem malitiam: nec tamen propter hoc sine malitia est: quia secundum quandam & specialem malitiam operatur. Quod enim secundum malitiam operetur, ex hoc patet, quia non vituperatur nisi malitia. Taliter autem operantem vituperamus, sicut secundum quandam iniustitiam operantem. Oportet ergo, quod hæc quædam iniustitia sit alia & diuersa ab iniustitia generali quæ sit vt pars quædam illius quam diximus esse totam iniustitiam: & oportet, quod iniustum quoddam sit, quod pars quædam sit totius iniusti quod diximus esse iniustum, eo quod sit præter legem. Si enim aliquid sit, quo posito non consequenter ponitur alterum, sed illo posito ponitur istud, illa de necessitate diuersa sunt, sicut pars & totum.

Adhuc si duo sint, quorum vnus mæchatur, non propter mæchiam, sed lucrandi gratia vt à mæcha accipiat: alter autem mæchatur propter concupiscentiam etiam in rebus multa apponens & iacturam patiens. Constat, quod isti duo diuersis finibus mæchantur. Et cum voluntates distinguantur, sicut sæpe diximus, constat, quod vnus luxuriosus magis videtur esse, eò quod in delecta illi luxuriæ requiescit magis quam auarus. Alius autem in lucro indebito requiescens, iniustus quidem est se-

cundum auaritiam: luxuriosus autem non est secundum finalem intentionem: quamuis luxuriosa deformitate abutatur quantum ad lucrum. Manifestum enim est quantum propter lucrari luxuriatur.

Adhuc circa alias quidem omnes iniustificationes specialium virtutum relatio quædam sit ad quandam & specialem malitiam, quæ malum facit opus etiam si nulla sit prohibitio legis: puta si mæchatus est, relatio sit ad malitiam luxuriæ: & si relinquit ducem exercitus, relatio sit ad malitiam timiditatis: & si parcus sit, relatio sit ad malitiam iræ: & sic est in aliis. Si autem præter debitum lucratus est, malitia specialis est, quæ ad nullam alterius virtutum malitiam referri potest, sed ad simplicem refertur iniustitiam.

Hæc igitur iniustitia simplex & specialis est ab omnibus aliis iniustitiis habens distinctionem. Quare manifestum est, quod est quædam iniustitia specialis, quæ præter illam quam totam iniustitiam esse diximus, distincta est alia ab ipsa in parte vniuoca se habens ad eam. Vniuocam autem diximus: quia diffinitio eius est in eodem genere contenta quod est legalis iniustitia. Ambæ enim istæ iniustitiæ in hoc conueniunt genere, quod potentiam habent in eo quod ad alterum est ordinatam secundum debiti rationem. Sed in hoc differunt specialis quod est quidem circa honores, vel circa pecunias, vel saltem conferentia, vel si quodam vno nomine omnia ista comprehendere habemus dicentes, quod est circa omnia relata ad lucrum indebitum propter delectationem quæ est à lucro, in qua finaliter auarus requiescit. Alia autem iniustitia, scilicet generalis, circa omnia est, circa quæ est studiosus relata ad politici & reipublicæ ordinationem. Quoniam quidem igitur iustitiæ plures sunt, & quoniam quædam est iustitia quæ altera est præter illam quam diximus esse totam virtutem, manifestum est ex dictis. Sed adhuc iungendum est, quod iniustitia generalis dicitur secundum potentiam & actum. Secundum potentiam enim generaliter iustus est omnem virtutem habens quæ expellit omnem malitiam: etiam si lege non ordinetur: & hoc modo dicimus de iniusto fieri iustum, quando relictis vitiis acquirit virtutes: eò quod habet iam vnde legi potest esse consonus. Secundum actum autem iustus est, qui actualiter omnia sua refert ad legis ordinationem. Est etiam quædam iustitia quæ non proprie iustitia dicitur: eò quod non est habitus, sed habitudo quædam, & est debita partium potestatiuarum ad totum potestatiuum ordinatio, sicut dicimus animam

16.

Iustitia generalis & specialis inter se differunt.

animam iustam quando partes appetitus rationi supponuntur: & regnum iustum, quando particulares potestates secundum debitum ad regnum ordinantur. De his autem omittentes, dictam iustitiam secundum partem quærimus: & idem sumendum est quæ & qualis illa sit. Iam autem determinatum est, quod iniustum dupliciter est, scilicet & illegale, & inæquale. Iustum autem per oppositum est & legale, & æquale. Secundum quidem igitur illegale iniustum sumpta est iniustitia generalis de qua determinatum est.

CAPVT II.

De speciali iniustitia in communi qualiter à iustitia generali distinguatur.

17.
Iniquum & iniustum contra leges, non idem sunt.

Quia autem inæquale & plus non semper idem sunt, sed alterum ad alterum se habet vt pars ad totum. Quod ex hoc patet: plus enim vltra condignum omne inæquale est. Non autem omne inæquale plus est: quia etiam inæquale in minus est. Sequitur ex hoc, quod iniustum & iniustitia ab isto inæquali sumpta non eadem est, sed altera ab illis. Vna quidem enim harum iniustitiarum est vt partes inæquales duæ, scilicet vna in plus pleonexis, altera in minus meonexis. Alia autem est vt tota iniustitia quæ à communi inæquali nomen accipit. Hæc enim iniustitia quæ in parte inæquali sumpta est, pars est totius iniustitiæ quæ à communi sumitur inæquali: & sicut iniustitia ad iniustitiam se habet, similiter per oppositum se habet iustitia ad iustitiam, communis scilicet ad particularem.

De ea ergo iustitia quæ in parte est, dicendum est, similiter & de ea iniustitia quæ est in parte, & de iusto & iniusto vtrique respondentem dicendum est similiter. Iustitia enim ordinata secundum totam virtutem, & iniustitia ei opposita, quæ quidem iustitia totius virtutis est vltus ad alium relatus, & quæ malitiæ sunt illi oppositæ, oportet quod modo dimittatur. Similiter & iustum & iniustum prout determinandum est secundum has, scilicet virtutem & malitiam, oportet quod dimittatur: eò quod ex principiis moralium virtutum determinari non potest: sed oportet, quod determinetur de legis positua. Multa enim legalium ferè præcepta sunt consideratione habita ad illam quam diximus totam esse virtutem. Ferè autem dico: quia etsi quædam illa præcipit lex, tamen illa refert ad virtutem communiter dictam. Lex enim præcipit viuere secundum vnamquamque virtutem, & prohibet viuere secundum vnamquamque malitiam intendens proficere virtutem in ciuibus, prohibere autem malitiam: & idem quæcumque virtutis factiua sunt & malitiæ impeditiua, lex ordinat. Ea autem de numero legalium existentia quæcumque sunt à lege posita circa disciplinam quæ ad commune refertur reipublicæ, sunt factiua totius virtutis, & illa pertinent ad legis positiuam. Quædam enim legalium sunt quæ

D. Alb. Mag. lib. 4. Ethic.

non præcipiunt qualiter viuere oportet: sed de hoc enarrant qualiter ciues ciuilitate dispositi fiant secundum virtutem. Prudens enim legislator non solum de his legem ponit secundum quam oportet viuere eos qui vrbanciam participant: sed multò principalius intendit de disciplina eorum qui futuri sunt boni, qualiter scilicet lex talis ponatur, propter cuius ordinem malitia vniuersaliter remoueatur, & omnes disponantur ad optimum. Propter quod dicitur, quod non bene habet illud Plat. quod dicit, quod leges positæ sunt non vt fiant iusta, sed vt ciues non patiantur iniusta. Prudens enim legislator principaliter intendit ciues iustos facere, & disciplinam talem dari, qua omnes diriguntur ad iustum: & idem erudit quæcumque factiua sunt totius & communis & perfectæ virtutis. Erudit autem hæc secundum rationem ad commune reipublicæ: quia enim ista conserunt reipublicæ, idem legislator dignum ducit hæc ciues edocere qui futuri sunt bonum.

De ea ergo disciplina quæ est secundum vnumquemque hominem, secundum quam homo simpliciter & absolute acceptus videtur bonus efficit, quæritur, vtrum politica sit vel alterius determinare: sed de hoc non in præfenti negotio, sed de eo quod posterius est, in quo de ciuibus tractabitur, determinandum est. Ex principiis enim huius scientiæ haberi non potest: quia sicut in naturis diuersæ potestati diuersis perficiuntur principiis, vt memoratiua quæ retentiuua est formarum, frigidus & sicco perficitur: & collatiua quæ perficitur calido temperatè mouente, & humido clarum spiritum ministrante: ita est in moribus: & idem aliam potentiam habent moralia communitatis ordinatam, & aliam quæ ordinant mores secundum vnumquemque: & harum potentiarum necessaria est diuersa esse principia. Vtræque enim istarum disciplinarum exigit ad hoc quod perfecte homo sit bonus. Non enim forte idem est viro bono bonum esse, & omni ciui secundum quod bonus est, bonum esse. Nec verum est quod dicit Eustrat. quod in bona ciuilitate idem sit bonum ciuem esse, & hominem esse bonum, & in mala aliud & aliud. Dicit enim, quod malam ciuilitatem contemnentis homo bonus est, & malus ciuis est. Ciuilitatem autem malam tenens ciuis bonus est, & malus homo. Malam ciuilitatem Arist. vocat apschediamonos, à monos quod est regula, & a quod est sine: & pschedias quod est adiectum regulæ: & sonat idem quod imperferatam vel irrationabile, quasi & lex siue regula absque ratione & perferatatione posita. Si enim sic diceretur bonus ciuis & bonus homo, per idem determinaretur bonus ciuis & bonus latro. Bonus enim latro est, qui ad præcepta principis latronum congruenter se habet ad latrocinium: hoc enim in præhabitis non concordat: sed potius, sicut habitum est, qui in propriis bene se habet, bonus homo est. Multi enim in propriis se bene habentes, se & suis nesciunt vti ad alterum, & illi mali ciues sunt. Optimi autem, qui & in propriis bene se habent, & se & sua referunt optime ad alium.

R. CAPVT

CAPVT III.

De diuisione iustitiæ specialis, & proprietatibus partium diuidentium.

18.

Iustitia distributiu.

Iustitia commutatiua.

Commutatiua voluntaria.

Commutatiua inuoluntaria & species eius.

Prima commutatiua inuoluntaria occultata.

Commutatiua inuoluntaria manifestata.

Ius autem iustitiæ quæ secundum partem dicitur, similiter & eius iusti quod secundum hanc iusticiam est, duæ sunt partes, & species, quarum vna quidem est species quæ est in distributionibus, siue honoris quæ in titulis & demonstrationibus, siue in pecuniis quæ accipitur in præmiis, siue in aliis quæcumque paribilia sunt & distribuuntur politica distributione his qui communicant eadem urbanitate. In omnibus enim talibus contingit & inæquale habere & æquale, proportionem habitam ad dignitatem qua communicati contulit: contingit autem sic habere æquale, & inæquale vnum ciuem habere ab altero. Alia autem species est, quæ est in commutationibus, quæ res possessa ab vno ciuem commutatur in alterum: in talibus enim communicationibus vna quædam species iustitiæ directiuæ est.

Commutationum autem talium duæ sunt partes: quædam enim sunt voluntariæ, quædam autem inuoluntariæ. Voluntariæ quidem, vt exemplariter dicatur, sunt tales, puta venditio, emptio, mutatio, fideiussio, in qua fideiussor obligat se ad soluendum. Vnus, sicut locatur usus domus, vel usus possessionis pro certo pacto. Depositio, sicut deponitur depositum fidei commissum ad seruandum. Conductio, sicut conducitur iumentum & seruus vel alia res. In omnibus enim his quod vnus est, aliquo modo transit ad potestatem alterius. Tales autem communicationes voluntariæ sunt dictæ: quia principia earum sunt in ipsis commutantibus singularia conscientibus in quibus est actus.

Inuoluntariarum autem commutationum duæ sunt partes: quædam enim sunt occultæ, & quædam manifestæ. Occultæ sunt, puta furtum in rebus, quod alienæ rei contractatio est inuito domino, & à forno nominatur Græco nomine, quod Latine sonat nigrum siue occultum. Mæchia, in qua vxor in abulum transit alterius. Veneficium, in quo corpus ab altero trahitur ad nocendum. Paragogia: paragogia autem productio & suspensio est in futurum, & dicitur à para quod præter, & agoge quod est ductio, sicut quando in termino conducto non soluitur quod promissum est, & sicut est occulta serui seductio vt à domino recedat, & sicut est occisio in dolo à quo sibi quis non cauet, & sicut est falsum testimonium & mendacium perniciosum. In his enim omnibus quod est vnus, transit ad alterum inuoluntaria commutatione, secundum quod inuoluntarium dicitur per ignorantiam. Manifestæ autem sunt commutationes inuoluntariæ ab inuoluntatio dictæ per violentiam, puta verberatio, captiuitas, vinculum, mors violenter illata, rapina quæ est violenta ablatio possessionum, oratio quæ est oculorum extractio, accusatio iniusta apud principem, & vni-

uersaliter iniuriatio violenta. In omnibus enim his necesse est esse quoddam directiuum iustum si respublica stare debeat inter ciues. Patet igitur, quod duæ sunt speciales iustitiæ, quarum vna in distributionibus, altera autem in commutationibus est directiuæ.

CAPVT IV.

Quod utrumque dictorum iustorum medium est inter plus & minus.

Quoniam autem secundum prædicta omnis iniustus inæqualis est, & omne iniustum inæquale: inæquale autem secundum plus & minus: manifestum est, quod huiusmodi iniusti quod est secundum plus & minus, aliquod medium est quod inæqualitatis ad æqualitatem reductiuum est. Hoc autem medium est æquale. In qualicumque enim operatione plus & minus est, in illa est & æquale ad quod plus & minus secundum excessum & diminutionem determinetur. Sunt igitur hic quatuor opposita: iustum & iniustum, & æquale & inæquale. In omnibus autem quatuor oppositis sic est, quod si vnum sequitur ad alterum, & reliquum sequitur ad reliquum. Sequitur autem inæquale ad iniustum, sicut præostensum est. Ergo æquale sequitur ad iustum. Iustum igitur per hoc quod est medium, de necessitate æquale esse probatur.

Cum igitur æquale sit medium, necessario & iustum medium quoddam erit. Est autem æquale ad totum minus in duobus minimis, quamuis inter plura esse possit. Hoc autem idem est: quia relatiuum est: vnde sicut pater non sui, sed filij est, & dominus seruiti æquale non sibi, sed æquali æquale est. Iustum ergo & medium & æquale esse necesse est & ad aliquid: & necesse est, quod de quibusdam æquale sit & fiat quæ principia sunt æqualitatis: & secundum quod medium est aliquorum vt extremorum. Hæc autem sunt plus & minus, sicut prædiximus: plus dico in lucro & minus in damno: quod in rebus distribuendis & commutandis attenditur. Secundum autem quod æquale est, necesse est, quod sit in duobus ad quorum dignitatem æqualitas proportionetur, sicut est dux & miles in distribuendis, & emens & vendens in commutandis. Secundum autem quod iustum est, cum iustum per debitum sit alterius, aliquibus attribuendum est. Necessarium ergo est, quod iustum ad minus sit in quatuor. Res enim quibus iustum vt medium contingit, duæ sunt personæ quibus res illæ attribuuntur. Res duæ sunt res empta & pretium in commutationibus: personæ autem, sicut emens & vendens.

In distribuendo autem sicut opus communitati impensum & vtilitas quæ ex opere prouenit, duæ res sunt, vt opus militis & ducis. Dux autem & miles personæ duæ sunt. Et in his quatuor eadem erit æqualitas proportionis inter duo quibus iustum mediū est, & inter duo in quibus sicut in personis iustum redditur & iustitia. Vt enim illa habent adinuicem quæ sunt personæ

19. Medium iniusti est ipsum æquum.

20. Iustum in distributione est quoddam medium, & æquum, & ad aliquid, & quibusdam, atque in quatuor minimis consistit.

21. Est eadē æquitas personarū, & rerum quæ distribuuntur.

personæ in quibus redditiō iustitiæ est, sic & illa adinuicem habent quæ redduntur. Si enim personæ non æquales sint, sicut dux & miles inæquales sunt secundum dignitatem: quia ad rempublicam referuntur: tunc consequenter ea quæ habebunt in distributione, erunt non æqualia secundum quantitatem. Cuius signum est, quod hinc pugna & accusationes in ciuitatibus oriuntur, quando vel æquales personæ non æqualia per distributionem accipiunt, vel quando non æquales personæ habent æqualia vel suscipiunt in distributione: accusationes autem factis per inæqualitatem.

Adhuc hoc idem est manifestum, si consideretur id quod est secundum dignitatem personarum. Omnes enim sapientes concorditer consentunt iustum illud quod est in distributionibus, oportere esse & reddi secundum dignitatem personarum: quamuis ea quæ dignitatem conferunt, non omnes eadem esse dicant. In diuisis enim urbanitatibus diuersa ponuntur facientia dignitatem. In urbanitate enim democraticorum libertas dicitur conferre dignitatem & dignitatis differentiam faciunt libertas & seruitus. Oligarchici autem dicunt diuitias conferre dignitatem urbanitatis, vel generis nobilitatem. Differentiam autem dignitatis ponunt in diuitiis maioribus & minoribus, & paupertate vel nobilitate maiori vel minori & ignobilitate. Nobilitatem autem accipiunt secundum Senecæ determinationem dicentem, quod nihil est nobilitas nisi antiquæ diuitiæ. Nobilitatem autem qua quis est optimis principis disponitur ad optima, oligarchiam non attendit. Aristocratici autem in sua urbanitate dignitatem attendi dicunt secundum virtutem, & dignitatis differentiam ponunt in differentia virtutis. De his autem urbanitatibus infra determinabitur quantum sufficit ad præsentem intentionem. Quocumque ergo modo dicatur, in hoc omnes concordant urbanitates, quod distribuenda ad æqualitatem dignitatis personarum distribuuntur, ita quod distributum reddatur ad proportionem dignitatis personæ.

CAPVT V.

Quod medium in distribuendis iuxta proportionem geometricam accipi debet.

22. Iustum inuoluntarium proportionalitatis consistit.

Quid est proportio.

Est ergo iustum proportionale quid. Quamuis enim de proportionem solus tractet arithmeticus & geometricus in quantum linea numerus est, & in quantum demonstratio transit de genere in genus: tamen proportionale quod quocumque modo formam proportionis participat, non solum est monadici numeri proprium, hoc est, numeri formalis qui ex monadibus rerum communitatibus coaceruatur, sed est totaliter numeri, hoc est, rerum numerarum formam numeri quocumque modo participantium.

Ad intellectum autem consequentium oportet scire, quod proportio est similitudo habi-

D. Alb. Mag. lib. 5. Ethic.

itudinum, sicut si dicam, sicut se habet rector nauis ad nauem, ita rector ciuitatis ad ciuitatem, in hoc scilicet, quod uterque eorum non forte sed arte eligitur: & in numeris, sicut se habent duo ad quatuor, ita se habent tria ad sex, in hoc scilicet quod utrumque est duplum & subduplum. Proportionalitas autem est similitudo proportionum, sicut si dicam, sicut est proportio inter duo & quatuor, & tria & sex, similem habens qualitatem dupli: ita est proportio inter duo & tria, & quatuor & sex, similem habens qualitatem sexquialteri. Vnde patet, quod similitudo inter duo est, proportio inter quatuor, & proportionalitas inter octo, & aliquando inter decem, si producatur proportionalitas, vt non tantum attendatur inter partes & partes, sed etiam inter constitutum totum ex primo & secundo, & inter constitutum totum ex tercio & quarto. Sicut si dicam, quod similis est proportio duorum ad quatuor, & trium ad sex: & similis duorum ad tria, & quatuor ad sex: & quod in eadem proportione est constitutum ex duobus & quatuor, ad constitutum ex tribus & sex. Nouem enim ad sex in sexquialtera proportione est, sicut duo ad tria, & quatuor ad sex. Quinque enim genera proportionum sunt determinata in secundo arithmetice, scilicet proportio multiplicatis, & proportio superparticularis, & proportio superpartietis, & proportio composita ex multiplici & superpartietis. Composita enim ex superparticulari & superpartietis esse non potest: quia non habet vnde accipiat. A nulla enim vna parte incipere potest vt sit superparticularis: nec enim à media, nec à tertia, nec de quarta: sed deinceps incipere potest: sed incipit à duabus tertiis. Propter quod etiam vocatur in prima eius specie superbipartientertrias, & secundo supertripartientertrias, & superquadrupartientertrias, & sic deinceps. Proportio multiplicatis est, sicut si in vno ordine disponamus vnū, duo, quatuor, octo, 16. & sic deinceps: in omnibus enim est proportio dupli, quæ prima species est multiplicis. Habet autem multas species, scilicet tripli, quadrupli, quintupli, & sic deinceps: quarum proportionum dispositio facilis est. Triplici enim est, sicut vnum, tria, nouem, 27. & sic deinceps. Quintupli autem, sicut vnum quatuor, 16. 64. & sic deinceps. Quintupli autem, sicut vnum 5. 25. 125. & sic deinceps: & similiter in aliis disponere facile est. Et generaliter dicendo omnis numerus talium in proportionem multiplicis est qui aliquoties totus est in ipso, & nihil amplius. Proportio autem superparticularis est duorum numerorum vel plurium continens semel numerum & aliquotam eius partem: & illius dispositio est, sicut duo, tria, quatuor, sex, nouem. Trium enim continet duo & alteram eius partem, altera autem dimidia: & eodem modo sex continet quatuor & alteram, & nouem continet sex & alteram, & sic deinceps. Vnde ista proportio sexquialtera vocatur, & Græcè vocatur emiolia ab emi, quod est dimidium, & olon quod est totum: quia continet totum & dimidium. Sicut dicitur sequitertia, quæ totum

Quid est proportionalitas.

Quinque sunt genera proportionum.

Prima species seu gradus.

Quid est proportio superparticularis.

Quid est sexquialtera proportio.

R 2 continet

Quid est se- quiteria. continet & tertiam, & sequiquarta quæ totum & quartam, & sequiquinta, & sic deinceps. Superparticularis autem ex hoc crescit quod continet totum numerum & duas eius tertias, & dicitur superbipartiens qui continet totum & duas tertias ter, & superquadripartiens, & superquintupartiens, & sic deinceps in numero duarum & tertiarum ascendendo. Composita autem proportio ex multiplici & superparticulari, sicut qui aliquoties continet totum numerum & aliquotam eius partem, sicut se habet decem ad quatuor in multiplici sexquialtera eius parte. Bis enim continet quatuor, & alteram eius partem: & in utroque istorum, scilicet in continentia totius & continencia aliquotæ crescit in infinitum. Multipliciter autem superpartiens est, qui continet aliquoties totum & aliquoties eius duas tertias, sicut 11. ad tria se habet. Ter enim continet ternarium & duas eius tertias, & in hac aggregatione crescit in infinitum: & sic octo se habet ad tria quod bis continet ipsum & duas eius tertias. Vnde octo ad tria est in proportione dupli superbipartiens: vnde decem autem ad tria in proportione tripli superbipartientis. Ex his patet quid est proportio & quid proportionalitas.

Prima diuisio proportionum. Proportionum autem quedam est coniuncta, & quedam disiuncta. Coniuncta autem dicitur, quæ medio vno tertio bis vtitur, sicut punctum continuans in linea, bis idem est in duplici ratione sumptum, scilicet finis & principij: sicut si dicam, sicut se habent duo ad quatuor, ita quatuor ad octo. Medius enim terminus idem est in duplici ratione: quatuor enim quod est medius terminus vnus & idem in subiecta acceptus, ad duo est in ratione dupli, & ad octo in ratione subdupli. Disiuncta autem proportio est, quæ à medio vno termino copulatur: sicut si dicam, sicut se habet duo ad quatuor, ita quinque ad decem: nullo enim vno termino medio qui ad primum & quartum referatur, copulatur.

Secunda diuisio proportionum. Adhuc est proportio ordinata, & est proportio permutata. Proportio ordinata est, quæ sine permutatione partium ordinata similitudine vnus ad alterum attenditur: sicut si dicam, sicut tria ad 5. ita sex ad 10. tria enim ad 5. ita 6. ad 10. Permutata autem proportio est, quæ est in ordine proportionis partium permutatione: sicut si dicam, sicut similis proportio est primi ad secundum & tertij ad quartum, ita similis proportio est primi ad tertium & secundum ad quartum, & totius constituti ex primo & secundo ad totum constitutum ex tertio & quarto. Cuius exemplum est in multiplicibus duo, quatuor, quinque, decem. Est enim proportio primi & secundi dupli, & similis illi proportio est tertij & quarti & permutatim, sicut proportio est primi ad tertium, hoc est, duo ad quinque. Similis est proportio quatuor ad decem, quæ sunt secundum & quartum: in vtriusque enim est proportio duplicis sexquialteri. Et similis proportio est inter constitutum ex duobus & quatuor, & constitutum ex quinque & decem. Sex enim est constitutum ex duobus & quatuor. xv. autem ex quinque & decem.

cem. Quindecim autem ad sex in duplicis sexquialtera est proportione, sicut in permutata proportione fuit inter duo & quinque, & quatuor & decem. Aliud exemplum est in proportione sexquialtera, duo, tria, quatuor, sex: sicut enim duo ad tria, ita quatuor ad sex: vtraque enim proportio sexquialtera est & permutatim: sicut duo ad quatuor, ita tria ad sex: vtraque enim proportio dupli est: & sicut constitutum ex duobus & tribus quod est quinque, ad constitutum ex quatuor & sex quod est decem: decem enim ad quinque est in proportione dupli. Tertium exemplum est in superbipartientibus, sicut sunt tria, quinque, sex, 10. sicut sunt tria ad 5. ita sex ad decem: vtraque enim proportio est superbipartientis & permutatim: sicut tria ad sex, ita 5. ad 10. dupli enim est vtraque proportio. Et eadem proportio est inter constitutum ex tribus & 5 & constitutum ex sex & 10. 16. enim ad octo etiam habet dupli proportionem.

Ex prædictis igitur patet, quod proportionalitas æqualitas est proportionis, & quod proportio in quatuor est ad minus. Quod enim disiuncta proportio in quatuor sit, ex ipsa ratione disiunctionis manifestum est: tamen etiam coniuncta in quatuor est. Vno enim medio secundum substantiam vtriusque duobus: & ideo bis dicit ipsum referens ad primum, & referens ad quartum. Sicut si dicam, ut quæ est proportio numeri siue quantitatis numeri qui est ad eam quantitatem numeri quæ est b. ita similis proportio est quantitatis numeri quæ est b. ad eam quæ est, g. In hac enim proportione quæ est b. bis dicta est. Quare si b. bis ponatur, quatuor erunt proportionata secundum rationem proportionatorum, quamuis tria sint secundum substantiam.

Similiter autem & iustum distributum in quatuor est ad minus: & inter ea similis est proportio ei quæ est in numeris. Quibus enim distribuitur & quæ distribuuntur, similiter diuisa sunt in quatuor proportionata, sicut dux & miles, & fors ducis & fors militis. Erit ergo talis proportio, sicut a. terminus proportionatur ad b. hoc est, fors ducis ad ducem, ita g. terminus proportionatur ad b. hoc est fors militis ad militem, & permutatim. Ergo sicut a. se habet ad g. hoc est, fors ducis ad sortem militis, ita se habet b. ad d. hoc est, dux ad militem. Propter quod & totum quod est fors ducis cum duce in simili proportione se habet ad totum, hoc est, ad sortem militis cum milite: hæc enim distributio politica coniungit. Debita ergo coniunctio & proportionata termini a. cum termino g. in permutata proportione termini b. cum termino d. iustum facit in distributione: & medium secundum huiusmodi proportionem acceptum est, & vocatur iustum. Medium autem est proportionale, & est medium eius quod est præter proportionem: ergo iustum medium. Diximus enim iam, quod iustum proportionale est, cuius extrema sunt præter proportionale in plus, & præter proportionale in minus. Talem autem proportionem mathematici vocant geometricam, hoc est, acceptam secundum medium

Exemplum 2.

Exemplum 3.

25. Proportionalitas in qua iustum ex distributione consistit, disiuncta est.

C A P V T VI.

De iustitia commutativa.

Reliqua autem species iustitiæ quæ etiam vna est & particularis, est, quæ considerat iustum quod est directiuum eius quod fit in commutationibus & contractibus, siue sint voluntarij, siue inuoluntarij, in quibus homo vnus debitor alterius efficitur ex ipsa natura negotij. Hoc autem iustum aliam habet speciem à priori iusto quod est distributum. Distributum quidem est iustum, sicut in precedentibus habitum est, eorum quæ semper sunt communium, & ab ipsa communitate vel rectore ciuitatis distribuenda pro dignitate meriti quod aliquis contulit reipublicæ: & accipitur secundum proportionalitatem geometricam, de qua prius dictum est: quod ex hoc hoc patet: quia quamuis à multis rebus distributio illa fiat, quæ vel sunt demonstrationes, vel laudes, vel tituli, vel fornice, vel imagines statuarum principaliter à pecuniis communibus, hoc est, ad communitatem pertinentibus sit: quia etiam si in aliis sit, tamen sit secundum quod condignitate numismatis vel pecuniæ mensuratur. Sicut verbi gratia si titulus determinatur esse reddendus, ad estimationem fit vel 100. vel 1000. matreum, vel plus, vel minus: & similiter in aliis est proportio tantum seruata quam habent obsequia quæ illata sunt vrbianitati secundum plus & minus, pensata dignitate conferentis & magnitudine obsequij quod contulit, & vtilitate quam inde respublica consecuta est. Et iniustum quod illi iusto est oppositum, est præter proportionale, proportio geometrica carens, sicut in antehabitis expolitum est. Iustum autem quod est in commutationibus, est quidem etiam æquale quid, & iniustum sibi oppositum inæquale quid: sed non æquale, vel inæquale secundum proportionalitatem quæ dicta est, sed est æquale vel inæquale secundum arithmetica proportionem quæ in pari quantitate, sed in dispari qualitate est. Si enim dicam 5. 6. 7. 6. dupliciter medium est, scilicet per summam aggregationis & comparisonem. Per summam quidem aggregationis: quia si duo extrema, scilicet quinque & septem, in vnâ summam redigam, 12. offero cuius summæ medium est sex. Per comparisonem autem: quia si sex comparem ad quinque, medium est excedens. Si autem comparem ad septem, excessum est in tanto, quantum excedit. Extremorum ergo est vnum excedens tantum, aliud autem extremum excessum tantum. Medium autem excedens & excessum aequaliter participando cum vtroque extremorum. Excessum autem secundum quod excessum, non est determinatum vel finitum. Similiter autem & excedens secundum quod excedens est. Abeo autem quod non est determinatum vel si-finitum, iudicium haberi

25. Superest nunc de iusto quod in dirigenis commutatio-nibus consistit, determinare.

24. Iniustum quod in distributione consistit, aliud plus aliud minus est.

dium geometricum. In geometria enim proportionem hoc accipit, quod in eadem proportione se habet totum constitutum ex primo & secundo, ad totum constitutum ex tertio & quarto: sicut in permutata proportione se habet ad alterum, hoc est, primum ad tertium & secundum ad quartum. Hæc autem proportio siue proportionalitas est non continua. In distributionibus enim non potest continua proportio obseruari: eò quod vno numero terminus secundum substantiam non potest fieri ex duobus, scilicet ex eo cui distribuendum est, & ex eo quod distribuendum est. Patet igitur, quod iustum hoc quod distributum est, proportionale est. Iniustum autem, quod est præter proportionale.

Iniustum autem improporionale duplex est: quorum vnum quidem sit in plus, aliud autem in minus. Quod & in operationibus personarum accidit ad vrbianitatem relatis. Qui quidem enim iniustum facit vltra dignitatem propriam accipiendo, plus habet in lucro, quam dignum sit. Qui autem iniusta passus est citra dignitatem accipiendo, minus habet boni distribuendi quam condignum sit. In malo autem damni è conuerso est: quoniam iniustum faciens minus habet, & iniustum patiens plus. Minus malum autem efficitur in boni ratione, sicut in antehabitis diximus, quando ad maius malum comparatur. Minus enim malum magis eligibile est maiori malo: nihil autem autem eligibile est nisi bonum, & maius bonum magis eligibile. Cum igitur minus malum eligatur, oportet quod minus malum boni habeat rationem. Hæc igitur est vna species iusti & iustitiæ quæ distributiva iustitia vocatur secundum geometricam medietatem accepta. In proportione enim medium geometricum vocatur, per quod proportionata reducuntur ad similem proportionis quantitatem, inæquali remanente quantitate proportionatorum, sicut patet in exemplis superioribus inductis, scilicet trium, quinque, & sex ad decem: quæ omnia sunt vnâ proportionis qualitatem habentia in diuersa quantitate: & in omnibus aliis exemplis inductis est similiter. Medium autem proportionis arithmetica est, quo proportionata reducuntur ad æqualem quantitatem in dissimili qualitate proportionis, sicut sunt 5. 6. 7. sex enim ad quinque sunt in proportione sexquialtera, septem autem ad sex in proportione sexquialtera: quæ proportionales non sunt vnus qualitatis secundum speciem. Si autem excessus in medio quantitatis attendatur, sex excedit quinque in vno, & à septem exceditur in vno: ablatum ergo à septem in quo excedit sex, & additum quinque quod iteratò exceditur à sex, erunt sex, sex, sex, quæ est æqualis quantitas in dissimili proportione: & hoc vocatur medium arithmeticum in mathematicis.

non potest, nec potest principium esse alicuius iudicij. Medium autem cum in tanto excedit, in quanto exceditur, finitum est & determinatum. Ab eo ergo accipitur iudicium extremorum si ad æqualitatem redigi debeant: quod medium iustum est ad valorem rei proportionatum ratione iudicis, & est si dicamus, quod lectus valens quinque, venditus est, emens autem non nisi tres soluit, vendens autem in duobus damnificatus est: & hinc surgunt contentiones, & ad iudicem sicut ad medij & iusti dictatorem recurritur, qui æstimato valore lecti duo iubet reddi ei qui vendidit: & cum prius tria habuit, iam quinque habet. Vendens ergo quinque habens in pretio, emens autem quinque in lecti valore, iudex quinque in æstimatione rationis: erunt ergo 5. 5. & si lectus cum pretio coniungatur, erunt decem, cuius mediam est quinque, quod est in iudicis æstimatione æstimantis in quanto excessit vnus, & in quanto excessus est alter. In talibus enim computationibus nullam differentiam facit personæ vendentis vel ementis dignitas: siue enim studiosus, siue prauus sit, qui alium debito pretio priuauit, non æstimat iudex, & si imperator sit, vel sacerdos, vel rusticus, non aduertit, sed vnum sicut alium ad valorem rei reddere iubet.

Et similiter est in commutatione inuoluntaria occulta. Verbi gratia, si aliquis mœcharus est, non æstimat iudex, siue ille prauus, studiosus, vel alterius dignitatis sit. Lex enim informat animam iudicis: & idè ad differentias personarum non respicit: sed potius illis vtens æquiualeat in hoc, ad nocenti & iniuriæ respicit differentiam, & reddi vel emendari iubet ad æstimationem quantitatis iniuriæ illatæ. Verbi gratia, si vnus quidem iniustum facit, alius autem iniustum patitur: puta vt si vnus quidem læsit, alter autem læsus est. Propter quod iudex qui per æstimationem rationis & legis medius est, tentat æquare iniustum quod inæquale est, & iniustum faciente, & iniustum patiente: tentat autem ad quantitatem iniuriæ. Similiter autem est cum vnus quidem vulneretur, alter percutiat vulnerando: vel cum vnus quidem occidat, alter autem moriatur occisus: lege enim rationis vtitur in talibus, vt scilicet oculum pro oculo, dentem pro dente, vitam pro vita soluat. In his enim per inæqualia diuisa est actio & passio. Agens enim in talibus de hoc quod desiderauit vt sibi bonum, plus intulit: patiens autem de malo quod non desiderauit, plus habuit: & sic agens plus in lucro, patiens autem magis in damno habuit: actio verò & passio per inæqualia diuisa sunt. Iudex autem hoc æquare tentat, & plus in lucro æquare tentat ad id quod est plus in damno, agentem faciens sustinere damnum quod voluit, patientem autem adipisci faciens lucrum in bono quod perdidit, & aufert à lucro & addit ad damnum. Lucrum enim & damnum vocantur ea quæ in commutationibus sunt: quia simpliciter & vniuersaliter loquendo in commutationibus excedentis siue agentis, & patientis siue excessi iniuriam nominare non possumus nisi nomine lucri & damni. Agens enim plus habet de eo quod vult, &

patiens minus: è contra patiens plus de eo quod non vult, & agens minus: & sic agens plus habet in bono, & minus in malo: patiens autem plus in malo, & minus in bono: & hoc nomine lucri & nomine damni conuenientius designatur. Quamuis aliquibus Stoicorum lucri nomen non videatur esse proprium: puta, quod percutiens plus habeat in lucro, patiens autem siue percussus plus in damno. Sed ramen quamuis Stoici contradicant quando mensurata est passio patientis ad valorem numismatis, queritur enim pro quanto tantam voluisset sustinuisse iniuriam: tunc necesse est, quod hoc quidem vocetur damnum quod est ex parte sustinentis, hoc autem lucrum quod est ex parte agentis.

Quare quidem in lucro & minoris in damno directum est medium quod est æquale positum in iudicis æstimatione: lucrum enim & damnum hoc quidem plus, hoc autem minus contrariè se habent, per actionem scilicet & passionem: faciens enim iniuriam plus habet in lucro, & minus in damno: patiens autem plus in damno, & minus in lucro. Ad lucrum enim refertur rationem, boni quidem habere plus, mali autem minus: & per contrarium ad damni rationem refertur, mali quidem habere plus, boni autem minus. Quorum extremorum medium est quod in iudicis æstimantis est ratione, ad quantitatem illatæ iniuriæ vt videat quantum excessit super æquale qui iniuriam fecit, & quantum distat sub æquali qui iniuriam passus est, & tantum emendæ fieri facit iniuriam passo ab iniuriam faciente. Hoc autem æquale dicimus esse iustum. Iustum ergo quod est directum in commutationibus, medium est damni & lucri. Iudex autem hic æquans ad tria habet respicere, sicut dicit Tullius, scilicet ad par, pactum, & iudicatum. Par autem est, quod ad rei patientem redditur. Pactum verò quod conuenit inter quos est communicatio. Iudicatum autem quod ad legis vel principis redditur decretum.

Est autem dubium de commutationibus inuoluntariis, vtum neutrum sit quod dictum est. Si enim rusticus percutiat principem vel imperatorem, crimine læsæ maiestatis reus est, & ad quantitatem iniuriæ emendare non iubetur, sed multo amplius: & sic videtur, quod in tali commutatione differentia personarum attenditur, quod ante negatum est. Idem autem est si mœcherus cum vxore principis, vel si sacra spoliatur: & in multis aliis multam videntur inferre in talibus differentiam differentiarum personarum. Sed ad hoc dicunt Michaël Ephesius & Eustratus, quod æqualitas attendenda est secundum æqualitatem personarum in eadem differentia dignitatis constitutarum, sicut quod iubet iudex emendari vni principi sicut alij principi, & vni studioso sicut alij, & vno prauo sicut alij. Quod nullo modo stare potest. In præcedentibus enim habitum est, quod dignitas inter agentem & patientem non facit differentiam. Secundum hoc autem quod dicunt, magna differentia est ex dignitate agentis & patientis, quamuis inter patientem & patientem non sit differentia. Propter quod

26.
Iustum in commutatione directum, inter plus minus est.

Dubitatio.

Responsio.

Contra responsionem.

quod dicendum est, quod læsio personæ solemnis non infert damnum boni priuati tantum, sed etiam boni publici, & secundum qualitatem illati damni in iure præcipitur emendari. Nec considerat iudex in hoc dignitatem personæ, sed quod est in persona, scilicet læsionem boni quod læditur in persona: propter quod forte moritur qui etiam tantum intendendo lædere mouer principem: quia bonum publicum in principe læsum etiam vita hominis ad condignum non redimitur: vnde in tali redditione non consideratur dignitas prout in persona est, sed potius læsio boni quod causatur à dignitate. Patet igitur, quod firma & rata sunt quæ prædeterminata sunt.

CAPVT VII.

Quod iniustitia commutativa stat in æqualitatis medio.

Signum autem quod vera sint quæ prædicta sunt, est quod quando dubitant quantum iniuriæ intulerit qui fecit, & quantum passus sit qui sustinuit, refugium habent ad iudicem: ad iudicem autem ire est ire ad iustum quod secundum se iustum est. Iudex enim secundum iudicis rationem, vult esse velut iustum quoddam animatum, quod nullam habeat electiuam animam nisi iustitiam: & idè querunt iudicem vt medium quoddam quod secundum se iustum est: & propter hoc quidam iudices vocant mesidices, hoc est, medios iustos, non ita quod dimidij iusti sint, sed secundum hoc quod ipsi secundum se ipsos medij sint & iusti, vt dicantur medij iusti quasi mediales iusti. Verbi gratia vt si dicamus, quod iniusti componantur, hoc est, coordinentur: vterque continget iustum medium, vnus excedendo, & alter deficiendo ab ipso. Sicut est cum proportionantur hoc medio quod est iudex arithmetica proportione. Medium ergo iustum est: quoniam iudex & medium & iustum est. Iustus autem adæquat excedens & excessum ad se ipsum habita proportione.

27.
Iustum commutatum est medium inter maius & minus in arithmetica ratione.

Sicut si dicamus, quod linea significata per a. b. per inæqualia secta sit: tunc iudex inæquales sectiones considerans, eam quæ plus medietate habet, diuidit separans partem quæ medietate excedit, & addens illi quæ à medietate deficit minor secundum sectionem: & sic sectiones ad æqualitatem reduxit. Cuius exemplum est, si linea nouem cubitorum in tres & sex cubitos diuidatur, inæquales erunt sectiones. Inter tria autem & nouem sex medium est, ad quod iudex respiciens præcipit amputari à nouem tantum quantum excedit medium, & addit tribus quæ in eadem quantitate ad sex exceduntur: & sic inæqualitatem extremorum ad æqualitatem medij reduxit. Propter quod cum totum quod est actionis & passionis diuidatur & ad æqualitatem dicæ reductatur: tunc prouerbio communi aiunt, vnumquemque habere quod ipsius est: & hoc est cum ad dicam vnumquodque æquale accipiar. Æquale autem huius medium est inter maius

& minus secundum arithmetica proportionem. Propter quod communiter iudex qui quasi dica iniuriam mensurat actionis & passionis, dicastes vocatur. Er ratio medij qua mensurat, dicitur dicæon. Dicæon ergo duplex est, scilicet mensurans, & mensuratum. Mensurans in mente iudicis, mensuratum in emendæ quantitate. Vnde dicæon est dicæon siue dicæonis: quia hoc quod est in anima iudicis, dicæo est dicæonis quod est in quantitate emendæ. Similiter dicastes duplex est. Vnus quidem dicæam determinans vt iudex: alter autem dicæam determinans vt lex quæ iudicem informat ad dicare determinandū & determinatione: & sic dicastes lex erit dicastis iudicis. Propter hoc enim medium nominatur dicæon quemadmodum si quis dicat dicæon esse dicæonis, mensurans scilicet mensurati, & dicastem esse dicastis, legem scilicet iudicis. Si enim duabus æqualibus quantitatibus positis, vt prædictum est, pars auferatur ab altera & ad alteram apponatur, altera quantitas, scilicet cui apponitur, in duobus excedit eam cui ablatum est: excedit enim æquale & excedit minus: si enim sit tantum ablatum ab vna & non sit appositum ad alteram, tunc vtrique non superexcedit nisi in vno solo.

Cuius exemplum est, si tres lineæ sumantur, quarum qualibet ei in quo est sicut mensura, æqualis sit, sicut mensura hominis æqualis est homini, quamuis inæquales sint secundum se: auferatur autem ab illa aliquid, & addatur ad reliquam, illa cui additur, excedet & mediam & extremam. Mediam quidem quia media maior est, & idè excedit in vno: extremam autem excedit in duobus. Excedit enim excessum medij, hoc est, quantitate, quia medium excedit minus: & excedit excessu oppositi quo creuit super medium, & sic excedit in duobus: & sic maior cui appositum est medium, excedit vno, scilicet appposito, & ipsum medium illud à quo ablatum, etiam excedit vno excessu medij super ablatum. Cuius exemplum est in linea nouem cubitorum quam induximus, quæ si per ter tria diuidatur, quantitates erunt æquales: sed si autem vna sectio alteri addatur, inæquales erunt sex ad tria. Sumatur ergo quantitas proportionata toti quantitati quæ erat nouem, & parti quantitatis quæ erat tria secundum arithmetica proportionem, illa quantitas sex erit excedens tria in tribus & deficiens à nouem in tribus: ad iudicium ergo illius inæqualia ad æqualitatem reducentur. Nouem enim duobus ternariis excedit tria, etiam vno excedit sex. Sex autem ad tria non nisi in vno ternario excedit. Consideretur igitur quantitas medij quod æqualiter habet ad excedens & excessum, & non auferatur ab excedente quod duplo plus habet quam excessum, & simplio plus quam medium: & tantum quantum excedit medium, auferatur ab eo quod est simplum, & addatur ei quod est excessum tantum: & omnia ad æqualitatem reducta sunt. Hoc igitur siue tali iusto medio & æquali cognoscimus quid & quantum auferre oportet à plus habente, & quid & quantum apponere oportet minus habenti. Illud enim quo excedens medium excedit, oportet

apponere minus habenti. Illud autem quo medium superexceditur à plus habente, auferre oportet à maximo quod plurimum habet.

Descriptio autem huius quod æquales quantitates sunt tres, quarum prima designetur per lineam a a. Secunda designetur per lineam b b. Tertia designetur per lineam g g. sintque omnes æqualiter sex cubitorum. Diuidatur autem linea a a. in puncto e. per medium: tunc linea a e. trium erit cubitorum, & linea e a. etiam trium. Si ergo sectio e a. apponatur ad totam lineam g g. linea g g. excedit lineam a e. in tanto quantum est e a. secundum duplum: tria enim addita ad sex, nouem faciunt: nouem autem in duplo excedit super tria. Iste ergo excessus signetur linea g g. cum e a. sibi apposita in tria æqualia diuisa, & vna pars signetur per d g. altera g e. tertia per e g. ita quod linea signis istis diuisa sit d g. e g. Hæc enim linea in d g. excedit sectionem a e. & eandem excedit in g e. sicut nouem in duobus ternariis excedit tria. Lineam autem b b. quæ media est, non excedit lineam d g. e g. nisi in vno, scilicet in parte apposita quæ fuit e g. sicut nouem sex excedit tantum in vno ternario. Linea igitur quæ est d g. e g. tractionem eam quæ a e. duobus superexcedit, eo scilicet quod d g. & eo quod est g e. Eam autem lineam quæ est b b. non superexcedit nisi in eo quod est d g.

28. Hoc iustum seruatum est in omnibus artibus.

Talis autem coniectatio medij in commutatione artium mechanicarum est. Artes enim illæ destruerentur vti que, nisi faciens qui per modum agentis se habet in contractu emptio- nis & venditionis, tantum & tale faceret, quantum & quale patiens passus est, hoc est, vendens qui per modum patientis se habet in artificio, quod operatus est laboribus & expensis, commutatione. Si enim lectorum factor pro lecto non tantum & tale accipiat, quantum & quale posuit in expensis, lectum de cætero non faciet: & sic destruetur ars quæ lectorum factor est. Similiter autem est & in aliis artibus.

29. Lucrum & damnum circa commutationes sunt.

Nomina autem hæc quæ dicimus damnum, generaliter secundum primam originem venerunt ex voluntaria commutatione. Plus quidem habere quam sit valor rei quæ sui ipsius est, dicitur vltra debitum lucrari. Minus autem habere in valore his quæ ex principio fuerunt ante commutationem, vocatur damnificari. Puta sicut est videre in vendere & emere & in quantis cumque aliis lex cedit licentiam commutandi, sicut in fideiussione, locatione, vsu, depositione, & in aliis similibus. Quædam enim commutare prohibet lex, sicut vxorem, depositum, & multa alia. Quando autem neque plus habet, neque minus, sed ipsa commutata sunt secundum valorem quæ habent per se ipsa communitur: tunc dicitur, quod contractum facientes habent quæ ipsorum sunt secundum debitum, & neque damnificari, nec lucrari dicuntur.

30. Iustum commutatum est medium inter lucrum quoddam & damnum.

Ergo cuiusdam lucri & cuiusdam damni iustum medium est. Et hoc quidem est quando in contracto voluntario æquale habet id quod est prius, & id quod est posterius, hoc est, ante contractum & post contractum. Verbi

gratia quia ante contractum lectus quinque valuit: si ergo post contractum quinque accepit, id quod est posterius æquale anteriori fuit: & non potest conuerti, quod in aliquo sit damnificatus.

CAPVT VIII.

De sententia Pythagoricorum qui dixerunt non æquale secundum proportionem esse iustum, sed contrapassum.

Videtur autem aliquibus non quidem æquale secundum proportionem, sed contrapassum esse simpliciter & vniuersaliter iustum, vt Pythagorici dixerunt qui determinabant iustum simpliciter esse contrapassum alij. Et vt hoc intelligatur, scire oportet, quod Pythagoras dixit, leges non esse inuentas ad hoc vt homines boni & iusti sint, sed potius ad hoc ne sibi inuicem sint iniuriosi: & in hoc etiam consensit Plato qui in vrbianitatibus suis legitur dixisse, leges inuentas esse non vt cives beati sint & beatè viuant, sed ne iniusti efficiantur: & hoc probabat per duas rationes. Quarum vna est, quod recto non ponitur regula: eod quod ipsum est regula aliorum. Bonus autem & iustus sibi ipsi in omnibus regula est: regula igitur iusto non ponitur. Propter quod dicitur, quod iusto non est lex posita. Similiter & illud, Legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus eorum. Lex igitur non est posita nisi malis. Malis autem lex non potest poni vt in se mali non sint: quia hoc lege effici non potest, sed bonæ voluntatis studio: ponitur ergo lex malis, vt in alios mali non sint sue iniuriosi. Non reprimitur autem illa malitia nisi per contrapassum: contrapassum ergo iustum est.

31. Pythagorici voluerunt iustum simpliciter esse rationem.

1. ratio.

Secunda ratio est, quod lex coactiuam habet virtutem: bonum autem non vult esse coactum, sed voluntarium & liberum: coactum ergo malum est: nec cogi potest in seipso, sed ne alij noceat. Hæc autem coactio non fit nisi per contrapassum: contrapassum ergo iustum est. Iustum autem non est nisi in his in quibus est lex, vt inferius ostendetur. Vnde Homerus in magnis operibus suis sic dicit.

2. ratio.

Si mala quis seminat, & mala lucra metet. Contrapassum ergo vocabant determinatum ad legem talionis tam in distributionibus quidem vt tantum recipiat, quantum boni & mali intulit reipublicæ: in commutationibus autem tam voluntariis quam inuoluntariis, vt tantum & tale recipiat secundum quantitatem & modum, quantum & quale fecit alteri, dentem scilicet pro dente, oculum pro oculo, & vitam pro vita, res pro rebus, verba pro verbis, secundum quod etiam prouerbialiter dicitur, sicut fecisti, fiat tibi. Et illud.

Res dare pro rebus, pro verbis verba solemus. Hoc igitur modo determinabant contrapassum Pythagorici. Hoc autem non vniuersaliter congruit: quia nec distributio iusto conuenit, neque etiam vniuersaliter illi quod dicimus

Improbatio positionis Pythagoricæ.

Si quis faciat, eadem patiatur & ipse. Iustum velle fuerit, vindicta aqua rella.

dicimus iustum directiuum in commutationibus: quamuis Pythagorici hoc dicere intendant, laudantes dictum Rhadamanti, qui legislator erat & iustum dicebat esse, Siquis patiatur quod fecit: hoc enim modo, vt dixit, vindicta fit. Sicut enim iam diximus multis in locis, discant etiam in commutationibus. Puta si princeps principatum habens, aliquem percusserit & sine lege, illum principem non oportet repercuti vt contrapatiatur: & si principem percusserit aliquis, hunc non oportet percuti tantum quantum percussit principem, sed fortè multo plus enim oportet eum puniri capitis vel membri detractione: eum tamen percussio inter commutationes sit violentas in quibus vnus homo debitor alteri efficitur. Princeps enim percussiens ex auctoritate habet quod percuti: peccat autem in hoc quod non secundum legem percuti: & ideo non tota percussio iniusta est: propter quod ad tantum & tale non contrapatiatur. Adhuc autem auctoritas est in principe, quam oportet timori esse propter malos: quia aliter commune bonum non saluatur enervata auctoritate continentis. In magnum ergo damnum cederet vrbianitas, si princeps contrapateretur. Adhuc si princeps percutiatur, crimen læsæ maiestatis incurritur: quod fit ex læsione communis boni, quod magis intendit saluare legislator quam proprium. Si ergo qui percussit principem, non nisi tantum & tale contrapatiatur, quale & quantum intulit principi, crimen læsæ maiestatis non corrigitur, sed tantum priuata personæ iniuria: hoc autem iustum non est. Contrapassum igitur non semper iustum est in commutationibus. Adhuc autem multum differt si voluntariè & inuoluntariè quis alteri noceat. Inuoluntariè enim nocens, misericordiam meretur & vniuersam & non contrapati secundum talionem. Voluntariè autem nocens, non semper accipit retributionem secundum hoc quod nocuit, sed etiam secundum differentias nocentis vel eius cui nocuit, sicut iam de principe dictum est. Contrapassum igitur non semper iustum est in distributione vel commutatione.

CAPVT IX.

In quibus commutationibus contrapassum est iustum, & in quibus non.

Hoc autem quod contrapassum vocant Pythagorici, in commutationibus quidem tenet tantum quæ communicatiuæ vocantur. Communicatiuæ autem sunt, in quibus per contractum voluntarium res vnus pro re alterius commutatur. Talis enim commutatio in politicis continetur per hoc iustum quod vocatur contrapassum: & si hoc iustum non sit, dissoluetur commutatio ciuium: contrapassum autem oportet accipi secundum proportionalitatem & non semper secundum rei æqualitatem: eod quod contractus ad vnum iudicari non potest, sed ad tria, sicut dicit Tullius. Forum enim aliquando disponit princeps

pro communi vtilitate decernens quod quanti vendendum sit: quia aliter pro necessitate rei aliquando nimis damnificarentur ciues: sicut tempore caritatis decernitur, quod tanto & non pluri vendatur modius frumenti. Aliquando tales commutationes sunt pacto interueniente sine omni deceptionis fraude: & tunc pro re non datur æquiualens, sed id quod pactum est. Aliquando diriguntur tales commutationes ad rei paritatem, vt æquiualens habeat qui vendit, ad hoc quod alius emit. In his ergo considerationem habere oportet vt contrapassum iustum non semper ad idem determinetur, sed aliquando ad par, aliquando ad pactum, aliquando verò ad iudicatum repatiatur.


Adhuc autem in talibus commutationibus res pro re commutari non potest, vt domus pro lecto, vel modius tritici pro calceis, qui nec æquiuales sunt semper nec æqualis indigentia. Granum enim commutans non semper calceis indiget vt granum in calceos commutet. Talis enim commutatio non fit per æquilitatem rerum commutarum, sed potius secundum proportionem valoris res vnus ad valorem rei alterius, proportionem habita ad indigentiam quæ causa commutationis est. In contrafacere enim proportionale, sicut dictum est, ciuitas commanere potest: ciuitas enim non commanet nisi indigentia ciuium suppleantur: suppleri autem non possunt sine tali commutatione rei vnus ad alteram. Nullus enim omni suæ indigentia ex seipso habet supplementum: si enim ex se granum habet, calceo & domo & lecto indiget, & faciens vnum, perfectus in altero esse non potest: propter quod quilibet alio indiget: & in tali commutatione saluatur ciuitas.

Hoc autem probatur: quia quilibet in ciuitate quærit, aut quod male passus est in ciuitate, aut quod bene. Qui enim malè passus sunt, quærunt quod & illi malè pariantur à quibus malè passus sunt: quia si non contrapariantur qui malè fecerunt, non vrbianitas, sed seruitus est illis qui malè passus sunt, quod scilicet ad voluntatem aliorum mala sustineant sicut serui sustinent à dominis. Vrbianitas autem seruitus non est, sed libertas & democratia quædam. Si ergo per legem faciens contrapari cogatur secundum proportionem quam diximus, ciuitas in vna libertate communicationis saluatur & commanet: & hoc debet intendere politicus. Si autem quærunt, quod bene passus sunt: & tunc quærunt eos à quibus bene passus sunt, vt per retributiones & gratiarum actiones proportionaliter omnia faciant eis. Si autem hoc non fiat: tunc retributio iusta non fit. Retributione autem iusta facta, ciuitas commanet. Propter quod legislator es promptè faciunt fieri in ciuitatibus sacrum gratiarum, vt sine dispendio temporis vnicuique statim retributio fiat. Sacrum autem gratiarum appellamus, quod lege sacrum est: gratiam autem, retributionem congruam secundum proportionalitatem: hoc enim proprium est gratia secundum quod hic gratiam accipimus, qua scilicet gratè & amice commanent ciues. In hac enim gratia eum qui gratiam accepit.

accipit, refamulari ei oportet qui gratiam fecit vel impendit: & rursus eum qui primo fecit gratiam, iterum incipere ut faciat gratiam ei qui refamularus est. Talis enim fluxus & refluxus gratiarum commanere facit ciuitatem: facit enim retributionem secundum proportionalitatem supradictam coniugatio gratiæ secundum diametrum. Secundum enim diametrum gratia vnus transit in alium, & gratia alterius retransit in istum.

Et hoc manifestum est in descriptione figuræ. Pura ædificator domus significetur per a. coriarius autem calceum faciens per b. mutata indigentia ædificatoris ad coriarium, & è conuerso, designentur per lineam a. b. domus autem qua est opus ædificatoris signetur per g. dependentia domus ad ædificatorem designetur per lineam a. g. calceamentum autem quod est opus coriarij, designetur per d. dependentia calceamenti ad coriarium significetur per lineam b. d. commutabilitas domus in calceamentum, & è conuerso, signetur per lineam g. d. transitus autem domus ad coriarium signetur per diametrum g. b. transitus vero calceamenti ad ædificatorem signetur per diametrum a. d.

A. Ædificator. Coriarius. B.



G. Domus. Calceamentum. D.

Ædificator enim domo non indiget, eò quod domus in seipso habet facultatem: hæc enim non transit ad ipsum quod habet. Eadem ratione coriarius calceamento non indiget. Similiter ædificator coriario non indiget, nec è conuerso: quia vterque ut homo est, & vterque in humanitate perfectus. Similiter domus calceamento non indiget, nec è conuerso: quia vtrumque supplementum indigentia est. Sed ædificator calceamento indiget quod non habet: & similiter coriarius domo. Si ergo secundum indigentiam fiat commutatio, non secundum latera quadrati erit commutatio, sed secundum diametros. Hanc autem descriptionem ponimus in quatuor terminis, qui sunt termini proportionis disunctæ: infra autem in tribus exemplificabimus, qui sunt termini proportionis continuæ, ut secundum vtramque proportionem perfectior sit doctrina. Secundum hanc igitur descriptionem ædificatorem à coriario oportet accipere opus eius, & vice versa ædificatorem retribuere coriario quod secundum contrapassum iustum est ipsius coriarij: quia aliter in laboribus & expensis non respondebit. Si igitur primum sit quod in

tali commutatione est æquale secundum proportionalitatem ad par, pactum, vel iudicatum: & deinde contrapassum fiat: tunc erit quod dicitur, scilicet quod ciuitas saluatur & commanet. Primum autem dicitur sicut emptionem iusto pretio factam: & quod deinde fit, dicimus sicut pretij solutionem. Si autem non sic fiat in commutationibus talibus, non saluatur æqualitas proportionis, qua non saluata, ciuitas non commanet: quia non retribuitur in laboribus & expensis.

Sicut enim dicit Eustratius, nulla ciuitatis commutatio fit in omnibus ciuibus eadem operantibus: quia si omnes eadem operentur, vnusquisque habebit quod suum est, & in hoc omnes vnus erunt. Indigentia autem humana multa requirit & valde diuersa, quæ ab vno perfici non possunt: sed oportet, quod à multis multa fiant. Propter hoc dicit Tullius, quod quemadmodum corporis humani ædificatur ciuitas. In corpore enim humano quamuis vnus sit regens, scilicet cor: tamen multa membra officialia sunt in diuersa officia distributa, quæ ab vno perfici non possunt, vt mutuis obsequiis seinuicem coadiuuent membra, & sic corpus in consistentia remaneat. Et per omnem eundem modum est in ciuitate, vbi multitudo artificum sibiinuicem subseruiens commanere facit ciuitatem. In talibus nihil prohibet opus vnus melius esse in valore quam opus alterius, & magnam habere differentiam secundum labores & expensam. Commutatio autem non fit nisi in æqualitate proportionis. Oportet igitur ea quæ differentia sunt, æquari ad proportionem. Hoc autem & in omnibus artibus mechanicis est. Omnes enim destruerentur, si ille qui facit contractum secundum quantum & quale, non patitur à retribuente tantum & tale. Non enim ex vno genere artificum potest fieri ciuitas. Ex duobus enim medicis non fit communicatio, sed ex medico & agricola: & vniuersaliter loquendo communicatio fit ex omnino alteris artificibus & non æqualibus secundum opera. Tales autem aliquo vno oportet æquari: eò quod commutatio non fit nisi secundum æqualitatem proportionis. Proportionari autem non possunt qui in vno conueniunt: linea enim ad proportionem valorem non habet: & si ita in se accipiantur sicut substantia lecti & substantia domus, nunquam proportionari possunt. Oportet igitur, quod ista accipiantur non absoluta, sed comparata aequaliter ad valorem secundum indigentia vsum, & aliter non erit commutatio ipsorum. Sic enim in vno conueniunt cui addi & auferri potest: &

hoc modo reduci possunt ad æqualitatem proportionis.

* *

CAPVT X.

Quid sit illud vnum quo mensurata commutabilia ad proportionis reducuntur aequalitatem.

32. Numisma est medium commutationis.


Quia igitur ista secundum comparationem accipiuntur, numisma inuentum est quod numero per additionem & minutionem mensura vnus cuiusque est: & idem numisma aliquantulum medium fit quo omnia alia proportionaliter mensurantur. Numisma enim mensurat omnia. Mensurat autem & superabundantiam & defectum: & per ipsum mensuratur quot vel quanta calceamenta æquivalent domui quam commutat ædificator, & quod æquivalent cibo, quod est modius tritici, vel aliud aliquid quod ad indigentiam cibi communicatur. In tali autem proportionem oportet, quod sicut ædificator se habet ad coriarium in laboribus & expensis sui operis secundum excessum, tot & tanta calceamenta per additionem numismatis commutentur ad domum vel cibum habendum: ad domum quidem si comparatur ad ædificatorem, ad cibum si comparatur ad agricolam. Si enim hoc non seruetur, non erit commutatio neque communicatio inter coriarium & ædificatorem vel agricolam: commutatio non erit nisi aequaliter ad æqualitatem proportionis opera reducuntur. Proportionata autem non erunt, nisi aliquo vno mensurentur, quemadmodum prius dictum est: quia in se proportionalia non sunt. Oportet ergo vno aliquo omnia commensurari commutabilia.

33. Indigentia humana que omnia continet, est vera & naturalis mensura commutabilium.

Hoc autem vnum quidem secundum veritatem in omnibus acceptum est, quod dicimus opus siue indigentiam. Hoc autem quidam vocant vsum vel vtilitatem: hoc enim opus continet omnia vt permaneant & sint in ciuitate. Si enim nihil indigerent sibiinuicem operum, vel etiam si non similiter indigerent, ita scilicet quod vnus opus esset necessarium, alterius autem non nisi delectabile ad iocum, non esset commutatio, vel non esset eadem de qua diximus, quod res in rem commutatur secundum valorem verbi gratia propter commutationem necessitatis quæ commutatio fit secundum oppositum proportionis quando componitur opus ad opus, numisma inuentum est. Quod per hoc probatur: quia per hoc quod numismatis nomen accepit. Numisma enim non à natura auri vel argenti vel alterius metalli dicitur, sed à nomos Græco quod est mensura per numerum. Mensura autem est posita à nobis sicut vna ponitur esse mensura pannij, & cadus olei, & modius tritici: cum tamen nihil horum aliquid eorum sit quæ mensurantur per ipsam: & in omnibus talibus in potestate nostra est addere & minuere ad sciendam perfectam quantitatem mensurati. In numismate autem etiam in nobis est transmutare numisma facile in omnem vtilitatem qua indigemus. Secundum hoc ergo iustum quod

vocatur contrapassum, in hoc erit perfectum; quando valore numismatis æquatur: sicut corarius ad agricolam, sic opus coriarij ad opus agricolæ: & sicut ante diximus, quando ista opera commutantur, ita quod ab vno in alium transeant, oportet quod in figura proportionalitatis reducuntur per quadratum & diametros descripta.

A. Agricola. Sutor. B.




G. Alimentum. Calcei. D.

Sicut scilicet sicut agricola ad cibum, sic corarius ad calceamentum secundum vrbantatis indigentiam: & sicut agricola ad coriarium, sic cibum ad calceamentum secundum eundem indigentia modum. Et sicut agricola cum cibo ad communicationem se habet, sic corarius cum calceamento: vtrumque enim est secundum commutationem indigentia siue operis quod vsum vel vtilitas vocatur. Et secundum diametros sicut agricola cum calceamento, sic corarius cum cibo: in vtroque enim ex vtroque suppleta est indigentia: & hoc vocatur figura proportionalitatis.

Quod autem nos diximus, quod opus omnia commutabilia continet, & opus diximus esse vsum vel vtilitatem vel indigentiam, non diximus de commutabilibus secundum quod vnumquodque in sua natura accipitur: secundum hoc enim mensuratur vnumquodque sui generis numero. Sed sicut paulo ante diximus, oportet hoc accipere secundum relationem ad vsum, hoc est, secundum quod valet in vsum supplere indigentiam: hoc enim modo omnia vnum sunt: & hoc modo vno mensurari possunt, quod non natura omnium mensura est, sed positio. Hæc igitur numisma vocatur. Si autem hoc modo non commensurentur ea quæ veniunt in commutationem, sequitur inconueniens, scilicet quod alterum extremum vtriusque habebit superabundantiam secundum excessum & secundum defectum dictas. Agricola enim pro modio tritici nihil nisi calceamentum accipiens sine numismatis æquatione superabundantiam habebit in laboribus & expensis in quantum est agricola: defectum autem habebit in contrapasso propter calceamenta quæ minus valent. Rursus corarius accipiens cibum, ambas habebit excellentias: propter cibum quidem enim superabundat: quia plus accipit quam redonet: agricola enim & opus agricolæ in laboribus & expensis excedit coriarium &

opus illius. Vnde corarius accipiens opus agricolæ excedit: reddens autem calceamentum, deficit. Cum igitur hæc opera ante commutationem proportionata non sint, oportet quod numismate proportionentur si vtraque commutari debeant. Quando enim omnes & singuli habent quæ ipsorum sunt secundum valorem operum, sic æquales fiunt & communicantes adinuicem: talis enim æqualitas in ipsis potest fieri sicut diximus. Dicamus enim quod agricola signatur per a. & sub ipso cibus per g. corarius per b. opus ipsi æquatum per d. & protrahantur diametri & lineæ sicut in præcedenti figura dictum est.

A. Agricola. Sutor. B.



G. Alimentum. Calcei. D.

Si enim non sic æquatur, non verè erit contrapati. Si autem non sit contrapati, non erit communicatio.

34. Indigentia est quidam numerum quod continet commutationem & conseruat.

Quod autem opus siue indigentia vel vsus sicut vnum quidem ens in omnibus omnia commutabilia continent, per hoc ostenditur: quia cum non sint in necessitate indigentia adinuicem vel vterque vel alter artificum, non commutant opera, sed vnusquisque retinet quod ad vsum proprium operatus est. Indigentia autem adinuicem est quando vnus indiget re quam habet alter, & è conuerso. Verbi gratia cum quis indiget vino quod habet vnus, dat educationem frumenti quæ abundat, vt frumenti pro vino faciat commutationem, & sic commutabilia æquari oportet aliquo vno. Et cum non commutetur nisi pro necessitate, necessitas autem multiplex sit, oportet quod id quo omnes sunt commutationes, potentiam habeat ad supplementum omnis necessitatis siue prædicamentis siue futuræ. Sæpè enim commutationes fiunt pro supplemento futuræ necessitatis etiam his qui nunc in præsentem non indigent. Tale autem supplementum numisma est: quia fideiussor nobis est pro omni necessitate si indigere contingat. Qui enim fert numisma statuto ciuili, oportet quod pro numismate accipiat omne quo indiget.

35. Nummus idem patitur quod & commutabilia.

Numisma tamen non semper æquale est, sed aliquando transcendit & plus valens, posterius minus valet, vel fortè nullius valoris efficitur: & quantum ad hoc futuræ necessitatis non est fideiussor certus. Et iste defectus non nisi altero duorum modorum ad æqualitatem reduci potest, scilicet quod vel commutationes intersint damno quod accidere potest: vel quia talis defectus rarè contingit quando to-

leretur. Numisma enim inter ea quæ in commutationem veniunt, magis permanet æquale secundum suam rationem & institutionem.

Propter quod omnia commutabilia numismate oportet appreciari: sic enim semper erit commutatio. Commutatione autem existente semper manet communicatio. Numisma enim æquat commutabilia, sicut mensura æquat mensurata per additionem & diminutionem. Iam enim diximus, quod commutatione operum non existente communicatio ciuium non erit. Communicatio autem non potest esse operibus ad æqualitatem proportionis non reductis. Æqualitas autem esse non potest sine commensuratione. Commensuratio autem non est sine proportione commensurantis. Hæc igitur est necessitas propter quam vnum & primum mensurans commutabilia necesse fuit inueniri.

Secundum veritatem quidem igitur naturæ vniuersaliusque horum tantum differentia in natura impossibile fuit commensurata fieri per vnum aliquod quod sit mensura omnium: quia sic vnumquodque mensuratur sui generis minimo. Ad opus autem indigentia relata omnia commutabilia contingit sufficienter mensurari vno. Vnum ergo aliquid erit mensurans omnia relata ad vnum: & cum non possit vnum ex natura, oportet quod sit vnum ex suppositione & legis institutione. Propter quod numisma vocatur à nomos quod est mensura vel regula. Hoc enim tanquam primum & vniuersale omnia commutabilia facit mensurata: quia ipso per additionem & subtractionem omnia mensurantur. Verbi gratia designetur domus per a. minarum 5. lectus designetur per b. mina vna dignus. Lectus igitur quinta pars domus erit non secundum essentiam, sed secundum valorem numismatis: statim igitur erit manifestum quot & quanti lecti æquantur domui: quoniam 5. quatuor igitur additis super locum lectus commutatur in domum. Quoniam autem talis commutatio erat inter ciues, quod scilicet res dupla vel tripla pro re maioris valoris commutabatur: antequam numisma esset inuentum, ex ipsa ratione communicationis manifestum est, quod commutatio, quia difficilis erat, causa fuit inueniendi numismatis: in ipsa tamen commutatione nihil differt siue 5. lecti pro domo commutentur, siue pretium quantum quinque lecti valent, detur pro domo. Sic igitur quid iniustum & quid iustum determinatum est à nobis. Hæc autem figura sic describitur, quod sit inter tres terminos continuæ proportionis, scilicet quod valor domus sit a. valor lecti g. b. autem numisma sit medium quo reducuntur ad æqualitatem. Et hoc in numeris sic est 5. quatuor, 1. Hoc enim modo b. c. g. hoc est quatuor, cum vno adæquantur ad 5. hoc modo excessus 5. ad æqualitatem reducitur vnus medio appposito.

36. Omnia commutabilia debent numi estimatione præferri.

37. Estimatio rerum in communi mensura, non sit pro veritate rerum, sed suppositione pro modo & ratione indigentia.

CAPVT XI.

Qualiter iustitia medium est extremorum secundum superabundantiam & diminutionem dictorum.

38. Iusta operatio medium tenet inter facere & pati iniuriam.

Determinatis autem his, manifestum quod iustam iusta operatio mediū est eius quod est iniustum facere, & eius quod est iniustum pati. Iniustum enim facere secundum ea quæ dudum determinata sunt, est plus habere in lucro & minus in damno. Iniustum autem pati è contrario est minus habere in lucro & plus in damno. Medium autem horum iustitia est æquale secundum proportionem habere in damno & lucro.

39. Iustitia non eodem modo quo priores virtutes, mediocritas est, sed quia mediū est, hoc est æqui, iniustitia autem ex-tremorum.

Cum autem dicimus, quod iustitia medietas sit cum moralibus virtutibus de quibus prædeterminatum est. Sed medietas est iustitia: quia mediū est: non quia conuenientiam habeat cum extremis. In nullo enim conuenientium pleonexia vel cum meonexia, sicut fortis cum audace & timido habet conuenientiam ad medium litigans de media regione: sed media est iustitia: quia mediū est coniectatiua. Mediū dico accepti secundum proportionem geometricam vel arithmetica, quod ad par vel ad pactum vel iudicatum determinatum est. Et quamuis hoc medium à iudice determinetur: tamen quia per electionem & voluntatem id amplectimur, iusti efficiuntur: quia sic medium nostrum efficitur. Iniustitia autem huic iustitiæ opposita vtriusque extremorum est: & idè duæ iustitiæ sunt, & quatuor excellentiæ, quarum iustitia medium est. Pleonexis enim & meonexis duæ iniustitiæ sunt, quarum vtraque abundat & deficit. Pleonexis enim abundat in lucro & deficit in damno. Meonexis autem in damno quidem abundat & in lucro deficit. Et iustitia quidem est habitus secundum quem iustus dicitur operatiuus esse secundum electionem iusti communicatiui, & distributiui iusti distributiui. Secundum electionem autem operari dicitur, qui sciens & eligens, & eligens propter hoc & non propter aliud, & immutabiliter volens operatur. Operatiuum autem dicimus iusti esse vniuersaliter, qui operatur iustum: & quod igitur ad alium iustum est, & quod iustum est alteri ad alterum: aliter enim non esset commune iustum. Iniustus autem est, qui non sic operatur, sed potius eius quod eligibile & bonum & vtile plus quærit sibi, minus autem proximo sibi communicanti. Eius autem quod quærit sibi, & plus proximo. Sed ille qui æqualis siue iustus vocatur, quærit id quod est secundum proportionalitatem conuenientem alij & alij. Verbi gratia si faber sit iustus, sibi propriè fieri quod sit alij fabro propriè similiter, & si emittit, sibi seruari quærit quod seruatur alij: sic enim vniformitas est iustitia.

Iniustitia autem quæ contraria est iustitiæ, operatiua est iniusti. Iniustum autem hoc superabundantia & defectus est vtilis & nociui, &

est præter proportionale, proportionè excedens, vel ab ipsa deficiens: propter quod omnis iniustitia superabundantia est & defectus vocata: superabundantia autem & defectus in rebus communicabilibus vel distributiuis acceptis. Iniustus autem in seipso, hoc est, in propriis negotiis semper inquisitiuus est superabundantiæ eius quod simpliciter vtile est, & defectiōnis eius quod est simpliciter nocuum. In aliis autem sibi communicantibus totum quidem quod est iniustitiæ secundum defectum & superabundantiam, similiter quærit. Quærit enim, quod habeat proportionale: sed in partibus quærit hoc dissimiliter qualitercumque contingit in quacumque commutatione vel distributione. In aliis autem quærit, quod abundant in damno, & deficient in lucro: vnde quamuis quærat quod abundant & deficient, non tamen quærit, quod in eodem abundant & deficient in quo ipse abundat & deficit. Iniustificationis quidem igitur pars quæ determinatur in minus, iniustum pati vocatur: pars autem quæ determinatur in maius, vocatur iniustum facere: quas ante diximus pleonexiam & meonexiam, inter quas pleonexia iustitiæ magis contrariatur, quam meonexia, & frequentius sit, & magis difficulter curatur propter auaritiā lucri adiunctam.

De iniustitia quidem igitur & iniustitia, & quæ vtriusque est natura secundum rationem mediū vel extremi, secundum hunc modum dictum sit: similiter autem & de iusto & iniusto in vniuersali. Vniuersales autem sermones quamuis non negligendi sint, tamen in minoribus non sufficiunt, nisi particulariter secundum vnumquodque rescribantur. Cerritudinem eam mores ex vniuersalibus sermonibus non respiciunt: eò quod in latitudine magna sint singularium circumstantiarum in quibus est actus. Quod autem ista in vniuersali naturam iustitiæ demonstrent, patet si ex dictis colligamus iustitiæ diffinitionem, & aliorum dicta nostris dictis comparemus. Secundum dicta enim iustitia est habitus in medietate consistens quoad nos, à quo habentes hunc habitum ex electione operatiui sunt eius quod in distributionibus & directionibus commutationum est æquale secundum proportionem: & hoc iustitia reddit vnicuique. Vnde Plotinus, Iustitiæ est seruare vnicuique quod suum est. Et quod in idem redit, & Tullius in fine primæ rethoricæ, Iustitia est habitus animi, communi vtilitate seruata, suam cui libet tribuens dignitatem. Idem Tullius in libro de officiis, Iustitia est virtus quæ seruatur in communi hominum societate, tribuendo vnicuique quod suum est, aut in rerum commissarum fide. Quæ omnia consonant his quæ dicta sunt.

CAPVT XII.

Ex quibus operibus innascatur iustitia.

40. *Questio, secundum quas iniustitias efficiatur quæ iniustus*

Quia autem contingit aliquando, quod iniustum faciens nequaquam iniustus est ex opere tali secundum speciale iustitiæ vitium: aliquando autem contingit, quod aliquales iniustificationes faciens, continuò iniustus est, vel efficitur secundum vnamquamque iniustitiam specialiter dictam, puta sicut fur, vel mæchus, vel latro: oportet nos quærere, secundum quas iniustificationes iniustus quis efficitur. Quæramus igitur, vtrum sit committere iniustificationes, vel differat ad faciendum vel non faciendum iniustum.

41. *Quas iniustitias committat aliquis ut iniustus dicatur vel non, refert.*

Etenim si quis commisceatur mulieri sciens hoc quod facit commiscendo bonum vel malum, & sciens cui commisceatur suæ vel non suæ: sed non commisceatur ei, ita quod principium commixtionis sit electio lucri, sed per passionem concupiscentiæ commisceatur ei. Talis quidem facit quod iniustum est: sed non propter tale iniustum continuò iniustus est: puta qui furatur alij non vt ex furto lucreretur, sed propter aliquid aliud, non propriè fur est, quamuis aliquid furatus sit. Furatur enim furioso aliquando gladium vt seipsum non interficiat: & iniustum esset si propter hoc furti iudicio condemnaretur. Similiter autem neque mæchus est qui ex quacûque causa mæchatus est. Vnde Home, dicit, quod Phœnix persuasus à propria matre commixtus est concubinae patris sui non propter passionem vel lucrum, sed vt concubina abominaretur senem

patrem ex concupiscentia iuuenis: & sic pater ad dilectionem matris Phœnicis abstractus à concubina rediret. Similiter autem est in commissione omnium illegalium. Qualiter autem non contrapassum se habet ad iustum, prius dictum est.

Hæc autem quæstio in qua nunc sumus, ex doctrina Socratis facilem habet determinationem. Dicit autem Socrates & concesserunt Peripatetici, quod ex formis innatis vel acquisitis finis est phantasia & iudicium & appetitus. Cum enim iudicium & appetitus non sint nisi per quandam similitudinem, vt dicit Boëtius, oportet quod habitualis forma causa sit similitudinis ad appetitum finis: & hæc sola appetitur per se quæ sicut finis voluntatis appetuntur: cætera autem appetuntur per accidens: per accidens autem infinitum est: & idèd causa habitus esse non potest: propter quod dixit Socrates, quod in homine non est quod sit bonus, sed potius in donis deorum: & idèd operationes illæ quæ secundum formam & finem per se voluntatis non sunt, voluntatem non informant forma habituali permanente, & quæ per se ponitur cum qua elicitur operatio: sed est ab his quæ accidentaliter concepta sunt & infinita & inordinata sunt: propter quod habitus qui vt natura ordinatur & moueat ad vnum, perficere non possunt: nec etiam à tali habitu exire possunt. Propter quod qui illegabilia committit quæcumque, iniusta quidem committit, omne enim illegale iniustum est à priuatione legalis iusti dictum: sed non continuò iniustus est secundum habitum: sed iniustus est, qui iniustitiam committit ex priuatione finis iustitiæ, vt scilicet plus habeat in lucro & minus in damno, quod præter proportionale vocauimus.



TRACTATUS III.

De modis iustitiæ qui per similitudinem quandam ad specialiter dictam iustitiam accipiuntur.

CAPVT I.

De iustitia politica qua principialiter queritur.

42. *De iusto simpliciter, quid sit.*



PORTET autem non latere, quoniam id quod quæritur iustum, est quod simpliciter & per se iustum est, & illud iustum quod vocatur politicum. Politicum autem iustum est id quod communicatum est per rationem debere vitæ humanæ ordinatæ ad hoc quod per

se sufficientia sit in ipsa, & ex suis sibiipsum sufficiat ad omnem indigentiam suppletionem, secundum quod hoc possibile est humanæ vitæ. Hæc autem sufficientia in hoc est, quod in nullo deficiat ciuitas eorum quæ vel per distributionem vel per commutationem supplete possunt indigentiam communitatis. Et quâuis idem sit politicum iustum cum iusto distributio & commutatio subiecto & substantia, tamen secundum rationem & esse non est idem. Politicum enim est secundum quod sub legis ordine stat. Iustitia autem secundum quod ad actualem refertur debiti redditionem vel distributionem vel commutationem.

Poli

43. *Politicum iustum est inmer eos in quibus est iniustitia.*

Politicum ergo iustum est, quod quilibet ab altero petere potest: & si non redditur, ad iudicem recurritur. Oportet ergo, quod sit inter liberos qui secundum conditionem æquales sunt: & oportet, quod secundum proportionalitatem geometricam in distribuendo, vel secundum numerum, hoc est, secundum proportionalitatem arithmetica mediam eius coniectetur. Quantis igitur hominibus non est talis conditio libertatis & æqualiter, his adiuuicem non potest esse politicum iustum: seruus enim à domino per rationem iustitiæ nihil reperere potest. Talibus igitur personis quæ conditio æquales non sunt, non est simpliciter iustum, sed quoddam iustum: & idèd iustum dicitur: quia similitudinem habet cum verò iusto in modo quodam iuxta modum verè iustitiæ acceptam. Est enim verè dictum iustum in personis his quibus lex æqualis est ad ipsos. Æqualis autem lex non est domini & serui. Lex autem quæ ordo iustitiæ est, tantum in his est, in quibus est iustitia quæ simpliciter iustitia vocatur. Cuius signum est quia vindicta & retributio quæ sunt per iudicem, sunt iudicium iusti. Iudicium autem dico iusti redditionem à iudice determinatam. Iudicium enim hic determinat iusti & iniusti redditionem. In quibuscumque autem est iniustitia per priuationem ad veram iustitiam dicta, in his etiam contingit iniustum facere: & quod iniustum factum est, per iudicem reperere. Non tamen conuertitur, quod in quibuscumque sit iniustum facere, quod in omnibus illis sit iniustitia. Quia, sicut ante diximus, in omni illegali contingit facere iniustum: non tamen sequitur, quod iniustitia sit in omnibus. Iniustum autem facere idem est quod plus sibiipsum tribuere de his quæ simpliciter bona sunt & vitia, & minus sibiipsum tribuere eorum quæ mala sunt & nociua: & cum hæc sunt inter ciues, oportet corrigere. Non possunt autem corrigi per iustum secundum quod distributum vel communicatum est: quia in ipsa distributione & communicatione peccatum est quod corrigi debet. Oportet ergo, quod corrigatur per iustum secundum quod politicum est, quod (vt in antehabitis) principi pro anima est.

44. *Non sinimus hominem dominari sed rationem.*

Propter quod si bene eligatur princeps, non conseruimus nec sinimus principati hominem, vt homo est multis passionibus variatus & existimationibus deceptus, & defectibus subiacens, quæ sæpè cogunt hominem peperam agere: sed consentimus principari rationem. Ratio enim, vt dicit Isaac, vis rationalis animæ est, faciens currere causam in causatum, qui cursus non nisi rectus esse potest. Si enim principetur homo propter causas prædictas, sibiipsum plus tribuit honorum, & minus malorum: & sic efficitur tyrannus in subditos, & cadit à ratione principis.

45. *Princeps non sibiipsum sed alij laborat, & eius merces, honor & gloria.*

Est enim princeps custos iusti: nec est custos iusti, nisi quia est custos æqualis secundum proportionem accepti. Vnde si quis princeps est iustus: tunc videtur principi, quod nihil sibiipsum attribuendum sit quod sit plus in lucro. Princeps enim nunquam sibi plus tribuit nisi proportionale sit ad ipsum: & hoc quamuis

D. Alb. Mag. lib. 5. Ethic.

fortè in quantitate plus sit, quam quod retribuitur alij, tamen secundum proportionem æquale est: princeps ergo alteri laborat, ad rempublicam referens opera. Et propter hoc dicunt antiqui, quod iustitia alienum bonum, quemadmodum dictum est prius: hoc enim de iustitia politica intelligitur, quæ ad rempublicam semper refertur. Tamen merces quædam danda est principi: & illa non est per se, sed est honor & gloria: & quibus honor & gloria non sunt sufficientia ad mercedem, sed student utilitatibus propriis, isti sunt tyranni, & cadunt à vera ratione principis. Hoc igitur est iustum quod vocatur politicum.

CAPVT II.

De iusto dominatio, paterno, & æconomico.

Dominatum autem quod habet dominus in seruum, & similiter iustum paternum quod pater habet in filium familias à domino non separatum, non est idem cum his quæ determinauimus, sed similitudinem quandam habet ad illa. Iustitia enim simpliciter non conuenit omni comparato ad ea quæ ipsius sunt simpliciter: quia inter personam & ea quæ personæ sunt, non est æqualitas. Possessio autem quæ seruus est, & filius familias qui quandiu pollicon est, non separatur à diligentia patris, quod sonat pollicon, est quemadmodum pars quædam possidentis vel patris. Pars autem, dico, potestatiua, secundum quod æconomica quædam potentia perfecta est, cuius pars scientia vtendi seruis & filiis est ad domus constitutionem & abundantiam. Nocens ergo seruo vel filio familias, sibiipsum nocet. Seipsum autem nullus eligit nocere: quia hoc esset contra naturale desiderium. Propter quod iniustitia non est hominis ad seipsum: ergo iniustum & iustum politicum, quod est simpliciter iustum, homini ad seipsum non conuenit: & per consequens relinquatur, quod non conuenit domino ad seruum, nec patri ad filium. Iam enim ante dictum est, quod iustum politicum in his erat, in quibus nata erat esse lex. Lex autem non est nisi inter eos quibus existit æqualitas conditionis ad principandum si eligantur in principes, vel aliquantiter essendum sub principe: & illi non sunt nisi qui vno respectu libertatis ad principem respiciunt, & ordinationi legis ex voluntate & non ex necessitate consentiunt.

46. *Iustum herile & paternum non est idem politico iusto, sed simile.*

Propter quod mariti ad vxorem iustum magis est iustum, hoc est, simile verè iusto quam patris ad natos, vel domini ad seruos qui possessio eius sunt. Vxor enim ad paria iudicatur in multis, quamuis regimen marito concedatur. Hoc autem etiam est æconomicum iustum & ad constitutionem domus ordinatum: & idèd etiam hoc alterum est à iusto politico propter vxoris ad maritum obligationem.

47. *Mariti ad vxorem magis iustum esse videtur, quæ ad filios & possessiones.*

S 2 CAPVT

CAPVT III.

*De iusto politico & naturali.*48.
*Iustum aliud
naturale,
aliud legale.*

Politici autem iusti in contrarium quidem dux sunt species, quamuis plures sint modi. Vna quidem species naturale iustum: alia autem iustum legale. Naturale autem dicimus, quod simpliciter naturale est, nullam legalis iusti habens admixtionem. Legale autem, quod simpliciter legale est, nihil de naturali habet admixtum. Naturale quidem iustum est, quod ubique & apud omnes homines quantum ad sui principia in communi sigillatim accepta vel sumpta, eandem habet potentiam ad obligandum, & quantum ad sui principia non consistit in videri vel non videri, sicut ius posituum quod positum est ex ratione vtilitatis communis ex his quæ videbantur sapientibus & plebibus vel principibus, qui rempublicam pro tempore gubernant, & secundum casus emergentes ad vtilitatem reipublicæ statuerunt quæ videbantur esse conuenientia vel ad boni communis promotionem, & ad mali exclusionem vel temperamentum. Et hoc est quod dicit Tullius in fine primæ rethoricæ sic. Naturæ ius est, quod non opinio genuit, sed innata quædam ius inferuit. Hæc autem innata ius ex genere potest esse, & ex specie. Ex genere autem dupliciter, scilicet ex genere secundum se, vel genere secundum quod stat sub specie determinata. Sed si est ex genere secundum se: tunc non obligat per modum iusti: eò quod iustum æquale est: æquale autem secundum proportionem non potest esse. Animal enim genus secundum se sine ordine ad rationem acceptum, nihil rationis habet. Et idcirco ad quod obligat, per instinctum naturalem obligat & non per modum iusti, & sicut dicitur de iure naturali esse coniunctio maris & foeminae, liberorum procreatio, & vis illatae repulsio. Omne enim aut pro sui esse pugnat conseruando, & pro his quæ ad conseruationem esse ordinantur, quæ tantum tria sunt, scilicet, & nidus, & pullus: pro vxore enim generaliter pugnant animalia.

*Quæ sunt de
iure naturali.*

Naturale autem ex specie est, quod unicuique dicitur ratio ex solis rationis principiis informata, & non ex his quæ inquisitione vel discussione inuenta sunt. Et hoc modo dicit Tullius, quòd de iure naturali sunt religio, pietas, gratia, vindicatio, obseruantia, & veritas. Ratio enim naturalis dicitur deos esse verendos. Vnde Tullius, Religio est, quæ superioris cuiusdam naturæ quam diuinam vocant, curam cerimoniamque affert. Et sic dicitur, quòd ius poli ius naturale est: sed hoc non potest esse verum, nisi vno modo, scilicet quod ius poli dicatur quod ad polum colendum ex sola obligat ratione. Omnia enim quæ à diis dicta vel statuta sunt, de naturali iusto esse non possunt: cum quædam eorum & supra rationem sunt, quædam autem præter rationem valde, quædam etiam contra rationem

inueniuntur. Naturalis etiam ratio dicitur parentes honorare. Vnde Tullius, Pietas est, per quam sanguine coniunctis, patriæ beneuolis officium & diligens tribuitur cultus. Locus enim qui pro patria ponitur, generationis principium est quemadmodum & pater. Natura etiam ad speciei coniunctos dicitur amicè & secundum retributiones viuere: quia homo secundum naturam ciuile animal est. Ciuitas enim sine communicatione vicissitudinis stare non potest. Quam speciem iusti Tullius vocat gratiam, quam sic diffinit, Gratia est in qua amicitiarum & officiorum alterius memoria & alterius remunerandi voluntas continetur. Natura etiam dicitur contrarium insurgens esse repellendum: & hoc etiam vindicatio vocatur. Vnde Tullius, Vindicatio est, per quam vis siue violentia & iniuria, & omnino omne quod obscurum est, defendendo aut irascendo propulsatur. Cum autem homo politicum animal sit, ratio hominis est de ordinatione vrbani-tatis, in qua quidam præstant, & quidam æquales sunt. In præstantibus autem diuinius bonum est: & tale bonum respicit obseruantiam. Vnde Tullius, Obseruantia est, per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodam & honore dignantur. Ratio etiam naturalis de omni re dicitur, quòd vnumquodque secundum quod est in veritate suæ naturæ, ita determinetur: & hoc iustum vocatur veritas. Vnde Tullius, Veritas est, per quam immutata ea quæ sunt ac ante fuerunt, aut futura sunt, dicuntur, vel determinantur.

Istæ ergo sunt sex species iusti naturalis: vel ad authorem naturæ, sicut prima species: vel ad ordinata ad naturam, sicut vltima: vel adiuncta in natura secundum lineam rectam vel transuersalem acceptæ. Sed in natura dupliciter accipiuntur, scilicet secundum coniuncta in esse, vel coniuncta in specie. Adiuncta enim secundum esse, pietas est. Coniuncta autem in specie, dupliciter coniuncta sunt, scilicet secundum se, & secundum ordinem humani boni. Adiuncta secundum se, gratia est: adiuncta secundum ordinem humani boni, obseruantia est. Et omnes istæ quinque species sunt ad bonum. Contra malum autem in omnibus his vindicatio est.

Cum ergo dicitur, quòd iustum naturale verum habet eandem potentiam, hoc intelligendum est quantum ad prima principia iusti naturalis, & non quantum ad ea quæ per studium vel discussionem ex talibus emergentibus eliciuntur. Hoc enim consuetudinis ius est, & non naturæ. Vnde Tullius, Consuetudinis iustitia est: quod aut leuiter attractum à natura, & maius fecit vsus, vt religionem quæ multis institutis modo differt apud diuerfos, aut pietatem, aut quæcumque eorum quæ prædicta sunt. Hæc enim à natura profecta videmus creuisse, & variata esse per consuetudinem & responsa sapientum & statuta principum. Propter quod etiam in morem profecta sunt, vel verustate, vel vulgi approbatione, aut per pactum, aut par, aut iudicatum. Cum tamen prima principia apud omnes eiusdem sint potentia. Æqualiter enim omnibus dicitur ratio deos verendos; parentes honorandos, socialiter

socialiter viuendum cum æqualibus, meliores meliorem cultum impendit, vnumquodque sicut se habet esse determinandum, & contrarium esse repellendum.

Consuetudinis autem ius in videri & non videri siue opinari consistit, & tribus innititur, pacto scilicet, pari, & iudicato. Pactum autem ad voluntatem communicantium refertur: par verò ad rei siue negotiorum æquale, iudicatum autem ad statutum. Vnde Tullius, Pactum est, quod inter aliquos conuenit. Par autem, quod in omnes æquabile est. Æquabile autem dicitur secundum proportionem superius inductas. Iudicatum autem, quod alicuius vel aliquorum sententiis iam constitutum est.

Sicut autem diximus modo in communi de iusto naturali, ita dicimus de omnibus partibus eius. Deum enim vnum esse propter religionem de iusto naturali est. Non esse periurandum, vel non esse falsum testimonium dicendum, de iusto naturali est propter veritatem. Parentes autem honorandos de iusto naturali est propter pietatem. Non esse mœchandum vel furandum vel occidendum, de iusto naturali est propter gratiam. Et sic in omnibus facile est videre: quia sicut diuinius dicit Basilus, Omnia principia naturalis iuris in naturali iudicatorio rationis descripta sunt. Non aliter homo honesti esset particeps, nisi principia honesti essent in ipso per naturam: sicut nec scientiæ particeps esset, si principia scibilibus non essent in ipso, vt probat Arist. Natura enim nihil facit ad aliquem actum, nisi omnia principia quæ sunt ad illum actum & instrumenta conferat: aliter enim vanum siue frustra & deficere in necessariis esset in natura, quod secundum Peripatericos absurdum est.

*Iustum natu-
rale apud om-
nes habet ean-
dem potentiam.*

Sic ergo intelligitur, quòd iustum naturale ubique eandem habet potentiam, & quod non consistit in videri vel non videri. Potentiam autem dicimus, primam inclinationem ex natura rationali, & non illam quæ accipitur in effectu. Quamuis enim apud Triuallos pium sit interficere parentes: tamen hoc non dicitur natura de parente secundum quod parens est: sed ad hoc mala consuetudo prouexit ex ratione male arguens, scilicet quod magis pium sit parentem miserum miseriam cito finire, quam in miseria diu viuere. Vnde etiam apud abutentes iure naturali prima principia eiusdem potentia sunt, cuius sunt apud bene vtentes. Et ideo imperfectum est dictum Eustratij & Michaëlis Ephesij, qui dicunt iustum naturale non esse eiusdem potentia, nisi apud bene vtentes ipso secundum naturam. Apud bestialiter autem viuentes nullam dicunt esse potentiam iusti naturalis. Homo enim quandiu homo est, principiis humanis non destituitur.

Legale autem iustum quod purè legale est & simpliciter, est illud quod ex principio secundum se acceptum, nihil differt vtrum sit vel aliter fiat, ita scilicet quod sic faciens nec laudatur nec vituperatur, & aliter faciens similiter. Quando autem ponitur per institutionem principis vel plebis, multum differt propter institutionem: sic enim faciens vt institutum est, præmiatur: aliter autem faciens,

D. Alb. Mag. lib. 5. Ethic.

punitur. Verbi gratia sicut est mina redimi captiuos, & non amplius, hoc in bello Atheniense & Lacedæmoniorum adinuicem parico-consensu vtrorumque statutum est: vnde post bellum Lacedæmonij ad Athenas miserunt Metellum & Endicum & Philolocolum legatos, qui captiuos mina redemerunt & vltra non dederunt, sicut refert Androchion historiographus: & sicut est capram sacrificare & non duas oues: & generaliter loquendo quæcumque in singularibus operationibus sola lege ponuntur: & quia institutione sola potentiam habent obligandi: sicut verbi gratia quod apud Amphipolim institutum est Brasidæ sacrificare, quæ ante inter deos non habebat venerationem: & sicut sunt sententia, quæ propter hoc solum habent vigorem, quia per sententiam iudicis determinata sunt. Hæc autem ideo legalia dicuntur: quia ex natura nullam habent potentiam & omnem accipiunt ex lege, secundum quod Tull. dicit de lege, quod legis ius est, quod in eo scripto quod populo expositum est vt obseruet, continetur. Sic enim legale ius valde strictè sumitur, pro eo scilicet quod nullum nisi ex lege habet vigorem.

Ex his patet, quòd consuetudinis medium est inter legale & naturale, scilicet quod à natura profectum, lege sancitum est, secundum quod lex largè sumitur sic diffinita, Lex est ius scriptum præcipiens honestum, prohibens contrarium. Siue enim scriptum sit in natura, siue in determinatione constructum, siue in approbatione consuetudinis secundum aliquem modum legis habet approbationem.

CAPVT IV.

De errore quorundam qui iustum naturale non vniuersum apud omnes determinant.

Quibusdam autem videtur, quòd omnia iusta sint legalia, & nullam nisi ex institutione vim habentia. De naturalibus enim dicunt, quòd omne naturale immobile sit, & quod ubique habeant eandem potentiam, quemadmodum ignis & hic & in Persis ardet secundum vltimam potentiam quæ est in ipso. Sed iusta non dicunt esse naturalia: eò quod omnia iusta mota esse conspiciunt, & (sicut diximus in primo huius scientiæ libro) tantam habent diuersitatem & errorem, quòd lege posita esse videntur & non natura. Hi tamen decepti sunt. Non enim sic se habet: sed potius quodammodo naturalia immutabilia sunt, scilicet quantum ad prima principia quibus homo ad bonum & ad verum ordinatur: hæc enim humanitati inscripta sunt, & non mutantur. Vfus autem horum relatus ad operationes, in multas variatur consuetudines & institutiones. Vnde quamuis apud deos omne iustum nequaquam aliter se habeat: eò quod nihil diis mutabile est. Apud nos autem natura ens aliquo modo mutabile est: quia omne quod in natura humana est, mutabile est: &

49.
*Non omnia
iusta lege &
institutione
constant.*

S 3 quamuis

quamuis hoc sit, tamen humanorum iustorum aliquid est naturale, aliquid non naturale.

50. An iustitiam naturale & legale similiter mobilia sunt.

Inter ea autem quæ natura sunt, quale sit illud iustum quod cum natura sit, continet tamen aliter se habere: & quale sit illud iustum quod non natura est, sed est legale: & compositio quædam quæ conuenit inter homines quod etiam mobile est contingens aliter se habere: & utrum ambo ista similiter mobilia sint, manifestum est præinductis est.

51. Iusto naturalis mobili, eadem que ad extra qua immutabilia sunt, definitio est necessemodum.

Et in aliis quæ præinduci possunt, eadem congruet determinatio. In membris enim animalium, quamuis vna positio naturalis sit, tamen natura in diuersitate materiae operans, aliquid quando variat ordinem. Quamuis enim omne animal ex dextro & sinistro componatur, tamen in animalibus inueniuntur ambo dextra: & quæuis hepar in dextro sit & splen in sinistro, tamen conuersus modus sæpè inuenitur. Et huius causa est: quia tanta fuit inæqualitas materiae, quod natura ordinem debitum adhibere non potuit: & ne totum per confusio-nem perderetur, fecit quod potuit, aliquid malum tolerans: & sic prouehens materiam ad proximum quod potuit, duxit naturæ ordinem. Quod in omnibus vrbauitibus oportet obseruari: quia quæcumque de numero sunt inuenta secundum compositionem quæ est inter homines, & secundum id quod confert reipublicæ, illa similia sunt mensuris. Mensuris autem diuersa similiter mensurari non possunt: ed quod vna mensura non vno modo potest eis applicari, sicut in curuis & rectis & in nodosis & planis: cum tamen hoc necesse sit ad vnam mensuram referri. Sic non est vbi que æqualis vini & frumenti mensura: sed vbi hæc abundant & venduntur pro copia, minor mensura datur: vbi autem illa venduntur & emuntur pro necessitate, & vbi abundant minus, ibi eodem pretio minor mensura venditur, quo maior in loco copie emebatur. Sic etiam naturalia iusta pro diuersitate cohabitantium necesse est variari. Hominum enim tanta diuersitas est, quod ad vnum ordinem iusti naturalis quem in vfu in omni opere suo participet, reduci non potest. Non tamen propter hoc à regimine abstinendum: quia si non potest reduci in ordinem primum & principalem, reduci tamen ad aliquem qui circa primum est, & ad primum habet respectum.

Similiter & illa iusta quæ non naturalia sunt, sed humana, vel legalia, non eadem vbi que sunt: quia neque vna & eadem vrbauitas est apud omnes. Sed hoc verum est, quod illa omnium quæ vrbauitatum secundum naturam optima est, vna sola est & vbi que, ad quam omnes alie habent respectum: illam tamen obseruatam fuisse in communitate in toto sine omnis naturalis iusti variatione non meminime legisse; nisi primo apud Zebadæos & secundo apud Bragmanos. Vnde Didymus Bragmanorum rex leges edidit. Vnã quidem, mulieres non vti decore quem natura negauit. Aliam autem, non ædificandas domus esse: ed quod antra dum viuunt perficiunt hospitium, & dum moriuntur, in sepulchrum. Tertiam, non esse venandum: quia cui natura fugam dedit, dum fugit, non est insequendam. Et alias

Lex Zebadæorum & Bragmanorum.

multas tales quæ in libro Didymi quem Alexandro scripsit, continentur.

Iustorum autem & legalium omnium, siue naturalia sint, siue legalia, siue consuetudinaria vnumquodque sic se habet vt vniuersale ad particularia. Vniuersale enim in multis & de multis est secundum rationem non variatum, & sic est de multis: & cum multa sint in quibus est, magnam & multimodam secundum esse habet variationem. Per omnem eundem modum est in his quæ iusta sunt, quæ sunt mensura operum nostrorum. Operata enim ab hominibus valde multa & differentia sunt. Iustorum autem siue naturalium, siue legalium quod mensura operatum est, vnumquodque est vnum secundum se & rationem. Sic enim mensurando vniuersale est, & de multis secundum quod ponitur in vfu, non omnia sibi æqualiter applicabilia inuenit: & ideo in vfu necesse est variari: quia sic non de multis, sed in multis est.

52. Vnumquodque iustorum tam legalium quæ naturalium & consuetudinaria se habet vt vniuersale ad singularia.

CAPVT V.

De differentia iusti & iustificationis, iniusti & iniustificationis.

Quia verò secundum prædicta vsus iusti & iustum differunt sicut vniuersale secundum se acceptam, & vniuersale in particularibus diffusum. Secundum se quidem dicitur iustum: in operibus autem diffusum dicitur iustificatio: ideo cum modis iusti de iustificatione & modis iustificationis est determinandū. Differt enim iniustificatio & iniustum, & iustificatio & iustum. Iniustum quidem enim est natura vel ordine determinatum per priuationem: in materiali quidem natura in consuetudinali vel legali ordine ordinantis quo priuatur. Idem autem hoc iniustum quando operatum est siue in opere positum, iniustificatio est & vocatur. Ante autem quam operatum sit quado in se accipitur vt naturali ratione determinatum, vel ordine instituentis sancitum, nequaquam iniustificatio est, sed iniustum tantum, vt vniuersale se habens ad omnes suæ speciei iustificationes. Similiter autem etiam se habent iustificatio & iustum ad inuicem. Iustum autem hoc in opere quod iustificatio est, communi quidem nomine vt in pluribus apud Græcos vocatur dicæopragma: dicæon enim iustum est, & pragma operatio. Tamen iniustificatio & iustificatio dupliciter est. Est enim quædam iniustificatio optima & ad proprium officium politici pertinens: & hæc est quæ est directio iniustificationis & iustificationis: & hoc est quando princeps increpando aggreditur prauos & iniustificando eos culpat iniustos esse, & sic iniustificationem quam fecerunt, dirigit ad iustificationem quæ iusti operatio vocatur. Quales autem species & quot & circa quæ iusta vel iniusta existentes iustificatio hæc vel iniustificatio habeat, posterius est intendendum in hoc eodem opere, postquam de ipsius iustificationis & iniustificationis natura determinauimus.

53. Iustum & iniustum & iniustificatio & iniustificationis differt.

Nunc

54. Nunc autem attendendum, quod cum iusta aut iniusta sint accepta, vt dictum est, vt vniuersalia, iniustum tamen non facit & iustum, nisi quado volens quis ipsa operatur: ed quod iustitia & omnis virtus totum bene habet in voluntate, sicut in secundo determinatum. Quando autem nolens operatur, proprie loquendo neque iniustum facit, neque iustum operatur, nisi forte secundum accidens: quia scilicet sit ab eo, quod iniustum vel iustum est, quamuis sua non fiat voluntate. Iniustificatio enim quæ non est obiurgatio principis, sed iniusti operatio: similiter & iustificatio quæ Græcè dicæopragma vocatur, determinatur & diffinitur voluntario & inuoluntario. Cuius signum est: quia quando in tali iniustificatione, quod factum est, voluntarium est, vituperatur: tunc etiam iniustificatio est & proprie nominatur. Propter quod in operibus humanis aliquid quidem iniustum erit: iniustificatio autem nequaquam erit si non adfit ei quod voluntarium sit. Dico autem voluntarium quidem, quemadmodum prius in tertio huius scientie libro à nobis determinatum est: & hoc est vtique quod aliquis operatur aliquid eorum cuius principium est in ipso, sciens & non ignorans singularia in quibus est actus. Vbi gratia quado neque ignorat quem siue personam circa quam operatur, neque ignorat quo sicut instrumento operatur, neque ignorat cuius gratia operatur: puta quem percutit, & quo, quia rotundato, vel lanceato: & cuius gratia, scilicet vt sanet vel interficiat: & quando vnumquodque horum sit, & vult per se & non secundum accidens. Vnde etiam id quod vi fit, iniustum est, sed non est iniustificatio. Quemadmodum si quis violenter apprehendens manum alicuius, eadem manu percutit alium. Quamuis enim iniusto cuius manus est, sit principium mouendi manum, non tamen in ipso est retrahere manum apprehensam: & ideo talis percutio non sibi imputatur ad iniustificationem. Et sic est in voluntariis per ignorantiam. In his casu aliquando contingit eum qui percutus est, patrem esse percutientis: & percutiens quando percutit, scit hominem esse vel præsentium aliquem, sed patrem nesciuit esse: & ideo pater inuoluntarie percutus est: & non imputatur percutienti quando percutiendo licet rei operam dedit: vnde tale etiam iniustum est, sed iniustificatio non est. Similiter autem determinandum est in aliis circumstantiis quæ sunt quando, vbi, quomodo, cuius gratia, & in tota operatione.

55. Ignoratum enim in circumstantiis, vel non ignoratum in his quæ violenter fiunt, quorum principium non est in operante, inuoluntaria sunt ambo. Quando autem dicimus iniustitiam in nobis non esse principium, intelligimus, quod non sint in nobis secundum electionem voluntatis, secundum quam nos dominus sumus nostrarum operationum. Si enim in nobis sint sicut in natura & non in electione, non dicetur esse voluntarium. Multa enim sunt in potestate naturæ existentium, quæ scientes operamur & patimur, quorum nullum neque voluntarium, neque

55. Quod ignoratur, aut non ignoratur quidem, non est autem in potestate scientie, sed vi fit, ambo inuoluntaria sunt.

56. Multa scientes agimus & pa-

inuoluntarium est: puta senescere, cibos digerere, infirmari, vel mori.

Per se enim & secundum accidens secundum vnam similitudinem est tam in iniustis quam in iustis. Etenim cum iustum sit pignus reddere redemptum, tamen qui pignus reddit nolens propter timorem ne puniatur, neque iusta operari per se, neque dicæopratin dicitur: & si dicitur, erit secundum accidens. Similiter autem & ex opposito qui coactus & nolens pignus non reddit, secundum accidens dicitur esse iniusta facere & iniusta operari, & non per se.

Voluntarium autem quæ secundum largam voluntarij rationem accipiuntur, quædam præeligentes operamur, quæ etiam simpliciter voluntaria sunt: quædam autem operamur non præeligentes. Præeligentes quidem operamur, quæcumque præconscientiam operamur, ita quod ratio omnia ea quæ circa opus sunt, consideret, ordinet, & determinet ad electionem. Non præeligentes autem operamur, quæcumque non præconscientiam operamur, sed ex impetu passionis alicuius impellimur in ipsa, sicut amor heros, & passio timoris, vel tristitiæ, vel famis ad multa impellit quæ non sunt ex consilio rationis. Et secundum ista modi iusti & iniusti, iustificationis & iniustificationis determinantur.

57. Tã iniusta quæ iniusta per accidens facta reperiuntur.

58. Eorum quæ sponte agimus, alia cum electione, alia sine electione agimus.

59. Nocumentum triplex in commutationibus: hoc ignorantia, hoc sponte, hoc sine electione, illud sponte & cum electione.

CAPVT VI.

De modis iusti & iniusti, & iustificationum & iniustificationum.

Quia autem ante paucum de modis huius iusti & iniusti dicere præmissimus, nunc aggredi oportunitum est. Cum enim tria sint in genere nocumenta iustitiæ quæ in commutationibus est, oportet nos in genere primum dicere de illis. Voluntarium enim diuiditur in id quod secundum electionem factum est, & id quod sine electione factum est. Inuoluntarium etiam diuiditur in ignoratum & paralogum. Ignoratum enim non semper inopinatum vt euenire non possit: & hoc simpliciter ignoratum est. Aliquando etiam inopinatum est, quod nunquam eueniat: & tunc vocatur paralogum, hoc est, inexpectatum & inopinatum, & ex natura negotij non creditum vnam posse euenire. Tria ergo sunt, impræconscientiam, ignoratum, & paralogum, quæ in hoc nocumenta iustitiæ sunt & dicuntur: quia quando in opere sunt, rationem iustitiæ & iusti & iustificationis diminuunt, & similiter per oppositum diminuunt rationem iniustitiæ & iniusti & iniustificationis. Quamuis autem sic tria in genere sint, tamen speciales eorum differentie & modos considerando plura erunt.

Inuoluntarium enim per nos factorum quædam sunt per violentiam, quædam autem per ignorantiam. Et facta per violentiam, nocumentum faciunt ad iustitiam: quia quod per violentiam fit, iustum vel iniustum quidem esse potest, iustificatio autem vel iniustificatio dici non potest. Quæ autem ex ignorantia

inuoluntaria sunt, quædam quidem facimus ignorantes & per ignorantiam, quædam autem ignorantes, per ignorantiam autem non. Et Michaël quidem Ephesus dicit, quod ignorans facit qui vniuersale ignorat, sicut qui furtum ignorat esse malum, vel mæchiam, vel deos non esse verendos, vel parentes non esse honorandos, vel ad aliud quodcumque eorum iustorum de quibus supra diximus, quod natura vel ordine instituentis determinata sunt, & ad opera nostra se habet, sicut vniuersale ad particulare: quæ ignorantia quamuis neminem excuset, tamen aliquod nocumentum fert ad rationem iustitiæ: quia sic factum non veræ iustificationis habet nomen. Quæ autem per ignorantiam fiunt, his ignorantia causa operis est. Opus enim facit quod ignorat, quod illo modo faceret si non ignoraret: & sic ignorantia causa est: quia posita ea ponitur opus, & destructa ea destruitur. Per ignorantiam ergo factorum quædam sunt, quorum totum principium est in nobis: quædam autem, quorum aliquid est extra. Ea verò quorum aliquid est extra, talia sunt, quorum quidem principium operis est in nobis non conscientibus singularia in quibus est actus, sed euentus circa opus non est in nobis: sicut si gladium teneam ad aspiciendum vel emendum, operam rei licitæ dans: alius autem ex impetu vel casu irruat in gladium & perfodiatur: tunc enim iniustum est quod fit, sed tamen peccati propriam non habet rationem, sed infortunij.

Eorum autem quæ in toto sunt in nobis & fiunt per ignorantiam, duo sunt modi. Quædam enim omni cautela adhibita nullo modo sunt expectata, & tamen eueniunt. Quædam autem non tantam habent cautelam, vt opinari possit, quod nullo modo eueniât. Exemplum primi est in eo qui exercitando proicit sagittas in loco solitario, vbi nunquam consuevit aliquis ambulare: & ex opinato apparet qui interficitur vel vulneratur: & talia vocantur paralogia, hoc est, ex inopinato vel inexpectato euenientia. In quibus autem tanta diligentia non est, vt euenire non possint, & tamen fiunt per ignorantiam singularium in quibus est actus, per ignorantiam facta dicuntur, & iustificationis vel iniustificationis non habent rationem, quamuis iusta vel iniusta sint.

Adhuc autem eorum quorum principium est in nobis, quæ nec ignorantes nec per ignorantiam facimus, quædam facimus præconscientiantes, quædam non præconscientiantes. In quibusdam autem passionis impetus ad consilium peruenire non permittit. Et quæ quidem iniusta præconscientiantes facimus, malitiæ dicuntur: & iusta quæ sic facimus, virtutis nomen habent. Quæ autem ex passionis vel necessitatis impetu non præconscientiantes, peccaminis vel peccati nomen habent, sed non malitiæ: eò quod hæc ex studio facta nõ sunt. Electio enim principium operis est: quia sicut in secundo diximus, in operibus nostris attenduntur hæc: primò quidem si sit sciens, deinde si eligens & eligens propter hoc. Adhuc autem eorum quæ præelectione fiunt, duo sunt modi: quædam

enim simpliciter peccata sunt & malitiæ: quædam autem cum iniuria sunt proximi: & hæc quia cum studio & insidiis fiunt, insidiæ vocantur, & circa illa sunt iniustificationes.

Sunt ergo ista, violentum, ignoratum, infortunium, paralogicum, peccatum, malitiæ, & insidiæ, in quibus omnis modus accipitur iniustificationis & iustificationis. Sicut igitur diximus cum tria sint nocumenta iustorum quæ in communicationibus sunt, illa quidem quæ non per violentiam, sed cum ignorantia sunt & per ignorantiam facta, peccata sunt: & tunc per ignorantiam fieri dicuntur, quando neque circa quæ operatus est, neque factum quod fecit, neque quo, scilicet instrumento, neque cuius gratia existimauit, hoc fecit quod operatus est. Aut enim percuciens non vulnerare intendit, & tamen vulnerat: vel non intendit hoc facere quod facit: putabat enim parum abscindere, & fortè membrum abscidit: vel non putauit hunc esse patrem quem occidit scilicet, vel filium: vel non putauit huius gratia facere, sed accidit finem sui operis esse quem non intendit. Puta chirurgus ferrum apponens pungere intendit & apostema aperire, & grauius vulnerat, quod non intendit. Et similiter dicimus si ignorat quem, vel si non intendit vt fecit: remissè enim intendens, vehementer factum accidit. Quandoquidem igitur paralogicè nocumentum fit per ignorantiam, à quibusdam infortunium vocatur, largè sumpto nomine infortunij. Quando autem non paralogicè fit, nec per ignorantiam, & fit sine malitiæ: tunc vocatur peccatum. Sic enim operans peccat: eò quod in seipso habet principium operis quod est causa: facit enim sciens & volens, sed non præconscientians. Ille autem cuius principium secundum aliquid est extra quod præuideri non potest, infortunat & non propriè peccat: quamuis Theophrastus infortunia in iustis nolit esse supposita.

Quando autem sciens quod operatur, non præconscientians autè hoc, iniustificatio vocatur. Verbi gratia quicumque propter iram & alias quasumque passiones necessarias siue naturales accidunt hominibus: hæc enim quia nocent & à nocentibus & peccantibus fiunt: qui quidem faciunt ea, & iniustum faciunt, & iniustificationes sunt quæ faciunt.

Et tamen ipsi iniusti non sunt propriè loquendo neque mali propter ea quæ faciunt: quia nocumentum quod inferunt, non propter malitiam faciunt, sed propter passionem. Naturales autem passiones vocamus quæcumque ex sensibilibus illatæ in diuersos affectus alterant animam, vt timor, spes, gaudium, tristitia, amor, misericordia, & confidentia, & cæteræ huiusmodi. Necessarias autem dicimus, quæ in ipsa hominis natura habent originem sine quibus natura hominis esse non potest: & idè ad diuersa compellunt, sicut fames, sitis, nuditas, & infirmitas, & cæteræ huiusmodi, quæ multos facere compellunt, quæ non faciunt electione: cum tamen scientes & volentes faciant. Quando autem ex electione facit iniusta & mala: tunc iniustus & malus est.

Propter quod oprimè dictum est, quod ea quæ ex passione iræ fiunt, non ex prouidentia fieri

fiunt, non iudicantur ex prouidentia fieri.

fieri iudicantur, sed ex passione. Non enim incipit vt quieto corde prouidere possit, qui in ira aliquid facit, sed potius iam decentus & præuentione ex impetu facit quod facit, & non ex prouisione: sed ille qui ad iram prouocat non prouocatus, incipit, & prouidere potest: & idè ex insidiis facit quod facit.

CAPVT VII.

De differentia eorum quæ secundum tales modos fiunt iustificationum.

His tamen adhuc & alia dubia est, in his quæ fiunt per iram si in iudicium deducantur, non dubitatur de fieri vel non fieri, sed potius de iusto vel iniusto. Accusatus enim qui per iram percussit, non negat se percussisse, sed negat se iniuste percussisse: eò quod prouocatus vel laceffitus percussit. Iuste autem se percussisse allegat, qui prouocatione percuti meruit. Ira enim iniustitia quidem est, sed immanifesta: quia aliquam rationem iusti habere videtur. Non enim est in ira quemadmodum in commutationibus quæ non nisi ex præelectione & consiliatone fieri possunt. Si enim in iudicium deducantur, non de iusto, sed de fieri dubitatur, vno dicente quod dedit pretium, altero autem negante quod receperit: propter quod alterum horum est necesse malum esse & iniustum, quicumque scilicet per insidias quidem affirmat quod non fecit, vel negat quod fecit, nisi per obliuionem forte hoc acciderit, scilicet quod vel dans oblitus est se accepisse. Sed in factis per iram si ad iudicium deducantur, semper de re facta consistitur: sed qualiter iustum vel iniustum est, dubitatur.

63. Qui sponte ex electione laedit, iniustum facit & iniustus est.

Qui autem insidiatus præconscientians & præeligens, non ignorat de iusto & iniusto: & idè ille qui in commutationibus laeditur, iniustum pati existimat: qui autem in ira, non semper putatur pati iniustum. Si enim ex electione noceat, iniustum proculdubio facit: & secundum has & tales iniustificationes iniustum faciens, pro certo iniustus est, cum præter proportionale sit & præter æquale quod facit. Similiter autem est in opposito: quia ille pro certo iustus est, qui præeligens iustum operatur: si solum volens, non autem præeligens operetur, & iustificat, sed non propriè propter hoc iustus est: eò quod propter aliquam aliam causam & non propter iustitiæ electionem iustitiam est operatus. Electiones ex habitibus attenduntur, sicut sapius dictum est. Hæc autem differentia in omnibus iustis & iniustis est quæ dicta sunt. In omnibus enim violentis & ignorantis quocumque modo non de fieri dubitant, sed de iusto vel iniusto.

64. Voluntariorū quædam sunt digna venia, quædam non.

Ex his autem quæ dicta sunt, facile est elicere, quòd inuoluntariorū quædam venialia. Venialia autem dicimus quæcumque ignoscantia vel venia digna sunt, sicut quæcumque non solum ignorantibus, sed etiam propter ignorantiam facta sunt. Quæcumque autem non propter ignorantiam facta sunt, sed faciunt ea

60. Cum sponte sed sine electione aliquis alium laedit, iniustificatio est.

61. Tamen nõ dicitur iniustus aut prauus.

62. Quæ per iram

CAPVT VIII.

Utrum aliquis volens iniustum patitur.

Utrum autem aliquis, si iam sufficienter determinatum est de iniustum pati & iniustum facere per determinationem modorum qui inducti sunt. Sufficienter quidem determinatum est quantum ad veritatem & iusti & iniusti & naturam & modum. Sed quia oportet etiam positionibus aliorum respondere & manifestare in quo verum & non verum dicunt, oportet adhuc quærere, si aliquis volens iniustum patitur. Primum quidem igitur si verum est, quemadmodum Euripides poeta dixit, quamuis inconuenienter dixerit de facto valdè inconuenienti. Dixit enim, matrem meam occidi, inconueniens factum non negans, sed de fieri contendens, qui breuis sermo est, sed longæ disputationis. Aut enim occidit volens volentem occidi matrem, aut nolens siue non volens occidit non volentem occidi, sed ex ignorantia factum est. Ex hoc enim quæratur, vtrum, sicut verum est, semper contingat iniustum pati volentem vel non, sed nolentem iniustum contingat pati vel non, sed omne iniustum pati inuoluntarium sit, quemadmodum in opposito quod est iniustum facere, omne iniustum facere voluntarium est. Et quæratur iterum quæstione logica, vtrum omne iniustum pati sit voluntarium vel non voluntarium, quemadmodum iniustum facere omne secundum voluntarium est.

Consequi enim videtur si quatuor contraria ponantur, scilicet voluntarium & inuoluntarium, iniustum facere & iniustum pati, si alterum contrariorum sequitur ad alterum, & reliquum sequitur ad reliquum. Congregare enim & disgregare opposita sunt, calidum & frigidum opposita: & si hæc referantur ad naturales potentias, sequeretur necessario, quòd si frigidus est congregare, calidus erit disgregare: & idem est de albo & nigro si referantur ad visus congregationem & disgregationem. Videtur ergo & hoc sequi, quòd si iniustum pati & iniustum facere opposita sunt, & voluntarium & inuoluntarium, & omne iniustum facere est voluntarium, videtur omne iniustum pati esse inuoluntarium. Et idè quæratur, vtrum sic se habeat sicut dictum est, vel aliquod iniustum facere sit voluntarium, aliquod autem inuoluntarium. Et similiter de iniustum pati, vtrum omne iniustum pati inuoluntarium sit, an aliquod inuoluntarium, aliquod inuoluntarium. Rationabiliter enim ad quamlibet partium istius diuisionis opponitur. Constat enim quòd

64. Dubium an volenti fieri possit iniuria.

56. Non omnes sponte patiuntur iniustum, quanto minus iniusti.

quod omne iustum & iniustum operari voluntarium est. Rationabile est ergo, quod secundum utrumque oppositorum, scilicet quod iniustum pati opponatur ad operari: & sic & iniustum pati & iustum pati, vel omne voluntarium vel omne involuntarium esse videtur. Si enim operari iustum & iniustum, semper voluntarium est: iustum autem pati & iniustum pati, ad operari opponitur: & operari voluntarium est: secundum dictam consequentiam sequeretur, quod pati iustum vel iniustum omne involuntarium sit. Si autem operari involuntarium sit. Inconueniens autem utique videtur, etiam in eo quod iniustum est pati, si omne pati iustum dicatur voluntarium: quidam enim iustum patiuntur non volentes. Verbi gratia in pleonexia iniuriam facit qui plus accipit: & cum pleonecis à iudice dirigitur ut restituar quod plus accepit, pro certo à iudice iustum patitur: & tamen non volens hoc patitur: iustum ergo patitur non volens.

67. Et ideo circa hoc iterum dubitare potest aliquis, utrum omnis qui iniustum passus est & iniustum patitur per se, in quantum scilicet iniustum est, vel quemadmodum sicut est in operari, ita est & in pati.

68. In operari enim est iniustum operari per accidens & per se: & ita videtur, quod iniustum pati sit per se & per accidens, ita scilicet quod utriusque iustis comparatis & passis transmutatur iustum per se & per accidens. Similiter autem manifestum est, quoniam in iniustis operatis vel passis ad per se & per accidens transumptio est. Non enim idem est semper iniusta operari & iniustum facere: contingit enim iniusta operari ignoranter: & tunc non iniustificat: ergo nec iniusta operatur, quod iniustificari, iniusta operari est. Similiter autem non semper idem est iniusta pati ei quod iniustum pati. Iniustum autem patitur aliquis non ex electione iusti, sed ex passione aliqua alia: & tunc non iniusta patitur, sed concupiscentiæ deseruientia patitur. Similiter si volens aliquis iniustum patitur, non iniusta patitur: non enim iniustum est, quod aliquis patitur quæ eligit ex voluntate. Similiter autem est & in eo quod est operari iniusta & pati iniusta. Hæc enim opponuntur, & non est possibile, quod aliquis iniustum patiar nisi sit aliquis qui iniustum faciat à quo patiar. Et per oppositum possibile non est, quod aliquis iustum patiar nisi aliquis alius iustum operetur à quo iuste patitur.

Et cum iuste operetur volens, tunc queritur, utrum ille iustum patiar volens vel nolens. Ad hoc autem quidam solunt per instantiam dicentes, quod si iniustum facere simpliciter est quando aliquis volens nocet alteri. Volens autem non nocet nisi sciens noceat circumstantias in quibus est actus, & quem scilicet & quo, & ut, & cuius gratia. Incontinens autem quando effluenter dat meretrici quæ habet, volens nocet ipse sibi ipsi. Incontinens ergo volens utique iniustum patitur à seipso. Aliquis igitur iniustum patitur volens. Contingit ulterius ex ista ratione, quod idem ipse sibi iniustum facit.

Dubium 2. an ve in agendo iniustitia sit in patiend.

68. Iusta & iniusta & agendo & patiend, consimiliter se habent homines.

Hic autem est etiam unum aliquod dubitarum, si scilicet contingit eundem sibi ipsi iniustum facere. Adhuc autem si quis propter incontinentiam volens patitur iniustum ab alio volente ledere ipsum, sicut leccator frequenter iniustum patitur volens à meretrice ledente ipsum in damnis. Patitur enim & sciens & prudens & libens. Videtur utique, quod erit volentem aliquem iniustum facere: vel forte non erit diffinitio quæ data de iniustum facere & de iniustum pati. Diffinita enim sunt hæc in antehabitis, quod iniustum facere plus est in lucro & minus in damno habere: iniustum autem pati modo minus habere in lucro & plus in damno. Et dictum est in antehabitis, quod ex hoc surgunt contentiones & querelæ, quod iniuriam passus non ex voluntate habet minus, sed iniuriam faciens ex voluntate habet plus. Si enim nihil amplius ad has diffinitiones addatur, videbitur incontinens volens sibi ipsi iniustum facere, & volens à seipso & ab altero iniustum pati.

Propter quod addi oportet ad diffinitiones istas, scilicet quod nocens siue iniuriam faciens vocatur nocens, quado nocere intendit: & hoc est quando est sciens quando quem nocet, & quo opere vel instrumento nocet, ut, hoc est, quo modo nocet, & in cæteris circumstantiis similiter: & quod nocementum hoc præter voluntatem sit eius cui nocet: non enim nocere videtur quod secundum voluntatem est. Contingit enim, quod aliquis læditur volens & iniusta patitur volens, sicut dictum est de incontinente: sed hæc sunt iniusta materialiter, hoc est, quædam res quæ iniustæ sunt: & his omnibus saluis & veris existentibus, tamen verum, quod nullus volens iniustum patitur: quia non eligit iniustum pati secundum quod iniustum est: voluntas enim sine determinatur. Nullus enim neque continens neque alius pati vult quod iniustum est: sed incontinens aliquando operatur præter voluntatem ex passione. Nullus enim penitus vult vel velle potest quod non existimavit sibi esse studiosum & vrile & delectabile & bonum. Incontinens autem passione victus contra rationem sæpe operatur, quod existit secundum rationem non oportet operari: & tunc operatur quod est iniustum, & patitur quod iniustum est, sed non operatur & patitur ut iniustum, sed potius ut his quæ concupiscit adiunctum: & quia hoc eligit hic cum patitur, non est iniustum. Et hoc probatur per Homerum dicentem, quia quæ quis dat volens, non est iniustum ut damnum patitur: quia qui antecedens vult vel eligit sciens & prudens, necesse est quod consequens ad illud velit & eligat. Glaucus enim quando Diomedem dedit aurea pro æreis concupiscentia victus: & quando centum boues dedit pro nouem bobus ut magis in amorem suum Diomedem deduceret, non iniustum passus est: quia ex voluntate dedit & in ipso erat dare vel non dare.

Non enim aliquis dicitur pati iniuriam, eod quod sibi sit secundum voluntatem, sed potius in hoc videtur sibi fieri beneficium & lucrum: id autem quod quod est iniustum pati idem

69. Dubium 3. an contingat eundem sibi ipsi iniustum facere

70. Iniuriam facere non est tantum aliquem ledere, sed addendum est, præter illi in quo læditur voluntatem.

71. Ut aliquis iniuriam patiar, non est in potestate ipsius suum.

idem est quod iniuriam pati: iniuria autem contraria voluntati est. Iniuria ergo quam patitur, principium non est in ipso qui patitur, sed in eo quod iniuriam facit: & ideo in talibus alium oportet esse qui iniuriam facit, & qui iniuriam patitur. De eo ergo quod est iniustum pati si proprie & per se sumatur, manifestum est, quod non potest esse voluntarium: hæc ergo determinatio quod ius est quod est volentem quidem semper iniustum facere. Iustum autem volentem pati, non est nisi per accidens.

CAPVT IX.

Si est volentem aliquem iniustum sibi ipsi facere.

72. Duo iterum determinanda. I. uter iniuriam faciat, utrum is qui plus præter dignitatem tribuit, an is qui illud recipit. 2. si forte possit ut quis sibi iniuriam faciat.

Quæ autem præeligimus dicere in prædubitata quæstione duo erant, scilicet si contingit iniustum pati volentem, & si contingit eundem sibi ipsi iniustum facere: & hæc quidem iam determinata sunt. Adhuc autem duo remanent, utrum scilicet iustum facit volens qui præter dignitatem alij plus tribuit volens quam sibi siue in distribuendo siue in communicando: vel ille iniustum facit, qui plus accipit ab alio præter dignitatem quando volens & sciens hoc retinet. Secundum autem dupliciter est si contingit eundem sibi ipsi iniustum facere: quod tamen ex præinducto determinatur problemate. Secundum enim determinatur ex determinatione prioris: si enim id quod prius dictum est, quod scilicet ille qui alij plus præter dignitatem tribuit quæ sibi, iniustum facit, & non facit iniustum qui plus habet ab alio acceptum, de necessitate lequi videtur, quod si quis alteri plus quam sibi præter dignitatem tribuit sciens & volens, iniustum facit sibi ipsi: & hoc difficile est concedere in moribus. Viri enim moderati & modesti & mansueti qui non paræ laudis sunt, sæpe minoratiui sunt suorum, ut in antehabitis diximus, & plus sæpe aliis, sibi autem minus tribuunt propter benevolentiam: cum tamen graue sit dicere, quod tanti viri iniustum aliquod operentur. Sed forte aliqui adhuc dicerent, quod in hac distributione quando alij dat & sibi minus, non accipitur id quod simpliciter bonum est, sed quod bonum est alicui & ut nunc: quamuis enim sic distribuens alteri plus det quam sibi de bono vtili quod est bonum & ut nunc & ad aliquid, tamen de eo quod est simpliciter bonum & vniuersaliter & semper, quod est gloria & honor, plus distribuit sibi quam alij: & hæc est solutio ad hominem: quia de hoc non quærebatur: nec de tali distributione intendebatur in obiectione.

Solutur ergo hoc adhuc sicut & præcedens per diffinitionem eius quod est iniustum facere & iniustum pati. Nullus enim patitur nisi quod contrarium est suæ voluntati, & de quo ut iniuriam inferente quærebatur. Taliter autem distribuens nihil patitur præter ipsius voluntatem: propter quod non iniustum patitur quod ita distribuit: sed si concedatur aliquid

pati, non patitur nisi nocementum damni: & hoc non est iniustum: quia volens & sciens facit sibi ipsi.

Ex hoc autem primi problematis accipitur determinatio: quia manifestum est, quoniam sic distribuens iniustum facit: & ille non facit iniustum qui plus habet datum sibi per distributionem talem. Non enim iniustum facit cui iniustum distributum inest acceptum: quia in illo non est principium: sed potius ille iniustum facit qui volens hoc facit & sciens & prudens: ille autem est unde principium actionis est: actionis autem principium in distribuente & non in accipiente est: accipiens enim inductus & motus ab alio habet quod habet, distribuens autem ex seipso propria sponte facit. Si enim ab alio motu iniusta facerent: tunc iniusta facerent in quibus iniustitiæ non esset principium. Et hoc quidem inconueniens est: quia multipliciter aliqua facere dicuntur. Instrumenta enim inanimata, ut gladius, & securis, occidunt, & manus à corde mota, & famulus præcipiente domino, quorum nullum sic iniustum facit quod iniustitiæ sit principium: & ideo iniusta esse non dicuntur: cum tamen quædam faciant ab alio mota, quædam quæ iniusta sunt.

Adhuc siquidem aliquis ignorans legale iustum iudicauit iniuste, non dicitur iniustum fecisse, cum secundum legale iustum ignoret: neque tale iudicium proprie est iniustum iudicium: quia legaliter iniustificans sciens & volens iniustificat. Sciens autem & volens esse non potest, qui legale iustum ignorat. Est ergo tale iudicium ut iniustum, sed non proprie est iniustificatio siue iniusti operatio. Legale enim iustum alterum est ab eo quod est primum iustum & naturale: legaliter autem non iniustificat qui legem ignorat. Si autem cognoscens legem nihilominus iniuste iudicauit, nec ex ignorantia fecit, sed avarè fecit propter quæstum: sicut & ille avarè facit qui in speciali iustitia plus querit in lucro & minus in damno. Sic enim iniuste iudicans vel gratia facit hoc quam expectat ab aliquo, vel pœna quam timet ab aliquo: utrumque autem horum in ratione lucri est. Si quis ergo patiar iniustificationem in eam quæ legalis est, & in eam quæ est communicationum, quemadmodum ille qui plus habet in lucro, qui in communicationibus iniuriam facit, ita & ille qui secundum legalem iustitiam iniuste iudicauit, plus habet in lucro, quamuis non argentum accipiat, sed gratiam, vel pœnam quam expectat ab aliquo. Etenim qui agrum iniuste iudicauit sententiam dans non secundum legem, non semper propter hoc agrum accepit, sed argentum propter quod iudicauit, iudicium peruertit. Sicut enim in præcedentibus diximus lucrum non solum in argento & auro est, sed in omnibus quæ argento mensurari possunt. Iniustificatio ergo qui spe gratiæ vel timore pœnæ iniuste iudicauit sciens legem, & non propter ignorantiam excusatus. Secundum utramque ergo iniustitiam, legalem scilicet vel communicationem, patet quid est iniustum facere vel iniustificare.

73. Distribuens iniuriam facit, non ille qui qui plus habet.

CAPVT X.

Quod non est potestate hominis quando vult iustum vel iniustum esse.

74. Non est facile iniustum esse ut arbitriantur homines.

Homines autem generationes habituum consuetudinalium non considerantes, existimant in seipsis esse, ita quod non voluerit in ipsis sic, iniustum facere: propter quod dicunt, quod facile est iniustum esse. Hoc autem non est verum. Id enim quod est iniustum facere, facile quidem est: ex habitu autem facere non facile. Commiseri enim uxori quæ vicini est, & percutere proximum, & dare dilapidando manu argentum, valde facile est & in omni facultate: sed sic habentes secundum habitum hoc facere, non facile est, nec in facultate hominum. Facere enim hæc absolute est facere ea quæ iniusta sunt. Facere autem ex habitu, est facere ista ut iniusta, quæ non potest facere nisi sciens & eligens & intendens, ita quod vnum sit & mouens & finis & forma agentis. Sic autem agere non statim est in nobis.

75. Similiter non rectè sentiunt homines, nisi sapientia esse cognoscere iustum & iniustum.

Similiter autem existimant homines, quod cognoscere iusta vel iniusta nihil sapiens sit: eo quod quilibet bene determinat quid iustum & quid iniustum est. Non enim difficile est intelligere ea de quibus dicunt leges vel præcipiunt. Hæc autem existimatio erronea est. Quia sic determinare iusta, non est determinare ea nisi secundum accidens. Hoc enim modo determinatur iustum in vniuersali cui accidit iustum esse quando ad particulare determinatur: sed verè iusta sunt, quæ aliter operata sunt, ad particularia scilicet operum adaptata secundum omnes negotij & personarum circumstantias. Et in speciali iustitia verè iusta sunt, quæ aequaliter sunt distributa vel communicata adaptata scilicet secundum omnia singularia in quibus est distributio vel communicatio. Hoc autem scire plus est opus & vtile, quam scire sana, quanto melior est anima quam corpus: scientia enim sanorum corpori valet, scientia verò iustorum valet anima. Vnde sicut in medicina species ex quibus fit confectio, facile est scire, mel scilicet, & vinum, & elleborum, & adustionem, & incisionem: sed difficile est scire qualiter hæc oportet distribuere proportionem ponderum, commixtionem virtutum, oblationem sumptionum, & quando, & vbi, & cui, & quanto de vnoquoque opus est ad præseruandam vel recuperandam sanitatem, tanta diligentia opus est & cura & studium, quantum est medicum perfectam esse: & similiter est in iustis.

76. Errat quoque existimantes iustum non minus posse iniustitiam facere quàm iniustum.

Ex his tamen surgit & alius error: propter hæc enim quæ dicta sunt, quidam existimant, quod in facultate iusti sit iniustum facere nihilominus quam si non esset iustus: quinimo quod & iustus magis possit facere iniusta, quam iustus. Potest enim iustus, ut dicunt, commiseri alieni mulieri, & potest percutere proxi-

imum: & sic fortis potest dimittere clypeum, & conuersus in fugam potest currere in qualemque irruendo: horum enim vnumquodque nihil est difficile facere. Sed nos ad hæc dicimus, quod timere ut timere, & iniustum facere ut iniustum facere, non hæc naturaliter tantum facere est: quia quamuis hoc facere sit quædam facere quæ iniusta sunt, tamen hoc facere non est iniustum facere siue iniustificare nisi secundum accidens: sed hoc facere sit prout habentem secundum habitum contingit ea facere, ita quod vna forma sit mouens & finis & forma operantis, hoc est, iniustum facere & iniustificare secundum se. Quemadmodum in medicina medicari & sanare, incidere vel non incidere, pharmacum dare vel non pharmacum dare, non est simpliciter facere, sed sic facere ut ars præcipit. Patet igitur ex his quid sit iustum & iniustum, iustificare & iniustificare per se & non secundum accidens.

CAPVT XI.

In quibus sit iustitia, siue inter quos sit.

Iustum autem & iniustum inter eos esse non possunt, quibus non insunt quæ superius diximus simpliciter bona. Simpliciter autem bona diximus dupliciter esse dicta, honesta scilicet & vtilia. Honestas, sicut virtutes quæ essentialem habent ordinem ad felicitatem: hæc tamen exteriora bona non sunt, sed interiora. Vtilia verò diximus, quæ organicè ad felicitatem deseruiunt, ut potentatus, honor, & diuitiæ, quæ secundum sui naturam sunt bona, licet vltus earum aliquando malus sit: & in communicatione istorum & distributione in præhabitis diximus esse iustitia: quia in his communiter viuentes superabundantiam habent & defectum, quod non est in virtutibus, & in quibus totum medium est, & nihil abundantiam & nihil defectum. Similiter autem non est hoc in vitiis in quibus vel totum abundantia est vel totum defectus. Quibuscumque ergo conuenit in bonis vniuersalibus superabundare & deficere, in illis est iustitia & iniustitia. Deorum ergo in communicatione adinuicem vel ad nos non est iustitia vel iniustitia: quia non conuenit diis in talibus bonis superabundare vel deficere: quamuis hoc Pla. dicere videatur. Quibusdam autem insanabilibus & malis hominibus nulla particula talium bonorum utilis est, scilicet nec potentatus, nec honor, nec diuitiæ: sed nocent eis, & non contingit secundum iustum vel iniustum conuiuere. Quibusdam autem hæc exteriora vsque ad hoc perficiunt, quod proportionatè quilibet habeat: & hoc est humanum bonum ut homo est: homo enim cjuile animal est & in communitate viuens. Talium igitur conuictus adinuicem secundum iustitiam est.

77. Iusta in iis sunt qui participes sunt eorum, quæ sunt simpliciter bona.

TRACTATUS IV.

De epicheia & iusto metaphorico.

CAPVT I.

Quid sit epicheia & epiches.

De epicheia & epiche qualiter se epicheia quidem ad iustitiam, & qualiter se habet epiches ad iustum, proximum est dicere post prædicta. Dictis enim omnibus quæ ad iustitiam pertinent per se dictam, relinquuntur dicere de iustitia quæ dicitur per similitudinem ad illam. Eorum autem quæ per similitudinem dicuntur, quædam sunt iusto quidem meliora, quædam autem iusta quidem non sunt, iustum autem quoddam imitantur. Epicheia autem melior est quodam iusto: & ideo primum dicendum est de illa.

Dicitur autem epicheia ab epi quod est supra, & cheia quod est iustitia, quasi supra iustitiam: & epiches, quasi superius. Cum omnia recta ratione ordinentur, communiter loquedo epiches est, qui recta ratione quæcumque sunt, ad ordinem optimum redigit. Propter quod dupliciter dicitur, communiter scilicet & proprie. Communiter quidem est, quædam ea quæ in communi ratione ordinata sunt, aliquis vi rationis in particularibus optime dirigit. Verbi gratia communi ratione ordinatum est ex ferro in medio flexibili: & in extremis duro fieri gladium qui & optime fecit. Ex hoc autem ferro vel illo talem vel talem fieri gladium, vel in quo tempore magis valeat gladius, vel cui vtenti gladio quis gladius magis expediat, communicatione ordinari non potuit. Et ad hoc epiches est super principia artis existens, qui principia artis ad particularia componens, quid magis expediat optime elicit. Finem enim artis attendit, qui in gladio est incidere: & si ille quidem ex principis artis finem attingere potest, principia artis custodiat. Si autem propter malitiam materiam principia artis ad finem applicare non possit, dummodo finem seruet, principia artis soluit & dimittit, & materiam secundum quod melius potest & secundum quod materia magis permittit, ad finem artis ordinat. Ferrum enim aliquod scissibile est: & si malleis rundatur ad renne, scinditur, & non potest redigi ad angulum acutissimum. Epiches igitur ratione naturali vtens, volens figuram incisionis inducere in tali ferro, præcepta artis dimittit quæ præcipiunt ferrum rundi malleis ad rennissimum, & violari lapsat ad renne: & sic lapsando inducit angulum acutissimum ad in-

cisionem, quod ars non præcipit: nisi enim hoc faceret, ferrum abutendum erat: & sic est in lignorum artificibus, & omnibus aliis. Tanta enim est materia inæqualitas, quod præcepta communia secundum vnam rationem nulli materiae aprari possunt, & oportet artificem inæqualitatem materiae considerantem super præcepta artis esse, & elicere quid secundum talis vel talis materiae inæqualitatem de tali materia melius fieri possit: ita tamen, quod semper finis artis saluetur.

Proprie autem epicheia in his est quæ ad iustitiam legalem pertinent: diximus enim in præcedentibus, quod lex ad opera hominum se habet, sicut vniuersale ad particularia, & variatur in illis sicut vniuersale in esse acceptum, in particularibus variatur. Quædam autem sunt operum nostrorum, quæ ex nimia variatione temporum & locorum, legalia præcepta ad finem legislatoris seruare non possunt: & in his super ius iustus qui epiches vocatur, elicit quod melius est ad finem legislatoris, præceptum legis non attendens, sed finem præcepti, animo semper habes commune rationis principium quod est, quod ad finem aliquem institutum est, contra finem illum obseruari non debet. Verbi gratia præcipit lex peregrinum non ascendere supra murum: & si ascendat, morte esse plectendum. Casibus autem emergentibus contingit, quod hostis obsider murum, nititur murum infringere, ciuibus dormientibus vel aliis occupatis. Vider hoc peregrinus, & murum ascendit contra ordinationem legis & ciuitatem defendit, hostem effugans ne murum suffodiat. Ille legem transgrediens, finem legis seruat, sciens quod si in tali casu lex seruaretur, murus suffoderetur & ciuitas caperetur: finem tamen legis seruat. Finis enim legis erat, ne scilicet peregrinus cui confidit non erat, hostem per murum intrmitteret: & sic ciuitas perderetur. Aliud exemplum est: quia præcipit lex pignus esse reddendum: & similiter depositum, & quodlibet fidei commissum. Videns autem quis, quod pignus quod gladius est, & à furioso repetitur, qui gladio redempto vel se vel alium interficere potest: tunc redemptum non reddit gladium, soluens & saluans finem legis. Legis enim finis fuit ad vtilitatem redemptoris reddere pignus: reddere autem furioso gladium non vtile esse, sed inutile.

Tertium exemplum est. Præcepit lex non commiseri alienæ: videns autem aliquis machinationem tyranni contra ciuitatem: machinationem autem scire non potest nisi arct in vitula tyranni, uxori tyranni commiscetur solo

Epicheia proprie pertinet ad iustitiam legalem.

T hoc

hoc sine, quod tyranni fecerit cognoscat, & sic civitati caueat sic alienam commixtus: quamuis iniustum faciat, tamen vero civiliter non punitur. Tolerabilius enim existimavit alienam commisceri, quam civitatem perdi. Et sic est in omnibus alijs. Superiustus enim finem legis considerat & alleuat: & quod ad finem institutum est, si hoc servatur, contrarium fini inducit, soluit, & per aliud per rationem intentum finem attingit.

78. *Epicheia est virtus.*

Pater igitur, quod epicheia neque idem simpliciter est, vniuersaliter scilicet & conuertibiliter, cum iusto, neque, vt alterum genere ab ipso, quod nihil de ratione iusti habeat, si quis subtiliter in rationem epicheia intēdat. Quod enim, laudabilium bonorum sit, ex hoc probatur: quia epiches laudamus vt viros strenue legis obseruantes, quamuis non semper secundum legem obseruent: quando laudamus epiches, transferrimus eos in magis bonum & vtilius ad finem legis quam lex sit, attendentes ex ratione & facto quod melius est ad finem legis sequi epichem, quam legem in tali scilicet casu speciali. Laudabilia autē bona virtutes esse prædiximus in antecedentibus: & sic epicheia de numero virtutum esse videtur. E contra autem rationem logicam sequentibus quandoque inconueniens esse videtur, si epiches præter iustum existens laudabile bonum sit: præter iustum enim est, quod vniuersaliter iustum soluit. Si enim iustum laudabile est, videtur quod id quod præter iustum est & iusti solutiuum, vituperabile sit. Aut enim id quod vniuersaliter iustum est, oportet concedere non esse studiosum nec laudabile: vel oportet concedere, quod epiches qui illius quod vniuersaliter iustum est, solutiuius est, aliud facit à studio & laudabili: vel non conceditur, quodambo studiosa sint & laudabilia: cum non possit inueniri, quod secundum bonum alicuius alterius virtutis quam iustitiæ epiches laudabilis sit: quod epiches sic idem iusto, quod est inconueniens. Positum enim est, quod sit præter iustum iusti cuiusdam solutiuius & transgressiuus.

Dubitatio.
 Responsio.

Dubitatio igitur quidem ad vtramque partem, vtrum iustum vel iniustum sit epicheia, ferè accidit propter ea quæ dicta sunt. Solutio autem ad hoc est, quod ea obiecta sunt, omnia secundum quendam modum rectè habent & nihil subcontrarium sibiipsis habent, quamuis ad vtramque partem conditionis obiecta. Epichis enim iustum quoddam est rectæ rationis, scilicet quod melius est quoddam iusto, legali videlicet & statuto communi quod iustum est, quia per legem statutum est: sed non est melius naturali iusto, quod secundum naturam rei iustum est, & vbiue eandem habet potentiam. Et hoc quidem epichis iustum quod melius est legali iusto, non est existens vt aliud genus quoddam à iusto in genere, sed vt quiddam iusti genere existens. Iustum enim in genere in se continet & naturale. Iustum, & legale, & idem quod secundum rationem in omni casu potissimum est. Iustum ergo legale & iustum epichis idem est genere & sine.

80. *Cum iustum*

Et cum studio à existant & laudabilia, iustum epichis melius est quam iustum legale, in

hoc scilicet, quod iusto naturali propinquius est. Id autem quod fecit dubitationem, quod iustum epichis, iustum non sit, hoc fuit: quia iustum epichis non fuit secundum legem nec bonum esse videbatur quod bono erat contrarium. Sed tamen iustum epichis directio iusti legalis est ad finem legis, & in hoc iusto legali melius est. Causa autem huius est: quia omnis lex vniuersaliter quidem posita est de omnibus eodem modo præcipiens. Quædam autem humanorum talia sunt, quod rectè & vno modo de eis non potest dici & præcipi vniuersaliter: eò quod propter emergentes casus valde variantur: & id quod pro tempore & loco vtile est, in futurum nocuum inuenitur. In quibuscumque igitur propter communitatem necessariam vniuersaliter est legem dicere & ponere, & non est possibile propter emergentes casus legem vniuersalem rectè ad finem sequendum obseruare diuersitates illas, quæ ex emergentibus casibus accidere possunt, legislator præscire non potest: & ideo legem ponit, quæ vt in pluribus tenet: & lex talis vt in pluribus dirigit, quamuis ad omnia particularia adaptari non possit: nec ignorat legislator, quod talis lex obseruata in quibusdam ad peccatum vergit & peccatiua est: nihilominus tamen recta est. Peccatum enim quod incidit, non in ordinatione legis est, neque in intentione legispositoris, sed est in natura rei siue negotij quod transcidit propter emergentes casus, ita quod vt in pluribus vtile est, in quibusdam nocuum inuenitur. Materia enim operabilium nobis confestim mox nominata talis est: ex ipsa enim ratione humanorum operabilium statim apparet, quod instabilia sunt, & nunquam in eodem statu permanent.

81. *Iustum est interdum legem moderari & emendari.*

Cum igitur lex vniuersaliter dicat de aliqua: in hoc autem particulari negotio aliud accidit quod est præter ea quæ lex vniuersaliter præcipit: tunc in hoc casu rectè habet iustum epichis. Quod enim legispositor vniuersaliter & simpliciter dicens & ponens legem reliquit, cuiuslibet particulari adaptare non potest: & in hoc peccauit: quia occasione peccati dedit si lex obseruaretur: hoc dirigere quod in talibus particularibus deficit, est illius iusti quod vocatur iustum epichis. Et hoc quidem etiam legispositor sic vtique faciendum diceret, si illie præsens esset, & si præsciret futuros emergentes casus, pro certo in lege posuisset. Verbi gratia quando dixit non esse ascendendum super murum peregrino, si præsciuisset, quod peregrinus hostem suffodiens murum effugisset, pro certo legem ponens excepisset, & dixisset, Peregrinus ascendens murum morte plectatur, nisi per peregrinum hostis murum suffodiens effugetur. Propter quod epicheia iustum quoddam est, & quoddam iusto, quod legale vocatur, melius est. Non est autē melius eo iusto quod simpliciter iustum est & naturale iustum vocatur: sed est melius eo iusto quod aliquando peccatum siue peccati occasio est, per hoc quod simpliciter & vniuersaliter positum est.

82. *In iusto lege*

Hæc igitur natura iusti est, qui epicheio: sicut dicitur, iustum est, quod, sicut diximus, est directio

legale & iustum epichis sine studioso, iustum epichis præstantius est.

rectio legis vbi lex deficit, propter sui vniuersaliter. Vniuersale enim vt in ratione vniuersali est simplici acceptum, non vtique partibus adaptari potest. Ethæ eadem causa est, quod non omnia humana secundum vnã & eandem legem esse possunt: quoniam quædam ita deformatæ sunt, quod eis impossibile est ponere vnã legem, sed in particularibus accepta specialiter indigēt sententia. Sententiam autem dicimus rationis decretum, quod secundum emergentes casus pro tempore & loco tunc est vrillimum. Generaliter enim verum est, quod indeterminati etiam indeterminata regula est: quemadmodum Lesbiæ ædificatio-nis regula plumbea est. Plumbea enim regula propter sui flexibilitatem ad omnem figuram lapidis transmutatur, & non manet in eadem rectitudinis rigiditate, sicut regula ferrea maneret. In insula enim Lesbia lapides dolabiles non sunt, & ad intentionem lathomini non diuiduntur, sed franguntur aliquando in concuum, aliquando in gibbosum. Et quia boni cæmentarij est ex quibuslibet datis lapidibus optimum ædificium facere, rigiditatem regulæ ferreæ temperat: & cum lapis regulam sequi non possit, facit regulam quæ lapidem sequatur. Et hoc modo sententia, quæ decretum rationis est, se habet ad res & negotia, quod vbi scilicet res rationem sequi non potest, ratio sequatur rem, de re discernens melius quod fieri potest.

83. *Ex his patet quis epiches sit.*

Ex his igitur manifestum est quid sit epiches, & quoniam iustum epichis quoddam iustum est, & quod quoddam iusto quod legale vocatur, est melius. Manifestum est autem ex hoc ipso quis ex habitu & opere epichis sit. Epiches enim est talium electiuus & operatiuus ex habitu. Epiches autem non est acerbodicæos. Acerbosus enim idem est quod certus, dicæos idem est quod iustus: & dicitur acerbodicæos tam certus in iustitiâ legis & præsumens, quod iustum legis etiam in detrimentum vergens obseruare contendit, & ideo nititur semper ad deterius, & pœnas legis intendit: sed epiches minoratiuus est pœnarum legis, etiam quando legem habet adiuantem ad puniendum. Et causa est: quia naturale iustum sequitur quantum potest: hoc autem pœnarum est minoratiuum. Habitus autem ipse quo epiches disponitur, epicheia vocatur, & est iustitiâ quædam, & non alter genere habitus à iustitiâ.

CAPVT II.

Vtrum secundum aliquem modum iusti vel iniusti contingat aliquem sibiipso iniustum facere.

Quia veto in præcedentibus diximus, quod duo dicere præligebamus, quorum vnum fuit, vtrum scilicet peccaret in iusta distributione, scilicet vel ille qui alij scientius plus daret, vel ille qui plus haberet ab aliquo acceptum. Secundum autem fuit, si con-

eternandis pios est sententia speciosi ali.

tingeret eundem sibiipso iniustum facere. De priori quidē problemate quantum ad propofitã intentionē pertinet, satis in antecedentibus dictum est. De secundo autem non nisi in opere incontinentis aliquid tactum fuit, quod nõ sufficit ad eiusdem problematis determinationem: nec vterius procedi poterit nisi iustum epichis determinaretur, quod iustum est in emergentibus casibus conuenientissimum secundum negotij qualitatem: ideo problema primo oportet resumere vt sufficientem accipiat determinationem. Adhuc autem quia extrema iustitiæ comparate intendimus adinuenire & ad medium, nec comparari possunt nisi præsciat quid maximè iniustum sit, oportet nos prius disputare, si aliquis sibi iniustum facit: quia si hoc esse potest, hoc maximè iustum erit, & secundum hoc erit comparatio ad alterum extremum & ad medium. Si autem conuenit eundem sibiipso iniustum facere: tunc comparatio in pleonexia & meonexia & non secundum iniustum quod aliquis facit sibiipso.

Quæramus igitur, vtrum contingat eundem sibiipso iniustum facere vel non? Quamuis enim hoc manifestum sit ex prædictis secundum aliquem modum, tamen adhuc quædam habet dubitationem. Et vt melius propofitum intelligatur secundum vtrumque iustum, legale scilicet & communicationem, producemus disputationem. Quædam quidem enim de numero iustorum ordinata sunt à lege secundum omnem virtutem generali iustitiâ: puta lex iubet seipsum non interficere: quæ autem iubet non fieri, lex prohibet: & qui prohibuit committit, facit contra iustitiâ legalem nisi inuoluntarius faciat.

Adhuc quando præter vel contra legem aliquis alicui nocet, & est primus in nocumento non contra nocens & repellens vim quam sibi alius intulit, ille volens facit. Volens autem est quando est sciens, & quem nocet, & vt nocet, & in cæteris circumstantiis similiter. Qui autē propter iram seipsum occidit, proculdubio volens hoc operatur quod est præter rectam legem, & quod fieri non sinit recta lex. Volens ergo iniustum facit: faciens autem iniustum, alicui facit iniustum, aut sibiipso: sibiipso autem iniustum non facit: volens enim patitur à seipso: nullas autem volens patitur iniustum secundum quod in antehabitis probatum est: ergo iniustum facit civitati, cuius duces vel militem vel artificem interficit, & sic ciue priuat ciuitatem.

Cuius signum est: quia ciuitas tales mortuos damnificat & condemnat à se interfectos: & per ordinationem ciuitatis inhonoratio adest ei qui seipsum corrumpit ac si ciuitati iniuriam fecerit. Insepulti enim & illamentati abiiciuntur: nec exhibetur eis effectum funeris. Secundum legale ergo iustum non conuenit eundem sibiipso iniustum facere, quamuis faciat quod materialiter iniustum est. Adhuc autem secundum illud iustum quod speciale est, quod quando aliquis facit solum iniustum, & non totaliter prauus efficitur, iterum non contingit eundem sibiipso iniustum facere. Hoc enim specialiter dictum iustum

84. *Quamuis ex prædictis manifestum sit, non idem sibiipso possit facere iniuriam, tamen hic expedit illud iterum examinare.*

85. *Qui propter iram seipsum occidit, non sibiipso sed ciuitati facit iniuriam. I. ratio.*

2. ratio.

3. ratio.

aliud est ab illo iusto quod generale & legale est. Qui enim secundum speciale iniustum malus est aequaliter, secundum vnam speciem scilicet vitij corruptus est: quemadmodum timidus secundum vnam speciem vitij malus est, & non totam: sed omne vitium habet malitiam, sicut in præhabitis diximus, quod legaliter iniustus habet omnem malitiam. Secundum hanc ergo specialem iniustitiam dicimus, quod nullus sibi ipsi iniustum facit: si enim sibi ipsi iniustum faceret, oporteret utique ab eodem auferri plus in lucro & adiacere eidem illud plus quod auferatur: & sic idem plus & minus haberet in lucro, & idem excederet seipsum. Hoc est impossibile. Iustum enim & iniustum distributiva & communicativa semper inter plures esse volunt: & quorum vnus excedit, alter exceditur in lucro & damno.

4. ratio.

Adhuc autem iniustum faciens vult esse quiddam voluntarium, & ex electione factum, & potissimum si iniusta factionis perfectam debeat habere rationem. Qui enim facit quia passus est iniuriam, & idem vel simile cum moderamine inculpatæ tutelæ contrafacit, ei qui iniuriam primo intulit, non videretur iniustum facere: quia vim vi repellere licet incontinenti secundum iustum naturale. Si ergo aliquis sibi ipsi iniustum facit, ipse à seipso eodem simul facit & patitur: & sic idem prior est seipso & posterior, quod est impossibile.

5. ratio.

Adhuc autem si idem sibi ipsi iniustum facit volens, cum non faciat iniustum nisi sibi, sequitur quod volens iniustum patitur à seipso, quod in antecedentibus improbatum est.

6. ratio.

Adhuc autem cum nihil sit in genere nisi quod est in aliqua specierum, si secundum iusti distributivum vel communicativum contingit iniustum sibi ipsi facere, sequitur necessario, quod contingat secundum aliquam communicationem vel distributionem. In nulla autem iniustificationum secundum partem acceptatum contingit sibi ipsi iniustum facere. Nullus autem mœcharur suam ipsius uxorem, nec aliquis suffodit sui ipsius murum, nec rem quæ sui ipsius est, aliquis furari dicitur. Ergo generaliter inferendo, sequitur quod nullus sibi ipsi iniustum facit secundum specialiter dicendum iniustum.

7. ratio.

Totaliter autem soluitur problema hoc si scilicet contingat eundem sibi ipsi iniustum facere secundum diffinitionem eam quam diximus, quod scilicet iniustum pati, præter voluntatem pati sit. Ex hoc enim sequitur, quod non contingit eundem sibi ipsi iniustum facere.

CAPVT III.

De comparatione pleonectis & meonectis ad seinuicem & ad medium.

86.

Vnumq. malum est & iniuriam facere & pati.

Cum autem duo sint à medio iustitiæ, quod est æquale & proportionale, declinantia, quorum vnum est iniustum facere, & alterum iniustum pati, manifestum quod ambo quidem

praua sunt. Vnum enim est habere minus æquali, aliterum est habere plus respectu medij. Iustum enim in æqualitate quadam consistit, & in sola ista est bene habens: quemadmodum sanum quod est bene habens in medicinali, consistit in æqualitate complexionantium: & quemadmodum bene habituatium quod bene facit habere in exercitativa, consistit in æqualitate exercitij, quod scilicet calidum moueat & non intendat, & humidum subtiliet & non exiccet, & corpus euentaret & non maceret: & declinantia ab his æqualitatibus, male habentia sunt.

87.

Deterius est iniuriam facere quam pati. Et secundum se est maius malum.

Sed tamen quamuis malum sit, tamen iniustum facere deterius est, quam iniustum pati. Iniustum quidem enim facere cum intentione malitiæ est quæ iniustitia vocatur, quæ est pleonexia & erat vituperabile, & est malitia vel perfecta vel simpliciter dicta, vel proxime iuxta perfectam malitiam. Perfecta quidem, quando est ex studio & voluntate & præelectione & intentione: proxime autem est, quando deficit in aliquo istorum secundum aliquem modum. Diximus enim in precedentibus, quod quod non omne iniustum voluntarium est cum iniustitia mouente ad actum: quia qui iratus percutit, volens percutit & non cum iniustitia si prouocatus percutiat. Iniustum ergo facere vel cum malitia perfecta est, vel cum malitia quæ proximè se habet ad illam. Iniustum autem pati sine studio malitiæ est & sine intentione iniustitiæ quæ iniuria vocatur. Si ergo hæc duo secundum seipsa & secundum substantiales rationes ipsorum comparentur, patet, quod iniustum pati minus prauum est, quam iniustum facere, & sanabilius illo. Si autem comparentur secundum accidens quod utrique accidere potest, nihil prohibet iniustum pati magis malum esse quam iniustum facere. Sed de hoc quod est per accidens, nulla cura est arti: id enim quod per accidens est, infinitum est, & arte determinari non potest. Unde ars medicinæ pleoren maiorem dicit esse ægritudinem, quam sit offensio pedis: quamuis per accidens fiat aliquando, quod offensio pedum magis malum sit quam pleoris. Contingit enim, quod offendens pedem, cadit, & per casum ab aduersariis capitur, & vulneratur, & moritur. Et si contingit, quod iniuriam passus, aliquando sibi indignatur, quia talia patitur, & indignatione seipsum interficit.

CAPVT IV.

De iusto metapharico.

88.

Quamuis ad se & sua iniustum proprie non sit, tamen metapharice est non sibi ad seipsum, sed quorundam suorum ad sua.

Quamuis autem iustum per se dictum eadem adesse non possit: tamen secundum metaphoram & ad similitudinem dictum iustum, non quidem est eidem ad seipsum, sed est aliquibus quæ sunt de numero eorum quæ sunt ipsi eidem. Metapharicum autem hoc non habet similitudinem cum omni iusto, sed ponit similitudinem ad dominatum iustum vel dispensarium, quod œconomicum est, vel paternum vocatur. In his enim & talibus sermonibus

monibus iusti pars animæ quæ dicitur rationem habens vel rationalis, diuersa est ut domina contra partem irrationalem quæ est ut ancilla. Et quidam in hoc respicientes, sicut Platonici, dicunt, quod iustum est homini ad seipsum: & videtur ei esse iniustitia hominis ad seipsum: propter hoc quia in talibus partibus animæ conuenit aliquid pati vnam partem ab alia, quod est præter ipsius patientis appetitum, sicut patet in operibus continentis & incontinentis. In incontinente enim ratio patitur à passione & appetitu, in continen-

te verò è contra appetitus patitur à ratione. Dicunt igitur, quod in his partibus animæ adinuicem quoddam iniustum est, quod est simile iusto quod habet adinuicem imperans & imperatus: hoc autem iustum non secundum habitum, sed secundum habitudinem est: & ideò metapharicum est & non propriam habet rationem. De talibus autem in fine primi huius scientiæ multa dicta sunt, quæ ad propositam intentionem sufficiunt. De iustitia quidem igitur & aliis moralibus virtutibus omnibus determinatum sit secundum hunc modum.



LIBER VI.

ETHICORVM.

TRACTATUS I.

De principijs virtutum intellectualium.

CAPVT I.

De principio formali quod est medium.

1. Medium quod recta ratio dicit, est diuidendum.

IN antehabitis dictum est, quod in virtutibus moralibus medium oportet eligere, & quod non oportet eligere superabundantiam & defectum, sed potius hæc fugienda sunt. Medium autem est ut ratio dicit. Si ergo velimus bonum rectæ rationis considerare, oportet ut tale medium quod recta ratio dicit, subtiliter diuidamus. Secundum enim diuisionem talis medij virtutum quæ sunt in ratione siue intellectu practico, numerum oportet inuenire. In moralibus enim virtutibus quamuis medium sit, tamen moralium ut morales sunt, non est inuenire medium, sed potius attingere inuentum. Morales enim virtutes in moralibus passionum consistunt & in appetitu: hæc autem de se indeterminate sunt. Appetitus enim in eo quod appetitus, non est nisi appetibilis. Passio verò impetu mouet appetitum: nec medium tangunt nisi frenata & ducta à ratione. Medium igitur determinat ratio secundum quod dominatiua & ordinatiua appetitus & passionum. Adhuc medium in moralibus quoad nos est determinata ratione prout sapiens determinauit. Sapiens autem principia quibus determinat, D. Alb. Mag. lib. 6. Ethic.

nat medium, non accipit ex appetitu vel passione, sed potius ex ratione proportionis ad nos. Si ergo ratio non nisi ex principijs rationis determinat medium, ratio de necessitate determinat medium, & non appetitus vel passio. Adhuc appetitus vel passio & operatio quæ circa passiones est, non habent medium nisi ex participatione: accidit ergo medio appetitus & passionis medium esse. Quod autem vni conuenit per accidens, oportet quod alicui alij conueniat per se. Cum autem in homine in quantum ipse est dominus actuum suorum, non sint nisi ratio & partes appetitus, oportet quod per se medium conueniat rationi, ita quod omne medium ratio est medians cum exclusione abundantia & defectus. Medium ergo secundum sui substantialem & formalem rationem determinari non potest ex virtute morali, sed ex propriis rationis principijs oportet quod determinetur. Diuidendo igitur medij rationem subtiliter, inueniemus, quot sint virtutes quæ rationem perficiunt.

2. ratio.

In omnibus habitibus qui dicti sunt moralium virtutum, quemadmodum & in aliis habitibus artium & scientiarum, oportet esse quoddam signum ad quod signum respiciens ille qui rationem illorum operabilium apud se habet, & intendit deficientia, & remittit superflua siue abundantia. Et hoc signum est terminus indiuisibilis omnium illarum medietatum, quas tam in moralibus quam in artificialibus & scientiis intermedium dicimus esse superabundantiæ & defectus: & hi termini medietatum T 3 dicuntur

dietarum existentes sunt secundum rectam rationem. Vnum enim & idem in substantia, & ratio est diffinitiva siue quidditas, & medietas, & signum, & terminus. Ratio autem est secundum quod est rei forma: eadem enim sunt principia esse & rationis. In omnibus enim talibus formam dat ratio, principia essentialia considerans, & sic nomen dans & diffinitione. Medietas autem est hoc idem, hoc est, forma medietatis secundum quod ad extrema referatur. Hoc ipsum etiam signum est secundum quod dirigit operantem. Non enim dirigitur operans nisi per aliquod formale signans intentum: & quando hoc signatum est, tunc totam ad aliud dirigit operationem. Hic idem terminus est indivisibilis: eò quod male interminatur est: nec potest accipi quantitas eius vel scientia nisi ad aliquod terminatum & finitum. Terminatum autem non est terminatum nisi per terminum. Oportet igitur, quòd omnia ut ad primum ad terminum referantur: & hoc solo modo ratio recta est de extremitatibus quæ sunt superabundantiæ & defectus: quia quantitatem malitiæ eorum mensurat ex distantia maiori vel minori ad terminum. Patet igitur, quòd omnis medij inuentio à ratione est, & omnis medij determinatio est ex principiis rationis: & sic omne medium in eo quod medium, in ratione est: & eodem modo est in artificialibus & scientiis.

Et hoc quidem planum est in artibus, sicut patet in fabrilis, in qua determinatur finis, sicut incidere finis gladij est, & ad finem illum materia & motus & operationes artificis per rationem diriguntur addendo & dimidiando & intendendo & remittendo donec rectè finis attingatur. In scientiis autem sicut in musica idem est, in qua oportet intendi & remitti chordas, donec ratio symphoniæ quæ media est, attingatur. Et similiter est in omni demonstratione in qua apponendo & auferendo oportet intendi & remitti causas, donec ad immediatam veniatur, quæ secundum rectam rationem medium est. In prudentialibus autem per se patet: prudentialia enim omnia consiliativa sunt. Consiliativa verò omnia per intentionem & remissionem ad medium veniunt.

CAPVT II.

Quod vniuersalis determinatio medij ad hoc quod medium determinatè sciatur, non sufficit.

Est autem sic in vniuersali determinare medium, dicere quidem verum, sed hoc dicere valdè in vniuersali: & ideo est confusum nihil habens medium. Etenim etiam in aliis studiis circa quæcumque studia scientia est, in vniuersali quidem conuenit dicere verum si sic dicatur, quòd in vniuersali in omnibus studiis laborare oportet, quod nec plura nec pauciora sunt in eis, quam requiruntur ad finem. Et quod de illis quæ requiruntur, nihil oportet negligere, sed media accipere oportet. Et quod hæc accipienda sunt ut recta ratio docet in

quolibet studiorum: hoc enim solum in vniuersali habens nihil determinare sciet. Verbi gratia si queratur ab aliquo, qualia in cibis & medicinis oportet afferri ad corporis sanitatè: si quis respondeat, quòd ad corporis sanitatem oportet afferri quæcumque medicina iubet, & quæcumque iubet medicus qui habet medicinam, verum quidem dixit: sed per hoc nihil scitur plus quam prius conferens ad sanitatem, nisi medicus determinet species, confectiones, & modos sumptionis, secundum quos hæc valent ad corporis sanitatem. Propter eandem ergo rationem in scientia quæ est de habitibus animæ, non solù oportet verù dicere in vniuersali quod dictum est: sed oportet etiam dicere aliquod determinatum, & oportet etiam dicere, quæ est recta ratio & quis sit terminus eius, diffiniens in quo stat sicut in primo diffiniens. Quod ex hoc patet: quia si comparemus rectam rationem in hoc vel illo, & rectam rationem simpliciter, non est dubium quin recta ratio in hoc dependeat ab hoc quod est recta ratio simpliciter. Iterum si rectam rationem simpliciter consideremus, non possumus considerare nisi secundum principia rectæ rationis. Principia autem rectæ rationis proxima sunt & prima & media: & si hoc referamus adinuicem, terminus erit in primis, virtute quorum & media & proxima habent quod sunt, & quod diffiniens sunt: horum tamen aliquis terminus est: stat enim ad diffiniens primum & diffinitum vltimum. Ex his autem habetur de necessitate, quòd virtus rationis non est in hoc quod est recta ratio huius vel hic & nunc, secundum quod est recta ratio simpliciter. Quamuis autem fortè sit virtus rationis huius, non tamen est virtus rationis simpliciter. Vnde etiam determinatis virtutibus moralibus non est determinatum propter hoc de intellectualibus. Patet etiam, quòd intellectuales hominis ut homo est, sunt magis connaturales quam morales virtutes, & etiam magis necessaria: quia non nisi per intellectuales medium moralium potest determinari: medio autem non determinato nulla virtutum habet virtutis rationem.

Sunt tamen qui obiciunt, quòd scientia & sapientia & huiusmodi in nobis causantur à rebus extra, & ideo non sunt à nobis: & cum virtus vniuersaliusque determinetur secundum proprium actum & operationem, videtur quòd nulla virtus sit in talibus, quæ propriæ virtutis habeat rationem. Ad hoc autem facile est respondere, quòd acceptio per intellectum non est à solis rebus extra: intellectus enim passibilis non accipit aliquod nisi in lumine agentis, nec accipere potest nisi intellectus qui intellectualis est, agat in eis intelligibilitatem. Ostensum enim est in primo huius scientiæ libro, quòd intelligibilia non sunt nisi quæ ab intellectualibus ad intelligibilia facta sunt: in his autem optinè habere se ad acceptionem intelligibilem, virtus naturalis & vltimum intellectus est. Sicut virtus oculi est in puritate humorum oculi & spiritus visui, & claritate miringarum optinè se habere ad acceptionem visibilium. Propter quod cum talium nos domini sumus, & ex studiis nostris

in his

in his proficiamus, constat quod in talibus præcipuè sunt virtutes.

*Responsio
aliorum que
impugnantur.*

Quod autem quidam dicunt soluentes ad inductam rationem, quòd scientia & sapientia & huiusmodi dupliciter se possunt habere ad voluntatem, antecedenter scilicet, & consequenter. Et si antecederet, tunc habent se ut volita & electa à nobis, & finis voluntatum, quæ voluntatem mouent ad studium: & sic possunt esse virtutes. Si autem consequenter se habent, ita scilicet quod consequuntur ad ea quæ voluntatis sunt: tunc dicunt, quòd non sunt virtutes, sed habitus quidem generati in nobis ex rerum intentionibus. Quidam autem è conuerso dicunt, quòd quando voluntas præit & eligit hoc, quòd tunc possunt esse virtutes: si autem non præit sed sequitur quasi dissimulans ipsa, dicunt quod non sunt virtutes. Istæ autem responsiones ad idem reuertuntur: quia id quod præit voluntatem secundum intentionem, sequitur eandem secundum executionem & esse: & in hoc solum differunt istæ responsiones. Videntur autem non esse conuenientes: quia secundum eos virtus haberet esse virtutis à voluntate, & non à ratione: quod quam impossibile sit, patet ex omnibus quæ in antehabitis determinata sunt: esse enim virtutis est ratio medij virtutis: medij autem ratio, rationis est sine omni voluntate. Si verò dicatur, quòd à voluntate est, quod nos domini sumus nostrorum actuum vniuersaliter, hoc non est probatum in aliquo auctorum. Omnis enim substantia adeo separata, quod nullius materiæ est actus, ab obligatione abiecta est: ita quod non est obligata ad hoc vel illud, sicut dixit Anaxagoras & approbavit Arist. A separatione igitur habet omnis substantia quod liberè agit & liberè recipit. Non ergo habet à voluntate: quinimo voluntas hanc libertatem habet per participationem sicut & alia potentia.

Si dicatur, quod ideo liberè agit & recipit: quia quando vult & ubi vult, operatur & recipit. Nos in præhabitis ad hoc respondimus, quòd voluntas multipliciter dicitur, communiter scilicet, & proprie. Communiter dicitur voluntas omnis inclinatio alicuius ad actum, sicut dicimus, quòd arbor vult florere: & sic voluntas diffusum quendam habitum dicit ad omnem dispositionem alicuius ad actum: & sic intellectus vult intelligere, & voluntas vult velle, & lux lucere: & hanc voluntatem separata à materia liberam habent: hæc autem voluntas non est potentia specialis. Voluntas autem specialiter dicta, est illa de qua diximus in tertio huius scientiæ lib. quòd est finis: nec finis esse potest nisi determinati à ratione: & ideo illa semper rationem consequitur: nec ratio aliquid accipit ab ipsa, sed potius voluntas à ratione. Propter quod patet, quòd formam virtutis non confert voluntas, nec subiecto tribuit quod sit virtutis susceptiuum, sed potius ratio. In inferioribus enim potentiis, quæ sunt irascibilis & concupiscibilis, etiam secundum quod sunt in homine, non sunt virtutes, nisi secundum quod moderantur & tractantur ad formam rationis, sicut patet ex præhabitis: tamen prout in homine conside-

rata, sunt sicut voluntates quædam, vel non sine voluntate. Habitum enim est, quòd opera concupiscentiæ & iræ semper volentes facimus, licet secundum aliquid non faciamus semper ex electione. Similiter in voluntate specialiter dicta non sunt principia quibus medium determinetur: & quorum principia non sunt in aliquo subiecto, illa nunquam fieri possunt in eo: ergo in voluntate secundum quod voluntas est secundum considerationem, nunquam possunt fieri virtutes: & si fiant, oportet quod fiant ad formam rationis à voluntate participatam.

Adhuc omnis voluntas appetitus est. Si ergo aliquid addit per quod voluntas fit, queratur quid sit illud. Hoc enim non potest esse appetitus: quia appetitus est genus, & genus non est differètia constituentis. Non autem potest inueniri, quòd aliquid sit constituens in specie voluntatis nisi ratio: propter quod dicit Philosophus, quòd omnis voluntas in ratione est. Videamus ergo quid addat ratio. Ratio enim non addit rationalitatem: quia voluntas non efficitur ratio: ergo non potest addere nisi finem, ut scilicet appetitus determinatus ad hoc per rationem voluntas sit: voluntas igitur à ratione habet, quod voluntas sit: ratio autem nihil habet à voluntate.

Siquis autem obiciat, quòd etiam postquam ratio determinauit finem vel in bono vel in malo, voluntati liberum est velle. Hoc dicendum, quòd hoc verum est: sed tamen voluntas nunquam procedit ad actum volendi nisi in initio factò de fine iudicio. Ante omnem ergo actum voluntatis oportet, quòd voluntas informetur per nuntium. Hanc autem informationem non habet nisi per rationem vel rectam vel peruersam: & sine hac informatione voluntas non est voluntas, sed confusus quidam appetitus. Et ideo dicit Arist. in tertio de anima, quòd in rationali voluntas sit, in sensibili autem desiderium & animus.

Ex omnibus his patet, quòd vires siue potentie appetitiuæ nõ sunt subiecta virtutum nisi per formam rationis participatam ab eis: & sic se habent virtutes ad virtutes, sicut se habent subiecta ad subiecta: & ita sicut perfectio non est in appetitiuis nisi per reductionem ad rationem, ita in virtutibus moralibus nihil perfectum est nisi ad intellectuales siue rationales reducantur. Huius autem causa est: quia pro certo anima rationalis hominis actus est & perfectio & bonum, & opus hominis oportet quod sic secundum hoc quod est quo homo est hoc. Actus enim à factioe differt & ab operatione. Actus enim est operatio & effectus substantialis eius quod est actus & complementum & species, sicut lucis actus lucere est, & caloris calefacere, & sic de aliis: calidi autem operatio conueniens per accidens vel per consequens. Similiter ex quo homo, homo est per rationem, non erit actio hominis quod nõ essentialiter est in forma rationis, sed operatio conueniens per aliam potentiam, quæ vel ex genere conuenit vel ex accidente aliquo: factio autem operatio est secundum rationem super materiam extrinsecam, operatio verò commune est est ad vtrumque. Ex his patet, quòd nulla actio

T 4 hominis

3. ratio.

*Virtutes
intellectuales
sunt necessariae
virtutes morali-
bus.*

Obiectio.

Responsio.

Obiectio.

Responsio.

*Virtutes morales
sunt perfecte
per reductionem ad
intellectuales.*

hominis est secundum irascibilem vel concupiscibilem vel etiam voluntatem, nisi prout ad formam rationis reductæ sunt. Cum autem in vnoquoque optimum & vltimum secundum naturalem actum non impeditum accipiatur, & hoc sit virtus eius, patet quod in nulla potentiarum virtus est nisi secundum quod reducta est ad rationem: & hæc sententia Peripateticorum: quamvis quidam vane loquentes aliud finxerunt, quod nec per rationem nec per auctoritatem probare possunt.

CAPVT III.

De diuisione rationis in scientificum & ratiocinatum, siue intellectum speculatum & practicum.

2. Diuisione virtutes alia est moralis, alia intellectualis.

Volentes igitur virtutes accipere secundum rationis proprium actum & optimum, oportet nos diuidere ratiocinatum. In præcedentibus autem virtutes hominis diuisimus per prima genera virtutum, & quasdam quidem quas diximus esse morales, quasdam autem diximus esse intellectus siue intellectuales. Et de moralibus quidem intellectus pertractando pertransiimus in libris præhabitis in quantum motus passionum sunt & operationes appetitus siue voluntatis, quæ determinatio valde imperfecta est, sicut iam probatum est, & studiositatem hominis non perficit. Dicit enim Eustra, quod studium est famulatus & cura omnem rem ducens ad id quod secundum naturam est & optimum & vltimum. Iam autem probauimus, quod vltimum & optimum hominis non est in moralibus. Studiositas igitur hominis perfecta non est nisi deducatur ad vltima & optima rationis. De reliquis ergo virtutibus quæ intellectuales dicuntur, nunc dicere oportet vt studiositas hominis completa sit.

2. Potentiarum animæ quædam est rationis participes, quædam rationis experts.

Quod quia harum virtutum principium ratio est, & ratio potentia animæ est, oportet ipsum quædam dicere de diuersitate animæ. In antehabitis quidem igitur dictum est duas esse potestates animæ, quarum vnum quoddam est rationem habens: altera autem irrationalis dicitur. Dictum est etiam, quod vtraque istarum dicitur dupliciter. Rationem enim habens vel est essentialiter rationem habens, vel participatiuè. Similiter autem & irrationale dicitur, vel à priuatione rationis secundum naturam, vel à priuatione secundum participatiuam: & hæc determinata sunt in fine primi libri.

3. Potentiarum animæ quæ sunt rationis participes, quædam est irrationales, quædam consultatiua.

Nunc autem secundum eundem modum diuisionis diuidendum est de parte animæ quæ dicitur rationem habens. Oportet autem à primo philosopho supponere, quod duæ partes in anima sunt quæ dicuntur rationem habentes siue racionales. Vna quidem pars qua speculamur talia de numero entium, quorum principia non contingunt aliter habere, sicut necessaria. Altera autem qua speculamur contingentia.

Ratio autem est huius diuisionis: quia ad illa obiecta quæ sunt propria agentia in animam & sunt in forma agendi genere altera, oportet quod in anima potentias siue potentias in particulis animæ determinentur genere passionis alteræ abinuicem, quibus illa obiecta proprias inferant passiones. Actus enim actiuorum præuij sunt passiuis potentiis secundum rationem & actum. Oportet enim ad vtramque actuum aptum natum esse vtrumque passiuum. Huius autem causa est: quia cognitio quæ est actus actiui scibilis in potentia cognoscente, non fit vel existit in potentia secundum effectum nisi secundum quandam similitudinem potentia cognoscentis ad cognitum, sicut & in modo naturali forma secundum esse à generante non fit nisi per similitudinem recipientis materia ad formam generantis: per inchoationem enim formæ in materia proprium subiectum formæ efficitur, & illius formæ appetitiua, non alterius. Patet igitur, quod materia non est subiectum formæ nisi per assimilationem eius. Similiter autem se habet de intellectu ad intelligibilia. Vnde scibile cuius nulla principia sunt in intellectu, in intellectu non potest. Cuius autem principia in intellectu sunt, iam intellectum scibili assimilatur: non tamen perfectè, sed confusa & indistincta assimilatione, quæ distinguitur & determinatur in adeptione scibilis per scientiam: quia ipsa principia non determinatè sunt in forma scibilis, in quibus forma scibilis confusa est & in potentia tantum. Ex his tamen habetur, quod differentium agentium in genere diuersa sunt potentia passiuæ assimilata actiuis & propria, quibus illa actiua suas inferunt actiones. Necessarium autem & contingens in rebus accepta, nec propria nec communia principia habent esse & quidditatis, nec propria nec communia habent scientia principia: quia eadem sunt principia essendi & sciendi, sicut probatur in principio physicorum. Ergo potentia passiuæ quibus ista actiua inferunt suas actiones, per eundem confusum habitum vtrique agenti assimilari non possunt. Per diuersos ergo assimilabuntur. Diuersitas autem talium habituum diuersitatem potentiarum propriarum facit. Diuersa ergo sunt potentia rationis acceptiua necessarii, & acceptiua contingentis. Adhuc sicut agentia sunt genere altera & non specie tantum, eodem enim genere causa non est necessarium & contingens: ita necesse est potentias passiuas genere passionis esse alteras & non specie tantum. Causa enim non stans & stans causa, genere alteræ sunt, & non specie tantum.

Et quamuis hæc ratio fortissima sit ab Aristotele facta & à Theophrasto & à multis aliis: tamen sunt quidam obnitentes dicentes verum esse finem intellectus: verum autem in necessariis & contingentibus non habere differentiam nisi materialem. Materialis autem diuersitas in agentibus formalem differentiam non requirit in passiuis. Et ideo non requiritur, quod diuersa formales rationes sint ad verum in necessariis, & verum in contingentibus quæcumque. Sed isti finem supponunt, scilicet quod

3. Ha potentia differt genere.

quod verum in necessariis & contingentibus differant materialiter tantum: necessarium enim & contingens in rebus esse intelliguntur. Vnde verum quod est rei entitas secundum principia formalia genere & specie differt in necessario & contingenti. Oportet igitur, quod cognoscituum rationis duas potentias habeat genere & specie alteras. Alteras autem dico genere & specie passionis siue passibilitatis, per quas in genere & specie passiuæ proprie constituuntur.

Quamuis autem hæc sit veritas, tamen multos duxit in errorem. Dicunt enim, quod si plantata sunt in natura hominis, quibus scibilia & delectabilia proprias inferunt passiones, videtur non debere redargui, quamquam si talibus potentiis vritur ad actum, & similiter vritur instrumentis, sicut si oculo vritur ad visum: & per hoc licentiam volunt habere ad omnis turpitudinis expletionem, quemadmodum lex data videtur esse Mahumeti, quæ ad hoc facit. Est responsio, quod in omni toto potestati inferior potentia semper ordinatur ad superiorem, nec habet vltimum nisi in summo illo quo superiorem attingit: hoc autem patet tam in ciuilibus quam in naturalibus. In ciuilibus quidem totum potestatum est regnum distributum in partes potestatiuas, sicut in prætorium, ducatum, militia præfecturiam, & huiusmodi. Patet autem, quod inferior semper respicit superiorem, & non habet bonum & optimum sui nisi ordinem superioris participando, sicut dux ordinatur à rege ad actum & opus, prætor autem à duce, præfectus autem à prætoris: & si talis ordo non fit, cum ordo sit pars potestatis, cadunt à ratione potestatis, & confusum quid erit non in vnum sed in diuersa tendens & seipsum destruens. In antehabitis autem exemplum est, quod sensus particularis ordinatur ad sensum communem: & si sensus particularis à communi non accipiat, nec sensus erit: & sic est de omnibus aliis. In omnibus enim ita est, quod potestates ad vnum ordinatæ sic se habent quod inferiores ad superiores respiciunt, & ordinem potestatis habent ab eis. Quamuis ergo possibile naturaliter inuisit, tamen operationes & vsus potentiarum non est nisi secundum ordinem per determinationem superiorum. Motus ergo passionum & operationes potentiarum non inesse debent, nisi secundum rationis moderamen: passio enim proprie non habet actum, sed motum. Inferens enim passionem proprie passio est. Illata verò, vt dicit Alpasius, non tam passio quam motus passionis: in homine enim hæc secundum bonum hominis vt homo est, non sunt nisi secundum rationis moderamen.

Lex Mahumeti.

Dubitatio.

Dubitabit autem fortasse aliquis cum scientificum & rationale siue practicum & speculatum in vna anima rationali sint, quæ impartibilis est & indiuisibilis nullam habens quantitatem, quomodo hæc dicimus esse partes, & quomodo aliquando specie, aliquando genere alteras. Ad hoc autem quantum præsentem intentioni sufficit, dicimus quod ad particularitatem totius potestatiui non requiritur diuisibilitas secundum quantitatem: vnitas enim &

Responsio.

punctus indiuisibilia secundum quantitatem multas habent potentias. Alterius enim potentia est punctum vt fluens, alterius punctum vt stans, & alterius potentia est secundum quod est principium, & alterius secundum quod est finis, & alterius secundum quod est continuans & medium, & alterius secundum quod est signum in circulo duorum actuum, in quo signo linea recta circulari contingit: & in multis planum est hoc videre. Cum ergo anima corporis organici sit perfectio: organicum autem organa genere & specie organorum habeat differentia. Organa enim vegetabilis genere & specie differunt ab organis sensibilibus: organa verò sensibilibus specie differunt inter se, & similiter organa vegetabilis. Cum igitur potentia animæ talium organorum sint actus proprie, oportet quod ipsæ inter se differant genere & specie potentiarum. Probatur enim est in naturis, quod omnis diuersitas quæ per se est in materia & secundum naturam est, est ex diuersitate quæ est in forma. Rationalis autem anima differentiis actiuorum specie & genere accipit diuersas potentias, sicut iam ante ea habitum est. Dicimus igitur, quod si istæ particulares potestates ad vnitate totius potestatiui referantur: tunc partes sunt, quia partiales potestates. Si vero ad seinuicem referantur: tunc genere & specie potentiarum differunt, quemadmodum paulo ante dictum est. Cum autem duæ sint partes rationem habentis: vna quidem quæ est necessarium, vocatur scientificum: altera autem quæ est contingens, simpliciter vocatur ratiocinatum: consiliari enim quod tali parti rationis proprie conuenit, est idem quod ratiocinari quoddam. Diximus autem iam in tertio, quod nullus consiliatur de non contingentibus aliter habere: ratiocinatum igitur siue consiliarium vna quidem pars est partis animæ quæ dicitur rationem habens.

Ratio autem huius diuisionis est: quia quæcumque accipiuntur, aut accipiuntur per medium stans & essentialiter & conuertibile, aut per medium non stans. Si autem per stans accipiuntur: tunc discurrere non est necesse, sed vis acceptiua stat in vno: & talis acceptio scientifica est demonstrationis scientiam faciens, quia scientia est demonstrationis. Si verò medium non stat: tunc non certificat sufficienter, & necesse est discurrere ab vno in alterum, vt est ex multitudine mediolorum quantum fieri potest, confirmetur quæ situm: & hoc vocat Dionysius discursas scientias: cum tamen non veræ scientia sint, sed existimationes proprie vocantur: & talis discursus proprie vocatur ratiocinatio. Dicit enim Isaac in libro de diffinitionibus, quod ratio est vis animæ faciens currere causam in causatum: & intelligitur de causa consequentia & non de causa consequentis. Dicitur tamen ratio multipliciter. Est ratio actus ratiocinatis, & est ratio eius de quo est ratiocinatio, siue (vt melius dicatur) ratiocinium. Primo quidem modo omnium intellectus componens & diuidens & quocumque modo ordinans causam ad causatum per rationalem discursum, ratio vocatur. Sic autem ratio est argumentatio, & tot sunt species

Ratio dicitur multipliciter.

cies rationis, quot sunt argumentationis : & hoc modo scientificum sub ratiocinatio con-

Obiectio.

Sunt tamen qui contra hoc obijciunt, dicen-

Responsio.

Cum ergo duæ sint potentia, oportet nos

Expedi sume re quis utrius que haru potentiarum sit optimus habitus.

connaturalem & essentialem actum, ut nullo modo impeditur sic. Talis enim habitus pro-

CAPVT IV.

De tribus que dominatiua sunt actus & veritatis.

Volentes igitur inuestigare quis proprius horum habitus sit, cum habitus sit ad actum proprium sicut dispositio perfecti ad optimum, sicut Arist. dicit in septimo phyfi.

Sensu no est principium actionum humanarum.

Sensibiliter autem dicimus fieri nuntium de motu quadrupliciter, scilicet per sensibile proprium, sicut pecora mouentur ad cibum.

per

per sensibilia, totum vocatur sensus, qui sensus dominatiuus actus non est per hoc quod agitur & mouetur visis, sed per hoc quod redu-

Quomodo appetitus ex se non est dominatiuus sui actus sicut & sensus.

Quod solus intellectus est dominatiuus sui actus.

Cum autem dicitur, quod appetitus est dominatiuus actus, & appetitus valde communiter dicitur & valde multipliciter, sicut nos tertio scientia huius libro distinximus, non potest appetitus in communi dicitur esse dominatiuus actus.

Quod autem ista dicuntur dominatiua esse veritatis, non est dictum de veritate simpliciter, sed de veritate que est gratia alicuius ut operis vel actus : & hæc est veritas que dicitur practica : hæc enim veritas aut respecta est in sensibilibus acceptione, aut separata.

est secundum appetitum sensibilem, & alio quando est secundum rationabilem.

CAPVT V.

Quod affirmare & negare in intellectu, sequitur prosequi & fugere in appetitu.

Intellectus autem qui dominatiuus est actus, proculdubio compositus intellectus est: quia non nisi componendo & diuidendo & ordinando & disponendo operabile determinare potest: talis autem intellectus mensurando & ponderando procedit : & ideo mens vocatur quod a mentiendo nomen accepit.

Principium agendi est appetitus mensurans actiua consuetudo.

Quid est mens practica.

Sunt tamen & alia rationes quas Auic. ponit, quare intellectus dicitur practicus: operarium enim est, in quo principium operis est. Intellectus igitur in quo totum operis principium

principium est, operatiuus dicitur. Intellectus autem in quo sui operis non est principium, sed potius in rebus extra operatiuus & actiuis dici non potest, sed potius à passione & acceptione denominatur: & ideo dicitur speculatiuus. Speculari enim pati est, cuius principium potissimum in actiuo est, & non in passiuo. Et ex hoc consequitur alia differentia quæ etiam dat Auic. quia scilicet intellectus practicus formam suæ veritatis ponit in alio, sicut in membris corporalibus quæ mouet nihil accipiens ab eis. Intellectus autem speculatiuus à corporalibus accipit, & nihil ponit: accipit enim à sensibili acceptione, per inductionem vniuersale colligens. Ex hoc iterum alia differentia accipitur, scilicet quod intellectui practico vires sensibiles subiiciantur per hoc quod in eas imprimitur, & non imprimitur ab ipsis, quæ uis inominatiuum habet ad ipsas. Intellectus autem speculatiuus, cum accipiat à sensibilibus, nullum habet ius dominationis: nec etiam sensibiles vires dominantur in intellectu speculatio, sed per modum liberorum ministrant ei. Sunt & alia multæ differentia de quibus modo dicere non oportet.

CAPVT VI.

De mente speculatiua.

7.
Bonū & malū mentis speculatiua est verum & falsum.

Speculatiua autem mentis quæ nec practica est ut prudentia, nec factiua bene & male sicut ars, finis est verum vel falsum. Omnis enim intellectui siue speculatiui siue practici hoc opus est, constituere verum & falsum. Sed intellectui quod dicitur practicum construere non est verum simpliciter, sed veritas quam constituit, confessè habet se ad appetitum reatum. Hæc autem est veritas operabilis ad quam semper confessè se habet appetitus reatus, sicut bonus seruus semper confessè & deuote se habet ad ea quæ præcipit dominus. Talis autem veritas non est intentionis finis, sed ad opus ordinatur ut ad finem. Vtrumque enim horum conuenit tam prudentiæ quæ principium est actus, quam arti quæ super extrinsecam materiam principium est factiouis. In hoc enim differunt actio & factio, quod actio est in operabilibus per nos & in nobis sicut in his quæ sunt circa passiones à nobis & in nobis expletas. Factio autem est circa ea quæ fiunt à nobis, sed in materiam extrinsecam per nostram factionem inducuntur, sicut patet in omnibus operibus artis, in quibus ab anima artificis & à parte animæ quæ est intellectus operatiuus, forma procedit motu membrorum corporis & instrumentorum in materiam extrinsecam. Speculatiua autem partis opus est etiam verum constituere: sed hæc veritas est vera rei entitas ex principiis entis accepta: & tunc veritas est in intellectu, quando ex talibus principiis veritatis in re existentibus & intellectu acceptis adæquatio rerum fit: & hoc non vltius ordinatur, sed accipitur ut finis speculationis.

Siquis igitur subtiliter considerat, actus

principium immediatum est electio. Est autem principium vnde motus siue effectiuum, & non est principium eius sicut cuius gratia fiat, siue sicut finis. Principium autem electionis est appetitus & ratio practica quæ verum determinat, non gratia sui, sed gratia alicuius operabilis. Si enim inuestigetur quid immediatum principium sit actionis vel operationis, oportet quod secundum prædicta ad principium illud duo concurrant, scilicet determinatio & decretum operabilis, & appetitus impetum faciens ad opus: & hæc duo non colliguntur nisi in electione quæ est appetitus consiliatiuus, & in quantum consiliatiua est, decernit & præcipit: in quantum autem appetitiua, impetum facit ad opus: & electio sufficiens principium est secundum rationem causæ efficientis ad actum & opus. Cuius autem gratia opus fit, non est electio, sed potius finis voluntatis. Illius enim gratia fit quicquid fit in actu & opere. Non autem sic se habent ratio & appetitus ad electionem: sed potius sunt principia constituentia electionem. Electio enim in duobus est vel in pluribus propositis vnius præoptatio. Duo autem vel plura non proponuntur, nisi per iudicium rationis. Per illam enim proponuntur & disponuntur, ordinantur & ponderantur quantum quodlibet valeat ad opus intentum: & decreta & determinata veritate determinatur & completur electio per appetitum impetum ad opus facientem. Vnde in electione ratio est sicut incipiens & disponens, & appetitus sicut terminans & complens. Et hoc verum est de appetitu terminato & perfecto. Ille enim appetitus qui indeterminatus est & quasi in omnibus diffusus, & est inclinatio potentia ad actum proprium, aliquando antecedit intellectum siue rationem practicam: quia nec inquireret operabilia, nec disponderet, nec ordinaret, nec ponderaret, nisi hoc liberè appeteret & vellet: & secundum hunc modum appetitus antecedit intellectum practicum ut genus, & intellectus sequitur, & format appetitum generalem, & specificat ut appetitus intellectiuis efficiatur: & sic appetitus est potentia, & intellectus forma & actus: & hoc modo propriè appetitus intellectiuis vocatur: de hoc tamen melius in sequentibus determinabitur.

Ex his accipitur, quod electio nunquam sine intellectu & mente practica, nec vnquam potest esse sine morali habitu. Electio autem appetitus consiliatiuus: consilium autem non nisi de operabilibus per nos: operabilia autem per nos omnia ad moralem habitum reducuntur. Bona enim actio & contrarium actionis bonæ esse non possunt sine intellectu & mente & more. Sine intellectu esse non possunt: quia necesse est, quod appetitus exequens vel conuertatur ad intellectum confessè & obedienter: & sic fit actio bona: omne enim quod rationale est, bonum est, ut dicit Plato. Vel oportet, quod auertatur à mente & ratione: & sic fit actio mala: omnia autem hæc cum sint operabilia per nos, ad morem reducuntur. Mens autem secundum se accepta siue intellectus speculatiuus est, & nihil mouet: sed mens quæ verum determinat gratia huius vel illius

8.
Electio est principium effectiuum actus, non finis.

Electio est appetitus intellectiuis.

9.
Electio nunquam est sine intellectu, & habitu morali.

illius operabilis, est quæ mouet, & practica vocatur. Hæc enim practica mens non tantum principatur principio actiuo, sed & potentia factiua. In factiuis enim omnis faciens aliquid per artem, verum præcipit non absolute, sed gratia huiusmodi operari intendit, quod superius apotelesma vocauimus: & tamen hoc opus non est finis artis simpliciter & vltimus, sed & ipsum vltius ad aliquid ordinatur quod est finis intentionis vltimus: sed hoc verum est quod non ordinatur ad actum vel operationem interiorem, sed ordinatur ad vtilitatem intentam per opus. In actiuis autem non sic est, sed potius bona actio in talibus finis vltimus est intentus, & appetitus bonæ actionis est propter seipsum.

Propter quod electio vel est appetitiuus intellectus, vel appetitus intellectiuis: & tale principium operum suorum per talem electionem inter omnia est solus homo. Quod sic patere potest: quia in factiuis de necessitate tres termini sunt. Vnus quidem electionis, alter autem motus & operationis, tertius verò intentionis, & ille est status. Verbi gratia in edificatiua domus primum quidem electio stat ad determinationem eorum ex quibus fit domus faciendæ & operando, dolando & comparando. Dolatio autem & factio stat in domo facta. Domus autem facta non est ut domus sit tantum, sed sit protectio ab imbribus & caumatibus, & tuta conseruatio diuitiarum: & in hoc stat intentio edificantis domum. Similiter & in viellando electio stat quidem in his quæ pertinent ad viellæ constructionem & chordarum. Viellatio autem ipsa finis est temperationis & modulationis chordarum. Ipsa autem viellatio vltius refertur ad suauitatem in auditu in quo quiescit intentio viellantis. In actiuis non sic est: hæc enim stant in vno primo quod est actus. In his necesse est, quod actus & opus sit finis, vel virtutis vel vicij non haberet nomē, sicut patet ex his quæ quinto huius scientiæ libro dicta sunt. Vnde actus non vltius refertur ad aliud opus quod apotelesma sit, nec apotelesma etiam si esset in talibus, referri posset ad aliquem finem vltius intentum, cum ipsa actio prima finis vltimus sit & per seipsum intenta. Propter quod si appetitus communiter sumatur, qui quocumque modo demonstrato appetibili siue nuntiato statim cupit antequam determinatur vtrum appetibile & operabile sit, vel non ille est appetitus mouens primum intellectum practicum, ut inquirendo, disponendo, per iudicium ponderando determinat: & talis operatio animæ ab appetitu incipit sicut ab imperfecto, & perficitur in ratione decernente & determinante sicut in differentia constituente: & hoc modo electio appetitus intellectiuis est. Si autem appetitus accipitur qui impetum facit ad opus, ex hoc quod iam sibi operabile per intellectum determinatum est, hæc operatio incipit ab opere intellectus, & terminatur & completur per appetitum: & hoc modo electio intellectus appetitus est, in qua operatio intellectus est sicut genus & potentia, appetitus autem sicut differentia & actus, & quæcumque

entium vel supra consilium sunt, vel consilium attingere non possunt, per electionem sui actus non possunt esse principia. Cum autem omne consilium ex indigentia sapientiæ sit, & dii indigentia sapientiæ non sustineant, bruta autem inquisitionem non attingunt, constat quod solus homo per talem electionem suorum actuum est principium.

CAPVT VII.

De quibus factis per nos non sit consilium.

In factis autem humanis solum ab electione excipitur factum de præterito: hoc enim solum necessitatis habet rationem. Vnde nihil factum eligibile est. Verbi gratia quamuis humanum factum sit Ilion captum, tamen modo nullus eligit captam fuisse Troiam. Et huius ratio est: quia electio est consiliatiuus appetitus. Nullus autem consiliatur de facto, sed de futuro & contingenti aliter se habere: factum autem de præterito non contingit non fieri siue factum esse: necessitatem enim habet suppositionis ad minus, scilicet quod si factum est, non factum esse non potest: quod rectè dixit Agatho, qui tragicus fuit poeta. Dixit enim, quod solo facto de præterito priuatus Deus, ne hoc per electionem facere possit: quæ enim facta sunt, fieri non possunt: & ideo sunt tanquam ingenerata & æterna se habentia ad facere. Si enim deus, quod Deus possit facere facta de præterito, ponitur quod faciat. Si ergo Deus ea facit, sequitur necessario, quod in re fiant: & si fiunt, non sunt: & si facta non sunt, Deus non fuit causa eorum. Positum autem fuerat, quod & facta essent, & per consequens, quod Deus fuerit causa eorum. Facta igitur fieri non possunt: consilium autem tantum est de possibilibus fieri: consilium igitur non est de factis.

Et quod Agatho dicit de Dei potentia, de potentia quæ est in effectu intelligitur: ad illam enim sequitur necessario secundum rem fieri: & ex parte illa sequitur contradictio si ponantur facta fieri posse. De potentia autem separata ab actu factiouis Deus multa potest & infinita: quia potentia infinita est: & ea quæ potest de illa potentia, frequenter in re fieri non possunt: quia nulla potentia passiuua inuenitur in rebus, quæ potentia actiuæ quæ in Deo est, proportionetur.

Ex his omnibus accipere est, quod vtraque est intellectuuarum particularum, speculatiua scilicet & practica, & proprium opus est veritas, sed modo differenti, ut dictum est. Secundum quos igitur habitus vtraque particula verum dicit, & perficitur ad verum dicendam operatione non impedita, illi habitus virtutes sunt ambabus particulis dictis.

Cum igitur iam dixerimus de principiis habituum illorum, rursus à nobis incipendum est, ut per determinationem etiam de ipsis habitibus dicamus quæ dicenda sunt.

11.
Electio non est præteritorum sed futurorum & contingentium.

Hoc etiam ipse Deus, solumque carere videtur, intellectus ut faciat, quod factum est, æque peractum.

12.
Alius repetenda est determinatio aliquorum que iam dicta sunt.



TRACTATUS II.

De virtutibus intellectualibus sigillatim.

CAPVT I.

De numeratione habituum quibus dicitur verum.



ATENDENTES autem de habitibus talibus prius nos eos numerare oportet qui & quot sunt: aliter enim tractatus perfectus nesciretur. Sint itaque habitus quibus verum dicit anima affirmando vel negando, quinque secundum naturam. Hæc autem ars, scientia, prudentia, sapientia, & intellectus. Suspicionem enim & opinionem cōtingit aliquando fallum dicere. Quod autem dictum est, sic patet: quoniam verum dicit anima, vel de rebus enuntiando, vel de operabilibus: quamvis enim aliæ inclinationes animæ sint affectuum in anima, sicut deprecatus, imperatius, dubitatus, & huiusmodi, tamen secundum hos non conuenit verum dicere, neque de rebus, neque de operabilibus. Adhuc autem quamvis in anima sint species incomplexorum & sint per ea per modum habitus, tamen his non conuenit verum dicere affirmando vel negando. Singulum enim incomplexorum, ut dicit Ari. in prædicamentis, neque verum, neque fallum est: & in intellectu similiter intelligentia indiuisibilem in his est in quibus neque verum, neque fallum est. In quibus enim verum & fallum est, compositio quædam intellectuum est. Talia igitur omnia quamvis in anima sint, tamen non conuenit eis verum vel fallum dicere affirmando vel negando.

Veritas est triplex.

Propter quod notandum, quod triplex est veritas. Vna in rebus quæ prima est, & causa duarum aliarum, & hæc veritas est esse rei ut est secundum propriam & veram rei entitatem. Secunda est in intellectu quæ est adæquatio intellectus ad rem & conceptus rei ut verè est. Tertia media est formata à secunda & signum primæ, & hæc est veritas in sermone, quando scilicet de re quæ est, enuntiatur ut est, & de re quæ non est, enuntiantur ut non est. Et quando dicimus, quod habitus quibus contingit verum dicere, sunt quinque, intelligimus de vero secundo modo dicto, quod signatur in vero sermonis, & refertur ad verum quod est in rebus.

Et quamvis hoc fallum dicere & verum eiusdem sint, tamen habitus non determinatur per fallum enuntiare: quia fallum non consideratur à talibus propter fallum, sed propter

verum ut videretur. Suspicio autem imperfecta existimatio est per valde fallacia signa sumpta, sicut sunt suspensiones rethoricæ, cuius principia sunt signa quæ & nulla mutatione facta in rebus ex seipsis fallacia sunt: frequenter enim fallit compositum & politum esse adulterum, etiam absque omni mutatione quæ fiat in rebus. Similiter autem est de opinione: maxime autem in illa quæ est ex hoc ut videretur pluribus: plures enim iudicant secundum sensum: & hæc signa frequentem mutationem fallaciam etiam sine omni rerum mutatione: propter quod etiam de fallacia visus liber descriptus est. Ex tali enim signo aliquis solem monopodalem opinatur propter quantitatatem descriptam in oculo, non aduerrens, quod si dicimus visum fieri sub angulo trianguli, cuius basis est res visa, tantò strictior efficitur angulus trianguli in oculo, quantò basis distantior est ab angulo: & tantò amplior est angulus, quantò basis est vicinior: & sic eadem res nulla mutatione facta in quantitate ipsius maior & minor apparet. Similiter autem est de remo nauis in aqua, quod cum directè de nauis in profundum dependeat pyrus quæ est in anchora, propter aquæ paritatem ad superficiem aquæ reflectitur secundum speciem & formam: & sic aspiciens & videns in superficie continuata ad partem remi quæ extra aquam est, quæ coniungit partem remi quæ extra aquam est, ad formam quæ in superficie aquæ apparet, & opinatur remum esse fractum, eò quod sensus reflectionis non refert: & ideo talis opinio in eisdem principiis fallit, ex quibus ipsa opinio generatur. Propter quod opinione & suspitione non conuenit semper verum dicere: & ideo virtutes & vltimæ perfectiones particularum animæ ad verum dicere esse non possunt.

In arte autem & prudentia non sic est: hæc enim in suis principiis necessitatem habent ad minus, ut scilicet si talem finem debeant consequi, necesse sit talibus principiis uti, & ipsa principia in ratione principiorum recta ratione determinata sunt, & quantum ad hoc non fallunt: sed quia applicantur his quæ sunt à nobis quæ valde inconstantia sunt & frequenter excidunt à regula & mensura, sicut in quinto determinatum. Et ideo non ex principiis, sed ex hoc quod res excidit & transillum patitur, à regula principiorum incidit. Propter quod Demosthenes sapiens cum culparetur ab Alchimo, quod potius non esset his quæ per consilium determinauerat, & ideo consilium instabile esset, excusauit culpam in rem transcurrentem referens, quamvis consilium esset

CAPVT II.

De scientia, quid est secundum quod est virtus anime.

IN ordine enim executionis de his quinque oportet nos scientiam præmittere: exequendo enim tenebimus ordinem doctrinæ. Quamuis ars exerceri possit absque magna scientia & ratione, tamen doceri non potest sine forma scientiæ: ars enim per syllogismum determinat factibile: omnis autem determinatio per syllogismum modum habet scientiæ: propter quod de scientia primo tractandum est.

Quid autem sit scientia per veram definitionem scientiæ per quam certificatur quid veræ scientiæ est, quod non ideo scientia est, quia similitudines aliquas sequitur scientiæ. Scientia autem per causam mediatam vel per effectum vel signum sumpta, non verè scientia est, sed modus quidam est scientiæ, qui veram scientiam per similitudinem quandam imitatur: & ideo quia non est vltimum & optimum scitiæ partis animæ, ideo per modos tales virtus animæ non determinatur: sed tales modi scientiæ conditiones quædam sunt virtutis. In vera autem scientia omnes suspicamus siue arbitramur quod hoc quod verè scimus, non contingit aliter habere: contingentia autem aliter habere tam debile esse habent, quod cum fiant extra, speculati per sensum latent, verum sint, vel non sint. Et hoc ex hoc probatur, quod contingentia potentis valde permixta sunt: & si in potentia accipiuntur, tunc secundum veritatem non sunt & latent. Si autem in actu sumuntur: tunc sunt operationes quæ sunt à nobis, & sunt in speculatione sensus. Similiter si hæc ad speculationem rationis referuntur, tam debile esse habent in causis, quod nisi multum subtiliter speculetur aliquis qualiter hæc potius sunt entis quam entia, & potius sunt in esse quam in essentis suis constituta, non deprehendet naturam eorum: & sic semper latent, quando sunt extra, speculati siue per sensum siue per rationem. Scibile autem est necessitate simpliciter, & est ens necesse, ad quod sequitur, quod sit æternum. Quæcumque enim necessaria sunt, necessitate quæ simpliciter necessitas est, & non ex suppositione, omnia sunt æterna.

Quæcumque autem æterna sunt, omnia sunt ingenerabilia & incorruptibilia. Hoc autem sic probatur. Necessaria enim sunt quæ non possibile est aliter habere. Quæcumque autem generabilia, ad omnem causam prius fuerunt in potentia. Ad causam enim generantem fuerunt in potentia possibile generari & non generari. In materia enim prius in potentia fuerunt & ad formam: formam enim potentialiter adepta sunt, & similiter ad finem. Omne igitur quod sui esse ante se habet causam omnem vel aliquam, ens potentiale est & non necesse. Dico autem ante se habere causam: quia quædam sunt composita quidem: sed tamen

esset sanum & firmum. Futura enim contingentia de quibus solum consilium est, firma non stant sub mensura consilij. Patet igitur, quod ars & prudentia de se verum dicunt, quamuis artificiosa & prudentia aliquando transcedant à principiis artis & scientiæ.

Ars & prudentia de se verum dicunt.

Sufficiencia habituum intellectuum.

Verum igitur dicere contingit dupliciter, scilicet per medium, sicut syllogismo syllogizatur verum: vel per intellectum compositum sine medio acceptum per simplicem enuntiationem de rebus. Et si sine medio est: tunc est habitus qui dicitur intellectus: intellectus enim habitus principiorum est, ad quem non est syllogismus. Si autem est acceptio per medium: aut est medium quod est causa consequentis & consequentiæ, aut quod est causa consequentiæ tantum. Et si est causa consequentiæ tantum: tunc est in contingentibus aliter habere: & hæc non sunt scibilia de quibus est ars, & agibilia de quibus est prudentia. Si autem est causa consequentis, quæ est causa quid & propter quid: aut est concepta cum cōtinuo & tempore, & talis acceptio est scientia: aut est separata à continuo & tempore, & propter tale medium acceptio est sapientia. Quædam autem sunt quæ nostram acceptionem effugiunt, ad quæ medium quod sit causa quid & propter quid, non habemus, ut dicit Boëtius. Et hæc sunt duplicata. Quædam enim effugiunt propter suam perfectionem, ut Deus quem non nisi ex consequentibus effectibus & signis cognoscimus. Quædam enim effugiunt propter suam imperfectionem: quia cum omnis res ex ratione sui actus & formæ cognoscatur, quædam habent actus suos semper mixtos potentis: & ideo nunquam perfecte cognoscuntur, ut materia prima, & motus, & tempus.

Ordo habituum.

Ista autem quinque secundum ordinem quo enumerata sunt, etiam fiunt in nobis. Ars enim, quia plus vlti quam ratione consistit: multos enim videmus rectè operantes, & rationes operum ignorantes in quibus ars vltialis ut natura operatur: & ideo ars quæ operibus propinquior est quam rationi, prima ponitur. Prudentia autem è conuerso rationi vicinior est quam operi, & ideo prudentia modum scientiæ habet, & à scientia modum accipit per syllogismum decernendo quod operabile est: propter quod scientiam ante prudentiam poni oportuit: sicut & verum prudentiæ quod est verum gratiæ. Huius assumptum ex vero scientiæ quod est verum simpliciter, oportet determinari, & intellectus practicus propter eadem rationem ex intellectu simpliciter recipit determinationem. Hæc igitur est causa ordinis trium horum. Sapientia autem cum sit ex altissimis ad quæ intellectus noster se habet sicut oculus vespertilionis ad solem, non potest innasci in nobis nisi scientia & prudentia prius innatis: & ideo sapientia quarto loco accedit. Intellectus autem extra hoc vltimo ponitur, non propter hoc quod vltimo fiat in nobis, sed quia acceptio est sine medio, quod aliud genus accipionis est & veritatis, quam sit in quatuor quæ dicta sunt.

D. Alb. Mag. lib. 6. Ethic.

13. Vera scientia est necessarium & æternum.

14. Est etiam ingenerabile & incorruptibile.

men neutrum componentium ad alterum nunquam fuit in potentia, vel est, vel erit secundum naturam, sicut corpora caelestia: unde talia composita non proprie sunt causa, sed termini esse: & idem tale ens non est ens possibile, sed necesse. Et cum diximus, quod ens necesse non habet ante se causam, non intelligimus de principio vniuersi esse quod est Deus. Hic enim non est causa quæ sit in causarum genere: nec enim mediata, nec immediata: nec remota, nec propinqua: nec communis, nec propria: nec essentialis, nec per accidens. Si enim esset mediata vel communis vel remota, per additionem posset fieri immediata & propria & proxima. Si autem esset causa essentialis, esset aliquid de esse rei, quod penitus absurdum est. Per accidens autem causa patet quod non est: quia illa non causat nisi per aliquid quod accidit ei: Deo autem nihil accidit. Ens igitur necesse secundum nullam causam in potentia est: & quod nullo modo in potentia est, immutabile est secundum omnem motum naturalem in quo sit mutatio formæ in subiecto: quod autem sit immutabile est, nec principium sui esse potest habere per generationem, nec finem per corruptionem naturalem. Naturaliter ergo loquendo ens necesse est æternum & ingenerabile & incorruptibile per naturam. Diffinitio igitur illius, quæ est quid & propter quid dicens, medium constantissimum est & verè à scientia generarium. Acceptio igitur quæ est per medium non adeo constans, similitudinem habet scientiæ, sed non dat virtutem in sciendo: referuntur tamen ad veram scientiam tales modi sicut habitus secundarij ad habitum principalem referuntur in moralibus, sicut diximus in tertio, quod modi fortitudinis ad veram fortitudinem referuntur per quandam assimilationem: & in tali relatione ille modus scientiæ verior est, cuius medium medio veræ scientiæ magis assimilatur.

CAPVT III.

Qualiter ex præcognitis sit scientia.

15. Omnis doctrina sit ex præcognitis.

In prologo metaphysicæ.

Tex c. 1.

Considerandum autem est, quod omnis scientia docibilis videtur esse, & omne scibile & discibile est. Docere enim est causam assignare per quam res & quod sit & quid sit, docetur: & per talem causam scibile accipere est discere. Unde Arist. dicit in primo meta. quod signum scientis est posse docere. Omnis autem doctrina quæ talis acceptio scientiæ est, ex præcognitis quibusdam est, sicut in principio posteriorum analyticorum dictum est. Cum enim doctrina acceptio sit scientiæ per medium quod est principium: aut illud principium est cognitum, aut non. Si non est cognitum: tunc scientia per ipsum accipi non potest: quia scientia non accipitur nisi per cognitum. Si autem est cognitum: & sic ex præcognitis est doctrina. Si enim principium semper ex alijs principijs oportet esse cognitum,

similiter demonstratiuus ex parte ante iret in infinitum, quod est impossibile. Oportet ergo, quod aut principium sit præcognitum, aut alio modo cognitionis accipiatur quam per syllogismum. Hoc autem est per inductionem & per experimentum, per quæ vniuersale quod sparsum est in particularibus, colligitur. Si ergo principium per inductionem, conclusionem autem per syllogismum accipiamus, omnis cognitio accepta aut per inductionem est, aut per syllogismum, & vtraque est ex præcognitis: inductio quidem ex præcognitis in sensu, syllogismus autem ex præcognitis in intellectu. Inductio quidem enim principium est & credulitas vniuersalis, quod ex singularium cognitione collectum est. Syllogismus qui est credulitas conclusionis, ex vniuersalibus principijs est & præcognitis. Principia igitur ex quibus syllogismus est, talia sunt, quorum non est syllogismus. Si enim concluderentur per syllogismum, oporteret, quod principij esset principium, & iretur in infinitum: & quamuis aliquando sit syllogismus demonstratiuus non ex primis & veris, sed ex his quæ per prima & vera fidem acceperunt: tamen illa principia non veram rationem principiorum habent, nisi secundum quod reducuntur in prima & vera. Et sic adhuc patet, quod acceptio principiorum in quantum principia sunt, non est per syllogismum. Inductio ergo est per quam accipitur. Si enim debeam accipere, quod totum est maius sua parte, accipio in continuis omnibus discretis, & non inueniens instantiam, vniuersale induco. Similiter si debeam accipere, quod quæ vni & eidem sunt æqualia, inter se sunt æqualia: vel si æqualibus æqualia demantur, quæ reliquantur, æqualia esse, inductione omnia hæc accipiuntur.

Dubitatio.

Propter quod quidam dubitant, an inductio nobilior sit quam syllogismus: eo quod inductio notificat vniuersale, quod accipit syllogismus vt præcognitum, & notificat conclusionem. Syllogismus ergo procedit ex notificato & notificante: inductio autem ex notificante tantum. Quod autem tantum est notificans ex seipso, nobilior est, quam id quod notificat notificatum ab alio. Inductio ergo nobilior videtur syllogismo. Sed ad hoc planum respondere est, quod si inductio notificaret vniuersale ex alio quam quod vniuersale est, tunc procederet argumentatio. Inductio autem ex vniuersali sparsio quod per esse est in singularibus, docet vniuersale simpliciter quod à singularibus est abstractum: & sic idem est quod docet & per quod docet, secundum substantiam & essentialiam, sed secundum esse est diuersum: & idem doceri potest vnum per alterum. Hoc enim modo dicit Aristor. in primo phys. quod vniuersale etiam secundum sensum notius est singulari. Et hoc est quod dicit Michaël Ephesus, quod inductio ministrando & offerendo vniuersale manifestat potius, quam docendo vel arguendo.

Tex c. 1.

Ex omnibus his patet, quod scientia est habitus demonstratiuus, qui est acceptio conclusionis per syllogismum demonstratiuum, in quo obseruatur omnia quæ in posterioribus analyticis determinata sunt, hoc est, quod medium

diunt sit causa conclusionis conuertibilis causa, & quod impossibile sit aliter habere. Cum enim principia alicui cognita sunt, & credita alicualiter per inductionem, statim scier quia principia scimus, in quantum terminos cognoscimus. Cognoscimus autem terminos inductione, scilicet quid sit totum, & quid pars: quibus cognitis sine docente ex nobis ipsis scimus, quod totum est maius sua parte. Principia enim, vt dicit Boëtius, dignitates sunt: dignitates autem communes animæ conceptiones sunt: communes autem animi conceptio est, quam quisque probat auditam. Principia ergo syllogistici quilibet scit alicualiter credita per inductionem: & sic principia magis scit, quam conclusionem. Si enim non magis sciret principia, quam conclusionem: tunc sciret ignotum per æquè ignotum, quod non potest fieri nisi secundum accidens. Omnem ergo scientiam accipere est secundum accidens, quod non potest esse. De scientia quidem igitur secundum hunc modum determinatum sit à nobis.

CAPVT IV.

Quare de scientia primo tractatur inter intellectuales.

1. ratio.

Ab antiquis autem duodecim assignatæ sunt rationes, per quas in intellectuibus virtutibus scientia ponitur ante artem & prudentiam. Quarum prima est: quia hoc concordat principio vniuersi esse: principium enim vniuersi esse vnum & idem est similiter se habens. Creata autem ab ipso, ab eo distant secundum dissimilitudinem quam habent ad ipsum. Unde eodem modo se habentia, propinquiora sibi sunt, à quibus inchoat omnem vniuersalitatis constitutionem. Cum igitur scientia sit de his quæ eodem modo se habent: eodem autem modo se habentia propinquissima sunt: primo scientia erit ante omnem aliam virtutem: habitus enim ordinantur secundum ea circa quæ sunt.

2. ratio.

Secunda ratio est: quia quæ frequenter sunt vel contingenter, non sunt nisi ex comparatione. In se enim considerata potentia admixta sunt, & secundum quod potentia admixta sunt, non sunt. Si ergo sunt & esse habent secundum quod contingunt æterna similiter se habentia: ars autem & prudentia de talibus est. Cum igitur esse non nisi comparata ad ea quæ similiter sunt, ars & prudentia similiter esse non habent nisi comparata ad scientiam. Sicut enim id quod contingenter est, firmatur in esse per id quod semper est: ita prudentia & ars firmantur per scientiam, & ars & prudentia non essent, nisi esset scientia confirmans ipsas per rationem & causam.

3. ratio.

Tertia ratio est quæ Pythagoricorum est: quia nihil est in gaudio continuo nisi cuius omne desiderium finitum est ad omne quod secundum naturam desiderat. Hoc autem solum necessarium est. Contingentis enim eius quod desiderat, multum est extra ipsum. Hæc

D. Alb. Mag. lib. 6. Ethic.

bitus ergo scientiæ in toto quietat animam, quod non potest facere habitus artis & prudentiæ. Sic igitur scientia est ante prudentiam & artem.

4. ratio.

Quarta ratio est, quod syncerum est quod semper est, confusum autem & impurum quod contingenter est: & sicut se habent subiecta, ita se habent habitus. Habitus igitur syncerè perficiens scientia est. Non autem ad syncerum potentiam animæ educunt ars & prudentia. Scientia igitur est ante artem & prudentiam.

5. ratio.

Quinta ratio est, quod quæ necessaria sunt, ex seipsis sunt: quæ autem contingenter, ex alijs: quæ autem ex seipsis, priora sunt his quæ sunt in alijs: & sicut ordinantur subiecta, sic ordinantur habitus: prior est ergo scientia quam ars & prudentia.

6. ratio.

Sexta est: quia ea quæ semper sunt, ordinata sunt & primum tenent ordinem: ea autem quæ contingenter, ad nullum ordinem reduci possunt. Regulariter autem verum est, quod sicut se habent subiecta, ita se habent habitus. Scientia igitur sufficienter ordinat animam, prudentia autem & ars confusa relinquunt. Scientia igitur est ante prudentiam & artem.

7. ratio.

Septima ratio est: quia casus & fortuna immiscet se his quæ contingenter sunt. Casus autem & fortuna ad ea quæ semper sunt, non attingunt. Ea igitur quæ semper, substant per causas quæ sunt per se: quæ autem contingenter, stant in causis quæ sunt raro: & ideo habitus qui sunt circa hoc quod est contingenter, animam à casu & fortuna absolueri non possunt, quod perfectè facit scientiam: & idem dignior est arte vel prudentia.

8. ratio.

Octava est à modo comprehensionis sumpta. Artificialia enim & prudentia non comprehenduntur nisi existimatione quadam. Scientia autem comprehenditur ratione certa. Existimabilia autem si confirmari debeant, confirmari non possunt nisi per necessaria. Necessariorum ergo comprehensio ante existimabilium est apprehensionem. Scientia igitur ante prudentiam & artem.

9. ratio.

Nona ratio est: quia non fortè sunt quæ frequenter sunt, sed vmbre & resonantiæ primarum formarum, sicut in primo huius scientiæ libro docuimus. Habitus autem qui de vmbre est, vmbrosè perficit animam. Habitus autem qui de primis formis simpliciter entibus est, simpliciter perficit animam: & sic iterum scientia est ante artem & prudentiam.

10. ratio.

Decima ratio est quæ item Pythagoræ est: quia contingenti non bona sunt, sed potius locus mali. Malum enim locari non potest nisi in bono imperfecto quod contingens est. Habitus ergo qui est de contingentibus, non in toto à malitia remouet animam. Id autem in quo nullus locus mali est, in toto tenet animam à malitia. Perfectior igitur habitus est scientia, quam ars vel prudentia, & sic prior illis.

11. ratio.

Vndecima ratio est: quia ea quæ contingenter sunt, ad purum intellectum non deueniunt, sed ad intellectum phantasiæ permixtum. Scientia autem ex puris fluunt intellectibus. Et idem quod prius.

12. ratio.

Duodecima ratio est: quia cum scientia dupliciter dicatur, scilicet pro habitu conclusionis, & pro habitu totius discursus à principiis usque ad conclusionem, ab ista secundo modo dicta scientia & ars & prudentia formam accipiunt. Id autem à quo alia formam accipiunt, prius est in illis. Scientia est ergo ante prudentiam & artem.

CAPVT V.

De arte, circa quid sit.

Post scientiam autem de arte tractandum videtur. Cum enim virtutes sint de his quæ sunt à nobis, nihil ita à nobis est sicut artificialia: hæc enim maxime sunt circa contingencia aliter se habere. Magis enim sunt circa talia, quam prudentia, in quantum circa materiam exteriori sunt: & idè infima virtutum & imperfectior est ars. A talibus autem inchoandum est, & ante scientiam tractandum fuisset de arte, nisi quia ars cum ratione est. Modum autem rationis à modo rationis scientia accipi oportet.

16.

Habitus cum ratione artificialis est diversus ab eo qui est cum ratione effectivus.

Dicentes igitur de arte, dicimus primum circa quid est ars. Hoc autem facere non possumus, nisi per divisionem eius quod est contingens aliter se habere. Contingentis autem aliter se habere duæ sunt partes: una quidem factibilis, & altera actibilis. Secundum præmissa enim patet, quod alterum est factio, & alterum actio. De talibus enim exterioribus rationibus credere oportet. Exteriores autem rationes dicimus idiorum, qui solo usu huc differre dicunt. Multos enim talium perfectos videmus esse circa actionem, circa actionem deficere. Multos etiam è contra circa agibilia optime se habere videmus, in factibilibus autem deficere. Regulariter autem verum est, quod sicut se habent subiecta ad invicem, ita se habent habitus qui sunt circa subiecta. Quare & ille habitus qui cum ratione est actiuus, alterum quoddam est ab eo habitu qui cum ratione est factiuus. Non enim hic intelligimus actiuum & factiuum simpliciter, sed tantum ea activa vel factiva quæ cum ratione agunt vel faciunt: soli enim illi habitus qui cum ratione sunt, nati sunt verum dicere. Tales autem soli virtutes sunt intellectuales: constat enim ex præmissis, quod actio & factio non continentur sub se invicem. Uniuersaliter enim neque actio factio, neque factio actio.

17.

Idem est ars atque habitus faciendi vera cum ratione.

Hoc autem in particularibus probatur: artificialia enim quædam ars est: & patet, quod est habitus cum ratione factiuus. Omne enim quod facit, ex ratione facit principiorum & ad finem factibilis. Sicut enim dicit Tullius, ars est collectio præceptorum. Dicit Tullius, principiorum, & ad eundem finem tendentium. Principia autem illa nihil nisi rationes factibilium sunt in finem dirigentes. Patet igitur, quod uniuersaliter nulla ars est quæ non sit factiuus habitus cum ratione: & è conuerso nullus est habitus factiuus cum ratione

qui non sit ars. Diffinitio ergo ista cum diffinitione, scilicet esse factiuum habitum, omni arti conuenit & soli: & est diffinitio & terminus & proprium. Diffinitio quidem: quia fines esse comprehendit. Terminus: quia artem ab omnibus aliis distinguit. Proprium verò: quia conuertitur secundum consequentiam. Ars igitur habitus est intellectiuus cum ratione vera facturus. Cum ratione autem appositum est: quia quædam animalia sagacitate naturæ verissima dicunt ipso opere, sicut canes qui dicuntur nodali inuestigantes leporem vel ceruum, verum dicant: & quia cum ratione hæc non agunt, artem non habent, sed naturæ sagacitatem. Circa talia igitur est ars: & tali diffinitione diffinienda. Dicitur tamen ars multipliciter sicut scientia. Sicut enim scientia dicitur habitus conclusionis, alio modo dicitur habitus principiorum in actu principiantium totum decursum à principiis usque ad conclusionem: ita etiam ars dicitur aliquando vltima determinatio factionis & factibilis per artem: & hæc est ars sicut scientia conclusionis. Dicitur etiam ars habitus factibilium cum ordinatione & applicatione principiorum factibilium ad opus: & hoc modo dicitur à Tullio, quia ars est collectio præceptorum ad eundem finem tendentium. Et vtrumque propria significatione dicitur ars.

CAPVT VI.

Quod omnis ars circa generationem est.

Est autem omnis ars circa generationem. Cuius probatio est: quia artificiale nihil aliud est quam speculari qualiter fiat utique aliquid de numero contingentium quæ contingant esse & non esse, quorum principium factiuum in faciente est, & non in eo quod sit. Contingentia autem esse & non esse non sunt in actu nisi per generationem: eius enim quod potest esse, via in esse actu generatio est: & quod sic factum est, iterum in potentia est ad non esse: talia autem sunt generabilia & corruptibilia. Sed in hoc est differentia ad ea quæ naturaliter generabilia & corruptibilia sunt, quod in naturaliter generabilibus principium generationis in eo est quod fit: est enim natura principii intrinsecis mouens & alterans & transmutans materiã. In factibilibus autem per artè principium transmutationis est in faciente, & non in facto: & idè non nisi ab exteriori materia transmutat, & non ab intrinseco, per quam veram & substantialem formam non inducit ars: neque enim verè & per se forma facit artis & subiectum: cum forma de extrinsecis sit: sed vnde verè & per se facit vera ex subiecto & forma. Et ex hoc patet, quod subiecti arti non potest nisi quod generabile est & corruptibile, & diuersarum formarum receptione.

18.

Omnis ars circa generationem artificiali versatur.

Et ex hoc sequitur, quod ars non est de his quæ de necessitate sunt vel sunt, neque de his quæ sunt secundum naturam secundum quod sunt per naturam. Diximus enim, quod

19.

Ars non est eorum que necessario sunt, vel sunt, neque eorum que sunt secundum naturam.

CAPVT VIII.

De thecniã & modis artiũ.

Thecniã autem è contrario arti est factiuus habitus cum falsa ratione circa contingens aliter se habere: thecniã enim dicitur ab a quod est sine, & thecniã quod est ars, & opus artis ponit & naturam propter hoc quod opposita necesse est esse circa idem, sed ratione verum dicente circa factibile priuatur: & hoc duobus modis conuenit, scilicet per ignorantiam priuationis, vel per ignorantiam male dispositionis, quod fit quando aliquis informatur contrariis ad principia. Quamuis autem hoc modo ars & thecniã propriissime dicantur: tamen sunt modi artis sicut & alij modi fortitudinis. Ex quo etiam ars est collectio præceptorum ad eundem finem tendentium, & ille finis, est factibile bonum, omnia quæ colligit principia ad vnum finem, imitatur artem: & sic artes liberales septem dicuntur. Præcipue autem si principia ad aliquod factibile referri possunt, sicut geometria ad mensurandum, arithmetica ad calculum, musica ad cantum, & astronomia ad directionem negotiorum. Aliæ autem sicut grammatica, logica, thetica, & poetica, artes dicuntur propter modi mutationem: & secundum modum minus conuenientem dicimus etiam bruta animalia artificiosa quæ industria naturali plures fines habent & attingunt, sicut canis spirando intendit odorem retrahere, & per odorem vestigium inuenire, per vestigium ceruum capere, per capturam canibus cerui saturari, in quibus similitudinem artis habet, sed ratione nevidica caret, sicut diximus.

Artes liberales sunt septem.

CAPVT VII.

Qualiter fortuna & casus circa artem sunt.

20. Ars non est actio.

Via autem actio factio altera sunt ad invicem, necesse est artem factionis nõ actiois esse principium. Diuersorum enim specie & forma, diuersa necessaria est esse principia substantialia & propria. Cuius probatio est: quia alius est finis artis, & alius finis prudentiæ. Ars enim necessariò semper tres habet fines. Vnum quidem finem, finem principij & actionis, qui est vltimum determinatum ex rationibus artis: & hoc est illud verum quod dicit ars circa factibile. Omnis enim habitus intellectiuus aliquod verum dicit: & hoc est sic vel sic faciendum. Secundus autem est operationis finis, & hoc est opus siue operatum, quod iamdudum apotelesma vocari diximus. Tertius autem intentionis est: domus enim non propter domum fit, sed vt sit operimentum ab imbribus & caumatibus, & reservatio diuitiarum. In prudentia autem vnus solus finis est, actus scilicet qui vocatur eupraxia: & si alium finem habeat, actus non est.

21.

Ars & fortuna in duobus conueniunt. Quippe ars fortunam fortunamque diligit artem.

Et propter hoc Agatho poeta dixit, quod ars fortunam dilexit, & fortuna artem. In duobus enim se invicem diligunt, scilicet in mouente, & in fine. Virtus enim mouens extra est, & non intrinsecum facto: fodiens enim sepulchrum nihil in se habet mouens ad inueniendum thesaurum, sicut artificiatum nihil in se habet quod moueat ad formam artis. Similiter ex parte finis. Fortuna multos habet fines sicut & ars: vnus enim finis fodere est, alius sepelire, tertius inuentio thesauri est, quartus ditatio. Licet autem ars & fortuna sic se diligant, in hoc tamen differunt, quod artis finis aduenit secundum intentionem operantis, finis autem fortunæ & casus præter intentionem sunt omnino. Ars quidem igitur, vt dictum est, habitus intellectiuus est cum ratione vera factiuus in materia exteriori, in qua formæ artis non est principium factiuum.

CAPVT IX.

De prudentia, circa quid sit.

De prudentia autem eodem modo speculari assumendum est. Cum omnis habitus ex actu cogno catar, videamus quos in actu prudentes esse dicimus.

22.

De prudentia determinati.

Prudentis autem opus videtur esse posse bene consiliari circa quæ sunt bona sibi ipsi & conferentia siue vtilia non secundum partem quidem, sed uniuersaliter secundum omne id quod conferens & vtile est ad vitam. Verbi gratia quia sicut si diceremus, quod tantum sciat consulere de his quæ pertinent ad sanitatem scit medicus, vel quod bene sciat consulere de his quæ pertinent ad fortitudinem sicut scit politicus vel miles: sed quod uniuersaliter de omnibus conferentibus ad vitam consulere sciat & eligere quod melius est. Signum autem huius est, quemadmodum quod est in parte, probat id quod est in toto. Prudentes autem in parte dicimus quando ad finem aliquem particularem studiosum & bonum bene consulendo ratiocinatur in agibili-

Prudentis est posse bene conferentia vniuersaliter de his que ad bene vitæ sunt conferunt.

libus de quibus non est ars. Bonum autem dicimus & studiosum : quia si ad finem malum ratiocinetur, non prudens, sed proditor, vel astutus, vel callidus dicitur : proditor quidem, si confidentem in consilio tradere velit : callidus autem & astutus si subiles vias inueniat simpliciter ad malum peragendum. Si autem ad bonum bonas vias inueniat de agilibus si hoc in parte faciat, prudens in parte dicitur. Propter quod & totaliter & vniuersaliter vti que prudens erit ad totum quod ad vitam hominis pertinet bene consiliarius.

Propter quod & media ponitur inter intellectuales virtutes. Agibilia enim ab homine in magna diuersitate sunt : ita quod videantur casu posita & non vera. Rationem enim veridicam ratio siue anima rationalis secundum quod est immixta phantasia habere non potest de agilibus. Oportet igitur, quod rationem veridicam habeat anima secundum quod intellectui coniungitur & ad intellectualia refertur. Ratio enim veridica ratio prudentiæ est & pondus & mensura operabilium. Prudentia ergo & opus morale & rationem attingit intellectuale. Media igitur est, ad quod designandum media etiam ponitur inter virtutes partim morales & partim intellectuales.

CAPVT X.

De possibilibus aliter habere est prudentia, & de differentia prudentiæ, scientiæ, & artis.

24. **C**VM autem opus prudentis sit consiliari, nullus autem consiliatur de impossibilibus aliter habere, neque de his quæ non contingunt ipsum operari. Diximus enim in tertio, quod consilium est de possibilibus aliter habere & operabilibus per nos.

25. **S**equitur ex hoc necessario, quod prudentia non sit scientia. Scientia enim est demonstratiuus habitus demonstratione perfectus. Quorum autem principia contingunt aliter se habere, horum non est demonstratio. Demonstratio necessarium est & æternorum. Talia autem omnia contingentia sunt & aliter & aliter habent continuè. Propter quod de ipsis non est demonstratio. Scientia autem demonstratiuus habitus est. Prudentia ergo scientia non est. Adhuc de necessariis non est consiliari : quia vno modo habent & per nos operabilia non sunt. De necessariis autem est scientia. Prudentia igitur scientia non est. Sed nec est ars. Scientia quidem enim non est : quia prudentia est circa actibile quod contingit aliter habere : scientia verò circa necessarium quod non contingit aliter habere. Ars autem non est : quia, sicut iam ante diximus, aliud est genus actionis, aliud factionis. Circa factionem autem ars est : circa actionem autem prudentia est.

26. **E**t quia neutrum duorum est, relinquitur prudentiam esse habitum cum ratione vera actiuum circa ea quæ ad vitam hominis pertinent bona & mala : bona quidem vt eligantur,

mala autem vt fugiantur. Bona autem & mala dicimus ipsas actiones, cum virtutes nullos alios fines habeant.

27. **F**actionis quidem enim quæ artis est operatio, semper alterum est finis ab ipsa factione, sicut iam ante diximus : actionis autem non semper : quia ipsa eupraxia quæ est bene & bona actio secundum se finis est. Non autem semper dico : quia licet eupraxia substantialiter finis sit : tamen aliquando gloriæ accedunt demonstrationes & præmia, quæ etiam si non essent, nihilominus virtuosus bene operaretur propter solam eupraxiam.

28. **P**ropter quod Pericleos & similes Pericleis existimamus prudentes esse : quia Pericles & Soffolocos & alij similes eis ex habitu bene poterant speculari ea quæ erant bona conferentia sibi ipsis. Quicumque autem tales sunt, quod sibi ipsis & alijs bona speculari possunt, existimantur esse bene dispensarij & bene politici. Quodlibet enim bonum ad diuinius se, dummodo generis sui sit, refertur. Bonum igitur personale ad æconomicum siue dispensatiuum refertur. Diuinius enim est, quod sui ipsius est communicatiuum : diuinius autem æconomus est, & diuinius politicus. Bene ergo prudens non est, qui quidem sibi prouider, sed dispensatiuus siue politicus non est.

CAPVT XI.

De differentia artis & prudentiæ in hoc quod temperantiæ saluat prudentiam & non artem.

29. **H**inc est quod etiam temperantiæ tali appellamus nomine, quod ipsa nominis interpretatione statim sonat prudentiæ saluatorium : eod quod talem existimationem saluet qualis existimatio eorum quæ conferunt ad vitam. Hoc autem in Græco magis patet. Græcè enim temperantiæ Sophrosine vocatur. Sinos Græcè, Latine sensus est. Sophros autem salus siue saluatio est. Hoc autem est nomen temperantiæ sonat circa delectabile : temperat enim ne vsque ad ligationem rationis delectando perueniat & corrumpat existimationem certam quam de operabilibus habemus. Existimationem enim hic pro genere ponimus pro omni acceptione. Est enim quædam existimatio in arte quæ est conceptio eorum quæ ad artem pertinent. Et similiter in scientia demonstrabile est, quæ conceptio vocatur : & sic est in alijs. Et hoc modo conceptio operabilium ad vitam pertinentium existimatio prudentiæ est : & talem existimationem saluat temperantiæ. Delectabile enim & triste circa quæ est temperantiæ, non omnem corrumpit existimationem. Verbi gratia existimatio est, quod trigonum habet tres angulos duobus rectis æquales : & delectabile & triste hanc existimationem non corrumpit : ita scilicet quod propter præsentiam delectabilis in temperatus nesciat vel non aduertat an habeat

beat duobus rectis æquales angulos vel non, sed corrumpit eas existimationes quæ circa operabile sunt, conferens ad vitam.

Cuius probatio est : quia principia operabilium sunt singularia in quibus est actus, inter quæ tria potissima sunt, scilicet quis, quo, & cuius gratia, sicut in tertio determinatum est. Inter tria potius est gratia cuius sunt operabilia & finis. Contingit autem, quod propter delectationem vel tristitiam hoc principium corrumpitur, ita quod non aduertat cuius gratia operandum sit, sed ex delectatione allicitur vt contra rectam existimationem operetur : & tunc verum principium operabilium non apparet. Non enim apparet, quod huius gratia operandum sit : nec apparet, quod propter hoc eligere conuenit & operari quod conferens est ad vitam. Malitia enim delectabilis, sicut diximus, principij corruptiua est. Per oppositum autem temperantiæ talis existimationis videtur saluatoria. Existimatio vera talis sensus vocatur, quando dicimus quod Sophrosine sensuum est saluatoria.

Ex omnibus igitur his concluditur definitio prudentiæ, scilicet quod prudentiam necesse est esse habitum cum ratione vera circa humana bona operatiuum siue actiuum. Cum ratione autem dicimus : quia omnis actio hominis vt homo est, cum ratione est : homini enim vt homo est, in omnibus actionibus suis commune operans ratio. Cum ratione autem vera dicimus : quia bonum hominis operationibus non attingitur, nisi secundum rationem veram operetur. Vera enim ratio est rectè iudicans de fine. Vbi autem non seruatur, hic mendacium incidit : errans enim bonum vt bonum non eligit, sed potius sibi oppositum : similiter errans non eligit propter hoc quod secundum veritatem finis est, sed propter hoc eligit quod sibi videtur. Operatiuum autem dicimus hunc habitum : quia omnis operatio hominis ex electione. Ex electione autem est, quod in nobis est facere vel non facere : & tales sunt operationes virtutum. Ratio enim speculans sine electione non est practica siue operatiua, sed potius contemplatiua : & talis non est ratio vera quæ est in prudentia, sed potius ad operationem est relata. Circa hunc humana bona esse dicimus : quia etiam si sit ratio vera & non de conferentibus ad vitam, non proprie est existimatio prudentiæ.

Dubitatio.

Incidit autem dubium de his quæ dicta sunt. Diximus enim in antehabitis, quod propter delectationem mala agimus, & propter tristitiam bona fugimus & à bonis recedimus. Hæc autem delectatio & tristitia propter quam generaliter mala agimus & bona omittimus, non potest esse aliqua specialis delectatio, circa quam sit aliqua virtus specialis : quia non sufficeret ad rotius vitæ corruptionem. Videtur ergo, quod non tantum delectabile circa quod est temperantiæ, sit corruptiuum existimationis prudentiæ, sed delectabile in genere circa quod est omnis virtus moralis. Adhuc prudentia non solum ordinat temperantiæ, sed & fortitudinem & iustitiam quæ morales sunt virtutes. Non ergo tantum corrumpitur à delectabili in temperantiæ, sed & à delectabili

iniustitiæ & timiditatis & audaciæ. Non ergo deberetur dicere, quod temperantiæ saluat prudentiam, potius quam fortitudo vel iustitia.

Ad hoc autem respondet Eustrat, primo quidem, quod cardinales virtutes morales sorores sunt : & quod dicitur de vno, intelligitur de alio. Sic dicitur de temperantiæ, quod saluat prudentiam, ita intelligitur de fortitudine & iustitia. Secundo respondet, quod delectabile propter quod mala facimus, & triste propter quod bona omittimus, generaliter sumitur, sicut dicit obiectio. Sed tamen quod generale est, temperantiæ appropriatur : eod quod temperantiæ circa magis delectabile est : quamuis omnia alia virtus moralis etiam circa delectabile sit : vnde propter appropriationem, & non propter proprietatem temperantiæ attribuitur, quod sit saluatoria prudentiæ. Tertia sua responsio est, quod in qualibet virtutum cardinalium moralium tria sunt, scilicet difficile, delectabile, & rectum : vnde quælibet illarum virtutum dicitur dupliciter, generaliter scilicet, & specialiter : temperantiæ enim specialiter dicta est circa delectabile tactus tantum : generaliter enim dicta temperantiæ circa omne delectabile est cuiuslibet virtutis. Similiter fortitudo dicitur dupliciter : generaliter, & specialiter. Specialiter quidem dicta est circa difficile quod est in bello tantum. Generaliter verò dicta circa omne difficile cuiuslibet virtutis. Ita etiam est de iustitia. Circa æquum enim & rectum quod in commutationibus & distributionibus, est iustitia specialis. Circa æquum autem & rectum quod in omnibus est virtutibus, iustitia generalis est. Et hoc modo virtutes colligatae sunt sibi vt temperantiæ sine rectitudine iustitiæ non sit, & sine constantia fortitudinis, & fortitudo sine temperantiæ modificante non sit, & sine rectitudine iustitiæ qua finem attingit, & iustitia sine constantia fortitudinis non sit, nec sine temperantiæ qua modum ponit. In omnibus ergo his prudentia modum inuenit, temperantiæ ponit, iustitiæ tangit, fortitudo tenet. Cum ergo dicitur, quod temperantiæ saluat prudentiam, dicit Eustrat, quod de temperantiæ generali non speciali intelligitur.

Sine præiudicio antiquorum posset breuiter responderi secundum prædicta, quod quamuis omnis virtus circa delectationem sit, tamen differentia inter delectationes est. Delectabile enim innatum circa quod est tactus, profundatum est in nobis : eod quod innatum est & multum adhærens, eod quod contemporaneum est nimis afficiens, eod quod verè simillimum est & conuenientissimum, & violentè ligans, eod quod intensissimam habet delectationem, per quod tota anima trahitur & ligatur. Vnde quamuis alia delectabilia aliquod præstet impedimentum existimationi prudentiæ, non tamen corrumpunt eam, sicut delectabile tactus : propter quod temperantiæ quod tale delectabile moderat, plus quam alij virtuti attribuitur saluare prudentiæ existimationem.

CAPVT XII.

De differentia prudentiæ & artis, qua virtus dicitur esse artis & non prudentiæ.

30.
Artis est virtus, prudentiæ vero non est, sed ipsa est virtus.

Sed tamen adhuc est alia differentia artis & prudentiæ: artis quidem enim virtus est, prudentiæ autem virtus non est, sed ipsa virtus est. Virtus enim dupliciter dicitur. Est enim virtus habitus laudabilis perficiens operantem & opera: & hoc modo ars virtus est & inter intellectuales virtutes numerata. Virtus etiam vltimum est potentia in re secundum potentiam actiuam vel passiuam: virtutis enim passiuæ vltimum in minimo est: actiuæ autem potentia virtus in maximo: & hoc modo dicta virtute omne id quod statum suo nomine dicit in vltimo, non ordinatur ad aliquam vltiorem virtutem: quia si hoc fieret, esset vltimi vltimum, quod est inconueniens. Diximus autem in præcedentibus, quod virtus moralis stat in vltimo suo quod est eupraxia, in quo si non stet, virtus non est. Eupraxia enim & nihil aliud eius finis est. Virtutis ergo moralis virtus non est, quæ vltius ponat in vltimum. Prudentia virtus moralis est. Ars autem finem non habet suam operationem: & saluata ratione artis contingit peccare artificem vel propter negligentiam, vel propter desidiam: quia non procurat quæ ad artem exiguntur: vel forte quia perfectus in principiis artis non est: vel quia non bene ordinat & determinat principia ad finem: & sic ars de ratione artis non est in sui vltimo. In vltimo enim est, quando bene dirigit & perfectè in omne quod ad artificiatum exigitur in operibus in quibus artificiatum producitur: & quando bene dirigit in vltimam artificiatum perfectionem. Artis igitur virtus est. Prudentiæ autem virtus non est. Cuius signum est, quod ille qui in arte peccat volens, eligibilior est, & minus vituperabilis, quam qui peccat ex ignorantia: corrigibilior est enim error voluntatis, quam ignorantia. In prudentia autem opposito modo se habet: peior enim est in operabilibus peccans ex voluntate, quam ex ignorantia. Ignorantia enim in talibus meretur veniam vel ignosceniam. Malitia autem voluntatis, criminis habet accusationem.

CAPVT XIII.

In qua parte anima sit prudentia, & de differentia intellectus secundum substantiam & secundum habitum.

31.
Prudentis est in parte opinatiua, tam non est opinio.

Cum autem diæ partes sint animæ rationalis quæ essentialiter est rationem habens. Vna quidem intellectualis, alia verò accepiua contingentium quæ opinatiua vocatur, prudentia in altera istarum partium erit, scilicet in operatiua, & illius partis virtus est,

sicut dispositio perfecti ad optimum. Opinio enim est circa contingens aliter habere. Circa hoc idem etiam est prudentia. Et quæcumque circa idem obiectum sunt, eiusdem partis animæ sunt: quia partes animæ secundum obiecta distribuuntur. Opinio igitur & prudentia eiusdem partis sunt, & non in intellectu. Quamuis autem dicamus, quod prudentia in opinatiua parte animæ sit, tamen non est habitus qui solum in ratione sit, sicut opinio est. Hoc autem signum est: quia omni habitui qui solum in ratione est, accidit obliuio: prudentiæ autem nulla obliuio est: prudentia igitur in ratione sola non est. Cum hoc enim quod est in ratione & electiua & actiua est humani boni: vnde quamuis ars & prudentia in opinatiua ratione sint & cum ratione vera, tamen arti accidit obliuio, prudentiæ autem non: quia ars plus est in ratione, & prudentia plus in opere. Contingit autem hoc: quia secundum artem non oportet hominem semper operari ad totam vitam: secundum prudentiam autem semper operari oportet. Subiecta enim prudentiæ sunt sine quibus non est vita: quia in omnibus operationibus hominis aliquo modo necesse est sequi ordinem prudentiæ, vel vita destruitur. Quod autem semper in usu & exercitio est, obliuionem accipere non potest.

Quod autem nos aliam dicimus esse partem intellectiuam, & opinatiuam, secundum Peripateticorum & Stoicorum & Epicureorum dictum est. Et in hac re nihil dicere intendimus, nisi secundum quod ab ipsis traditum est, lectoris iudicio relinquentes quid & qua ratione dictum tenere velit. Omnium autem trium sectarum vna ratio est, qua approbare intendunt intellectualem esse aliam partem à parte animæ quæ opinatiua vocatur. Hæc autem est ratio ipsorum, quod quorum actus essentialiter in forma & potestate substantialiter differunt, principia illorum actuum differre substantialiter necesse est. Intelligere autem actus est, qui per se intellectualis est substantia, quæ non est intellectualis ex hoc quod aliquid accipiat, sed secundum seipsam. Pars autem rationalis in homine non intelligit nisi acceptione alicuius intelligibilis, in quo lumen agentis intellectus est. Intelligere ergo partis rationalis in homine, & intelligere intellectualis substantiæ æquiocum est. Intelligere enim intellectualis substantiæ per se ipsum est sine appositione intelligibilis, ita quod ab intelligibili de suo intelligere nihil accipit. Pars autem rationalis in homine non intelligit nisi per appositum intelligibilis, à quo accipit ad intelligere perfectionem. Hoc autem quia non inuitatis in philosophia difficile est videre, Philosophi ponunt exemplum. In visibili enim alia est potentia lucis, alia coloris ad visum. Quantum enim vtrumque actum sit visus, tamen potentia lucis est ex se substantialiter agere visum ad actum. Color autem non facit hoc ex se & substantialiter: sed oportet, quod lumen sit in ipso ut habitus & possessum, virtute cuius agat visum de potentia ad actum. Non ergo eadem est potentia lucis & coloris. Sed vnum ex se & substantialiter agit. Alterum autem

Intellectiua & opinatiua sunt diuersa partes animæ.

CAPVT XIV.

De constitutione formarum ab intellectualibus substantiis.

IN constitutione autem formarum intellectualium valde differunt Epicurei à Stoicis. Epicurei enim omnes formas, dispositiones materiæ dicunt. Quamuis enim primi Epicurei vltra speciem materiæ in causis se non eleuauerint, & materiæ principium omnium rerum esse dixerunt: tamen qui magis profecerunt in opinione illa, posuerunt materiam & efficientem. Formam autem non dixerunt nisi merè accidens in puritate maiori & minori. Et hoc quidem in simplicibus dixerunt esse raritatem & densitatem. In compositis autem ex ipsis quæ in materia sunt, dixerunt causari & formari causas coagulationis & liquefactionis huiusmodi. In complexionationis autem non dixerunt esse nisi vel complexionem, vel harmoniam complexionem consequentem. Vnde quatuor accidentia ponebant materiæ. In simplici enim ponebant rarum & densum, quæ dicebant accidentia materiæ esse ex positione partium eius propinqua vel remota. In commixtis autem complexionem ponebant accidens. Mixtio enim miscibilium alterarum est vnio. Accidit autem miscibilibus mixtis ex mutua actione & passione remoueri ab excellentiis & venire ad medium, in quibus mixtio non est forma substantialis. In mixtis autem & complexionationis in quibus mixtio secundum proportionem ad vnum, dicunt harmoniam accidens esse materiæ, & non formam substantialem. In complexionationis autem & compositis, quæ, inquam, composita ex diuersis genere composita sunt, sicut ex capite, manu, pede, & huiusmodi, accidens, tamen dicebant esse harmoniam consequens, sicut est in anima. Et propter diuersitatem compositi diuersas potentias dicebant esse in anima, sicut est alia potentia in humido, & alia in sicco, & alia mixta in commixto, & alia in simplici. Et qui ponebant efficientem, ex illustratione efficientis dicebant materiæ venustatem & præparationem hanc differre secundum diuersam materiæ præparationem: nihil tamen esse formam, sed accidens materiæ ex diuersa præparatione, ita quod etiam intellectum possibilem præparationem materiæ dixerunt esse, quando intantum scilicet materia eleuatur ut illustratio primi efficientis resulter in ea secundum modum aliquem, qui primo efficienti vicinus est: & idem intellectum accidens esse dicunt separabile à materia per turbationem illius præparationis. Hi ergo qui nullam formam dicunt esse substantialem formam, nec educi de materia, necessario induci in materiam dicunt. Hi ergo intellectum possibilem qui propriè & per se forma hominis esse dicitur, accidens dicunt esse in corpore, & destrui, tali præparatione corporis destructa.

IN constitutione autem formarum intellectualium valde differunt Epicurei à Stoicis. Epicurei enim omnes formas, dispositiones materiæ dicunt. Quamuis enim primi Epicurei vltra speciem materiæ in causis se non eleuauerint, & materiæ principium omnium rerum esse dixerunt: tamen qui magis profecerunt in opinione illa, posuerunt materiam & efficientem. Formam autem non dixerunt nisi merè accidens in puritate maiori & minori. Et hoc quidem in simplicibus dixerunt esse raritatem & densitatem. In compositis autem ex ipsis quæ in materia sunt, dixerunt causari & formari causas coagulationis & liquefactionis huiusmodi. In complexionationis autem non dixerunt esse nisi vel complexionem, vel harmoniam complexionem consequentem. Vnde quatuor accidentia ponebant materiæ. In simplici enim ponebant rarum & densum, quæ dicebant accidentia materiæ esse ex positione partium eius propinqua vel remota. In commixtis autem complexionem ponebant accidens. Mixtio enim miscibilium alterarum est vnio. Accidit autem miscibilibus mixtis ex mutua actione & passione remoueri ab excellentiis & venire ad medium, in quibus mixtio non est forma substantialis. In mixtis autem & complexionationis in quibus mixtio secundum proportionem ad vnum, dicunt harmoniam accidens esse materiæ, & non formam substantialem. In complexionationis autem & compositis, quæ, inquam, composita ex diuersis genere composita sunt, sicut ex capite, manu, pede, & huiusmodi, accidens, tamen dicebant esse harmoniam consequens, sicut est in anima. Et propter diuersitatem compositi diuersas potentias dicebant esse in anima, sicut est alia potentia in humido, & alia in sicco, & alia mixta in commixto, & alia in simplici. Et qui ponebant efficientem, ex illustratione efficientis dicebant materiæ venustatem & præparationem hanc differre secundum diuersam materiæ præparationem: nihil tamen esse formam, sed accidens materiæ ex diuersa præparatione, ita quod etiam intellectum possibilem præparationem materiæ dixerunt esse, quando intantum scilicet materia eleuatur ut illustratio primi efficientis resulter in ea secundum modum aliquem, qui primo efficienti vicinus est: & idem intellectum accidens esse dicunt separabile à materia per turbationem illius præparationis. Hi ergo qui nullam formam dicunt esse substantialem formam, nec educi de materia, necessario induci in materiam dicunt. Hi ergo intellectum possibilem qui propriè & per se forma hominis esse dicitur, accidens dicunt esse in corpore, & destrui, tali præparatione corporis destructa.

Huius autem suæ positionis quatuor dixerunt esse rationes. Quarum vna est, quod omnem

Positio Epicureorum.

Quatuor rationes Epicureorum.

ne

1. ratio.

ne quod in materia est secundum possibilitatem materię est in ipso: possibilitas autem eius est ex principiis quę sunt in ipso: principia autem sunt potentię primarum qualitatum. Nihil ergo in ipsa nisi quod ex principiis causari potest: hæc autem principia accidentia sunt eius. Quod autem ex accidentibus causatur, accidens est. Omne igitur quod est in materia, accidens est.

2. ratio.

Secundario accipitur ex ratione principij secundum naturam eius. Principium enim est, quod ante omnia, & quod post. Physicè autem loquendo non est principium, nisi quod est primum per motum: sola autem materia est quę ante omnem motum, & post omnem motum, & subiectum omnis motus & mutationis: sola igitur materia principium est. Omne autem quod consequitur substantiam principij, accidens est: omne igitur quod in materia sit, accidens est.

3. ratio.

Tertia ratio est sumpta ex ratione primę substantię. Prima enim substantia est, quę primo & principaliter & maximè substare: substare autem hoc ex ratione primę substantię est: hile autem siue materia primū subiectum est, ut in primo de generatione dicitur. Omne igitur quod substantię habet rationem, necesse est substare: forma autem nulli substare: substantię igitur non habet rationem: & idèd consequitur, quòd accidens sit. Secunda enim substantia necesse est, quòd rationem accipiat à prima.

4. ratio.

Quarta ratio est, quòd omne quod extrinsecus est alicui, accidens est illi: extra autem essentialia materię forma est: quia forma nihil est de essentialibus materię: forma autem accidentalis in materia est.

Istę igitur sunt rationes Epicureorum dicentium formam non esse principium nec substantiam, sed accidens materię: & hi intellectum dicebant esse in materia ad præparationem, & accidens esse materię, & destructa tali materia, destrui intellectum. Dicebant tamen primum esse efficientem, cuius actionis receptio in materia esset intellectus. Illam autem dicebant, quòd esset esse & non essentia vel substantia: & dicebant, quòd esset materię esse talis vel talis: & cum non haberet essentiam, sed esse solum, accidens esse dicebant. Accidens enim est, quod habet esse & non essentiam.

Secundum hanc igitur Epicureorum philosophiam intellectus esse est, sed illud esse ex comparatione materię est ad efficientem primum. Opinativa autem pars etiam esse est secundum eos, & non essentia aliqua vel substantia: sed esse illud est ex comparatione præparationis materię sic vel sic præparatę ad sensibilia, & ea quę accipiuntur cum sensibilibus. Et in hoc errore fuit Alexand. comment. Arist. qui hoc expressè tradidit in quodam lib. quem fecit de noi, hoc est, de mente & Deo & materia prima, & intantum in isto errore concessit, quòd etiam causam primam quę Deus est, dixit esse materiam, sed vsque ad vltimum præparatam. Materiam autem subiectum primum esse dixit, nullam habens præparationem. Media verò ex diuersitate præparationis diuersifi-

Alexand. error.

cari in esse dicebat secundum diuersitatem præparationis illius inter efficiens primum & effectum vltimum: ita tamen, quòd omnes resonantię efficientis primi in materia esse diceret & non essentiam: & idèd accidentalia omnia ita esse & destructibilia cum materia. Hęc igitur positio Epicureorum, quamuis erronea sit, tamen hoc bene dixit, quòd alterum inesse principium intellectus posuit, & alterum opinatiuę partis.

CAPVT XV.

De positione Stoicorum circa constitutiones formarum.

Stoici autem omnia contraria dixerunt. Omnia enim quę in naturis sunt, formis attribuerunt, habentes quinque rationes. Quarum vna est ista, quòd nos videmus formam esse in materia & non ex materia, nec ab aliquo causari principiorum materialium. Cum igitur in materia sit finis motus, oportet quòd aliquid illius motus sit principium. Nihil autem mouet nisi secundum vnā formam. Oportet igitur, quòd mouens ad formam, forma mouens sit, & secundum rationem formę moueat. Formę ergo sunt quę primo mouent.

Quinque rationes Stoicorum formas stabilientium. 1. ratio.

Secunda ratio est: quia omne mouens æquiuocum ad vniuocum reducitur. Constat autem, quòd mouens materiam ad formam: aut est æquiuocum, aut vniuocum. Si est æquiuocum, ad vniuocum reduci potest. Æquiuocum multiplex est, & vniuocum simplex & vnum. Omne autem multiplex ad simplex & ad vnum reducitur secundum philosophiam. Oportet igitur, quòd primum mouens in eadem sit forma cum vltimo quod ex motu constituitur. Mouens ergo primum est forma in quolibet genere mouentium & motorum.

2. ratio.

Tertia ratio: quia cum sint causę primę & immediata, primę non efficiuntur immediate nisi per medias in quibus determinantur & restringuntur ad hoc quod conuertibiles sint cum effectu vltimo: medię autem quę restringunt & determinant, non possunt facere aliquid nisi virtute primarum. Omnes ergo medię informatur per primas, & omnes primę determinantur per secundas & medias. Oportet igitur, quòd primi termini mouentes formę sint, sed determinatę ad vltimum motum per medias.

3. ratio.

Quarta ratio, quòd id quod est in potentia, non exit in actum nisi per id quod est in actu. Constat autem, quòd omnis forma quę in materia est, non est, nisi de potentia educitur in actum. Educitur igitur per id quod in actu est. Quolibet ergo ascendatur in causis quę habent actum permixtum cum potentia, necesse quod veniatur ad actum purum, cuius nihil in potentia est: alias enim iretur in infinitum. Primum ergo mouens in omnibus forma est & actus purus.

4. ratio.

Quinta ratio est, quòd dicunt causam corruptionis non esse nisi potentiam ad non esse quam

5. ratio.

quam dicunt esse potentiam materię. Non autem idem potest esse causa esse & non esse nisi per accidens, sicut dicimus præsentiam gubernationis nauis esse causam salutis nauis, & absentiam causam periculi. Non autem hic querimus de causa per se & quę mouendo & generando causa est: & sic quod est causa esse secundum formam, non est causa non esse. Causa autem esse secundum formam per se non est nisi forma. Formę igitur sunt, quę primo generant & primo mouent.

Hęc igitur opinione per tot rationes sic confirmata, dicunt Stoici, quòd quiddam ex formis primis constituitur ad similitudinem ipsarum formarū. Quiddam autem propter esse ymbrosium materię in quantum agunt formę, constituitur ad possibilitatem materię. Quiddam autem constituitur ad modum vtriusque. Quod ad modum formarum constituitur, dicunt esse separatum: & siquidem vicinior est formis constituentibus, nihil habet de potentia vel quasi nihil: & hoc dicunt esse imaginationem primarum formarum, sicut illa substantię quas Plato heroas dixit, & calodæmones, hoc est, bonos intellectus vocauit. Si autem remotius distat, plus & plus distat secundum quod plus interceptum de potentia materię: & secundum hoc dicuntur cæcodaemones, id est, mali intellectus vocauit, hoc est, mentes malitię subiectę. Id autem quod secundum vtrumque constituitur, anima rationalis, quę secundum quod est anima, potentiam sequitur materię: & idèd diffinitur endelechia esse corporis organici physici. Secundum autem quod rationalis est & intellectualis, impossibile est eā endelechiam esse alicuius corporis: quia sic nullius pars corporis est actus: sed ante omne corpus est: & consistetia corporis fundatur in ipsa, & non è conuerso. Propter quod Stoici dixerunt animas secundum substantiam immortales esse & æternas: eò quod principia earum æterna sunt: & non corrumpi eas dixerunt, nisi secundum quod animę sunt & endelechię corporum: & hoc est corrumpi secundum accidens, & non per se. Ex hac igitur opinione patet, quòd intellectus ex altero est, & opinatiua pars ex altero. Intellectualis enim pars à formis est separatis. Opinatiua autem ab endelechia est, quę est perfectio partis illius, quę sensibus & sensibilibus vitur ad vitę conseruationem & regimen. Secundum hanc igitur opinionem sic intellectualis pars est altera ab opinatiua.

CAPVT XVI.

Qualiter Peripaterici dicunt, quòd intellectualis pars altera est ab opinatiua.

Peripaterici autem medij quasi existentes inter Stoicos & Epicureos, viderunt quòd etiam si primę formę ponerentur, sicut dixerunt Stoici, actio earum non tangeret materiam nisi per aliquod communicans materię. Potentias quidem formas posuerunt esse intelligentias, sed esse actiones, per hoc quod sunt motores sphaerarum: motus enim sphaerarum

D. Alb. Mag. lib. 6. Ethic.

causę sunt omnis motus qui fit in materia. Ordines autem motuum & motorum ex parte mobilium quidem ponebant in quinque essentis primis & simplicibus, quę sunt quatuor elementa & cælum. Ex parte motorum ponebant sphaerarum decem. Septem autem ponebant planetarum: vnā autem motus figurarum & imaginum, quam vocabant orbem decliuij: vnā etiam motus recti vel regularis qui est motus mobilis primi, quod mouet ad omne quod est. Decimam verò ponebant motus actiuorum & passiuorum, quod est mouens ad esse determinans, cuius virtutes cum omnibus superioribus in centro generati congregantur, & ipsum educunt de potentia ad actum tali materię possibilem. Dicunt enim omnem actum agentis in materia recipi secundum potestatem materię, & non secundum potestatem efficientis, & formam quę est in materia, & educitur de ipsa, dicunt non esse in materia ex principiis materię vel qualitatibus eius, sed ex principiis primis intellectualibus agentibus quę per totam transeunt materiam, sicut virtus cordis transit per membra corporis. In virtute enim cordis secundum Aristot. ita est, quòd à corde nutrimentum accipit virtutem qua actione nutriat corpus: & forma ista accepta id quod consequens formam est, habet, id est, motum ad membra sursum & deorsum, dextrorsum & sinistrorsum, & in profundum & supremum, vbicumque membra sunt quę vitam nutrimentalem à corpore percipiunt. Probatur enim est apud Peripatericos, quòd ab eodem generante est forma & motus localis qui per se formam consequitur. Vnde sicut nutrimentum in medio thalamo cordis virtutem habet vniuersalem, quę ad omnia membra determinabilis est, ad nihil autem determinari potest, quod ad cor non habet relationem: & cum determinatur, aliquando determinatur ad cordis similitudinem, aliquando autem ad id quod vicinior est similitudini cordis, aliquando verò ad vltimum quod maximè distat, quod tamen ad cor secundum vitam habet resolutionem: ita dicunt, quòd formę quę sunt intelligentiarum opera, in ipsis quidem intelligentiis à quibus procedunt, ad similitudinem intelligentiarum sunt. In remotissimis autem vmbra quędam sunt intelligentiarum: sed materię potentis sic iunctę, quòd secundum esse materię sunt in ipsis & inseparabiles ab eis. Aliquando autem vincit in eis quod intellectus est: & tunc in quantum illud vincit in eis, tantum necesse est eleuari supra materiam. Et siquid ead pure intelligibilia eluceat, nullius corporis erit actus vel endelechia: & quantum immergitur intra materię potentias, tantum recedit ab intelligentia per dissimilitudinem, & sic endelechia materię efficitur.

Adhuc autem dicunt, quòd nihil corruptibile est, nisi quod à corruptibilibus & à corruptentibus causatur principijs. Intelligentiam autem incorruptibile principium esse dicunt, & vniuersale, & simplex siue immixtum. Quod igitur à solis illis secundum principium istę constitutionis dependet, & incorruptibile est, & vniuersale, & simplex. Incorruptibile quidem: quia nihil penitus habet

X

contrarium.

contrarium. Vniuersale autem quia nihil habet quod ipsum vel ad differentiam loci, vel ad differentiam temporis determinet. Simpliciter verò: quia purum est & immixtum, nulli nihil habens commune, sicut dicit Anaxa. si enim haberet aliquid commune, oportet quòd ad illud permixtione esset determinatum, sicut virtus determinatur ad membra. Hoc autem non est verum: quia omnibus applicabilis est intellectus: quod esse non posset, si ad aliquid in genere esset determinatum.

Huius exemplum ponunt in artibus. Forma enim artis ad lignariam ædificatiuam determinata, applicabilis non est ferrariæ vel lanificio. Intellectus autem omnibus applicabilis est. Dicunt enim, quòd per operationem intelligentiarum nouem ordinum principiorum nihil determinatur ad materiam generabilem & corruptibilem, quamuis materia omnibus his moueatur tanquam à motoribus primis non proximis. A motore autem decimi orbis ad materiam incipit inclinari, sed non in toto materiæ subiici. Ab ipsis autem principis materiæ quæ sunt calidum, frigidum, humidum, siccum, ad materiam determinatur & materiæ subiicitur. Omnia enim hæc tria instrumenta intelligentiæ sunt, sicut omnes virtutes corporis sunt instrumenta cordis: sed virtus cordis in eis tribus modis est: in corde enim vniuersalis, in membris autem officialibus sicut in hepate, & cerebro, & stomacho, & cæteris huiusmodi magis coarctata est. In membris autem particularibus ad vnum determinata est. Et omnes has virtutes præhabet, & simpliciter habet & immaterialiter & vnità cor quod principium omnium est, & formaliter habet: sed in esse efficiuntur determinato secundum quod iam influxa sunt membris. Vnde quod virtutes sunt, habent à corde: quod autem in tali esse vel tali sunt, à membris habent & à principis membrorum.

Per omnem eandem modum ita sunt formæ procedentes ab intelligentiis, quæ quidem ad imaginem intelligentiarum, sunt simplices & puræ & immixtæ & vniuersales. Quæ autem ab hac puritate ad materiam recedunt, inclinatæ sunt & fumosæ, sicut anima sensibilis cum omnibus viribus eius quæ verè subiectæ sunt materiæ, non animæ, sed partis animæ nomen merentur. Et quod istæ formæ secundum eleuationem à materia determinentur, dixerunt Peripatetici, quòd solus intellectus sicut incorruptibile à corruptibili separatur à sensibili & vegetatiuo: & quod ipse solus vniuersalis est secundum se, nec determinatur ad aliquem nisi per esse quod habet in sensitiuo. Dicunt enim, quòd nihil prohibet, quòd aliquid secundum se & secundum substantiam veri vniuersale sit, & tamen per esse determinatum sit ad vnum.

Et ex dicto istorum statim apparet, quòd alterum est potentia intellectiua, & opinatiua. Quia processio intelligentiæ pars est intellectiua. Pars autem opinatiua processio est illius motoris qui inclinatur ad materiam. Sicut in processione cordis, aliam diximus cordis processione, aliam hepatis, & aliam membrorum determinatorum. Cum tamen in omnibus his

primus fons sit virtus cordis: & ideò à secundis & tertiis nihil procedat sine cordis virtute: & ideò est, quòd Peripatetici totum opus naturæ dixerunt opus esse intelligentiæ. Formatiua enim quæ est in quolibet, operatione intelligentiæ operatur, & non operatione naturæ. In plantis enim in nouo existens per se operatur radicem, stipitem, ramos, virgas, frondes, flores, & fructus. Natura autè cū sit vnum & eodem modo se habens, non operatur nisi vnum. Isti ergo animæ rationalis substantiam dicunt esse processionem ab intelligentiis retinentem virtutes principiorum, à quibus procedunt à primis vique ad vltima, & talem esse substantiam quæ forma sit. Et quia talis substantia composita est ex virtutibus omnium à quibus procedit, ideò necesse est corpus, cuius ipsa forma & motor est, ex diuersis organis compositum esse, ita quod compositio cuiuslibet organi cuiuslibet virtuti respondeat quæ est actus illius & perfectio. Regulariter enim verum est in omnibus physicis, quòd omnis multiplicitas & diuersitas materiæ quæ per se & naturaliter est, in illa est propter diuersitatem quæ est in forma. Secundum hanc igitur Peripateticorum sapientiam patet, quòd essentialiter & substantialiter quantum ad principia constituenta alia est pars intellectiua à parte opinatiua.

CAPVT XVII.

De quatuor quæ sequuntur ex dictis Peripateticorum.

EX his autem quæ dicta sunt, patet quòd intellectus qui processio & constitutio est intelligentiæ, ex hoc quod intelligentia est tantum, separatus est ab omni eo quod est, & nulli nihil habet commune, quamuis secundum esse quod habet ex coniunctione continui & temporis, sit determinatus ad vnum.

Secundum est quod sequitur ex dictis eorum, quòd intellectus secundum se intellectus à sensitiuo & vegetatiuo separatur, sicut incorruptibile & immortale in omnibus principis suis à corruptibili & mortali: sicut sensibile & vegetabile, corruptibile & mortale est secundum sui esse principia.

Tertium quod sequitur ex dictis eorum est, quòd quicquid est in intellectu, sit vniuersale: tales enim formæ, vt dicit Boëtius, quales sunt potentia in quibus sunt. Intellectus autem secundum omnem modum potentia suæ vniuersalis est, vbique & semper existens, per hoc quòd nec ad nunc nec ad hæc determinatus est.

Quartum est, quòd omne id quod est species alicuius, agens ad speciem & constitutionem formalem, immediatè applicabile est ipsi, sicut lux species colorum est, omnes colores constituens, & ideò immediatè non per motum cuiuslibet applicatur colori. Cum igitur intelligentia omnium formarum constitutiua sit, intelligentia species erit omnium formarum, & in quantum

in quantum de specie intelligentiæ participant, in quantum intelligibilibus & minus intelligibilibus sunt. Intellectus igitur qui intelligentiæ imago est, immediatam applicationem habet ad primas formas intelligibiles: sicut sensus qui sensibilium species est, per hoc ipsum quod species est, immediatam applicationem applicatur omnibus sensibilibus. Et ex hoc dicunt, quòd pars intellectiua mirabilis est: quia ea quæ sibi per naturam immediatè applicabilia sunt, & in quibus aliquando multis oportet vt mediis, melius intelligit.

Obiectio.

Si autem obiciatur, quòd noster intellectus qui secundum dudum determinata non secundum substantiam intellectus est, sed aliunde possessus, & habitus, non est prima species intelligibilium: & ideò non sequitur, quòd omnibus intelligibilibus immediatè sit applicabilis. Dicendum, quòd hoc non valet: quia non tantum prima species constitutiua aliquarum formarum, illis formis immediatè applicabilis est: sed etiam omne quod est in specie illius primi. Lux enim solis omnium formarum sensibilium constitutiua, est immediatè applicabilis ipsis existens: sed etiam quæcumque lux effecta est à sole, sicut Martis, Iouis, Lunæ, & ignis. Et similiter intellectus noster per hoc quod est in specie intelligentiæ, immediatè applicabilis est omni formæ. Omnis enim forma in eo quod forma intelligibilis est, quamuis per esse quod habet, aliquando sit sensibilis vel naturalis. Ex hoc patet, quòd nec sensus recipiunt formas sicut subiectum & materia, quemadmodum malè dixit Theophrastus: sed recipiunt per applicationem luminis & determinationem speciei, qua applicatur & determinatur ad ipsas, sicut quodlibet principium formale applicatur secundis, & determinatur ad ipsa.

Forma simplex perpetua.

Quidam autem sunt, qui quædam inconuenientia inducunt, quæ Peripatetici inconuenientia non reputant: verbi gratia formam simplicem perpetuè manere. Dicunt enim formam non esse nisi in eo cuius forma est: & si nihil sit in quo sit, dicunt eam in natura esse non habere: & ideò dicunt ex materia intellectuali, nec quantitate nec contrarietate determinatur, & ex forma intellectuali esse compositam animam, vt sic sit quædam substantia composita hic & nunc existens, & non semper, nec vbique: & hanc dicunt esse formam hominis, distinguentes, quòd quædam forma substantia est tantum, quædam est substantia & motor: & illa quæ substantia tantum, simplex est & non mouet: quæ autem est substantia & motor, composita est: & hæc omnia nulli Philosophi concedant. Quod enim compositum est & hoc aliquid est, prima substantia est, quæ est vltimum perfectum & nullius potest esse perfectio: aliter enim vltimum esset vltimi, & iretur in infinitum. Quod etiam dicunt formas simplices in natura esse non habere, & non esse incorruptibiles, philosophiæ penitus contrarium est, quæ ponit & probat prima entia in quibus omnia alia fundantur ad esse & in esse firmantur, esse intelligentias, nullam in mundo comparationem vel diuisionem habentes. Similiter quod dicunt, com-

D. Alb. Mag. lib. 6. Ethic.

positas esse ex materia & forma, quemadmodum Auicebron in libro fontis vitæ dicit, miror ego si seiplos intelligunt. Materia enim quam dicunt non esse determinatam quantitate & contrarietate, ex hoc quod est substantia, ad hoc aliquid non determinatur: similiter ex hoc quod materia est, non nisi fundamentum est: & ex hoc iterum nec ad hic nec ad nunc determinatur. Quaratur ergo ab eis, vnde substantia composita habeat, quòd hic & nunc est: Quaratur iterum, quæ sit causa huius compositionis? Licet enim compositio non constituatur per fieri, perficitur tamen per esse partium componentium quod habent in composito: & quaratur, quæ sit causa compositionis huius secundum naturam: & non erit verum assignare etiam volentibus fingere.

In hac tamen positione cauendum est error Abubacher qui dixit, quòd post mortem ex omnibus animabus hominum non relinquitur nisi vna. Et causa erroris fuit: quia nostrum intellectum non considerauit nisi secundum quod possessus & habitus est ab intelligentia, quæ substantialiter intellectus est, & omnium intelligibilium constitutiua. Vegetatiuum autem & sensitiuum quod in ipsa est, accidere dixit tali processioni sine tali substantiæ ab intelligentiis procedenti, ab inclinantiibus eam ad materiam corporis & determinantiibus ad principia & qualitates materiæ. Solutis ergo his corporalibus principiis non remanere dixit nisi quod intellectus est. Hoc autem quod intellectus vbique & semper est, vnam & æqualem ad omnes habens relationem, Quod autem ad omnes vnam habet relationem, ex omnibus relictum, vnum & idem est. Anima igitur ex omnibus relictæ, & vna & eadem est. Et hic error magnus est etiam in philosophia. Et respondet, quòd omnis processio quæ à primo ad vltimum procedit per omnia media, virtutes omnes habet non per se, sed per accidens. Vnde processio quæ est ab intelligentia tam in intellectu est quam in sensibili, quam in vegetabili: & in omnibus his est vna secundum substantiam, diuersificata secundum esse potentia: & ideò quamuis Abubacher bene probauerit, quòd vegetatiuum & sensitiuum corrumpantur secundum esse potentia: corrupto corpore: tamen non probauit, quòd corrumpantur secundum quod radicanter in intellectuali substantia, quæ est processio & imago causæ primæ & intelligentiæ: & intellectus radicans in hac determinatus est per esse, ita quod alius est qui resoluitur ex vno, & alius qui resoluitur ex alio.

Ex hoc etiam excluditur error Auerr. super tertium de anima, qui dicere videtur esse vnum intellectum possibilem in omnibus animabus. Quamuis enim vnus sit, per hoc quod intellectus est, non tamen sequitur vnum esse secundum quod radicans in substantia processionis talis, quæ in totum ab intelligentia procedit, & distat, vt continetur cum continuo & tempore. Per hoc enim vnus intellectus efficitur vnus, & alter alterius, & imperfectus in vno, perfectus autem in altero.

X 2 CAPVT

CAPVT XVIII.

De intellectu secundum quod est virtus intellectualis.

32.
Principiorum
scientiarum,
neque est sci-
entia, neque ars,
neque prudentia,
neque sapientia.

Cum autem scientia de vniuersalibus sit existimatio quadam siue acceptio, & sic de talibus quæ ex necessitate rei sunt, & de quibus est demonstratio: omnis autem demonstratio à principiis procedat ad conclusionem: oportet, quod omnis scientia principia ut priora se supponat, siue, scientia sit acceptio conclusionis demonstrata, siue etiam totus decursus à principiis vsque ad conclusionem scientia dicatur. Huius autem causa est: quia omnis scientia cum ratione argumentatiua est. Omnis autem talis argumentatio decursus est ab eo quod secundum naturam rei & ex necessitate principium scibilis est. Principium autem scibilis tale est, quod ipse neque scientia est, neque ars, neque prudentia. Si enim esset de ipso & esset scibile, cum scientia non sit nisi effectus demonstrationis, oporteret, quod principij esset principium, & iretur in infinitum. Scientia igitur non est de principiis. Ars autem & prudentia de principiis esse non possunt quia principium necessarium est: ars autem & prudentia sunt circa ea quæ contingit aliter habere. Sapientia verò de principiis etiam esse non potest vniuersaliter: quia sapientis est de quibusdam habere demonstrationem. Cum enim sapiens speculetur ens in quantum ens est, & ea quæ insunt enti, si passio de subiecto debet concludi, oportet quod fiat per demonstrationem: & sic sapiens demonstratione virtutis. Quamuis ergo in stabilendo principia, demonstratione ostensua quæ per causam est, ut non possit sapiens, virtutem tamen demonstratione in conclusione passionum de subiecto: & in hac via principia à quibus incipit demonstratio, præsupponere oportet tanquam priora secundum naturam. Sapientia igitur in quantum sapientia est, non est acceptiua principiorum.

33.
Intellectus est
acceptiua
principiorum.

Si autem habita sunt, & habitus intellectuales, quibus circa contingens aliter habere non contingens aliter habere, verum dicimus & nequaquam mentimur, quinque sunt, scientia scilicet, prudentia, ars, sapientia, & intellectus: nullum autem quatuor potest esse acceptiua principiorum: quatuor autem dico scientiam, prudentiam, artem, & sapientiam: relinquitur à partibus sufficienter enumeratis intellectum esse principiorum acceptiua.

Ex his autem quæ dicta sunt, relinquitur, quod ex quo intellectus est principiorum acceptiua, & accipiens non est acceptum, quod accipiens intellectus potentia animæ est. Acceptus autem intellectus est habitus principiorum. In eo autem intellectu qui potentia animæ est, accipere est vltimum potestatis eius & optimum: & hæc erit virtus eius. In vltimo autem & optimo suæ potestatis non stat nisi per habitum aliquem qui facit, quod opera-

tionem propriam & connaturalem habet non impeditam: & idè talis habitus virtus eius est, secundum quod virtus dicitur dispositio perfecti ad optimum. Perfecta enim est potentia per habitum & ad optimum, quod est propria & connaturalis operatio non impedita. Talis autem intellectus potentia animæ existens, non est intellectus, qui substantialiter intellectus dicitur, & nihil aliud est quàm intellectus. Talis enim intellectus per substantiam dictus, essentialiter constituit intellectum, & ut constituens ea, præhabet ea simpliciter & vnità: nec discurret de vno in alterum, componendo, vel diuidendo, vel ordinando: non aliquando habet ea, & aliquando non, sed semper sicut causa omnium illorum existens. Et quamuis intellectus tales secundum Peripateticos multi sint in decem ordinibus, tamen ordo est in eis, ita quod inferior semper applicatur superiori, & superior influit inferiori, nec inferior vnquam influit in superiorem, nec superior vnquam applicatur inferiori. Quod enim alteri applicatur, supponit illud ante se cui applicatur: superior autem ut superior non præsupponit eodem modo quod influit ex se influit: & sic aliud ante se ex quo influat, non præsupponit. Propter quod etiam astronomi peritiores in iudiciis inferiores stellas coniungunt, & dicunt in luminibus earum aliquando consistere & applicari. Superiores autem coniungi inferioribus vel applicari luminibus earum omnino negant.

Et ex hoc sequitur primam causam solam operari per rationem: ex nihilo enim, quod ante se, sic operatur: ex nihilo autem deductum ad esse, causatum est. Omnes autem alij secundum alios ordines intelligentiæ per influentiam & applicationem operantur. Quicumque ergo processus est creatura alicuius à prima causa, necesse est, quod per influentias & applicationes ad esse determinetur sibi proprium secundum naturam: & talis processus est animæ rationalis, quando determinatur ad intellectum. Constituitur enim in imagine intelligentiæ vltimi ordinis, in qua per influentiam sunt omnes superiores secundum virtutes earum & lumina, cui applicatio intelligentiæ vltimi ordinis determinans omnes influentias superiorum, esse confert intellectuale.

Talis igitur intellectus aliunde habitus est & possessus. Et per hoc quod est imago intelligentiæ, species est intelligibilium, quamuis non sit causa constituens ea. Est igitur applicabilis per seipsum intelligibilibus primis: sed tamen non æquali nobilitate, sicut intelligentia quæ secundum substantiam intellectus est & nihil aliud quam intellectus. Cadens igitur ab ista nobilitate, efficitur discurrens per intellecta, intellecta videlicet componens & diuidens ea: tamen in hoc quod est imago intelligentiæ, per seipsum est applicabilis primis quæ medium non habent: & illa statim apprehendit quando terminorum quæ in principiis sunt, à sensu notitiam accipit. Sensus enim per hoc quod species est sensibilium, sensibilia immediatè accipit, in quibus confusum & immixtum est vniuersale, quod intellectus depurando

purando accipit per hoc quod ut species applicatur ei: & si medium non habet, tunc principium est & propria acceptio intellectus. Si autem medium habet, tunc intellectus non accipit nisi per medium: & hæc est perceptio demonstrationis: cui tamen intellectus lumen influit, per hoc quod ordo terminorum & coniugatio per applicationem determinatur ad conclusionem, quæ tunc in lumine principiorum accipitur.

Talis autem intellectus in nobis existens medius est inter intelligentiam & animam, quia coniuncta est continuo & temporali, & est ut instrumentum intelligentiæ informatum per influentiam receptam ab intelligentia, & est verè ut oculus animæ & lumen, & per conuersionem quidem ad animam & animæ vires obumbratur, & inordinatus efficitur & impotens. Per extensionem autem & eleuationem à viribus animæ ad intelligentiam & intelligentiæ lumen, perficitur & depuratur, ita quod aliquando mirabiliter excedit in lumine ad diuinissimorum comprehensionem. Sed tamen proficere non potest, quod ad æqualitatem veniat intelligentiæ quæ simpliciter & per substantiam intellectus est. Si enim ad hoc proficeret, in profectu terminum sui status excederet: quod esse non potest secundum naturam: & ordo rerum confunderetur in causis, quando inferior proficiens ad gradum ascenderet superioris. Si enim superioris acciperet virtutem & actum: cum virtus & actus essentialia sine essentia non sunt, oporteret quod inferior superioris acciperet essentiam, & sic intellectus possessus & acquisitus & habitus efficeretur intellectus per substantiam. Intellectus autem per substantiam non est possessus & acquisitus. Intellectus igitur possessus & acquisitus efficeretur intellectus non possessus nec acquisitus, quod est impossibile.

Intellectus autem acceptus qui habitus & virtus est talis potentia quam diximus esse intellectum, est in axiomatibus & diffinitionibus primò & per se: in suppositionibus enim & petitionibus non est nisi secundum quid. Suppositio enim non suppositio est nisi quod medium intra se habet, ex quo statim apparet eius probatio. Petitio autem medium habet, sed magis latens, concessit ille tamen ex ipsa rei natura. Propter quod axiomata & diffinitiones quæ vsque ad prima recurrunt, de prima sunt acceptio intellectus: suppositiones autem & petitiones de secunda hoc modo habent modum intellectus & non rationem intellectus veri.

Obiectio.

Sunt tamen qui obijciunt, quod intellectus non ut principium primum alia certificet, sed potius inductio. Intellectus enim inductione firmatur: & sic videtur, quod primum confirmans & probans sit sensus, & intellectus non sit principium cognitionis nisi confirmatus per sensum. Ad hoc respondet Eustratius, quod hoc sequeretur, si inductio & sensus ut causa & principium perficerent intellectum. Hoc autem non est verum. Non enim operantur nisi ut ministri ministrando scilicet sensibilia à quibus accipiuntur intellecta. Ratio autem dicti Eustratii hæc est, quod sensus non consti-

Responsio.

D. Alb. Mag. lib. 6. Ethic.

tuit intellectum nisi per accidens, & non per se, scilicet in quantum repræsentat id in quo est confusus & immixtus intellectus vniuersalis. Repræsentat autem hoc ipse intellectus non lumine sensus, sed lumine proprio absoluit à confusione & permixtione: & idè non per sensum, sed per seipsum applicatur illi: & idè dicit Philosophus, quod principia scimus in quantum terminos cognoscimus. Si autem inductio per se stabiliret intellectum, pro certo impossibile esset euadere conclusionem. Quamuis autem intellectus sit primorum principiorum, quæ necessaria sunt & perficiunt & nobilitant suum posse: tamen modos habet, sicut & alia virtutes tam morales quam intellectuales. Cum enim prudentia & ars modum habeant scientiæ, ex hoc quod supponunt consiliatiua principia ex quibus procedunt, oportet quod illorum principiorum acceptio modus quidam reductus sit intellectus per imitationem & similitudinem: & sic facile est inuenire multos modos intellectus.

Hæc igitur de intellectu dicta sint, quæ sub assertionem non ponimus: quamuis certissimum nobis sit, quod vera posuimus Peripateticorum opinionem. Non enim hic theologice loquimur, nec de profectu animæ quo per meritum & gratiam proficit: sed tantum loquimur de anima secundum quod natura sua processio quædam est à causa prima ex materia corporis & in materiam corporis educta per omnes motores medios determinata. Et quod dicimus ex materia esse, non idè dicimus, quod ex principiis materiæ educatur; sed potius quod à primis causis in materia inchoatus eius est, & ab ipsis educitur ad perfectum. Quæritur etiam, si principia materiæ quæ sunt calidum & frigidum, humidum siccum, aliquid operantur, ad vitæ potentiam: dicendum, quod non operantur, nisi prout informata sunt à primis vitæ principiis, quæ sunt causa prima & intelligentiæ. Et idè dicit Arist. quod calores sunt in se inuicem, elementi scilicet, & calidum & animæ. Calor enim elementi mouet in forma animæ, calor autem animæ in forma cæli, & calor cæli in forma intelligentiæ, & calor intelligentiæ in forma primæ causæ.

CAPVT XIX.

De sapientia, quid & circa quid sit.

34.
Scientiarum
excellentissima
est sapientia.

Quid autem sit sapientia, accipere possumus ex his quos in parte sapientes vocamus. Certissimis enim artificibus qui optime finem artis attingunt, assignamus & tribuimus illas artes ut sapientiam, & eos sapientes in suis artibus vocamus. Verbi gratia Phidiam qui optime inter latomos finem lapidearum structurarum attingunt, dicimus esse inter omnes latomos sapientem: eod quod muros fecit & ædificia lapidea ad sanitatem & durabilitatem & honestatem & munitionem optime congruentia. Similiter autem Polycletem qui statuas fecit & imagines, inter statuarios dicimus esse sapientem: quia ille vnicuique quem re-

præsentare voluit in lapidem vel aliam materiam, imaginationem optimè produxit. In talibus autem nihil aliud significamus, quam sapientiam secundum partem dictam esse artis virtutem, & vltimum & optimum ad quod ars factiva etiam intellectum factivum ducere potest. Sicut autem diximus sapientiam in parte, ita necesse est sapientiam esse in toto, quæ vltima & optima acceptio intellectualis & acceptio partis animæ secundum omnem rei acceptionem. Propter quod existimamus quosdam totaliter & vniuersaliter esse sapientes præter ipsam sapientiam quæ prima & nobilissima acceptio est omnium eorum quæ sunt: quemadmodum Homerus ait in quodam libro qui dicitur Margites, de quodam quem neque artificiosum fossorem vel sapientem, neque sapientem aratorem, neque in aliquo alio detentato sapientem posuerunt dii, sed sapientem in omnibus, secundum quod sapientia in primo metaphysicæ describitur, quod sapientem omnia maximè scire sicut decet accipimus, non singularem secundum vnum quodque scientiam eorum habentem. Quamuis enim non arator nec fossor sine arte & scientia quod volunt adipisci non possunt: tamen in hac eadem arte vnius alio perfectior est, & vltimo artis propinquior qui dicitur habere virtutem artis, quæ sapientia dicitur, propter hoc quod sapientiam modum imitatur.

Etum neque fossorem, neque dii fecere colonum. Nec reliqua sapientem vlla fuit arte suspensus.

Ex talibus autem particularibus vniuersalem accipimus, quod vniuersaliter sapiens est, qui in omnibus nobilissimam & perfectissimam habet acceptionem. Hoc autem secundum hunc modum probatur: quia eadem sunt principia cognitionis & entis: vnde necesse est, quod sicut differunt principia entis, ita differant principia cognitionis, & eandem differentiam habeant cognitiones ipsæ. Primum autem ens subiectum est omnis entis, & ita distinctiua ratio substantia est. Ex principiis ergo substantiæ fluit omne ens, & ex principiis substantiæ potissima est cognitio entis. Scientia ergo quæ cognoscit substantiam & substantiæ principia, & illis stabiluit omne ens, illa inter omnes scientias sapientia est, & simpliciter & vniuersaliter dicta sapientia. Scientiæ autem quæ considerant partem entis, non sunt sapientiæ simpliciter, sed sapientiæ secundum partem dictæ, secundum scilicet quod contingunt in vnaquaque scientia secundum ordinationem ad finem consequendum.

Diuisio scientiæ.

Scientiam autem triplicem esse dixerunt Platonicæ, physicam scilicet quæ principia habet & definitiones accepta cum materia. Mathematicam, quæ discibilis est. Marchesis enim Græcè, Latine sonat disciplinam. Hæc autem substantia imaginabilis est determinata quantitate, sed non contrarietate: & idcirco definitiones & principia non habent conceptum in materia sensibili, sed imaginabili tantum: circa quantum enim est, sed non circa physicum. Quanta autem substantia est, & non conuertitur. Vnde substantia ex solis principiis substantiæ dependens ante illam est firmans & probans eam, & circa illam est scientia diuina, quæ sapientia vocatur. Quod enim Arist. dicit metaphysicam consistere per ablationem à

sensibilibus, & diuinam per ablationem à mathematicis, Platoni non placuit: nullus enim dixit in anima esse per abstractionem à sensibilibus: indignum enim dixit esse, quod dignius perficeretur ab indigniori: & sic animam non perfici à sensibilibus: eod quod animam multo dignior est, quam sensibilibus: sed potius omnes has formas dixit à diis siue intelligentiis existere in anima. A sensibilibus autem non dixit nisi excitari ad agendum, sicut calor naturalis excitatur à motu & exercitio. Arist. autem & omnes alij Peripaterici hoc non dicebant, sed potius substantiam primam esse causam entis, & substantiam mathematicam esse substantiam substantiæ physicæ: eod quod nihil mouetur nisi quantum: omnis substantia physica cum motu est. Percipi autem substantiam mathematicam per abstractionem à sensibili, non ita quod substantia sensibilis causet eam in anima: sed quia oblatam in sensibili intellectus accipit eam per modum qui superius dictus est. Et eodem modo substantiam diuinam accipit à mathematica: & secundum hoc non sequitur, quod superius aliquid accipiat ab inferiori, vel dignius ab indigniori. Quia hoc modo quicquid lumine agentis intellectus accipit, & non lumine potentie inferioris,

Ex omnibus his patet, quod certissima omnium scientiarum secundum modum accipiendi scibile est sapientia, & est virtus partis intellectiue animæ. Diuersi ergo modi sunt certificandi, sicut patet in edificatiua quæ murum rectificat vel parietem per rectitudinem perpendiculari vel catheci. Erectionem autem columnarum dirigit ad rectitudinem lateris quod concludit angulum recti trianguli. Quare autem perpendicularum dirigit murum, & latus recti anguli directè erigat columnam, non confirmatur per edificatorem, sed per geometram. Et similiter distinctio physica & mathematica referuntur ad diuinam scientiam, ex qua recipiunt confirmationem. Potissima ergo virtus intellectualis & omnes alias confirmans, sapientia est.

CAPVT XX.

Quod sapientem oportet scire quæ ex principiis, & ipsa principia.

Oportet autem verè sapientem non solum scire ea quæ sequuntur ex principiis, sed etiam ea quæ sunt circa principia, & in his quæ circa principia sunt, verum dicere. Entis enim secundum quod est ens, prima principia sunt: & illa oportet sapientem stabilire ad minus per deductionem ad inconueniens, & per principiorum notificationem & inductionem ad sensum: aliter enim principia stabiliri non possunt. Et ex hoc sequitur, quod sapientia sit intellectus & scientia. Et dicit Eustratus, quod composita est ex vtrisque eorum, quod non potest esse verum de substantiali compositione. Si enim composita esset ex illis, non esset aliquid præter eas: & hoc non est verum. Compo

36. Sapientia est intellectus & scientia.

Composita igitur est: quia participat modum vtriusque: considerando enim causas altissimas & potentias, necesse est quod immediate applicationem ad illa habeat: hæc enim medium non habent: & idè per syllogismum accipi non possunt. Et isto modo intellectus necesse est in his vti. Communicando autem passionem entis cum subiecto, medio vtrius & syllogismo: & idè in talibus vtrius modo scientiæ. Differt autem ab intellectu: quia intellectus principiorum demonstrationis est acceptiuus. Sapientia autem accipit principia entis ut est ens: & hoc est principium accipere in ratione causæ entis. A scientia autem differt: quia scientia decursus est à principiis demonstrationis ad conclusionem. Sapientia verò incipit à causis primis, in quarum cognitionem peruenit per secunda: & idè via media incidit inter demonstratorem & topicum, & non verissimo modo attingit demonstrationem.

Ex hoc patet, quod quia sapientia primum est, prima autem honorabilissima sunt secundum naturam, quod sapientia honorabilissimorum est: & quia prima influunt regimen super omnia alia & lumen cognitionis: ergo hæc sapientia caput omnium aliarum dicitur esse: quia in capite sicut in specula sensus disciplinarum sunt, quibus omnibus aliis prospicitur. Idè etiam hæc sapientia caput aliarum dicitur: quia omnibus aliis prouidetur & prospicitur ab ipsa.

Si autem quaeritur, in qua parte animæ sit, & cuius animæ partis sit virtus: Dicendum, quod est partis intellectiue: sed est intellectus secundum maximam sui conuersionem intellectus ad imaginationem quæ constringit intellectum ad continuum vel discretum, quod idem est, quia diuisio continui causa discreti est, ut dicit Arist. & hoc modo physica intellectiuo est secundum coniunctionem intellectiui ad sensum, qui primarum qualitarum & earum quæ ex qualitatibus causantur, est acceptiuus. Et hoc modo intellectus coniungitur temporis. Omne enim mobile vel mutabile est, quod contrarietate determinatur: mutabile autem omne tempore mensuratur: intellectum ergo in his tribus idem est secundum substantiam: sed esse eius non est idem. Tria autem dico, sapientiam, scientiam, & intellectum.

CAPVT XXI.

De differentia sapientie & prudentie secundum quod sapientia est honorabilissimorum.

36. Sapientiam non est eadem cu prudentia & politica.

Inconueniens autem est si quis dicat prudentiam absolute dictam, siue etiam prudentiam politicam studiosissimam vel nobilissimam scientiam esse, siue acceptionem, nisi concederet, quod homo circumferentia considerat prudentia, & studiosissimum sit eorum quæ sunt in mundo. Hoc autem concedi non potest: sapientia enim, sicut antediximus, scientia est & intellectus: prudentia autem est po-

litica: potissima enim inter prudentias politica est. Si ergo concedatur, quod sapientia est prudentia, sequitur necessario, quod scientia sit politica. Ex quo enim duo prædicantur de sapientia, intellectus scilicet, & scientia: & duo sunt prudentia & politica subinueniuntur coniuicta: si prudentia de sapientia prædicatur ratione scientiæ, prædicabitur politica de sapientia ratione intellectus: quod omnino inconueniens est. Prudentia ergo & politica secundum subiectum differunt à sapientia: eod quod sapientia honorabilissimorum est: prudentia autem & politica non honorabilissimorum, sed de his quæ conferunt homini ad conuersionem humanam.

Si enim daretur, quod sapientia de humanis esset tanquam de honorabilissimis & optimis sequeretur, quod sapientiæ essent multæ per multitudinem subiectorum, sicut multæ sunt prudentiæ politicae. Si enim consideremus sanum & bonum, inueniemus ea altera & altera in hominibus & piscibus: album autem & rectum idem inueniemus in vtrisque. Bonum enim pisci est in aqua esse, & hoc est malum homini: sanum etiam pisci est frigiditas & humiditas vti & viscositas, & hoc est infirmum homini. Principia ergo sani & boni in pisce, alia sunt à principiis sani & boni in homine: Album autem & rectum in vtrisque ex eisdem accipitur principiis, superficiæ scilicet, & lineæ. Si enim superficies plana & pura quæ vbique in se diffusum recipiat lumen, nulla parte alteram obumbrante, tam in homine quam in pisce causa albedinis est. Si vna linea non exeat ab extremis, causa rectitudinis est in vtroque. Vnde scientia vna albi & recti est in pisce & in homine, sed non vna scientia sani & boni: quia, sicut ante diximus, eadem sunt principia essendi & cognoscendi: & vbi differunt principia essendi, necesse est cognitionem sensus differre. Prudentia ergo quæ est cognitio conferentium pisci, differt à prudentia quæ est cognitio conferentium homini. Sapientia autem cum sit de his quæ nullam in se materiam concipiunt, necesse est vnam & eandem esse in omnibus, piscibus scilicet & hominibus & aliis omnibus. Vnumquodque enim animalium & entium vel instinctu naturæ vel signo aliquo vel loquela hoc diceret sibi esse prudens & prudentissimum, quod est bene & optimè speculans omnia circumferentia quæ sunt circa ipsum: & si suum regimen alicui concedere deberent præter seipsum, illi concederent se esse regenda, sicut femina regimen suum concedet masculo: eod quod masculus prudentius prouidet conferentia femina, quæ femina prouideat sibi ipsi. Quod autem optimè speculans circumferentia vnicuique, prudens sit, patet tali signo: quia etiã inter eas quæ sunt in numero bestiarum, maximè prudentes esse dicimus, quæ quamuis prouisionem non habeant, tamen ex instinctu naturæ prouisionem virtutis potentiam ostendunt in eo quod congregant conferentia sibi, sicut formica, & apis, & aranea. Formica enim & apis ad casas congregant: aranea autem retia tendit in capturam.

Patet igitur, quoniam sapientia eadem non potest

potest esse cum politica : quia si daretur, quod sapientia esset circa vitia quæ vnicuique conferentia sunt, sequeretur, quod multæ essent sapientiæ. Non enim vna potest esse sapientia circa bonum cuiuslibet animalis, sed altera & altera esset circa singula animalia: nisi forte concederetur per inconueniens, quod vna esset scientia medicinalis omnium, quod valde inconueniens est. Medicina enim est de conceptis cum materia secundum materiam diuersitatem, necesse est medicinas diuersas esse non tantum materialiter, sed etiam formaliter secundum diuersitatem principiorum eorum quæ sana & ægra sunt in omnibus. Omnes tamen illæ medicinæ sub vna quadam & communi medicina continentur. Patet igitur, quod sapientia & prudentia secundum subiecta differunt.

Obiectionis vacua dilutio.

Si autem aliquis dicat & opponat: quoniam optimum inter animalia homo est: & ideo scientiam de homine nobilissimam esse: non refert. Quamuis enim animalium terrenorum optimum homo sit, tamen in mundo multa sunt diuiniore secundum naturam quam homo sit. Verbi gratia ea quæ manifestissima, & ex quorum totalitatibus mundus constat, sicut spiritus cælestes, & elementa. Elementa enim quamuis in parte corruptibilia sunt, tamen in totalitatibus suis manent incorrupta. Non enim alia corrumpuntur quæ ante se sunt: quia elementum est, ut dicit Aristoteles, quod secundum formam non corrumpatur in formam aliam. Propter quod multi dixerunt, quod elementa reiterantur secundum substantiam incorruptibilem motam: quia etiam in compositis & in mixtis, quamuis ab excellentiis qualitatum remoueantur, tamen non remouentur à substantiali forma. In circulari autem generatione qua vnum ex alio generatur, in contabus sphaerarum suarum generantur abinuicem & corrumpuntur, in totalitatibus autem manent. Et sic patet, quod homine diuiniore sunt in quantum incorruptibilia sunt: potius enim cum priuatione rem quiescere non sinunt, nec in eodem statu permanere, & diuinum esse participare. Tali autem potentiam multum subiacet homo.

Quamuis autem hæc dicamus diuina, quia permanentiora sunt: posset aliquis dicere, quod homo diuiniore est: quia anima rationabili participat. Sed hoc secundum Philosophos non valet. Antiqui enim Philosophi & maxime Platonici & Stoici vnicuique corporum cælestium dederunt animam rationem & intellectum & prudentiam: & adiungunt, quod vnumquodque eorum habet cognitionem eorum quæ sunt sibi bona, & desiderium, & prouidentiam, & studium: & si hoc est, nobilior est prudentia eorum, quam prudentia hominis. Hoc autem dixerunt Platonici: quia videbatur eis, quod non possent intendere hunc motum huius naturæ vel illius, nisi cognitionem haberent omnium figurarum motus ex coniunctionibus & prauentionibus eorum quæ in æquali velocitate & in æquali tarditate virtutes suas influunt eidem & circa idem: & non posse cognoscere hoc nisi prouisa sint, nec prouisa esse posse nisi sint imaginata & ad

materiam determinata: propter quod animata imaginatiuam cælestibus diuidunt. Hoc autem Aristoteli Peripateticis non placuit, qui viderunt motus cælestium vniiformes esse & regulares: vniiforme autem & regulare à principio difformi esse non potest: imaginatiua autem anima principium difforme est: imaginatiua enim multiplicia sunt. Dixerunt ergo, quod motus sphaerarum cælestium ab intellectibus sunt, qui vniiformes sunt & simplices. Motus autem materiam diuersus qui in elementis est, ex diuersitate causatur figurarum & respectuum, quæ sunt ex superioribus ad inferiora. Patet ergo ex dictis, quod sapientia est scientia & intellectus honorabilissimorum secundum naturam, & quod differt à prudentia.

CAPVT XXII.

De probatione per signum, quod sapientia non sit prudentia.

Propter ea autem quæ dicta sunt, Anaxagoram Italicum Philosophum, & Thalem Miletium, & similes eis Philosophos sapientes quidem eos esse dicimus: prudentes autem non dicimus: eod quod vidimus eos ignorare conferentia sibiipsis & negligere. Superflua autem & inutilia ad vitam hominis, quæ tamen admirabilia sunt & difficilia ad sciendum & intelligibilia, videmus eos optime scire & multam curam illis impendere, quæ multi inutilia reputant, eod quod ad hominis vitam non conferunt: nihil autem bonum reputant nisi conferens. Prudentia autem circa humana bona est per nos operabilia, de quibus etiam est consiliari: quam prudentiam Anaxagoras & Thales non habuerunt: propter quod ab vno eorum admirabilibus intendenti, cum post multum tempus ad sua reuerteretur, & omnia inuenisset inculta & instructa, & quæreretur quare sic sua neglexisset, respondit inconueniens, Si hæc valerent, ego non valerem, intendens quod si prudentialibus intendisset, à sapientialibus animum reuocasset, & sic admirabilium non haberet notitiam. Prudentia enim circa consiliabilia est: & hoc opus quod dicimus bene consiliari, maxime prudentis est. Nullus autem consiliatur de impossibilibus aliter habere, neque de his consiliatur quæ non possunt referri ad aliquem finem. Diximus enim in tertio, quod de fine nullus consiliatur: & si etiam possunt referri ad finem de quibus est consilium, oportet quod ille finis sit operabile bonum. Hæc autem omnia in antecedentibus probata sunt. Si autem prudentis est consiliari, sequitur quod simpliciter & vniuersaliter bonus consiliator est, qui secundum rationem consiliatiuam coniectatiuus est optimi inter ea quæ operabilia sunt ab homine. Sapientia verò de nobilissimis est impossibilibus aliter habere, quorum nullus est finis, & non sunt operabilia homini. Sapientia igitur prudentia non est.

37. Anaxagoram Thalem & similes sapientes quidem dicimus, non autem prudentes.

CAPVT XXIII.

De differentia sapientia & prudentia quæ penes hoc accipitur, quod sapientia vniuersalium tantum est, prudentia verò etiam particularium.

38. Sapientia solum vniuersalium, prudentia vero & vniuersalium & singularium.

Adhuc autem prudentia non solum vniuersalium est, sed oportet prudentiam etiam singularia cognoscere in quibus est actus. Prudentia enim actiua est: actio autem circa singularia: quia in singularibus est, hoc est, circumstantiis circumstantibus negotia & operationes humanas. Quod autem hæc duo prudentiæ sint, ex hoc probatur, quod sæpè videmus ea diuisa esse. Quidam enim sunt rationes operabilium non scientes, & tamen magis actiui sunt in prudentialibus, magis in aliis experti sunt. Expertus autem circa aliena, vel magis cautus vel directius operans efficitur circa propria, quamuis ignoret communes regulas operabilium. Verbi gratia si enim aliquis sciat in vniuersali, quoniam leues carnes & bene digestibiles sunt sanæ, ignoret autem in particulari quæ vel quales carnes leues sint, ex tali vniuersali scientia non perficiet sanitatem. Si verò sciat, quoniam talium volatilium carnes leues sint, & sic vel sic bene præparatæ digestibiles, ex hac experientia sanitatem perficiet. Similiter autem est in prudentia. Prudentia enim actiua est sicut & medicina: propter quod oportet ambas habere in prudentia, scilicet vniuersalium & singularium cognitiones, si perfecta debeat esse prudentia: vel si altera desit, & operari debeat, magis oportet habere singularium cognitionem: quia sine hac nihil operari potest. Cum autem ambæ sint in prudentia, vna erit architectonica, hoc est, princeps & ordinatiua alterius: altera autem vsualis & ordinata. Quæ enim circa vniuersalia est, theorica & architectonica est: quæ verò circa singularia, vsualis est & practica.

CAPVT XXIV.

Quod politica & prudentia sunt idem habitus, differentes à sapientia.

39. Prudentia multe sunt partes.

Sunt autem politica & prudentia idem habitus: esse autem non est idem ipsis. Homo enim homo est & ciuis: & ideo conferens homini, non perfecte confert nisi perfecte conferat & ciui: & ideo habitus qui est de conferentibus homini, sub se continet habitum qui est de conferentibus ciuilitati. Eius autem cognitionis quæ circa conferentia ciuilitati, duæ partes sunt. Vna quidem quæ dicitur legispositiua, quæ in ciuilibus est similis prudentiæ architectonica: ordinatrix enim est omnium eorum quæ circa ciuilia sunt. Alia autem pars eius est experimentalis circa singularia cuiuslibet conferentia: & hæc commune nomen retinuit tanquam

proprium: politica enim vocatur. Et huius adhuc duæ partes sunt. Vna quidem consiliatiua, quærens quidem secundum positas leges quibus vtile sit. Alia verò actiua, in operatione ponens id quod per consilium inuentum est. Huius autem probatio est, quod sententia consilij, extremum consilij est, & est ante opus: quia determinatio operabilis est: quod autem extremum est vni, eidem non potest esse principium. Oportet ergo, quod executiua & consiliatiua duæ partes politicæ sint. Propter quod etiam solos illos qui actiui sunt, ciuilitate & optime oportet conuersari. Hi enim soli secundum ciuilia operantur, sicut chyrotechnia operantur secundum artem: chyrotechnia enim in artibus ad theoreticam se habet sicut practica, & sicut actiua in ciuilibus ad consiliatiuam.

Differentia tamen est in his: quia prudentia maxime videtur esse circa ea quæ sunt homini per se solum existenti conferentia: hæc enim est cui nomen prudentiæ maxime deputatur. Aliarum autem prudentiarum quæ sunt circa conferentia homini, non secundum quod est per se solum, sed secundum quod est domesticus vel ciuis, alia est denominatio: quæ enim habent curam domus communicans conferentia domui, vocatur œconomica: quæ autem coniectat bona ciuilitati, vocatur legispositiua, si coniectat ut præordinatrix ciuium: si autem coniectat bona ciuibus secundum leges positas, vocatur politica nomine communis, & duas partes habet: consiliatiuam scilicet, & iudicatiuam. Iudicatiuam autem dicimus determinatiuam poenarum & præmiorum ad opera & merita ciuium.

Patet igitur, quod quædam species cognitionis prudentiæ est scire & coniectare sibi ipsi bona & conferentia. Sed multam habet differentiam cognitio conferentium: & propter hoc qui sciens est & exercitans se circa sibi ipsi bona, videtur propriè prudens esse. Politici autem aliquas habentes cognitiones conferentium ciuitati, polipracmones vocantur. Polis enim est ciuitas, pracmones operatores, quasi circumferentia ciuitati operantes. Propter quod Euripides in iâbicis suis metris secutus hanc opinionem dixit, Qualiter vtrique essem prudens, cum mihi ad heram innegotiosè: & cum essem in multis numeratus, ut multitudini intenderem, negotiosus fui participare iudicia æquali siue multitudini mihi commissa proportionari? Hoc autem dixit tanquam superflue, sicut qui ad aliquid vtile amplius operantur, quam quod vtile sibi ipsi solum. Et sic videtur confirmari opinio, quod prudentia sit circa bonum homini per se solum existenti. Oeconomica enim non sibi solum intendit, sed omnibus ad domum pertinentibus, qualiter scilicet constituantur, conferentur, & multiplicentur. Politica autem ciuitati vel prouinciæ intendit qualiter plurificetur & in bonis augeatur & conferuetur. Tales autem prudentes sibi ipsi bona quærunt, & existimant oportere sibi bona quærere & operari. Superfluum autem esset alienis occupari. Ex hac igitur opinione venit tales sibi ipsi intendentes prudentes esse & non alios: quamuis

40. Videtur ea maxime prudentia esse, quæ quærit sibi ipsi bona proficere.

41. Vna species prudentiæ est cognoscere quæ sibi ipsi bona sunt: at id magnam differentiam habet.

Qui namque prudens sum, negotio sine licet inter milites cui uerere, Equæque partem habere curatis ex bonis.

quamvis fortè hoc proprium non sit prudentiæ: quia perficere non potest sine æconomica & sine vrbantate. Cuius probatio est id quod dicit Aristote. in politicis, quod homo solitarius peior est quam esse potest, vel melior homine: erit enim vel Deus, vel bestia. Si enim nullo indiget, Deus est: si autem paucis quæ natura vltro offert, contentus est, bestia est. Dicit enim Auicem. quod nullum cibum sufficienter natura præparat homini nisi lac. Si ergo multis indiget ad cibum & vestitum & alia commoda quæ solus præparare non potest, patet quod homo secundum se solus, conferens sibi providere non potest. Sed oportet, quod inter ciues civiliter viuat in commutationibus & distributionibus, & domesticam casam habeat.

Adhuc autem homo secundum se solus apud se manifestum non habet, qualiter enim oportet disponere & intendere suo proprio bono. Bonum enim proprium & priuatum ordinatur ad domesticum: domesticum autem ad bonum ciuitatis. In primo autem huius scientiæ libro determinatum est, quod quæcumque potentiæ tales ordinantur ad vnam aliquam, omnes sub illa continentur sicut sub architectonica quadam & ordinatrice aliarum. Bonum ergo priuatum non potest disponi sufficienter, nisi per æconomicam, nec bonum æconomicum ordinatur nisi per civile: & si sine civili æconomica proprio bono intenditur, manifestum non erit, qualiter bonum hoc disponatur, quod ad optimum perfectum hominis perueniat.

CAPVT XXV.

De differentia sapientia & prudentia sumpta penes hoc quod diuersorum sunt perfectiones secundum ætatem.

Quod autem prudentia non solum vniuersalium sed etiam singularium sit, signum est, quod iuuenes in experti bene sunt geometrici, & bene disciplinati in scientiis disciplinabilibus, & bene sunt sapientes in talibus particulari sapientia. Iuuenis autem prudens non videtur fieri. Et causa huius est: quoniam, sicut diximus, prudentia non solum vniuersalium, sed etiam singularium est cognitio. Singularia autem cognita non fiunt nisi per experientiam. Iuuenis autem propter ætatis breuitatem & instabilitatem expertus esse non potest. Multitudo enim temporis requiritur ad hoc vt experimentum probetur, ita quod in nullo fallat: vnde Hippocrates in medicinalibus loquens hoc ipsum innuit dicens, Vita breuis, ars verò longa, experimentum fallax, iudicium difficile est. Oportet enim experimentum non in vno modo, sed secundum omnes circumstantias probare, vt certe & recte principium sit operis.

Et quamvis non sit de presenti intentione, tamen quia de hoc mentio facta est, non inutiliter intendat aliquis querere, propter quid

puer siue iuuenis in adulta existens ætate, ita quod rerum possit comprehendere rationes, bene sit mathematicus: sapiens autem vel physicus in tali ætate fieri non potest. Quæri enim potest, vtrum hoc sit propter hoc quod mathematica in abstractione sunt, sapientialia autem & physica per experientiam accipiuntur. Vnde sapientialia & physica bene discunt iuuenes vt audita: sed non credunt plena fide: eod quod sunt in experta. Omnia enim quæ sunt de genere mathematicorum, talia sunt, quod definitio dicēs quid & propter quid in eis, est manifesta & stat in vno, & vno modo inuariabilis, secundum comparationem ad multa: & hæc est vera causa eius quod queritur: quia iuuenis propter ætatis puritatem intellectum habet optimè dispositum. Intellectus autem bene dispositus per seipsum applicabilis est formis intelligibilibus: & idcirco quæ intelligibilia sunt & intellectui hominis proportionata, optimè accipit iuuenis: quæ autem in sensibilibus spatia sunt, & multa indigent collatione & proportionem ad vnum tempus indigent, & multa examinatione antequam certe credantur. Similiter ea quæ intellectui hominis proportionata non sunt: eod quod quæ ante ipsum sunt, ab intellectu hominis non accipiuntur, nisi per posteriora, scilicet per effectus & signa, quæ etiam in particularibus & singularibus experiri oportet: ideò sapientialia à puero vel adulto certitudinaliter non accipiuntur.

Ad omnium autem horum notitiam notandum est, quod physica omnia diffiniuntur concepta cum materia: quorum autem sedes & firmamentum materia est, in suis rationibus & quidditatibus variantur secundum materia variationem: & tales sunt omnes formæ quæ sunt actus & perfectiones corporum. In talibus enim quamuis forma finiat & determinet materiam, tamen non fundat eam in esse quod dat ei esse, sed variationi subiecta propter potentiam quæ non separatur ab ea, etiam ipsum esse & quidditas variabilia efficiuntur: propter quod Heraclitus dixit, quod de talibus posset nihil verè pronuntiare. Tales autem formæ sunt natura & naturales vitæ quæ sunt sensus & vegetationis: & ideò talia comprehendere non possunt certa comprehensione, vt dicunt Prolemæus & Boëtius: & id quod scitur de eis, multo experimento indiget & multa examinatione, quæ iuuenis non habet. Mathematica autem per seipsa secundum suas quidditates separata sunt: & si per se non essent separata: tunc proculdubio abstrahentium esset mendacium sicut & in physicis. Si enim accipiamus circulum vel generaliter figuram, dicentes quod circulus est figura plana, vna linea contenta, in cuius medio signum, à quo omnes lineæ ductæ ad circumferentiam, sunt æquales, concipitur hoc siue sensibili materia: propter quod vna ratio est circuli siue sit ligneus, siue cupreus: & sic est in omnibus mathematicis tam discretis quam continuis. Mathematica enim per hoc quod sunt separata, per se intelligibilia sunt: per hoc autem quod ex quæritate sunt, facile sunt intelligibilia ab homine: eod quod intellectus hominis imaginationi coniunctus

CAPVT XXVI.

De differentia prudentia, scientia, & intellectus.


Quod autem prudentia non sit scientia, manifestum est. Prudentia enim extremi est singularis, quemadmodum dictum est: nihil enim operabile est, nisi extremum, quod vltimo scilicet & consilio determinatum est. Scientia autem vniuersalium est. Propter quod iuuenis sciens esse potest, prudens vero non. Prudentia opponitur intellectui in hoc quod intellectus quidem terminorum est, definitionum scilicet, & principiorum, quorum non est ratio siue syllogistica siue diffinitiva, sicut patet per antedicta. Prudentia autem extremi singularis, cuius non est scientia, sicut paulò ante diximus: sed sensus de talibus est, non quod sensus proprius qui propriorum est sensibile, sed sensus communis qui compositius & diuisius & iudicatus est vniuersaliter sensibile, hoc est, sensus cum quo sentimus, perfecte iudicium sensibile apud nos habentes. Quod enim tale sensibile extremum sit, per simile patet in mathematicis. Si enim figuræ angulatae resoluantur, resolutio stabit in aliquo extremo quod non resoluitur in aliquam figuram ante se: & hoc est trigonum. Omnis enim figura angulata in rot trigonos resoluitur, quot habet angulos: trigonus autem non resoluitur in aliam figuram: eod quod illic stat resolutio. Similiter est cum consilium sit per modum resolutionis, stabit in aliquo vltimo singulari operabili quod sensu communi determinatur. Ille enim sensus per iudicium sensibile quod habet, magis vt prudentia est. Alius autem sensus qui proprius est, alia species est nutrians quidem sensibile, sed non diiudicans ipsum. Sic ergo differunt prudentia, intellectus, & scientia.

42.
Peccatum in prudentia est duplex.

coniunctus est. Diuina verò nullo modo entitates suas habent in materia, nec fundantur in ea: quinimo in seipsis existentia omnia alia fundant & continent, tam mathematica, quam physica: & ideò illa abstractione non indigent vt intelligibilia: sunt: quia penitus per se deparata sunt, sicut intelligentiæ quæ per se causæ sunt rerum, omnes res fundantes, & intus fundatæ nullis: propter quod etiam anima rationalis quæ vere intellectualis est, in homine fundat corpus quod materia eius est, & continet non contenta ab ipso, sed separata, cum nullius corporis sit actus, sed intelligentiæ imago super omnes formas naturales eleuata. Quamvis autem iste modus abstractionis sit per diffinitionem & quidditatem & esse: est tamen adhuc & alius modus quo vniuersale abstrahitur à particulari: & iste in omnibus est tam physicis, quam mathematicis, quam diuinis: & iste fit per intellectum abstrahentem, hoc est, veram rei naturam accipientem simpliciter, non secundum esse quod habet in isto vel in illo.

Ex his igitur sufficienter patet solutio questionis inductæ. Ad propositum ergo reuertentes dicimus, quod quia prudentia circa vniuersale est & particulare, & idcirco duplex peccatum incidit in ea. Peccatum quidem circa vniuersale accidit in consiliando: quia scilicet non inuenitur quod vniuersale est ad finem. Peccatum autem quod accidit circa singularia, accidit in operando: quia scilicet sufficienter expertum non est. Huius autem exemplum est: quia circa vniuersale peccat, qui omnes ponderosas aquas prauas dicit esse. Contingit enim in aliquo casu ponderosam aquam esse vtilem. Alterius autem exemplum est de eo qui dicit hanc aquam ponderosam esse, quæ fortè ponderosa non est, sed similis ponderosa.

TRACT



TRACTATUS III.

De virtutibus adiunctis prudentia.

CAPVT I.

De eubulia in quo sit genere.

Post hæc de virtutibus adiunctis prudentia dicendum est. Quia autem omnes sunt circa ea quæ sunt per nos operabilia, de quibus est consiliari, oportet de ipso quædam consiliari dicere.

Quætere enim & consiliari se habent sicut inferius & superius. Omne enim consiliari quætere est, sed non conuertitur: est enim quætere speculatiuum de sensibilibus de quibus nõ est consiliari: consiliari ergo est quoddam quætere. Cum autem de prudentia iam dictum sit, & prudentis opus sit bene consiliari, oportet assumere ad dicendum de eubulia quid sit, & utrum sit scientia quædam vel opinio vel eustochia vel aliquid aliud in genere existimationis, quod sit genus eius per quod possit diffiniri. In diffinitione enim primum genus inuestigandum est.

45. *Eubulia non est scientia.*
Scientia quidem igitur non est. Scientes enim non quærent de quibus iam sciunt. Sciunt enim de conclusione: & de illa quæstio ulterius non est. Quamuis autem conclusionem in quæstione & admiratione ponerent. Eubulia autem consilium quoddam est. Omnis autem consiliarius in eo quod consiliarius quærit & ratiocinatur de quæsitis, quæ sit scilicet disponens & ordinans, & eliciens quid utile ad finem, & quid non. Et consiliarius in eo quod consiliarius, in nullo stat sicut de necessitate conclusio. Patet igitur, quod eubulia non est scientia.

46. *Eubulia non est eustochia.*
Similiter patet, quod eustochia non est. Videtur enim eustochia ab eo quod est bene, & stochios quod est coniectatio: inde eustochia, quasi bona coniectatio. Bona autem coniectatio in hoc est, quod aliquis statim & sine præmeditatione & sine inquisitione repente videt quid utile & quid inutile sit: quos nos Latine sagaces consueuimus appellare. Patet igitur, quod eustochia sine ratione est, & sine inquisitione, & velox. Qui autem consiliarius, quia dubitant, & inquirunt & indigent multo tempore: & idem prouerbium est antiquum, quod consiliarius velociter operanda & implenda sunt: consilium autem cum mora & grauitate debita inueniendum est. Manifestum est igitur, quod eubulia eustochia non est.

47. Adhuc autem solertia alterum est ab eubu-

lia. Solertia enim in se continet eustochiam: est enim eustochia quædam solertia. Solertia enim proprie & communiter dicitur. Proprie dicta dicta solertia est indeliberata & impræmeditata inuentio medij termini qui est causa conclusionis: & hoc modo dicta solertia scientia adiungitur & non prudentia. Communiter dicta solertia est prompta inuentio & indeliberata causarum & rationum ad quodcumque priorum: & sic qui rationes operabilium promptas habet, solers vocatur: & hoc modo eustochia quædam solertia est: & cum eubulia non sit eustochia, sequitur, quod non sit hoc modo dicta solertia.

48. *Eubulia non est solertia.*

Neque etiam opinio eubulia est quocumque modo opinio dicatur, siue scilicet ea quæ videtur pluribus, siue ea quæ videtur sapientibus, siue quocumque alio modo dicatur. Hoc autem probatur per hoc quod non eadem accidunt opinioni & eubulie. Rectitudo enim & peccatum eubulie accidunt quæ sub eadem ratione non accidunt scientia & opinioni: qui enim male consiliatur, peccat in consilio: qui autem bene consiliatur, rectus est in consiliando.

49. *Eubulia non est opinio.*

Manifestum est autem, quod eubulia quædam rectitudo consilij est. Et hoc patet ex ipso nomine, quod componitur ab eo quod est bene, & buli quod est consilium. Vnde eubulias idem est quod bona consiliatio. Bona autem consiliatio recta est: eod quod per ipsam recte attigitur finis. Talis autem rectitudo neque scientia neque opinio est. Et quod scientia non sit, per hoc patet, quod opposita nata sunt fieri circa idem. Si ergo rectitudo scientia accideret terminis, etiam accideret eis peccatum aliquando: quod falsum est: scientia enim diuiditur vero & falso, & non recto & peccato. Quamuis autem dicatur, quod opinionis rectitudo est: hæc autem rectitudo veritas est opposita recto & non peccato: præter hoc tamen omne cuius opinio est vel scientia, vel determinatum est in anima scientis vel opinantis. Qui autem consiliatur, nihil habet ut determinatum. Eubulia igitur neque scientia, neque opinio est, sed est rectitudo consilij: quod sic patet. Sunt enim opposita, eubulia & cacobulia. Item opposita, peccatum & rectitudo circa idem. Si ergo oppositum de opposito, & propositum de proposito: constat autem, quod cacobulia peccatum est in consiliando: ergo eubulia rectitudo in eodem erit. Neque eubulia semper verum considerat in consiliando si ciuilitate loqui velimus, sed considerat rectum ad finem, quod aliquando sit mendacio vel prodicione, quibus ciuis bene vitur

ad

ad inimicum, vel ut lædat, vel ut amicum ab eo eripiat. Vnde Aristor. in regimine dominorum, Cum inimicis omnia cum prodicione agenda sunt. Si tamen eubulia non est sine ratione: coniectatio enim rationis actus est: cunctatur autem eubulia & quærit: patet ergo, quod defectu intelligentia eubulia deficit à ratione. Ratio enim completa siue mens in hoc completa est, quod ex principiis propriam assumit conclusionem & stat in illa. Quærens autem consilium, in nullo stat: sed quasi ponderando procedit si hoc scilicet vel illud fiat, quid accidat: & idem in probando & certificando non habet perfectam operationem: sed est eius actus imperfectus quemadmodum generatio & motio. Qui autem opinatur, modo certo enuntiat de quo opinatur: quod non facit consiliarius. Opinio enim non quæstio: sed iam postquam opinatum est, enuntiat quædam est: consiliarius autem nequam enuntiat de aliquo: patet igitur, quod eubulia non est opinio. Omnis enim qui consiliatur, siue bene siue male consiliatur, quærit aliquid quod ad finem valeat, & ratiocinatur qualiter finis habeatur ex illo. Consilium enim in genere quæstionis est. Ergo & eubulia: & cum eubulia rectitudo consilij sit: & in hoc quod quærit, à scientia & opinione distinguitur. In hoc autem quod consiliando quærit, differt ab eustochia & solertia. Bene autem vel male consiliando quætere differentia constituitur sunt eubulie & cacobulie.

CAPVT II.

De differentiis constitutivis eubulie & de collectione diffinitionis eius.

Inuestigando autem differentias constitutivas eubulie supponimus ex prius habitis, quod eubulia quædam rectitudo consilij sit. Propter quod primum oportet quætere, quid sit consilium, & circa quid sit. Genus enim est quod in quid prædicatur, differentia autem quæ in quale. In diffinitione ergo primo oportet supponere quid sit genus: & hoc consilium est in diffinitione eubulie. Consilij autem substantia non melius sciri potest, quam ex subiectis circa quæ est: consilium enim animæ est actus. Actus autem & habitus & operationes animæ ex subiectis cognoscuntur circa quæ sunt. Habentes igitur genus, & volentes inuestigare differentias, ex parte rectitudinis oportet inuenire. Est enim eubulia rectitudo quædam consilij.

50. *Non omnis rectitudo eubulie est.*

Quia autem rectitudo multipliciter dicitur, manifestum est, quod non omnis rectitudo eubulia est. Incontinens enim & prauus id quod ut finem suæ voluntatis proponit sibi optimum esse, ordinabit etiam ex ratiocinatione qualiter consequatur. Patet igitur, quod ille recte consiliarius est: & tamen magnum malum voluntatis ut finem assumens est, sicut patet in Paride & Helena. Paris enim recte consiliabatur quando à venere requisit venerea. Magnum autem malum assumpsit pro fine, sci-

D. Alb. Mag. lib. 6. Ethic.

licet alterius thori violationem: & hoc non potest esse eubulia: quia bene consiliari, videtur omnibus quoddam bonum consiliari, ad quod consequendum omnis consilij dirigatur intentio. Eubulia enim non omnis consilij rectitudo: sed est rectitudo quædam quæ boni finis est adeptiua: quod non fuit in consilio Paridis.

Adhuc autem si boni finis sit adeptiua, & non per medium bonum, non proprie eubulia est. Contingit enim aliquando aliquem id quod sibi bonum est & opportunum, sortiri: & hoc falso syllogismo. Hoc autem contingit, quod medium terminum contingit falsum esse & non bonum & opportunum. Sunt enim duo quasi termini: appetens, & res quæ appetitur: quos contingit aliquando proportionatos esse, sicut si captiuus liberetur, vel pauper appetat diuitias. Medium autem potest esse incompetens, sicut per adulterium cum vxore captiuatoris, vel diuitis, captiuus vel pauper quærat liberari vel ditari. Sicut enim in syllogismo veram contingit esse conclusionem medio falso in vna vel vtraque propositione assumpto: sic & in moralibus contingit esse medium incompetens, extremis tamen opportunè coniunctis. Si enim dicatur, quod quicumque captiuus est, illi opportuna est liberatio & opportuna eam desiderat, verum est quod dicitur. Si autem assumam, quod omne per quod sortiri potest liberationem, opportunum sit, non semper verum sit. Malo enim quod non est opportunum, bonum sortiri contingit, & bonum sortiri malo medio cacobulia est. Eubulia igitur non est nisi & bonum sortitur bono medio.

51. *Non omnis consiliatio quæ bonum assequitur, eubulia est.*

Adhuc autem contingit, quod consiliarius in multo tempore & pluri quam oportet, sortitur quod intendit. Contingit autem, quod alius velociter & minori quam opportunum est ad consilij maturitatem, sortitur propositum. Primum quidem pigrum vel hebetem vel stolidum appellamus, qui plurimo tempore non inuenit quod faciendum est. Secundum autem appellamus præcitem. Cum autem vtrumque sit malum, constat quod vtrumque cacobulia est. Eubulia igitur neutrum illorum, sed rectitudo vtriusque, quæ tanti temporis est, quantum ad maturitatem consilij utile reputatur, & est de re cuius oportet esse tale consilium, & ut oportet & quando oportet, & de aliis circumstantiis similiter.

52. *Eubulia est, quæ quis assequitur quod oportet, ut ei oportet.*

Adhuc contingit consiliari de eo quod simpliciter bonum est, & contingit consiliari ad quendam finem boni specialis. Bene enim consulere simpliciter, est bene consulere ad finem qui simpliciter finis est & vniuersaliter, sicut est felicitas, ad quem finem quis bene consulit quando proponit & ordinat ea quæ simpliciter dirigunt in finem illum, sicut faciunt virtutes & virtutum operationes quæ essentialiter saluantur in felicitate. Quædam autem bona consiliatio est, quando aliquis proponit & ordinat ea quæ dirigunt in bonum quoddam quod non simpliciter bonum est, sed est bonum simpliciter vel seruans, vel adiunans, vel impeditum prohibens, sicut sunt diuitia vel potentatus.

53. *Quædam eubulia absoluta est, & quædam particularis.*

Ex his igitur facile est concludere diffinitionem

54. *Eubulia diffinitio.*

Y tionem

tionem eubulie. Eubulia enim utique erit re-
ctitudo, quæ est secundum utile & conferens,
dirigens ad finem simpliciter vel ad quandam
finem, cuius prudentia vera suspensio est. Om-
nis enim eubulia finem habet talem, cuius pruden-
tia vera suspensio est siue conceptio est, &
è conuerso, omne consiliabile cuius prudentia
vera conceptio est, eubulie finis est. Secun-
dum prædicta prudentia sine errore se habet
circa appetibilia & consiliabilia: eò quod
quæcumque proposuit prudens, & meditatus
est, & mensurauit ad finem adaptionis propo-
si, omnia illa opportuna sunt & utilia: & modi
per quos tales fines adipiscuntur, omnes sunt
opportuni & finibus concordantes. Adinuen-
ta enim sunt à prudentia quæ est habitus bo-
nus, bonum eligens propter seipsum. Hæc igitur
est definitio eubulie.

CAPVT III.

De synesi & asynesia, quid sint.

54.
Synesis non est
omnino idem
quod scientia
vel opinio.

DE virtutibus igitur adiunctis prudentiæ
est etiã synesis, cui asynesia opposita est.
Quod enim istæ qualitates sint & habitus ani-
mæ, ex hoc probatur: quia secundum istos
synetos & asynetos denominamus quales esse
quosdam significantes. Synesis autem non to-
taliter est siue vniuersaliter est idem quod
scientia, vel opinio. Si enim hoc diceretur, se-
queretur quod omnes scientes vel opinantes
essent syneti, quod falsum est.

55.
Sagacitas cir-
ca eandem est,
circa quæ est
prudentia.

Neque iterum synesis est aliqua vna particu-
larium scientiarum, quæ est de particulari ali-
quo scibili, etiam si scientia generaliter acci-
piatur secundum quod scientia diffinitur,
quod scientia scilicet est, quæ primorum & se-
cundorum ordinem habet: sicut enim etiam
continet artes. Omnis enim scientia & omnis
ars conceptio est eorum quæ apud ipsam tra-
duntur, ita ut hæc prima sit quidem, alia au-
tem secunda, ita quod secunda tradi non pos-
sit nisi præaratis prioribus. Hoc enim mo-
do medicina est particularis quæ synesis non
est. Si enim esset synesis media, synesis esset de
sanis vel ægris vel neutris, quod falsum est.
Per eandem rationem non est geometria. Geo-
metria enim est circa magnitudines immo-
biles, synesis autem neque de semper entibus &
necessariis est, neque de immobilibus, neque
est de factis in præterito: hæc enim etiam ne-
cessaria sunt: nec de factis cuiuscumque ad
nos non pertinentibus: sed est de operabili-
bus per nos, de quibus aliquis bene debet du-
bitare & consiliari. Propter quod manifestum
est, quod synesis circa eandem est, circa quæ est
prudentia.

56.
Synesis differt
à prudentia.

Non tamen idem sunt synesis & prudentia:
quia non eodem modo sunt circa idem. Pru-
dentia quidem enim de vltimo per consilium
inuento præceptiua est. Prudentia enim in
consilio finem non ponit, nisi quando inuenit
quando oportet agere vel non, & ultra illud
consiliando non procedit: sed hoc quasi de-
terminatū relinquit. Synesis autem hoc quod

à prudentia determinatum & præceptum est,
diiudicat qualiter optimè proficiat ad opus, &
qualiter optimè fiat. Synesis ergo iudicatiua
est solum eius cuius quod à prudentia præce-
ptum est: & quamuis hæc definitio non se-
cundum substantiam synesis, sed secundum bene
synesis data sit, tamen reprehensibilis non
est: quia idem est synesis & eusynesia: quod pro-
batur in denominatiuo. Dicimus enim idem esse
synetos & eusynetos: & sic concretum de con-
creto, & abstractum de abstracto prædicabitur.
Græcè enim synesis intellectus transferatur: cum
tamen non verè sit intellectus, sed potius intel-
lectus quædam perspicacitas, qua homo
optimè diiudicat qualiter bene in opere po-
natur quod à consilio prudentis præceptum
est: vnde dicitur à sin, quod est con, & nois
quod est mens, quasi ad vnum diuidendum
congregata mens: quod in bonis quidem est
synesis, in malis autem astutia vel calliditas, ni-
si quod calliditas magis sonat in dolum. Et se-
cundum primam quidem institutionem synesis
bonitas ingenij vocatur, secundum quam dis-
cipulus bene diiudicat præcepta doctoris.
Transumptum autem est ad iudicium quo be-
ne iudicatur præceptum datum ex consilio
prudentis.

Ex quibus patet, quod synesis neque est ha-
bere prudentiam, neque sumere prudentiam:
vtrumque enim ante synesim est. Est enim ha-
bere prudentiam & sumpsisse prudentiam ante
præceptum quod ex prudentia determinatum
est. Synesis autem post præceptum: eò
quod ipsa præcepti illius diiudicatiua est. Vn-
de quemadmodum discere à doctore in disci-
pulo dicitur sine Græcè, quando scilicet
discipulus scientia accepta à doctore perspicaci-
ter vitur: sic in moralibus perspicaciter uti
opinionem & in bene iudicare de his de quibus
prudentia est, alio quodam dicente & ex pru-
dentia determinante & præcipiente quid ope-
randum vel non operandum sit. Patet igitur,
quod synesis est in bene iudicare: eu enim ei
quod est bene idem est. Et hinc venit nomen
synesis, quæ dicitur cōgregata vel vnitamens:
congregatio autem mentis non est nisi ad diffi-
cile & bonum: malum enim facile est & sparsa
mente perficitur: vnde synesis idem est quod
eusynesia, secundum quam eusyneti nominan-
tur, transumpto nomine ex eo synesi quæ est in
discere: multoties enim dicimus bene discere
Græcè vocari sine quando discens bene
vitur & diiudicat audita.

CAPVT IV.

De gnome, quid sit.

EST autem virtus quædam quæ Græcè gno-
me dicitur, eò quod de gnosticis, hoc est,
cognitiuis virtutibus est. Quod autem habi-
tus sit in genere qualitatis, ex hoc patet, quod
secundum eam eugnomonos denominamus
bene gnosticos sic vocantes, & illos dicimus
habere gnosticum ut habitum, qui alicuius
virtutis animæ perfectio est. Secundum hoc
igitur

57.
Sagacitas non
est idem ac
habere vel
accipere pru-
dentiam.

58.
Gnome siue
sententia
est boni &
aqui viri re-
ctum iudi-
cium.

igitur gnomos est iudicium rectum iusti qui
Græcè epicheios vocatur: ita quod epicheia
executiua sit eius quod gnomos iudicat esse
faciendū. Verbi gratia præcipit lex muros non
esse diruendos: videt aliquis securitatem mu-
rorum cuius esse causam resolutionis &
mollitici: & sic ciues viles & imbelles fieri,
per gnomos muros iudicat esse diruendos, ut
necesse sit ciues in armis exercitari: quod le-
gislator iudicaret si præsens esset: hoc autem
exequitur epicheia. Signum autem eius quod
dictum est, hoc est, quod epiches maximè di-
cimus esse singnomonicos: & dicimus, quod
epiches circa eandem habet singnomos: ha-
bet enim circa pericula emergentia quæ atten-
dere non potuit legislator cum legem com-
munem poneret. Singnome enim iudicatiua
est epichis: recta autem singnome vocatur,
quando iudicium verum est & veri. Videtur
autem à sin quod est con, & gnome, quasi con-
gregata gnostica virtus, qualiter id quod de
novo emerit, optimè fiat, & si hoc contra le-
gem sit. Tres igitur sunt quæ ex parte pruden-
tiæ accedunt virtutes adiunctæ: vna quidem
in actu eubulia: vna vero ex hoc quod ex actu
prudentiæ determinatum est & præceptum,
scilicet synesis: vna quæ in re quæ prudentiæ
subiacet & à legislatore determinari non po-
tuit, scilicet gnome. Ad sapientiam autem &
intellectum & scientiam taliter adiunctæ vir-
tutes & adminiculantes ordinari non pote-
rant: eò quod intellectus est acceptio siue me-
dio: sapientia autem & scientia est medium
habent, habent tamen vno modo.

CAPVT V.

De differentia horum habituum
abiniuicem.

59.
Omnes hi ha-
bitus rationa-
biliter in idem
tendunt.

Sunt autem omnes isti habitus rationabili-
ster in idem tendentes. Dicimus enim gno-
mon & synesim & prudentiam & intellectum
practicum, omnes hos habitus in eosdem ho-
mines inferentes: quos enim dicimus habere
gnomen siue gnosticos, eos etiam dicimus ha-
bere intellectum practicum & esse prudentes
& synetos. Omnes enim isti habitus habitua-
les potentia quædam sunt, quæ negotiatur cir-
ca singularia in quibus est actus vel operatio:
& hæc extrema sunt: eò quod syllogismus
practicus, stat ad ipsa, sicut in antehabitis
sæpè dictum est. Adhuc autem in eo quod bene
quis iudicatiuus est de quibus prudens bene
præcipit, synetos quis est: & in simili iudi-
cio dicimus eugnomen & signomen. Iudicat
enim de his quæ alius per prudentiam dirige-
ret hic quæ communia sunt & ad communem
utilitatem referibilia, sicut omnia iusta cum
epicheia de numero communium bonorum
quæ communiter ad omnes pertinent in eo
quod ad alterum secundum rationem debi-
ti referuntur, sicut in quinto libro determi-
natum est. Omnia autem talia sunt operabilia
quæ sunt circa singularia & extrema: hæc enim
oportet cognoscere prudentem: eò quod pru-
D. Alb. Mag. lib. 6. Ethic.

dés actiuus est & in singularibus est actus. Sy-
nesis autem & gnome circa eadem operabi-
lia sunt, sicut sæpè dictum est. Hæc autem ope-
rabilia sunt extrema. Omnes ergo dicti habi-
tus circa extrema & singularia.

Aliter tamen intellectus est extremorum
quam alij habitus: intellectus enim, siue sit
speculatiuus, siue practicus, in vtramque par-
tem extremorum est. Est enim primorum prin-
cipiorum, siue sint axiomata, siue termini, hoc
est, definitiones, immediata applicatione
acceptiuus, siue illa principia sint contempla-
tionis, siue operationis. Hæc autem principia
extrema sunt ascendendo: quia in eis stat re-
solutio. Intellectus etiam extremorum singu-
larium in quibus est operatio, & hic est intel-
lectus practicus, hic enim actiuus est: & idem
singularium oportet habere cognitionem.
Speculatiuus autem & conclusiones habet pro
extremis in quibus stat decursus syllogisticus
à principiis deductus: talium autem extremorum
non est ratio quæ cum rationatione est:
talis enim ratio non accipit nisi per medium:
intellectus autem immediata est acceptio veri.
Speculatiuus quidem intellectus, qui secun-
dum demonstrationes est terminorum primo-
rum immobilium & necessariorum: practicus
autem est extremi singularis & contingentis,
& est magis alterius propositionis quam pri-
mæ. Prima enim in decursu syllogistico & in
operabilibus vniuersalis est, & frequenter fal-
sa vel dubia. Secunda autem siue minor, quia
singulari vicinior est, particularis est & magis
principium operis. Propter quod & rhetores
in enthymematibus suis tacent maiorem, & ex
minori concludunt: eò quod minor singulari
proposito vicinior est. Illæ enim propositiones
sunt principia eius quod est gratia finis, pro-
pter quod quaritur & sit omne quod quis
quærit & operatur. In talibus enim vniuersale
accipitur ex singularibus in quibus respersum
& confusum est: nec multum separatur ab eis,
sed accipitur secundum conditionem singula-
rium in quibus est actus. Horum igitur singu-
larium in practicis oportet habere sensum.
Sensum autem dico experimentalem cognitio-
nem sensibilem. Hic autem sensus intellectus
est practicus ad sensibilia.

Horum autem exemplum est quod fecit De-
mosthenes ad Athenienses concionans & per-
suadens Philippo non esse confederandum,
in singularibus ostendens quomodo Philippus
terras Atheniensium depopulatus sit, casalia
intenderit, ciues occiderit, hostibus eorum
semper coniunctus fuerit, ex his concludere vo-
lens, quod Philippus ad nocumentum Athe-
niensium semper intenderit. Et ex hoc vniuersale
finit, quod ei qui intenderit ad nocumen-
tum, confederandum non sit. Philippus au-
tem intendit nocumento. Ergo Philippo
confederandum non sit. De differentia
practici & speculatiui intellectus
saris in præmissis huius ope-
ris à nobis di-
ctum est.

60.
Intellectus in
vtramque par-
tem extremo-
rum est.

CAPVT VI.

Quod istæ virtutes quodammodo naturales sunt.

61.

Propter hoc autem quia omnes istæ virtutes in iudicio singularium consistunt, etiam naturales esse videntur, non quod cum natura datæ sint, sed quia in quadam ætate accedunt homini. Hoc autem non est in aliis: per naturam enim intellectus non dicitur esse sapiens vel sciens: oportet enim in his esse vel inuentionem vel doctrinam. Gnomum autem habet & synesim & intellectum practicum & etiam prudentiam & cubiliam in quadam ætate per naturam. Hæc autem ætas est, quæ ad optimum deducit iudicium de singularibus, ad quod tria exiguntur, scilicet complexio iudicantis, acceptio iudicati, & cura siue diligentia iudicij. Complexio quidem, quod sit humidum formam recipiens & tenens, & spiritus mediocriter temperatus vt bene formas deferat, & calidum bene mouens & operationes non commiscens. Infans ergo talis non est propter complexionis defluxum & instabilitatem. Senex vero in vltima ætate hæc non potest propter ruinosam eius complexionem. Iuuenis igitur hæc incipit habere: sed in viro sunt confirmata. Iudiciū autem rei acceptæ non est nisi per experientiam: quæ quia multiplex est in singularibus secundum omnem loci, temporis, aeris, climatis, complexionis, & ætatis varietatem, longissimo tempore indiget: & ided iuuenis expertus non est: & consequenter nec boni intellectus practici, nec prudens,

Tria ad bene iudicium exiguntur.


nec synetus, nec gnomicus esse creditur. Qui autem studium & curam circa vitam non habent, experiri non curant: & ided diximus in primo, quod differt ætate vel moribus puerilis: non enim ab ætate, sed à passione defectio est. Quod autem in quadam ætate hæc accedant, signum est: quia omnes existimamus, quod istæ virtutes sequuntur ad ætates quasdam: & hæc quædam particularis ætas sicut virilis quæ intellectum practicum habet & synesim & gnomon. Naturalia enim hæc dicimus: ed quod natura in suis principiis & apprehensiuis & iudicatiuis confortatiua talium existit virtutum.

Paret igitur, quod intellectus in his principium est & finis: principium quantum ad vniuersales regulas morum: finis autem quantum ad acceptionem singularium. Ex his enim quæ communia sunt, demonstrationes sunt operabilium, & sunt de his quæ sunt singularium.

Propter quod diligenter oportet attendere enuntiationibus & opinionibus qualicumque regulariter enuntiauerunt & opinati sunt experti & seniores & prudentes, quamuis indemonstrabilia & non probata nobis proponantur. Non enim talibus minus attendendum est, quam demonstratis: propterea quia tales melius vident principia operabilium: propter hoc quia visum habent singularem & intellectualem ex multa experientia. Quid quidem igitur sit prudentia & sapientia & circa quæ vtraque est virtus existens circa subiecta, & quoniam alterius animæ particulæ vtraque est istarum, ita quod vna vnius & altera alterius, quantum ad præsentem intentionem sufficienter à nobis determinatum est.

62. Intellectus principium est & finis.

63. Non minus expertorum & seniorum indemonstrabilibus sententiis quam demonstrationibus mentem adhibere oportet.



TRACTATUS IV.

De dubitationibus quæ oriuntur ex his quæ determinata sunt.

CAPVT I.

An vtilis sint virtutes intellectuales.

64. Ad quid vtilis sint hi habitus, sapientia scilicet ac prudentia.

Ubiabit autem aliquis querens, ad quid vtilis sint virtutes intellectuales? Sapientia quidem igitur quæ inter intellectuales potissima est, nihil speculatur eorum ex quibus homo felix efficitur ciuilitate: hæc enim omnia operabilia sunt. Sapientia autem nihil considerat eorum quæ in generatione consistunt: talia enim contingunt circa quæ sunt nostræ operationes. Sapientia autem circa continguntia non est,

sed potius circa admirabilia & æterna, vt paruit ex antehabitis. Sapientia igitur circa operabilia non est. Felicitas autem vnum & solum bonum hominis est: & quod non ordinatur ad felicitatem, ad bonum hominis non ordinatur, & sic inutile esse videtur: solum enim hoc vtile est, quod ad finem obtinendum referri potest. Prudentia autem quæ intellectualium virtutum vna est, hæc quidem habet scilicet quæ circa contingens est, & circa operabilia per nos: sed tamen ipsa prudentia finis est, & cuius gratia est omne opus eius, sicut & in omni alia virtute nullus alius est finis nisi virtus ipsa & opus virtutis. Sicut enim in secundo dictum est, bonum virtutis consistit in hoc quod primum quidem sit sciens, deinde eligens, & eligens propter hoc. Prudentia quidem

quidem est circa ea quæ sunt pulchra & iusta & bona homini per se non secundum accidens: talia enim boni viri est operari propter se, & non propter aliud. Operatur ergo illa ad aliud non referens: & quod non refertur ad aliud, non est vtile: virtutes ergo inutiles esse videtur.

Si autem aliquis dicat, quod morales virtutes iusta & bona operantur, sed intellectuales docent quæ qualiter operaturæ sint: non videtur naturale. Non enim nihil magis operatiui efficiuntur bonorum propter hoc quod contingit nos scire ipsa: morales enim virtutes habitus sunt, in modum naturæ operationes suas elicientes. Quemadmodum ergo sana & euexina siue bene habentia dicuntur esse ab habitu in sanis & euexiis abque eo quod est scire ea, & facere quasi ex arte: ita videntur fortia & temperata & iusta fieri ab habitu harum virtutum abque eo quod sciantur, vel fiant quasi ex arte aliqua vel nontitia in opere dirigente. Dictum enim est in antehabitis, quod virtus est omni arte certior, & quod proximus imitatur naturam quam ars. Hoc autem patet per inductionem. In sanis enim & ægris nihil magis efficiuntur operatiui ex eo quod medicinalem artem nos contingit habere. Videmus enim sani opera facere, non medicum, & infirmitates pati medicinaliter. Similiter in exercitatiuis bonum videmus esse cursum qui aptitudinem & vsum habet currendi, quamuis cursus non habeat peritiam. Ergo cum etiam isti habitus morales sint, ex solo vfu fines suos videntur attingere abque peritia intellectualium virtutum. Si autem aliquis dicat, quod ad esse virtutis moralis vel ad operationem intellectualis virtutis non perficit: & sic prudentiam non esse ponendam gratia illarum virtutum, & ad hoc quod aliquis iam est studiosus: tunc ad nihil vtilis esset ei prudentia, vel altera intellectualis virtus, quod est valde inconueniens.

Adhuc autem etiam non habentibus virtutem ad generationem virtutis nihil proficeret in operabilibus, nihil enim differt per se notitiam operabilium habere, vel ab alio persuaderi: & sufficiens est ad hoc quod aliquis fiat bonus, vel alium talem in animo ponat. Non ergo oportet habere prudentiam ad hoc quod aliquis fiat bonus, sed prudentem audire, quemadmodum & circa sanitatem. Volentes ergo sani fieri, non propter hoc oportet discere medicinalem scientiam, sed medicum audire.

Ex dictis autem adhuc sequitur inconueniens. Si enim sola virtus vniuersalis sit quæ circa operabilia & præceptiua & ordinatiua illarum omnium, inconueniens videbitur esse si virtus quæ deterior est quam sapientia, principalior sit quam sapientia ipsa: prudentia enim deterior est quam sapientia: ed quod circa deteriora est: prudentia autem circa operabilia est & faciens & principans & præcipiens circa singula eorum: hæc ergo videtur principalior esse sapientia quæ circa admirabilia & certissima est, quod valde inconueniens est. De his igitur per certam determinationem dicendum est: quia quod dictum est nunc, disputatiue de ipsis dubitatum est solū.

65.

Adhuc igitur soluentem primum per instantiam D. Alb. Mag. lib. 6. Ethic.

tiam dicimus, quod virtutes intellectuales secundum seipsas & propter seipsas & non propter alia necesse est eligibiles esse. Quod ex ratione virtutis patet. Omnis enim virtus pars honesti est: honestum autem quod propter seipsum eligibile est. Cum ergo sapientia & prudentia & cæteræ virtutes intellectuales sint duarum particularum animæ, scientifica scilicet & opinatiua, & sint vltimæ perfectiones & fines, per se eligibiles sunt, quamuis nihil conferant vel faciant ad aliquid obtinendum. Non ergo sequebatur, nihil conferunt ad felicitatem: ergo sunt inutiles: & quicquid aliud potissimum est, ad nihil aliud referri potest: & ex hoc non sequitur, quod inutile sit, sed potissimum & honorabilissimum sit. Sapientia igitur est finis speculatiui intellectus, & prudentia finis practici, sine quibus ipse intellectus, intellectus non habet rationem nisi in potentia: sunt ergo desideratiua per se.

66. Sapientia & prudentia aliquid faciunt ad felicitatem.

Deinde soluius per interemptionem. Dicitur enim falsum esse, quod nihil faciant ad felicitatem: faciunt enim, sed non faciunt vt medicina facit sanitatem: sed faciunt vt sanitas facit sanitatem: sic enim sapientia facit felicitatem. Etiam hæc solutio redit ad hoc, quod facere æquiuocum est, scilicet ad actum efficientis & ad actum formæ. Medicus enim medicando facit sanitatem quam inducit: & hæc sanitas in formando complexionata & composita, sanum facit animal, & sic est de bonis ad felicitatem ordinatis. Bona enim animæ quæ virtutes sunt, formaliter constituunt felicitatem in homine, ordinata tamen ad vnum, sicut in primo dictum est. Sic enim virtutes morales ordinantur ad prudentiam, cuius perfectissimus actus felicitas est: ipsa autem felicitas cum omnibus virtutibus suis ordinatur ad intellectualem, à quibus certitudinem accipit. Et hoc totum ordinatur ad sapientiam sicut ad caput & honorabilissimum, cuius vltimus actus & perfectissimus felicitas contemplatiua est. Cum enim beatitudo sit status omnium bonorum congregatione perfectus, beatitudo sine sapientia esse non potest: quia sapientia vltimum & optimum est. Similiter intellectus practicus siue prudentia esse non potest: quia sine hac ordinabilis ad optimum non est. Bona autem corporis quæ sunt sanitas, sensuum perspicacitas, robur, & pulchritudo, organicè deseruiunt: bona vero exteriora, sicut potentatus, diuitiæ, nobilitas, deseruiunt instrumentaliter. De his autem omnibus in antehabitis determinatum est satis. Ex omnibus enim his bonis vnum totum virtuale constituitur, & illius totius pars est sapientia, & altera pars prudentia, & sunt potissimæ partes inter virtutes. Vt ergo pars virtualis ad totius virtualis facit constitutionem, ita sapientia facit felicitatem siue secundum habitum, vt scilicet habeatur felicitas, siue secundum operationem, vt scilicet felix operetur sine impedimento felicitatis opera.

De prudentia autem specialiter notandum est, quod sine ipsa non perficitur opus moralis virtutis: virtus enim moralis, vt fortitudo, vel temperantia, vel iustitia, intentionem facit rectam, prudentia sagaciter eligit omnia

quæ faciunt ad hanc intentionem, ut eam virtus moralis facile consequi possit. Intentionem autem dicimus, non eam quæ est ratio præstituta finem, sed eam quæ appetitus intendens & inclinans in finem, sicut graue intendit & inclinatur deorsum. Sic enim ex Socratis scientia diximus in antehabitis, quod apparatus finis & desiderium ex habitu est, nec in finem tendit quod habitum aliquo modo non habet: & idem in ea quæ iusta & casta sunt, per electionem non intendit, nisi qui aliquo modo iustus & castus est: & cum finis virtutis rectus finis sit, hoc modo dictum est, quod virtus moralis intentionem rectam facit: cum autem intendat in modum naturæ & non in modum artis, non tendit nisi in vnum: & idem ex sua propria potestate nec præceptiva est, nec desiderativa, nec ordinativa eorum quæ exiguntur ad finem consequendum. Adhuc igitur alia virtus exigitur quæ intellectualis est circa operabilia: & hæc est prudentia. Tria igitur genera virtutum ad felicitatem exiguntur, speculatiui scilicet in quo sunt sapientia, intellectus, & scientia, & operatiui in quo sunt ars & prudentia, participantis qualiter ratione in quo sunt fortitudo, temperantia, & iustitia, sine quibus ad felicitatem homo non est perfectus. Quarta autem particulæ animæ quæ vegetabilis est & nutritiua, non est aliqua talis virtus, moralis scilicet vel intellectualis. Cuius causa est: quia non est in ipsa sine libertate eius operari vel non operari: & idem non est domina operationum suarum: sed de necessitate operatur quicquid operatur.

CAPVT II.

Quod prudentia non potest esse sine moralis virtute, & de solutione obiectionis superius inductæ.

67. *Impossibile est aliquem esse prudentem qui bonus non est secundum virtutem moralem. r. ratio.*

DE eo quod superius dictum est, obiciendo scilicet, quod nihil magis sumus operatiui bonorum vel iustorum propter prudentiam, alius parum incipiendo soluere oportet, sumendo hoc scilicet quod pro principio: quemadmodum quosdam nequaquam dicimus esse iustos, qui tamen iusta sunt operantes. Verbi gratia eos qui faciunt ea quæ à legibus ordinata sunt motu legum, vel qui nolentes talia faciunt coacti, vel qui propter ignorantiam leges seruant, putantes non esse leges quod lex est, vel faciunt propter lucrum, & non faciunt propter ipsa iusta: opus enim virtutis sibi ipsi finis est. Quamuis tales operentur quæ oportet & quæcumque oportet operari studiosum: tamen non sunt iusti. Sic, ut videtur, contingit aliquo modo dispositum secundum habitum operari singula quæ sunt habitus illius, velut taliter operans sit bonus per habitum. Hoc autem dico quando per electionem finis operatur & gratia ipsorum operatorum, ita quod nullum alium habeat sui operis finem. Dupliciter ergo contingit operari iusta, scilicet opere sine fine, & opere cum fine debito. Si autem aliquis operetur sine fi-

ne, per noticiam iustorum non erit iustus: iustus autem est, quando nullo mouente nisi fine iusta operatur. Ex prudentia igitur iustorum nemo iustus est. Prudentia igitur indiget morali virtute. Sicut enim diximus, virtus moralis electionem rectam facit & intentionem per hoc quod intendit in finem. Quæcumque autem finis gratia nata sunt fieri ut administrantia ad illum, vel contrariorum prohibentia, hæc non sunt virtutis moralis, sed alterius cuiusdam potentia: virtus enim moralis quæ est in modum naturæ rationi consentaneus habitus, non nisi ad vnum est tendendo & non cognoscendo. Finis autem quamuis vnum sit, tamen circa difficile bonum est: & idem multa oportet inquirere & ordinare ad finem consequendum: quod sine cognoscitiua potentia fieri non potest: quam cognoscitiua quamuis sit necesse supponere finem, tamen necesse est cognoscere ea quæ sunt ad finem illum. Hoc autem dupliciter fieri potest, scilicet complete, & incompletè. Incompletè quidem fit per naturalem industriam. Completè autem fit per prudentiam.

De his autem manifestius aliquid dicendum est, ut perfectior doctrina habeatur. Dicimus igitur, quod quædam potentia animæ est, quam dinotica Philosophi vocant, ad bonam & diuinam operabilium ex necessitate cognitionem. Dinotica est talis potentia, ut possit ex naturali industria operari & fortiri illa quæ ad contententia sunt, siue conferentia ad suppositam intentionem qua quisque finem sibi desideratum obtinere intendit. Hæc autem dupliciter, scilicet secundum intentionem bonam & laudabilem, vel prauam & vituperabilem. Si quidem igitur intentio sit bona & laudabilis, dinotica vocatur. Si autem praua: tunc propriè vocatur alutia: & propter hoc dinos aliquando dicimus esse prudentes, quando ad bona contendunt sicut prudentes: aliquando autem dicimus esse astutos, quando scilicet contendunt ad mala. Et ut breuiter dicamus, dinos dicitur qui multum influxum habet intellectus practici ad obtinendum omne quod intendit: & hoc ex industria naturali: unde prudentia non est potentia hæc quam dinotica dicimus: licet non sit sine hac potentia in intellectu practico. Sicut enim sæpè diximus, nullum subiectum susceptiuum est alicuius habitus, cuius semina per naturam non sunt ipso: & per hoc efficitur illius habitus proprium subiectum. Dinotica enim nihil aliud est nisi semina sparsa prudentiæ & confusa, quæ per experimentum & doctrinam ad formam prudentiæ ordinantur & formantur, sicut potentia generis ad actum speciei ordinatur & determinatur per differentiam constitutiua.

Habitus igitur hic, scilicet quem prudentiam vocamus, insit per experimentum & doctrinam huic vsui animæ, ita quod proprium subiectum est vsus eius hic. Hic enim vsus, dinoticus scilicet, intellectus practici est confusus & indeterminatus, qui determinatur ad habitum prudentiæ. Sed hoc non potest fieri sine virtute morali, sicut iam dictum est, & manifestum est ex ipsa rei natura. Syllogismi enim operabilium

r. ratio.

Habilitatem.

operabilium quos prudentia in modum consilij syllogizat, oportet quod sint habentes principium quod sit causa operabilium, & ad quod consulta referatur. Hoc autem principium est talis finis secundum intentionem optimus: & hoc generaliter qualiscumque sit finis secundum quamlibet virtutem moralem: quælibet enim illarum intentionem rectam facit, & ad illam prudentia ordinat omnia quæ syllogizat. Sic enim sermonis gratia est bonum morale: finis autem hoc bonum non apparet nisi ei qui bonus est secundum illam virtutem: quia sicut sæpè dictum est, apparentia boni est ex similitudine ad bonum. Similitudinem autem ad bonum moris non habet, qui in eodem more non est. Malitia enim quæ secundum habitum inest, peruertit à similitudine ad bonum, & facit mentiri circa practica principia: facit enim apparere bonum contrarium bono, & in consecutione illius mentiens, opportuna dicit quæ non sunt opportuna.

Exemplum huius est Paris & Helena & Diomedes. Helena enim est sicut concupiscibile mouens, quod Paridem propter habitum luxuriæ quo informatus fuit, mouit ad concupiscentiam: & idem mentiens, ut concupiscibile sequeretur, violationem alterius thori dixit esse opportunam. Diomedes autem ex habitu castitatis vidit Helenam ad admirationem, & propter habitum castitatis violationem alterius thori nephandum reputauit, sed in tanta pulchritudine opus naturæ esse laudandum.

Ex omnibus his patet, quod prudentia principia operabilium sumit ex fine quem tendendo & appetendo appetere facit & determinat morali virtus. Prudentia igitur non fit sine morali virtute. Quare manifestum est, quod impossibile est aliquem esse prudentem qui bonus non est secundum moralem virtutem.

CAPVT III.

Quod virtus moralis non est sine prudentia.

68. *Ut prudentia se habet ad naturam habitatem, qua prudentia non est sed aliquid simile: sic proprio virtus se habet ad naturalem virtutem.*

VI autem perfectior sit doctrina, rursus intendendum est de virtute morali. Sicut ostendimus, quod prudentia non est sine virtute morali: ita è conuerso ostendere oportet, quod virtus moralis non est sine prudentia. Ad hoc autem ostendendum intelligere oportet, quod in parte animæ in qua est virtus moralis secundum materiam est quædam virtus naturalis præexistens per naturam in subiecto quæ similiter se habet ad virtutem moralem, sicut dinotica se habet ad prudentiam: & ista virtus naturalis non est idem cum virtute morali, sed est simile aliquid eius, in hoc scilicet quod circa eadem est & ad idem, sed est confusum & indeterminatum quod in virtute consuetudinali superueniente adiuuatur & determinatur: & propter hoc anima proximum subiectum efficitur virtutis. Hæc igitur quia per naturam inest, virtus naturalis vocatur:

alia autem quæ consuetudine perfecta est, vocatur virtus principalis siue cardinalis. Huius autem signum est id quod in omnibus videtur. Omnes enim iudicant, quod singuli singulorum mores existant aliquo modo per naturam. Confestim enim ab ipsa natiuitate habemus, quod ad quædam sumus iusti, ad quædam autem temperati, ad quædam autem fortes, & ad alia secundum hunc modum dispositi: & quidam ad vnum plus, ad alterum minus.

Et quamuis ita sumus dispositi per naturam, tamen querimus alterum quid bonum & perfectum, quod principaliter bonum perfectam habens rationem boni. Et talia bona secundum singulas virtutes dicimus nobis existere, & fieri secundum alterum modum, quia per consuetudinem, sicut diximus in secundi libri principio. Per naturales ergo virtutes innatisumus suscipere principales virtutes: perficere autem est ab assuetudine. Dinotica igitur quæ secundum partem rationalem inest, brutis & pueris attribui non potest. Virtus autem naturalis quæ potentia est ad virtutem principalem, quia secundum partem irrationalem inest, aliquando per similitudinem pueris & brutis attribuitur, sicut dicimus ouem mansuetam, turturam castam, & leonem fortem. Etenim pueris & bestiis per similitudinem quædam naturales existunt habitus, sed sine intellectu practico, quo quia non participant, aliquando per accidens nociui eis esse videntur, sicut leoni aliquando nocet audacia. Est ergo intellectus necessarius qui moderetur appetitus & passionibus & passionum motus ad rectum. In talibus autem non moderatis per intellectum malum videtur fieri, quemadmodum corpori fortiter moto sine visione oculorum, fortiter accidit falli & periculosè propter non habere visum: quanto enim fortius mouetur, tanto non videns quo vadat, fortius impingit & periculosius cadit: sic & hic: passiones enim non moderatæ per intellectum effrænes sunt & precipitantes in malum. Si autem quis accipiat intellectum practicum in operari quodlibet operandum, statim multum differet: hoc enim moderabitur passiones & motus earum: & sic adunatur & determinatur ad habitum virtutis morali. Habitus enim sic simul existens & adunatus per rationem siue intellectum practicum, propriè virtus vocatur: ante autem hoc non habebat nomen virtutis nisi per similitudinem: sed cum ex consuetudine & exercitio multo firmiter esse accipit ad rectè & secundum rationem operari, tunc accipit verè nomen virtutis.

Quare quemadmodum in opinatiua parte animæ duæ species sunt, dinotes scilicet, & prudentia: sic in parte animæ quæ moralis dicitur, eod quod est subiectum moralium virtutum, & in ea quæ diximus irrationalem participantem qualiter ratione, duæ sunt species: vna quidem autem dicitur naturalis imperfecta, alia autem quæ dicitur virtus principalis, quæ naturalis virtutis est formatiua & perfecta.

Inter has ea quæ dicitur principalis, non fit sine prudentia: non enim fit sine ordinatione & moderatione passionum & motuum & operationum:

69. *Præter has naturales dispositiones, querendum est aliud proprie bonum.*

70. *Quemadmodum in parte animæ deliberratiua duæ sunt species, habitus & prudentia: ita in parte morali & appetitiua duæ sunt, vna naturalis virtus, alia propria virtus principalis.*

71. *Harum virtutum qua proprie virtus est, non est sine prudentia.*

rationum : quæ omnia non sunt nisi per intellectum practicum operantem secundum potissimum actum eius qui est prudentia. Manifestum igitur est, quod virtus naturalis non deducitur in complementum virtutis principalis sine prudentia. Virtus ergo principalis sine prudentia esse non potest, sicut nec è contrarium. Quinimo si comparentur adinuicem virtus principalis & prudentia, prima dignior inuenitur, sicut ordinans & moderans & disciplinans appetitum, vt certe in habitum virtutis principalis deducatur.

Quæstio.

Et si quæritur, quomodo nos prudentiam in opinatiua parte ponamus, cum opinio non semper verum dicens sit habitus? Dicimus, quoniam prudentia idè quod actiua est, magis est circa sensibilia & contingentia quæ non nisi opinabiliter accipi possunt: & quamuis fortè postea ratio talia ad se conuolans reducat ad vniuersale: tamen postea iterum ponens in opere, opinabiliter operetur & non ad certum, quamuis in vniuersali verum fuerit ex quo syllogizauit opera.

Quæstio.

Sunt etiam qui quærent, quod ex quo aliquo modo attribuitur animalibus & pueris, quare non dicimus talibus virtutes morales inesse? Ad hoc autem dicimus, quod mos dupliciter dicitur & æquiuocè. Dicitur enim mos ex inclinatione naturali appetitus actus: & hic mos ad naturam refertur, & non propriè mos vocatur. Et dicitur mos ex habitu consuetudinali facultas non impedita ad agendum: & talis mos nullo modo inest bestiis: & idè virtutes consuetudinales nullo modo habere possunt. Naturales autem habent non per morem, sed per aliquid mori simile.

CAPVT IV.

Quod Socrates dixit virtutes esse prudentias.

QVia vero virtus principalis ad sui generationem indiget prudentia, propter hoc autem Stoici omnes virtutes prudentias esse triplici ratione dixerunt. Vna scilicet: quia prudentia dicto modo generatiua est earum: & quod generatiuum alicuius est, èd quod ad formam propriam generat, dando formam dat & nomen: omnes igitur prudentiæ sunt. Secunda ratio est: quia à digniori est denominatio: quamuis enim homo sit animal mortale, tamen tantum à rationali denominatur sicut à digniori: similiter quamuis sine virtute principali aliquid sit moris, sicut recta intentio: & aliquid prudentiæ, sicut corū quæ sunt ad finem consequendum: determinatio tamen quia dignior est prudentia, totum à prudentia denominandum est. Tertia ratio est: quia virtutes differunt secundum perfectum & minus perfectum, sicut aliam virtutem dicimus esse politici, & aliam ciuis. Virtus enim politici non est in vno, sed in ordinatione & dispositione omnium. Ciuis autem virtus non est nisi obedire politico: vnde omnia bona ciuium politico attribuantur, & non è conuerso. Similiter vir-

tus prudentiæ est in ordinatione principaliter animæ & habituum omnium: & quicquid homini est in eis, prudentiæ attribuitur, & non è conuerso. Hac igitur ratione Stoici omnes virtutes prudentias esse dixerunt. Et Socrates quidem Stoicorum princeps non enuntiando certitudinaliter, sed disputando quærebat hic. Et vno modo rectè quærebat, scilicet in quantum non sine prudentia est. Alio autem modo peccabat, in quantum scilicet virtutes secundum substantiam dicebat prudentias esse. Substantiæ enim & quidditates virtutum prudentiæ non sunt, sed potius voluntariæ & electiui habitus. Quoniam quidem igitur prudentias existimabat esse omnes virtutes secundum substantiam, peccabat: quoniam autem sine prudentia dicebat eas non esse vel fieri, bene dicebat.

Signum autem huius, quod omnes qui diffiniunt virtutem, dicunt esse habitum secundum rectam rationem: recta autem ratio est quæ secundum prudentiam est: ergo non existente prudentia non erit virtus moralis: & sic prudentia ad minus erit causa virtutis sine qua non est virtus. Omnes autem sic diffinientes virtutes aliquantulum diuinare videntur, quod virtus talis habitus sit qui est secundum prudentiam. Tales autem diuinare dico: quia non expressè enuntiabant, sed veritatem aliquo modo tangebant. Oportet ergo parum transcendere dicta eorum & veritatem plus tangere. Virtus enim non solum est habitus secundum rectam rationem, sed est habitus qui est cum recta ratione: èd quod medium virtutis moralis quoad nos medium sit determinata ratione prout sapiens determinauit: vnde prudentia quæ recta ratio est de operabilibus, medium in talibus iuuenit & determinat, & in sic determinatum virtus moralis tendit. Virtus ergo moralis semper est cum recta ratione. Socrates quidem igitur virtutes rationes existimabat esse, non cum ratione tantum. Dixit enim virtutes esse scientias. Scientiæ autem rationes sunt cognoscibilia. Et si virtutes scientiæ sunt, virtutes rationes cognoscibilia sunt. Quod nos non dicimus, sed cum ratione eas esse concedimus, quæ rationes sunt prudentiæ. Manifestum igitur ex dictis est, quoniam non est possibile bonum virtutis principalis esse sine prudentia: nec è conuerso possibile est prudentiam esse sine morali virtute. Moralem enim virtutem dicimus perfectam in comparatione ad naturalem.

CAPVT V.

De connexionione virtutum cum prudentia.

Hoc etiam modo, quod scilicet sine prudentia non est moralis virtus, & è conuerso sine morali virtute prudentia, ratio disputatiua Stoicorum dissoluetur, qua disputant Stoici, vtrum separantur abinuicem virtutes. Et quod separantur, ex prædictis probare nituntur: quia non est aliquis vnus homo qui optimè natus sit ad omnes virtutes: & cum

72. *Hinc solui potest ratio qua disceptat virtutes abinuicem separari posse.*

natus sit ad vnam & non ad aliam, & virtutes scientiæ sunt secundum Stoicos, sequitur quod hanc virtutem quidem aliquis sciuit, & dinos ad eam fuit: aliam autem virtutem ad quam dinos non est, nequaquam assumere poterit. Et hoc pro certo concedit Plat. in libro quem inscripsit Menon. Nos autem dicimus, quod sicut obiectum est, sic contingit in naturalibus virtutibus in quibus dispositus ad vnam, non est dispositus ad aliam: sed non contingit secundum virtutes principales secundum quas homo simpliciter dicitur bonus. Ex prædictis enim sequitur, quod prudentia existente in vno aliquo, omnes aliæ morales etiam erunt. Sed hoc de prudentia intelligimus secundum maximum suum posse & maximam sui perfectionem, secundum scilicet quod ipsa est ordinatrix omnium appetituum & appetibilium siue eligibilium pertinentium ad totam vitam hominis in quantum homo est. Sic enim prudentia vna existente, ratio præstat & dominatur appetitibus & subdit sibi eos: subiectis autem illis, appetibilia non erunt nisi bona, & mala fugibilia: & sic morales virtutes in omnibus bonis fines determinat: & prudentia ea quæ sunt ad fines, ordinat: & taliter se habente homine cum prudentia omnes virtutes inerunt.

Tamen quamuis prudentia non esset connexa aliis, nec aliæ sibi, & quamuis non esset practica, manifestum est, quod homo indigeret ipsa. Quamuis enim neutrum illorum esset: tamen rationis particulæ esset perfectio cuius est virtus, & sine ea homo non est perfectus. Ratiocinatum enim melior particula est quæ perfectio irrationalis. Adhuc electio exigitur ad omne quod pertinet ad vitam. Electio autem recta nec sine prudentia nec sine morali virtute esse potest. Moralis enim virtus finem determinat, prudentia inuenit & ordinat & operari facit ea quæ sunt ad finem illum. Hæc autem ambo recipit electio, hoc est, electiua


pars animæ: & sic sibi proportionata opportuna cum opportunis coniungens, & quæ non sunt opportuna abiiciens, præoptat optima: quod facere non posset nisi & finem acciperet, & ea quæ sunt ad finem, fini proportionaret, vt optima eligeret. Cum ergo finis sit à morali virtute, & ea quæ ad finem, à prudentia, constar electionem nec sine prudentia nec sine morali virtute posse existere.

Quamuis sic prudentiam principalem dicamus esse virtutem, & principari moralibus sibi connexis: tamen non dicimus esse principalem respectu sapientiæ vel intellectus vel scientiæ: quia in illis nihil ordinat, sed potius ab ipsis accipit sui medijs confirmationem, neque est melioris particulæ animæ perfectio quam sapientia. Speculatiua enim intellectus propterea quod plus habet de lumine agentis intellectus, & quia circa simpliciora & necessaria est, nobilior est quam practica.

Siquis autem obieciat, quod prudentia disponit & ordinat hominem ad passionem quietem, vt sapientia & intellectus possint fieri in ipso: & sic videtur præcipere de sapientia, & principalior esse ipsa. Dicimus, quod non sequitur. Non enim omne præcipiens de aliquo, principalior est ipso. Medicinalis enim præcipit de sanitate: nec tamen principalior est illa: cum sanitas finis sit medicinæ, nec medicina aliquid est sanitatis, sed videt qualiter fiat sanitas: vnde gratia sanitatis præcipit vt ministra, & non præcipit sanitati vt domina. Adhuc si propter tale præceptum præcipientem principari diceremus, simile esset sicut si quis politicam diceret principari diis: èd quod politica præcipit circa omnia quæ sunt in ciuitate: propter quod consequenter ordinat de templis & deorum sacrificiis & theletis. Theletæ enim sunt ritus sanctificationum in sacramentis & delibationibus. Sed hoc præceptum facit politica gratia deorum, & non diis: & ideo deorum famula est, & non princeps.

Obiectio.

Responsio.



LIBER VII.

TRACTATUS I.

De continentia & incontinentia.

CAPVT I.

Qualiter tractatus de continentia & virtutibus hominis pertinet ad alium tractatum quam precedentia.



In superioribus satis quantum ad presentem intentionem pertinet, de virtutibus secundum sua principia essentialia determinatum est, tam de moralibus, quam etiam de intellectualibus. Sed quia hoc opus non est contemplationis gratia, sed ut boni fiamus, ad quam bonitatem non tam oportet scire substantias virtutum, quam etiam modos quos habent in nobis, secundum quod perfectiores & minus perfectæ sunt: ideo aliud principium faciendum est deinceps de modis virtutum & vitiorum secundum quod perficiunt hominem. Secundum enim hoc à Plotino distinguuntur in purgates, & purgatorias, & virtutes animi purgati: & à Stoicis, præcipue autem à Platone qui quosdam heroes, quosdam autem homines mortales, & quosdam humanitatem inchoantes ex modis virtutum esse dicebat. Considerans enim, quod non tantum iustum communicationem & distributum in ratione est super partem irrationalem, sed etiam iustum dominatum & paternum, dixit rationem quæ per substantiam ratio est, aliquando intantum in se trahere irrationale participans qualiter rationem, quod passiones vel immutationes passionum penitus euadit. Et hos tales heroes appellauit quasi semideos. Deos enim in hoc esse dixit, quod passionibus, non mutantur ad conuersationis immutationem: homines autem in hoc quod passiones sentiunt, quamuis in eis regimen rationis in nullo emoueat. Quinimo in hoc dixit diis esse fortiores hos: quoniam dii per naturam difformes remanent in intellectu: isti autem passionibus tacti in nullo etiam quantum ad irrationale quod rationem participat, sentiunt immutationem. Adhuc autem isti sunt qui fortitudinem habent super omnem fortitudinem, qui nec timore in aliquo deterrentur, nec audacia aliqua feruntur

ad pericula: habent temperantiam super omnem temperantiam, nec illecebris affecti, nec insensibilitati subiacentes: habent iustitiam super omnem iustitiam, ad inæquale & in communicatione sue distributione nunquam respicientes: habent prudentiam super omnem prudentiam, penitus magis conferentia semper prouidentes, nulla impedimenti dubitationis insipientia. Propter quod, aiunt, quidem virtutes heroicas nominauit Plato.

Socrates verò has virtutes quatuor signis notificauit. Primum quidem & potissimum est, quod quia appetitio finis ex habitu est, heroica virtus est, quæ semper optima pro finibus in omni actu & operatione facit apparere, & nunquam inclinatur ad contrarium. Secundum autem est, quod semper bonum & honestum & id quod ad honestum est, ex affectu & ratione est eligens, & eligens propter hoc & non propter aliud, ut actum temperantia propter temperantiam, & actum fortitudinis propter fortitudinem, & similiter actum iustitiae propter bonum & honestatem iustitiae, & non propter aliud, nunquam retorquens electionem ad aliquid vile vel delectabile propter virtutem. Tertium autem est, quod adeo firmat & immobilizat ad bonum honestum voluntatem, quod nullus sensus est vel affectus contrarij. Quartum autem, quod intantum delectatur in opere virtutum, quod impossibile reputat in aliquo alio querendam esse delectationem, & intantum aspernatur contrarium, quod ad hoc nullum penitus habet respectum. Tales igitur talium virtutes heroicas Stoici vocabant. Sicut & Tull. in secunda paradoxa per tales virtutes Romulum in cælum ascendisse fatebatur. Dicit enim sic, Quibus gradibus Romulus ascendit in cælum: his quæ isti bona appellant, aut rebus gestis atque virtutibus? Quasi diceret, non diuitiis (quæ bona à quibusdam appellantur) sed gestis magnificis & virtutibus altissimis inter deos in cælum translatus est.

Hæc est causa, quod etiam Plato in secundo Timei Deum deorum loquentem ad subiectos inducit, & dicentem, quod sementem quem ipse fecit & secundis tradidit, se sumerent, si iustitiam colerent & pietatem amarent, & perfectum adipiscerentur intellectum. Tales enim in deos consecrabant antiqui. Secundum hoc igitur

igitur sunt virtutes heroicæ, quibus rationale dominatum irrationale ducit in modum naturæ ad medium: & hoc aliqua perfectè, aliqua imperfectè. Considerauit etiam Plato, quod rationale dominatum vel paternum in modum naturæ operatur in irrationali, ducens ipsum ad formam rationis quantum potest. Hoc autem dupliciter fit, scilicet perfectè & imperfectè. Sicut in natura medium aliquando remouetur ab excellentiis contrarium, & tunc contraria quiescunt in medio & fit complexio perfectæ: aliquando autem ad medium non deuenit, & tunc habet in se contrarium pugnantiam maiorem vel minorem secundum quod plus & minus distat à medio quod secundum veritatem virium est: ita dicebat in ratione. Si enim ratio quæ mediatrix passionum est & ordinatrix & moderatrix ad medium veniat per distantiam ab excellentiis, tale medium passionum erit in quo quiescit passio sine contrarij excellentiis: & hæc virtus vocatur moralis: & oppositum eius vocatur malitia: quia admittit talis mediæ bonum. Si autem ad medium excellentiæ passionum non deueniant, in forma tamen rationis irrationale teneant, erit sensus pugnae passionum & tentio irrationalis: & tale bonum rationis paternum & dominatum est, quod in disciplina & forma rationis tenet id quod seruale & iuuenile est: & talis habitus continentia vocatur à continentendo in forma rationis. Oppositum autem eius vocatur incontinentia. Continentia autem vocatur, sicut iam diximus: eò quod tali habitu irrationale sparsum per concupiscentias, intra metas rationis restringitur & tenetur & colligitur. Nisi isti modi virtutum determinarentur, perfectæ notitia non haberetur secundum quod per ipsas boni efficiuntur. Tales enim modi ex principiis in antehabitis determinatis libris sciri non possunt: sed principia alia oportet dare, ex quibus tales modi ex dominatio rationali in irrationali causantur, quod secundum diuersum modum formam rationis participat. Hac igitur necessitate post hoc dicendum de istis virtutum modis. Et aliud principium faciendum est ex quo tales modi virtutibus possint determinari.

I. Incipientes igitur dicimus, quoniam circa mores qui sunt in his quæ fugienda sunt & peruertunt homines, tres sunt species modorum. Malitia scilicet quæ corruptiua est virtutis mediatrix & moderatrix passionum. Et incontinentia quæ corruptiua est habitus illius, qui tentius est partis irrationalis, ne excellentiis passionum euadat extra metas rationis. Et bestialitas quæ intantum irrationalibus passionibus subiacet, quod nihil diuinum vel heroicum in ea apparet, sed feraciter & brutaliter ferrur in ea quæ desiderat. Contraria autem duorum dictorum valde sunt manifesta. Malitiæ enim contrarium est virtus: incontinentiæ autem contrarium vocamus continentiam. Contrarium autem ad bestialitatem, licet non manifestum sit, propter hoc quod pauci adeo virtutibus perfecti sunt, quod dii esse videantur: tamen in ponendo nomen, maxime congruit dicere, quod contrarium bestialitatis sit diuina quædam & heroica super hominem

existens virtus, quemadmodum Homerus Priamum inducit dicentem de Hectore. Dixit enim, quod Hector erat in omni virtute conspicuus & valde bonus, ita quod non videbatur viri mortalis puer vel filius esse, sed Dei, in diuinam quandam transmutatus perfectionem. Quod & Iosephus de Moyse dicit, quod Scriptura eum mortuum & mortalem commemorat, ne propter nimias virtutes eius in Deum transmutatus esse dicatur. Propter quod si hoc est verum quemadmodum aiunt Stoici, quod ex hominibus fiunt dii propter virtutis excellentiam, tunc congruè dicitur, quod talis quidem habitus qui deos facit homines, bestialitati oppositus est.

Cuius est hæc ratio: quia sicut bestia propter indignitatem naturæ, neque virtus est, neque malitia: neque Dei propter naturæ suæ dignitatem, neque virtus est, neque malitia. Deus enim aliquid honorabilius est, quam quod virtus moderatrix & ordinatrix passionum possit ei conuenire: bestia autem indignus est, quam vnquam possit peruenire ad moderans passiones. Et ideo bestialitas non proprie malitia est quæ virtuti opponitur, sed est quoddam genus malitiæ adimens omne quod diuinum & honorabile in homine. Quia autem rarus est virum esse diuinum, & ideo etiam rarus in hominibus qui secundum totum bestialis sit. Propter raritatem enim si aliquis diuinus vir appareret, in admiratione est. Quemadmodum Lacones consueverunt appellare quando admirantur aliquem excellentem in virtute. Dicunt enim, quod talis sit vir diuinus. Bestiales autem rari sunt: eò quod rarus, in quo nihil humanum appareat. Ex dabus tamen causis accidere consuevit, scilicet propter læsionem & orbitatem, siue ægritudinem orbitatem facientem. Barbaros enim dicimus, qui nec lege nec ciuilitate nec aliquius disciplinæ ordine disponuntur ad virtutem, quos Tull. in principio rethoricæ syluestres homines vocat, more ferarum cum syluestribus feris conuersantes: quales non sunt Græci vel Latini, qui disciplinati sunt & conuerti regimine dominatio & paterno. Taliter enim bestiales crudas carnes comedunt, & sanguinem humanum bibunt, de craneis hominum comedere & bibere delectantur: noua genera suppliciorum inueniunt, quibus delectantur homines interficere, sicut de Dionysio Siculorum tyranno scribitur in chronicis. Et hoc comprehendit Dionysius in tribus, quæ omne diuinum deprauant in ratione & intellectu, scilicet furor irrationali, demente concupiscentia, & phantasia proterua: ut scilicet ad omne nociuum quod sibi putat contrarium esse, furor irrationali feratur: ad omne delectabile ducatur concupiscentia demente quæ nullam seruat metam mentis: & ad omne verum non secundum rationem rei, sed secundum propriam phantasiam proteruam. Quod enim nos dementem vocamus, antiqui bestialem & feralem appellabant. Qui autem propter ægritudinem quæ lædebat vim rationis, tales minus quidem sunt vituperabiles: sed eos qui propter malitiam tales sunt, nomine bestialitatis semper infames esse solent. De hac quidem

*Non hominis
sane mortalis
filius ille.
Esse videbatur,
sed diuo
famulo creuit.*

*De diuini
nom. cap. 4.*

quidem dispositione, quæ sic omne humanum depravat, in sequentibus quandam faciemus recordationem. De malitia autem quæ virtuti contraria est, in antehabitis libris determinatum est.

De continentia.

2. De continentia igitur, & mollitie, & perseverantia. Perseverantiam autem vocamus perduratum intra metas mentis. De his enim determinari non potest, quasi sint habitus idem cum virtute. Similiter malitiæ oppositæ & malitiæ ipsarum quæ vtrique opponuntur, non sunt omnino idem cum vitis & malitiis quæ virtuti opponantur: neque etiam suscipi possunt hæc ut aliud genus. Et hoc ex hoc patet: quia cum quies sit in medio, virtus illa quæ mediatrix est, pugnam passionum non sentit: quas tamen fortissime sentit continens. Si in malitiis oppositis virtuti nihil sentitur de dominio rationis valde sentit incontinens: eò quod dominio rationali fortiter detinetur, quamvis vi passionis extra metas rationis extrudatur.

3. Tractantes ergo de his tenebimus modum quem in aliis tenuimus. Primo ponentes opiniones quæcumque apparent sapientibus: & de his primum disputauimus & inquirentes quid est. Sic enim oportet ostendere ea quæ maximè probata sunt circa has passiones: & si non possumus omnia talia ponere, plura tamen & principalissima ponemus, & soluemus ea quæ disputantur in contrarium. Si enim assumantur probabilis & soluantur difficilia dubia quæ videntur esse contraria, sufficienter erit ostensum de proposito quantum pertinet ad ethici considerationem. In his enim quæ ab opere nostro sunt, stabilia non sunt: & propter hoc subtili consideratione tractari non possunt, sed typo & figuratim tractanda sunt quæ magis in opinione & estimatione diuum sunt, quam in rerum veritate.

4. Inter ea autem quæ de continentia ab antiquis dicta esse videntur, in quo omnes conueniunt, est hoc primum, quod quantum ad genus continentia & perseverantia sunt de numero bonorum & laudabilium, & mollities siue de dissolutio sunt de numero prauorum & vituperabilium.

Secundum autem quod respicit differentiam constitutiua continentia, in quo omnes iterum conuenerunt, est quod idem est continens quantum ad differentiam constitutiua (inquam) ad speciem est, quod permanens in ratione siue intra metas rationis: & quod idem est incontinens, quod egrediens à ratione per oppositum.

Tertium vero in quo omnes conueniunt, est per comparationem ad propositum actum in propria passione: & hoc est quod dixerunt, quod incontinens est, quod ipse sciens de aliquibus quam praua sunt, agit tamen ea propter passionis violentiam, quæ eum extrudit extra metas rationis & scientiæ. Continens autem per oppositum sciens de aliquibus concupiscentis quam prauæ sunt, tamen retinetur ab eis, ita quod sequitur eas propter rationis imperium: omnia tamen frænat, & retinet concupiscentiam ne rationi elabatur.

Quartum est, in quo in parte conueniunt antiqui, & in parte differunt: & sumitur in comparatione ad obiectum & materiam circa quam est potissimè continentia: & hoc est delectabile tactus in veneris & gustu. Dicunt enim, quod continens & perseverantius est temperatus. In hoc omnes conueniunt, sed differunt in hoc, quod quidam eorum omnem incontinentem dicunt esse intemperatum, & de conuerso, confusè vnum accipientes pro alio. Quidam autem eorum aliter dicunt, omnem quidem intemperatum esse incontinentem, sed non de conuerso, scilicet quod omnis incontinens intemperatus sit. Est enim incontinens iræ, incontinens amoris, pecuniæ, & aliorum quorundam, qui intemperatus non est.

Quintum est quod Socratici dixerunt, sed non omnes alij consenserunt: & sumitur per comparationem continentia ad rationem in qua est sicut in subiecto, vel sicut in potentia. Et hoc est, quod Socratici dixerunt, quod prudentem nunquam esse conuenit incontinentem. Quidam autem contradicentes eis dixerunt, quod non est inconueniens quosdam prudentes qui etiam diuini sunt, perfectam existimationem habentes de omnibus quæ contendunt ad propositum finem, aliquando incontinentes esse, quando scilicet propter concupiscentiam à bono rationis auertuntur.

Adhuc sextum est, quod à multis antiquorum dicebatur, quod incontinentes non tantum dicuntur qui indulgent voluptati tactus, sed etiam qui indulgent appetitui iræ, & qui indulgent appetitui honoris, & qui indulgent appetitui lacri, & appetitibus concupiscentiarum aliarum. Et omnia ferè quæ ab antiquis inueniuntur dicta sunt: & ipsa enumeratione patet penes quod sumuntur ea quæ dicta sunt de opinionibus antiquorum.

C A P V T II.

De dubitationibus circa continentiam & incontinentiam.

Antequam autem de inductis disputemus, scire oportet, quod Socrates Stoicorum princeps, dicens virtutes scientias esse, & nullum aliquid agere contra scientiam, aliter scientiam accipit quam à nobis in sexto istius libri determinatum sit. Scientiam autem vocat omnem habitum siue scitium siue opinatum siue quocunque modo existat in quocunque, qui scientiæ alicuius per certitudinem informatur. Dixit enim Socrates, quod scientia virtus est. Et idè vltimum potentia est & causatum à nobis per meritum, à diis autem per elargitionem: & quia vltimum potentia est, dixit quod perfectam facit rationem in omni posse rationis. Rationis autem vltimum posse non est quod trahi possit à parte seruilis, hoc est, irrationali, sed potius seruillem partem semper contineat, & trahat in formam rationis. Et dixit nunquam posse trahi rationem, nisi vel decepta sit, vel ignorans. Hoc autem

autem modo sumendo scientiam non tantum scientia est habitus demonstratiuus, sed quælibet existimatio quæ totam sine formidine contrarij certificat rationem & conscientiam, siue hoc cauetur à re, siue ab ipsa existimatione. Zenon nihil dubitauit quando nihil moueri dixit, & de contra Heraclitus nihil penitus hæsitans omnia moueri pronuntiauit. His ita præcognitis, de inductis disputabimus: prius tamen de opinione Socratis: quia si illa vera est, continentia nihil est.

5. Quæstio autem qua quærit, an res est vel non est, prius est determinanda. Dicamus igitur, quod aliquis dubitans dicere potest, qualiter aliquis certam & rectam habens existimationem quæ scientiæ nomen induit & virtutem, potest incontinens esse. Durum enim est, quod tali scientia existente in ratione, sicut existimat Socrates, aliud alicui præter ipsam scientiam possit imperare & elicere actum aliquem, & quod possit trahere ipsum rationale quod scientia perfectum est tanquam seruū in quo actiuam virtutem habet dominus eius. Dicebat enim, quod in irrationali parte non sit motus nisi imperante aliquo & denuntiantem quod faciendum sit: & hoc oportet, quod fiat per sensum, vel per rationem. Sensus autem non obuiat eum: quia scientia perfecta informatus est: & idè sensus tunc contraria ratione non imperat. Oportet igitur, quod imperet rationi. Cum igitur irrationalis pars non moueatur ad actum nisi imperante aliquo, sequitur de necessitate, quod in sciente nunquam sit motus contra scientiam.

Præterea, quod seruile trahat id quod est dominatiuum quando per habitum perfectum, durum videbatur Socrati: cum secundum ordinem naturæ contingere debebat de conuerso. Hoc autem dicendo Socrates pugnam videtur contra communem omnium rationem. Ex dictis enim Socratis sequebatur, quod non sit incontinentia. Sequitur enim, quod nullus operetur aliquid præter optimum, qui habet certam & rectam de operabilibus existimationem: & si faciat aliquid præter optimum, sequitur quod per ignorantia deceptionem faciat. Demum autem hic dubitatur de his quæ manifestè apparent in conuersatione hominum: quia multos videmus qui secundum existimationem rectam diiudicant optima, qui tamen faciunt contraria. Optimum est ergo querere, circa quam passionem sint continentia & incontinentia. Et si propter ignorantiam contingat contra scientiam agere, quis sit ille modus ignorantia. Manifestum enim est, quod incontinens nullam de operabilibus habet existimationem antequam fiat patiens & alteratus in passione: & si haberet aliquam ante, contemplatiua esset: & hoc non pertinet ad propositum. Loquimur enim de existimatione siue conceptione ad syllogismum ethicum pertinente, cuius maior in ratione est operabile decernente, minor in appetitu participante qualiter ratione impetusa ad opus faciendum, conclusio autem ipsum opus est, sicut in primo huius scientiæ libro determinatum est.

Propter quod quidam Socraticorum hæc D. Alb. Mag. lib. 7. Ethic.

quæ dicta sunt, concedunt simpliciter & vniuersaliter, quod scilicet nullus aliquid operatur contra rationis conceptum, qui scientiæ habet virtutem. Quidam autem hoc vniuersaliter concedunt, sed dicunt, quod scientia nihil quidem melius est: quia nullus habitus qui in toto certificat rationem nisi scientia, & omnino nullum operari præter id quod est ex scientia determinatum. Sed sunt aliqui qui non sunt certificati per modum scientiæ de operabilibus, sed opinionem habent vel existimationem per modum terminantis & non certificantis habitus: & illi operari possunt præter id quod opinatum est esse melius. Et propter hoc etiam diffinientes incontinentem esse, dicunt non esse incontinentem eum qui habens scientiam à voluptatibus imperatur & trahitur, quia hoc non contingit: sed eum dicunt incontinentem, qui habens opinionem de operabilibus & non certam existimationem, imperatur & ducitur à voluptatibus. Sed tamen irrationale videtur dictum istorum: quia si opinio quam habent tales, non est scientia, nec est fortis suspicatio, per quæ ratio in informans contrahendat passionem: sed sic suspicatio quæta & remissa, quæ rationem non certificat nec fundat (qualis suspicatio est in dubitabilibus) venia deberetur ei qui mouetur ad concupiscentias fortes, & non retinetur ab existimatione contrarij quæ debilis est, & in nullo fundans opinantem. Venia ergo deberetur incontinenti, & sic incontinentia non est quedam malitia, nec esset de numero vituperabilium per se. Hoc autem inconueniens est: incontinentia enim quedam malitia est de numero vituperabilium, sicut omnes antiqui concorditer asseruerunt.

Ambigens existimatio interminatus motus est rationis inter vtrumque contradictorium, ita quod neuter applicatur per aliquam confirmationem. Ambiguum autem, ut dicit Boetius, est quando vtrumque contradictorium æqualibus ambis rationibus. Opinio autem, quando probabilibus rationibus inclinatur ad vnum, timet tamen contradictorium propter rationum infirmitatem. Fides vero fit ex opinione, quando opinio inuatur & confortatur ad vnum rationis, ita quod habere incipit ad aliud cum scientia. Scientia vero est quando totam animam in scientia certificat, ita quod nihil dubitat vel formidat de contradictorio. Cum autem vnumquodque per sui vltimum & optimum determinandum sit, continentia non ad opinionem, vel ad fidem, vel ad dubitationem, vel ambiguum determinandum est, sed ad scientiam.

Si vero aliquis dicat quod non scientia, sed prudentia est, quæ passioni contrahendit retinendo in concupiscentia incontinentem, magis sequitur inconueniens: quia prudentia fortissimum contrahendens est in operabilibus, & magis forte quam scientia. Si ergo inconueniens est secundum eos scientem vincit à passionibus, multo magis inconueniens est vinci prudentem. Adhuc autem si in incontinente prudentia contrahendit passioni. Constat enim prudentiam esse in incontinente: ita quod autem prudentia est prudens est. Idem er-

Nunc de continetia & incontinetia determinandum.

Primum quidem aliorum opiniones referendo, deinde dubitando & rursus quæ probabilis sunt, adducendo.

Quæ ab antiquis de continetia & incontinetia dicta sunt.

5. 1. Dubitatio, utrum sciens & rectè existimans potest esse incontinens.

6. 2. Dubitatio, utrum id quod resistit in incontinente, sit prudentia?

go erit prudens simul & incontinens. Hoc autem inconueniens est. Nullus enim dicit hoc conuenire prudenti, quod prauissima operetur volens & sciens. Cum his autem quæ dicta sunt, in sexto ostensum est prius, quod omnis prudens electius est quidem bonorum. Et si dicatur, quod prudens est circa vniuersalia operabilium, & non prudens circa singulare, inconueniens est: quia in superioribus probatum est, quod prudens est circa operabilia quæ sunt de numero extremorum & singularium. Adhuc autem ostensum est, quod prudens si perfectè prudens est, omnes alias virtutes habet: & quod omnes habens virtutes incontinens sit, valde irrationabile est. Inconueniens igitur quod dicunt Socratici, est.

Si autem hoc verum est quod temperatus dicitur continens, & è conuerso, videbitur accidere inconueniens. Continens enim in continendo patitur violentiam & violentiam facit passioni: hoc autem non fit nisi ideo, quod continens in quantum continens, est fortis & prauas habere concupiscentias. Ex quo sequitur, quod temperatus non est continens, nec è conuerso continens temperatus. Valdè enim temperati, qui non tantum ad temperantiam dispositi, sed habitus temperantiam iam habet perfectionem, proprium est non prauas habere concupiscentias. Aliter enim non faceret temperata, & hoc ipso gauderet. Hoc tamen inconueniens sequitur ex prædictis, scilicet quod temperatus prauas habeat concupiscentias & fortis. Si enim detur, quod continens est bonas habere concupiscentias (cum in omni continente habitus rationis obnitiatur contra concupiscentiam) erit habitus rationis obnitens concupiscentiis bonis prauis habitus. Prauus enim habitus est, qui impedit sequi bonum. Ex hoc quidem sequitur, quod continentia non tota sit studiosa, sed in parte praua. Si autem dicatur, quod continens proprium est, non prauas quidem sed infimas habere concupiscentias & debiles: sequitur, quod continentia nihil habet venerabile. Virtus enim venerabilis est ex hoc, quod est circa venerabile & bonum. Infimas autem concupiscentias retinere non est difficile. Adhuc si detur, quod continens est prauas & infimas habere concupiscentias, sequitur quod continentia non est aliquid magnum. Nihil enim magnum est retinere à paruis concupiscentiis. Ex omnibus igitur his colligitur, quod continens est fortis & prauas sentire concupiscentias, quarum nullum sensum vel valde exiguum habet temperatus. Non igitur est temperatus continens, vel continens temperatus.

Si autem verum est, quod continens permansiuus est in omni mente & in omni concepta opinione, & hoc facit continentia, sequitur, quod aliqua continentia sit praua. Aliqua enim opinio siue conceptio mentis est, in qua prauum est permanere, puta si falsa vel mendosa sit opinio. In mendacio enim permanere turpe est. Similiter per oppositum sequitur, quod si incontinentia egressiua est ab omni opinione concepta, quod aliqua incontinentia erit studiosa & honesta: puta enim quæ fuit apud Sophoclem Neoptolemi, sicut scri-

7. *Dubitatio, An temperatus sit continens, & è conuerso continens temperatus?*

8. *Dubitatio, Vtrum sit continens qui in opinione permansiuus, incontinens vero qui ab opinione recedit?*

bitur in Philoctete. Narrant enim historia Græcorum, quoniam Vlysses & Neoptolemus missi erant à Græcis ut tollerent & caperent Philoctetem filium Bopiantis, Herculis arma ferentem. Erat autem Philoctetes in insula quæ vocatur Leumos, in qua per dolum & insidias proiecerat eum Vlysses, ut ab hydra quæ ibi erat, morderetur & moretur. Sed cum ab hydra non interficeretur, Vlysses astutus & nequam persuasit Neoptolemo ut Philoctetem abstraheret ab insula, mendosa promissione impunitatis, & sic in insidiis interficeret. Et primo quidem Neoptolemus persuasioni huic consensit: postea videns, quod turpe erat mendacio prodere hominem, à tali opinione recessit & veram manifestauit. Si ergo incontinentia est ab omni opinione egressio, & egredi à turpi opinione bonum & studiosum est, sequitur quod incontinentia Neoptolemi bona & studiosa sit. Laudabilis enim fuit Neoptolemus: quia non permansit in opinionibus quibus suatus est ab Vlysses: ed quod atristabatur de mendacio quo Philoctetem prodere cogitauerat. Adhuc si continentia permansiuus est in omni opinione, sequitur quod in sophisticis sit continentia. Ratio enim sophistica siue syllogismus sophisticus, mentiens dubitatio est. Hoc autem mendacium apparentia quidem in dubitationem conuersum. Propter hoc enim, quod sophistæ inopinabilia volunt arguere in conclusione, ut sapientes esse videantur, cum tamen attingunt conclusionem, factus ab eis syllogismus in mente audientis propter apparentiam sit dubitatio mentem ligans: & sic ligata mens nititur ad partem vnam & trahitur: cum tamen manere non velit in illa: idè quia non placet conclusio quæ manifestè falsa est: & sic in audiente sophisticum motus syllogismus oppositi mentis sumit dubitatis & conclusionis impossibilis: & mens procedere non potest, ed quod non habet unde soluat sermonem sophisticum: & sic à mente egredi non potest. Si ergo continens est, qui à mente non egreditur, in sophisticis omnibus continentia erit.

Adhuc autem quidam illorum dicunt, quod prudentia concupiscentiæ obnitiatur incontinentiæ: & ex illo sermone sequitur, quod quædam imprudentia & quædam incontinentia faciunt virtutem. Incontinentes enim semper contraria operatur ad ea quæ opinatur. Ponamus ergo, quod aliquis mala opinatur esse bona, sicut non suam cognoscere, aliqui bonum operantur, cum tamen sit malum. Opinatur enim omnes mulieres communes esse: ed quod sicut dicit Plato, vnus multas implere potest ad fecunditatem: talis enim opinatur non oportere operari quæ secundum veritatem bona sunt: auertitur ergo per incontinentiam ab illo quod opinatur, & operabitur in hoc quod fugit quod est non suam cognoscere: tunc ergo bona & non mala operabitur per incontinentiam. Imprudentia autem fuit malum existimare bonum esse. Incontinentia verò ab opinione egressiuus esse. Ab hac igitur imprudentia & hac incontinentia causatur fugere malum quod est bonum. Et hoc est inconueniens.

Adhuc

9. *Dubitatio, Vtrum intemperatus sit de-terior incontinentia?*

Adhuc autem ex hac opinione sequitur, quod intemperatus qui in toto corruptus est, melior sit incontinente qui in parte corruptus est, & in parte sanus. Quia prosequens delectabilia & ex electione eligens ut conuenientia, & oportere eligi iudicans, melior utique videbitur eo qui sequitur delectabilia non propter ratiocinationem quæ contrarium dicitur, sed propter incontinentiam & vim passionis. In eo enim quod ex iudicio delectabilia prosequitur intemperatus, ut ex ratione persuasus, sanabilior est eo qui contra conscientiam delectabilia prosequitur: ex quo enim sequitur delectabilia propter suam rationis, & non propter violentiam concupiscentiæ, si dissuasionem rationis ab alio accipiat, pro certo sanabitur. Incontinens autem qui contra conscientiam delectabilia prosequitur, reus est proverbio quo communiter dicimus. Quando aqua suffocat, quid oportet adhuc aquam bibere? hoc est, quando conscientia suffocat & remordet & strangulat: quid oportet alia, id est, media extrinsecæ persuasionis adhibere. Si enim conscientia quæ prodesse deberet, non prodest, multo minus prodest extrinsecæ persuasio. In hoc autem melior est intemperatus: quia si ex persuasionem alicuius ageret quæ agit, & non ex violentia concupiscentiæ, si ab alio dissuasus esset ne delectabilia prosequeretur, pro certo quiesceret à delectabilium prosecutione: nunc autem is qui incontinens est, non suatus ab alio, ex vi concupiscentiæ nihil minus agit alia quam conscientia dicitur: & sic sanabilior est intemperatus incontinente. Sanabilior ergo est in toto corruptus, quam in parte. Hoc autem inconueniens est. Falsum est ergo, quod omnis egressio à mente incontinentia sit, & persistens in mente incontinentia.

10. *Dubitatio, Vtrum continentia & incontinentia reuertatur circa omnia delectabilia?*

Superius autem dictum est, quod ab omnibus delectabilibus abstinent, continens sit & omnia delectabilia prosequens incontinens: & si à quibusdam abstinet, & quædam prosequitur, non simpliciter continens esse dicatur: & si hoc est verum, tunc circa omnia delectabilia erit continentia & incontinentia: & si hoc est verum, quæramus ab istis siue mulier siue vir sit continens vel incontinens? Nullus enim est, qui omnes habeat incontinentias in omni delectabilium prosecutione. Nullus ergo simpliciter est incontinens, sed omnes incontinentes sunt secundum quid, & in quodam, sicut incotinus ira, & incotinus amoris pecunia. Hoc autem inconueniens est: aimus enim quosdam esse simpliciter etiam continentes & non secundum quid. Dubitationes igitur quæ videtur esse de dictis Philosophorum inductorum tales quædam accidunt, quales dictæ sunt similes. De omnibus autem his quædam oportet interimere, quæ rationem non habent: quædam autem relinquere, quæ rationi veritatis inniuntur. Solutio enim dubitationis inuentio est causæ quare dubitatio est.

D. Alb. Mag. lib. 7. Ethic.

CAPVT III.

De distinctionibus quæ preparatorie sunt ad solutionem induetarum dubitationum.

Ad solutionem autem harum dubitationum inueniendam, primum intendendum est de dubitatione Socratis, vtrum scilicet scientes ex certitudine contra conscientiam agant vel non? & si scientes per vim concupiscentiæ contra conscientiam agant, oportet querere, qualiter scientes agant contra conscientiam. Deinde querere oportet, circa quæ delectabilia continentem vel incontinentem ponendum est. Hoc autem dico explanando scilicet quod querere oportet, vtrum continens vel incontinens sit circa omnem delectationem & circa omnem tristitiam, vel si est circa aliquas delectationes vel tristitias segregatas & specificatas? Et tertio querere oportet, vtrum continens & perseverans in mente concepta idem est vel alter? Similiter autem querere oportet etiam de aliis quæcumque cognata huic quæstioni, & ad hanc de continentia pertinentem speculationem.

Ante omnia autem hoc inquirendum quod & istius speculationis principium est, vtrum continens vel incontinens ab aliis vitiis & virtutibus habentes sunt differentiam in hoc quod diuersa sint obiecta circa quæ sunt, ab omnibus aliis obiectis virtutum & vitiorum. Vel differant in hoc quod circa eadem quidem sunt cum quibusdam virtutibus & vitiis: sed in hoc differunt, quod aliter sunt circa illa quam alia virtutes & vitia. Et hæc est differentia quæ vocatur in qualiter existimando circa illa. Hoc autem dico explanando: scilicet quod queratur, vtrum continens & incontinens differant ab aliis in hoc quod sunt circa hæc obiecta determinata, quæ ab omnibus aliis differunt obiectis virtutum & vitiorum, vel in hoc non habent differentiam, sed differunt in ut vel non in ut? Hoc est dicere, quod circa eadem quidem obiecta sunt cum aliis: sed non ut illa sunt circa eadem, sed aliter. Verbi gratia, temperatus circa delectabilia tactus est, sed alio modo circa eadem est continens & incontinens. Oportet iterum querere, si fortè continens & incontinens ab aliis differant ex ambobus istis, scilicet quod circa alia sit & aliter?

Deinde querere oportet, vtrum circa omnia delectabilia est continentia & incontinentia in abstinento & prosequendo, vel non circa omnia, sed circa quædam? Simpliciter enim incontinens, hoc est, sine appositione determinationis esse videtur circa delectabilia circa quæ est intemperatus: & hæc sunt delectabilia tactus in gustabilibus & veneris: & non videtur esse circa omnia. Adhuc autè circa delectabilia tactus non videntur esse continens & incontinens in hoc quod simpliciter tanquam ad obiecta propria habeant se ad illa: sed po-

11. *Incontinentes abstinent, non est circa omnia delectabilia.*

Z z rurs

tius etiam sic se habere videtur ad illa, scilicet quomodo se habent temperatus & intemperatus ad illa. Si enim continens & incontinens rationem acciperent & specificam differentiam in hoc quod sunt circa delectabilia tactus sicut ad obiecta & fines, sequeretur quod idem essent continens & incontinens cum temperantia & intemperantia. Ostensum est enim in superioribus, quod fines voluntatum constitutiue differentie sunt virtutum & vitiorum. Et quorum fines idem sunt, & ipsa eadem sunt. Non autem idem sunt continens & temperatus, & incontinens & intemperatus. Differunt ergo in hoc, quod circa delectabilia tactus est aliter temperatus, aliter continens. Temperatus enim circa hoc est non cum contradictione conscientie. Et intemperatus similiter circa delectabilia tactus est eligen ex conscientia existimans oportere semper prosequi præsens delectabile. Incontinens autem circa eadem est aliter, scilicet cum contradictione conscientie, in hoc scilicet, quod æstimat non prosequendum etiam delectabile esse, delectabile præsens prosequitur tamen ex vi passionis & concupiscentie.

12.
Nihil refert ad propositum an opinio vera sit, an scientia, qua transgreddentes incontinentiter agunt.

His autem sic prælibatis ad solutionem prædictorum notandum est, quod solutio quam afferebant quidam Stoicorum contra dictum Socratis, non est conueniens. In eo enim quod dicunt, quod opinionem aliquando contingit veram, & tamen aliquid facere contra eam, sed non contingit aliquid facere contra conscientiam, ita quod propter opinionem incontinentem agat, sed non propter conscientiam. Hoc est dicere, quod opinio in scientia existente contingat incontinentem agere & egredi ab opinione, sed scientia existente in conscientia non contingat incontinentem agere & egredi à scientia. Hoc autem nihil differt quoad rationem. Non minus enim impossibile sequitur contra vnum, quam contra aliud. Iam enim in præcedentibus diximus, quod nihil prohibet quamcumque existimationem operabilium formam scientie accipere quantum ad conscientiam operantis: & quoad illum idem est facere contra opinionem, quod contra conscientiam. Hoc autem maxime est in virtutibus. Illæ enim omnes quoad nos accipiuntur determinata ratione, & non quoad rem. Quidam enim opinantium quantum ad se non dubitant, sed existimant recte scire ea de quibus habent tamen fallacem opinionem. Si igitur dicunt isti, quod contingit contra opinionem agere propter hoc quod quiete & remissè creduntur operabilia: scientes autem ideò contra conscientiam non agunt, quia vehementer credunt scita: sequitur, quod nihil differt scientia ab opinione in quibusdam. Quidam enim nihil minus credere videntur & inniti eis qui opinantur & non veram habent scientiam, quam alteri qui verè sciunt. Hoc autem probatur per Heraclitum: hic enim dat omnia moueri, & huic opinioni certitudinaliter innitebatur: cum tamen fallax esset opinio.

CAPVT IV.

De solutione dubitationis quantum ad dubitantem, quamuis non sit sufficiens solutio ad rationem.

His igitur præsuppositis dicimus, quod præter scire contemplatiuum in operabilibus dicimus dupliciter scire aliquid. Etenim habens quidem scientiam operabilium in habitu, non vtens autem scientia in agere, ita scilicet quod scientia principium actionis sit, scire dicitur: & hæc scientia, sicut dicit Arist. in tertio de anima, est sicut inspectio delectabilium in pariete pictorum. Adhuc autem vtens scientia operabilium, hoc est, scita referens ad vsum operis, etiam dicitur scire. Et isti duo differunt in hoc, quod vnus habet operabilium scientiam, & non speculatur ea ad vsum operis: alius autem speculationem refert ad agere, in hoc quod concipit speculata prout actiua & elicitiva sunt actionis. Et secundum hoc differunt hæc duo, scientiam in habitu habentem contra scientiam agere quæ non oportet, & scientiam in agere & vfu habentem contra scientiam agere quæ non oportet. Durum enim est dicere, quod aliquis agat contra scientiam qui scientiam habet & ad vsum operis scientia vtitur & speculatur: sed non est durum si omnis qui habet scientiam & non speculatur, contra scientiam agat quæ non oportet. Qui enim vtitur, scibile accipit vt principium operis est. Hæc autem acceptio non est rationis quæ substantialiter ratio est: quia illa non immediate mouet ad opus, sed decernit quid operandum sit: sed in irrationali appetitio & sensibili in quantum participat formam rationis sicut dominatiui. Principium enim & principiata immediata sunt. Immediatum autem ad opus conceptio operabilis est ad hoc. Hoc autem sensu concipitur: & ideò immediatum ad opus irrationabile est formam rationis concipiens ad hoc.

Vtterius autem adhuc distinguendum est: in syllogismo enim ethico duo sunt modi propositionum. Vna quidem vniuersalis, quæ decretum est rationis de faciundo vel non faciundo. Alia autem singularis, quæ est conceptio huius singularis operabilis prout mouet & tenet appetitum ad opus. Cuius exemplum est, quod ratio dicit à delectabili venerorum abstinentium esse. Concipit autem irrationalis appetitus hoc delectabile venerorum, Gorgonem vel Helenam. Hoc autem delectabile conceptum per se & de necessitate agit in imperum, sicut calidum in ligna. Dicimus igitur, quod illum qui habet quidem in habitu & in consideratione rationis tenninum vtraque istas propositiones, & sic habitualiter scit eas, nihil prohibet operari quædam præter scientiam, contra scientiam scilicet faciundo. Adhuc autem eum qui vtitur vniuersali propositione & non vtitur particulari, adhuc nihil prohibet agere contra scientiam. Sed eum qui vtitur particulari quæ irrationali appetitio

quod habere scientiam etiam secundum alios modos ab his qui nunc dicti sunt, accidit hominibus, non quidem ex diuersitate scibilis, sed ex diuersa dispositione scientis. Videmus enim per experimentum habitum scientie differenter esse, non in vti, sed in herere. Et ideò contingit quosdam homines ex aliqua dispositione corporis aliquantulum habere scientiam eorum quæ sciunt, & aliquantulum eorundem scibilium scientiam non habere. Verbi gratia, in dormiente & vinolento. Dormiens enim ex oppilatione somni, & vinolentus ex oppilatione vini, scientiam habent eorum quæ sciunt in habitu, sed non reducibilem ad actum, nisi soluto oppilante quod ligat operationum principia & potentias. Et sic disponuntur ad sciendum illi qui sunt in moribus passionum. Impedit enim ira animum ne possit cernere verum, ex euaporatione fellis in sanguinem & eleuatione fumi fellici qui turbat spiritum animalem & commiscet ipsum cum animalibus: & ideò formæ representatæ in tali spiritu, non nisi principium amaritudinis esse possunt. Similiter in concupiscentia venerorum constitutus, totum spiritum animalem protendit in venerea, ita quod etiam conceptu talium formarum totum corpus immutatur: quod maxime sentitur in genitalibus, & forma in tali spiritu accepta fortiter ligat ad venerea. Ira enim & concupiscentia venerorum, & quædam aliæ concupiscentie de numero talium, sicut est concupiscentia delectabilis in cibo vel in poru, manifestè quantum ad sensum etiam corpus transmutant: in quibusdam autem in quibus fortiores sunt, etiam insanias faciunt. Propter quod gastrides dicuntur vel gastrimargi ventris insaniam habentes. Genos autem amor est ad venerea faciens insanire. Manifestum igitur est, quod in concupiscentiis ira vel venerorum existentes qui incontinentes vocantur, dicendum est similiter se habere somnolenti & vinolenti: quia sicut illi ad iudicium rectum non redeunt nisi soluto vino vel somno, ita nec isti nisi soluta concupiscentia.

Vtterius autem adhuc distinguendum est, quod vniuersale differt in operabilibus: aliquando enim operans vniuersale accipit in seipso & particulare similiter in syllogismo ethico: & tunc particulare ignorare non potest. Quia sicut dictum est in tertio nemo ignorat seipsum. Huius autem exemplum est, sicut si dicam, quod omni homini sicca conferunt: hic autem homo. Nemo enim ignorat hic minorem propositionem, hic de seipso concipiens. Aliquando autem vniuersale & particulare in rebus sunt quæ sunt extra operantem, sicut patet in eodem exemplo, scilicet quod omni homini sicca conferunt vniuersaliter: hæc autem sicca. In talibus enim vniuersale sciri potest, & ignorari particulare. Faciens autem contra conscientiam particularem, quod est extra homines, ignorare potest. Ignorare enim potest si hoc siccum est: & tunc vel non habet huius scientiam siue conceptum vel non habet vt illud est principium operis & vt operatur & facit in appetitum prout mouet eum ad operationem, sed habet ipsum tantum sicut si aspiciatur in parietem. Et secundum hos distinctionis modos differunt vtrique etiam ipsum impossibile, & quantitas eius. Magis enim impossibile est contra conscientiam facere vno modo, quam alio: & ideò quod faciens contra conscientiam sic quidem sciat in scientiam habeat, nihil est inconueniens. Aliter autem sciens quod contra conscientiam faciat, admirabile videtur: habens enim & vniuersale sciens, & sensibile non sciens nisi in habitu, cum tamen sensibile non sit acceptum in operante, nihil impossibile est si contra conscientiam agat. Si autem particulare habet & vniuersale, & vtramque in agere, ita quod agat in appetitum & trahat ipsum sicut ignis trahit cremabile, valde inconueniens est dicere agere contra conscientie conceptum. Ageret enim tunc appetitus sine mouente, quod est impossibile. Mobile enim non mouetur sine mouente immediato: & id quod est in potentia, non fit in actu, nisi per hoc quod est actus eius.

Adhuc autem vltterius distinguendum est, D. Alb. Mag. lib. 7. Ethic.

quod habere scientiam etiam secundum alios modos ab his qui nunc dicti sunt, accidit hominibus, non quidem ex diuersitate scibilis, sed ex diuersa dispositione scientis. Videmus enim per experimentum habitum scientie differenter esse, non in vti, sed in herere. Et ideò contingit quosdam homines ex aliqua dispositione corporis aliquantulum habere scientiam eorum quæ sciunt, & aliquantulum eorundem scibilium scientiam non habere. Verbi gratia, in dormiente & vinolento. Dormiens enim ex oppilatione somni, & vinolentus ex oppilatione vini, scientiam habent eorum quæ sciunt in habitu, sed non reducibilem ad actum, nisi soluto oppilante quod ligat operationum principia & potentias. Et sic disponuntur ad sciendum illi qui sunt in moribus passionum. Impedit enim ira animum ne possit cernere verum, ex euaporatione fellis in sanguinem & eleuatione fumi fellici qui turbat spiritum animalem & commiscet ipsum cum animalibus: & ideò formæ representatæ in tali spiritu, non nisi principium amaritudinis esse possunt. Similiter in concupiscentia venerorum constitutus, totum spiritum animalem protendit in venerea, ita quod etiam conceptu talium formarum totum corpus immutatur: quod maxime sentitur in genitalibus, & forma in tali spiritu accepta fortiter ligat ad venerea. Ira enim & concupiscentia venerorum, & quædam aliæ concupiscentie de numero talium, sicut est concupiscentia delectabilis in cibo vel in poru, manifestè quantum ad sensum etiam corpus transmutant: in quibusdam autem in quibus fortiores sunt, etiam insanias faciunt. Propter quod gastrides dicuntur vel gastrimargi ventris insaniam habentes. Genos autem amor est ad venerea faciens insanire. Manifestum igitur est, quod in concupiscentiis ira vel venerorum existentes qui incontinentes vocantur, dicendum est similiter se habere somnolenti & vinolenti: quia sicut illi ad iudicium rectum non redeunt nisi soluto vino vel somno, ita nec isti nisi soluta concupiscentia.

Si autem aliquis dicat, quod hæc non sunt vera quæ dicta sunt, sed quod somnolenti & vinolenti habent claram scientiam: & hoc probant: quia frequenter dicunt sermones rectè determinantes disciplinalibus, quos dicere non possunt nisi à scientia quam habent. Dicimus, quod hoc quod dicunt, nullum signum est, quod possint operari secundum scientiam: frequenter enim contingit, quod existentes in passionibus somni vel vinolentie quado somnus temperatè ligat, & vinum temperatè mouet & oppilat, subtilissimas faciunt demonstrationes & verba sapientissimorum proferunt, sicut Empedoclis vel alterius: sicut & pueri qui primum addiscunt literas apta coniunctione literarum & in constructione dictionum complectuntur sermones sapientum, quos tamen nequaquam sciunt in vtu & operatione prout illa sunt principia scientie vel operationis. Ad hoc quod sic sciant, oportet eos cognosci & habitum quasi in naturam transponi, vt in potestate habeant quæ dicunt. Hoc vt faciant, tempore longo indigent. Et sic

Obiectio.

Responsio.

se habent incontinentes. In potestate enim non habent quæ dicunt, nisi soluta concupiscentia. Propter quod existimandum est, quod incontinentes dicunt sapientiæ verba, quemadmodum dicunt & simulant. Simulator enim vnum dicit, & aliud intendit per voluntatem & appetitum: & similiter facit incontinens, qui ex ratione naturali omnia vera dicit. Sicut & meretrix honestam dicit esse continentiam: aliud autem appetit per conceptum singularis delectabilis.

Solutio igitur est dubitationis quantum ad dubitantem in genere, quod contra conscientiam si perfecta sit in maiori & minori propositione, & si concupiscentis mēs deobligata sit, & libera & serena, nunquā continget aliquid facere. Si autē perfecta sit scientia in maiori & non in minori propositione, sed minor sit conceptus delectabilis tenens & ligans ad opus ex violentia delectabilis & non concipiatur in ordine ad maiorem propositionem, ignorantia erit in minori propositione pure negationis, hoc est, quod non concipitur prout accipitur sub maiori: & sic sit aliquid contra conscientiam ab incontinente. Et sic etiam omnis malus ignorans est. Et idē etiam ista solutio communior est & non propria de ignorantia incontinentis.

CAPVT V.

De solutione huius dubitationis connaturalis & vera, & que est ad solutionem ad homines.

Quamuis autem hoc quod dictum est, sufficit ad excludenda obiecta quæ sunt inducta: tamen adhuc oportet soluere & connaturalis huic quæstioni solutionem adhibere & respicere causam quæ propter operationi continentis. Dicit enim Arist. quod demonstrationes ethicæ sicut ad conclusionem sic stant ad opus: vnde quale est opus, talem oportet inquirere causam quæ medium sit syllogismi & operis principium. Opus autem incontinentis & similiter incontinentis non est vnus p̄tentia sed duarum: ratio enim tenet & concupiscentia obnititur. Tale autem opus ex vna complexione soluta non causatur, sed ex duabus: & idē syllogismus continentis duas habet complexiones, & quatuor propositiones. Si enim dicam, quod à venereis abstinendum est: hoc autem venereum: non est principium & causa nisi abstinendi. Opus autem continentis non in hoc est solo. Continens enim abstinere cum sensu passionis in contrarium mouentis: & hoc ex alia complexione causatur, scilicet quod omne delectabile appetibile: hoc autem delectabile: ex hoc enim causatur motus appetitus à passione: & has complexiones continens simul accipit, vt ex vna causetur motus rationis, ex altera termini motus appetitus: vnde medius terminus in syllogismo continentis nunquam accipitur sine opinione contrarij. Si autem dicam venerea esse fugienda, & venerea esse delectabilia,

quæ sunt duæ propositiones maiores, sub his non possum accipere hoc esse venereum sub ratione fugiendi, nisi subrepat opinio & affectus delectabilis, scilicet hoc venereum esse appetibile & appetitus fortissimè mortuum: & idē in tali syllogismo minor propositio non accipitur nisi sicut à vinolento & somnolento in quo id quod rationis est, obnubilatum est, & concupiscentiæ motus fortissimus. Propter quod ratio in minori termino sincera & clara est: in maiori propositione opinio vniuersalis est: altera autem propositio de singularibus. Singularium autem proprius sensus, hoc est, sensu acceptio. Sensibile autem sub qualitatibus sensibilibus acceptum de necessitate mouet appetitum. Sensibiles enim qualitates actiue sunt, & proprium passiuum earum in quod agunt, potentia sensibilibus est, quæ de necessitate transmutatur à qualitatibus sensibilibus. Et idē minor propositio non poterat accipi sine affectu & appetitu. Cum autem ex vniuersali & singulari fiat vna complexio & acceptio, necessarium est animam affirmando dicere & concedere alicubi: sed conclusum est sicut in contemplatiuis syllogismis: sicut si dicam, omne rationale mortale homo: Sorres autem rationale mortale: oportet concedere, quod Sorres sit homo. In factiuis autem syllogismis complexione facta vniuersalis & singularis confestim oportet operari: quia factiua demonstratio stat ad opus. Verbi gratia si dicam, omne dulce gustare oportet: hoc autem dulce, vt vinum: necessarium hoc operari, hoc est gustare, si potens sit & non prohibitus aliquis, sed gustandi habeat facultatem. Et hoc quidem generale in ethicis. In syllogismo autem continentis speciale, quod est propter quatuor propositiones & duas complexiones & propositas opiniones, quæ in animo continentis nascuntur ex duobus respectibus singularis ad duas vniuersales propositiones. Sicut enim dicam, quod dulce gustare oportet: vinum autem dulce: innascitur opinio gustandi ex delectatione dulcedinis vini. Si autem dicam, quod ab oppulantis rationem abstinendum est: vinum autem dulce oppilans est rationem: innascitur opinio ad fugiendum. Et sic contrariæ acceptiones semper sunt in animo continentis. Quando igitur vna quidem vniuersalis est in qua est prohibens gustare, alia autem vniuersalis est, quod omne dulce delectabile: & sub his demonstratum singulare accipitur, hoc dulce, scilicet mel, vinum, vel concubitus, quod certo hoc operabitur. Si autem forte concupiscentia insit & fortiter moueat affectum: tunc vna complexio dicit fugere hoc: concupiscentia autem mouens in contrarium ducit ad hoc faciendum: concupiscentia enim illius potentia est, quod potest mouere vnaquamque particulam animæ & corporis, propter colligantiam quam habent ad appetitum quem mouet concupiscentia. Si autem tale est opus continentis & incontinentis, sequitur, quod incontinenter agere aliquando est à ratione & opinione. Ratio enim in contrarium mouet concupiscentiæ. Quamuis non contrariæ sint secundum se ipsas acceptio siue opinio vniuersalis siue particularis, siue maioris

ioris propositionis & minoris, tamen secundum accidens contrarietatem habent, in quantum scilicet singularis acceptio cum concupiscentia est. Concupiscentia enim in hoc rectæ rationi contrarium est, quod in contrarium mouet eius quod à recta ratione determinatum est: quamuis opinio vniuersalis & singularis secundum se contrarietatem non habent: eod quod particulare sub vniuersali est acceptum: & sic à ratione & concupiscentia motus & opus est incontinentis.

Patet etiam, quod propter hanc causam bestias non dicimus incontinentes agere: quoniam non habent vniuersalem rationis opinionem, sed tantum singularium phantasiam & memoriam: & idē statim sequuntur concupiscentias, & nihil habent obnitens in contrarium.

Si autem aliquis quærat, qualiter in incontinente resoluitur ignorantia quæ est ex obnubilatione concupiscentiæ, ita quod incontinens rursus fiat sciens & clarum habeat acceptionem operabilium. Eadem ratio est quæ est de vinolento & dormiente: hæc enim passio propria & separata ab aliis non habet causam. Hæc autem causam à Physiologis audire oportet: quia ex principiis ethicis non potest determinari: somnolentus enim à ligamento somni non resoluitur, nisi quando fumus spissus à loco digestionis eleuatus attenuatur & digeritur, ita quod primum sensitiuum ligare non potest. Et similiter in vinolento soluitur digesto fumo vini. Et eodem modo concupiscentia resoluitur resolutio somno qui sanguinem & calorem vexat ad fructum concupiscentia: quia quod in syllogismo continentis vltima siue minor propositio & opinio siue acceptio sensibilibus est sub affectu sensibilibus qualitatibus accepta, illa principale principium est actionum & operationum nostrarum. Omnes enim actiones nostræ circa singularia sunt. Hanc autem sensibilem acceptionem incontinens vel non habet, quando est in passione concupiscentiæ: vel sic non habet, quod ex tali habitu verè dicatur scire secundum rectam rationem operabilia.

Et si dicatur, quod incontinens in passione concupiscentiæ existens, profert magnæ sapientiæ verba aliqua. Dicendum, quod incontinens dicit talia sicut vinolentus profert verba Empedoclis. Ignorantia autem hæc contingit propter hoc quod extremus terminus qui est hoc singulare in minori propositione acceptum, non est vniuersale, sed singulare sub affectu qualitarum singulariter, quibus à recta ratione remouet appetitum, & quando extremus terminus non est vniuersale, abstractum scilicet & separatum à qualitatibus sensibilibus, sequitur quod extremum non est æqualiter, vel similiter scientificum cū maiori propositione. Qui enim in vino sensibus est obnubilatus: & idē erroris & ignorantie causatiuus. Errat enim & ignorat omnis malus in minori propositione, in hoc quod minorem tantum accipit sub affectu sensibilibus, & non secundum terminum rectæ rationis qui est in maiori.

Et ex hoc videtur accidere, quod dubitando

quærebat Socrates: non enim sit passio concupiscentiæ præsentem scientiam siue, ex præsentia scientiæ illius quæ principaliter visa est esse scientia: hoc enim est vniuersalis & in ratione recta & in maiori propositione est: hoc enim non attrahitur ad illicitum propter passionem concupiscentiæ, sed semper obnititur. Sed sensibile præsentem & accepto in appetitu statim sit passio & attractio per concupiscentiam: & sic sit ignorantia in minori propositione. Propter quod dicebat Socrates scientem nunquam operari contrarium nisi ex ignorantia. De eo quidem igitur quod est scientem vel non scientem incontinentem agere, & qualiter scientem contingit incontinentem operari vel non, tanta & tot à nobis dicta sunt.

CAPVT VI.

De continentia & incontinentia per respectum ad materiam circa quam sunt.

Deinceps autem quærendum est de eo quod vltimè ponebatur, scilicet vtum est aliquis incontinens simpliciter sine additione determinationis, vel omnes dicuntur secundum partem incontinentes. Quærendum etiam, si aliquis est incontinens simpliciter, circa qualia obiecta est ille, vtum scilicet circa omnia concupiscentia, vel circa quædam? Et si est circa quædam, quæ sunt illa? Quod quidem igitur circa delectationes & tristitias sunt incontinentes & perseverantes & incontinentes & molles, manifestum est ex his quæ dicta sunt. Adhuc autem eorum quæ faciunt delectationem, quædam sunt necessaria ad indiuidui vel speciei consistentiam: quædam autem secundum se quidem sunt eligibilia vel habentia ius quare eligantur, aliquando tamen superabundantia in his vituperabilis est. Verbi gratia ea enim quæ necessaria sunt, corporaliter delectantia sunt secundum tactum, verbi gratia vt talia quæ sunt circa cibum & venereorum vsum, sine quibus conseruatio speciei non est. Ea autem quæ non sunt necessaria, sunt autem eligibilia secundum se ipsa, eod quod sunt coadiuuantia ad virtutem, sicut sunt victoria, honor, diuitiæ, & huiusmodi, quæ sunt de numero bonorum quæ in præcedentibus diximus instrumentaliter deferuire felicitati. Necessaria autem, vt generaliter dicatur, sunt ea quæ sunt delectabilia secundum tactum, circa quæ diximus esse temperantiam.

Determinantes ergo quæstionem quæ quærit, vtum aliquis simpliciter sit incontinens? Dicimus, quod illi quidem, qui superexcellunt præter rectam rationem eligendorum hæc quæ sunt delectabilia non necessaria, superexcellunt autem rationem electionis quæ est in ipsis eligibilibus, plus eligentes ea quam eligibilia sunt: tales quidem non dicimus simpliciter incontinentes, sed cum determinatione apponentes determinationem hæc, quod

Aliquo modo euenit quod quædam Socrates, vt præsentem scientiam non fiat incontinentem.

16. Absolutè continentis & incontinentis veritas circa voluptates quæ sunt in gustu & tactu.

13. Hinc fit vt bene incontinentes non sint.

14. Dubitatio, Quomodo soluitur ignorantia & incontinens fit sciens. Solutio.

Obiectio dilutio.

dicimus eos pecuniarum incontinentes, & lucri incontinentes, & honoris incontinentes, & iræ incontinentes. Simpliciter autem & sine determinatione non dicimus eos esse incontinentes, per hoc signantes tales alteros quosdam esse ab his qui simpliciter dicuntur incontinentes, & quod secundum similitudinem quandam ad illos & non vniocationem dicuntur incontinentes isti & illi. Hæc autem alteritas rationis est, vt per exemplum demonstretur, quemadmodum homo qui olympia vicit: ille enim & homo est, & ad sensibile tractus est. Vnde communis ratio hominis in ipso à propria sua ratione parum differebat: non enim differit nisi per rationem indiuiduatis per quod vniuersale quod in intellectu est, determinatur ad sensibile. Simpliciter autem incontinentis circa hoc est, quod simpliciter est delectabile vel triste: hoc autem est delectabile in gustu actus & venereis, vt in tertio huius scientiæ libro determinatum est.

Quod autem ille simpliciter incontinens sit qui tali passione deducitur, signum est, quod incontinentia quæ simpliciter incontinentia est, non vituperatur tantum vt peccatum quod quantamcumque deformitatem habet in actu, sed vituperatur etiam vt malitia quædam & vitium speciale: quia vel simpliciter malitia est, vel secundum partem quandam, sicut in antecedentibus diximus, quod aliqua pars incontinentis corrupta est. Eorum autem qui sequuntur delectabilia quæ secundum se eligilia sunt, quamuis superabundantia sint vituperabiles, nullus vituperatur vt vitiosus, sed potius vt peccans in electione, quæ secundum se vitiosa non est. Eorum autem qui circa corporis voluptates sunt in gustu & tactu, circa quas dicimus esse temperatum & intemperatum, nullus vituperatur persequens superabundans, & fugiens superabundans tristitiam, & fugiens superabundans tristitiam, & omnia circa quæ dicimus esse tactam & gustum. Nullus, inquam, horum vituperatur in hoc quod eligit & persequitur delectabilem superabundantiam, sed simpliciter vituperatur propter electionem talium delectabilium: simpliciter enim talia eligere vitium est. Talis igitur etiam præter electionem & intellectum superabundantia simpliciter incontinens dicitur, & non dicitur incontinens secundum appositionem determinationis quemadmodum dicimus incontinentem iræ vel alicuius alterius. Signum autem huius est, quod molles qui incontinentes sunt, circa tales passiones sunt molles & resoluti: de aliis autem incontinentis quæ sunt incontinentiæ cum determinatione, nulla circa tales passiones est.

Soluta est ergo quæstio per distinctionem æquiuocationis in eo quod est simpliciter. Si enim simpliciter dicatur incontinens, qui vniuersaliter habet omnes incontinentias passionum, nullus est simpliciter incontinens. Si vero simpliciter incontinens dicatur, qui sequitur passiones quæ simpliciter fugiendæ sunt & à quibus continere difficile est propter connaturalitatem, simpliciter erit incontinens, qui contra rationis conatum sequitur passiones tactus circa quas sunt temperatus & intemperatus.

Et propter hoc in idem quantum ad obiectum ponimus incontinentem & intemperatum, & continentem & temperatum. Sed nullum aliorum incontinentium ad idem obiectum referimus. Hoc autem contingit propter hoc quod secundum aliquem modum idem sunt voluptates & tristitiæ circa quas temperatus sunt & continens, & intemperatus & incontinens: quamuis non simpliciter sint circa illas: quia intemperati eligunt eas sine dissensu rationis: incontinentes autem non eligunt eas ex ratione, sed vi passionis deducuntur. Propter quod intemperatum magis dicimus vtique corruptum, quam incontinentem: quia intemperatus superabundantiam passionum prosequitur vel non concupiscens, vel quietè & remissè concupiscens, & fugit paruas & modicas tristitias quæ sunt ex absentia delectabilium: incontinens autem prosequitur eas propter vehementem concupiscentiam quasi vitus: si enim intemperatus tali concupiscentia duceretur vt incontinens, multo plus prosequeretur eas. Qui enim ex parua mouetur concupiscentia, quid faceret ille si adesset ei concupiscentia iuuenilis quæ calido & humido feruentissima est? Et qui fugit moderatas tristitias, quid faceret si fortis tristitia adesset ex indigentia subtractionis necessariorum? proculdubio enim tunc infaniret. Quamuis ergo intemperatus melior sit incontinente in hoc quod persuasibilis est ad oppositum, tamen in hoc vituperabilior est, quia magis corruptus est.

17. Intemperatus & incontinens circa eadem sunt, sed non eodem modo.

CAPVT VII.

Circa quæ delectabilia sit continentia simpliciter dicta, & circa quæ continentia quedam.

Quia autem concupiscentiarum & delectationum quædam sunt de genere bonorum & studiosorum, sicut est delectatio virtutis & philosophiæ & aliorum honestorum quæ per se expetibilia sunt. Quædam autem sunt non de genere bonorum studiosorum, & illæ sunt multiformes. Delectabilem quædam enim ita eligibilia sunt, quod per se & secundum sui naturam eliguntur, sicut diximus de delectatione in partibus honestatis. Quædam autem harum sunt contraria, sicut delectabilia vitiorum vel bestialitatum, in quibus quidam delectantur. Quædam autem delectabilia sunt intermedia horum, & hæc sunt de quibus in antehabitis diximus, quod quædam secundum substantiam bona sunt, & organice ad virtutem deseruiunt: sed tamen superabundantiæ malæ sunt. Verbi gratia, delectatio pecuniæ & lucri & victoriæ & honoris: omnia enim hæc & talia quæ intermedia bona sunt, ita quod quædam bona in se, superabundantiæ autem malæ, nullus vituperatur in pari concupiscentiæ ad hoc, & secundum concupiscere hoc, & secundum amare hoc: laudabile enim est talia concupiscere & amare. Sed qui circa hoc est secundum aliquem modum, scilicet in

18. Incontinentia non est circa honesta delectabilia.

superflue amare vel concupiscere, vituperatur. Propter quod cum continentis sit continere se in passione, quanti quidem retinentur à passione præter rationem, vel etiam præter rationem prosequuntur aliquid de numero eorum quæ secundum sui naturam sunt pulchra & bona: verbi gratia, sicut circa honores magis quam oportet vel minus quam oportet, studentes: vel magis quam oportet vel minus, studentes circa delectationem filiorum vel parentum, vituperantur: cum tamen de genere bonorum sit & laudabilem circa hoc studere. Circa talia enim quædam superabundantia est quæ vituperabilis est. Sicut si quis propter dilectionem filiorum etiam ad Deos rebellet, sicut dicitur Niobe mulier quædam fecisse. Hæc enim duodecim natos dicitur habuisse, sex quidem masculos, & sex feminas. Niobe igitur superflue filios suos amans, laudando præferebat eos natis Latonæ deæ, & se præferebat ipsi deæ, & dixit, Quantum ego melior sum Latona, eod quod duodecim habeo natos, illa autem non nisi duos. Hoc autem vituperabile est vt aliquis intantum diligit filios, quod à diis conuicietur & rebellet. Quædammodum Satyrus Philopater cognominatus se habuit circa dilectionem patris, qui in dilectione patris valde videbatur desipere. Hic enim Satyrus ideo Satyrus vocabatur, quia valde erat luxuriosus, ita quod à satyris impetum concupiscentiæ videbatur habere. Cognominabatur autem Philopater, hoc est, diligens patrem. Amans enim aliquando quandam puellam non ad honestatem nuptiarum, sed ad mæchiam & luxuriam, rogabat patrem, Subtractum nomine, vt sibi cooperaretur ad puellæ consensum: & cum pater hoc fecerat & puellam ad consensum filij induxisset, ex rûc idem tantum patrem amavit vt parte moriente se ipsum præcipitaret & vita priuaret: quæ magna fuit desipientia ad quam amor superfluus induxit. Circa talia igitur delectabilia nulla malitia est in dilectione eorum. Propter hoc quod dictum est, quod vnumquodque eorum de numero eorum quæ natura eligibilia sunt, & propter seipsa, in quantum nullum eorum in se aliquid habet propter quod fugiendum sit: tamen superabundantiæ dilectionis eorum vel delectationis præuæ sunt & fugiendæ. Similiter autem in diligendo hoc quod diligendum secundum se, nulla est incontinentia. Incontinentia enim, sicut aliquando diximus, non solum est de numero fugiendorum, sed de numero vituperabilium. Et si incontinentia esset diligere hæc vel delectari in eis, esset dilectio eorum & delectatio in eis vituperabilis & fugienda, quod iam ante diximus non esse verum.

Philopater se inuenerat.

19. Secundum cuiusmodi prædictorum, ob passionis similitudinem, cum additis, ne incontinentes dicimus.

mus incontinentiam iræ, & incontinentiam amoris pecuniæ, & incontinentiam amoris filiorum vel parentum. Multa enim sunt quæ coniuncta determinationibus suis, vera sunt, quæ tamen diuidere non licet. Sicut dicimus malum medicum, malum hypocritam siue repræsentatorem: quorum tamen neutrum nullus vtique simpliciter diceret malum & simpliciter, hoc est, quod nullus illorum simpliciter dicitur incontinens: eod quod in talibus delectationibus non simpliciter malitia est, quamuis malitia sit in quodam modo talis dilectionis vel delectationis. Incontinentia autem simpliciter esse vult circa hoc quod malitia simpliciter est. Si ergo dicitur incontinentia, hoc erit secundum analogiam & similitudinem ad illum qui simpliciter est incontinens: sicut malus medicus & malus hypocrita siue repræsentator secundum analogiam ad verum medicum & verum repræsentatorem, qui simpliciter medicus est & simpliciter repræsentator. Sic ergo & hoc existimandum est, quod incontinentia & incontinentia simpliciter circa eadem delectabilia sit cum temperantia & intemperantia. Circa iram autem & honorem & huiusmodi non fit continentia vel incontinentia simpliciter, sed ea quæ secundum similitudinem & analogiam dicitur: & propter hoc apponimus determinationem, dicentes incontinentem iræ vel lucri vel honoris, & non incontinentem simpliciter. Analogia autem est, qua diximus, quod vterque est qui patitur & deducitur: hoc enim habet & incontinens simpliciter & incontinens quidam.

CAPVT VIII.

Quare incontinentia quedam & non simpliciter est circa delectabilia quedam.

Quia autem quædam delectabilia sunt non ex natura delectabilis, sed potius ex natura & dispositione naturæ eius qui delectationem quarit in eis: sicut boui delectabile est orobrum, & alino iringi, cholericis adustus amara, phlegmaticis autè pisces, & sic de aliis, oportet verò querere qualiter incontinentia sit in talibus delectabilibus. Quædam enim horum delectabilium simpliciter siue vniuersaliter omnibus hominibus sunt delectabilia, vt cibus, vestis, & lectus. Quædam autem non vniuersaliter sunt delectabilia omnibus, sed diuersificantur secundum diuersa genera animalium & hominum secundum diuersas complexionis dispositiones eorum, ita quod delectabile est vni, non delectabile est alteri. Et hoc ex diuersis causis contingit. Aliquando enim contingit propter passiones infirmitatum quæ mutantur corpora, sicut est in prægnante in qua in principio etiam prægnationis cum sanguis menstruus retinetur & redundat, turbatur appetitus propter turbatam complexionem: & incipiunt desiderare quæ secundum sui naturam non delectabilia sunt: sicut ea quæ terra comedit, id est, quæ comedit carbonem, & ea quæ

20. Circa delectabilia quæ sunt contra naturam, non est sumenda continentia.

quæ à comestione stercoreum abstinere non potuit: & talia etiam ex istis aegritudinibus contingunt. Aliquando autem tales transmutationes complexionum contingunt propter consuetudinem: quia scilicet connutriti eis qui in talibus delectari consueverunt: sicut de his qui dicuntur connutriti lupis, & postea delectantur in crudarum carniarum comestione, cum hoc innaturale sit homini. Natura enim nullum cibum parat sufficienter homini nisi lac: & idè naturale homini est coquinatum cibum desiderare. Aliquando autem contingunt talia desideria propter perniciosas naturas siue complexionis: sicut qui est de cholera adusta, carbones desiderat & alia adusta amara: & qui est de phlegmate putrido, fœrentes desiderat herbas: & melancholicus in obscuro & proso delectatur. Circa singulas enim harum delectationum inuestigandi sunt proprii & proximi habitus: quia illi ad mores hominum pertinent.

Habitus autem istos dicimus bestiales: quia non conueniunt hominibus secundum quod homines, sed secundum animale quod in eis est, secundum bestialitatem; hoc est, similitudinem bestiarum transformantur. Verbi gratia, sicut dicitur de illo homine de quo legitur, quod prægnantes rescidit mulieres & delectabatur pueros de vteris matrum deuorare. Dicitur enim, quod Lamia fuit quædam mulier circa Ponticum Scythiæ prouinciæ, quæ quia perdidit proprios filios, aliarum mulierum fœtus comedit & deuorauit. Vel, sicut dicitur, quidam syluestrium hominum circa Ponticum mare habitantium in Scythia, qualiter gaudet delectatione innaturali. Dicunt enim quosdam illorum delectariendis piscibus, quosdam hominum carnibus, quosdam autem proprios pueros comedere inuicem & nuntiare in conuiuium ut à parentibus demonstratur. Vel sicut dicitur de Phalaride. Phalaris enim homo fuit pessimus, qui cum proprium filium deuorasset, lectum habuit in quo posuit homines quos capere poterat. Et quicumque quidem erant longiores lecto, illis truncabat dentibus quantum excedebant longitudinem lecti: quicumque autem breuiores erant, illis soluebat iuncturas membrorum, ut ad longitudinem lecti extenderet: & in talibus delectabatur.

Tales enim habitus bestiales sunt, & aliquando, sicut diximus, ex aegritudinibus contingunt, vel etiam ex infania. Sicut dicitur, quod quidam Iesus Persarum rex propriam matrem diis sacrificauit: & quidam seruus eius sacrificans conseruum suum, partem conserui accipiens hepar deuorauit: sicut & Iesus primo primum sacrificatam matrem postea deuorauit, frustatim diuidens eam.

Et tales habitus aliquando sunt ex aegritudine, aliquando ex consuetudine. Sicut quosdam videmus pilos & vngues dentibus euellere & corrodere. Adhuc carbonum & terræ comestiones à quibusdam sunt delectabiles. Et cum omnibus antedictis venereis abusus masculorum quibusdam delectabilis est, qui ephabi vocantur.

Omnes autem hi habitus quibusdam contingunt ex perniciosa natura siue complexio-

ne: quibusdam autem ex consuetudine quæ in naturam transponitur. Verbi gratia qui assuefacti sunt ex pueris in talibus delectari.

Quibuscumque igitur ex naturali dispositione contingunt, hos nullus sapiens diceret incontinentes simpliciter propter dispositionem perniciosæ naturæ quam habent ad hoc quod inuicibilis eis est: quia dicit Horatius, Naturam licet expellas furca tamen vsque recurret. Quemadmodum enim mulieres dicuntur incontinentes: quia ex mollitie naturæ habent quod passionibus ducuntur, & non habent constantiam complexionis qua ad rationem ducere valeant passiones: & sic non ducunt passiones, & ducuntur ab eis. Et similiter est quicumque hos habitus habent ex aegritudine. Qui autem habent propter consuetudinem, eò quod consuetudo in naturam modum transponitur, similem habent ad passiones obligationem.

Horum autem singula habere est extra terminos humanæ malitiæ & humani vitij: quemadmodum & bestialitas extra terminos humanitatis est. Idè si habet tales passiones, continet se & superat eas: vel si non continet & superatur ab eis, hoc non simpliciter continetia vel incontinentia, sed est continentia & incontinentia secundum similitudinem & analogiam dicta, quemadmodum diximus, quod talem modum passionis habet continens vel incontinens circa iras. Tales non simpliciter dicendum est esse continentes vel incontinentes, sed continentes vel incontinentes in quodam, eò quod ista extra terminos humanitatis sunt. Continentia autem & incontinentia humanorum sunt.

Omnis enim malitia & omnis insipientia & omnis timiditas & omnis intemperantia & omnis crudelitas quæ superabundant super terminos humanæ malitiæ, bestiales sunt: & quædam earum sunt ex bestiali natura siue complexione: quædam autem aegritudinales, eò quod ex aegritudinibus quibusdam relinquuntur. Quidam enim ex naturali complexione vitiosa & perniciosa dispositi sunt ad timendum omnia, & terrentur etiam si sonum faciat mus: & tales pro certo secundum bestialem timiditatem timidi sunt. Et talium aliquis ex aegritudine sic dispositus fuit, quod etiam mustellam timuit. Similiter etiam est de insipientibus: quidam enim illorum ex vitiosa natura siue complexione tales sunt, ita quod irracionales & solo sensu viuentes. Sicut dicitur de barbaris logè positus in Scythia. Quidam autem impedimentum habent rationis ex aegritudine, sicut epileptici vel infani: & horum habitus dicuntur aegritudinales. Bestiales habitus autem eorum dicuntur, qui habent hoc ex perniciosa complexione. Quocumque autem modo habeantur tales habitus, contingit aliquem in eis habere quidem passiones, sed non superari ab eis. Verbi gratia sicut si diceremus, quod Phalaris concupiscens proprium filium comedere, tenuit & continuit se ab opere non deductus à passione. Vel si aliquis inconuenientem delectationem venereorum habuit ad masculos: continuit autem se & non secutus est passionem. Contingit etiam aliquem habe-

re ta

re talem passionem & superari ab ea, & sic pati quædam similia continenti, & quædam similia incontinenti.

Sicut ergo dicimus in malitia quæ est secundum hominem, quæ simpliciter malitia est & sine delectatione. Quæ autem extra terminos humanos est, non dicitur simpliciter & sine delectatione malitia, sed dicitur malitia bestialis, si ex complexione: vel dicitur malitia aegritudinalis, si est ex aegritudine, & non dicitur malitia simpliciter. Secundum eundem modum habet se etiam incontinentia, quod scilicet incontinentia quæ circa talia est, dicitur incontinentia bestialis, vel incontinentia aegritudinalis, id est, non simpliciter & sine determinatione incontinentia: quia illa quæ simpliciter continentia est, secundum solam humanam est temperantiam, sicut in antehabitis dictum est. Quoniam quidem igitur incontinentia simpliciter solum est circa ea circa quæ est temperantia & intemperantia, & quoniam circa alia delectabilia alia species incontinentiæ quæ secundum metaphoram dicitur & non simpliciter, ex his quæ dicta sunt manifestum est.

CAPVT IX.

De comparatione incontinentiæ simpliciter ad incontinentiam iræ.

22. Minus turpis est incontinentia iræ, quam incontinentia quæ est circa concupiscentias tactus.

Quoniam vero minus turpis est incontinentia iræ quam incontinentia quæ est circa concupiscentias tactus, deinceps speculabimur. Incontinentia enim iræ in hoc minus turpis, quam concupiscentia tactus circa quam est incontinentia simpliciter. Quia ira quidem secundum aliquid videtur audire rationem: à syllogismo enim procedit sic, omne contristans repellendum: hoc autem contristans: statim repellit. Syllogismus autem actus rationis est. Vnde ira secundum aliquid audit rationis præceptum & decretum: sed non obaudire videtur, eò quod in minori propositione non satis discernit verum hoc vere contristans sit, & verum debite repellendum sit. Et hoc est simile ei quod sit in æconomicis, vbi veloces ministrorum qui præuolant ad implenda præcepta dominorum, excurrant ad obedientiam antequam perfecte audiant omne dictum dominorum: & deinde peccant in actione, eò quod perfecte voluntatem domini non perceperunt: & procedunt à tali syllogismo, omne dictum domini implendum: hoc autem dictum domini quod non perfecte perceperunt: & idè peccant in actione non secundum decretum domini perficientes obedientiam. Similiter & canes & non à ratione sed à phantasia faciunt: ad solam enim sonitum latrant antequam intendunt si amicus est vel inimicus qui sonum facit. Sic ira propter caliditatem mouentis naturæ & velocitatem ad vin dictam, audiens quid est præceptum rationis de repellenda iniuria, sed non perfecte audiens, statim mouet ad repulsionem eius qui iniuriam facit. Ratio quidem enim talibus ministris, vel phan-

tasia in canibus nuntians manifestauit, quoniam iniuria facta est, vel contemptus illarum & hæc eadem ratio quemadmodum syllogizans dixit, quoniam oportet talem iniuriam oppugnare & repellere: & confestim irascitur & insurgit, antequam audiat, an vel quid vel qualiter repellendum est. E contra autem concupiscentia circa quam est incontinentia simpliciter, si solum dicat ratio vel phantasia vel sensus nuntiando, quoniam delectabile, statim mouet concupiscentia ad affectionem præter syllogismum rationis. Pater igitur, quod ira aliquo qualiter consequitur rationis actum: concupiscentia autem hunc non expectat: turpius autem quod minus habet de ratione: turpius ergo est incontinens simpliciter, quam incontinens iræ. Incontinens quidem enim iræ aliquo qualiter vincitur à ratione quæ imperat iniuriam repellere: incontinens autem concupiscentia etiam non à ratione motus, statim ducitur ab ipsa concupiscentia. Hæc autem est ratio: quia delectatio concupiscentiæ naturæ complantata est: & idè seipsam mouet non præuenta à ratione.

Adhuc communis animi conceptio in moribus est, quod magis naturalibus appetitibus facilius damus veniam, etiam quando inordinati sunt. Quod ex hoc patet: quia etiam concupiscentiis talibus quæ sunt communes omnibus & in quibus omnibus communes sunt, magis damus veniam: sicut est concupiscentia cibi, lecti, & vestis (quæ sicut dicitur Homeus, omnis homo concupiscit & iuuenis & Senex) si inordinant, quod fit circa tales magis ignoscimus, quam si fiat circa concupiscentias non communes nec necessarias, sicut est concupiscentia venereorum in mœchia. Si vero accipiatur natura quæ principium generationis est, secundum quod dicitur in quinto metaphysicæ, quod natura est ex qua pullulat pullulans: tunc ira naturalior est: quia ex parentibus frequentius innata. Calor enim cordis præcidit semen à generantibus, & informat vniuersali virtute: & idè calor cordis patris in semine remanens generationis quasi in parente, fumosus & amarus est, & natus ex ipsa generatione dispositionem accipit ad iracundiam. Concupiscentia autem tactus non in natalibus, sed in ipsa communi complexione fundatur cui complexionata est: & idè secundum respectum ad parentes ex parentibus naturalior est ira quam concupiscentia. Concupiscentiis autem quæ magis naturales sunt, maior est difficultas ad resistendum, quam concupiscentiis his quæ superabundantiæ sunt & non necessaria, sicut sunt omnes concupiscentiæ tactus circa quas est incontinens. Concupiscentia enim cibi vel lecti naturalis est homini: sed concupiscentia superabundantis cibi vel superabundantis studij in lecto, nec naturalis nec communis est hominibus. Ira igitur naturalior est, quam concupiscentia incontinentis vel intemperati: & idè dignior venia & minus turpis. Hæc autem apparent in allegationibus eorum qui accusati fuerunt propter iræ incontinentiam. Accusatus enim quidam, quia percussit patrem, excusando dixit, quod ex patre ira esset sibi ingenerata: cuius

signum

Lamia comedit filios aliarum mulierum.

Phalaris bestialius.

2. ratio.

Alia furidus.

signum induxit : quia & pater suus percussit suum patrem , & auus percussit proauum : & puer filium suum ostendens cui ira ingenita fuit, dixit, & iste filius meus percuciet me cum vir fuerit : omnibus enim nobis secundum totam genealogiam ira cognata est. Et alius à filio suo tractus per iram vsque ad ostia , filium quietere iussit allegans quoddam vterius trahendus non esset quam ipse traxerat suum patrem : traxerat autem vsque ad ostia. Quamuis autem ira sic innascitur à calore cordis generantis : tamen alteratione corporis & in qualitate materiæ, aliquando fit inæqualiter in filio, quam in patre.

3. ratio.

Adhuc iniustiores concupiscentiæ & iniuriæ sunt quæ cum per insidias procurantur, quam illæ quæ sunt manifeste: iracundus quidem igitur non est insidiator , neque ira insidiatrix , sed manifeste & statim repellit iniuriam. Concupiscentiam autem & maximè quæ est venercorum , insidiatrix est : primo enim venatur amorem & familiaritatem, quo trahat eam quam concupiscit , quemadmodum Homerus & alij poetæ dicunt de Venere , quod insidiatrix sit. Homerus enim dicit, quod deceptio propria est dolosæ Cyprigenæ, hoc est, Veneris de Cypro natæ. Et hanc deceptionem dicit esse corrigian Veneris valde variam, per quam fraus est, & alligavit sibi intellectum siue rationem spîsè sapientis, hoc est, profundè prudentis. Sicut dicit Sapiens, quod vinum & mulieres apostatate faciunt etiam sapientes. Si ergo concupiscentia tactus iniustior est, quam concupiscentia iræ, pro certo & turpior est, & illa incontinentia quæ simpliciter incontinentia est, aliquantulum malitia est: incontinentia autem iræ non cum tali machinatione est malitia, pro certo incontinentia iræ minus turpis est quam incontinentia concupiscentiæ.

4. ratio.

Adhuc si iniuria fiat per incontinentiã concupiscentiæ, siue in adulterio, raptu, vel incestu, non sit cum tristitia, imo cum delectatione: qui autem iniuriam facit ex ira, semper habet tristitiam in actu, cum tristitia illata de diffinitione iræ sit. Cum igitur ea quibus maximè iustum est irasci, sic differunt quod ista sunt cum tristitia, illa cum delectatione, iniustiora autem sunt quæ cum delectatione sunt quam cum tristitia, sequitur quod iniustior sit incontinentia concupiscentiæ, quam incontinentia iræ. Hoc autem maximè videtur ex hoc quod ira non facit iniuriam primo, sed repellit eam. Repellere autem iniuriam non est iniuria. De iure naturali est vim vi repellere. Iniurians autem ex concupiscentia per se & primus infert iniuriam. Quod quidem igitur ea incontinentia quæ est circa concupiscentiam, turpior sit, quam incontinentia iræ, & quoniam incontinentia simpliciter & incontinentia ei opposita est circa concupiscentias & delectationes corporales circa quas est temperatus & intemperatus, manifestum ex dictis.

CAPVT X.

De comparatione incontinentiæ simpliciter ad incontinentiam bestialitatis.

Harum autem delectationum & concupiscentiarum circa quas est tactus, differentiæ assumendæ sunt & considerandæ. Hæ enim multorum sunt modorum. Quemadmodum igitur dictum est in præhabitis vbi principia incontinentiæ & incontinentiæ inuestigauimus, quædam concupiscentiarum talium naturales sunt & communes omnibus & genere & magnitudine: omnis enim desiderat cibum & tantum cibum: sicut enim in secundo huius scientiæ libro determinatum est, natura non desiderat quale, sed quantum. Quædam autem sunt talium delectationes bestiales, & illarum quædam sunt passionis & ægritudines: quædam autem naturales ex perniciosa natura, etiam quædam consuetudinales. Circa primas autem harum delectationum quæ naturales sunt & genere & magnitudine, est temperantia & intemperantia, & non circa alias. Propter quod neque bestias temperatas neque intemperatas dicimus, nisi secundum metaphoram loquamur, sicut dicimus turem castum, & asinum luxuriosum, vel si aliquid aliud est in quo differt aliquod vel ab aliquo secundum eorum genus suum, dicitur verecundum, quia in coitu absconditur, pauci videntur actum cocentem: hæc enim in quibus sic differunt animalia, metaphoricè dicantur aliqua contumelia, sicut lucem obscænum dicimus, & aliquando sinamoriæ quæ est nocivitas dentium vel vngularum, sicut dicimus aues rapaces iracundas esse, & idèd solas volare. Et aliquando est omnium voracitas, sicut dicimus canes voraces esse. Hæc enim omnia metaphoricè dicimus non propriè de brutis, eò quod nec electionem nec ratiocinationem habent. Brutum enim discessit per naturam & distat à natura rationali: eò quod non habet eam vt partem sui, quemadmodum insanientes homines à rationis actu per amentiam discesserunt: & idèd nec vitiorum nec virtutum capacia sunt: & si denominantur ab eis, non est nisi metaphorica denominatio.

24.

Si ergo comparetur incontinentia simpliciter, minus habet de malitia, bestialitas autem plus crudelitatis & terribilitatis. Malitia enim in eo in quo est, adimit bonum. In bestialitate autem bonum non adimitur rationis: quia bestialis non destitit à bono rationis, vt prædictum est. Optimum igitur rationis quod est ordinatum morum, non est corruptum in bestia, quemadmodum corruptum est in homine malo qui incontinens est, & qui rationem egrediens de mente proficitur passionem: sed in bestia vel in bestiali corruptum est bonum rationis, quod vel non habet vt bestia, vel non sic habet prout est ordinans mores sicut in bestiali. Non autem adimitur bonum rationis in eo in quo non est: & sic bestialitas minus

23.
Voluptatum
differentiæ
hic iterum
resumenda.

minus malitia est, quam incontinentia simpliciter dicta. Tamen in omnibus istis comparationibus non est comparatio simpliciter, sed secundum quid: quando enim vnum comparatur ad alterum secundum diuersas rationes, vtrumque potest excellere & in bono & in malo. Talis igitur est comparatio & similitudo, quemadmodum si inanimatum turpe vel inhonestum comparetur ad animatum turpe & inhonestum, & queratur vtrum peius sit? In tali comparatione si innocentia intendatur, semper innocentior est prauitas eius quod non habet principium mores ordinans quod intellectus est practicus: talis enim ordinans communis principium intellectus practicus est. Simile igitur est ac si comparetur iniustitia quæ turpe est, ad hominem iniustum qui turpis & animatum est. Si enim attendatur turpitudinis causa & forma, pro certo homo iniustus qui animatus est, turpis est propter iniustitiam quæ turpe inanimatum est. Et si propter quod vnum quodque est & illud magis, constat quod iniustitia in homine iniusto turpior est. Et si attendatur nociuitas & crudelitas in virtute, constat quod homo animatus multum & multis & in multis nocere potest per iniuriam, quorum nihil potest facere res inanimata quantumcumque turpis sit. Et sic vtrumque comparatum peius est reliquo. Homo enim malus per machinationem rationis decies millies plura mala potest facere, quam bestia quæ propter defectum rationis mala machinari non potest.

CAPVT XI.

De comparatione incontinentiæ cum suis oppositis ad temperantiam & intemperantiam.

25.
Definitiones
incontinentiæ &
distinguitur
in molliem &
perseuerantiam.

Circa eas autem delectationes & tristitias, & circa concupiscentias & fugas quæ sunt per tactum & gustum, circa quas & temperantia & intemperantia determinata est prius, valde multi modi sunt, secundum quod virtus determinari habet secundum esse quod habet in nobis & non secundum substantiam virtutis. Contingit enim aliquem sic se habere omni enervatione animi, quod vincitur etiam à talibus delectationibus, quibus multitudo hominum communis melior est, ita quod vincit eas. Contingit etiam aliquem sic se habere, quod vincit eas delectationes quibus multitudo hominum minor est, ita quod vincitur ab eis. Et horum duorum qui sic se habet circa delectationes, quod vincitur ab eis quas omnis multitudo hominum vincit, propriè est & vocatur incontinens: ille vero qui vincit eas concupiscentias, quibus multitudo hominum communis succumbit, propriè est & vocatur continens. Tristitia verò est ex absentia delectabilium & concupiscentia permanente: & ad illam etiam contingit se multis modis habere. Qui enim cedit & deicitur tristitiis quæ sunt ex absentia cuiuscumque delectabilis in gustu & tactu, quas multitudo hominum com-

D. Alb. Mag. lib. 7. Ethic.

munis vincere consuevit, propriè est & vocatur mollis. Qui autem in tristitiis illis se tenet, quibus multitudo communis hominum cedere & succumbere consuevit, propriè est & vocatur perseuerans. Perseuerantia enim non in continuatione vsque in finem, sed in potentia mentis se tenentis in vi passionum. Inter hos autem quatuor habitus qui omnes extremi sunt, scilicet continens & incontinens, & mollis & perseuerans, intermedij sunt pluriimi habitus: quamuis omnes propter hoc quod omnes distant ab optimo, inclinent ad id quod in aliquo deterius est. Continentia enim non accipitur vt medium, quemadmodum cardinales virtutes & adiunctæ eis: sic enim continentia virtus perfecta est, & incontinentia perfecta malitia, quod in antehabitis improbatum est. Sed continentia accipitur vt extremum potentia quod habet in continente, hoc est, quod omnes turpes delectationes vincat & à nulla superetur, & incontinens per oppositionem semper superetur & non vincat. Et cum aliam passionem agat tristitia quæ est ex absentia delectabilis, & aliud posse sit in non deici vel deici à tristitiis, quæ in vincere vel vinci à delectationibus, oportet quod secundum hanc considerationem morum alij habitus sint disponentes ad tristitiã, & alij ad concupiscentiam delectabilium, & quod multi habitus sint intermedij, quibus homines diuersimodè disponuntur ad vincere vel non vincere delectationes, & ad tenere vel non tenere in tristitiis.

26.

Secundum autem superius dicta delectationum quædam sunt necessaria & communes, vt illæ quæ sunt vestimenti & potus & lectuli. Quædam autem non sunt necessaria & communes, vt delectatio honoris, diuitiarum, potentatus, & huiusmodi. Et illæ quæ necessaria & communes sunt, vsque ad quid mensurata necessaria sunt. Natura enim non petit tantum quid, sed etiam quantum, vt in tertio huius scientiæ libro determinatum est. Superabundantia autem horum, in quibus excellunt id quod necessarium: similiter autem & defectus in quibus à necessario deficiunt, nec necessaria sunt nec communes nec etiam naturales. Similiter autem & secundum eandem diuisionem se habet circa concupiscentias quæ ex delectabilibus sunt, & circa tristitias quæ sunt ex absentia delectabilium. Dicimus igitur, quod intemperatus est & vocatur, qui proficitur superabundantias delectabilium vel delectationum, vel secundum superabundantias nihil quærens nisi superabundare in istis, & hoc facit propter electionem & propter ipsas delectationes & propter nihil aliud quod adueniat delectationibus, sed illectus ipsis delectationibus & concupiscentiis eligit sine sensu rationis superabundare & superfluere in illis. Talem enim necesse est in concupiscentia nullam penitentiam habere: propter quod etiam insanabilis est: quia si penitentiam haberet, facilius sanaretur, & non in toto corruptus esset. Qui vero deficit à concupiscentia omnium delectationum tactus & gustus, oppositus est intemperato & iam à nobis vocatus est insensibilis. Medius autè inter hos est vocatus temperatus.

A a

Similiter

non vincitur, quam qui à maiori. Et in hoc sunt iterum magis turpes: quia hoc quod faciunt, non faciunt impræconscripti: quia imo multa consilia habent, in quorum nullo permanent propter debilitatem. Et quantum ad primum similes sunt his qui velociter inebriantur & paucò vino, minori scilicet quam multi inebriarentur: excessiuè autem siue irrefrenati & magis passionibus agitantur: & quamvis consilium habeant in ratione in vniuersali propositione quæ non est principium operis, tamen directionem consilij nec expectant nec accipiunt fræni impositionem.

37.
Incontinentis non est simpliciter virtutum sed aliqua ex parte.

Ex omnibus autem quæ dicta sunt, manifestum est, quod incontinentia simpliciter malitia non est illa, dico, malitia quæ intemperantia vocatur, sed quoad aliquid fortè aliquando dicitur intemperantia propter similitudinem: quia circa idem est, quamvis aliter & aliter: nam incontinens vel præter electionem rationis patitur: intemperatus autem patitur secundum electionem. Propter quod incontinentia & intemperantia non sunt idem secundum morem, similes sunt secundum actiones: quia circa eadem delectabilia conuertantur: & hoc est sicut dixit in simili Demodochus poeta conuicians Mileisij, dicens quod Mileisij stulti quidem non sunt secundum rationem, sed similia stultis operantur. Sic enim incontinentes iniustitiam intemperantia non habent, sed tamen faciunt similia temperatis quorum intemperantia iniusta. Et manifestum simpliciter est, quod hinc elicitur differentia inter intemperantiam & incontinentiam. Incontinens enim qualitate incontinentem se disponente, talem habet qualitatem ex qua inclinatur ad sequendum corporales delectationes, quæ sunt præter nostram rationem & sunt superabundantia, non propter hoc quod persuasus sit à ratione, sed propter hoc quod vim passionis deducitur. Intemperatus autem persuasus est ad sequendum delectationes.

38.
Incontinenti facile dissuaderi potest, ne voluptates sequatur, non in temperato.

Et ex hoc sequitur vltiori differentia, quod incontinentis scilicet facile transgredibilis sit: quia iam habet conscientiam in contrarium tendentem: & idè credit persuadenti hoc quod iam habet in conscientia. Intemperatus autem non facile transgredibilis est: ex conscientia enim elicit passionem, nec facile recipit quod contra conscientiam persuadetur. Quemadmodum enim dicit Socrates, habitus apparere facit finem in omni more. Finis autem in ethicis maxime principium est. Propter quod cum virtus & malitia habitus sint, principium sunt in omni more. Sed malitia quidè corruptiuum est moris: ed quod malum finem apparere facit. Virtus autem saluatiuum principium est moris propter oppositum. In quibus autem actionibus humanis id cuius gratia omnia alia sunt, quod est finis intentionis, præcipue principium moris est, quemadmodum suppositiones præcipua principia sunt in mathematicis demonstrationibus. Quemadmodum in demonstratiuis ratio syllogistica non docet principia nec probat nec inquirat, sed ponit: ita in ethicis non queritur vel consultatur de fine, sed ponitur. Virtus enim vel naturalis complexionis qualitas existens, vel per

assuetudinem inducta causa est quod aliquis rectè opinatur & benè circa hoc principium. Virtus enim quæ bona qualitas est, bonum facit apparere finem, & talis est temperatus. Malitia autem malum finem præstituit, qui moris corruptiuus est: & talis est intemperatus temperato contrarius. Sicut autem ante diximus, aliquis est excessiuus termini rationis & præter rationes operans præter vim passionis, quæ passio superat ad hoc quod non ratione agat secundum rationem. Alius autem quidem in ratione non superat, passus ad hoc quod contra rectam rationem operetur, propter hoc quidem, quia tali qualitate dispositus est, quod inclinatur ad hoc, præter hoc quod suus sit ex ratione oportere sequi corporales delectationes. Et hic melior quidem est incontinentis, quam intemperatus. Incontinens enim non simpliciter secundum totum prauus est. Ratio enim discernens quæ principium moris est optimum, saluatur in ipso. Alius autem huic contrarius, continens scilicet immanis est in ratione & non excedit eam propter vim passionis. Manifestum est igitur ex hoc, quod continentia est studiosus habitus: quia manet in bono rationis: incontinentia autem est habitus prauus propter oppositum, quod videlicet excedit à bono rationis.

CAPVT XIII.

De continentia secundum proportionem passionis quæ in ipsa est ad rationem regentem, & de differentia ipsius ad habitus qui in hac parte sibi similes videntur.

39.
Incontinens per accidens in quavis electione, per se autem in recta electione persistit.

Quærendum autem est, utrum continens est qui qualicumque generaliter rationi & vniuersaliter qualicumque immanet electioni, vel ille solum continens sit, qui rectè & bene siue studiosè immanet rationi & electioni. Et similiter querit de incontinuitate, utrum ille scilicet incontinens sit, qui generaliter qualicumque electioni non immanet, & vniuersaliter egreditur de qualicumque ratione: vel ille solum sit incontinens, qui non immanet veræ rationi & rectè, immanet autem falsæ rationi & electioni, nec ratione, quemadmodum in disputationibus à principio tractatus dubitatum est. Dicimus autem immanere rationi propter maiorem syllogismi propositionem: immanere autem dicimus electioni propter maiorem quæ principium est operationis. Hoc enim prius oportet determinari antequam sciri possit differentia contineri ad habitus qui in ratione sibi similes videntur.

Nu. 3. & 2.

Ad quæstionem autem hanc dicendum est, quod secundum accidens quidem continens vel incontinens est, qui qualicumque generaliter non immanet vel immanet rationi vel electioni. Secundum seipsum autem siue per se ille solum continens vel incontinens est, qui veræ rationi & rectæ electioni vel immanet vel non immanet. Hoc autem idè est: quia per se ratio non est nec electio, nisi sit de recto

recto & bono. Quæcumque enim alia sunt quæ ratio discernit, vel per electionem eliguntur, non per se eliguntur: per accidens enim eliguntur. Si enim aliquis aliquid eligit per se vel prosequitur, per se quidem hoc eligit & propter se prosequitur: subiectum autem, cui hoc accidit quod & prius ipso est, eligit secundum accidens. Verbi gratia amicus dulcis per se quidem eligit dulce: sed vinum cui accidit dulce, non eligit nisi per accidens: & idè vniuersaliter in omnibus eligit dulce, sed vinum non eligit vniuersaliter, sed tantum vbi coniunctum est cum dulci. Similiter continens in recta ratione. In ratione autem non recta non stat nisi per accidens, in quantum scilicet credit esse rectam: propter quod cum persuadetur non esse rectam, statim dimittit eam: simpliciter enim dicimus in vnoquoque quod secundum seipsum est & vniuersaliter. Propter quod soluenda est quæstio inducta dicendo, quod vno modo continens est vel incontinens qui qualicumque opinioni vel immanet si continens est, vel à qualicumque opinione excidit si est continens: & ille continens est non simpliciter, sed quodammodo, secundum accidens scilicet & secundum similitudinem & analogiam. Simpliciter autem & per se vel vniuersaliter continens vel incontinens est, qui veræ & rectæ electioni immanet vel non immanet. Illam enim vbiicumque & semper tenet continens, & deserit incontinens. Hoc sic determinato facile est inuenire differentiam continentia ad alios habitus sibi similes.

40.
Perinaces & continentes conueniunt & differunt inter se.

Sunt enim quidam qui in conceptis opinionibus fortiter manent: & tales sunt quos Græcè vocant ischyrognomones ab ischyros quod est forte, & gnomon quod est mens: tales autem sunt valde & difficile persuasibiles, & non facile transuassibiles à suis propositis. Diligunt enim opiniones suas & concepta, non habentes rationem dilectionis ex opinatis vel conceptis, sed quia sua sunt. Ita etiam ut si dicantur esse noctem, nullam in oppositum accipiant persuasionem. Et illi quidem aliquid simile habent continenti, in hoc scilicet quod immanent opinioni, sicut etiam prodigus aliquid simile habet liberali, & audax aliquid simile habet confidenti siue forti. Et quamuis simile habeant aliquid, tamen alteri sunt & differentes secundum multa. Continentes enim propter delectationem passionis turpis quæ se rationi contrahendit & propter delectationem concupiscentia stant & manent in conceptis opinionibus suis. Et idè si contingat conceptum suum non rectum esse, facile persuasibiles. Ischyrognomones autem non propter delectationem opinionis hoc faciunt vel concupiscentia. Tales enim multas malas concupiscentias assumunt, & multi eorum ducuntur à dubitationibus prauis: sed defendunt suas opiniones & stant in eis, non alia ratione nisi quia suæ opinionis sunt: & propter hoc indefensas non relinquunt propter quod & propria quædam habent. Ut in pluribus enim ischyrognomones sunt etiam idiognomones ab idis quod est proprium, & gnome quod est mens: & illi sunt quos nos Latine dicimus D. Alb. Mag. lib. 7. Ethic.

proprij sensus, qui scilicet semper in propriis inuentionibus stant & sunt indisciplinati, ab aliis disciplina eruditionem non accipientes, & agrestes sunt & discoli, moribus hominum non congruentes, sed singula semper prosequentes. Et tales idiognomones sua defendunt propter delectationem & tristitiam: & gaudent & delectantur quando sunt vincentes, ita quod ab aliis persuasionibus à suis conceptis non transuadentur: tristantur valde si ea quæ ipsorum infirma inueniantur, & defendi non possunt. Venerantur enim sua ac si sint sententia per rationes rectas confirmata. Propter quod ischyrognomones quia à passionibus delectationis & tristitia ducuntur, quod proprium incontinentis est, magis assimilantur incontinenti quam continenti.

41.
Nō omnis qui propter voluptatem quæpiam agit, incontinentes est, sed qui agit ob turpem.

Ahuc autem sunt & alij quidem qui non manent conceptis his qui sibi videntur, qui tamen hoc non faciunt propter incontinentiam quæ semper à turpi passione ducitur: & idè non dicuntur proprie incontinentes. Cuius exemplum est quod superius inductum est, quod Sophocles scribit de Neoptolemo & Philoctete. Neoptolemus enim non mansit in proposito quod suaserat Vlysses: & causa quare non mansit, fuit delectatio: sed hæc delectatio ei erat bona, sibi enim videbatur bonum & delectabile verum dicere: ab Vlyssæ autem persuasus fuit falsum dicere, & propter tristitiam mendacij recessit à proposito, in hoc similis continenti quod persuasibilis fuit à turpi recedere. Non enim omnis qui propter delectationem aliquid operatur, est intemperatus, siue prauus, siue incontinens: sed qui aliquid operatur propter turpem delectationem, vel intemperatus quidem si eligit: prauus vero si ex vitante consuetudine vel perniciofa natura talibus delectatur: incontinens autem, quia rationi non obedit quæ concupiscentia contrahendit.

CAPVT XIV.

De dissimilitudine continentia ad virtutem temperantia, & qualis virtus sit continentia

42.
Inter insensibilem & incontinentem medius est continens.

Similitudinem autem habet continentia ad temperantiam virtutem in hoc quod quodammodo medium est duarum malitiarum. Est enim aliquis talis, hoc est, tali qualitate & dispositione dispositus, quod minus quam oportet gaudet corporalibus delectationibus, quem in tertio huius scientia libro insensibilem vocamus: & tali etiam rationi non immanet: quia recta ratio quantum oportet & ut oportet, gaudere præcipit corporalibus delectationibus. Incontinens autem gaudet plus quam oportet. Talis igitur, huius scilicet qui insensibilis est & incontinens qui gaudet, medius est continens. Incontinens autem plus quam oportet gaudens, non immanet rationi propter maius aliquid quam oportet. Insensibilis quidem etiam non immanet rationi, sed propter minus aliquid quam oportet. Continens

A a 3 autem

autem immanet rationi : quia bonum rationis & non propter alterum : & idè non transmutat propositum propter alterum aliquid , nisi per accidens, scilicet si cognouerit oppositum malum esse.

43. *Habitus hi inter quos media est continentia, prauis sunt.*

Si autem continentia est studiosum aliquid & honestum , oportet de necessitate utrosque habitus quibus ipsa media est, prauos & inhonestos esse. Excellentia enim & defectus apud ethicum vituperabilia sunt. Prauos ergo huiusmodi habitus esse etiam per se apparet cui libet. Tamen quia alter illorum habituum qui insensibilitas vocatur, in paucis est & raro inuenitur, propter hoc videtur quod continentia non nisi vnum habeat contrarium. Sicut vnicum & solum contrarium videtur esse temperantia quod est intemperantia secundum abundantiam dicta : cum tamen duo habeat opposita, quorum alterum in nominatum est propter dictam causam.

44. *Continentis & temperantis similes sunt, tamen differunt.*

Quia verò multa secundum similitudinem dicuntur & nominantur , continentia autem confecta est similitudinem ad ea quæ temperati sunt , idè aliquando temperantia continentia vocatur , & è conuerso. Vterque enim continens scilicet & temperatus ex habitu , & potestatem habet & facultatem qua potens est quasi facere vel admittere quod sit præter naturam communem propter corporales delectationes. Sed temperatus quidem in talibus non habet prauas concupiscentias , nec sentit eas : quas habet tamen & sentit continens. Adhuc autem temperatus talem habet dispositionem qualitatibus ex habitu , quod non delectatur in aliqua concupiscentia præter rationem. Continens autem talibus delectatur, sed non deducitur. Similes ergo sunt incontinentis & intemperatus: cum tamen alteri & differentes sint secundum habitus. Vterque enim intemperatus scilicet & incontinens prosequitur corporalia delectabilia. Sed intemperatus quidem prosequitur ista , existimans & eligens ea oportere prosequi , sicut Epicurus. Incontinens autem prosequitur ea vi passionis vitæ, non existimans ea eligi oportere.

45. *Nemo simul prudens & incontinens est.*

Quod autem in præcedentibus dubitarum est, utrum scilicet contingat aliquem simul esse prudentem & incontinentem, iam ex præinductis solutum est. Non enim contingit vnum & eundem simul esse prudentem & incontinentem. Ostensum est enim, quod quicumque perfecte prudens est, consequenter cum hoc studiosus est secundum morem. Si ergo simul aliquis esset prudens & incontinens , sequeretur quod aliquis incontinens studiosus esset secundum morem.

46. *Nonnulli videntur prudentes & incontinentes, tamen non sunt.*

Adhuc autem in antehabitis ostensum est, quod non dicitur prudens propter hoc solum quod est scire operabilia , sed oportet cum hoc, quod sit practicus bonorum : incontinens autem non est practicus bonorum. Sed quia dinus est qui scit inuenire contententia ad propositum finem : propositus autem finis aliquando bonus est, aliquando malus : nihil prohibet alicubi incontinentem dinum esse: propter quod & videntur incontinentes aliquando prudentes esse, cum tamen non prudentes, sed incontinentes sint. Propter hoc quod di-

noticia quæ habitus dini est, differt à prudentia secundum modum differentia qui habitus est in antehabitis sermonibus in sexto huius scientia libro. Pater igitur, quod secundum communem rationem proprie est dinum ad prudentem esse. Differunt tamen secundum electionem : prudens enim electionem liberam habet, quam liberam non habet incontinentens. Dinus etiam secundum quod dinus, in electione non impeditur : eò quod non determinatur nisi sicut sciens & speculans operabilia. Incontinentes autem electionem non habet. Non enim determinatur ut liberè sciens & speculans, operabilia, sed speculans sicut dormiens & vinolentus speculatur. Et incontinentens quidem volens facit quod facit. Non enim potest dici inuoluntarius ut ignorantiam : quia secundum quædam modum est sciens & id quod facit & cuius gratia facit, quamuis sit sciens sicut dormiens & ebrius.

47. *Incontinentis non omnino malus est.*

Adhuc autem ex præostensis patet, quod incontinentens non simpliciter malus est. Electio enim eius epicheiōsa est siue superbona, & similiter ista. Propter quod semimalus & non in toto iniustus siue malus est. Rationem enim sanam habet : propter quod insidiator non est, insidiæ enim ex machinatione sunt rationis. Cum autem duo sint incontinentium genera, irrefrenatus scilicet & debilis : debilis quidem non est immansius in conceptis quæ ex consilio concepit propter debilitatem resistendi in paruis passionibus, quamuis bene consiliarius sit. Irrefrenatus autem melancholicus vel cholericus, in vniuersali siue totaliter non est consiliarius : quia antequam de concepto consiliari possit, præuenitur à passione. Quamuis enim videat consilium in vniuersali & in principiis consilij : tamen quia consiliari est quærere in partibus & disponere & ordinare, hoc non expectat irrefrenatus. Vniuersaliter autem incontinentens & præcipue debilis assimilatur ciuitati, cui optima calculatio sit de omnibus necessariis , & leges habet studiosas optima calculatione inuentas , sed non vitur aliqua illarum ad opus. Quemadmodum Alexandrides poeta suæ ciuitati conuictus est, dicens : Ciuitas volebat calculatione leges poni , cui tamen nihil curæ est de legibus obseruandis. Malus autem qui intemperatus est, eò quod intemperantia simpliciter malitia est, assimilatur ciuitati quæ ad opus vitur legibus, sed malis legibus vitur & iniquis. Intemperatus enim ex ratione calculatur & eligit quæ mala sunt.

48. *Continentia & incontinentia est circa id quod multitudinis superat habitus.*

Amplius autem omnis incontinentia & continentia , in hoc continentia & incontinentia vocatur , quod superexcellit habitum multorum, hoc est , habitum quo communis hominum multitudo ad delectabilia ducitur: & hoc est in hoc, quod continens immanet in mente magis quam multi maneant : incontinentens autem minus immanet mente & minori potentia, quam plurimi possint à mente deduci.

49. *Incontinentia melancholicæ & cholericæ sanabilior est quæ infirmi.*

Duarum autem incontinentiarum ea quæ melancholicæ & cholericæ incontinententer agunt, sanabilior est quam ea quæ est debilius , qui multa quidem ante consiliantur , non tamen immanent. Tales enim non ex impotentia succum

succumbunt, sed ex hoc quod ratione non præueniunt passionem : propter quod si præuiscent rationem & praticillant se, proculdubio sanabuntur. Hoc autem non prodest debilibus , qui postquam præconscripti sunt & præuiscent rationem, adhuc post propter debilitatem cordis passionibus succumbunt. Similiter cum quidam per consuetudinem incontinentes sint, quidam autem per perniciosam naturam, sanabiliores sunt incontinentes per consuetudinem , quam illi per naturam. Quod ex hoc probatur : quia facilius est consuetudinem mutare , quam naturam. Quod consuetudinem difficile est mutare, propter hoc est : quia consuetudinibus habitus naturæ assimilatur. Quemadmodum dicit Poëta Euenus, quod diuturna meditatio quæ per consuetudinem in habitum versa est, amicabiliter immanet.

Mor vetus at. que frequens meditatio auerat amica.

Adhuc autem de hoc alia ratio est : quia finis consuetus terminatur ad habitum similem

naturæ. In modum enim naturæ mouet cohesibilis habitus, ut dicit Tullius. Huius autem exemplum est in calore ethici, qui quantum naturali humido dissimilis est, sentitur per afflictionem : quando autem tandem assimilatus est, non sentitur : eo quod in naturam conuersus est. Sic igitur dictum est quid est continentia & quid incontinentia, & quid est perseverantia & quod mollities, & qualiter hi habitus se habent adinuicem. Ex omnibus autem quæ inducta sunt, facile est videre, quod continentia intellectualis virtus est, & est in ratione ordinante concupiscibilem & irascibilem, secundum quod in ratione (ut dicit Plato) est dominatum iustum & paternum. Pater etiam, quod continentia generaliter dicta, generalis & non specialis virtus est. Continentia autem quæ secundum se continentia est, specialis est. Hæc igitur dicta de continentia sufficiant.



TRACTATUS II.

De delectatione.

CAPVT I.

De introductione istius tractatus, & qualiter delectatio & tristitia speculantur ab ethico.

50. *Ad ethicum pertinet de voluptate & dolore determinare. i. ratio.*

VI A de autē multa de delectatione dicta sunt, & quia continens specialiter circa delectationes est continens, ideo debet determinari de delectatione. Si enim à delectationibus continet continens, oportet scire à quibus contineat: aliter enim erit casualis continentia. Non ergo perfecte scitur de continentia, nisi tractetur etiam de delectatione. De delectatione igitur & tristitia opposita illius philosophi est tractare, qui philosophatur politicam scientiam scientiam. Politica enim siue politicum bonum finis, est architectonis ad quam architectones respicientes dicunt vnumquodque politicorum bonum vel malum esse. Politicum enim bonum felicissima operatio est reipublicæ : quod quidem in vno est, scilicet politico secundum operationem : plurimis autem conficitur & conficitur virtutibus & potentiis ad ipsum secundum aliquem modum ordinatis, sicut in primo huius scientia libro tradidimus. Vnumquodque autem eorum quæ sic ordinantur ad ipsum, boni habet rationem per respectum ordinis quem habet ad ipsum.

Adhuc autem intendere de delectatione est de numero eorum quæ necessaria sunt ad politicam philosophiam : & hoc est idè : quia moralem virtutem diximus esse circa delectationes & tristitias. Continentiam autem nullus dubitat esse moralem virtutem : quamuis enim intellectualis sit secundum subiectum in quo est, tamen passio quæ est in ipsa, circa mores est.

3. ratio.

Adhuc autem plures antiquorum philosophorum felicitatem dicunt esse cum delectatione. Propter quod beatum nominant felicem, quem Græci macharion nominant. Proprium autem eius dicunt esse macharion apochon chairein, quod Latine sonat gaudere vel delectari in tota vita. In primo enim huius scientia libro iam determinatum est, quod præ amicis infortuniis incidens non felicitatur: eò quod non secundum totum vitæ in gaudio fuit. Mens enim tristis feliciter agere non potuit. Cum igitur gaudium & delectatio simul sint, oportet quod qui determinat de continentia, determinet de delectatione circa quam est continentia. Quamuis enim etiam virtus moralis circa delectationes sit, tamen non ita substantialiter coheret delectatio virtuti morali sicut continentia. Continens enim secundum alteram partem sui quæ in affectu est, totus est in delectatione.

CAPVT II.

De positionibus antiquorum & improbationibus eorum circa delectationem.

1. Opinio.

Videbatur autem quibusdam antiquorum, quod nulla delectatio sit bonum, scilicet quod delectatio neque secundum seipsam neque secundum accidens sit bonum aliquod. Bonum enim vrin antehabitis determinatum est, secundum analogiam diuiditur in delectabile & honestum & vile. Et bonum substantialiter & per se non est nisi honestum. Delectabile non dicitur bonum, nisi quia modus quidam honesti est: delectatur enim honestum in quantum conueniens est naturæ rationali. Et vile non dicitur esse, nisi in quantum referibile est ad obtinendum honestum. Bonum igitur simpliciter & secundum seipsam honestum est, & maxime illud quod honestissimum est, quod est bonum felicitatis. Hoc autem bonum delectatio non est, siue secundum seipsam siue secundum accidens accipiatur. Si enim idem esset cum illo, oporteret quod eadem esset intentio boni & delectationis: quod esse non potest propter hoc: quia iam diximus, quod delectatio modus boni sit, & non ipsum per se bonum. Hac igitur ratione isti dixerunt nullam delectationem esse id quod verè & substantialiter bonum est.

2. Opinio.

Quidam autem alij dixerunt quasdam delectationes esse bonas, quamuis delectationes communis multitudinis hominum sunt prauæ. Delectationes enim theorematum, sicut ea quæ est ex eo quod diameter est asimeter costæ, bonæ sunt: sed hæ multis non sunt. Multitudo enim non ducitur nisi sensibili delectatione, cuius maior pars praua est & turpis.

3. Opinio.

Fuerunt autem & tertij qui dixerunt, quod omnes delectationes bonum sunt: sed hoc dato non sequitur, quod aliqua sit optimum & finale bonum: eod quod delectatio modus quidam alterationis est: in finali autem bono motus esse non potest: eod quod id quod mouetur, in fine motus non est in motu, sed in motum esse, sicut in physicis determinatum est. Hæc igitur sunt quæ ab antiquis dicta sunt de delectatione.

Rationes prima opinionis.
1. ratio.

Qui autem dicunt delectationem totaliter siue vniuersaliter esse non bonum, pluribus rationibus nituntur hoc astruere: quarum prima est, quod dicunt, quod omnis delectatio sensibilis generatio qualitatis est in naturam eius qui delectatur. Multi enim antiquorum quorum princeps fuit Philoxenus, intantum honorabatur delectationem, quod dicebant eam esse finalissimum bonum & principaliter bonum, quod omnia appetunt: & hoc felicitatis bonum esse diximus in primo libro: hoc enim bonum est, quod qualibet politica appetunt secundum suum modum. Et his isti contrarij sunt: quia nullam delectationem dicunt esse id quod principaliter est bonum. Et pro ratione inducunt, quod delectatio sensibilis

generatio est in naturam, generationem vocantes fluxum delectabilis in naturam eius qui delectatur, ita quod delectatio sit delectabile fluens & se naturæ influens. Nulla autem generatio cognata est finibus. Verbi gratia, ædificatio quæ generatio domus est, non est domus: quia domus facta ædificatio est in ædificatum esse, & non in ædificari. Sicut quilibet motus in fine suo est in motum esse & non in moueri. Perceptio enim sensibilis non est nisi quando sensibile est dissimile: eod quod non est passio nisi à dissimili. Quod enim vltimè assimilatum est, passionem non infert, quia in naturam conuersum est: & quod dissimile est, propter hoc passionem facit & motum: quia adhuc natura substrata in potentia est, & continuè à potentia exit in actum. Cum igitur motus sit exitus potentie in actum in tempore continuo, non subito, patet quod delectatio quæ sensu perceptio est conuenientis & passio eius quod delectatur, generatio est & alteratio est & motus. Nihil autem talium finis est. Ergo nulla delectatio finis est. Omne autè quod per se bonum est, finis est. Nulla igitur delectatio est id quod per se bonum est.

2. ratio.

Adhuc nullum eorum quæ fugit temperatus, vniuersaliter & totaliter bonum est. Delectationes autem fugit temperatus, vrin tertio huius libri probatum est. Delectatio igitur nec vniuersaliter nec totaliter bonum est.

3. ratio.

Adhuc prudens quædam prosequitur, & à quibusdam abstinet. Totaliter autem delectabile & totaliter non triste, siue (vt ita liceat dici) intriste quod nullam infert tristitiam, non prosequitur prudens. Quicquid autem prudens prosequitur vt finem per se & totaliter, bonum est. Delectabile autem non triste non totaliter prosequitur prudens. Delectabile igitur non triste non totaliter bonum est.

4. ratio.

Adhuc quicquid est impedimentum ad id quod est prudentem esse vel fieri, non totaliter est id quod bonum est. Delectationes impedimentum sunt ad id quod est prudentem esse vel fieri. Delectationes igitur non sunt totaliter id quod bonum est. Huius autem probatio est: quia quanto magis aliquis gaudet delectatione, tanto magis impeditur à prudentem esse. Quod apparet in his qui in venereis delectantur. Constat enim nullum aliquid posse intelligere delectatione venereorum. Transponit enim mentem, & extasim facit animæ venereorum amor. Transposita autem mens intelligibilibus non studet: eod quod mens occupata circa vnum, abstrahitur circa alterum.

Amor venereus impedit intellectus operationem.

5. ratio.

Adhuc nulla ars delectationis operatrix vel operatiua est. Omnis autem ars operatrix & operatiua boni illius est quod simpliciter bonum est. Nulla ergo delectatio est id quod simpliciter bonum est. A principio enim huius scientie determinatum est, quod omnis ars in ciuitate est. Et omne quod in ciuitate est bonum vltimum, operat & operatur ipsum secundum aliquem modum.

6. ratio.

Adhuc quæcumque prosequuntur hi qui bonum intendere non possunt, non totaliter sunt id quod bonum est. Pueri autem & bestie quæ bonum intendere non possunt, prosequuntur

tur delectationes. Delectationes igitur totaliter non sunt id quod bonum est.

Adhuc autem quod non omnia quæ sunt delectationes, sunt studiosa, manifestum est: quia expressè apparet, quod quædam sunt turpes & probrosæ & nociuæ. Agriudinalia enim quædam ex perniciofa natura delectabilia sunt, quæ tamen nociua sunt.

Adhuc quod non optimum sit delectatio, per hoc patet quod delectatio, sicut diximus, non est finis siue finalissimum bonum, sed potius motus in naturam eius qui delectatur. Quæ igitur ab antiquis dicta sunt circa delectationem, fere hæc sunt quæ inducta sunt.

CAPVT III.

De solutione rationum inductarum.

53. Inductis rationibus non probatur voluptatem non esse bonum, neque optimum aliquid.

Quod autem non sequatur propter rationes inductas delectationem non esse bonum neque optimum aliquid, manifestum erit etiam ex his quæ dicuntur. Quod autem primum est, per quod hoc ostendimus, hoc est: quia sicut patet per ante dicta, bonum dupliciter dicitur. Dicitur enim aliquando bonum, quod simpliciter, hoc est, vniuersaliter quod omnibus qui sunt in specie vna, bonum est, sicut cibus & potus & lectulus homini, orabum bovi, hyrungus asino, & cætera huiusmodi. Aliud autem est bonum alicui & non omnibus in eadem specie existentibus propter perniciosam naturam vel acquisitum habitum aliquem quo disponitur ad appetitum talium. Et secundum hanc digestionem diuersificantur naturæ, & habitus consequenter. Quia consistens natura & constituta & habitus saluans naturam appetunt bonum simpliciter. Deficiens autem & indigens ex perniciofa natura vel habitu acquisito singulariter disponitur ad appetitum boni cuiusdam. Et cum omnis motio & omnis generatio sit actus vel operatio alicuius naturæ vel habitus, sequitur quod etiam generationes & motiones dupliciter sunt, & quod etiam illæ delectationes quæ prauæ videntur esse, dupliciter sunt, sicut & bonum dupliciter dicitur. Quædam enim simpliciter prauæ sunt, hoc est, vniuersaliter: alicui autem non sunt prauæ. Verbi gratia, comedere supra modum & vltra quam satis est repleti, simpliciter & vniuersaliter prauum est: esurienti tamen & multum exinanito rursus non prauum, sed eligibile. Quædam etiam nec alicui sunt eligibiles semper, sed aliquando & secundum paucum tempus eliguntur & appetuntur, sicut ea quam diximus quæ est superfatari: hæc enim non eliguntur nisi tempore magnæ famis. Quædam etiam nequaquam sunt delectationes, quamuis alicui & secundum paucum tempus delectabilia videantur, sicut illa quæ sunt cum magna tristitia, & sine tristitia fieri non possunt. Sicut Aiaci & Didoni delectabile videbatur interficere seipos. Et tales sunt aliquando quæ sunt medicinæ gratia, sicut delectationes laborantium, vt patet in eo qui multum prurit, & plenus acris humoribus, sicut illi qui labo-

rat lepra leonina, delectabile est intrare in ebullitionem calidissimam: est tamen hoc moris eius sic.

Adhuc autem bonum dupliciter est secundum aliam diuisionem. Dicitur enim bonum operatio, & dicitur bonum habitus. Operatio enim delectabilis est & sequitur habitum: quia qualis est habitus, talis est operatio: propter hoc etiam operationes quæ constituunt in naturalem habitum, secundum accidens delectabiles sunt. Operationes autem illæ quæ sunt in concupiscentiis carnalibus, sunt deficientis siue & indigentis naturæ & habitus. Et ideo secundum diuersitatem naturæ & habitus diuersæ sunt delectationes. Et quamuis hæc delectationes sint per accidens, tamen nihil prohibet alias quasdam esse delectationes quæ sunt sine tristitia & sine concupiscentia indigentis naturæ. Verbi gratia operationes speculationis theorematum quæ sunt natura non indigente: quinimo omnibus ad voluptatem & necessitatem existentibus, tales delectationes delectabiliores sunt. Quod autem talis sit definitio delectabilium & delectationum, signum est, quod non eodem delectabili gaudent omnes & semper. Natura enim indigens, repletionem delectatur quadam & aliquando. Constituta autem natura & non indigens, gaudet simpliciter & semper delectabilibus. Illa autem quæ indigens repletionem, gaudet his ad quæ disponitur secundum naturam vel habitum, quæ aliquando sunt contraria, sicut diximus: tales enim aliquando gaudent & acutis & amaris, vt comestione carbonum vel limi combusti vel luti, quorum nihil simpliciter delectabile est. Nihil enim talium secundum naturam constitutam delectabile est. Et ideo moriones talium in naturam non sunt delectationes simpliciter. Quia sicut se habent delectabilia adinuicem, ita se habent & delectationes. Patet igitur, quod quamuis aliqua delectatio sit motio & generatio, non tamen omnis. Non ergo sequitur, quod nulla delectatio sit finale bonum, propter hoc quod quædam delectatio motio & generatio est.

Adhuc autem non sequitur hoc quod quidam alij dixerunt, quod necesse sit, quod aliud aliquid melius sit delectatione, propter hoc quod dicunt delectationem motionem & generationem esse. Dicunt enim, quod finis motionis & generationis in quo generatio est in generatum esse, & motio in motum esse, melior est motione & generatione: eo quod finis perfectus est actus, motio autem & generatio actus imperfecti & imperfectorum indigentium. Hoc enim non sequitur. Iam enim patuit, quod non omnes delectationes generationes sunt, vel cum generatione, sed quædam sunt operationes & vltimi fines: operatio enim habitus est. Neque omnes sunt factorum per per motionem & generationem, sed sunt quædam vtentium natura & habitu. Nulla enim natura & nullus habitus propria operatione destituitur. Quia omnis naturæ & omnis habitus vsus & aliqua operatio est. Sicut videre vsus & operatio est oculi, & lucere vsus & operatio lucis est.

Similiter non est generaliter verum, quod finis

finis alterum quid sit ab eo cuius finis est. In omnibus enim virtutibus nullus alius finis est nisi opus virtutis. Sed hoc est verum, quod eorum quæ ducentia sunt imperfectionem naturæ deficientis & indigentis, finis alterum est: quia illa sunt motiones & generationes. Propter quod non bene se habet diffinitio qua antiqui diffiniunt delectationem dicentes, quod delectatio est sensibilis generatio sine fluxu delectabilis sensibilis in naturam. Sed melius dicendum erat, quod delectatio est operatio eius habitus qui est secundum naturam. Habitus autem ille est, qui est connaturalis & proprius. Dico autem connaturalis: quia conueniens est ad naturam constitutam. Proprius autem vocatur: eo quod conuertibilis est & sequitur, omnibus etiam illa natura constitutis, & solis illis & semper conuenit. Operatio enim talis habitus semper delectabilis est & delectatio est. Pro eo autem quod antiqui dicebant, delectationem esse sensibilem motionem, debent dicere operationem non impediam. Cum enim duo sint actus, scilicet primus, & actus secundus: actus secundus finalis bonum est, quam primus. Est enim secundus sicut vigilia, primus autem sicut somnus, & secundus non est nisi primus exercitus, sicut sophistæ dicunt differre negationem exercitam à negatione concepta, & numerum exercitum à numero concepto. Hoc autem planum est in ense, cuius secundus actus est incidere, primus autem figura terminata per angulum acutum: & cum acuti sit penetrare, patet quod incidere nihil aliud est nisi exercitium acuti. Et sic est in omnibus habitibus si ad actus suos proprios referantur. Diffusio ergo actus primi in exercitium, propria operatio est vnusculiusque naturæ & actus, quod omni actui & habitui summum gaudium est, & in illo summè flores & tota dilatatur & diffunditur. Hæc ergo summa delectatio est. Delectatio ergo proprii & connaturalis habitus est. Si autem perfecti & constituti est in natura & habitu & non indigentis, sequitur quod non impedita sit. Quod enim impeditur, ex permixtione contrarij impeditur, & hoc in motu & generatione, & est non perfectum & constitutum, sed indigens & perfectionem continuè accipiens, & quantum ad hoc non potest esse finale bonum, nec operatio eius simpliciter delectatio est, sed est delectatio quædam alicuius. Antiqui autem videbatur propter hoc generationem dici delectationem: quia dicebant, quod delectatio principaliter bonum est omni naturæ, & constituit omnem naturam in esse, sicut generatio. Est enim ex coniunctione conuenientis cum conuenienti, quod omni naturæ bonum est & constitutum in esse. Antiqui enim opinabantur, quod operatio sit & motio: cum tamen alterum quid sit: cum motio actus imperfectus sit imperfecti, operatio autem actus perfectus & perfecti.

Adhuc autem quod aliquis dicat delectationes vniuersaliter esse prauas & prauum quid, propter hoc quod quædam eligibilia & perniciose naturæ appetibilia, delectabilia sunt, idem est dicere, quod sana omnia sint praua:

quia: quia ad quædam praua sunt & nociua. Sunt enim nociua ad pecunias congregandas. Verbi gratia sanitas enim non fit nisi pecuniis datis pro medico & medicinis. Si ergo sanitas induci debeat, pecuniam expendere necesse est. Sequitur igitur, quod ambo dicta praua sint, scilicet & sanitas & expensa pecunia: & si non praua sint, hoc erit secundum hoc quod aliquid bonum inducunt: & hoc inconueniens est. Sanitas enim simpliciter bonum est & delectabile. Si enim propter hoc praua esset, quia ad quoddam praua est, sequeretur quod etiam speculari theoremata esset prauum: eo quod aliquantulum nocet ad sanitatem. Propter quod præcipitur febricitantibus, quod non speculentur subtilia. In speculatione enim subtilium spiritus diriguntur ad cerebrum: propter quod corpus calefit, & augetur febris.

Similiter hoc quod dixerunt antiqui, quod propter hoc mala est delectatio, quia impeditiua est prudentiæ, non habet rationem. Delectatio enim quæ est propria operatio vnusculiusque, nullius prudentiæ & nullius habitus est impeditiua, sed potius promotiua: sed delectatio aliena, hoc est, alieni habitus & alienæ naturæ. Quia in quantum illa aliena est, ad alienam trahit intentionem & appetitum, & ad alienum tracta, remittitur ad propria. Non enim potest esse intentio simul in duo opposita. Sed delectatio quæ est à speculari & addiscere, promouet ad speculari & discere. Quantum enim magis aliquis delectatur in speculatione, tanto libentius studet & discit ut speculari possit.

Ad hoc autem quod antiqui dicunt, delectationem esse malam, quia nullius artis opus est, non sequitur. Rationabile enim est, quod delectatio non sit artis secundum quod delectatio motio est, ut antiqui dicebant. Sic enim ars artificiatio est, hoc est, acceptio artis. Et hoc modo ars non est alicuius operationis, sed est illius potentie quæ vocatur habitus artis, & acceptio & constitutio iam illius habitus, operatio est propria connaturalis illi habitui. Nulla igitur ars operationis est, sed potentia habitualis. Cum ergo delectatio operatio sit, sequitur quod delectatio artis non est opus, sed habitus acquisiti per artem. Tamen dictum antiquorum instantiam habet. Quia est ars pigmentaria & pulmentaria, & illa videtur esse delectationis. Pigmentaria enim ars, scientia est conficiendi pigmenta ad delectationem. Ars igitur illa finem habet delectationes. Ars igitur illa finem habet delectationes. Et sic aliqua ars delectationis esse videtur.

Quod aliqui dicunt delectationem ideo malam esse, quia temperatus fugit delectationes: & ideo iterum malam esse, quia prudens non præcipit prosequi delectationes, vel etiam tristitias: sed prosequitur intristem vitam, quæ media est inter delectationes & tristitias. Et quod dicunt, quod pueri & bestia prosequuntur delectationes, quæ bonum intendere non possunt, omnia vno & eodem modo soluntur. Diximus enim, quod quædam simpliciter bonæ sunt delectationes, & quædam non simpliciter bonæ, sed cuidam & aliquando. Et tales quæ cuidam & aliquando sunt, pueri & bestia prosequuntur: & prudens in talibus eligit intristem esse. Tales autem diximus esse eas quæ sunt cum concupiscentia indigentis & cum tristitia delectabilis absentis; & sunt corporales corporis deficientis & indigentis. Tales enim sunt delectationes bestiarum & puerorum, & harum superabundantias fugiunt prudens & temperatus. Secundum illas enim superabundantias intemperatus est: propter quod temperatus qui opponitur hoc praua esse, fugit eas. Sed ex hoc non sequitur, quod omnes fugiat. Sunt enim quædam delectationes temperati, quas temperatus non fugit, nec prudens fugere præcipit. Temperatus enim delectatur in temperate facere & agere, & vniuersaliter in eo quod est temperate viuere.

Adhuc autem per rationem probatur delectationem bonum esse. Confessum est enim ab antiquis omnibus, quod tristitia malum est secundum se & vniuersaliter, & quod est fugibile quoddam. Tristitiarum, ut dicunt aliqui, quædam est simpliciter malum: quædam autem in eo malum quod est impeditiua alicuius boni: & quocumque modo sit, semper fugienda est & malum est. Tristitia autem & delectatio immediate opposita sunt. Si ergo vnum per essentiam est malum, sequitur reliquum per essentiam esse bonum. Dicunt autem tristitia esse malum. Necessarium igitur est delectationem bonum quoddam esse. Hoc autem soluebat Speusippus dicens medium esse inter delectationem & tristitiam, quod vocabatur intriste: significans hoc per infinitum nomen intriste, & hoc dicebat opponi & delectabili, sicut opponitur æquale maiori & minori. Et hæc solutio non conuenit: quia non potest dicere, quod malum aliquod sit delectatio, sicut patet ex rationibus inductis.

CAPVT IV.

De rationibus factis contra eos qui dicebant delectationem non esse optimam.

58. *Delectatio est quoddam bonum.*
Nihil autem prohibet, quin quædam delectatio optima sit, quamuis quædam prauæ sint delectationes. Non enim sequitur, si delectationes quædam prauæ sunt, quod delectatio quæ simpliciter est delectatio, non sit optimum. Sicut non sequitur, si quædam scientia praua est, quod propter hoc scientia secundum se praua sit. Scientia autem praua duobus modis est, scilicet corruptione principiorum, & corruptione scientis. Banauses enim artes prauæ sunt corruptione principiorum: quia sine ratione perfecta principiorum traduntur. Sicut enim auguratiua, corrigere, lusiua, tesseratiua, quæ quasi nulla principia habent veritati subnixæ. Prauitate autem scientis praua scientia dicitur, quando scientia aliqua prauitas est adiuncta in sciente, propter quam ad prauum inclinatur, sicut necromantia, furatiua, & huiusmodi, quas in ante habitis cacoregnias nominauimus. His enim existentibus prauis nihil prohibet scientiam opti-

ma esse, sicut probatum est de scientia intellectus primi in mathematica: hæc enim omnium scientiarum primum principium est. Nihil enim scibilem scitur, nisi lumine primi intellectus: quemadmodum nihil visibilem videtur, nisi sub actu luminis solis.

60. *Delectatio est optimum.*
Non autem non tantum consequentia non valet, sed etiam probatur, quod delectatio optimum sit. Dicitur enim in præcedentibus delectationes esse operationes non impeditas secundum vnusculiusque habitum. Siue ergo felicitas operatio sit omnium virtutum, siue sit operatio alicuius earum, ut prudentiæ, semper sequitur operationem quæ felicitas est, eligibilissimam esse, sicut in primo huius scientiæ libro demonstratum est. Eligibilissima autem operatio eligibilissimi habitus, delectatio est. Operatio igitur felicitatis delectatio est. Aliqua igitur delectatio optimum est. In primo enim huius scientiæ libro ostensum est, quod felicitas optimum est. Quamuis ergo multæ delectationes sint simpliciter prauæ, nihil prohibet quandam delectationem optimam esse. Propter hoc enim communis omnium opinio est, qua omnes existimant vitam felicem delectabile esse, & implicant delectationem in felicitatis diffinitionem, & hoc rationabiliter faciunt. Nulla enim perfecta operatio quæ perfectus actus est, impedita est, sicut patet ex præhabitis. Perfecta enim operatio ex hoc perfecta est, quia perfecti est & constituti. Imperfecta autem ex hoc imperfecta est, quia imperfecti est. Imperfectum autem naturæ indigentis, sicut motus in mobili acceptus imperfectus actus est, quia imperfecti est. Motus autem prout est operatio momentis, ex hoc actus perfectus est, quia perfecti est. Felicitas autem est de numero perfectorum actuum & operationum. Oportet igitur per diffinitionem, quod ipsa delectatio sit, & quod delectatio essentialiter applicetur ei: propter quod quia vltimæ perfectionis est operatio felicitatis, indiget felix bonis quæ ad corpus ordinantur, sanitate scilicet, & pulchritudine, robore, nobilitate, & aliis quæcumque decorant beatitudinem. Et indiget his bonis quæ sunt exterius, ut diuitiis, gloria, potentatu, amicis. Et indiget fortuna, ut naturalem potentiam habeat ad optimos successus. Hæc enim si defuerint, cum organice deseruiant ad beatitudinem, et ut operationes felicitatis secundum aliquid impeditæ. Qui enim felicem dicunt esse cum qui roatur infortuniis & semper premit & premitur, & magnis & præ amicis incidit infortuniis, sicut arcus qui in rota reuoluitur, cum tamen bonus sit secundum virtutem, illi vel volentes vel nolentes nihil dicunt. Volentes quidem, si intelligunt nolentes autem, si non intelligunt, dicunt felicem qui impedita habet operationem.

61. *Fortuna quid sit.*
Propter hoc autem quod felix indiget fortuna, videtur quibusdam bona fortuna idem esse cum felicitate: cum tamen altera sit. Fortuna enim est qualitas accepta in nato implexione causarum à cælo descendens secundum natiuitatis periodum, qua quis naturalem accipit potentiam vel impotentiam ad futuros successus. Felicitas autem operatio est, sicut diximus. Et ideo eufortunium felicitas non est. Cuius

Cuius signum est: quia etiam ipsum eufortunium si excellens sit, est impediens optimas operationes. Et propter hoc fortè non est iustum, quòd talis fortuna bona vocetur: quia impedit ad operationem felicitatis. Felicitatis enim operationem expeditam ad quandam terminam vrile est habere bonam fortunam, in tantum scilicet in quantum coadiuuat ad felicitatis operationem.

Adhuc autem propter hoc quod omnia prosequuntur delectationem, & bestia scilicet & homines, signum est quoddam, quòd delectatio aliquantulum sit optimum quod omnia appetunt: & hoc quidem communis fama omnium est. Quod autem ab omnibus famatur, non in totum perditur, ita scilicet quod in totum falsificetur. Fama autem est omnium, quòd omnium naturæ appetunt esse diuinum, & propter illud agunt quicquid agunt, sicut in secundo de animadicit Aristoteli. Sed secundum quod in primo huius scientiæ libro diximus, hoc diuinum quidem in se sincerum est & diuinitatis forma, in proximis imago est, in distantibus verò resonantia quadam est: & id quod est resonantia, appetibile non est nisi in quantum imitatur formam. Ratio igitur appetitus in omnibus prima formatum est. Diuinum igitur bonum appetitur ab omnibus propter resplendentiam quæ in omnibus resplendet. Tamen quia delectatio est operatio proprii & connaturalis habitus: eò quod non est vna natura omnium, neque vniformis habitus omnium, optimus enim habitus nec est nec videtur esse omnium: propter hoc contingit, quòd omnes vnã & eandem secundum subiectum prosequantur delectationem, quamuis omnes delectationes prosequuntur secundum vestigium primi delectabilis, quod apparet in omnibus: fortè enim aliquando contingit, quod quidam prosequuntur delectationem, quam tamen non existimant esse prosequendam: & si quereretur ab eis, dicerent vti que non esse prosequendum talem delectationem, sed prosequantur eandem, vel propter indigentiam naturæ, vel ex habitu constitutæ naturæ per quam constituuntur ad talem delectationem. Omnia igitur appetunt summum bonum quod est delectatio: eò quod connaturaliter omnia in se habent quoddam diuinum, sicut paulò ante dictum est. Et quamuis operatio non impedita sit delectatio secundum veritatem, tamen corporales delectationes quæ indigentis naturæ sunt, nominis assumpserunt hæreditatem: ita quod communiter delectationes vocantur, propter hoc quod homines pluries in ipsas inclinantur, & propter hoc quod omnes participant talibus delectationibus, ideo quia in natura complanatae sunt, sicut in tertio huius scientiæ libro determinatum est. Propter hoc ergo quod istæ solæ cognitæ sunt à communi vulgo, solæ existimantur esse delectationes.

Verum quam populi communi voce frquentant, Nul- la quide omnino fama perire potest.

Hoc autem etiam manifestum est alia ratione. Si enim detur, quòd delectatio non est bonum & optimum & operatio perfecta, sequitur quod felix non delectabiliter viuit. Si enim dicatur non bonum, sequitur quod felix qui optimus est, non indiget. Ad quid enim indi-

geret non bono ad optimas operationes. Sequitur etiam, quòd felicem contingit tristem vitam agere. Si enim delectatio non est bonum, sequitur tristitiam non esse malam: sequitur etiam, quòd tristitia non sit bonum. Nec posset assignari causa quare felix fugeret id quod neque bonum neque malum est. Posset igitur felix tristem vitam agere, quod valde inconueniens est. Adhuc autem si operationes studiosi non sunt bonum & optimum ipsius, & in quo maximè delectatur studiosus, sequitur quod vita studiosi delectabilis non sit, quod valde est inconueniens. Vltima igitur & optima operatio delectatio est.

CAPVT V.

Quare tristitia corporales in eo semper sunt vniuersaliter mala, cum delectationes superabundantiarum corporalium rerum vniuersaliter mala sunt.

DE corporalibus autem delectationibus nunc intendendum est. De intellectualibus enim in decimo huius scientiæ libro tractabimus. Cum ergo dicamus, quòd quædam delectationes sunt eligibiles valde, necesse in eis superabundantia, sicut bonæ delectationes quæ intellectuales sunt & virtutes, quarum quælibet in actibus suis delectatur. Dicimus autem, quòd delectationes corporales circa quas est intemperatus, quæ sunt in superabundantiis corporalium delectationum vniuersaliter malæ sunt.

Queramus ergo, quare tristitiæ quæ sunt in absentia corporalium delectationum circa quas est intemperatus, etiam vniuersaliter sint malæ: videtur enim debere esse oppositum. Malum enim bono contrarium est: propter quod si delectatio in superabundantiis est in genere mali, tristitia quæ est absentia earundem delectationum deberet esse in genere bonorum. Hoc autem non videtur: quia vnus & eiusdem moris est gaudere in superabundantiis delectationum, & tristari in absentia earundem. Propter quod & si vnum horum malum est, & reliquum malum. In moribus enim omnibus sic est, quòd contraria maximè distantia in vno genere sunt mali, medium autem in genere boni.

Ad hanc autem quæstionem soluentes dicimus, quòd delectationes quæ sunt in superabundantiis secundum se quidem non sunt bonæ: possunt tamen esse bonæ in quantum sunt necessariae. Necessariæ autem sunt necessitate suppositionis quam hypotesim Græci vocant, hoc est, quòd hoc supposito quod aliquis debeat mederi tristitiis, delectatio in superabundantia necessaria est. Hoc enim modum etiam est id quod non malum est secundum se, sicut est delectatio, bonum est ad aliud: & sicut tunc delectatio in superabundantiis quæ secundum se non bonum est, bonum erit.

61. De delectationibus corporalis considerandum.

62. Excessus corporum voluptatum malus est.

Ad

Alia respicit.

Ad hoc posset etiam dici, quòd secundum se quidem non bonæ sunt tales delectationes, sed commensuratae vsque ad hoc bonæ sunt. Vsque ad hoc autem dicimus, non propter hoc quod mensuratae sint ad virtutem, sicut quidam dixerunt, quia in talibus delectationibus non est superabundantia: sed vsque ad hoc dicimus commensuratas esse, quòd sufficienter possunt mederi tristitiæ. Omnium enim habituum & motuum & operationum quantumcumque superabundantia non est, eo quod melioris est & optimi, & quantumcumque superabundet, bonum est: horum etiam delectatio consequens vel concomitans, superabundantiam non habet quæ vituperabilis sit: sed quantumcumque quis delectetur in talibus, tantò melior est. In quibuscumque autem habitibus & operationibus superabundantia vituperabilis est, etiã in his delectatio concomitans & superabundans etiam vituperabilis est. Corporalium autem bonorum, sicut est cibus, potus, & venerea, superabundantia vituperabilis est: propter hoc quod intemperatus prauus est prosequendo tales superabundantias, qui non est prauus ex hoc quod prosequitur delectationes necessarias, quæ ad consistentiam & bonam habitudinem naturæ ordinantur. Si enim ex hoc aliquis prauus esset, omnes essent prauis. Omnes enim homines gaudent aliquantulum & pulmentis, & vno, & lectulo, & venereis quæ per honestas nuptias ordinatae sunt. Sed intemperatus prauus est: quia talibus gaudet, non vt oportet, sed superabundanter.

63. Intemperatus est diuerso se habet in delectationibus & tristitiis.

Sed hoc modo non habet in tristitiis. Modum enim contrarium tenent tristitiæ in talibus. Non enim fugimus superabundantiam tristitiæ tantum, sed in toto & vniuersaliter fugimus tristitiã & prauam & superabundantem. Superabundantiæ enim delectationis tristitia est contraria. Quod ex hoc patet: quia illis qui prosequuntur superabundantiam delectationis, inest superabundans tristitia ex absentia delectabilis: & propter superabundantem tristitiã prosequuntur superabundantem delectationem. Sicut multum esuriens & famelicus & superabundanter tristatus in fame, non appetit mensurate comedere, sed superflue ingurgitare, id est, tota die sumere cibum: & secundum hunc modum vtrumque malum est & eiusdem moris in genere delectari in superabundantiis, & tristari in absentis delectationem.

64. Insuper dicendum cur corporis voluptates expetibiles videntur.

Et hæc quidem solutio dicit verum: sed causam falsi quod conclusum est, non demonstrat. Non enim dicit quare tristitia malum sit, nec dicit quare superabundantiæ delectationum queruntur vt bonæ. Quia ergo non solum oportet verum dicere, sed & causam falsi demonstrare, eò quod confert ad fidem dictorum. Quando enim aliquod rationabile apparer, & ostenditur propter quod id quod non est verum, verum videtur, hoc facit quod magis credatur vero.

65. Ratio cur voluptates corporales expetibiles videntur.

Soluentes igitur ad dictam dubitationem in superabundantiis dicimus, quod dicendum est propter quid videntur corporales delectationes eligibiles etiam in superabundantiis

D. Alb. Mag. lib. 7. Ethic.

multis. Multitudo enim communis eligit in superabundantiis delectari. Dicimus igitur primum, quòd eligitur in superabundantiis delectatio non propter se quidem, sed quia expellit superabundantem tristitiã. Et illi qui prosequuntur superabundantem, vel etiam vniuersaliter corporalem delectationem, siue sit superabundans, siue non, prosequuntur eam non propter delectationem secundum se: sed quia medicina est superabundantis tristitiæ, & vniuersaliter, siue superabundans sit tristitia siue nō. Sed quia vehemètes delectationes & superabundantes, eò quod sine contrario sunt quod est tristitia, efficaciores sunt medicina quam mensurata, ideo communitas hominum magis prosequitur superabundantes delectationes quam commensuratas & communes. Sicut in medicinis corporalibus efficacior est, quæ in toto contrariatur morbo, quam illa quæ est secundum partem.

Talis autem delectatio non videtur esse studiosa, nec est, propter duo quæ iam in antecedentibus dicta sunt. Dictum enim est, quòd quædam illarum quæ sunt constituta naturæ, prauæ naturæ sunt operationes, quæ vel ex necessitate prauæ sunt, hoc est, ex complexione perniciosa, quemadmodum illæ quas bestiales ante diximus: vel sunt prauæ naturæ quæ per consuetudinem praua facta est, quemadmodum illæ quæ sunt prauorum hominum ex consuetudine prauitatem sibi inolitam habentium. Tales enim delectationes medicinae sunt tristitiæ: eo quod sunt indigetis & desiderantis: & in talibus melius est esse quam fieri. Esse enim est secundum habitum perfectum & actum, fieri vero secundum transmutationem & potentiam.

Quædam autem harum delectationum non sunt operationes habitus vel naturæ constituta, sed accidunt perfectis, hoc est, his qui perfectionem accipiunt indigentis vt replentur: & illæ etiam vt medicinae queruntur, quamuis sint transmutationes & generationes, quemadmodum in antecedentibus determinatum.

Ex omnibus autem his patet, quòd delectationes corporales non secundum quod sunt delectationes corporales, sed secundum accedens studiosæ sunt. Sunt enim studiosæ secundum quod commensuratae sunt ad virtutis medium.

Adhuc autem dicimus, quòd superabundantes delectationes à communi hominum multitudine persecutæ sunt: propter hoc quod vehementes sunt, & communis multitudo in aliis gaudere non potest: quia delectationes veras non percipit. Tales ergo sibiipsis stim quandam semper præparant per hoc quod tristantur delectationis talis absentia, & per remembrance delectationis præteritæ: & ideo corporaliter delectari semper desiderant. Sicut & poeta dicit,

Tantalum à labris fugientia pocula captat, Quo plus sunt pota, plus situntur aqua.

Quandoquidem igitur prosequuntur innocuas delectationes, hoc est, commensuratas virtuti quæ nihil nocent, quia virtutem non adiungunt: talis persecutio non est increpabilis siue

61. Sed contra voluptates corporales non videtur bona obdant rationes. 1. ratio.

2. ratio.

66. Voluptates corporales sunt bona per accidens. 1. ratio.

2. ratio.

B b siue

sive vituperabilis. Quando aurem prosequuntur superabundantes, quæ nociuæ sunt ad virtutem, hoc & prauum est increpabile.

3. ratio.

Has tamen prosequitur multitudo communis: quia in facultate sua non habet alia quibus gaudeat. Multis enim sive multitudini communi triste est esse in neutro, scilicet quod nec superabundanter delectentur, scilicet nec superabundanter tristantur: & hoc contingit propter naturam humanam multis defectibus & malitiis subiectam. Animal enim etiam in animalibus operationibus semper laborat & lassatur & destituitur, quemadmodum testantur naturales sermones dicentes, videre & audire & vniuersaliter sensibus vti triste quoddam est & laboriosum: quamuis minus difficile videatur, vt quidam dicunt, propter assuetudinem. Quod enim laboriosa talia sint, ex hoc patet: quia in vsu sensuum consumitur & languescit spiritus & organum, ita quod quietem interponere desiderat per somnum. Similiter omnis homo in iuuentute & senectute multis laborat defectibus, & continuè desiderat medicinam. In iuuentute quidem enim supplementa desiderat & superabundantias propter naturæ augmentationem quæ calida est & humida, abundanter desiderans quæ restituant deperditum, & foueant naturam, & ad quantitatem debiti augmenti deducant. Disponitur enim iuuenis quemadmodum vinolentus, qui & calido feruet & mater humido, & continua ad libidinem sentit incitamenta: hoc enim modo iuuentus quiddam delectabile est sive delectatiuum incitatiuum ad delectationum superabundantias. In senectute autem quæ frigida & sicca est ad modum melancholice secundum naturam destitutam & deciduam, quæ (sicut dicit Arist.) est sicut ruinosa adificiorum, semper indiget medicina supplete defectum: & hoc ideo est: quia tales corpus habent semper morsum & compunctum defectibus: & quod continuè consumitur propter complexionem deciduam & ruinosam: & ideo in continuo appetitu sunt supplementi, & vehementer desiderant restituentia.

Nec hoc dicimus tantum de melancholicis melancholia innaturali quæ combusta cholera est & nigra, sed de melancholicis generaliter. Quamuis enim melancholici de melancholia accidentali ex acumine humoris morosa habeant corpora, tamen dicit Aristot. in problematibus, quod omnes hi qui fuerunt heroicarum virtutum, Hector, & Priamus, & alij, in hac melancholia laborabant: eò quod hæc melancholia rubei vini quod vaporosum est, habet similitudinem: & quia grauitatem habet, constantiam facit: quia vero vaporosa, virtutem erigit ad operationem. Melancholia enim naturalis, vt dicit Gal. frigida est & sicca. Per frigiditatem ascendens motum & euaporationem, per siccitatem autem grauitate propria decidit: propter quod stomachus melancholicorum & senum superius vacuus est, omni euaporatione destitutus, & semper suam sentiens inanitionem ex nutrimenti defectu: propter quod continuè cibum desiderant, & in fine & in principio comestionis æqualiter de-

lectantur. Cuius signum est, quod tales multum & continuè comedunt, multi stercoreis sunt, & parui nutrimenti. Appetunt continuè & supplens defectum & expellens tristitiam quæ est ex defectu. Delectatio autem si fortis sit, facit expulsionem, sive illa delectatio sit contraria, sive etiam conueniens quæcumque. Vehemens enim delectatio in quocumque sit, ad se trahit animam, & non sinit auertere tristitias quæ ex aliis contingunt defectibus. Propter hoc ergo quod tam senes quam iuuenes superabundantias prosequuntur delectationum, sunt intemperati & prau: quia intemperatus circa tales est delectationes.

CAPVT VI.

De distinctione delectationis bonæ & delectatione mala.

Delectationes autem sunt sine tristitia, eò quod nihil habent de contrarij admixtione, non habent superabundantiam vituperabilem, sed quantumcumque superabundent, bonæ sunt & meliores: & tales sunt illæ quæ sunt eorum quæ sunt de numero natura delectabilium per se & non per accidens, sicut est honestum, & omnes honesti partes. Secundum accidens autem delectabilia sunt, quæ non de natura sui nec per se appetuntur, sed queruntur vt medicina defectibus & tristitiis. Quod ex hoc patet: quia talia non videntur esse delectabilia sano, nisi quando operatur & sustinet & laborat in operatione: & propter hoc & non per se querit delectabile superabundans. Natura enim & per se delectabilia sunt quæ faciunt per se & non impediunt actum & operationem talis vel talis alicuius naturæ: dixi enim, quod vniuersi cuiusque naturæ propria & connaturalis habitus operatio, delectatio est.

67. Perfecta voluptates sunt sine tristitia, excessum vituperabilem non habentes.

Nullū autem delectabile corporale vnum & idem semper est delectabile homini: eò quod natura hominis non simplex est, ex corpore & anima constituta. Vnde quamuis intellectualiter semper idem posset esse delectabile, tamen necesse est etiam alterum ab illo esse delectabile secundum naturam illam secundum quam multipliciter corruptibilis est homo: & hoc est secundum corpus. Et ideo si aliquid agat homo secundum alteram partem sui, hoc reliquæ parti præter naturam est & triste. Si autem æquat operationes secundum veramque partem, hoc non medicatur tristitiis: quia neque triste videtur, nec delectabile quod sic operatum est: & ideo tale quid à multitudine non desideratur. Si autem alicuius natura simplex sit & incorruptibilis, illius semper vna & eadem operatio semper delectabilissima erit: eò quod nihil habet de tristitia admixtum: cum semper operatio sit nullo impedita secundum proprium & connaturalē habitum. Propter quod Deus & substantiæ diuinæ semper vna & simplici gaudent delectatione, sicut vna & simplici agunt actione, quæ actio actus perfectus est & non motus. Dixi enim in præhabitis, quod operatio non semper motus vel in

68. Nulla eadem res nos semper delectat.

in motu: quinimo in immobili & immobilis & semper vno modo est: & perfectior est operatio, & perfectior delectatio: propter quod delectatio magis in quiete, quam in motu est. Nec est instantia per hoc quod dicit poeta Homerus, qui dicit, quod transmutatio dulcissimum est: hoc enim dictum est per quandam malitiam complexionis & naturæ quæ nõ in vno sed in multis querit supplementum: & cum simul omnia supplementa haberi non possunt, querit autem malitiæ substantia variari in illis, propter quod dulcem reputat transmutationem. Transmutatio igitur malitiæ naturæ indicium est: quemadmodum

enim homo, qui facile transmutatus est à proposito, malus & prauus est: ita & natura quæ indiget transmutatione, malitiosa est. Et hoc ideo est: quia non est simplex, neque epiches, hoc est, simpliciter bona. Epilogates igitur quæ dicta sunt de continentia, dicimus quod de continentia & incontinentia, & de delectatione & tristitia quantum ad propositam intentionem iam satis dictum est. Determinatum enim est quid vnumquodque istorum est, & qualiter vnum istorum, scilicet continentia bonum est: alia autem qualiter sunt mala. Deinceps autem de amicitia tractandum est.



LIBER VIII.

De amicitia.

TRACTATUS I.

De amicitia secundum se & partibus amicitia.

CAPVT I.

Quare oportet ethicum tractare de amicitia.

De amicitia tractantes non dicemus de amicitia quæ sine passione est ad amatum, quam diximus esse medium inter blanditorem & aegrestem, hoc est, amicitia de adiunctis habitibus. Dicemus autem de amicitia quæ cum passione amationis est, quæ passio cor & affectum transponit amantis in amatum, ita quod vterque amantium nihil minus habet in altero quam in seipso. Ex hoc enim habet amicitia, quod est amantium ex charitate consensus: quia virtus quæ affectus in altero est. Sola enim passio amoris, vt dicit Dionysius extasim facit, hoc est, transpositionem: quia nulla alia extra passionem amantis cor ponit in alio tantquam caprium sit, nisi amor. Amatio autem trium modorum est. Est quædam amatio simplex, & hæc est simplex transpositio cordis in amatum. Quædam autem cum discretione amati est, scilicet ex ratione discernere quid & quantum & qualiter ametur, & hoc proprie vocatur dilectio. Quædam etiam est existimatione amati, quantum

Cap. 4. de diuin. nom.

scilicet possit apud amantem, & quanti pretij extimetur, & hæc proprie vocatur charitas. Et amicitia de qua intendimus, inchoatio quidem amor est, sed proficit in dilectionem, & perficitur ad charitatem. Propter quod Tullius dicit, quod amicitia est quædam ex charitate consensus. Carum enim dicimus, quod magni pretij existimatur. Dilectum quod ex aliis electum ad se trahit affectum. Amatam autem quod vt bonum ad se trahit cordis transmissum & fluxum in beneuolentiam quandam. Nec hic intendimus de amicitia nisi humana quæ proprie amicitia vocatur. Metaphoricè enim de amicitia locuti sunt Philosophi, dicentes amicitiam & litem rerum esse principia. Appellantes amicitiam realem consensus contrariorum ad constitutionem alicuius, litem autem esse dissensum eorumdem. Nec amicitiam vocamus generalem curam & prouidentiam diuinorum regentium inferiora & humana & inferiorum consentientium superiorum in talem prudentiam, sicut dicit Ierotheus, quod amor virtus vniuersa est, superiora mouens ad inferiorum prouidentiam, & inferiora ad superiorum subiectionem: hæc enim metaphoricè dicta sunt. Et hanc videret Tullius diffinire in libro suo de amicitia sic dicens, Amicitia nihil aliud est, quam diuinarum humanarumque rerum quædam beneuolentia & ex charitate consensus.

Cap. 4. de diuin. nom.

De amicitia autem humana loquentes, primum

lectabile diligit, sed corporale quod est indigentis naturæ, & vt medicina: propter quod etiam non verè delectabile copulat amicitia talis. Sed amicitia verè bonorum copulat & verè bonum honestum, & verè constitutæ naturæ talis amicitia alia omnia similia quodammodo sunt, quamuis non attingunt perfectionem ipsius quod simpliciter bonum est & simpliciter delectabile est. Tale igitur bonum honestum, & tale vtile quod in nullo abufum est, & tale delectabile & simpliciter est, maxime vtrique amabilia sunt: & amare & amicitia maximè perfecta & operatiua in his est.

15. Tamen quia rarè in vnum conueniunt talia, conueniens est tales amicitias rarè esse: pauci enim sunt tales in quibus hæc tria communicant: perfecta tamen est amicitia in quibus sunt.

Terria ratio est: quia talis amicitia amici sese non lateant, & de seinuicem considerare possunt: in tantum vt totum affectum in se transponant, indigent longo tempore & consuetudine & conuictu. Secundum prouerbum enim antiquorū non cōtingit amicos cognoscere adinuicem, antequam sal multū consumant adinuicem: nec oportet aliquē pro amico acceptari, nec propriè aliquos amicos reputari antequā per multa experimenta vtrique amicorū vtrique appareat, & probetur esse amabilis, & credatur & confidatur esse amicus. Quidam enim ex bonitate cordis videntes aliquam similitudinem virtutis absque experimento maximæ amicitia cito faciunt amabilia adinuicem per benevolentiam. Et hi quidem per apparentiam exteriorum volunt quidem esse amici, sed non sunt: nisi etiam hoc supposito, quod etiam verè amabiles sint: & hoc per multa argumenta virtutis sciant de seinuicem: voluntas quidem igitur amicitia velox & velociter fit propter subitè apparens virtutis bonum. Amicitia autem vera non velociter fit, sed per multa virtutum experimenta. Hæc igitur amicitia etiam secundum tempus durationis, & secundum reliqua duo quæ dicta sunt, perfecta est: & fit secundum omnia hæc quæ amabilia sunt in perfecta ratione accepta, & quod oportet amicis existere, vtrique scilicet ab vtroque simile habet in redamatione.

CAPVT IV.

Qualiter amicitia delectabilis vel vtilis cum vera amicitia habet similitudinem.

16. **E**A autem amicitia quæ est propter delectabile, similitudinem habet cum vera. Similitudinem dico imitationis, non ita quod vnum in specie sit vtrique, secundum quod amicitia vera verum sit delectabile, & verum, vtile, in aliis delectabile & vtile per imitationem. Ad illud bonum enim veræ delectabile adinuicem sunt, quod imitantur amici propter corporalem delectationem. Similiter autem &

qui propter vtile sunt amici, imitantur veram amicitiam: eò quod verè amici, verè vtilis sint adinuicem. Maxime autem in talibus amicitia permanent quando æquale amicis fit adinuicem in redamatione, vt quicquid delectationis vnus amator habet in alio, hoc & tantum reliquus habeat in isto. Quod autem ad hoc quod bene mansua sit talis amicitia, quod ab eodem delectabili in vtroque fiet delectatio, sicut contingit in eurapelis, quorum vterque bene versatus est ad alterum, & secundum idem. Oportet autem, quod hoc sit in amicis, & non vt amator & amatus se habeant adinuicem. Amator enim & amatus in quantum huiusmodi, non necessario & eisdem delectantur: sed amator quidem fortè delectatur in pulchritudine vidè eum qui amatur. Amatus verò fortè in hoc delectatur, quod famulatum recipit aliquem à suo amatore, sicut patet in his qui in pulchritudinibus sceminarum delectantur: & cum scemina in eis querant non pulchritudinem, sed subuentiois alicuius famulatum. Talis autem amor non per se, sed per accidens amicitia: quia in redamatione non redditur idem: & si finitur pulchritudo, quantum etiam finitur amicitia talis. Tunc enim amatorum visio amari non est delectabilis, & amato non fit recompensatio famulatus. Multi autem amici in tali delectationis amicitiarum permanent amici, si ex longa consuetudine mores suos adinuicem diligant. Hoc autem fit quando similes sunt consuetudinis & moris: eò quod omnis amicitia in similitudine quadam fundatur. Amici autem quidam non comitantur delectabile, sed vtile, in amantibus minus amici sunt & minus permanent, quam illi qui propter delectabile amici sunt. Qui enim propter vtile amici sunt, si dissoluatur conferens vtile quod vnus alteri rependebat, consequenter & amicitia dissoluitur: eò quod sicut iam ante dictum est, quod tales non adinuicem amici sunt, sed sunt amici vtilis quod vterque querit in reliquo.

17. Adhuc autem qui amici sunt propter delectationem, & qui propter aliquid vtile, contingit bonos esse. In talibus enim amicis & prauos contingit adinuicem esse amicos, & etiam epiches, siue bonos contingit esse amicos prauis: & illos qui neutri sunt, hoc est, nec prauis nec boni, amicos contingit esse quibuscumque, hoc est, & prauis & bonis & neutris. Neutros autem dicimus ex ciuilitate ad virtutem non dispositos, nec vitio corruptos, quales sunt qui rura colunt & rustici vocantur. Solos autem bonos propter seipfos contingit esse amicos: vterque enim inuenit in altero quo congaudeat. Quod non potest esse in malis: eò quod mali non possunt gaudere de seipsis, nisi aliqua vtilitas vtrique fiat ab altero.

18. Consequens igitur est, quod sola honorum amicitia verè intransmutabilis sit. Talis enim per delectationem dissolui non potest: eò quod verè amicus non facile credit, aliquid sibi relatum contra eum qui in multo tempore ab ipso probatus est, & maximè non credit in his in quibus probauit eum: & sic talis amicitia lingua detrahentium solui non potest. Adhuc autem ex dissimilitudine non soluitur: talis enim in

enim amicitia nunquam est iniustum facere: eò quod, sicut dicit Tullius, lex amicitia est pro amicis non nisi honesta facere. Similiter autem & alia quæcumque dicta sunt, & veræ amicitia, à talibus obseruantur. Amicitia enim alia, scilicet, quæ propter vtile sunt & propter delectabile, vulgariter quidem & communiter ab omnibus amicitia dicuntur: quamuis, veræ amicitia perfectam non habeant rationem. Vtilitatis autem amicitia maximè videtur esse ciuitatum. In ciuitatibus enim sunt compugnationes adinuicem gratia conferentis & vtilis: & cum similes sunt vtilitatis, non contrapugnant, sed, amicitia sunt. Amicitia autem quæ est propter delectationem qua se amici adinuicem diligunt, est quemadmodum puerorum & iuuenum amicitia. Hi enim secundum passionem viuunt, & corporales delectationes proficiuntur: tamen ista non veræ amicitia sunt: sed oportet nos tales amicitias, amicitias vocare, propter homines qui vulgariter vocantur amicos.

19. *Plures sūt species amicitia, sed præcipua est propria amicitia est bonorum.* Et cum dicto modo amicitia species plures sint, primo quidem & principaliter dicitur amicitia quæ bonorum est secundum quod boni sunt: reliquas autem dictas amicitias dicimus secundum similitudinem qua illam imitantur: hoc enim modo sunt amici, secundum quod aliquod bonum quod similitudinem habet ad verum bonum, est in ipsis. Amantibus enim delectationes delectabile bonum aliquod videtur: similiter amantibus vtile. Tales autem amicitia non omnino copulantur siue coniunguntur & colligantur amicos: eò quod tales non sunt amici secundum seipfos, sed amici vtilis vel delectabilis. Amicitia enim quæ sunt secundum accidens, non omnino coniunguntur, sed in quodam, vtili scilicet vel delectabili.

CAPVT V.

De comparatione amicorum secundum diuersas amicitias.

20. *Sicut in eorum virtutibus quidam habent, quidam autem boni sunt, ita est in amicitia.* **S**upposito autem, quod in has tres species amicitia sit distributa, dicimus, quod prauis quidem amici erunt adinuicem, vel propter delectationem, vel propter vtilitatem. In alio enim similes esse non possunt. Boni autem propter seipfos sunt amici. Sunt enim amici secundum quod ipsi boni. Boni ergo simpliciter sunt amici: alij autem amici sunt secundum accidens, & amici dicuntur in hoc quod assimilantur per imitationem quandam amicitia bonorum. In amicitia tamen attendendum est, quod quemadmodum in virtutibus quidam dicuntur boni secundum habitum, quidam autem boni dicuntur secundum operationem & actum: ita se habet & in amicitia. Quidam enim amicorum actualiter conuenienter gaudent adinuicem, & secundum operationem bona tribuunt adinuicem. Quidam autem amici sunt quasi dormientes vel quasi separati per locorum distantiam: non enim isti operantur amicabilia, sed secundum

habitum sic dispositi sunt vt amicabiliter operari possint quando velint. Locorum enim distantia non dissoluit amicitiam simpliciter, sed amicitia dissoluit operationem. Si autem diuturna sit absentia, propter longum vltum conuersandi cum alijs amicitia propria facit, obliuionem. Propter quod in proæmio dictum, quod multas amicitias a proteritoria dissoluit. A proteritoria autem dicitur irretalatio, & irrecapellatio, quando scilicet amici seinuicem ex nomine appellare non possunt vel mutuo salutare.

21. *Neque senes neque seueri ad amicitiam apti sunt.* In talibus enim amicitia neque senes neque seueri assuefacti, multum amantur vel amabiles. Id enim quod delectationis est, breue & contractum est in talibus. In senibus quidem propter debilitatem virtutis. In austeris autem propter duriciam complexionis & consuetudinis, nisi fortè, vt dicit Tullius, virtus in aliquo senum multum sit inpolita, ita quod etiam ætatis vincat defectum, sicut dicitur de senectute Catonis. In alijs autem parum amicitia est: eò quod tales vt frequenter tristes sunt & sibi & alijs. Nullus autem potest per totam diem commorari cum tristi, sicut est senex: neque cum non delectabili, sicut est austerus. Omnis enim natura hominum fugere videtur id quod est triste, appetere id quod est delectabile.

22. *Qui se mutuo recipiunt, non simul autem viuunt, beneuoli magis cõsedi sunt quæ amici.* Sunt tamen qui delectabiliter recipiunt inuicem, & tamen non commorantur, neque conuiuunt, & hi beneuolis magis quam amicis assimilantur: nihil enim ita proprium est amicorum vt continuè conuiuere. Quidam autem indigentes fortè aliquo, vtilitatem appetunt, & propter hoc seinuicem dulciter & oprimè suscipiunt, sed habito quod intendunt, non commorantur. Beatorum autem & bonorum proprium est simul per totum commorari diem, nec separari posse: nequaquam enim talibus conuenit solitarios esse & sequestratos abinuicem: eò quod, sicut diximus, vtriusque anima in animam alterius transposita: & propter hoc delectabiles adinuicem esse oportet. Continuè enim adinuicem conuersari non possunt, qui condelectabiles non sunt. Et hoc quidem amicitia contrariorum adinuicem videtur habere: tales enim difficulter separantur.

23. *Bonorum amicitia, vt sepe dictum est, maximè est amicitia.* Secundum igitur dicta ea quæ bonorum est amicitia, maximè amici esse videtur amabile, & eligibile est, & etiam delectabile. Vnicuique autem amabile & eligibile quod sibi delectabile: bonus autem bono propter ambo huiusmodi amabilis & eligibilis est: quia, scilicet est bonus simpliciter, & sibi bonus.

24. *Amatio esse est, amicitia vero similitudo est habitui.* Adhuc autem dicendum est, quod amatio quidem magis assimilatur passioni. Consistit enim in motu cordis & sensu. Amicitia autem magis assimilatur habitui qui secundum rationem est. Sicut patet, quod mulieres natos amant, à quibus tamen non redamantur. Et quod manifestissimum exemplum est, amatio non minus est ad inanimata quam animata. Redamatio autem quæ in amicitia est, cum electione necessariè est. Electio autem ab habitu est. Non enim fit electio nisi ab habitu quodam ratio dirigatur. Adhuc amici bona volunt

volunt adinuicem amatis amicorum gratia & non alterius: hoc autem secundum passionem fieri non potest, sed secundum habitum: Amatio non fertur in id quod amat propter amatum, sed propter se ut fruatur illo. Adhuc amantes amicum non amant quod sibi ipse est bonum, sed quod est bonum amicis: amicitia est bonus factus simpliciter; sic etiam bonus est cui amicitia est: talium igitur amicorum uterque amat in altero quod bonum est amico: quia hoc etiam est bonum sibi, & ut æquale retribuat uterque alteri & secundum delectabile & secundum utile: utriusque enim voluntas in altero est. Dicitur enim amicitia æqualitas. Æqualitas autem boni utilis & delectabilis maxime est in amicitia bonorum.

25. Iuvenes cito sunt amici, non autem senes & seueri.

In seueris autem ciuibus tanto minus fit amicitia, quanto magis tales discolori sunt, minus ritui aliorum conformabiles: tales enim minus gaudent colloquiis & conuictu ad alios. Colloquia verò conuictus maxime amabilia esse videntur & amicitia factiva. Propter quod iuvenes quidam cito fiunt amici: colloquiis enim & conuictu gaudent. Senes autem non cito propter oppositum: non enim fiunt amici in his in quibus non gaudent: propter quod Antipes vxor Socratis ad Socratem dixisse legitur in Phedone, Hi sunt tui amici Socrates, cum quibus semper loqui consueuisti. Similiter autem nec seueri gaudent colloquiis: unde tales quidam bene recipientes, quidam seiniuicem, magis beneuoli vocantur quam amici. Volunt enim bona adinuicem & obuiant ad necessitates, mutuo seiniuicem iuuantes. Amici autem perfecte non sunt propter hoc quod non commorantur neque gaudent adinuicem conuictu & colloquiis, quæ utriusque maxime propria videntur & amicorum & amabilia in amicis.

CAPVT VI.

Quod vera amicitia non potest esse simul ad multos secundum operationem & actum.

26. 1. ratio.

Multis autem esse amicum secundum perfectæ amicitie operationem non contingit: quemadmodum neque multas simul amare contingit secundum amoris operationem. Amor enim dicitur secundum corporalem actum in amplexionibus & osculis & aliis talibus: quod simul ad multas fieri non potest. Huius autem causa est: quia vera amicitia simulatur superabundantiæ, ut scilicet in omnibus & plus & plus omnibus in omni tempore conuiuat & colloquatur & applaudet & salutet amicum. Tale autem ad vnum natum est fieri vel paucos. Multis enim eadem valde placere ad victum & colloquia non est facile, & forte etiam non est bonum. Si enim secundum operationem amicitia in multos feratur, remitti necesse est ad quamlibet amicitiam: propter quod in proverbio dicitur, quod omnium amicus, nullius est amicus: polyphilli enim lau-

2. ratio.

dantes laudamus, ut quandam virtutem laudamus quæ sine passione est. Amicitia autem cum passione est, ut sæpe dictum est. Oportet autem & in vera amicitia experientiam accipere amicorum, & in consuetudine fieri operationem animæ: & hoc ad multos difficile omnino est.

3. ratio.

Sed placere multis & amicos esse propter delectabile vel utile sæpe contingit. Multi enim sunt concules vel condelectabiles: & ministraciones sine retributione in talibus amicitias non tota die fiunt, sed in paucis temporibus fieri possunt.

27. Amicitia delectabilis vel utilis potest esse ad multos.

Talium tamen amicitia magis amicitia est quæ fit propter delectabile, quam quæ fit propter utile: eorum eadem delectabilia mutuo fiunt ab ambobus adinuicem, & quando eisdem delectationibus gaudent adinuicem, vel quando ipsi amici seiniuicem delectantur: & tales, sicut iam diximus, sunt amicitia iuuenum. Hanc autem amicitiam magis amicitiam dicimus, quam amicitiam vtilis: quia ratio eius quod liberale est, magis est in ea. Liberale enim est quod propter se volumus, seruile autem quod propter alterum: delectationem autem volumus propter seipsam, utile autem propter alterum: quapropter amicitia proprie vtilis negotiatorum est: tales enim de seiniuicem negotiantur. Bene autem & boni de talibus vtilitatibus nihil indigent: quæ viles enim sunt adinuicem, tamen vtilitatem non attendunt ut propter ipsam amici sunt: sed adinuicem valde delectabiles sunt ut delectationem adinuicem multum attendunt. Volunt enim conuicere adinuicem delectabiliter: triste autem aliquando quidem & secundum paucum tempus sustinent. Triste autem continuè nullus sustinere possit: sed ita quod si possibile esset, quod bonus quidem simpliciter bonus est, continuè tristis efficeretur, & cum tristis non sustineretur: quod tamen possibile non: quia bono semper bonum delectabile est: propter quod amicos condelectabiles adinuicem conuenire esse: & tales quærunt amicos qui delectabiles sint & sibi delectabiles. Sic enim in amicis existunt omnia quæcumque amici sunt: propterea & quæcumque oportet existere amicis.

28. Amicitia delectabilis est similior vera amicitia quæ utilis.

Qui autem in potestatibus sunt constituti, ut reges, & principes, diuersis videntur vti amicis: & diuersis valde secundum diuersas species amicitia. Alij autem talibus sunt vtilis, & alij delectabiles: & non contingit vniuersaliter, quod secundum ambo scilicet delectabile & utile sunt eidem aliqui amici: tales enim multa indigent vtilitate, & ad hanc subservire non possunt qui delectationem intendunt. Tales etiam non quærunt amicos qui delectabiles sint cum virtute, sicut bonorum amicitia est: neque quærunt eos qui viles sunt ad bona felicitatis vel virtutis, sed potius delectabile appetentes, quærunt hoc secundum delectabiles sibi extrapoles, sicut Sardonapalus fecit. Vtilitatem autem appetentes ad hoc quærunt deicios, & astutos qui secundum præcepta eorum vnde cumque vtilitatem procurant & operentur. Hæc autem in vno & eodem fieri non possunt in amicitia talium. Dele-


29. Qui sunt in potestatibus constituti, diuersis videntur vti amicis.

Delectabile enim & utile non coniunguntur nisi in bonorum amicitia: sed talis amicus verè non fit à superexcellente in potestate, nisi & secundum studiosorum virtute superexcellens sit, sicut & secundum potestatem & superexcellatur ab amico. Vera enim amicitia in utroque amicorum superexcellit & superexcellitur. Si autem non sit talis amicitia, sua non adæquat. Superexcelsus enim secundum analogum aliquid inferiori non adæquatur. Unde tales in potestatibus constituti, non conueniunt fieri etiam virtute superexcellentes.

30. Amicitia in æqualitate consistunt.

Omnes igitur dicuntur amicitia in æqualitate quadam consistunt. Eadem enim amabilia in ambobus fiunt amicis, vel eadem amabilia volunt adinuicem, vel alterum commutant pro altero. Verbi gratia, delectationem pro vtilitate, quod tamen magis conuenit amari & amato quam amicitia. Pater autem ex ante dictis, quod amicitia delectabilis & minus amicitia suat & minus manent, quam amicitia vera.

Amatio enim passio est, quæ sine motu & alteratione non est: propter quod sensus passio est & non rationis, quæ propter hoc quod impassibilis, motus & alterationis non est susceptibilis. Amicitia vero secundum quod habitus est qui impartilis & simplex, est proprie rationis. Omnes autem amicitia esse & fieri videntur, non esse & non fieri propter similitudinem & dissimilitudinem eiusdem aliquid amabilis. Vna enim habet delectat ile, altera autem habet utile: & amicitia ostenditur secundum similitudinem eius quæ verè & secundum virtutem amicitia est: ambo enim hæc veræ amicitia existunt. In eo autem quod est veram amicitiam impermutabilem & mansuam esse, alias autem velociter contingit transcidere, & aliis multis modis à vera amicitia differre, non videntur amicitia veræ esse propter dissimilitudinem quam habent ad illam.



TRACTATUS II.

De diuisione amoris secundum diuersitatem amantium.

CAPVT I.

De diuersitate amicitia secundum diuisionem generalem amantium, in qua requiritur, quod in eodem sint redamatio & amatio.

31. Est alia species amicitia qua in excellentia consistit, & multas habet differentias.



ALTERA autem est amicitia species, & secundum alteras & alias differentias amationum accepta est, quæ in distantibus & superabundantia est, sicut se habet pater ad filium, & vniuersaliter senior ad iuniorem. Senior enim in sensu regiminis & scientia superabundat ad iuniorem qui in talibus deficit. Et sic secundum superabundantiam se habet omnis imperans ad imperatum: hic enim ex amore secundum quod superior, curam impendit inferiori: unde Ierotheus dicit, quod amor est vis vnica superiora mouens ad inferiorum prouidentiam, & inferiora ad superiorum subiectionem. Taliter enim distantes amando & redamando differunt abinuicem. Non enim est eadem amatio parentis ad filios, & in imperantibus ad imperatos: eò quod uterque non idem impendunt amando. Adhuc autem non est eadem amatio patris ad filium, & e conuerso filij ad patrem. Pater enim curam impendit filio, filius autem patri reuerentiam. Nec eadem amatio est viro ad vxorem, & e conuerso vxori ad virum: vir enim vxori fecunditatem impendit, vxor autem vi-

Cap. 4. de diuin. nom.

ro generationem. In omnibus igitur his oportet, quod altera sit virtus, & alterum opus super quod fundatur amicitia.

Virtutem autem hic non dicimus illam quæ moralis est, sed eam quæ perfectio est ad opus perfecte secundum statum in quo est, secundum quod dicit Arist. in septimo physicorum, quod virtus est dispositio perfecti ad optimum: & secundum quod dicit in primo de calo, quod virtus est vltimum potentia in re. Amor etiam in talibus amicitias magis est amor secundum corporalem actum acceptus, quam ille qui est simpliciter passio animæ, quamuis in corporali actu etiam sit passio amoris. Quilibet enim amicorum alteri vult bonum.

Tex. c. 18.

Tex. c. 116.

Similiter autem sicut altera est virtus & opus in his, ita alij & alij sunt fines proximi, propter quod amicum. Propter aliud enim amat vxor virum, & vir vxorem: & sic est in omnibus aliis, quod vnus amicorum quærit in alio propter quod amat. In his autem sic differentibus oportet, quod amationes & amicitia alteræ & alteræ sint. Actus enim & passionis à finibus distinguuntur. In talibus enim amicitias nec eadem sunt utriusque amicorum ab utroque amando & redamando, neque etiam secundum decentiam virtutis oportet talia quærere. Si enim idem faciat filius patri quod pater filio, dissoluatur ordo patris ad filium, & amicitia per consequens.

32.

Cum autem filij parentibus retribuunt ea quæ secundum connexionem ordinis conueniens est retribuere generantibus, & e conuerso parentes impendant filiis quæ conueniens est

He amicitia stabiles sunt, cum inferiores superioribus & e conuerso est

tant aliquid propter se turpe facere. Propter quod dicit Tullius, Prima lex amicitiae sciatur, ut non nisi honesta pro amicis faciamus, & petamus ab amicis. Quod alij autem firmum quoddam non habent in constantia propositi: nunquam enim permanent sibiipsis similes existentes: dicit enim Dionysius, quod malum ut malum est inæquale & inuoluntarium & infæcundum & pigrum.

Cap. 4. de diu. nom.

42. Prætorij amicitia instabilis est.

43. Viles & incundi in amicitia diuiter perseverant quam mali.

Et si mali ut mali in paucum tempus amant seipfos, sicut leccator meretricem & fornicatricem amat, gaudentes adinuicem malitia: non tamen mansua est talium amicitia.

Sed viles amici sibiinuicem & delectabiles, quamuis ambo mali sint, tamen plus permanent, sicut in antehabitis diximus. Permanent enim quandiu sibiinuicem tribuunt delectatione, vel vtilitates.

CAPVT IV.

De solutione questionum in principio huius libri inductarum.

44. Amicitia vtilis maxime ex contrariis efficitur.

EA autem quæ à principio dicta sunt in opinionibus antiquorum, magis videntur esse circa has amicitias. Distantes enim primæ quodammodo contrariæ sunt: vnde amicitia quæ fit ex contrariis & inter contrarios, ut antiqui dicebant, maxime videtur fieri propter vtile. Verbi gratia secundum hanc amicitiam pauper est amicus diuiti, & indisciplinatus est amicus scienti: vterque ut accipiat, pauper quidem pecuniam, indisciplinatus doctrinam. Quo enim aliquis indiget, hoc appetens ab alio accipere, redonat aliquod quo illud redamando recompenset, sicut pauper diuiti famularum pro pecunia, indisciplinatus autem scienti pretium pro doctrina. In eundem hunc modum amicitia attrahi potest & amator & amatus, inter quos, ut in antehabitis dictum est, nõ est vera amicitia sed similitudo quædam, sicut se habet pulcher ad turpem: turpis enim gaudet pulchritudine qua frui cupit in pulchra, pulcher autem in turpi gaudet famularum. Propter quod si aliquando amatores dignificant se amari ut amant in eisdem, & propter eadem

volentes amare & amari, ridiculi esse videntur. Hoc enim inter turpem & pulchrum esse non potest, nec inter diuitem & pauperem, nec inter indoctum & scientem: sed fortè sic dignificatum est inter eos qui ex eodem ambo amabiles sunt. Hi autem qui nihil tale habent, se velle ad eadem dignificari & æqualia, ridiculum est.

Et si aliquis obiiciat, quod contrarium non appetit contrarium: quia appetendo appetere suam destructionem: & sic inter contraria dicat non posse esse amicitiam. Dicimus, quod sequeretur si contrarium appeteret suum contrarium propter se & secundum seipsum: hoc autem contrarium non appetit contrarium propter se & secundum ipsum, sed secundum accidens. Pauper enim amat diuitem non inquantu diues est, sed ut per munus temperetur inopia paupertatis. Appetitus enim est ut veniat ad medium, in medium autem quo inter duos terminata ratione medium est: tale autem medium est bonum vniuscuiusque perficiens & saluans ipsum. Verbi gratia excellenter sicco non est bonum excellenter humidum fieri, sed ut siccitas excellens per humidum ad medium veniat: & sic est in excellenter calido ad frigidum, & in omnibus aliis contrariis vbi contrarium appetit contrarium: & sic terra siccata excellenter appetit humidam pluuiam: propter quod in fabulis ad Iouem clamare inducitur contra Phaëtonem, quod male dirigendo terram, ad meram siccitatem per incendium solis substantiam terræ deduxit. Sic etiam vernabile cælum impletum pluuia in terram cadere desiderat, ut perspicuitas & serenitas cælo restituatur ex remotione superflui humidi ab aëre. Sic etiam complexionibus excellenter incensæ, frigidis & humidis ut temperentur, desiderant: sicut fortiter æstuans febre, desiderat aquam frigidam, non ut bonum sibi, sed ut calor temperetur. Aliter tamen vnumquodque sibi simile desiderat, & non contrarium: eod quod sibi simile suum bonum est sui ipsius perfectiuum & saluatiuum: contrarium autem sibi malum & destructiuum est: sed hæc dimittantur. De his enim tractare in moribus magis alienum est, quam propinquum: ad physicas enim pertinet rationes.



TRACTATUS III.

De differentiis amicitia distributis secundum differentias urbanitatum.

CAPVT I.

Penes quæ principium & differentia accipitur urbanitatum.

45. In omni communicatione aliqua amicitia est.



MEMADMODVM autem in principio huius libri dictum est, circa eadem & in eisdem videtur esse amicitia & iustum, sicut Socrates existimabat. In omni enim communicatione qua homines sibi secundum conuictum communicant, aliquid speciale iustum esse videtur, & aliqua specialis amicitia. Cuius signum est, quod communiter consueuerunt appellare velut amicos conuagatores & commilitones. Similiter autem eos qui sibiinuicem in aliis communicationibus communicant. Conuagatores autem dicimus, non quorum vtriusque nauigatio est, sed quia lucra nauigationis ad commune referunt. Et eodem modo dicimus commilitones, qui in commune referunt suam militariæ victorias. Horum enim quia vnum commune bonum est, vterque bonum vult alteri, quod proprium amicitia est: & vterque secundum dignitatem debitum reddit alteri, quod proprium iustitia est: secundum quantum igitur communicant ad commune scilicet referentes actiones, in tantum est amicitia inter eos, & in tantum iustum est inter eosdem. Propter quod in prouerbio dicitur rectè, quod quæ amicorum, communia sunt. Talis enim amicitia semper in communicatione. In eisdem ergo & circa eadem & iustum est & amicitia.

46. Amicitia communium diuersa sunt sicut & iura.

Sunt autem fratres quidem, qui nihil vltra statum fratrum habent, sed æqualiter sunt filii familias. Et conuictis, hoc est, coartaneis & collegis in quantum huiusmodi, sunt omnia communia, quæ ad eorum communicationem referuntur, sicut diximus de conuagantibus & commilitonibus: illi enim ad modum fratrum se habent & conuictorum. Aliorum autem à fraternitate eorum & conuictione separatis non sunt cum istis communia, sed discretæ: & siquidem communicantibus quibusdam plura sunt communia, quibusdam autem pauciora, secundum quod in pluribus vel in paucioribus communicant negotiis. Potest enim aliquis iudex esse & nauigatore, & secundum nauigationem potest communicare alicui, cui non communicat secundum iudicium. Et sic etiam amicitiarum quædam sunt magnæ amicitia & in pluribus,

quædam autem minus & in paucioribus. Eodem modo se habent iusta quæ sunt inter eos, iusta tamen quæ sunt in talibus communicationibus differunt. Non enim eadem iusta sunt parentibus ad filios, & fratribus adinuicem: nec eadem sunt iusta a maioribus sive coartaneis & collegis adinuicem, & ciuibus adinuicem. Similiter autem est & in aliis amicitia & communicationibus adinuicem. In omnibus autem talibus altera etiam sunt iusta ad singulos horum qui sic sibi communicant. Si igitur ex eisdem accipiunt differentiam iusta & amicitia, sequitur quod circa eadem & ex eisdem sit iustum & amicum.

47. Sicut amicitia crescit, ita & iusta.

Adhuc autem augmentationes & diminutiones accipiunt amicitia ex eisdem ex quibus etiam iustum capit augmentationem & diminutionem. Verbi gratia, qui magis & minus sunt amici, magis & minus est iniustum facere vel iustum. Verbi gratia, pecuniis priuare a maioribus, durius & iniustius est, quam ciuem. Similiter non iuuare fratrem, durius & iniustius est, quam non iuuare extraneum: & percutere patrem, durius & iniustius est, quam percutere quemcumque alium: & vniuersaliter quo maior est ratio amicitia & communicationis, eod durius & iniustus est tali iniuriam irrogare. Hoc autem ideo est: quia iustum & iniustum augmentari vel diminui natum est simul cum amicitia: eod quod iustum & amicitia in eisdem sunt, & ex æqualibus dignitate nata sunt aduenire.

48. Societates omnes similes sibi partibus societatis ciuitatis.

Hoc autem ideo est: quia communicationes omnes quibus homines ciuilitate communice & amicitia vinculo connectuntur, assimilantur particulis politica iustitia. Particulas autem dicimus secundum totius philosophia consuetudinem eas quæ partes sunt, scilicet partium principalium. Partes enim etes, sunt principales urbanitatum differentia, quas statim in consequentibus determinabimus: multæ tamen sunt particule, quæ partes sunt vniuscuiusque urbanitatis: pars enim est quæcumque cum parte totum constituit, particula autem autem pars partis. Quod autem politica plures partes sint, ex hoc probatur: quia conueniunt omnes in aliquo conferente ad vtilitatem, & tribuunt aliquid vtilitatis ad ea quæ conferunt ad vitam hominis. Omnis enim politica communicatio gratia alicuius conferentis ex principio videtur conuenire & commanere, sicut conuagantium, commilitonum, & omnium aliorum: conferens enim omnes legum positores communicat: iustum autem id quod est communiter conferens ad

TRACT

utriusque communicantium utilitatem. Quod autem & alia communicationes secundum partes alias & alias vtilis & conferentis videntur fieri. Verbi gratia navigatores quidem communicant vtile secundum nauigium: hoc autem est secundum comparationem & augmentationem pecuniarum, vel aliquid aliud talium quod in lucrum computatur. Commilitonum autem communicatio refertur vel ad vtile quoddam secundum bellum, vel ad vtile quod est secundum stipendia pecuniarum, siue ad vtile quoddam secundum victoriam vel victori gloriam, siue ad vtile quod est ad capiendam civitatem. Similiter est in politicis quæ sunt secundum communicationem, quæ communicant contribules vel complebei: omnes enim isti communicationes suas referunt ad communem utilitatem, & in tantum etiam communicant in amicitia. Quædam autem communicationum iustitiæ propter delectationem videntur fieri, sicut delectatio conchorezantium hoc est, choreas simul ducentium: & communicationes aranistarum. Aranistas autem dicimus, qui ara conferunt ad conuictorium celebrationem. Conchorezationes enim, licet in delectatione sint, tamen communicant vtile conuictij, vt scilicet sponsus sponsæ placeat, & è conuerso sponsa sponso. In conchorezatione enim omnes excellere debet sponsus, & ideo sponsæ esse aptissimus. Aranista autem propter delectationem sacrificiorum communicant. Communicantes tamen vtile hoc, quod prius pronocetur ad deuotionem sacrificiorum: & ille qui excellentior in talibus est, magis populum prouocat.

Omnes autem hæ communicationes sub politica consueuerunt reduci. Quamuis non præsentem tantum utilitatem inquirunt, sed alteri futuram, vt quod in futurum sponso sponsa placeat, vel in futurum deuotio populi ad sacrificia perseueret: tamen ad politicum referuntur. Politica enim non communicat præsens conferens & vtile, sed etiam in omnem vitam in saculo duraturam communicat & appetit vtile. Hi enim qui faciunt sacrificia & procurant congregationes quæ ad sacrificiantes pertinent, & in his homines distribuunt, faciunt hoc propterea, quia in talibus sibi ipsi requiem retribuunt, quæ requies est cum delectatione. In delectatione enim correquitescit. Hoc signum est: quia antiqua sacrificia & congregationes antiquorum ad sacrificandum maxime videntur fieri post fructuum collectiones: tunc enim ab aliis negotiis liberati, magis requiescere poterant in deuotione sacrificiorum. Vnde tunc primitiarum offerebant sacrificia: eò quod illis temporibus maxime ad talia vacare poterant. Et vtiliores erant: quia tunc populus aliis omnibus laboribus deoccupatus, magis ad deuotionem poterat excitari. Patet igitur, quod omnes communicationes hominum particulæ politicæ esse videntur. Amicitia autem de quibus nunc loquimur, maxime ad tales consequuntur communicationes. Amicitia igitur & iustam in eisdem & circa eandem sunt communicationes.

49.
Communicationes quæque sub politica continentur.

CAPVT II.

De speciebus politicarum in communi, penes quas amicitia species accipiuntur.

Politica autem siue politexa species, quibus omnis politexa perfecta perficitur, sunt tres, ex quibus perfecta constituitur urbanitas: & tres æqualiter sunt transgressiones earum siue corruptiones, quibus vel in totum vel in parte corrumpatur urbanitas. Urbanitas enim quandam integram sonat potestatem secundum regimen iustitiæ. Hanc autem, sicut in primo diximus, in vno oportet esse sicut in diuinissimo & optimo. Partes autem eius oportet accipi secundum virtutis dignitatem. Partes autem dicimus gradus eorum qui in partem sollicitudinis & regiminis vocantur. Quia etiã exteriora bona organicè ad felicitatis actum deseruiunt, quandam partem urbanitatis oportet etiam esse in his qui in exterioribus secundum potestatem facultatum scilicet deseruiere possunt ad optimam ciuium gubernationem. Et ideo tres sunt politicæ species: duæ quidem simpliciter species, regnum scilicet & aristocratia. Tertia autem quæ à facultate pretiorum est & exteriorum bonorum, secundum aliquid species urbanitatis est, quam conueniens est dicere timocratiam. Hanc enim quænis non sit urbanitas secundum ea quæ essentialia sunt felicitati, tamen quia est in his sine quibus ciues ad felicitatem non reguntur, plures consueuerunt eam appellare politexam siue urbanitatem. Urbanitatis enim potestas aut accipitur in se, aut in partibus. Si in se, fundatur in bono diuinissimo: & sic est in ordine ad vnum, qui bonum totius gentis præualeat gubernare: & tunc est regnum siue monarchia. Si autem accipiatur in partibus: aut accipitur secundum partes essentielles, aut secundum eas quæ deseruiunt organicè. Si secundum partes essentielles accipiatur, accipitur secundum facultatem virtutis: & hoc quando parciales potestates quæ senatoriæ sunt dignitates, vt ducatus, præsidis dignitas, pontificatus, & potestas proconsulum & aliorum, secundum vnamquamque dignitatem secundum meritum virtutis conferuntur. Tunc enim prouenit regnum vniuersorum, quando rex præest secundum ordinem diuinissimi boni in omni perfectione iustitiæ. Principes autem ab eo constituti, possunt secundum virtutis vniuersi cuiusque propriam operationem. Sicut enim Bias dixit, principatus ostendit virtutem: eò quod tam regnum quam principatus circa commune bonum est, ad quod quemlibet tam regem scilicet, quam principem, propriam habere oportet virtutem ad propriam suæ dignitatis operationem. Si autem accipitur secundum ea quæ deseruiunt organicè, iterum urbanitatis habet speciem & ordinationem, vt scilicet tales præficiantur qui per exteriora bona ad sui officij operationem habent facultatem, vt ex eorum defectu non impediatur actus

50.
Tres sunt rei-publicæ species, & totidem corruptiones.

Cap. 12. de diuina nom.

51.
Regnum & tyrannus conueniunt, sed multum differunt.

52.
Tyrannus pessimus est corruptionis vniuersalis.

actus regiminis. Harum autem urbanitatum perfectissima regnum est, quod consistit ex omnium ordine ad vnum secundum perfectissimam iustitiæ gubernationem. Propter quod dicit Dionysius, quod regnum est omnis finis & ornatus & legis & ordinis distributio. Rex enim distribuit omni officio & omni dignitati & omni negotio finem proprium, ad quem contendat, legem qua reguletur in operationibus quibus deuenitur ad finem, ordinem quo ad commune bonum respiciens ad reipublicæ conseruationem ordinetur. Vnde in rege totius gentis bonum est, quod diuinissimum esse diximus in primo huius scientiæ libro. Nec rex est, qui talem virtutem non habet ex perfectissimo iustitiæ bono, quod hæc tria sapienter & vtiliter distribuere possit cum affectu. Harum igitur urbanitatum optima quidem est regnum: pessima autem, hoc est, minima in boni ratione, est timocratia.

Transgressio autem siue corruptio regni quidem est tyrannus. Ambæ enim potestates, regis scilicet & tyranni, monarchiæ quædam sunt, omnes sub se continentes & non particularè habentes potestatem: differunt autem ab inuicè plurimum. Tyrannus quidem casu est, qui in omni distributione terminum legum & ordinum non intendit, nisi sibi ipsi conferens, neglecta communitatis vniuersalitate. Rex autem semper est, qui in talibus distributionibus semper vtilitatem intendit subditorum: non tamen per hoc cadit à ratione regis, si tributa & vtilia & contributiones accipit à subditis, dummodo hæc omnia ad reipublicæ refectam vtilitatem. Non enim est rex secundum perfectam regis rationem, qui non per seipsum ad hoc sufficiens est, & qui non in omnibus bonis, virtutibus scilicet & organicè deseruientibus omnes est superexcellens. Taliter autem superexcellens, nullo indiget ad actum regiminis & gubernationis pertinente. Non ergo pro se, sed pro subditis querit & cupit quantumque querit & cupit. Qui autem constitutus est quidem in regno & talibus & tantis bonis virtutem ad regnandum adeptus, non est clerotes magis quam rex. Clerotes enim à clerotes Græcè dicitur, quod apud nos sortem sonat. Sorte fauente fortuita per errorem fortunæ in regnum constitutus est, & hoc non secundum naturæ ordinem est. Nulli enim potestati ad actum aliquem natura concedit principatum, nisi illa potestas prius adepta sit virtutem ad actum potestatis eiusdem, sicut patet in potestate videndi in oculis, & in potestate gradiendi in pedibus, & in vniuersali potestate mouendi in corde. Rex ergo erit secundum naturæ ordinem, qui omnium bonorum adeptione virtutem regnandi adeptus est secundum vltimum & optimum talis potestate.

Tyrannus autem contrario modo se habet ad regem. Tyrannus enim sibi bonum vult & querit & prolequitur, quod in potestate manifestissimum est: & ideo pessimus est, quod factis congruit. Pessimus enim contrariū optimo est, sicut nigerrimum contrariū est albissimo. Transgreditur ergo ille & corrumpitur ex optimo regni in pessimum tyrannidis. Tyrannus enim

D. Alb. Mag. lib. 8. Ethic.

prauitas & corruptio est monarchia. Malus enim rex tyrannus fit per corruptionem virtutis regnandi. Differt autem tyrannus à clerote: quia clerotes nomen accipit à defectu, & rationem boni & virtutis regalis. Tyrannus autem, cum peruertitur actus regendi. Idem enim non secundum idem acceptum, sed secundum diuersa quæ in ipso sunt, pluribus potestates sunt. Nec propter hoc transgressionibus plures sunt, quam urbanitates: quia clerotes & tyrannus vnius & eiusdem non secundum idem corruptiones sunt. Aristocratia autem pars regni est, & est potestas & principatus, qui conceditur vnicuique secundum propriæ virtutis meritum & dignitatem.

Transgressio autem & corruptio ex hac malitia est, quæ dicitur oligarchia, quæ proprie principum est. Et hæc corruptio duobus modis fit, scilicet vel quando tribuunt ea quæ sunt ciuitatis & communitatis præter dignitatem & meritum virtutum, honores scilicet, & laudes, & demonstrationes, & titulos, & præmia his qui indigni sunt. Et secundo modo quando omnia vel plurima bonorum omnium ad ciuitatem pertinentium, attribuunt sibi ipsis, priuantes dignos. Et quando distribuunt principatus semper eisdem & indignis & paucis, facientes se & eos ditari de plurimo ad communitatem pertinente, quod omnibus dignis secundum dignitatem distribuendum fuerat. Sic enim pauci & mali principantur pro his qui maxime sunt epiches & digni.

Timocratia autem principatus est principatum in pretiis, sicut qui principantur super stipendia, vel super nutrimenta militum, vel super arma ministranda: cuius potestatis virtus est vltima & optima facultas, talia qualia competunt pro tempore ministrare posse. Et patet etiam, quod hæc pars regni est, sed est in quænis quæ ad regnum deseruiunt organicè. Transgressio autem & corruptio istius est in democratia. Demos enim Græcè, Latine plebs est, quando scilicet quilibet de plebe vult talibus præesse & principari. Democratia enim vel timocratia potestates conterminales sunt: eò quod vtraque in multis est, & vtraque æqualium est. Qui enim in timocraticis honoratione præficiuntur, æquales omnes sunt, vel volunt esse, nullam ex virtutis merito habentes differentiam dignitatis in quantum huiusmodi sunt.

Minimum autem malum inter transgressiones est, quam democratiam dicimus. Parum enim sibi potestate opponente speciem transgreditur: eò quod timocratici & æquales sunt, sicut & democratæ, nec distant à plebe virtutis merito, sed valore pretiorum. Et quia parum distant, vt in pluribus fit transgressio politicarum vel politexarum.

Sic enim transgredientes, minimum transgrediuntur: facilis autem transgressio in minimo est.

53.
Ex optimatibus potestate ad paucorum partem fit transgressio.

54.
Ex censurâ potestate ad popularem potestatem fit transgressio.

55.
Minima transgressio reipublica est popularis potestatis.

CAPVT III.

De similitudinibus harum urbanitarum in æconomicis.

56. Similitudines sociorum & corruptionum reipublicæ habentur in domibus.

Quia verò omnia quæ in urbanitaribus sunt, ex æconomicis ortum habuerunt, similitudines harum trium urbanitarum & exempla potest aliquis in domibus & domorum dispensationibus accipere. Patris quidem enim ad filios communicatio, regis habet figuram. Patri enim cura filiorum est secundum excellens bonum æconomicum ad filios sicut ad liberos: & ipse pater curat de filiis propter filios, & non propter seipsum. Hinc enim est, quod Homerus Iouem Græcè sem regem, patrem appellat. Astronomorum enim sententia de Ioue est, quod omnibus vult bonum & facit, & nulli vnquam malè nisi per accidens. Hoc autem id est quod regnum secundum sui rationem paternus vult esse principatus. Pater enim se alterum habet in filio: & idèd necesse est, quod cum natura affectus patris transponitur in filium: id enim quod suipsum pater in filio, virtute totum est quod pater est: & sicut pater se alterum prosequitur, ita necesse est, quod omni cura filium prosequatur: & non è conuerso: quia filius nihil sui habet in patre. Id autem quod patris in filio est bonum, triplex est, scilicet formatiuum ad esse, & figuram. Nutritiuum autem ad conseruationem. Id enim quod à patre est, est & in matrice, trahit & procurat nutrimentum, & extra filio iam nato, ipsum est quod conuertit & trahit ad membra cibi nutrimentum. Adhuc autem patris virtus est, quæ primo formauit: & formato iam corpore regitiua efficitur totius. Sic ergo patris est formatiuum, nutritiuum, & regitiuum. Eadem autem virtus est & regni: ad suum enim bonum proportionabiliter res omnes format, & in bono omnes nutrit & educat, & omnes regit ad disciplinam. Patris ergo & regis vna est similitudo.

Causillationis dilutio.

Nec est instantia, quod in Persis patris cura ad filios tyrannica est. Vtuntur ergo Persæ filiis vt seruis, vtilitatem propriam & non filiorum intendentes: domini enim ad seruos cura tyrannicus principatus est: èd quod domini in seruo non conferens seruo, sed domino conferens operantur & procurant. Sed in hoc est differentia, quod principatus domini ad seruum rectus videtur & iustus. Principatus autem patris ad filios, si vtilitatem suam & non filiorum intendat, nec rectus nec iustus est. Peccat igitur Persicus principatus patris ad filios. Differentium enim subiectorum principatus sunt differentes. Differentes autem subiciuntur serui & filij. Filij enim propter se sunt & liberi: serui autem non sunt nisi gratia dominorum, & non propter se ipsos.

De principatu viri & mulieris in domo.

Principatus autem viri & vxoris per similitudinem & figuram aristocraticus videtur principatus, qui vnicuique secundum dignitatem virtutis & meritum conceditur. Eodem

enim modo secundum dignitatem viri vt vir est, conceditur principati, & circa hæc quæ oportet virum principaliter vxori facere. Nihilominus tamen reddit & concedit vxori principati in his quæ vxori vt vxoricogruunt. Si autem vir in omnibus velit dominari, nihil dignitatis reddens vel tribuens vxori, transponitur principatus viri in oligarchiam: quia tunc quod pluribus debebatur secundum dignitatem, sibi soli vsurpat, non dimittens & tribuens aliis quod eis congruit secundum dignitatem. Talis igitur vir non facit quod sibi secundum dignitatem conuenit, & non facit quod melius est secundum æconomicam dispensationem. Alio autem modo iste etiam principatus corrumpitur, quando scilicet vxores principantur: èd quod forè sunt hæredes boni communis, ita quod bona communia per eas ad viros deuoluta sunt. Ex hoc enim quærentes principati, principatus talis non secundum virtutem fit, sed propter diuitias & propter potentatum, quemadmodum fit in oligarchiis, in quibus plurimi dignitate sua priuati sunt, vt pauci quidam ex tali dicuntur potestate.

De principatu fratrum.

Timocratia autem principatu fratrum assimilatur principatus: quia fratres vt fratres æquales sunt, nec in aliquo eorum respectu alterius dignitatis est aliqua distantia præterquam in hoc quantum in ætatibus differunt. Propter quod si multum ætatibus differunt, non remanet in eos fraternus principatus vel amicitia, sed senior inter eos ad alios se habebit vt pater. Corruptio autem huius democratia est, quando quilibet ex æquo vult principari in his quæ pertinent ad familiaris dispensationem & prouisionem, ita quod quilibet vult esse celerarius, pincerna, & dapifer, & coquina magister. Talis autem democratia in his maximè domibus fit siue habitationibus, vbi nulli conceditur dominatus, sed sine dominatione sunt. In tali enim domo ex æquali volut principari in dispensandis. Fit etiam in talibus in quibus debilis est, cui conceditur dominium. Debilis autem, dico, in virtute dispensationis, & debilis secundum vnamquamque ad dispensationem potestatem domus pertinentem, sicut est potestas camerariorum potestas vtendi seruis, & vtendi thesauro, frumento, vino, & cæteris omnibus. Sicut enim in urbanitate ciuitatis vel gentis regimen est in ordinatione omnium: aristocratia autem in ordinatione parium in principatu, qui parium vtuntur dignitate, quos vulgariter barones vocamus: timocratia in ordinatione ministeriorum necessaria subministrantium, sicut est magistratus pistorum, & coquoium, & pincernarum, camerariorum, & huiusmodi aliorum: ita est in domo paterfamilias, ad quem pertinet ordinatio in filiis qui sunt per modum parium, in ministris domus qui sunt per modum timocraticorum, & officiariorum.

CAPVT IV.

De distributione amicitia secundum quamlibet urbanitatem.

57. Regis amicitia ad eos qui reguntur, in excellentia beneficij cessit.

Secundum vnamquamque autem dictarum urbanitarum amicitia fieri videtur secundum tantum, secundum quantum est ibi iustum distributum secundum medium geometricum acceptum. Regi quidem enim vt rex est, iustum & amicum congruit in superabundantia beneficij esse. Fluere enim beneficiis, congruum est regi. Rex enim benefacit subditis, & non beneficiatur ab eis. Rex enim in quantum rex, & bonus est, & bonitatis regalis perfectam habet virtutem: & idèd curam habet vt bene operentur, quemadmodum pastor ouium qui diligenter procurat omne quod ouibus est bonum secundum pastum & profectum, custodiam & repulsam contrariorum. Vnde Homerus Agamemnonem magnæ Græciæ regem (quæ nunc pars Italiz vocatur) pastorem populorum dixit esse.

58. Amicitia paterna similis est regis, sed ab ea differt beneficiorum multitudinem.

Talis autem cura & amicitia est æconomica etiam quæ paterna vocatur, quamuis differat magnitudine beneficiorum amicitia paterna & amicitia regalis. Sicut enim sexus duplices sunt, separati scilicet, & coniuncti: separari, sicut in gallo & gallina: coniuncti, sicut in oue: ita est in omnibus membris animalium, & in omnibus seminibus plantarum. In omnibus enim causa substantialiter efficiens coniuncta est effectui, & semper efficit: quia aliter non esset verum, quod causa immediata & per se destructa destrueretur effectus, & posita poneretur effectus: & sic periret demonstratio, & totum quod in philosophia est determinatum: & propter quod pater in nato semper est, semper faciens & formans esse nutritionem, & totius vitæ regnum, siue mortuo patre separato, siue non. Illis autem beneficiis nihil simile est. Causa enim essendi & nutrimenti & disciplinæ sunt patres: & in hoc existimantur maximè benefici esse. Hæc autem & progenitoribus esse attribuuntur secundum totum auitarum ordinem. Ex quo enim pater à bonis se habet in filio, inter filium & patrem gradus non est. Et ex quo pater non est gradus, sequitur quod inter filium & auum gradus non est. Et eadem ratione inter nepotem & proauum, & abauum & subauum: & vt vniuersaliter dicatur, secundum totum auitarum ordinem. Secundum naturam igitur paternum bonum principatiu est filiorum, & progenitores vniuersaliter secundum naturam principatiu nepotum, & similiter secundum similitudinem huius naturæ rex principatiu est subditorum. Sicut enim iam diximus ante, eadem virtus quæ formatiua est, & perfectiua nati ad perfectum regimen efficitur iam perfecti. Et sic constitutio regis & regni à naturæ causatur ordine, & ibi configuratur. Amicitia ergo paterna in superexcessu se habet ad amicitiam regalem: propter quod plus regibus patentes à filiis honorantur. Non enim in eodem

amicitia paterna est. Pater enim filio tribuit curam, filius autem patri honorem. Sed in hoc amicitia est, quod vterque vult alteri bonum, quod sibi congruit secundum dignitatem. Proprius enim amicitia actus est velle bonum amico.

59. Amicitia regis & paterna non est idem iustum.

Similiter autem iustum in his non est idem: Non enim idem est debitum, quod pater distribuit filio & filius patri, sed vterque reddit alteri quod competit secundum dignitatem sicut & amicitia.

60. Viri ad vxores non est eadem amicitia.

Similiter autem est de amicitia viri ad vxorem: hæc enim est figura eius quæ est in aristocratia. In hac enim secundum dignitatem vterque vult donum alteri. Plus ergo vult boni meliori. Vult enim vnicuique congruens sibi bonum. Eodem enim modo se habet in distributione iusti. Digniori enim plus reddendum est: quia aliter proportio geometrica non saluaretur.

61. Amicitia fratrum similis sodalitia.

Amicitia autem ergo quidem fratrum ætairica assimilatur amicitia. Ætairicos autem dicimus coætaneos, collegas, comperegrinos, comphilosophantes, qui in quantum huiusmodi sunt, nihil habent diuisum sicut nec fratres. Vnde taliter coætanci & consocij æqualem habent dignitatem sicut fratres in quantum fratres sunt. Tales igitur quales sunt fratres sunt, qui vnius disciplinæ sunt, & qui sunt vniuersiufque motis: in quantum tales enim omnia ad vnum morem referunt, & nihil habent diuisum vt in multum. Ergo huic amicitia assimilatur amicitia quæ est secundum timocratiam. Timocratici enim ciues æqualis dignitatis: volunt enim in pari principari, & æquali dignitate in officiis reipublice necessaria subministrantibus: & secundum modum talis iusti sibi vnicuique bona volunt. Sic igitur iustum, sic & amicitia est inter eos.

CAPVT V.

Verum equalis amicitia sit in transgressionibus urbanitarum.

62. In transgressionibus videtur parum amicitia, & præcipue in tyrannide.

In transgressionibus autem harum urbanitarum est parum & paruum amicitia. In pessima autem nihil est iusti, & nec est amicitia. Pessima autem est, quæ maximè pessimæ subiectos, & hæc est tyrannis. In tyrannide nihil vel parum amicitia est. In quibus enim nihil est commune in quo plurimum sit communicatio sicut in imperanti & in imperato, siue tyrannizanti & tyrannizato. In his neque amicitia, neque iustum esse potest. Tam iustitia enim, quam amicitia circa commune bonum sunt, in quo plures communicant secundum propriam vniuersiufque dignitatem. Sed tyrannus vtitur subiectis ad vsum proprium, non commune: sicut artifex mechanicus vtitur organo instrumentali, vt architectus securi, & habet malleo: quorum vterque vsum instrumenti refert ad propriam vtilitatem & voluntatem, & nihil boni tribuit vel vult instrumento, sed totum sibi ipsi. Similiter autem & anima se habet ad corpus & or-

gana corporis. Omnibus enim illis utitur ad propriam voluntatem: hoc autem modo dominus se habet ad seruum. Tria enim hæc iuantur ab his tribus quibus utuntur, sed totum referunt ad suorum voluntatem. Amicitia autem non est ad inanimata. Nullus enim vult bonum inanimatis, sicut in principio huius libri dictum est. Similiter neque iustum distributum est ad inanimata. Sed neque ad animata: communicare enim in bono communi non possunt ad equum vel boue. Nec iustitia est similiter neque amicitia ad seruum secundum quod seruus est. Nihil enim commune bonorum est, in quo secundum distributionem communicant utentes, & quibus utuntur. Seruus autem se habet ad dominum sicut animatum organum instrumentale, quo ad proprium utitur usum & discretum. Organum autem se habet ad artificem mechanicum sicut animatus seruus, quo ad discretum & non communem artifex utitur necessitatem. Secundum id igitur quod seruus est, nulla est domini amicitia ad ipsum, sicut nec iustum: sed secundum quod homo, potest habere aliquid amicitia & quiddam iusti. Videtur enim quiddam esse iustum omni homini ad omnem hominem qui potest communicare lege & compositione siue conuentione contractuum humanorum. In quantum autem iustum est inter eos, sic & amicitia potest esse secundum quod homo est. In tyrannidibus autem quæ non utuntur hominibus ut homines sunt, valde paruum est aliquid amicitia & aliquid iusti. Non enim in plus quam in quantum partem aliquibus ut hominibus.

63. Intertransgressiones plurimum amicitia est in popularibus potestantibus. Obiectio.

Responsio.

Quod autem in democratiis amicitia & iusti, in plurimum est. Plebei enim principatus multa habet communia: eod quod talis principatus inter æquales est. Omnis igitur amicitia in communicatione est, quemadmodum dictum est. Quod autem diximus, quod in democratiis amicitia est in plurimis: eod quod vrbantitas æqualium est: æqualium autem multa communicatio est adinuicem: quidam sine causa calumniantur. Dicunt enim tyrannidē corruptionem esse vnius, democratiā autem plurimum: plurimum autem corruptionem peiorem esse, quam vnius: & sic minus amicitia videtur esse in democratia, quam in tyrannide. Addunt etiam, quod in antehabitis pessima dicitur esse democratia. Sed ad hoc dicendum, quod democratia minimum nocumēti est. Quamuis enim plurimum & æqualium est, non tamen conueniunt ad nocendum. Tyrannus autem licet vnus sit, tamen refertur ad multos: & sic concordiam habet ad nocendum & pessimum sine contradictionis impedimento, & multis nocet: eod quod ad omnes refertur, democratia ad quosdam tantum, ad eos scilicet qui ad officium democraticæ potestatis sunt ordinati. Quando verò democratia dicitur pessima, non ideo dicitur pessima, quod multum pessimer: sed dicitur respectu pessima, quia scilicet non est vrbantitas nisi secundum quid, quod corrumpit timocratia. Timocratia enim videtur principatus in pretio esse, nec diuini boni. Et cum timocratia minus bona sit inter vrbantitates, & democratia corruptio sit eius, inter

omnia minorem similitudinem habet cum bono democratia: & hoc modo dicitur pessima esse. Tyrannus enim imitatur regnum, oligarchia aristocratiam. Democratia autem minimum quid, quod timocratia mutetur. Longissimè ergo distat ab vrbantitatis bono.

CAPVT VI.

Quod amicitia cognata & atairica separantur à politica, & ideo alia accidia habent ab ipsa.

Amicitiam autem cognatam & atairicam separabit & diuidet aliquis subtiliter inspiciens à politicis amicitia. Quamuis enim ea amicitia quæ contribulum est, & ea quæ est conuagantium, vel concinium, & alia quæcumque tales sunt, assimilantur communicatiuis amicitia secundum medietatem geometricam vel arithmeticam, & sic politica esse videantur, eod quod tales videntur esse secundum quandam confessionem que fit inter amicos (Confessionem autem vocamus, quod pacti quandam habet virtutem: propter quod politicus indicat de eis) tamen speciale quiddam habent super politicam, ratione cuius quædam conueniunt istis amicitia, quæ politica non conueniunt. Et inter has etiam ordinatur amicitia comperegrinationum, cui ratione comperegrinationis aliquid conuenit, quod non conuenit politica. Talis autem cognata amicitia & atairica quantum ad ea quæ sibi propria sunt, à nobis hic determinanda est, maxime propter parentelam & matrimonialem amicitia.

Dicimus igitur, quod cognata amicitia multifaria est. Est enim parentum ad natos, & fratrum adinuicem, & nepotum, & sic deinceps aliorum, inter quos similis cognatio esse videtur. & simile amicitia vinculum. Sed tamen sicut pater totius cognationis principium est, ita omnis talis amicitia dependet à paterna.

Parentes enim quidem filios diligunt ut suorum aliquid existentes. Filij autem non hoc modo diligunt parentes, sed diligunt parentes & seipos ut aliquid vnum existentes, quod ab illis est, & ab ipsis vnum est. Semen enim patris in virtute cordis, cuius virtus vniuersalis est, virtute totum est quod pater est. Propter quod Plato dixit, semen patris esse paruum animal & paruum hominem. Arist. autem quia potestare & non actu est, dixit aliquid patris esse, & non patrem vel hominem. Quando tamen potestare totum est quod filius est, & idem est id quod est in potestate, & id quod est in actu, quamuis esse non sit idem: & propter hoc etiam filius dicitur esse aliquid patris. Quia autem idem semen non est potestare pater, sed filius, propter hoc filius non potest diligere patrem ut aliquid sui existentem, sed diligit eum ut aliquid existens ab illo. Totum enim quod est filius, à patre est, non tantum effectiue, sed secundum totum constitutum ex forma & materia: hoc enim totum patris est. Propter quod sequitur patrem plus diligere filium, quam

64. Amicitia est sanguinea, socialis, & hospitalis distinguitur à politica.

65. Pater plus diligit filium, quam filius patrem.

2. ratio.

quam e conuerso: quia pater sui aliquid habet in filio, filius autem in patre videretur.

3. ratio.

Hoc autem & alia ratione probatur. Parentes enim magis & melius sciunt natos qui sunt ex ipsis, quam geniti sciunt quod sunt ex parentibus. Hoc autem dicunt quidam quod ex hoc contingit, quod non proprie filij sunt nisi ex legali procreati matrimonio. In tali enim natura nec vxor fraudat virum, nec vir vxorem, statim sciunt parentes natos esse filios scilicet: propter quod lege sancitum est, quod pater est, quem nuptia demonstrant. E contra autem filij non statim sciunt, quod nati sunt talium parentum: quinimo ex fide dicentium hoc credunt, & sic non habent æqualem scientiam, quod sint parentes eorum, qualem habent parentes, quod isti sint nati eorum. Propter quod sequitur, quod fortior est dilectio parentum in filios, quam e conuerso. Et quamuis hoc moraliter dici possit, tamen hic est alia subtilitas. Pater enim id quod suum est, & in sui aliquid est per rationem generationis, accrescit semper esse suum vsque ad vltimam perfectionem. Conformatur enim idem quod patris est, non tantum guttam feminæ in matrice, ut de potentia hominem faciat actu hominem: sed postea omnia format, de puero faciens virum perfectum. Propter quod duas rationes distinguit Arist. scilicet de potentia homine in hominem, & de puero in virum. Et hoc pater scit, quod tanta bona ministrat per rationem actiue generationis. Nihil autem talium potest scire natus per rationem passiuæ generationis respectu patris: & ideo in tanto bono redamare non potest: sed hoc quod potest, rependit, reuerentiam scilicet.

4. ratio.

Adhuc autem magis approximat pater filio, quam filius patri. Genito enim magis approximat id quod est à quo genitum est, hoc est, pater, quam factum siue genitum approximat generanti siue facienti. Quod enim ex aliquo est, propinquum quidem est ei à quo est, sicut dens mandibule, vel capillus capiti, vel aliquid quodcumque propinquum est ei quod habet ipsum, ita quod in ipso formatur & nascitur ex ipso. Plus tamen approximat generans genito, quam genitum generanti. Generans enim approximat aliquid sui habens in genito. Generanti autem quod dicitur esse id à quo genitum est, genitum per aliquid sui nihil approximat: & si approximat dicitur per hoc scilicet, quod ab ipso est, tamen multo minus approximat. Sicut & mandibula plus approximat denti, quam dens mandibule: & caput plus approximat capillo, quam capillus capiti. In his enim conueniens exemplum est: quia vtrumque distinguitur ab eo à quo est, cum transformetur in ipso, & sit ab ipso. Dens autem de humido nutrimentali formatur in mandibula: & ideo recrescit aliquoties & crescit continuo rediuuans. Mandibula autem de humido radicali formatur à formatiua: & ideo non recrescit amputata. Similiter capillus de de fumo nutrimenti crescit in capite & de capite. Et similiter natus non nisi in parente & de parente. Et ideo extrema sint conuenientia. Ex quo sequitur parentem propinquorem esse nato, quam natum parenti. Et iterum pa-

trēm parentem propinquorem esse, quam matrem: sicut formans propinquus est formato, quam amabile.

5. ratio.

Hoc etiam multitudine temporis accipitur. Parentes enim confestim natos diligunt: affectus enim in eos trasponitur cum natura. Nati autem non statim diligunt parentes, sed procedente tempore cum intellectu suo sensum accipiunt boni parentalitatis.

Ex his autem vltius manifestum est propter quam causam matres magis amant natos, quam patres. Diutius enim clausos retinent & multum ministrant sanguinis in formatione: & iam formati & nati lactis ministrant alimentata. Pater autem confestim semen dat formationis, & vltius ad esse non ministrat. Feruentius ergo diligit mater, pater autem constantius. Constat enim in vno quod patris est. In multis autem fluit quod matris est. Vterque ergo magis diligit & pater & mater. Parentes enim filios diligunt ut seipos. Filij enim qui ex ipsis nati sunt velut alteri ipsi. Alteri autem dico propter separari. Si enim non separaretur, proculdubio non essent alteri, sed ipsi parentes. Filij autem diligunt parentes ut ab illis nati, ut diximus. Hæc igitur est parentalitatis amicitia. Hæc amicitia in primo gradu est amicitia fratrum adinuicem. Inter filium enim & patrem non est gradus, sicut inter patrem & se alterum gradus nullus est.

Mater plus patre diligit natos.

Fratres igitur diligunt se adinuicem, sicut hi quorum nasci & generati ex eisdem est. Idemitas enim fratrum ad illa parentalitatis, ex quibus sunt fratres, vnum & idem esse adinuicem. Quæ enim vni & eidem sunt quodammodo, hæc etiam adinuicem sunt eadem per aliquem modum. Quod probatur per prouerbium. Dicitur enim, quod fratres sunt vnus idem sanguis, & vna & eadem radix: & alia talia multa dicuntur. Sanguis enim & radix vnum & idem aliquoties sunt & in diuisis. Quamuis enim numero non idem sint, forma tamen & substantia originis idem sunt: & in quantum non idem sunt, gradus est inter eos, in quantum vno solo remouentur à radice, scilicet quod neuter fratrum in altero aliquid sui habet, sed in vtroque vnus sanguis est parentalitatis fratrum.

66. Amicitia fraterna maior est post patrem.

1. ratio.

Postea multum confortat & magnum aliquid confert ei ad vinculum amicitia, quod connutriti sunt, & quod in communi secundum vnā sunt ætatem: non quidem ætatem temporis, sed sicut dicimus vnā ætatem, quæ eodem indiget pedagogo. Iunior enim & senior fratrum quando filiusfamilias est, quantum ad hoc vnus ætatis est. Diligit enim coætaneus coætaneum per hoc quod coætaneus est: & ætatis atairum diligit, eod quod vnus moris sunt. Et propter quod fraterna amicitia assimilatur atairicæ. Vnius enim moris sunt, qui vnus pedagogo instituuntur disciplina: & vnus ætatis, quia nullus proprie sufficit regimini. Nepotes autem & reliqui deinceps cognati pronepotum & abnepotum & subnepotum approximat adinuicem, ex his quæ sunt parentum & fratrum, omnes isti coniunguntur & communicant in hoc quod ab eisdem sunt secundum radicem. Fiunt ta-

2. ratio.

men quidam eorum proximiores : alij autem magis alieni & longinquiores in hoc quod propè est vel longe qui prædux vel stipes dicitur esse parentela. Pluribus enim gradibus distantes, alieni magis sunt, paucioribus autem distantes, magis propinqui.

Quot autem gradus sint vinculum consanguinitatis dissoluentes, lege determinandum est. Si tamen simile sumatur ad ea quæ sunt in homine vno, in quinto dissoluitur. Quia semen ex quo fit generatio, quatuor digestionibus membris corporis determinatur. Consanguinitas autem sicut corpus hominis est, in qua stipes siue prædux est sicut cor. Cæteri autem sicut membra cætera à corde. Primum autem quod oritur à corde secundum Peripateticorum sententiam, vena est. Secundum autem venæ diuisio ad determinatam partem. Tertia verò determinatio venæ ad membrum quod accipit nutrimenti beneficium. Prima ergo digestio, ut dicit Arist. sub medio thalamo cordis est : & ex hoc accipit nutrimentum, formam, & motum, qui propius motus nutrimenti est hic quo tendit ad corpus quod nutritur, & ad membrum sicut ad propositum suum locum, sicut ferrum mouetur ad magnetem. In vena verò determinatur hæc forma & dirigitur ad tendendum siue vel deorsum, vel in dextrum, vel in sinistrum, vel ante, vel retrò, secundum tres diametros ad angulum rectum quo nutrimentum mouetur & in toto corpore. In subdiuisione autem venæ motum accipit ad vnum situm, quicumque est ille, in quo scilicet membrum est in quo nutrirī debet. A membro autem accipit ad membrum quod nutritur & non ad aliud assimilationem : & si dirigitur vltorius, extra corporis similitudinem dirigeretur. Et quia parentela est sicut corpus, in qua stipes cor est, alij autem sicut membra : propter hoc lator legis dixit, quod in quatuor gradibus attenditur consanguinitas, & in quinto dissoluitur. Quod autem quidam dicunt vnam esse digestionem in stomacho, & vnam in hepate, non ad hanc sententiam pertinere determinare.

CAPVT VII.

Qualis sit amicitia parentalis.

67. Amicitia filiorum ad parentes ferè talis est vt amicitia hominum ad deos. Bonum enim diuinum est vt creans & formans humana. Est ergo sicut ad superexcellens, & non sicut ad æquale. Parentes enim maxime benefecerunt, & in maximis. Sunt enim parentes effendi & non nutriendi tantum causa natis, & ad virtutem & curam sunt causa eius, quod est filios disciplinatos fieri: quibus bonis nihil æquale potest rependi à filiis.

68. Amicitia consanguineorum delectabilior est vltior est quam amicitia extraneorum. Adhuc autem omnia quæ sunt in ætatica

Adhuc autem omnia quæ sunt in ætatica

amicitia, sunt & in fraterna : sed non conuertitur. Sed tamen in tali amicitia parentali magis est vinculum amicitia inter eos qui epiches sunt, & inter eos qui totaliter similes sunt. Tales enim quanto proximiores sunt etiam ex nativitate, magis diligunt adfinitatem, in quantum vnus moris sunt. Simile vinculum naturæ vinculum habent similitudinis morum, qui ex eisdem parentibus sunt. Similiter in quantum conuerti & contradiscetti sunt ad vnam similitudinem.

Adhuc autem firmissima probatio amicitia & plurima est ea quæ est secundum tempus, scilicet quod in omni tempore amicus probatus inuentus est. Hoc autem maxime conuenit fraternæ amicitia. Et talia amicabilia siue amicitiam faciètia secundum analogiam sunt in reliquis gradibus cognatorum.

CAPVT VIII.

De amicitia viri & uxoris.

Viro autem & uxori amicitia videtur secundum naturam existere, non secundum quod natura dicitur ex qua pullulat pullulus, sed secundum naturam qua homo coniugale animal est magis, quam politicum. Solus enim homo in actibus & operationibus sibi non sufficit, & propter hoc dicit Auic. quod vita hominis solitarij peior est quam esse potest, propter suam reuerentiam complexionis, & multiplicem indigentiam, propter quam oportet ipsum tendere ad domus constitutionem. Domus autem constitutio non fit nisi propter coniugiū. In perfecta enim constitutione domus similitudo regni est, & aristocratia, & timocratia. Et timocratia propter aristocratiam est, aristocratia autem propter regnum. In domo igitur solus homo esse non potest : sed prima inclinatione naturæ ad ordinem domus est, quod coniugale animal sit homo. Et quia ciuitas constituitur ex domo & deriuatur ex illa, sequitur, quod homo magis coniugale animal sit, quam politicum, quanto prior est domus ciuitate & magis necessaria, & quanto filiorum procreatio communis accidit animalibus quam esse economicum vel politicum. Omnia enim animalia procreationem filiorum intendunt: non omnia autem politica sunt. Aliis igitur animalibus ab homine quædam coniunctio coniugalis intantum communis est, in quantum procreationem filiorum intendunt: & idcirco non coniunguntur nisi tempore procreationis filiorum. Homines autem non solum procreationis filiorum causa cohabitantes, sed etiam gratia eorum quæ necessaria sunt in totam vitam: & ideo semper cohabitantes & indiuiduam vitam cõiugaliter viuentes sortiuntur, & hanc indiuiduitatem lege & consensu inter se inuicem confirmant. Primo ante coniugium diuisa sunt opera, & altera viri & uxoris adiucem ea nõ referunt. Homo autem diuisi operibus sibi non sufficit, sed ponentes propria ad commune, ad vnam & eandem indiuiduitatem vitæ

vitæ referentes, omnia statim sibi inuicem sufficere incipiunt. Suppletur enim defectus qui est in altero ex vtriusque relatis ad idem. Propter hoc in hac amicitia videtur & vtile & delectabile esse. Delectabile quidem, in quantum naturale. Vtile autem, in quantum ex vtriusque suppletur defectus alterius. Erit autem etiam hæc amicitia propter virtutem, si ambo coniuges epiches sint: tunc enim virtus est, & gaudebunt adinuicem tali virtute.

Coniunctio autem quæ est per modum vinculi in hac amicitia, vt fortior & firmior sit, filij esse videntur, ex quibus domus constituitur. Propter quod steriles coniuges citius & facilius dissoluntur, quam non steriles: & lege Romana ferunt ab antiquo sancitum, quod ex sola sterilitatis causa in altero coniugium coniugium soluetur. Sic Marcia à Catone soluta esse dicitur propter sterilitatem. Ambobus enim coniugibus commune bonum proles filiorum est. Quod autem commune vtriusque est, continet coniugium & firmat: vinculum autem æqualiter necit.

Vtrum autem vnam esse oportet vnus secundum coniugale vinculum, vel plures vnus, vel etiam vnum coniungi pluribus, ad ciuilem pertinet determinare. Dicit enim Plato, quod vnus multas implet, secundum quod vnum sigillum in multis sigillat. Propter quod videtur, quod cum semen generationis impediendum non sit, vnus viri multæ debeant esse uxores. Vna enim plures imprægnationes simul non accipit, nisi valde difficulter & in paucis animalibus, scilicet in muliere, & equa, & lepore. Et in his videtur, quod plures possint coniungi vni & eidem. Propter quod videmus multas gallinas sequi gallum vnum. Similiter autem dicitur, quod ceruæ se habent ad ceruum, & equæ ad equum, & vaccæ ad taurum. In omnibus enim his multæ fœminæ sequuntur vnum masculum. Contra autem in canibus & lupis etiam est & vulpibus & quibusdam aliis. In his enim multi masculi sequuntur fœminam vnam. In quibusdam autem vnus vnam, & è conuerso vna vnum sequitur, sicut in turribus & columbis & multis aliis animalibus. Si igitur omnia ista in animalibus inueniuntur, videtur quod nihil quod naturale sit determinatè, sed omnia communia: dicunt enim ius naturale esse, quod natura omnia animalia docuit. Omnia autem hoc docet secundum aliam diuersitatem.

Ad hæc autem & similia dici potest, quod in veritate quantum ad potentiam generandi vnus multas implere valet, sed non plurimas. Si enim plurimas implere debeat, non ad perfectam maturitatem stabit semen in corpore: & sic inutile efficitur ad generationem. Secundum autem quod natura animal domesticum est vir, vna vnus est secundum naturam. Non enim facit ad vnitatem domus habere plures, sed potius ad diuisionem. Indiuiduitas enim vitæ simpliciter ad plures esse non potest: quod enim vni indiuiduum est, alij indiuiduum esse non potest. Quod & Theophrastus dicit, plures facere ad domus diuisionem: eò quod plures adinuicem non habent relationem, sed vnaquæque secundum sua querit principari &

70. Filij sunt vinculi quo vir & uxor fortius coniunguntur.

Dubitatio. Vtrum naturale sit vnum habere vnam vel plures fœminas: aut fœminam habere vnum vel plures viros.

Responsio.

dominari. Vnam autem habere plures in hominibus innaturale est. Exiccatur enim ex plaribus matrix vnus, & exiccata subtilis efficitur. Similiter autem ex nimio vsu venerorum lubricatur & non retinet semen iniectum. Similiter autem & natura matricis est sicut & stomachi, diuersa reicere & vniformia retinere. Diuersus ergo vsus cum vna venerorum; conceptum vel bonitatem conceptus impedire videtur. Plures autem esse plurium non potest esse secundum legem matrimonij. Si enim debet reddere vni, simul cum hoc non potest reddere alij: nec iustum quod habet ad vnam, & vna ad vnum, non potest simul diuersorum. Non enim lege ordinatum est nec ordinabile; quod vagatur secundum incertum debitum. Cum igitur matrimonium, secundum quod homo coniugale animal est, lege determinetur naturali & iusto naturali, videtur quod secundum virtutem matrimonij vna debeat esse vnus: & hoc quidem verissimum est. Et si aliquando vnus plures habuit, secundum dispensationem fuit legislatoris; propter paucitatem populationis regnorum & ciuitatum.

Qualiter autem conuivendum viro sit ad uxorem, & vniuersaliter qualiter conuivendum sit amico ad amicum querere, nihil aliud querere est, vt videtur, quam querere qualiter iustum sit viuere viro ad uxorem, vel amico ad amicum. Diximus enim in præhabitis, quod non est idem iustum quo amicus communicat ad amicum, & quo communicat ad extraneum. Inter iusta iustissimum est amico benefacere. Hoc ad extraneum non ita se habet. Similiter autem non est idem iustum quo ætairus communicat ætairo, & quo condiscipulus communicat condiscipulo, & quo communicat extraneo, & sic est in omnibus aliis. Iustum autem est, super quod fundatur amicitia taliter communicantium: quia cum debito transponitur affectus. Similiter autem in distantibus personis secundum excellentiam non idem quod ministratur ab amante, & quod rependitur à redamante: & hoc est ideo: quia non idem decet ministrari & retribuere secundum distantiam adinuicem personarum. In omnibus igitur amicitia fundatur super iustum. Et secundum rationem debiti tribuendi vel retribuendi, secundum quam iustum diuersificatur, diuersificatur etiam amicitia: quare in his omnibus velle bonum variatur, quod proprium est amicorum.

CAPVT IX.

In quibus amicitia sunt actiones determinanda per politicum.

Trinis itaque existentibus amicitias, quemadmodum in principio huius libri dictum est, cum secundum vnamquamque dicatur amicitia: quidam enim secundum æqualitatem amici existunt, quidam autem secundum superexcellentiā, sicut in secundo tractatu dictum est: oportet querere secundum quas amicitias oportet accusare amicum de hoc quod

71. Studio foris amicitia est sine iustitiam idus & quibus reus. 1. ratio.

hōm

non æqualiter ministrat vel retribuit. Sicut enim determinati est de amicitia, ita oportet quærere de solutionibus amicitiarum. Sunt enim quidam amici qui similiter & æqualiter, & in vno & eodem ministrantes & tribuentes sunt amici. Sunt etiam amici in quibus melior secundum aliquam dignitatem amicus est deteriori, in quibus non idem nec æqualiter amanti retribuere oportet, sicut diximus de patre & filio, & rege & subiecto: & hæc secundum vnam similitudinem est amicitia quæ fundatur super delectabile, & in illa quæ fundatur super vile. Propter hoc enim duo & æquantur se in amicitia amici sunt, & differentes amici sunt etiam adinuicem propter delectabile & vile. Equales autem æquari oportet secundum æqualitatem in amare & redamare, & in omnibus reliquis quæ ad æqualitatem inter eos referuntur. In his autem qui inæquales sunt & secundum excellentiam distantes, per idem oportet vtrique secundum analogiam suæ dignitatis assignari, sicut in antehabitis dictum est. Et si hæc quidem fiant, amicus ab amico accusari non potest. Si verò non, accusat amicus amicum coram iudice: eò quod omnis amicitia super iustum quoddam fundatur. Tales igitur accusationes vel increpationes & maxime sunt in amicitia quæ fundatur super vile, vel forte solum in illa vel in aliis esse non possunt.

2. ratio.

Et hoc quidem rationabiliter dicitur. Quia qui propter virtutem amici existant, siue æquales, siue inæquales personæ sint, proprii sunt ad bene operandum adinuicem: nec oportet, quòd accusentur de hoc ad quod promississimi sunt. Virtutis enim & amicitia proprium est promissimum esse ad benefaciendum ministrando & retribuendo. Eorum autem qui sic contendunt ut beneficiant, neque pigri sunt in actiones, sed potius complexus & amationes. Amantem enim & quantum potest benefacientem nullus accusando contristat, sed potius si sit gratus, tribuenti bene operans retribuit. Si autem distantes personæ sint, vna quidem superexcellens, & altera superexcellens: tunc quidem superexcellens sortiens quod appetit secundum geometricam medietatem, non vtrique accusabit amicum. Vterque enim amicus bonum quod sibi competit, appetit: & propter hoc amico concedens, & quod ipse secundum dignitatem sortiatur, non aliquo modo accusandi habet rationem. Sic igitur in ea quæ super honestum fundatur, nullam habet accusationem.

72. Nec in amicitia qua ob voluptatem consistunt multum sunt inquisitiones & querela.

73. In amicitia qua utilitatis gratia sunt, habent locum inquisitiones & querela.

Similiter in his quæ propter delectationem sunt amicitia, non omnino locum habet accusatio. Si enim gaudet in hoc quod est commorari adinuicem propter mutuam quam sibi donant & redant delectationem, ridiculus videbitur vnus amicorum ut accuset alterum, ut sic non delectantur secundi quod oportet. Potest enim non commorari: eò quod non obligatur ad commorandum. In his autem quæ per nos possumus, ridiculum est recurrere adinuicem. Sed amicitia quæ fundatur super vile, accusatio est, & frequenter vnus amicorum accusat alterum coram iudice. Qui enim quærunt adinuicem vti secundum utilitatem, sem-

per pluri indigent. Indigentia enim causa est talis amicitia, & existimant semper minus accipere ab amico, quam conueniat eis secundum suæ amicitia conuentionem, & vituperant amicos de eo, quantum ipsi digni sunt plura accipere, quòd non tanta quantis indigent, sortiuntur ab amicis, & quanta meruerunt secundum utilitatis ministracionem. Rebenefacientes autem allegant, quòd non possunt sufficere ad tanta, quantis indigent vtiliter ministraverunt. Sic autem se habet in clientibus ad dominos: clientes enim semper allegant plura se meruisse: domini autem è contra plura merito soluisse.

CAPVT X.

Qualiter & quibus modis fiant actiones in hac amicitia.

Videtur autem quemadmodum iustum duplex quod est directiuum distributionis vel communicationis, ita & hæc amicitia duplex esse. Iustorum enim talium vnus quidem est non scriptum, quando scilicet circumscriptio non fit de pacto quod est inter taliter communicantes vel conuenientes. Aliquid est secundum legis modum, scilicet quando pactum fit inter conuenientes, & conscriptio fit pacti per chartam quæ instrumentum à quibusdam vocatur per manum publicæ personæ, quæ tabellio est, vel iudiciorum, quo scripto vterque arctatur & dirigitur ad soluendum. Sic igitur dupliciter est vile quod in tali soluitur amicitia. Talis enim conuentio aliquando moralis est siue consuetudinalis sola consuetudine firmata, ut scilicet alteri secundum consuetudinem communicet. Aliquando autem legalis esse videtur, quando scilicet pacta expressè sunt, & hæc scripto confirmantur & commendantur, & hæc scripta per modum legis vtrumque ligant ad alterum, ut per modum scriptum vterque communicet alteri. Accusationes igitur quæ in talibus sunt, tunc maxime sunt cum non commutant vel communicant secundum eundem modum, aut consuetudinem, aut qui scriptus est in instrumentis: & tunc amicitia dissoluitur. Legalis autem duplex est: pactum enim est per modum legis obligans: & hæc aliquando est in dictis solis, scilicet quando conuentiones verbis firmantur: & hæc talis communicatio est omnino venalis, quasi nihil habens amicitia. Venalem autem dicimus, quæ quasi de manu in manum: & hæc aliquando in scripto firmatur, & in tali nihil fit pro amico ut amicus est, sed totum est per mutuum propriæ utilitatis.

Aliquando autem liberalior est, à quo aliquid fit pro amico ut amicus est: & hoc est quando ad minus fit mutuum, tempus & terminus ponitur solutioni: ita tamen, quod expressa confessio fiat, & in pactum vel scriptum deducatur quid pro quo soluendum sit. In tali enim communicatione debitum manifestum est & non ambiguum quid pro quo soluendum. De amicitia autem tantum est ibi, quod amicati

amicitiam habet dilationem. Quando enim vnus tenetur alteri, statim soluere tenetur, nisi ex amicitia differatur, vel tempus vendat ut vsurarius. Propter quòd & apud quosdam amicorum talium quorum amicitia super vile fundatur, & non obseruantur iusta quæ dicta sunt: sed existimant sicut & in rei veritate se habet, oportere diligere eos ut amicos, qui non in pactum vel scriptum deducunt, sed commutant vel mutuunt secundum fidem, ira scilicet quòd fidei amici simpliciter credant. Talis enim communicatio liberalior est, alia seruilior: & talis etiam moralis est, ut scilicet consueta faciat amico retribuendo quod secundum consuetudinem iustum est. Est autem non in dictis siue pactis siue scriptis, sed potius ut amicus donat vel mutat, vel etiam cuiusque alij qui sibi non est manifestus in amicitia: sed tamen dignificantem retribuendo conferri sibi æquale vel plus. Non enim dat talis liberaliter, sed potius accommodat & mutat: & quando similiter alius sicut sibi non mutans, sed etiam est dissolvens consuetam retributionem, accusabit eum & dissoluet eam quam habebat secundum amicitiam. Talis autem communicatio caulatur per hoc quod omnes quidem vel plures volunt bona honesta, propter similitudinem vtriusque quæ per se experibilis est. Eligunt autem vtilia sibi propter necessitatem vel auaritiam. Bonum autem honestum est benefacere amicis, non ex intentione ut donans & benefaciens aliquid contrapariatur per retributionem, sed liberaliter intendat. Vtile autem est rebeneficiatum esse. Quod quamuis in pactum non deducatur, non intendit, quòd donat. Intendit enim, quòd ad æqualia vel maiora proocet amicum.

74. Amicus si potest, debet retribuire & beneficia commensurare.

Ei ergo qui talem accipit donationem ab amico & potens est soluere, retributionem est secundum dignitatem & valorem eorum quæ passus est siue recepit: quamuis ille forte sponte dederit, ita quod nec pactum nec scriptum deduxit in conuentionem. Non enim faciendum est nolentem amicum: qui quamuis ut amicus dederit, noluit tamen amicitiam, sed retributionem. Taliter enim accipiens est potestatis in principio amicitia, in hoc scilicet quod benefaciens est, hoc est, bonum vile recipiens à quo non oportuit. Sciuit enim, quòd non propter amicitiam daret, sed propter separatam utilitatem. Non enim accipit ut ab amico, neque ab eo qui propter ipsum ut ipsum amicum hoc operatur, sed potius ut ab eo quem sciuit vile aliquid intendere. Sicut igitur dissoluitur amicitia quæ est in dictis siue pactis siue scriptis per non retributionem æqualium, ira & hæc amicitia dissoluenda est, ut æqualium vel plurium fiat retributio. Quinimo qui in tali amicitia ab amico accipit beneficium & potens est reddere, in principio acceptionis, confiteri debet, quòd non ut donum, sed ut mutuum accipit. Si enim impotens sit soluere, talem primum beneficium qui utilitatem intendit, dono suo non dignificabit. Propter quod si beneficiatus potens sit soluere, retribuere debet ei qui eum ex tali beneficiavit amicitia. Si autem hoc grane est ei, intendendum fuerat & considerandum in principio atequam do-

D. Alb. Mag. lib. 8. Ethic.

num acciperet à quo beneficeretur, & in quo sine quanta utilitate, ut in his consideratis sustineret vel non sustineret communicacionem. Honestius enim fuerat à principio à tali communicatione recedere, quam sic intendenti utilitatem dignam non retribuere.

CAPVT XI.

Quomodo mensuretur talis amicitia retributio.

Debitationem autem habet vtrum oportet retributionem talis amicitia mensurare patientis vel recipientis utilitate, & ad hanc facere redditionem, ut scilicet tantum reddat, quantum vtilis fuit sibi donatio: vel oportet mensurari redditionem quantitate beneficij primi operantis siue donantis. Cuius exemplum est, si aliquis dedit decem, & recipiens lucratus est centum per decem, vtrum oportet communicari reddendo secundum totam quantitatem lucri, ut scilicet reddat super sortem mutuam 45, quod medietas lucri est, vel reddat tantum decem quæ primo recepit: allegando enim contra se iuicem videntur talia proponere. Patientes enim siue recipientes beneficia: dicunt se talia ab amicis recepisse, quæ parua erant illis ad dandum, & quæ etiam ab alteris quam ab amicis poterant recepisse, & ideo in tali donatione parum amicitia se expertos: & hoc dicunt parificantes dona quæ receperunt. Dantes autem è conuerso allegant se secundum facultates proprias maxime donasse, & quæ à nullis aliis data fuissent: & addunt, quòd in talibus periculis dederunt vel in talibus necessitatibus, in quibus accipiens magnum damnum incurrisset si non dedisset, & tunc secundum hoc sibi fieri debere retributionem.

75. Dubitatio.

Ratio dubitationis.

Ad hæc & talia dicendum est, quòd retributio in talibus mensurari debet patientis siue recipientis utilitate. Recipiens enim in omnibus est ut indigens: indigenti autem sufficit si æquale recipiat: sed in recipiendo tantum debet sibi fieri adiutorium, quantum iuuatur ille qui suum donum ante recepit, ut scilicet tali tempore retribuatur, quali recipiens iuuatur ad lucrum vel à tanto periculo vel à necessitate redimitur, vel etiam plus iuuatur quam adiutus est ille qui donum suum primo accipit, & intendit quod in plus iuuatur. Hoc enim melius est secundum morem, & magis congruum amicitia.

76. Responso ad quæsitum. Idem iura retributionis accipienda est penes utilitatem beneficiati.

CAPVT XII.

Quod in amicitia bonorum non est accusatio.

In his autem amicitia quæ secundum virtutem sunt, accusationes quidem non sunt.

77.

D d Men

Mensura enim retributionis in talibus vel affi-
milatam mensuræ: est ministrantis vel perru-
bantis electio. Eligunt enim uterque talibus
quantum potest secundum virtutem alij tri-
buere & retribuere, & uterque studet benefi-
ciis alium vincere: & ideo neuter potest alium
accusare. Principale enim mensurans in virtu-
tis operibus & moris honestate, in electione
est. Probamus enim in quinto huius scientiæ
libro, quod nullus in se tantum patitur volens.
Propter quod si plus tribuit vel retribuit alter
amicorum alteri, & hoc volens facit & ex-
electione, nihil iniustum passus: & ideo accusare
non potest. Quinimo gaudet in hoc quod plus
impendit, quam recipit.

CAPVT XIII.

De accusatione amicitia que est differen-
rentium personarum.

78. In amicitia
inæqualitas
accusationes
et querela.
Ratio maio-
rum.

HÆ autem accusationes non tantum sunt
in amicitia & amicitia specibus, quæ
distinguntur penes amabilia, sed sunt etiam
in his quæ penes amantes distinguuntur, &
sunt inter personas secundam superexcellen-
tiam differentes. In talibus enim amicitia
etiam differunt accusationes. Uterque enim ta-
lium dignum se reputat plus habere, tam ex-
cellens scilicet, quam excessus: & cum non
fiat sibi hoc quo se dignificat, dissoluitur ami-
citia. Melior enim superexcellens existimat si-
bi plus conuenire, quod plus habeat ex sua
excellencia secundam distributionem geome-
tricam: ratiocinatur enim plus esse tribuendum
in quantitate ei qui melior est & dignior. Ad-
dit, quod etiam quanto dignior est, tanto uti-
lior est: & quanto excessus indignior est, tan-
to etiam inutilior est, & minus confert com-
munitati. Qui autem inutilior est, minus de-
bet habere in distributione. Aiunt igitur ex-
cessum minus oportere habere. Adhuc autem
si non plus recipiat, dicunt non esse amicitiam,
sed quandam seruilem ministracionem.
Si enim amicitia est, cum uterque amicorum
alteri velit bona secundam dignitatem, oportet
quod maiori uterque amicorum velit plus
bonum: aliter enim videtur fieri iniuria. Hoc
autem fit: quia existimant, quod sicut in pe-
cuniarum distributione plus accipiunt, qui plus
conferunt in promotione communitatis: ita
dicunt oportere fieri in amicitia. Verbi gra-
tia habent fortè communicationem miles &
plebeius in mercatione, & propter militem
mercatio absoluitur à vestigialibus & teolo-
neis: & sic ad commune lucrum plus confert
operatio militis, quam plebeii: propter quod
militi rationabile viderur, quod plus acci-
piat.

Ratio inferiorum.

Indigens autem siue excessus, cuius opera-
tio deterior est in communicatione, è contra
allegat, quod amici boni proprium sit, quod
sufficiat indigenti amico: & quia plus indi-
geat, de communi lucro plus debeat recipere.
Dicunt enim, quod ad nihil vile esset amicum
esse studioso, vel potènti, vel erudito, vel diui-

ti, si nec ultra id quod confert, sit recepturus
ab amico: tantum enim à quolibet non amico
esse recepturus.

79. Determinatio.
Vterq; aliquo
modo rectè
confert.
1. ratio.

Ad hæc autem dicendum esse videtur, quod
uterque videtur ratione dignificare, & quod
oportet utrique plus tribuere ex amicitia: sed
non ex eodem bono utrique plus tribuendum
est. Sed superexcellenti quidem plus tribuen-
dum honoris & demonstracionis & laudis. In-
digenti autem qui superexcessus est, oportet
tribuere lucrum, ita quod lucrum generaliter
sumatur pro omni eo quod supplet indigen-
tiam excessi. Proprium enim præmium virtutis
& beneficij liberaliter impensum honor est.
Excellentis autem est ex virtute & liberalitate
ministrare: eò quod ille per indigentiam non
cogitur. Proprium autem auxilium indigen-
tiam lucrum est. Talis enim ab ipsa indigen-
tia cogitur lucro intendere. Sic ergo utrique
tribuendum est secundam dignitatem, hon-
or excellenti, & lucrum attribuetur excesso.

2. ratio.

Hoc autem probatur per id quod fit in vr-
banitatibus. Sic enim videtur in vrbanitatibus
obseruari. In vrbanitatibus enim non honora-
tur qui nullum vel paruum bonum commune
reipublicæ tribuit. Commune enim bonum
quod inter ciues distribuendum est, datur ei
qui communem rem publicam beneficiat &
promouet. De talibus autem communibus bo-
nis est honor. Communitatè autem promouens
excellens persona est. Opus enim vilis perso-
næ & humilis ad tempore publicam nullum est. Ho-
nor igitur excellentis est. Nec potest dici,
quod vna & eadem persona communitatem
promouens simpliciter in vno tempore ditari
possit à quibusdam communibus, & honorari.
Sic enim vnus & idem & simul excedens esset
& excessus in eodem. Adhuc autem si excel-
lens lucrum non intendens, etiam honorem
non reciperet: tunc impendens communitati,
in vtroque, honore obsequij scilicet & lucro
minoraretur. Nullus quidem autem in omni-
bus minus expectat. Excellentia autem minus
circa pecunias tribuitur, sed honoris: & ex-
cesso qui dona expectat ad propriam indigentiam
supplementum, vrbanitates tribuunt pecunias,
& non honorem. Sic enim utrique retribuitur
secundam dignitatem. Quod autem secundam
dignitatem sic retribuitur, secundam geome-
tricam proportionem saluat & adæquat amicitiam,
quemadmodum sæpè dictum est. Sic utri-
que associandum est vnicuique, inæqualibus
personis existentibus, quod congruit utrique
secundam propriam dignitatem. Verbi gratia,
quod ei qui in lucrum pecuniarum commune
ex propria dignitate plus utilis est, vel etiam
qui plus utilis est ad virtutem ex propria di-
gnitate, sicut diues, vel honestus, vel eruditus,
plus honoris reddatur ab eo qui sibi commu-
nicat, & retribuere debet quod congruit. Ei
autem qui plus indiget, plus lucri reddatur
propter famularum quem impendit.


Attendendum tamen est, quod retributio
fit secundam possibilitatem, vt scilicet hoc
retribuatur quod contingit enim retribuere se-
cundam facultatem propriam. Amicitia autem
ab amico recipi requirit possibile, et si non re-
quirit hoc quod dignum esset reprehendere:
hoc

hoc enim aliquando est super facultatem re-
tribuētis. Non ergo querit, quod in omni-
bus sibi secundam dignitatem retribuatur,
quemadmodum patet in his honoribus qui ad
deos vel parentes retribuendi sunt. Nullus au-
tem est (etiam si seipsum sapius rependat)
qui secundam æqualem dignitatem diis &
parentibus retribuere possit: sed famulans &
retribuens secundam potentiam propriæ fa-
cultatis, epiches, & bonus esse videtur.

80. Non licet filio
abdicare pa-
trem, patri
vero licere
videretur abdi-
care filium.

Propter quod ulterius videtur, quod non est
possibile filio patrem abnegare in decenti re-
tributione. Patri autem possibile est abnegare
filium. In tantis enim beneficiis pater sibi fi-
lium obligauit, quæ filius nunquam reddere po-
test adæquatè: filius autem in nullo sibi obli-
gauit patrem: filius ergo semper debet. Qui
autem semper debitor est, ad reddendum sem-
per obligatur. Filius enim nihil operatus est
quod sit dignum his quæ sibi subfuerunt à pa-
tre. Semper igitur debitor manet & patri de-
bet. In omnibus autem ita est, quod ille cui
debetur, liberam potestatem habet dimittendi
debitorem: & non culpatur si dimittat, & sol-
uat amicitiam. Patri igitur liberum est filium
dimittere, & subtrahere sibi amicitia subuen-
tionem. Simul autem cum hoc notandum est,

quod fortè nullus patrum sic dimittit filium,
nec aliquando recedere videtur à filij subuen-
tione, nisi filius superexcellens malitiæ sit &
contumaciæ in parentes: tunc enim pro certo
à patre relinquendus est; & iudici condem-
nandus debet assignari. Quod autem diximus,
patrem non relinquere filium, non est ex ami-
citiæ debito, sed potius ex naturæ vinculo:
quia scilicet se alterum patet habere in filio:
Vnde etiam sic conscribatur naturalis hæc
amicitia, in quantum amicitia est. Adhuc hu-
manum & humanæ pietati congruum est, non
expelli à patre talem auxiliacionem quam po-
test impendere filio. Expelli autem diximus:
quia tanta est inclinatio naturæ patris in fi-
lium, quod nisi violenter expellatur per ni-
miam filij impietatem, pater filium non dese-
rit: Sed tunc sic malo existente filio, patri vel à
filio fugiendum est, vel ad minus non festi-
nandum, vt filio secundam malam volunta-
tem suam sufficientia ministret. Multi enim
talium beneuolunt pati, & multa bona recipere
à patribus: facere autem in reuerentia pa-
trum quæ debent, fugiunt: eò quod hoc inuti-
le & non lucrosum reputant. De talibus igitur
accusationibus intantum dictum est.



LIBER IX.

De impedimentis amicitia.

TRACTATUS I.

De impedimentis qua sunt ex parte modorum amicitia & causarum
sumptis, & non ex parte amicorum.

CAPVT I.

De enumeratione impedimentorum
in communi.



EX his quæ superiori libro
dicta sunt, manifestum est,
quod in omnibus amicitia
quæ sunt dissimilium specie-
rum, semper analogum se-
cundam distributivam vel
communicatiuam iustitiam
æquat & saluat amicitiam. Quod patet in po-
liticis amicitia, quas politicus ordinat in ci-
uitate propter operum communicationem, si-
D. Alb. Mag. lib. 8. Ethic.

ne quibus non potest saluari ciuitas. Corario
enim pro calcementis retributio fit secun-
dam communicatiuam iustitiam, secundam
sui operis dignitatem quæ est valor operis.
Talis etiam retributio fit textori pro opere
suo, & architecto, & similiter est in reliquis
omnibus, quæ ad communicationem veniunt
ciuitatis. In talibus autem omnibus vna quæ-
dam communis mensura inuenta est, quæ nu-
mismata vocatur. Quod idè à numero deno-
minatur: quia numero suo maioris valoris
aut minoris mensurat & adæquat. Ad numis-
mata enim omnia talia referuntur, & numisma-
te mensurantur, quando veniunt ad commu-
nicationem qua de vno ad alium commu-
tantur.

1. Rependere
viciissim bene-
ficiam, seruat
omnem ami-
citiã.
1. ratio.

Tales enim amicitia quæ sunt tam dissimi-
lium
D d 2

lium specierum, ex principiis amicitiae non possunt determinari. Magnam enim habent diuersitatem & magnum errorem. Et in moribus magis ex particularibus, quam ex vniuersalibus est procedendum. Propter quod specialem librum hic inducere oportet. Loquemur autem hic de impedimentis quae non tantum accusabilem faciunt amicitiam, sed etiam sine accusatione statim resoluunt etiam species amicitiae. Vel etiam species impedimentorum non strictè, sed large accipimus, ita scilicet quod modi species vocentur, sicut in secundo magnorum moralium ab Arist. est determinatum. Propter quod etiam amorem amantium amicitiam vocamus, & benevolentiam, & concordiam, & benignitatem, & eutrapeliam, & huiusmodi omnia quae faciunt homines sibi inuicem: cum tamen accipiendo strictè nolum horum sit amicitia, vel amicitiae species.

Cap. 9.

2. ratio.

Incipientes igitur dicimus, quod impedimentum cuiusdam amicitiae est quae amantia vocatur, quando quidem amator qui principium amationis est, accusat amatum vel amatam de hoc quod cum ipse superamans sit, omnia soluens quae debet ex amore, ab amato vel amata non redamatur, forte nihil recipiens vel habens amabile, si sic contingat: vel non tantum, quantum debet recipere ab amato vel amata: & è conuerso amatus vel amata accusat amatorem: quia antequam frueretur amore scilicet, omnia re promittit: & postquam amore perfruitus est, nihil vel non satis perficit. Accidunt autem talia frequentius, quando amator quidam amat amatum vel amatam propter delectationem: è conuerso autem amatus vel amata amatorem vel amantem diligit propter utilitatem: hæc enim quae amantur, non semper existunt ambobus. Non enim semper amator vtilis est, nec amata delectabilis est: & propter hoc cum amicitia primum inter eos sit, dissolutio fit talis amicitiae, quando non sunt illa quorum gratia amabant inuicem. Tales enim non amant seiplos propter seiplos, sed amant quaedam quae sunt in ipsis, quae sunt delectatio & utilitas: propter illa enim tales sunt amicitiae, scilicet quod saluatis saluantur, & illis deficientibus resoluuntur.

Ea autem amicitia quae honestatis mortua est & virtutis, sola secundum se ipsam amicitia est: & quia sola virtus constans est, propter hoc hæc simpliciter manet, quemadmodum in priori libro dictum est.

Qui autem propter delectabile vel vtile se inuicem amant, etiam alia ratione contendunt, quam sit illa quae dicta est. Contendunt enim & dissident, cum altera retribuatur ipsis, & non eadem quae appetunt in se adiuuicem. Dicunt enim, quod quantum ad amorem & appetitum aliquem non potiri eo quod appetit, simile est ei quod est nihil fieri in amoris retributione. Cuius exemplum est quod dicitur in Alexandro, quod citharædum vocans tempore nocturni somni, ad quod Pythagoras dulcius & leuius citharam tangi præcipiebat, sicut & Orpheus dulcedine citharæ somnum vocasse dicitur, citharædo re promittit, quod quantum melius & dulcius cithara caneret, tan-

to plus remunerationis esset accepturus. Cum autem in mane citharædus ab Alexandro promissiones expeteret, respondit Alexander citharædo, iam recepisse quod promiserat. Delectationem enim pro delectatione se reddidisse dicebat. Tantum enim delectatus fuerat citharædus vigilans: quia delectationes in melodiis habebat, quas Alexander dormiens non perceperat. Et hæc quidam responsio conueniens esset, si in communicatione qua Alexander & citharædus communicabant, vterque delectationem appetebat & quærebatur: tunc enim responsio talis satis habuit & sufficiens fuit. Sed in communicatione qua conueniunt, vnus pererebat utilitatem & lucrum, exhibens delectationem: alius autem pererebat delectationem, ministrans lucrum. Et vnus quidem habet quod vult & quærit in alio: alter autem non habet in altero quod quærit (cum non ministratur id quod quæritur in ipso) tunc non bene se habebit id in quo communicant adiuuicem. Vnusquisque enim habens attendit & quærit quibus potiri vult, secundum indigentiam suam ad indigentiam propriam supplementum: & illius quidem gratia quo potiri quærit secundum indigentiam supplementum, dabit ministrando ea quae quærentur in ipso. Sic enim amator lucrum exhibet pro delectatione: amantia autem delectationem ministrat pro lucro: & accusant se inuicem quando ad vultum non inueniunt in alterutris quod quærent.

CAPVT II.

Quæ sit mensura qua talis contentio dirimi potest.

Quæramus igitur, quid sit mensurans & ordinans, ad cuius mensuram ista possit dirimi contentio. Et inquiramus, vtrum scilicet horum dignitas, hæc debeat ordinare, vtrum scilicet ante dans, sine ministrans secundum rationem suam ministracionis debeat hæc ordinare: vel ille qui præaccipiens est ministracionem illam, secundum dignitatem suam ministracionis & mensuram hanc debeat dirimere contentionem. Hoc dubium est: quia aliquando & in aliquibus contractibus ille qui accipit & secum contrahit, quod ad æstimationem scilicet ipse mensuret. Cuius exemplum est, quod dicunt Pythagoram sophistam fecisse. Cum enim doceret quemcumque, & ministrare promitteret doctrinam, iussit in hoc discipulum honorare, quod ad æstimationem discipuli tantum acciperet, quantum dignus ipse discipulus reputaret scire ea quae ab ipso discerbat. Voluit enim, quod discipulus æstimeret pro quanto vellet scire quae docebat, & tantum daret pro doctrina. In talibus enim quibusdam similibus, scilicet Pythagoræ doctrinis sufficit hoc, quod accipiens mensuret non ad valorem rei, sed ad quantitatem appetitus desiderantis rem illam. Sic enim omnes gemmarum gemmas vendere videntur: non enim respiciunt ad valorem gemmarum, sed ad quantitatem

2. In hac benevolentium compensatione potius videtur sequenda æstimatio accipientis quam tribuentis.

fitatem appetitus eius qui gemmas desiderat. Sic etiam omnis res venditur tempore necessitatis, quando carior ab accipiente reputatur. Homerus dicit etiam, quod viro cuiuslibet hoc modo merces deberetur, & tanta, quantum eam æstimat ille qui ministerium viri accipit.

Sufficiens scio merces sibi est statuenda.

Illi autem qui præaccipiunt hoc modo argentum ab aliquo, vel quamcumque ministracionem, & deinde nihil faciunt eorum quae promiserunt propter ea, quia cum indigentes in appetitu essent rei habendae, superabundanter ultra valorem rei promiserunt, conuenienter sunt in accusationibus, & accusantur enim à prius dante & ministrante. Non enim perficiunt quae ipsi se confessi sunt se perfecturos cum acciperent. Taliter autem contrahere & mensurare ea quae exhibent sophistæ coguntur, & sophistarum imitatores. Si enim rectè æstimarentur quae sciunt, nullus vti que argentum daret. Quid enim valet scire sicut dicit Seneca, Mus rodit caseum. Mus est syllaba. Ergo syllaba rodit caseum. Oportet igitur, quod talia vendantur ad accipientis æstimationem, ita scilicet quod quantitas appetitus attendatur, & non valor rei. Ex opposito autem si decentes non faciunt exhibendo doctrinam his quorum accipiunt mercedem, vti scilicet talem exhibeant, qualem promiserunt, conuenienter & ipsi accusantur, & sunt in accusationibus discipulorum. Et hoc etiam patitur sophistæ, qui admiranda & inenarrabilia promittunt, & parui valoris sophismata persolunt: quae omnia in 13. fallacis determinantur. Mirum enim est si turris ster in capite hominis, quod promittit se docturum sophista, &c. Et cum doctrina soluere debet, docet quod turris stat in aere: aer autem in capite: ergo turris in capite.

3. In amicitia studiosorum remuneratione electione faciendâ est.

In quibus autem communicatio amicitiae non fit propter confessionem ministracionis promissione vel pacto firmatam ad vtile, vel delectabile, sed propter seiplos se adiuuicem amant, sunt veri amici, vti in antehabitis dictum est, quoniam isti inaccusabiles sunt. Talis enim amicitia secundum virtutem est, & retributio faciendâ in ipsa secundum electionem mensuratur. In tali enim amicitia eligitur amicus propter seipsum: & talis est etiam electio virtutis in qua, sicut dicit Seneca, vterque contendit vincere alium beneficiis. Et ad talem modum amicitiae videntur referri illi qui in philosophia communicant. Philosophia enim essentialis est felicitati contemplatiuae. Et philosophari sicut in theoreticis actus est talis felicitatis. Propter quod comphilosophantes dignitatem operum suorum ad pecunias non referunt. Pecunias enim non potest mensurari quod accipiens ministrat: sed forte quod sufficiens est secundum propriam facultatem, idè acceptum sit, quod plus non potest: quemadmodum non sufficiens, sed quod possumus quod contingens est nobis secundum propriam facultatem, est ministramus ad Deum & ad parentes, sicut in antehabitis dictum est.

Si autem non talis sit datio siue ministratio, qualis est sophistarum vel compphilosophantium, sed est in aliquo delectabili, vel utili

D. Alb. Mag. lib. 9. Ethic.

bono: tunc maxime & vti in pluribus mensuram retributionis oportet fieri secundum hoc quod ambobus secundum dignitatem esse videtur: & hoc est in tantum retribuatur, quantum in pactum deductum est de pari consensu contrahentium & communicantium. Si autem nec hoc modo accidat, sed sine pacto per fidem qua vterque alteri credit communicando & communicant, necessarium esse videbitur, quod præhabens siue præaccipiens ministracionem ordinet & mensuret dignitatem retributionis: & non solum hoc est necessarium, sed etiam iustum. Iustitia enim consonum est, vti quantum accipiens adiutus dono vti que dantis à principio, vel pro quanto delectationem talem voluit qualem primus exhibuit, tantum recipiens ministracionem habeat respectum, & dignitatem ad hæc quae recepit, vti tantum reministret. Sic enim fieri videtur in omnibus emptoribus, in quibus emptor tantum soluit, quantum ipsemet æstimabit valere rem emptam antequam haberet. Multa maioris pretij æstimantur, quam postquam habita sunt: idè æstimatio fit ad id quod ipsemet emens æstimat rem antequam haberet. Si enim mensuraretur ad æstimationem rei habitae, sæpè vendentes fraudarentur: id quod non æstimant eas ad valorem rerum habitarum, sed potius ad valorem pretij quod ille mensurat qui rem quærit habendam. Res enim tantum valer, quantum vendi potest, fraudibus & dolis exclusis. Et hæc legibus concordant. Verum enim & apud omnes vrbaniates lex est vindicari non debere contractus voluntariarum, conuentionum, hoc est, secundum quod conuenit vtrique contrahentium. Tales enim restituyendo non debent, etiam si pretium valoris ei secundum aliquid dissimile sit. Taliter enim contrahentes scientes & valentes contrahunt: & idè deceptionem allegare non possunt. Opportunum ergo in talibus, quod ad eum cum quo contraxit, & cui credidit, dissoluat ministracionem ad eum modum ad quem communicauit in contractu.

Existimatio autem conueniens est, quod iustus sit ordinare retributionem in talibus eum cui concessum est à principio, quam eum qui concessit: ille enim cui concessum est, melius scit utilitatem quae sibi ex concessione prouenit. Multa enim, sicut iam diximus, non æquali retributione appetuntur illi qui habent ea & non indigent, & illi qui indigent & volunt & quærent ea accipere. Propria enim & quaedam possidentes, cum ea exhibent in venditione, singulis videntur multo digna, & multo cariora existimant quam sint. Fortè exhibent ad duplum valoris. Sed secundum hoc retributio non fit, sed secundum hoc & ad tantum, quantum vti que accipientes & ementes ordinant & mensurant. Dicit enim omnis emptor, malum est. Malum autem est, & minus est rem donec tandem ster, & communicat in proprium rei valorem. Fortè igitur non oportet tanto appetiari, quanto dignum videtur habenti & vendenti: sed quantum appetiatus est eam accipiens & emens, antequam haberet eam.

D d 3 CAPVT

CAPVT III.

De dubitationibus multiplicibus que sunt in talibus retributionibus.

4. Quæstio, utrum oporteat omnia patri tribuere, & in omnibus obtemperare?

2. Quæstio, utrum amico potius, an studiose sit ministrandum?

5. Non omnia eidem sunt tribuenda.

Alia autem quantum ad mensuram retributiones vel ministraciones multiplicem habent dubitationem. Verbi gratia dubitatur, utrum oportet omnia & in omnibus patri tribuere? Et præ omnibus patri obedire in omnibus quibuscumque, vel laborantem infirmitate aliqua potius oportet medico obedire, quam patri si dissentiant? Similiter autem si dux exercitus ponendus est, utrum oportet ponere eum quem pater præcipit, cum forte inutilis sit, et eum qui secundum virtutem bellicosus sit, & per exercitum exercitus scit ducere & ordinare? Similiter autem est in aliis, sicut si oportet amico magis ministrare etiam si non bonus sit; vel oportet magis ministrare studioso qui secundum virtutem bonus est, si facultas non suppetit ad ministrandum ambo-

bus? Adhuc autem utrum magis reddenda est gratia benefactori qui prius gratiam ministrat, vel amico qui nullum beneficium ante impendit, si secundum facultates non contingit nos amobus reddere & ministrare? Omnia enim talia ad certum determinare non est facile. Diuersa enim sunt in causis, & facultatibus, & opportunitatibus, & debito, & loco, & tempore, & secundum hæc omnia multas & omnimodas habent differentias, & differunt magnitudine & paritate, quam magnum scilicet vel etiam quam paruum ministrandum sit. Differunt in bono, quale scilicet in bono huic vel illi attribuendum sit. Similiter differunt necessario, utrum scilicet de necessario vel de superfluo subueniendum sit, vel quid cui ubi & quando necessarium vel conueniens sit. Quia autem tantam habent differentiam, vno mensurari non possunt.

videbitur, quod in tali quilibet magis debeat liberare sui ipsius patrem: quia ab ipso plura bona recepit, quam à liberatore.

Ad omnia autem hæc soluentes dicimus, quod sicut dictum est, vniuersaliter quidem debitum cuiilibet reddendum est. Debitum autem dicimus, quod cuiilibet competit secundum propriam dignitatem & meritum: sed specialiter considerandum est, quando & ubi & ad quem & in quo superextendat se datio, ita quod melior fiat ad vnam, quam ad alterum, & hoc in bono & in necessario. Dico autem in bono: quia etiam honestior est ad vnum, quam ad alium. Et dico in necessario: quia magis necessaria vni, quam alteri: sicut magis necessarium est iurare cum qui est in periculo, quam eum qui in nullo periculo est. Ad quodcumque enim datio se superextendit, ad hoc idem declinandum est, & secundum rationem illius dandum vel retribuendum est.

Quandoque enim nullo modo æquale est in bono vel necessario retribuere præexistentiam amici, hoc est, amicitiam quam prius ex habenti cum eo quod est benefacere studioso. Potest enim aliquis benefacere bono propter hoc quod scit eum studiosum esse, & potest beneficium reddere amico quem existimat malum esse. Et hæc nullo modo similia sunt, & ratione honestatis & boni. Non enim semper reaccommodandum est ei qui prius accommodauit. Prius enim accommodans sic accommodasse videtur fortè, ut per accommodatum lucretur. Et sic fortè accommodauit ei quem scit epicheum siue superbomum, & sic iusto accommodauit propter lucrum, quod turpe est. Alius autem qui accommodat non iusto, sic potest accommodasse, quod non sperat lucrari à malo: sed accommodat ei, quod ante amicus fuit eius. Et hæc omnia habent diuersitatem. Siue igitur in veritate sic se habeat sicut positum est in exemplis, non est æqualis dignitas actionis accommodare bono & accommodare malo. Bono, dico, qui secundum veritatem bonus est, vel malo qui secundum veritatem malus est. Siue etiam non sic se habeat in veritate, sed existimat sic se habere, quod scilicet putat vnum bonum, & alterum malum esse, nihil inconuenientium videtur facere in vtraque istarum operationum siue retributionum. Non enim inconueniens est amico etiam malo benefacere: nec etiam inconueniens est iusto benefacere.

Quod igitur à nobis multoties dictum est in primo huius scientiæ libro, rationes quæ sunt circa passiones & actiones humanas, actiones quidem dantium siue ministrantium, passiones autem & recipientium & retribuendum, secundum vnam similitudinem habent determinari eum his circa quæ sunt. Passiones autem in talibus esse sunt dationum & retributionum. Passiones autem dico affectus ad amicos, vel liberatores, vel parentes, vel benefactores. Actiones autem, dationes, ministraciones, subuentiones, & recompensationes ministracionum in omnibus his. Omnium horum rationes determinari habent ex his circa quæ sunt. Secundum quod sunt, extendunt se

6. Interdum non est æquum beneficium recipere.

7. Non eadem omnibus tribuenda, sed unicuique pro dignitate.

CAPVT IV.

De dubitatione & consolatione dubitabili quæ emergunt ea quæ dissolunt amicitiam.

8. Filij tenentur parentibus alimentis & honore, ut illis dare & unicuique quod sibi accommodatur.

Sap. 4.

in bono vel necessario, ut diximus. Non igitur immanifestum est, quod non eadem omnibus reddenda sunt. Neque patri vel parentibus omnia reddenda sunt, quemadmodum neque Ioui sacrificare non superextendit se in bono, sed deficit, quia dignitati Iouis non congruit. Quia autem altera parentibus, & altera fratribus, & altera amicis, & altera benefactoribus, & singulis secundum dignitatem propriam congruentia attribuenda sunt, satis manifestum est. Et sic in vrbantibus facere videtur ciues. Ad nuptiarum enim festum in quibus de propagatione generis, agitur, vocare conueniunt cognatos, quibus commune genus est cum ipsis. Similiter autem cognatos vocant ad omnes actiones quæ sunt circa nuptias. Quia ad tractatus de nuptiis (quos Græci kedeas vocant maxime vocant cognatos, quæ ad talia vtilius obuiant suis consiliis & concurrunt.

Et secundum hanc rationem videbitur vtrique in omnibus quæ ad nutrimentum pertinent, oportere maxime sufficere parentibus, & illos omnibus aliis præferre in ministracione nutrimenti, cum videamus illos esse causas nobis essendi. Et ideo illis in talibus magis debemus sufficere, quam nobis ipsis. Hic enim inestimabiliter maiora ab ipsis accipimus. Similiter autem & honorem & omnia quæ ad honorem pertinent, debemus parentibus quemadmodum diis. Non autem omnem honorem parentibus impendere debemus. Neque enim eundem honorem debemus impendere patri & matri. Si enim pater in balneo fricari debet, honestum est exhiberi patri à filio, quod valde inhonestum matri exhiberi ab eodem. Neque iterum eum honorem qui sapientis est per congruentiam, vel eum qui ducis exercitus est, patri exhibendus est. Sed paternum honorem exhibemus patri, & matri maternum. Similiter autem & omni eum honorem exhibebimus, qui secundum ætatem debitus est. Assuetudine enim & inclinatione & talibus huiusmodi senes honoramus: eò quod mundialiores & ornatiores nobis sunt. Mundialiores autem dico diutius quam nos mundo in omni demonstratione virtutis cognitos. Ornatiores autem: quia ornatu mentis decorem exterioris meruerunt honoris. De quibus dicit sapiens, quod cani sunt sensus hominis, & ætas senectutis, vita immaculata. De inueteratis enim dierum malorum dicit Plato in Timæo. Pueri estis, & non est in vobis vlla causa sapientiæ. Ad amicos autem rursus & ad fratres sicut ad fideles oportet habere confidentiam, & omnium bonorum nostrorum communicationem tribuere illis sicut fidelibus. Similiter autem & cognatis & contribulibus & concuiuis omnibus nobis communicantibus semper tentandum proprium unicuique reddere & comparare, & ea quæ singulis sunt propria secundum propriam dignitatem & secundum propriam virtutem & secundum proprium vsum quo nobis contantur. Eorum quidem igitur qui vnus generis sunt amicitia; facile iudicium est quod cui attribuendum sit. Eorum autem qui differunt secundum genus, iudicium difficilius est: sed propter hanc difficultatem non recedendum, sed tentandum sic determinare attributionem bonorum quemadmodum unicuique contingit secundum propriam dignitatem & meritum.

Habet autem dubitationem etiam de eo quod est dissolvens tales amicitias, vel non dissolvens circa amicitias non permanentes, siue sint amicitia ad eos qui propter vtile amici sunt, siue propter eos qui propter delectabile amici existunt. Queramus enim, utrum conueniens sit vel inconueniens tales amicitias dissolui, quando amici nihil eorum propter quæ amici sunt, in seinuicem inueniunt. Secundum prædicta enim non superiorum sed illorum amici erant quæ in seinuicem requirerant. Deficientibus enim his rationabile est seinuicem non amare, & amicitiam deficere. Aliquando autem in talibus amicitias accusabit vnus alterum si ipse amet propter vtile vel delectabile, reliquus se simulet non propter vtile vel delectabile, sed propter morem, hoc est, morum honestatem amatum esse. Sicut enim in principio octauo diximus, plures sunt dictæ amicitia; & aliquando similiter non in vna scilicet communicatione existimantur & sunt amici: vnus enim aliquando in altero intendit delectationem, & reliquus vtilitatem. Similiter autem vnus alium diligit propter morem eius quem existimat studiosum esse in ipso, reliquus ex similitudine virtutis lucrum querit vtilitatis vel delectationis. Quandoque igitur decipitur aliquis & suspicatur amationem fieri propter morem, cum ille qui honestus esse videbatur, nihil tale operetur in vita qua communicat, sed potius turpibus actibus & oculis & colloctionibus, vel etiam ex auaritia omnia quæ potest, ad se conuertit, & ad lucrum proprium, & in talibus se sæpè prodit & manifestat. Talis non accuset amicum, sed causetur seipsum: quia talibus signis scire poterat, quod non propter morem diligendus erat. Si autem nihil talium operetur in signis, sed honestatem motum omnium specie & similitudine honestatis exhibeat: tunc illius simulatione decipitur tali deceptione quam nullus cauere potest. Et tunc iustum est accusare decipientem, postquam in fide proditur simulatio. Plus enim peccant tales & magis accusabiles sunt, quam illi qui numisma violanda falsificant, quanto circa honestius est amicitia: circa cuius corruptionem est mala operatio talium, quam numisma sit.

9. Dubitatio, utrum dissoluetur amicitia ad eos qui amici non permanent.

10. Dubitatio, utrum amicus sit, qui bonus in amicitiam admittitur, sed postea prauus.

Si autem aliquando amicus verus amicum verum acceptet bonum secundum veritatem & honestum, & postea fiat malus, ita quod manifestum videatur: tunc queri potest, utrum adhuc amandus sit, vel statim dissoluenda sit

Effectus est, & talis esse cognoscitur?

amicitia ad ipsum? Statim enim videtur, quod non sit possibile ealem amare. Non enim omne quod est, amabile est, sed bonum solum secundum sui rationem amabile. Non enim oportet aliquid amare nisi bonum: secundum morem enim nullum oportet esse amatorem mali. Cum enim amicitia assimilatio quædam sit, si bonus amaret malum, oporteret bonum assimilari prauo, quod valde inconueniens est. Dictum est enim in præcedentibus prioris libri, quod simile simili amicum est.

11. 3. dubitatio, Verum amicitia dissoluetur, si cum primis amicis prauus efficiatur?

Quæramus igitur, utrum confestim quando malus apparet, dissoluenda sit amicitia, vel non sit dissoluenda ad omnes, sed tantum ad eos qui insanabiles sunt propter malitiam qua peruersi sunt? Si autem aliquam habeat in spe directionem, magis videtur adiunandus esse ad morem, quam ad substantiam substantiæ propriæ, quare melius est adiutorium ad mores, & quanto magis proprium est veræ amicitia adiuuare ad mores, quam ad substantiam. Tamen in talibus bonis dissoluens amicitiam ad tales nihil inconueniens videtur facere. Honestus enim non erat amicus huic vel tali corrupto secundum mores, sed honesto fuit amicus. In talibus autem dicendum videtur, quod honestus & bonus recedere debet ab alterato amico, quem refaluare & ad virtutem reducere non potest.

12. 4. dubitatio, Verum amicitia manere debet, si alter amicorum in dispositione permaneat, alter vero melior erudat, multumque virtute differat?

Si autem ponamus, quod vnus antiquorum in amicitia honestatis permaneat in gradu virtutis & honestatis in quo est, alter autem continè proficiens magis epiches & honestus fiat, & tandem multum differat virtute ab inferiori: queri potest, utrum tunc vrendum sit eo vt amico, vel hoc non contingit, sed recedendum est ab ipso? Hoc autem manifestum fit in magna distantia vt in pluribus, puta in his amicitis quæ ex pueritia oriuntur, quar-

do scilicet ab initio, vnguibus adhuc teneris existentibus, quorum (vt dicit Gal. teneritudo enim optimæ dispositionis indicium est) aliqui seinuicem propter bonam dispositionem diligere incipiunt. In talibus enim amicitis si vnus quidem amicorum bonæ indolis existens puer remaneat secundum mentem nulla imbutus sana sapientia, alter autem proficit, qualiter sint amici? Tales enim non placent sibi in eisdem, neque gaudentes neque tristati sunt eisdem: eadem enim talia his in conuersatione quam habent adinuicem, non existunt. Sine autem tali communicatione non contingit amicos esse veros. Continere enim & communicare tales non est possibile, sicut in antehabitis dictum est. Resoluitur igitur talis amicitia. Volens enim proficere cum possit amicitia, non caret: inettia enim malitia quædam est.

13. 5. dubitatio, Supposito quod dissoluetur amicitia, utrum is qui optimus erudit, non seculus ad alium se se habere debeat, quam si amicus nunquam fuisset?

Sed hoc supposito queritur, utrum amicus qui proficit, nihil minus alienum se tali exhibere debet, quam si nunquam fuisset amicus, vt scilicet se habeat ad ipsum sicut ad extraneum, vel oportet memoriam adhuc habere antiquæ factæ consuetudinis & conuictus, & oporteat illi magis largiri, quam extraneo, quemadmodum omnes existimamus amicis, quam extraneis esse largiendam? Hoc enim, vt dicit Carpo, accidit honestissimo viro, qui apud Deum orabat, Iuues aliquando amicos & adhuc. Dicendum, quod sic aliquando factis amicis aliquid propter antiquam amicitiam attribuendum est, sed non sic perfectum vt permanentibus attribuitur amicis. His autem & talibus attribuendum est, qui non ad superabundantiam malitia peruersi sunt. Dissolutio enim amicitia: semper fit ad superabundantiam malitia.

nosmetipsos, & ea eis volumus quæ nobis ipsi secundum rectam rationem. Non congruens autem sibi, alium diligere non potest sicut seipsum: non enim alij congruit & communicat secundum rectam rationem. Omnis autem amicitia in communicatione & congruitate conuictus est. Oportet igitur primum determinare in quibus & quantis & qualibus homo secundum quod homo sibi ipsi congruit.

Antiqui autem sapientissimi Stoicorum tria hæc esse dicebant, secundum quod amicitiam tripliciter considerabant. Si enim accipitur amicitia in affectu siue voluntate in qua ipsa primo est, dicunt amicitia esse velle esse amicum & viuere, non sibi ipsi, sed amici gratia. Si autem accipitur amicitia in opere probata, dicunt amici esse velle & operari bona amicis, vel quæ videntur bona secundum estimationem amici, amici gratia si illis etiam inde nihil prouenire debeat. Velle enim vel operari bona ad aliquem non gratia illius, sed gratia utilitatis propriæ vel delectationis, conductitium & seruire est, & eius qui propriam delectationem vel utilitatem honorat. Primum autem horum dicitur pari matres ad filios, & veros amicos qui ex aliqua causa amicis offensi sunt. Matres enim esse & viuere volunt filios & in omnibus prosperari successibus, quamuis non videat eos, nec aliquid operentur circa filios. Similiter & amicis offensi qui propter aliquam causam opus quod habent circa amicos, retrahunt, non tamen affectum. Patet igitur quod si amicitia consideratur in voluntate, amici est amico bona velle.


Si verò consideratur in actu & effectu secundum quod iam perfecta est amicitia, est velle bona amico & operari ad hoc vt bona quæ optat amico sibi proueniant, & gaudet ex hoc quod in sua operatione & procuratione talia proueniant amico qualia cupit: omnia autem hæc non propter se, sed propter amicum vult prouenire. Si vero amicitia accipitur in optimo, scilicet in se & in substantia & in proprietatibus consequentibus, dicunt amici esse, conuenire cum amico secundum totum conuictum, quasi vna vita sit & indiuisibilis amorum, & vtriusque vita dependeat ex alio, & quod vnus sint electionis in omnibus quæ ad vitam pertinent, & quod adinuicem sint in eodem condolentes & congaudentes. Non enim dolens est amicus, nisi de boni desiderari absentia: nec gaudet, nisi in existentia & præsentia optimorum & perfectissimorum secundum honestatis rationem. Hæc autem etiam dicunt maximè matribus accidere circa natos quando præsentibus sunt: gaudent enim illis gaudentibus, & tristantur illis tristatis, quasi vita eorum ex vita natorum dependeat. Hæc tamen non ideo dicimus, quod vera amicitia sit inter matres & natos, sed potius naturalis pietas quæ amicitia: similis est. Magis enim hoc experiuntur matres quam patres, quod natura matrum fluxibilior est, & magis ad eos quos diligunt, sentiunt passionis immutationem.

15. Hæc quæ dicta sunt, conueniunt studio ad seipsum.

In his autem homo & ad seipsum disponitur, quando epiches siue superbonus est. In reliquis autem qui non superboni sunt, hæc fiunt intantum in quantum tales in istis dispo-

sitis existimant esse, & se illis assimilant. Omnis enim imitatio amicitia: quæ quidem vera amicitia non est, secundum rectam rationem ex principiis veræ amicitia: habet determinari. Sicut enim in sexto & in primo huius scientia: libro determinauimus, anima humana effectus & imago est luminis primæ causæ, quamuis à forma ipsius longa differat distantia. Ex hoc enim, quod coniuncta est actiuis & passiuis, ex principiis actiuorum & passiuorum complexionis & compositis est quasi lumen nubi immersum: quod quamuis per essentiam lumen sit secundum se totum, tamen aliud & aliud esse habet secundum quod spissa vel tenui nubi immersum est, & secundum quod in seipso syncerum & immixtum est. Si tamen inferior pars luminis ad ordinem naturalem reducenda est, non potest hoc fieri, quod superius participet formam inferioris: quia ex hoc à synceritate recederet. Sed ex hoc fiet, quod inferior quantum possibile est, educatur ad participationem formæ superioris per continuam influentiam superioris in inferioris, per quam teneatur id quod inferioris est, ne ab obscuro nubis absorptum impediatur ab influenza superioris. Sic enim in homine se habet anima: secundum partem enim impermixtam corpori, quæ nullius corporis est actus, syncera est: secundum partes autem quæ actus sunt organorum corporaliu, immixta est: & ex illa parte coniuncta est continuo & ipsi vt hic & nunc accipiens bonum, & ad bonum simpliciter non attollitur, nisi secundum influentiam intellectus in partes inferiores. Anima enim secundum substantiam & essentiam vna est: differentia verò potentiarum ex diuersitate esse ipsius substantiam animæ & essentiam consequitur. Et quod magis adipiscitur proprium intellectum ex inferiorum reductione ad superiora, eò magis bona & perfecta & magis immortalitati proxima, vt dicunt Peripatetici, qui talem ademptionem intellectum adeptum nominant, & in ipso ponunt radicem immortalitatis. Nec est aliquis Peripateticorum qui animam ex materia & forma composuerit, vel aliam sibi dedit compositionem. Quinimo animam hoc modo dixerunt instrumentum intelligentiæ, & intelligentiam formam suam imprimere in animam, sicut anima formam suam imprimit in naturam corpoream. Imprimat autem anima in naturam corpoream formam suam, quando natura instrumentum efficitur animæ, & ad formam & finem animæ operatur, sicut pater in calore digestiuo, qui quamuis natura corporea sit, cuius virtus est separare heterogenia, & homogenia in se conuertere: tamen in quantum instrumentum animæ est, non hæc operatur, nec stat in hoc fine. Non enim heretogenia sibi segregat & abiicit, sed potius heterogenia membro cui parat nutrimentum, segregat & abiicit. Similiter non homogenia sibi, sed potius homogenia membris attrahit & congregat & distribuit. Similiter non in fine sibi proprio stat, interminaret enim omne quod digerit: sed terminat actionem ad formam viuæ, & aliquando ad formam viuæ & sentientis.

Si igitur eodem modo natura intellectualis imprimit



TRACTATUS II.

De impedimentis acceptis penes defectus eorum quæ essentialia sunt amicitia.

CAPITULUM I.

De principiis amicitia: penes quorum defectus impediunt accipiuntur.

14. Quæ ad amicos attrahunt, cognoscuntur ex his quæ quis ad seipsum facit.

DETERMINATIS impedimentis penes communicationem iustitiæ acceptis, quæ impediunt amicitia: ex parte ministratiōnis & retributionis, nunc de impedimentis penes principia amicitia: acceptis intendendum est. Non enim

possent accipi impedimenta nisi principia determinarentur, per quorum defectum impedimenta cognoscuntur. Non enim cognoscitur priuatio, nisi per habitum. Amicabilia autem sunt, quæ ad amicos beatitudinem determinant, & ex quibus ipsæ amicitia: diffiniuntur & cognoscuntur. Hæc autem omnia videntur in omnibus Philosophis rationabiliter loquentibus prouenisse ex his ex quibus optimè disponitur homo ad seipsum. Cuius signum est: quia quando modum amicitia: ad alium exprimere volumus, dicere consueuimus, quod diligimus eos velut nosmetipsos, innuentes quod in eo diligimus eos, in quod nosmet

imprimis in animam, sequitur necessarium, quod sensibile animæ sentiat ad formam intellectus, & vegetabile animæ ad formam intellectus vegeter, & corpus totum quantum ad partes sensibilis animæ & vegetabilis formetur & vegetetur & specificetur ad formam intellectus. Propter quod si vegetabilis quæ est in homine, hepar & stomachum & cor capræ accipiat, nihil penitus operabitur: & similiter sensibilis prout est in homine si oculos & aures & totum cerebrum ad leone accipiat, in toto cessabit eius operatio, sicut cessat operatio architecti, si accipiat instrumenta arte sua non informabilia. Fistas enim accipiens ad tibicine, nihil ædificabit. Propter quod Arist. contra Pythago. loquens dicit, quod dicere animam transcorporari, idem est dicere, quod technica tibicine induit. Hinc est etiam, quod verissime dicitur, quod etiam corpus hominis propter talis animæ vitæ receptionem secundum aliquem modum disponitur ad ipsius animæ immortalitatem. Sequitur enim ex hoc, quod oculus hominis & oculus bouis, & caro hominis & caro bouis non eiusdem sunt speciei & naturæ: & quod totum quod est in corpore hominis, secundum aliquid naturæ intellectualis sit participatum. Ex hoc etiam intelligitur, quod vegetabile est in sensibili, & sensibile in intellectuali sicut trigonum in tetragono. Trigonum enim in tetragono est secundum actum tetragoni, in quo trigonum non est actu, sed in potentia. Non enim est in ipso, nisi in potentia diuisionis & resolutionis quæ non est accepta secundum naturam & substantiam tetragoni, secundum quod tetragonum est: hæc enim non est diuisa in tetragono in quatuor trigonis, nisi secundum esse resolutionis.

His ita dispositis manifestum est qualiter in dictis tribus optime ad seipsum disponitur, & quod hæc tria non coaccidunt perfecte, nisi ei qui bonus est secundum virtutem. Videtur enim ex his, quemadmodum dictum est, mensura esse & boni propria virtus, quæ in ultimo bonitatis totam ponit naturam, secundum quod sapere dixi aliam esse virtutem hominis, & aliam bouis. Proprie autem virtus hominis est, quæ connaturaliter & non impedita perficit humanum bonum, quod est bonum intellectus: & hoc modo etiam studiosus secundum intellectuale bonum mensura est omnium aliorum. Sicut enim in discretis vnum indiuisibile mensurat in omnibus, & omnia tanto magis vnum sunt, quanto magis accedunt ad illius indiuisibilitatem: ita & omnia quæ in homine sunt, eo magis humana sunt, quanto magis accedunt ad hominis bonum, quod virtus eius est. Hoc enim est, quod in omnibus iteratur, quamuis secundum esse diuersum diuersimodè sit in ipsis: sicut etiam diuersimodè participatur indiuisibilitas vnitatis in discretis: & quod maxime participat vnitatis indiuisibilitatem, mensura efficitur omnium aliorum, quamuis non iteretur in ipsis, sed secundum quod referuntur ad ipsum sicut ad exemplar primum indiuisibilitatis.

In omnibus autem his aduertendum est, quod numerans primum semper sibi simile &

æquale est: aliter enim alia non certificaret. Vna enim & cadus & pondus diuersimodè se habentia & sibi non æqualia, nihil possunt certificare de quantitate aridorum vel liquidorum vel ponderum. Et sic est in omni natura: si enim virtus vltimum illius naturæ est in bono, nisi vno modo se habeat, nihil in tota natura certificari potest ad ipsam: propter quod varium mensura esse non potest. Sensibile autem & vegetabile torum in homine varium est: intellectus autem simplex & vnus: propter quod bonum intellectus mensura est: & homo intellectualiter viuens, omnia ad bonum intellectus referens, vnus est & potest esse mensura aliorum. Iste enim consentit sibi ipsi & omnibus, & eadem appetit secundum omnem animam superiorem scilicet mensurantem, & mediam & inferiores mensuratas: & iste vult vtique sibi ipsi bona secundum quod ipse est: & vult sibi ipsi bona quæ tali apparent bona: tali autem non apparent bona, nisi quæ similiter bona sunt. Talis etiam sibi comparat bona, vt sibi proueniant bona quæ secundum veritatem bona esse æstimant. Eius enim qui simpliciter bonus est, proprium est elaborare bonum, vt bonum quod in ipso est deperatam, bona possit perficere, & omnia hæc facere gratia ipsius, secundum quod ipse intellectus & homo est, & nec referre ad hoc quod coaccidit ei ex coniunctione animæ ad continuum vel tempus: hoc enim principium peruersitatis est, vt dicit Auicenna. Istius ergo proprium est omnia facere gratia intellectus. Vnusquisque enim homo nihil aliud videtur esse in quantum homo est, nisi intellectus quo omnia sua facit vel perficit, format & mensurat.

Hic etiam talis maxime seipsum vult viuere & in esse proprio saluari, & maxime hoc quo sapit, sicut primo intellectu. Tali enim intelligere est esse, secundum quod esse determinatur à Boëtio, quod esse est, quod ordinem retinet seruatque naturam. Studioso enim secundum intellectum viuenti proprium esse est bonum esse. Et vnusquisque talium bonum simpliciter volens, consequenter sibi vult bonum. Si autem factus sit alius à bono intellectus transmutatus, & quasi (vt dicunt Stoici) transcorporatus, nequaquam eligit secundum rectam rationem illud quod ipse factus est. Electio enim & appetitio boni, sicut dixit Socrates, secundum habitum est: tunc enim eligit ad habitum quo alius factus est, conuenientia. Quod autem sic studiosus vnus sit in diuino bono simpliciter existens, ex hoc patet, quod Deus est diuinum bonum, quod sibi bonum est: sed hoc bonum tale est esse & taliter sicut aliquando fuit & erit secundum omne æuum. Vnusquisque enim homo vniqueque sapienti videbitur hoc vel solum esse maxime, quod est intellectuum in ipso. Secundum substantiam enim hoc solum est. Sed esse autem maxime est illud: quia ab illo etiam formantur & mensurantur quæcumque sunt in ipso, tam in corpore, quam in anima. Hoc quidam sapiens suis optauit accidere, quando dixit, Vt integer vester spiritus & corpus & anima seruetur, spiritum accipiens pro patre rationali.

Et

Et tali etiam maxime competit quodcumque inductum est. Talis enim maxime sibi vult conuiuere, omnia vitæ scilicet principia referens in idem. Hunc enim hoc ipsum delectabiliter facit viuere secundum præteritum, præsens, & futurum. Talium enim valde delectabiles sunt memoria, quando scilicet appetitorum ab ipsis accipiunt recordationem. Similiter spes futurorum bene & optime sunt: quia nihil proponunt nisi bonum. Tales autem spes delectabiles sunt. Tales etiam secundum mentem abundant theorematibus siue contemplationibus optimis, in quibus delectatio est nihil habens contrarium, sicut inferius in ro. huius scientiæ probabitur libro. Talis etiam sibi maxime ipsi condoleat & condelectatur secundum totam animam: condoleat quidem in absentia bonorum, condelectatur autem in presentia. Alij autem discerpunt, in vno delectati, & in altero contristati. Omnium enim secundum totam animam idem est triste & delectabile. Si bene studiosus est, non est sibi aliud triste vel delectabile secundum partem & partem, sicut de continente & incontinente diximus. Hic enim impenitibilis est secundum totam vitam, in quantum impenitibile conuenire potest homini, & in quantum singula horum existere possunt in epiche quem super bonum dicimus.

Ad amicum autem conuenit ei se in his habere quemadmodum ad seipsum: eo quod (sicut in antehabitis diximus) amicus ipse alius est. Patet igitur, quod amicitia videtur esse horum aliquid, & amici sunt veri quibus hæc existunt. Verum autem amicitia secundum perfectam rationem amicitia sit vnus & eisdem ad seipsum vel non, relinquatur in presenti: quia hoc in octauo huius scientiæ libro determinatum est.

CAPVT II.

De impedimentis penes defectum principiorum prædictorum acceptis.

Vera igitur amicitia est in communicatione dictorum principiorum, sicut in historiis gentiliis dicitur fuisse Achilles Pacholo amicus, qui quanta & qualia in se habuit bona, tanta & talia voluit prouenire Pacholo. Qui autem talia vult prouenire alteri propter hoc quod ipse in illis delectetur & consuatur, & ad seipsum referat quæ vult amico, non amicum dicimus, sed adulatorem vel fictum. Videbitur enim amicitia esse secundum prædicta, secundum quod duo vel plura ex præinductis existunt amico: & hoc est propter hoc, quia superabundantia amicitia assimilatur amicitia illi quæ est ad seipsum: superabundanter enim amicitiam exprimentes ad amicum dicimus, quoniam diligimus sicut nos ipsos. Prædicta tamen multis videntur existere adinuicem, quamuis non boni, sed prauis sint: & hoc est ideo: quia existimant se epiches & bonos esse in his in quibus placeret sibi ipsi, & diligentes se ipsos,

summum bonum in vita in his ponentes, sicut Epicurei summum bonum ponunt in voluptate, & avari in diuitiis, ambitiosi autem in honoribus: in omnibus enim his quæ sunt ad imitationem veræ amicitia, amici adinuicem volunt esse & viuere: & si plus proficit amicitia, talia operantur & procurant adinuicem: si perfectissima sit, talia coeligunt, & in talibus conuiuunt: & in talibus condolent, & in talibus gaudent: quamuis simpliciter non sint nisi in vera amicitia. Ex quo patet, quod valde prauorum & nefariorum hominum nulli hæc existunt, nec etiam videntur existere: & si vniuersaliter loquamur etiam prauis, non tamen valde prauis hæc non existunt, nisi secundum quod & ex deceptione ignorantibus humanum bonum. Quod autem hæc talia non existunt, causa est: quia prauis differunt à seipsis: & altera quidem concupiscunt secundum appetitum sensibilem, altera autem volunt secundum rationalem appetitum. Appetitus enim communis est & rationali animæ & sensuali. Et appetitus sensibilis distribuitur in concupiscibilem & irascibilem. Rationalis autem quia simplicior est, in sola voluntate consistit: omnis enim voluntas in ratione est. Quod autem alia velit & alia concupiscat prauus, patet in incontinentibus. Hi enim eligunt & præoptant præ eis quæ sibi ipsi secundum rationem videntur bona esse, delectabilia secundum sensum, quæ sunt nocua.

Et similiter in aliis prauitatibus. Quidam enim propter timiditatem & desidiā fugiunt & recedunt ab operibus scilicet quæ existimant ipsimet optima esse secundum rationem. Propter quod quæ quidam multa & valde dura operata sunt, quæ propter malitiam nimiam quæ est in eis, etiam ab ipsis odiuntur & abominantur & detestantur, accidit se ipsos abominari & odire: & ideo accidit eis fugere viuere, in quantum quod aliquando interimunt se ipsos. Valde prauis enim & mali in seipsis requiem non habentes, querunt in exterioribus cum quibus commorentur, & fugiunt se ipsos, in seipsis nihil nisi triste inuenientes: quando enim secundum se ipsos apud se sunt, recordantur multorum malorum & difficilium & abominabilium valde quæ operari sunt in præterito, & prauos se ipsos videntes, talia altera se operaturos expectant in futurum, nullam de seipsis bonam spem habentes: quando autem cum aliis sunt & abstrahuntur à propriis, aliquando & ad tempus obliuiscuntur, ita quod talia secundum actum non considerant: secundum habitum tamen nihil eis nisi talia iniacet.

Et quia nihil amabile habent ad se ipsos, nihil amabile pariuntur ad se ipsos. Tales enim sibi ipsi neque congaudent, neque condolent secundum totam animam. Conterdit enim anima istorum: & vna quidem pars animæ propter nimiam malitiam dolet & recedit à quibusdam valde male operatis: alia autem pars in eisdem delectatur: & superior quidem pars trahit huc, à malo auertens, inferior autem trahit illuc, ad tam magnum malum inclinans. Trahunt autem ista quemadmodum sicut discerpentia animam. Et si dicat aliquis, quod

16.
Ex his quæ studiosus facit ad seipsum, cognoscitur quomodo se gerendum sit ad amicum.

17.
Hæc amicitia operari non habent prauis ad se ipsos.
1. ratio.

2. ratio.

3. ratio.

quod delectatio & tristitia non possunt simul esse in eodem secundum actum, tamen post paucum tempus valde tristantur de hoc quo ante valde secundum paucum tempus delectatus est, & pro certo volebat tam praua sibi fieri delectabilia vel facta fuisse: & sic praua pœnitundine semper replentur. Propter quod prauis etiam saltem ad seipsum non amicabiliter disponitur: eod quod nihil habet amicabile propter quod amet seipsum. Si autem sic se habere valde est miserum & nefas prauitatis indicium, valde intense & instanter fugienda est malitia, & valde intense tentandum & laborandum est epicheum, id est, superbonum esse. Sic enim ad seipsum aliquis amicabiliter se habebit tunc & alteris amicus fiet congruenter.

Obiectio.

Quod autem quidam dicunt Mahumeti sequentes errorem, quod anima cum simplex sit, in se non habet contrarietatem, & per consequens pugnam habere non potest: vel si diuersitatem habet in potentiis, non habet contrarietatem. Diuersa autem non contraria non pugnant. Hæc imperiti hominis sunt dicta. Ad pugnam enim diuersitas sufficit quæ est cum modo contrarietatis. Bonum autem ut nunc & hic quod in sensibilem agit partem, quamuis non sit contrarium bono simpliciter in mouendo, tamen modum contrarietatis habet ad illud. Mouet enim contra motum intellectus practici, & abstrahit ab illo: & ex hoc surgit, quod anima discerpitur sicut puella quæ à diuersis procis ad honestas & inhonestas nuptias per diuersas rationes delectabilium distrahitur.

Responsio.

CAPVT III.

De benevolentia secundum quod deficit ad vere amicitia rationem.

18. Benevolentia est similitudo amicitia, non tam est amicitia.

1. ratio.

2. ratio.

19. Item benevolentia non est amatio.

1. ratio.

tes motum febris in febriente. Sic enim patet, quod amatio intensiorem habet & remissionem: benevolentia autem nomen habitus est in quiete & tempore accepti, & benevolentia intensio & remissio non competit.

2. ratio.

Adhuc autem hoc modo sumpta amatio non habet appetitum: appetitus enim non appetitionis, sed appetibilis est: amatio autem prædicto modo sumpta, ipsa appetitio & motus appetitus est. Benevolentia autem est ad id quod appetitur, & non ipsius appetitionis. Amatio igitur dicto modo sumpta benevolentia non est.

3. ratio.

Adhuc amatio quidem prædicto modo sumpta, cum consuetudine quadam fit & generatur: sæpe enim videntes formas mulierum vel aliorum pulchrorum, & auditu percipientes formas delectabilium vel alio sensu, generatur in nobis cursus amoris vel fluxus in illa, quam motionem vel amationem ante diximus. Benevolentia autem etiam ex repentinis fit, quemadmodum accidit circa agonistas. Statim enim audientes vel videntes agonistas in agonisticis præcellentes, secundum benevolentiam inclinamur ad eos, & complacent nobis. Non tamen ita fluit amor à nobis in illos, quod in aliquo cooperemur eis: quod non facit amatio quæ semper frui querit amato, & operatur ad hoc quantum potest. Beneuoli enim, sicut diximus, repente fiunt, & superficialiter diligunt: nec sentiunt in eis fluxus affectus, ita quod aliquid cooperentur ad bonum vel fruitionem eius cui beneuoli sunt.

20.

Benevolentia est principium amicitia.

Videbitur igitur benevolentia amicitia principium, quemadmodum sæpe iterata delectatio per visum vel per alium sensum principium est eius quod est amare, quod amationem iam ante nominauimus, non quidem formale, vel finale, vel materiale, sed effectiuum, prout inductiuam & promotiuam ad effectiuum reducuntur. Nullus enim amat aliquid ita quod in ipsum fluat affectus, nisi specie eius vel similis prædelectatus sit, quamuis non sequatur à conuerso, quod quicumque gaudet specie vel prædelectatus est, statim amat illud. Est ergo principium sine quo non fit amatio, quamuis illo posito non necesse sit statim fieri amationem. Sed tunc fit amatio perfecta, quando eum quem amat absentem desiderat ut præsens sit, & præsentiam eius concupiscit, & toto affectu fluit in illud: & hoc modo benevolentia amicitia principium est. Non enim possibile est amicos esse, nisi facti sint adinuicem beneuoli: sed beneuoli facti adinuicem, non statim sunt amici adinuicem. Non enim sequitur, quod eo quod sunt beneuoli, amant seinuicem. Quia benevolentia sine transpositione amoris & affectus est, & sine fluxu. Beneuoli enim solum bona volunt eis quibus beneuoli sunt, simplici appetitu & voluntate: & ideo in quantum beneuoli sunt, nihil cooperantur ad hoc quod bona illa eis proueniant, neque turbantur pro ipsis si non proueniant, quod est proprium amicorum.

21.

Benevolentia potest transmutari in amicitiam.

Et quia tale principium est amicitia, quod perfectam principij non habet rationem, ideo aliquis transferens nomen ad improprietatem & metaphoram dicit ipsam principium esse amicitia.

capitulum amicitia, & cum diuturna facta est, amicitia fieri, non ea quæ est propter utile vel delectabile, sed ea quæ est ob virtutem aliquam.

amicitia. Efficic autem principium amicitia, & fit etiam amicitia illa quæ verè amicitia est, quando diuturna est & in consuetudinem adueniens. Non autem est principium illius amicitia, nec fit illa amicitia quæ est propter utile vel propter delectabile. Benevolentia enim non fit in his amicitia: beneficiatus quidem enim ex benevolentia iusta & congrua secundum dignitatem eorum quæ passus est, retribuit benevolentiam, nihil eorum ad se ipsum referens. Qui autem volens bene operatur circa aliquem, spem habens, quod per illum circa quem operatur, superabundantet bona sibi refundantur, non videtur beneuolus illi esse circa quem operatur, sed magis vult bona & beneuolus est sibi ipsi. Quemadmodum neque amicus verus est, si curet aliquem & procuret sibi bona propter quandam vtilitatem, & vtilitatem sibi ipsi sperat ab illo prouenturam vel retribuendam. Et totaliter siue vniuersaliter loquendo benevolentia propter virtutem quandam & epicheiam quandam fit, cum alicui aliquis appareat bonus secundum morem, vel in aliquo officio, sicut bonus agonista, vel bonus cirrhædus, vel fortis, vel præuidens, vel castus, vel iustus, vel aliquod talium quemadmodum de agonistis iam diximus: & hæc similitudinem ponit ad amicitiam veram, & non ad amicitiam vtilis & delectabilis.

CAPVT IV.

Qualiter concordia se habeat ad amicitiam, & in quo deficit à ratione ipsius.

22. Concordia non est eadem ac cooperatio.

Num etiam de amicabilibus videtur concordia esse. Conciliatio enim quædam cordium est & vnitas consensus, quemadmodum & amicitia: propter quod & non est omoxia quæ dicitur ab omni quod est similitudo, vel vnitas, & dextra quod est opinio vel conceptio. Hæc enim corda non vnit secundum affectum. Omoxia enim aliquando eorum est qui ignorant adinuicem & seinuicem in operibus, & affectu non cognoscunt.

23. Nec eos qui de re quædam sunt eiusdem sententia, concordantes distantur.

Stoici enim non dicunt eos concordare, qui in quantumcunque vel de quocunque consentiunt. Verbi gratia si de celestium quantitibus, vel curribus, vel præventionibus, vel coniunctionibus sic consentiant, quod vnam communem habeant conceptionem. Verbi gratia, quod sol sit maior terra, vel quod sol eclipsetur à luna, si sit infra gradus eclipticos latitudinis capitis draconis vel caudæ, non propter hoc concordare dicuntur. Talis enim communis conceptio potest etiam esse inimicorum & valde discordantium in his quæ pertinent ad vitam. De his enim concordare & communem conceptionem habere, non est de numero amicabilium: eod quod omnia amicabilia faciunt amicos sibi velle bona adinuicem in aliquo eorum quæ ad vitam pertinent. Talis igitur omoxia non est concordia. Communiter autem de concordia loquentur.

24.

D. Alb. Mag. lib. 9. Ethic.

tes concordare in aliquo ciuiliūm dicunt ciuitatis, quando consentiunt de aliquo conferente ad vitam & ciuitatem, quando omnes vnus eligunt, & communiter operantur ve hoc proueniat quod ab eis communiter opinatum est valere ciuilitate. Concordia igitur circa operabilia est ad conuersationem. Adhuc autem non circa omnia talia concordia est, sed circa ea quæ magnitudinem habent, & quæ contingens & possibile est duobus vel pluribus vel omnibus accidere vel prouenire, & non sunt operabilia per vnus. Parua enim & parum possunt conduci. Cuius exemplum est, quod ciuitates vel prouincias concordare dicimus de principatu vel de pugna. De principatu quidem si tractetur de electione principis. Verbi gratia si Pittacus qui præcipuus videbatur esse in regimine, eligi debeat in principem: si Athenienses pugnare debeant contra Lacedæmones. Cum enim omnibus videatur quorum interest, eligi debere Pittacum, & ipse Pittacus de se electioni factæ consentiat, tales concordare dicimus. Similiter cum omnes quorum interest, consentiant ad oppugnandum Lacedæmonibus, concordare dicimus Athenienses.

Concordia est circa operabilia.

25. Concordes esse non est idem utrumque sentire quidam quid eandem in sit, sed in eodem idem.

Contendere autem dicimus eos, cum uterque duorum vel plurium seipsum velit principari, vel alium & alium in quo vota omnium non consentiunt, vel quando vnus oppugnat vult, alius autem non. Contendunt igitur tales, quemadmodum in Phenissis scribit Euripides, in quibus potematibus causas litium inter discordes describit Euripides. Non enim est hoc concordare, quod vnusquisque sibi ipsi bonum velit, siue quod sibi ipsi videtur bonum, defendere: sed hoc concordare dicimus, quod omnium cor sit in vno & eodem, & omnes cooperentur ad hoc quod hoc proueniat. Verbi gratia & plebei & epiches & superboni optimos velint principari, tam in principatu regis, quam aristocraticis & timocraticis. Sic enim omnibus fit quod appetunt. Hæc igitur proprie concordia est. Ab amicitia autem deficit: eod quod non est vna communicatio concordantium sicut amicorum, nec transpositio affectus vnus est in alterum, sed omnium affectus est in vnus quod existimant communiter bonum.

26. Amicitia politica est & dicitur amicorum.

Propter quod concordia videtur esse amicitia politica, quemadmodum etiam communiter dicitur. In politiis enim amicitia ita esse non potest, quod affectus vnusquisque in omnes transponatur, vel quod in vno & eodem bono delectabili vel vtili communicant actus scilicet inuicem, sed quod consentiant in vnus quod sit conferens communitati, & ad vitam ciuilem pertinens: propter quod concordia dicitur politica amicitia, à ratione veræ amicitia deficiens, quemadmodum dictum est.

27. Concordia maxime reperitur in bonis.

Talis autem concordia est maxime in his qui epiches sunt siue superboni, bonitate illa qua dicimus bonum ciuem, & quando non est bonus homo, melior tamen & perfectus est in his quæ & boni ciuis & boni hominis sunt. Isti enim & sibi ipsi concordant secundum quod boni homines sunt, & concordant adinuicem secundum.

E e secundum

secundum quod sunt boni ciues: eò quod ipsi semper sunt existentes in eisdem, prout hoc dicere contingit de hominibus qui natura immutabiles sunt. Talium enim manent voluntates circa idem & non transfluunt instabiliter de vno in aliud, vel de contrario in contrarium, quemadmodum Eurys qui est ventus, vel turbinis tempestatis qui nunquam stat in vno modo flatus. Isti enim semper vno modo volunt iusta & conferentia, & prout homines sunt & prout ciues. Talia enim tales communiter appetunt.

Alij legunt Eurypus.

28. *Prauos impossibile est concordare.*

Prauos autem prauitate hominis & ciuis non possibile est concordare, nisi fortè in parum & in paucum tempus, quemadmodum in præhabitis diximus de amicitia prauorum. Cuius causa est: quia tales sunt abundantiam appetentes in bonis & vtilibus sibiipsis: plus enim semper volunt habere in bono, minus alijs attribuentes. In laboribus autem qui pro communitate sustinendi sunt, & ministracionibus siue expensis faciendis deficientes esse desiderant, vt minus scilicet conferant de labore & expensis. Vnusquisque enim talium volens hoc proprium, conciuem persequatur & prohibet eum ne in bono plus habeat vel æquale, sed in laboribus & expensis sustineat, & sic commune non seruat quod ad ciuilitatem pertinet: hoc autem est æquale esse in damno & lucro. In omnibus autem his qui sunt commune hoc non seruantes, perditur hoc commune ciuilitatis principium. Propter quod accidit talibus contendere iniuicem, & non concordare. Tales enim sunt adinuicem cogentes plus in damno habere, & minus in lucro: & accidit eis, quòd sint nolentes iusta facere secundum hoc commune iustitiæ ciuiliis principium, quod est æquale in damnis & lucris custodire secundum arithmeticam vel geometricam proportionem.

Si autem conquiratur, vtrum concordia iniuicem sit, statim patet, quòd non habet perfectam virtutis rationem, sed aliquod est quod non est præter virtutem, & dispositio qua disponitur quilibet ad concordandum alijs in bonis, & quoddam potest esse amicitia principium sicut & beneuolentia. Si enim amicus est, concors est: sed non si concors est, conuenit & amicus est: sed tantum potest addi ad concordiam, quòd amicitia erit, sicut etiam de beneuolentia dictum est.

CAPVT V.

De beneficentia, qualiter se habeat ad amicitiam.

Beneficentia autem aliquid esse videtur amicitia. Proprium enim amicorum est amicis benefacere, & bene rebeneficiare eum cui benefactum est. Hoc autem ex duobus elicitur. Aliquando enim mouet ad hoc bonum & pulchrum & liberale quod in ipso actu beneficentia est. Est enim bonum & bonum facere & per se laudabile: & sic beneficentia & beneficentia aliquid est liberalitatis & magni-

ficentia. Aliquando autem hoc quidem non mouet, sed affectus in amicum transpositus, cum quo omne bonum quod in affectu amici est, in amicum transluat: & hoc modo beneficentia conditio amicitia est. Non est autem conditio nisi vera amicitia. In amicitia enim vtilis vel delectabilis non transluit simplex bonum, sed transluit vt resuat abundantius, quod venditioni vel mutuo magis assimilatur quam beneficentia. Deficit tamen beneficentia ad vera amicitia rationem. Ministratio enim amicitia secundum totum est quod est & potest & habet amicus: beneficentia autem secundum aliquid est & non secundum totum.

Taliter autem benefactores communiter magis videntur magis amare beneficiatos ab ipsis, quam beneficiati amant benefactores. Beneficiati enim bene passi sunt secundum receptionem, benefactores autem bene cooperantes secundum ministracionem. Cum autem præter rationem factum esse videatur, quòd benefactor plus amat & minus amatur, oportet de hoc questionem facere & determinare veritatem. Rationabile enim videtur esse, quòd qui alium beneficio præuenit, plus etiam ab ipso diligetur: cum communiter fiat conuerso: pluribus autem hominum accidere videtur: propter hoc quod recipientes beneficia ex ipsa receptione obligantur, debent, & debitorum efficiuntur benefactorum: beneficiariis autem debetur fieri recompensatio secundum beneficij quod impenderunt dignitatem. Dicunt enim, quòd quemadmodum in mutuis datis & acceptis illi qui debent ex receptione, vellent non esse quibus debent, vt sic à redditione absoluerentur: accõmodantes autem siue mutuum dantes, multam curam habent de salute debentium, ne perdant mutuum & mutui lucrum quod dederunt: ita etiam benefactores volunt esse & saluari eos qui ab ipsis bene passi sunt secundum receptionem. Similes enim illorum lucrantur gratiosas reparationes beneficiarum. Beneficiarij autem non curant reddere gratias acceptas. Ex hoc enim videtur eis, quòd minorantur in bonis. Huius autem reparationis auctor est Epicharmus poeta, qui multos hoc dicere dicit, beneficiatos hoc facere, & ex malo auaritia & ingratitude inuidere, & respicere suos benefactores: & ideo non tantum amare eos, quantum amari sunt. Dicunt etiam, quòd hoc assimilatur humano. Humana enim natura multipliciter ancilla est, & multis indiget: propter quod libenter accipit & inuitè rependit. Multi enim vt in pluribus immemores sunt beneficiorum acceptorum, & magis appetunt benepati secundum receptionem, quam benefacere secundum beneficiarum ministracionem.

Hæc autem causa non videtur esse conueniens: vera enim causa huius non est ex moralibus, sed ex principijs naturæ sumenda est. Nec est hæc causa similis ei quæ est circa accõmodantes, in quibus etiam accõmodans plus amat salutem eius cui accõmodauit, quam ametur ab ipso. Circa accõmodantes enim non verè est amatio, sed voluntas salutis, ei qui accõmoda-

29. *Videntur hi qui beneficia contulerunt, magis eos amare in quos beneficia colata sunt, quàm hi qui acceperunt, eos qui contulerunt. Ratio apparet.*

metaphy.

Vera rationes.

commodatum est, lucri gratia est. Benefactores autem amant eos quibus benefecerunt, & diligunt eos qui bene passi sunt ab ipsis, etiam si nihil vtile sit in præsentia, neque posterius in futurum aliqua vtilitas speretur ab ipsis, quemadmodum expresse videtur in artificibus. Omnis enim artifex proprium opus diligit magis quam diligatur vtiq; ab opere, etiam si opus ipsum animatum esse per impossibile ponamus. Maxime autem hoc apparet circa poetas, quorum opus non ad aliam refertur vtilitatem, sed placet per seipsum. Poetæ enim superdiligunt propria poemata, diligentes ea quemadmodum filios. Quemadmodum enim in filiis generantis respicendæ natura, ita & in poematibus poetæ respicendæ intellectus. Et tali aliquo assimilatur vtiq; opus beneficiorum. Ille enim qui benepassus est ab ipsis, quodammodo opus ipsorum ad similitudinem eorum formatus in bono quod recepit ab eis. Benefactores igitur hoc opus magis diligunt, quam è conuerso opus diligat facientem & formantem se in beneficio percepto. Si autem subtiliter respiciatur, hæc huius vera causa in naturalibus est accepta. Sicut enim omnes desiderant scire, & maxime desiderant hoc scire quod principium omnis scientia est: ita omnibus eligibile & amabile est esse, & maxime hoc esse quod in ipsis omnis esse principium est. Esse autem hoc in homine sicut iam ante determinatum est, est intellectus quod in homine principium est omnis esse in sensibili & vegetabili & toto corpore. Et sicut dicit Aristo. in epistola de principio vniuersi esse, hoc est tanquam centrum ex quo fluit esse in omnia & in omnibus quæ secundum aliquid & non simpliciter esse habent.

Hoc autem esse duplex est: in habitu quidem vt in somno sopitum: in actu autem & agere vt in vigilia sulcitarum & exercitarum, & vigilans, & expandens se, & suas effluens bonitates in omnia quæ per circuitum constituuntur ab ipso: & non est dubium quin hoc perfectum sit, aliud autem in potentia. Si igitur amatur & desideratur, maxime desideratur, secundum quod in actu est & secundum hoc quod in actu esse demonstratur. Hoc autem in sequentibus magis erit manifestum. Faciens igitur & per modum operantis & facientis se habens, est opus scilicet quodammodo, sicut filius est pater quodammodo: est enim intellectualis boni resplendentia & imago: & quodammodo vnum esse formale est facientis & operis constituitur. Sequitur igitur, quòd factor diligit opus suum: propter hoc quod diligit suum esse secundum quod factor est. Principium autem talis dilectionis naturale est. Idem enim esse quod factor est potentia vel virtute actiua, hoc etiam opus constitutum nuntiat in actu & agere.

2. ratio.

Diximus autem iam, quòd benefactoris bonum & optimum non est in habitu, sed secundum actum. Gaudet ergo in illo in quo esse suum in esse demonstratur. Econtra autem benepatienti nullum tale bonum & esse est in operante. Si enim aliquid habet in operante, hoc non est nisi bonum conferentis: quia sciet benefactor vtilis fuit beneficiato ad bo-

D. Alb. Mag. lib. 9. Ethic.

num consequendum. Diligit ergo benefactor opus suum vt bonum simpliciter: beneficiatus autem beneficientem vt vtilem & conferentem. Minus autem diligitur conferens, quam bonum simpliciter: eò quod conferens nõ diligitur nisi propter bonum: & ideo bonum plus diligitur, quam conferens. Benefactor ergo plus diligit beneficiatum, quam beneficiatus beneficientem.

Huius autem & alia ratio est: quia in delectabilibus præsens quidem afficit & delectat secundum operationem quæ actu est: futuri autem non delectabilis nisi spes quæ minus afficit & delectat: in potentia enim est quod futurum est: facti autem in præterito delectabilis memoria est, & secundum hanc solam afficit & delectat, minus autem quam præsens, eò quod iam præterit, & non saluatur nisi in imagine præteritionis. Inter hæc igitur delectabilissimum est præsens quod secundum operationem est & actum. Est igitur simpliciter amabile. Cum igitur opus benefactoris diuturnum sit & manens secundum præsens: benepassi autem siue beneficiati vtile quod habuit in benefactore, transit: cum enim adeptus, est iam transit vtilitas conferens ad hoc vt adipisceretur: sicut transit ædificatio facta iam domo, & sicut transit fleuothomia vel vltio adepta iam sanitate. Diligit ergo magis benefactor opus quod manet in omne præsens, quam beneficiatus benefactorem propter vtilitatem quæ transit in præteritum. Adhuc autem si hæc etiam ad eandem temporis differentiam referantur, sicut ad præteritum, memoria bonorum quæ per se bona & per se appetibilia sunt, simpliciter delectabilis est, vel magis delectabilis quam memoria propter bonorum alterum. Benefactor ad opus suum se habet sicut ad bonum per se: beneficiatus autem ad vtile quod habet in benefactore, se habet sicut ad bonum propter alterum. Minus ergo afficitur beneficiatus ad benefactorem, quam benefactor ad beneficiatum. In expectatione autem futuri quantum ad aliquid è conuerso se habet: in illo enim prius expectatur vtile quam bonum finale quod per ipsum aliquis consequitur. In affectu autem eodem modo est: plus enim afficit finale bonum, quam vtile ad ipsum. Vnde quamuis in præterito bonum finale magis sit propinquum quàm vtile quod fecit ad ipsum consequendum, & in futuro vtile magis propinquum quam bonum finale: tamen in efficiendo semper bonum finale magis afficit quam vtile: benefactor igitur magis afficitur beneficiato, quam è conuerso.

3. ratio.

Amplius amatio quæ est in actu benefactoris, factiõni & actioni assimilatur: amari autem quod est in beneficiarione beneficiari, assimilatur ei quod est pati: & quamuis actio & passio, vt quidam dicunt, idem sint in substantia: tamen actio secundum quod est actus perfectus, in agente est, & passio secundum quod est actus imperfectus, in patiente est. Passionem autem dicimus receptionem actionis sicut est motus in agente quidam & ab agente actus perfectus: in patiente vero & motus actus imperfectus & imperfectus est. Est igitur excellens

4. ratio.

E e 2 lentiã

lencia boni in actu & in agere: beneficiatio autem in pati & in recipere. Hanc eandem habitudinem sequitur amare, & amabilia esse. Sequitur ergo benefactorem qui agit, beneficiatum magis amare & magis sibi amabile esse: beneficiatum autem minus amare benefactorem & minus sibi esse amabilem. Propter quod & omnium Dominus & Deus dixit, magis beatus est dare quam accipere.

5. ratio.

Adhuc autem quæ laboriosè fiunt, omnes communiter magis diligunt, quam ea quæ minori labore constituuntur. Verbi gratia, hi qui pecunias vel diuitias possident propriis laboribus acquisitas, magis diligunt eas quam illi qui accipiunt eas sine labore datas siue collatas. Benefati autem in accipiendo videtur illaboriosum esse secundum exteriorem laborem: propter enim & illaboriosè omnes accipiunt. Benefacere operosum est & cum difficultate. Magis ergo amat benefactor benefi-

ciatum quem operosè in bono constituit, quam beneficiatus benefactorem à quo promptè & sine difficultate accipit.

Et huius simile est, quod matres magis sunt amatrices filiorum quam patres. Quamuis enim in principio commixtionis æqualis patris & matris sit delectatio: tamen in ea quæ deinceps est in prægnatione & enutritione, laboriosior est cura matris quam patris. Est autem & alia causa eiusdem, quod matres magis sciunt suos esse filios, quam patres sciant esse suos. Ex alieno enim semine potuit concipere: quæ suspicio dimittit in dilectione patris. Hoc autem omnino simile est in benefactore & beneficiato. Benefactor enim scit de quali & quanto & quam suo benefacit: beneficiatus autem suspicari potest, quod non de suo benefacit: & propter hoc minus diligit benefactorem, quam diligitur à benefactore.

Mater plus patre diligit natos.

2. ratio.

& renascentium caput est: quia multi fida est & per infinita diuisa delectabilia quæ non sunt de hominis natura. Propter quod Homerus à Perseo hanc interfecit dicit auctore vultu: eod quod nullus vultum propriæ animæ conuertit ad ipsam, nisi statim veneno ipsius interficiatur. Qui autem vultum auerit, & contemnit, eam interficit fugiendo. Vultus autem animæ intellectus est: hic enim anima est secundum seipsam. Amator ergo sui ipsius, amator est proprii intellectus & boni quod secundum intellectum est.

Huius autem sententiæ concordant omnia proverbia quæ de amicitia dicta consueuerunt. Verbi gratia, quod una anima sit amicorum. Una enim anima secundum affectum esse non potest, nisi in eo quod vnum est: hoc autem est bonum & honestum. Hydra enim secundum quod iam diximus, vnius capitis non est. Similiter & illud quod est, quod communia sunt quæ amicorum sunt, & ut quidam dicunt, boni vnanimita, hoc est, obsequentia ad bonum vel bonum colentia: nulli enim secundo in concupiscentiis communicant, nec aliquem in continentia colunt bonum, vel ad bonum obsequuntur. Et hoc similiter quod dicitur, quod amicitia æqualitas est: nulla enim æqualitas secundum aliquam proportionem in concupiscentiis incontinentiis concordat. Etiam hoc quod dicitur, quod genu tibiæ est propinquum: tibia enim à genu accipit virtutem mouendi: genu enim immobiliter ligat tibiam, ne motu dissoluatur & separetur: sic amicus omnis motus sui principium habet in amico, & impossibilitatem separationis à vi amoris illius. Hæc enim omnia proverbia vera existunt ex his in quibus bene disponitur homo ad seipsum. Maxime igitur amicus erit talis, & in talibus sui ipsius: & id quod maxime amandum est, maxime est ipse secundum seipsum. Dubitatur autem conuenienter, eod quod rationes sunt ad utramque partem, qui istorum sequendi sunt: eod quod ambo credibiliter proponunt.

31. Determinandum quomodo & quo modo vera sint quæ dicta sunt.

32. Qui amatorem sui repræsentant, eum amatorem sui vocant, qui corpus & partem animæ rationis experient amant.

Oportet igitur fortè tales sermones diuide- & distinguere, & determinare per diffinitionem in quantum utriusque & in quo verum dicunt. Si enim accipiamus qualiter utriusque amatorem sui dicunt, fortè utriusque manifestum erit in quantum & in quo isti & illi verum dicunt.

Dicamus ergo, quod illi qui amatorem sui ad opprobrium referunt, amatores sui vocant eos qui sibi ipsi plus tribuunt in pecuniis, & honoribus, & delectationibus corporalibus, & in omnibus quæ lucrantur vocantur, quæ scilicet non tantum lucrantur homines ut census quos possident, sed & ipsa ad se trahunt homines, ut quasi lucrati sint homines ab illis & possessi: quemadmodum dicit Prolemæus, quod homines lucrantur census, & census lucrantur homines vice versa. Hæc enim omnia multi appetunt, & propter hoc inuicem pugnant, ut vel soli obtineant, vel plus aliis, & referantur ad se ipsos, sicut dicunt Philosophi qui Epicurei vocantur. Hi enim dicunt studentem esse, quod talia sint optima entia & D. Alb. Mag. lib. 9. Ethic.

summa bona ad vitam hominis, quemadmodum dum Sardanapalus fecit & imitatores ipsius. Circa hæc enim & talia auari plus aliis habere cupientes, largiuntur & indulgent se concupiscentiis, & vniuersaliter passionibus, & donant se irrationali parti animæ. Quæ quidem anima proprii hominis non est, sed endeclia quædam & perfectio & forma corpori ad hærens, & extra corpus nihil agens. Anima autem hominis ut homo est, separata à corpore, substantia est, etiam ea quæ corpori coniuncta sunt quantum vnicuique particulæ possibile est, trahens ad seipsam. Appellatio enim qua tales philauti, hoc est, amatores sui ipsorum vulgariter dicuntur, inde accipit ortum, quod tales multi sunt. Multi enim amant concupiscentias: & tales concupiscentiæ non sunt nisi à prauo, & à prauitate denominatæ. Iusta igitur ratione exprobratur taliter philautus, hoc est, sui ipsius amator.

Quomodo igitur illos qui talia sibi tribuunt, multitudo communis consuevit dicere philautos, non immanifestum est. Si enim aliquis studet semper iusta agere, & ipse maxime bona vel temperata & alia quæcumque sunt de numero eorum quæ secundum virtutem determinatæ, & (ut vniuersaliter loquamur) semper bonum quod secundum seipsum bonum est, sibi ipsi acquirit, nullus de communi plebe hæc dicit philautum, nec vituperabit ut exprobrabilem existentem. Hæc igitur est sententia communiter loquentium de philauto.

Siquis etiam hoc subtiliter inspiciat, aliorum his contradicentium sententia videbitur magis vera. Videbitur enim talis magis dicendus esse philautus, qui bona simpliciter tribuit sibi ipsi secundum quod ipse est: hæc enim sibi ipsi tribuit optima & ea quæ sunt maxime bona: largitur enim ipsa principalissimo sui, & sui ipsius gratia. Principalissimo enim hominis omnia alia obediunt, sicut mora ab ipso & mensurata & informatæ. Iam enim ante diximus, quod intellectualis substantia quæ anima hominis est, & imago intellectus vniuersaliter agentis, & effectus luminis ipsius in corpore hominis, sicut centrum est se habens in pyramide, cuius basis sine circulus super quem stat pyramis, in toto extendatur corpore, & ad omnia organa determinatur & circumducitur. Cuius signum est, quod motus omnium organorum est sicut in centro quod est in cono pyramidis, & est sicut principium eius. Musculus enim qui extra membrum est, lineis neuralibus diffusis per totum membrum motus membri est ad omnem partem, & non est ad vnum sicut motus naturæ corporalis. Dicit autem Arist. in 2. de anima, quod id quod est in parte, oportet in toto accipere. In tota igitur anima sic erit, quod illud quod est per modum centri, substantia & primum in anima est, & sicut principium omnibus aliis influit, quod vitæ sint causa & principium operationis. Cuius imaginatio est, sicut si dicamus solem esse in nube diuersæ dispositionis, & obscuritate & claritate, & radiis rotam nubem implentibus. Radij enim in sole purissimi sunt: secundum autem quod à sole distant diuersimodè secundum diuersam nubium dispositionem in di-

33. Qui amatorem sui defendit, eum appellat amatorem sui, qui quod in se nobilissimum est, amat.

Tex. c. 9.

E c 3 uerfos



TRACTATUS III.

De dubitationibus consequentibus ad ea quæ de amicitia determinata sunt.

CAPVT I.

Quis secundum virtutem sit amator sui ipsius.

30. Dubitatio, Viri oportet seipsum maxime amare? Videtur, quod non.

2. ratio.

His autem de amicitia determinatis, consequenter determinandum est de dubitationibus & quæstionibus quæ sunt de amicitia. Quia autem amator sui ipsius, omnium aliorum mensura est, quæritur primo, quis sit amator sui ipsius quæ Græci philautum vocant? Dubitatur enim à quibusdam, verum oportet maxime amare seipsum, vel alium aliquem plus quam alium oportet amare? Communiter enim loquentes increpant & increpabiles dicunt eos esse, qui se ipsos maxime diligunt & plus quam alios. Vocant enim philautos vel amatores sui, qui ut in turpi sunt sui ipsorum amatores.

Prauus enim esse videtur, qui sui ipsius gratia omnia videtur agere: & quanto aliquis est deterior in concupiscentiis & ira, tanto magis acculant eum ut sui ipsius amatorem. Talis enim nihil agit à seipso, sed potius à concupiscentia prauorum, quæ concupiscentiæ in ipso sunt, & nihil agit propter virtutem vel amicum: & sic omnia videtur referre ad seipsum. Epiches autem, quem super bonum sæpe diximus, omnia agit propter bonum virtutis, vel propter amicum: & quod sui ipsius est,

secundum se præterit & negligit intuitu virtutis & amici. His igitur rationibus amator sui ipsius est superfluous, qui omnia facit intuitu sui, nihil autem intuitu virtutis vel amici, priuatum & non communicabilem habens amorem.

Rationibus autem veris de natura hominis acceptis hæc opera dissonant non irrationabiliter. Aiunt enim omnes verè de moralibus philosophantes, quod maxime oportet amare amicum, & plus quam vilem vel condelectabilem. Ille autem maxime amicus est & maxime ut amicus amat, qui ei cui maxime vult bona, amici gratia vult bona, & vult ei bona etiam si nullus sciat, nec etiam aliqua retributio fiat. Secundum autem omnia ea quæ in præcedentibus dicta sunt, mensura bonorum accipitur ex his in quibus homo amat seipsum. Hæc enim maxime existunt & primo vnicuique ad seipsum secundum quod ipse est. Reliqua enim omnia quibus amicus determinatur amari, ex his accipiuntur quibus homo oprime determinatur ad seipsum. Dictum est enim in præhabitis, quod omnia illa quibus bene disponitur ad seipsum & amicus est sui ipsius, extendit ad alios qui in vera amicitia, & tunc est amicitia perfecta quando diligit alium ut seipsum. Qui autem in concupiscentiis, & in aliis iræ & ambitionis incontinentiis seipsum diligit non secundum quod est ipse, sed in se diligit multipliciter, hydram, & ventositatem. Hydram enim Stoici concupiscentiam vocauerunt qui multicipur &

Contra videtur oportere seipsum maxime amare.

versos trahuntur colores, & quidam efficiuntur albi, quidam autem cærulei, quidam verò rubei, quidam verò virides, & alij fusci, quidam etiam nigri: & in his omnibus diversum accipiunt esse & operationem. Et secundum Peripatericorum sapientiam sic habet se anima ad potentias organicas, quod anima quæ vere est anima hominis vt homo est, secundum seipsam separatus est intellectus, propter quod incorruptibilis & perpetua est. Potentiæ autem quæ sunt actus organorum, emanationes sunt ex ipsa per esse differentes, & per esse corruptibiles, & endelechiæ organorum: secundum substantiam autem secundum quam conferantur ad animam, incorruptibiles sunt & separabiles. Propter quod patet, quod ea quæ conueniunt homini secundum appetitum rationis potentiarum in esse sic differentium ab anima hominis secundum quod homo est, non conueniunt ei secundum quod homo est, sed conueniunt homini secundum quod animal est, & conueniunt ei secundum quid & non simpliciter.

Quemadmodum ciuitas in regimine ciuitatis est principalissimum quod videtur esse in ciuitate, sicut est rex, vel melius monarcha: & quemadmodum omnis alia congregatio aristocratia scilicet & timocratia est principalissimum quod est in ea, & quod omnibus aliis influit & formam & motum. Sic ergo & homo & principalissimum est quod in homine est, & philautus vtique maximè erit talis qui hoc diligit & colit, & huic propria procurat, & largitur ei quæ secundum ipsum appetit.

Cuius signum est, quod continens & incontinens dicitur ab eo quod est intellectum tenere vel non tenere alia quæ sunt in homine. Sic ergo homo ab hoc simpliciter est. Adhuc autem inter omnia quæ dicuntur acta hominum vel ab homine, illa dicuntur maxime hominis acta quæ cum ratione & voluntariè fiunt. Voluntas autem & ratio intellectus sunt. Homo igitur secundum se etiam intellectus est: quia est substantia intellectualis. Manifestum est igitur, quod homo maximè intellectus est.

Quia verò epiches siue superbonus maximè hoc diligit quod intellectus in ipso est, hoc enim est eius quod simpliciter verum & simpliciter bonum est, & non eius quod est bonum hic & nunc, sequitur quod solus epiches philautus est, & est secundum aliam speciem & formam quam sit ille philautus qui est exprobratus, & intantum differens ab ipso, in quantum differt secundum rationem viuere ab eo quod est appetere id quod videtur hic & nunc conferre secundum sensibile desiderium. Omnes igitur recipiunt & laudant eos qui student circa bona actiones secundum omnes differentias virtutum. Quos autem recipiunt & laudant, illis non exprobrant. Omnes igitur taliter laudant philautos. Si enim omnes contendunt ad bonum simpliciter, & omnes intendunt optima agere, proculdubio communiter omnibus erunt & proueniunt omnia bona quibus indiget ad vitam, & vnicuique secundum propriam naturam proue-

34. Qui maximè sui est amator, tantum differt ab eo qui reprehenditur, quantum vita cum ratione à vita est perturbatio.

nient ea quæ sunt sibi maximè bona. Tale enim bonum est, quod est vnicuiusque secundum cuiuscunque bonum propria & naturalis virtus.

Propter quod eum qui verè philautus est, oportet esse bonum simpliciter. Si enim philautus est, in propriis iuuabitur bona agens quæ simpliciter bona sunt, & alios iuuabit secundum idem. Talem autem oportet non esse malum. Malus enim lædet seipsum, proprium diminuens bonum. Lædet autem & proximis, prauas passiones sequens, quibus corrumpitur & distrahitur à proprio. Malo enim homini semper dissonant ea quæ agit, ab eis quæ oportet secundum intellectum proprium agere. Omnis enim intellectus purus & concupiscentis non inebriatus, eligit optimum quod & secundum seipsum optimum est, & sibi optimum. Epiches autem siue superbonus in omnibus & per omnia obedit intellectui.

Verum enim est quod communiter de studio dicitur, quod scilicet oportet eum agere multa amicorum gratia, & multa agere patriæ gratia. Intellectui enim intantum obedit, quod & si oporteat eum mori, à talibus non desistit. Propter obedientiam enim intellectus quasi vt nihil proiicit pecunias & lucra & honores exteriores, & vniuersaliter loquendo omnia bona quæ communiter bona pugnabilia vocantur. Hæc autem sunt ad quæ constantes pugnant qui sensibilia desideria prosequuntur. Hæc omnia proiicit bonus, & quasi nihil reputat vt procuret hoc bonum quod sibi ipsi bonum est secundum quod ipse est. Hoc autem est magnum intellectualis vel virtutis bonum. Propter quod dicit Michaël Ephesus, quod superbonus assimilatur multum scienti qui magis delectatur in paucum tempus & subito absorbere aquam frigidam & limpida, quam diu bibere & paulatim ingerere aquam turbidam & cænulentam. Superbonus enim delectationes turbidas sensibiles contemns, magis mouetur magno bono, quam diu frui cænulenti concupiscentis sensibilibus. Paucum autem tempus delectari in optimis valde magis eliger, quam multo tempore quietè & remissè delectetur. Remittunt enim delectationes optimorum sensibiles concupiscentiæ. Et magis eligit bene viuere in optimis per vnum annum, quam quod multis annis viuat qualitercumque & remissè viuens in optimorum delectatione. Et magis elicit vnam optimam electionem facere & magnam, quam multas & paruas circa remissa bona. Hæc autem maximè accidunt morientibus in bello optimo: hi enim eligunt magnum bonum quod saluatur per ipsos, sicut est salus reipublica, vel salus patriæ, vel salus amicorum, vel liberalitas: propter quod proiciunt pecunias & contemnunt vitam propter bonum in quo amici bona recipiunt plura sed parua, sicut salutem pecuniæ vel vitæ, quæ bona amici recipiunt in patria. Ipsi autem morientibus magnum bonum fit, quod est esse causam salutis omnium. Ex tali enim bono amico quidem sunt pecuniæ salutæ. Superbono autem qui causa salutis est, non quidem fit bonum conferens vel vile, sed hoc quod simpliciter bonum

35. Bonum quid sit hominè amantem esse sibi oportet, ut autem vt grauius.

bonum. Id autem quod simpliciter bonum est, maius est & maximum: & hoc superbonus tribuit sibi ipsi. Quod autem diximus de pecuniis, hoc etiam facit circa honores dignitatum & circa principatus. In omnibus his enim seruat eundem modum, omnia hæc pro amico proiicit & dimittit. Hæc enim omnia talia pro amico proicere laudabile est, & bonum sibi ipsi secundum quod ipse est.

Conuenienter itaque videtur ille studiosus esse perfectissimus, qui pro salute omnium & præ omnibus eligit id quod bonum est omnium, & causa boni in omnibus. Id autem quod est contingens etiam vt hic & nunc bonum, & actiones & fruitiones quæ sunt circa id, proiicit & dimittit amico: eo quod sibi omnium bonorum melius est, quod ipse sit operans & causa, quod talia & similia bona proueniant vel saluentur amico. In omnibus enim laudabilibus studiosi proprium est contendere ad hoc quod sibi plus tribuat de eo quod maximè bonum est: hoc autem est, quod ipse sit causa salutis omnium in bono. Propter hoc enim & cælum moueri dicunt, quod cum nullo indigeat moueri, continè tamen laborare, vt sicut primum causa boni in omnibus est, ita & ipsum causæ per se assimilatur in hoc quod bonum vnicuique attribuatur & saluatur in omnibus. Sic igitur philautus esse oportet si subtiliter inspicatur, quemadmodum dictum est, & non oportet philautum (sicut multi dicunt) qui concupiscentis ducitur, & carnales sequitur delectationes.

CAPVT II.

Vtrum felix & per se sufficiens indigeat amicis.

36. Dubitatio, Vtrum felix indigeat amicis? Videtur, quod non. 1. ratio.

Est etiam dubitatio circa felicem & per se sufficientem, si aliquando indigeat amicis vel non? Quidam enim hanc questionem non subtiliter intuentes, dicunt quod non est opus amicis, beatis & per se sufficientibus. Hoc autem arguunt ex rationem per se sufficientiæ & beatitudinis. Est enim beatitudo, vt dicit Boëtius, status omnium bonorum congregatione perfectus. Omnibus autem bonis perfectus nullo indiget. Similiter autem & per se sufficiens secundum seipsum sufficiens: talis autem nullo indiget.

2. ratio.

Ab altera parte ex proprietate amici arguunt. Patet igitur ex prædictis amicis esse alterum ipsum, & amicum tribuere amico quæ per seipsum tribuere non potest. Per se autem sufficiens omnia sibi tribuere potest. Beatus igitur & per se sufficiens amicis non indiget.

3. ratio.

Arguunt etiam hoc ex hoc quod dicit Euripides in Oreste, vbi inducit Orestem loquentem ad Menelaum vocantem eum in adiutorium & dicentem, Cum Damon bene det omnia, non opus est amicis. Damon autem diuinus intellectus est & intelligens quod vnicuique necesse sit, & quo opus habeant singuli: & siquidem sufficienter ad hæc omnia ministrabit, non, dicit, opus est amicis. Si au-

tem non sufficienter Damon ministrabit, ab amicis dicit esse querenda adiutoria: & ideo Menelaum in adiutorium debere venire ei cui Damon non sufficienter ministravit. Beato autem per se sufficienti qui omni bonorum congregatione perfectus est, Damon sufficienter ministravit. Nullo ergo indiget ergo amicis non indiget.

Ex opposito videtur felici opus esse amicis. 1. ratio.

Hoc autem si concedatur, assimilatur inconuenienti. Statim enim & prima facie inconueniens videtur, cum omnia bona interiora & exteriora attribuamus felici & per se sufficienti, quod potissimum est bonorum exteriorum non assignantur ei. Amici enim potissimum sunt omnium exteriorum bonorum, & maximum inter omnia exteriora.

2. ratio.

Adhuc autem si (secundum quod omnes physici dicunt) amici magis proprium est benefacere quam beneficiari: perfectè autem boni & perfectæ virtutis, qualiter felicem dicimus bonum & virtuosum: non enim solum bonum & virtuosum in habitu esse, sed in actu benefacere. Cum autem multis contingat benefacere, inter omnes melius est benefacere amicis quam extraneis. Qui autem amicos non habet, amicis benefacere non potest. Nullius autem est benefacere ita sicut felici. Et quod huius est maximè benefacere, maximè est ei attribuendum: maximè enim benefacere est laudabilissimum: laudabilissimum ergo benefacere priuabitur felix, si dicatur non indigere amicis. Felix igitur & studiosus adhuc vt optimè benefaciat, indigebit amicis beneficiis ab eo secundum beneficentiam.

Alia questio.

Propter quod & rursus queritur, vtrum in bonis fortunis magis est opus amicis, quam in infortunis? Cuius questionis causa est: quia sicut infortunatus indiget benefactoris ad supplementa necessitatis, ita benefortunatus indiget quibus benefaciat, vel erit quasi dormiens in seipso & sopitus, nullam habens boni operationem. Et quamuis de hac questione in sequentibus post pauca tractandum sit, tamen ex causa questionis tantum accipitur, quod hoc ipso quod benefortunatus est, necesse est quod habeat quibus benefaciat. Et inconueniens fortè est, quod beatus dicatur qui solitarius est, destitutus amicis quibus benefaciat. Dico autem fortè propter contemplatiuam felicitatem, quæ non in exteriori consistit beneficentia, sed in interiori theorematum contemplatione. Nullus enim sapiens eligit vtique omnia bona habere secundum seipsum solitariam. Perfectione enim bonorum destitueretur, quod est in opere & in agere habere bona. Non enim haberet aliquem in quem diffunderet: cum hoc de ratione optimi sit, vt dicit Dionysius, optimè adducere secundum communicationem. Bonum enim semper est diffusiuum sui, & melius meliora diffundet, & optimum optima. Sicut lux solis diffusiuus est sui luminis. Est enim homo politicum animal natura, & secundum hominis bene coniuere est aptus natus & communicare bona. Si igitur desit cui communicet secundum naturam, destitueretur optimo. Oportet igitur, quod ista felici existant. Hic autem maximè habet quæ secundum naturam

Responsio.

Cap. 4. de diu. uoz.

bona sunt. Manifestum autem est, quod optimum conuiuere est cum amicis conuiuere. Et quoniam conuiuere cum his qui epiches siue superboni sunt, melius est quam conuiuere cum extraneis, & melius commorari cum amicis & superbonis quam quibuscumque nullo fœdere amicitia copulatis. Opus ergo est felici amicis: eò quod sine amicis perfectæ virtutis perfectam non attingit operationem, quæ felicitas est. Hæc autem in aliis animalibus non est. Nihil enim in natura habent liberum. Animæ enim eorum & delicæ corporales sunt ad priuatum obligatæ, & ad commune vel nihil vel parum respicientes.

37.
Felici non est opus amicis vtilibus aut delectabilibus

Si autem hoc conceditur, quærendum est quid primi dicunt, & in quo dicunt verum? Dicendum autem, quod illi communem multitudinem sequuntur. Multi enim non existimant alios esse amicos quam viles: propter quod proverbialiter dicitur, quod in necessitate probatur amicus: & talibus quidem amicis non indigebit beatus. Ex ratione enim beatitudinis omnia bona ad beatitudinem essentialiter vel adminiculariter adiuuantia existunt beato. Similiter beatus non indigebit qui propter delectabile amici sunt. Delectabile dico corporale: vel si indiget, in valde parum indiget: in hoc enim solo quod in corpore existens, sine naturali vel corporea delectatione esse non potest: quæ delectatio est moderati & temperati siue iobrij & modesti. Delectatione autem quæ est in excellentiis concupiscentiarum, non indiget: quia tales abominatur. Cum enim tota vita felicitis delectabilis sit vera & connaturali delectatione, nihil indiget superducta delectatione. Superducta autem dicimus, quæ super connaturalem in optimis delectationem & super eam quæ necessitatis corporalis est, inducitur in excellentiis turpissimarum concupiscentiarum. Vel apud communiter loquentes non indigens talibus amicis, qui propter vtile vel delectabile amici sunt, videtur amicis non indigerere: nec animalios amicos esse curat. In hoc autem forè non est verum: quia certitudinaliter verum non est, quamuis illi credant.

38.
Felix studiosus indiget amicis.
1. ratio.

Solutio ergo ad hoc redit, quod tria genera amicitia sunt, & quamuis felix non indiget amicitia fundata super vtile aut super corporale delectabile, tamen indiget amicis quorum amicitia fundatur super honestum: non quod etiam illa amicitia vtilitate vel delectatione careat, sed vtilitatem & delectationem habet coniunctam, quemadmodum in 8. determinato est. In primo enim huius scientia libro dictum est, quoniam felicitas operatio quædam est. Est autem operatio secundum perfectam virtutem, & perfectissima cum delectatione. Manifestum est autem, quod omnis operatio fit & in fieri est, & non existit res permanens quemadmodum possessio quædam, verbi gratia domus, vel ager. Quamuis autem operatio sit, non tamen est operatio vt n. otus, nisi prout motus est actus mouentis & non actus moti, & ideo operatio perfecta est. Si autem esse felicitis quod perfectissimum est in bono, est in viuere & operari, & hoc secundum actum

& agere: boni autem propria operatio studiosa est, & secundum seipsum delectabilis, quemadmodum in principio huius scientia dictum est, etenim inter omnia delectabilia delectabilius quod proprium est, & quod secundum hoc conueniens est, proprium felici est & connaturale: constat tunc, quod hanc operationem speculari in felice delectabilissimum est, & quicquid ad hoc est quod hanc operationem in se speculari felix & consideret, hoc maxime felici est necessarium. Magis autem possumus & valemus speculari proximos, quam nos ipsos: & magis valemus speculari aliorum actiones, quam proprias: sicut magis valemus vultus nostros speculari in speculo, quam in nobis ipsis. Sequitur ex hoc, quod amicorum studiosorum speculari actiones, valde delectabile est bonis. Ambo enim amici studiosi nihil habent nisi ea quæ à natura & secundum se delectabilia sunt, & vterque speculari seipsum in altero. Beatus itaque talibus indigebit amicis. Semper enim eligit & maxime vult speculari studiosas actiones, & quæ optimis propriæ sunt. Tales autem sunt actiones amici qui verè bonus est: propria enim est, quæ secundum optimum hominis conuertibilis est. Quod autem non valemus ita propria speculari sicut & aliena, exinde est, quod intellectus continuo & tempore obligatus est, & nisi ex imaginatione continuo vel perceptione subiectus, ad contemplationem simplicium bonorum, quæ per se bona sunt, vix atollitur. Propter quod vnusquisque ex alio etiam melius se cognoscit, quam ex seipso: & sicut in secundo magorum moralium dicit Arist. quod ex consideratione alterius reflectitur ad seipsum, quemadmodum aspicientis vultus à speculo reflectitur ad aspicientem.

2. ratio.

Existimatio autem communis omnium de felice est, quod oportet felicem delectabiliter viuere. Solitario igitur difficilis est vita: quia etiam propria solitarii difficulter in se considerat: & sicut in Eudemia dicitur ethica, vita felicitis dicitur esse continua & in continuo agere & actione non interrupta. Hoc autem non facile secundum se solitarii continue operari, & non interruptam habere actionem. Quia in seipso non facile speculari optima. At cum alteris sibi similibus, & ad alios respiciens à quibus excitatur ad non interrompere actiones optimas, facile est. Operatio igitur quæ secundum seipsam delectabilis est, magis continua est cum alteris sibi similibus, quam sit ei qui secundum seipsum solitarii est. Talem autem operationem oportet esse circa beatum, quæ continua & delectabilissima sit. Continuum autem dicimus quæ nullo contrario interrupta est. Studiosus enim secundum quod studiosus nullis gaudet actionibus nisi his quæ secundum virtutem sunt: his autem quæ à malitia sunt, tristatur: quemadmodum optimus musicus bonis delectatur melodiis, tristatur autem in prauis & dissonis. Est enim delectatio operatio secundum proprium & connaturalem actum, vt in septimo huius scientia libro determinatum est. Bono autem musico in quantum musico, melodia consonans propria operatio est: sicut & studioso in quantum

tum studiosus est, propria operatio est virtutis.

3. ratio.

Adhuc autem ex conuictione amici ad amicum, & quod vterque se speculari in altero, & ex tali conuiuere bonis adinuicem aschesis fit, id est, coexercitatio ad bonum ad virtutem enim exacuunt adinuicem per ipsum conuiuere quo communicant adinuicem, quæ admodum dicit poeta Theognis, qui Dei cognitor interpretatur.

CAPVT III.

De naturali eiusdem questionis solutione.

4. ratio.

EX moribus autem intendentibus quemadmodum dictum est, soluitur præinducta quæstio. Studiosus enim non statim cum natura studiosus est, sed natura susceptibilis studio sitis, per assætuem perficitur vel per doctrinam. Si autem naturalis intendamus ex propriis naturæ humanæ causam perscrutantes, videbitur nobis, quod naturæ eligibilis studiose est studiosus amicus, & quod non optimè se habeat in quantum susceptibilis boni est, nisi cum tali amico. Sapius enim iam dictum est, quod nihil est bonum studiose in quantum studiosus est, nisi quod natura & secundum seipsum bonum est: & nihil est delectabile studiose in quantum studiosus est, nisi hoc quod etiam secundum seipsum delectabile.

Quod natura bonum est, studiose boni & delectabile per se est.

Viuere est natura boni & per se delectabile.

Tex. c. 37.

Videamus igitur qua vita sumatur & diffinitur homo secundum quod homo est. Animalibus enim secundum quod animalia sunt, vita determinatur & diffinitur potentia sensitua. Hominibus autem determinatur & diffinitur vna potentia sensus & intellectus. Potentia autem determinatur & diffinitur ad operationem reducta. Actus enim sunt præiij potentiis secundum rationem diffinitiuam. Principale enim & perfectissimum vnusquisque in operatione & actu est. Hoc enim vltimum est, cui nihil vltius aduenit de perficientibus. Vltimo autem adueniens vel solum vel maxime diffinitiuum est. Viuere quo vita determinatur diffinitiuo vltimo, principaliter est sentire vel intelligere, & non potentia sensum aut intellectum habere. Propter hoc etiam in secundo de anima, ipsa anima diffinitur, quod est causa & principium huius viuere. Causa enim & principium in agere est, & sicut vigilia. Neque sufficienter determinatur per hoc quod dicitur entelechia corporis physici organici. Entelechia est sicut potentia, & sicut somnus est. Causa autem & principium vitæ in viuere est, & in continuo fluere vitam. Fluere autem tale de numero eorum quæ secundum se ipsa bona sunt & delectabilia. Propter quod omne viuens viuere appetit, nec viuere interruptit nisi per accidens, in quantum scilicet lassatur instrumenta eius quod est viuere, quæ sunt spiritus & calor. Tunc enim reuocantur ad intima, vt restituta iterum viuere valeant &

operari. De viuere autem plantarum hic nihil dicimus: quia vita illarum manifesta non est. Appetit ergo vnumquodque viuens viuere, nec potentiam vitæ appetit, nisi propter actum viuere. Hoc autem ideo est: quia viuere determinatum, & diffinitum ad esse viuens est: potentia autem viuendi indeterminata & infinita. In initiis autem quæ posuit Pythag. bonum in primo ponitur ordine. Quia bonum vnus cuiusque & optimum vltimo diffinitum est, & naturæ vnus cuiusque determinatur. Malum autem quod vt potentia deficit à bono, infinitum est. Sapius autem dictum est, quod epichi siue superbono idem est sibi bonum & natura bonum siue simpliciter bonum. Propter quod omnibus videtur id quod est superbono bonum simpliciter & sibi delectabile esse.

Studiose maxime expectabile est viuere, & sibi illud inesse sentire, valde delectabile est.

Non autem oportet ea quæ hic dicuntur de vita mala intelligere & corrupta, neque de illa quæ in tristitia est propter absentiam delectabilem. Talis enim vita indeterminata & infinita, quemadmodum & ea infinita & indeterminata sunt quæ existunt in tali vita in passionibus & concupiscentiis. Hoc autem erit manifestius in consequenter habitis, vbi de tristitia in 10. tractatum faciemus.

Si autem ipsum viuere secundum seipsum bonum est, sequitur, quod secundum seipsum delectabile est. Hoc autem etiam videtur ex eo quod omnes appetunt viuere, & boni maxime appetunt viuere: eò quod illorum eligibilis est, & illorum viuere cum multis modis sit beatissimum, viuere maximum eligibile est. Habitus enim & potentia vitæ somno sunt similia, somnus autem mortis imago. Vnde Quidius,

Strute quid est somnus? nihil est nisi mortis imago.

Longa quiescendi tempora fat a dabit.

Quies ergo ab actione non est optimum, sed in ipso agere consideratur optimum.

Naturalia autem inspiciendo videns sentit, quia videt & percipit: & audiens in actu sentit, quia audit: & vadens in actu, sentit & percipit, quoniam vadit, & in aliis omnibus similiter est. Quicumque enim aliquid operatur, sentit & percipit, quoniam illud operatur. Aliquo ergo sentimus sentire nostrum quado scimus, & aliquo intelligimus intelligere nostrum quando intelligimus secundum actum. Hoc autem est, sicut in ante habitis diximus, quod omnis multiplicitas sentiendi & multiplicitas intelligendi in scientifico & rationali ex vno quodam emanat, sicut radiales linee effluunt ex connaturali luce in totam basem pyramidis, cuius coniunctio est in cono in luce quæ polus dicitur pyramidis & quasi centrum exeuntium linearum: & hoc vniuersaliter & ex seipso actiuum est radialium linearum, & nullo modo passiuum & perfectum agere percipit omne illud in quo linea radialis offendit, & illud est primum vitæ principium, sicut & primum sciendi principium Aristor. dicit esse in sensu communi, qui formale & actiuum principium est sensuum particularium. In intelligibilibus autem hoc est simplex intellectus incomparabiliter intelligentias emittens, vt dicit Greg. Nazianzenus.

Quam

Cum igitur intelligere intelligentibus sit esse diffinitum, intelligens se intelligere intelligit suum esse: intelligere enim omne est plus quam essentia. Dicitur enim in præhabitis, quod esse diffinitivum animalium est sentire & intelligere, & non potentia sensus & intellectus.

Si ergo intelligere bonum appetit vnumquodque, & hoc est sibi delectabile, & sentire, quoniam vivit in vivere secundum agere, dicitur esse de numero delectabilium quæ secundum seipsum & per se delectabilia. Diximus enim, quoniam vita in tali vivere accepta est natura bonum vnicuique viventi. Si ergo sic sentire in seipso & per se est bonum sentienti, sequitur necessarium, quod id idem delectabile sit: quia convenientissimum est secundum naturam. Diximus autem vivere, quod delectabile est: quia est esse maximum hoc vivere, quod bonis est vivere delectabile est. Quia talibus bonum & delectabile, simpliciter est bonum & delectabile, non secundum quid. Consentientes enim hoc simul cum sensu boni sentire, se sentire & vivere sentiunt. Sentiunt ergo, quod secundum seipsum bonum est, & delectantur in hoc quod est bonum secundum seipsum: maxime ergo delectantur.

Iam autem habitum est, quod sicut se habet studiosus ad seipsum, ita & in eisdem se habet ad amicum. Amicus enim & alter ipse & speculum ipsius est. Quemadmodum igitur vnicuique studioso eligibile est esse quo ipse per se & secundum seipsum est, sic etiam se habet ad amicum, quod secundum idem quod per se & amici esse est, eligibilis est ei amicus & diligibilis proximè illi. Ut enim ipse est amicus, eligibile est sicut ipse. Ut autem altera est, proximè est eligibilis illi. Esse autem omnibus eligibile erat secundum prædicta, & propter hoc quod sentire seipsum bonum entem, est sentire proprium esse. Talis autem sensus & perceptio delectabilis est propter seipsum. Hæc autem virtutem qua sic intelligimus & sentimus, quod sentimus, quidam antiquorum attentivam vocaverunt. Sentiens autem suum esse vel intelligens, cum suo esse & ex suo esse consentire oportet etiam amicum quantum amicus, hoc est, quod ipse est. Tale autem sentire amicum cum suo fiet in communicare amicos, & in communicare eos sermonibus adinvicem, & in communicare mente, quæ omnia mensurat & accipit secundum veritatem. Mente enim communicare, hoc est, conuiuere quod in hominibus est secundum quod homines sunt. Non enim conuiuere hominum est sicut pecorum, quæ conuiuere dicuntur quando pascuntur in eodem pabulo vel loco, sed conuiuere hominum est operationibus mentis communicare.

Si ergo secundum prædicta esse quod beato attribuitur, eligibile est secundum seipsum, eod quod est natura bonum & delectabile: esse autem amici proximè est illi, sicut speculum ipsius existens: sequitur etiam, quod amicus eligibilis sit seipso, sicut esse proprium. Quod autem eligibile est, felici, oportet existere & attribui felici. Vel, si dicitur, quod non attribuitur ei, sequitur quod indigens erit. Dicitur

Studiosus ut ad seipsum, ita se habet ad amicum.

... ut sentit sibi amicum esse, cum ipso vivendo communicando.

enim Tullius in Horrenso dialogo, quod beatus est, cui omnia oprata succedunt. Felicitanti ergo secundum actum felicitatis ex ista naturæ consideratione opus erit amicis studiosis cum quibus conuiuat & communicet.

CAPVT IV.

Verum plures conuenit habere amicos, & ad quem numerum determinatum.

Quæritur etiam quod & à principio octauo tactum est, vtrum plures & ad quem numerum determinatos faciendum esse est amicos? Ad hoc autem dici posset disputaonis gratia, quod quemadmodum in peregrinatione siue hospitalitate prudenter dictum esse videtur, quod antiquè dictum est, Neque multum volo esse peregrinus, neque vocari nullo modo peregrinus. Hospitem enim peregrinari est necesse ad recipientis voluntatem, & in his quæ placent recipienti conuersari. Peregrinum enim hic quemlibet extraneum dicimus receptum ab extraneis, & recipientem extraneos. In talibus enim & recipientem necesse est peregrinari ad receptum, & receptum vice versa ad recipientem in conformitate conuersationis. Propter quod dicere consueuerunt, quod difficile semper est esse in hospitalitate, & quod vita neque est hospitandi de domo in domum. Sic igitur dicunt, quod etiam in amicitia congruit, scilicet quod neque congruit nulli esse amicum, neque è conuerso multos amicos habere secundum superabundantiam. Secundum superabundantiam autem dico propter civilem amicitiam, quæ quod ad plures est, eod melior est. Hæc enim sine communicatione & affectus transpositione in simplici consistit concordia. Amicitia autem secundum superabundantiam dicta, secundum omnem speciem amicitie non potest esse ad plures. Ad plures enim vel plurimos impossibile est communicare taliter.

In his quidem enim amicitis quæ ad utilitatem sunt, hoc quod dictum est de hospitalitate, omnino videtur congruere. In talibus enim qui ministrantem recipit, ex ipso vinculo amicitie tenetur ministrare tanta vel plura, quanta recepit. Plurimis autem ministrare laboriosum est valdè. Et hæc agere continè ad multos vita secundum facultatem non sufficit. Multi enim qui sibi sunt ad vitam propriam sufficientes, per scrutatores tamen sunt à quibus, ampliores recipiunt ministraciones, & per hoc impeditiui sunt ad bene vivere secundum omnem modum bene viuendi, siue bene vivere dicatur commodè vivere, siue quietè vivere, siue secundum facultates sufficienter vivere, siue studiosè vivere secundum virtutem actiuam vel contemplatiuam, semper impedit bene vivere plurimis ministrare. In tali amicitia nihil opus est plurimis amicis. Sed in ea quæ propter delectationem est plurimis condelectari difficile est. Pauci enim ad delectationem sufficiunt corporalem: ex crescentes autem in plurimos delectationem impediunt, quem

39. An plures eod ciliandis sint amici, vel pauci, ut de hospitalitate dictum est, Hospite ne carereas, hospes neq; pluribus esto.

40. In amicitia que ob utilitatem constant, vel voluptatis, locum habet quod dicitur est de hospitalitate.

quemadmodum in cibo paucum sal & modicum sufficit ad delectamentum: plurimum autem natura abhorret, & statim abluere desiderat per potum. Nullum autem ad cibum appositum sal, cibum relinquunt inspidum, quemadmodum & vita eius insipida est, qui nullum habet amicum. Propter quod antiqui dixerunt, quod homo acharis est quasi fabula. Acharis enim sine condimento gratiæ est, nulli gratus, & nulli carus, sicut fabula vana, cui nihil subest utilitatis vel delectationis. Aut enim prodesse volunt, aut delectare poetæ in confictione fabularum.

In his autem amicitis quæ studiosorum sunt, quæritur, vtrum studiosos plures vel plurimos secundum numerum conuenit amicos esse: Ad hoc autem dici potest, quod quædam mensura est amicabilem multitudinis, quemadmodum quædam mensura construendæ ciuitatis. In paucum enim respiciendo, ex decem hominibus non potest fieri ciuitas. Nimis enim pauci sunt tum ad regimen, tum ad defensionem, tum ad communicationem ciuitatis. In multum autem perspicientes, videmus quod neque myriadiabus adhuc conuenienter potest fieri ciuitas. Myriadias autem est decem millia, & decem myriadias, decies decem millia sunt: & si decies decem ciues ponantur, decies decem millia domorum erunt in ciuitate, & decies decem millia familiarum. Qui numerus ut in pluribus excedit ciuitatis constitutione. Constituta ergo ex paucis statim seruituti subiicitur ciuitas, non valens resistere cuiuslibet occupanti: constituta autem ex plurimis, à prouincia in qua est, non potest sufficienter recipere nutrimentum, & alia quæ sunt necessaria ad vitam. Quantum autem multis ad ciuitatem constituendam sufficiat, non est secundum vnum aliquid vel determinare. Loca enim in quibus constituantur, inæqualiter defensibilia sunt, & inæqualiter se habent ad fertilitatem communicabilium ad vitam hominis pertinentium: & quamuis secundum numerum vnum non determinabile sit, tamen secundum rationem determinabile est. Omne enim intermedium quorundam determinatorum extremorum determinatum est: & si non in se habeat determinationem, determinatur tamen ad alterum. Si enim ad quendam locum decem myriadias superfluu, decem autem homines pauci sunt ad ciuitatem construendam, omne intermedium inter decem & centum millia determinatum serit, si referatur ad loci in quo ciuitas construitur, sufficientiam & defensibilitatem. Sic igitur & amicorum secundum omnem speciem amicitie est quædam multitudo determinata, & fortè accipienda est sic, quod quantum plures sunt amici, tot & tales tenendi sunt, cum quot & qualibus poterit aliquis conuiuere secundum communicationem sine magna difficultate. Inter omnia quæ amabilia sunt, conuiuere videtur amicabilis esse.

Non enim immanifestum est, quod non est possibile homini multis & plurimis conuiuere secundum voluntatem cuiuslibet, & cuiuslibet multorum seipsum distribuere. Cui enim vni se distribuit, ab altero de necessitate abstrahitur.

41. An studiosos expediat plures habere amicos? Videatur, quod sit.

42. In amicitia studiosa non plures querendi sunt amici. 1. ratio.

Adhuc autem in studiosa amicitia amicos vnius oportet & adinvicem amicos esse: & si amici sunt adinvicem, oportet omnes adinvicem cuiuslibet commorari & distribuere seipsum. Hoc autem valdè operosum & laboriosum est in multis & in plurimis custodire.

Difficile enim congaudere & condolere familiariter multis. Si enim ponamus vnum portare filium mortuum ad sepulchrum, alium autem filiam celebrare nuptias, conueniens erit simul concidere ad vnam horam: vni quidem amicorum condelectari, alteri contristari, quod esse non potest. Forte igitur non bene se habet secundum virtutem quærere eum qui amicissimus est, ut in multum & in plurimum acquirat amicos amicitia secundum superabundantiam dicta. In politica enim, sicut diximus, bene se habet.

Sed bene se habet tot quærere amicos, cum quot sufficiens est conuiuere secundum communicationem vitæ & distributionem.

Sicut enim non contingit in amore superabundante qui Heros vocatur, multas amare amicitias: ita non contingere videbitur, quod aliquis multis & plurimis valdè & superabundanter sit amicus. Talis enim amicitia semper vult esse in superabundantia quadam. Abundantia autem amoris vel ad vnum est, vel ad paucos valdè, duos scilicet vel tres. Sicut autem etiam in rebus videtur habere. Stoicorum enim quidam in historiis Philosophorum in tota vita scribunt non esse lucratum nisi dimidium amicum, nec se vidisse vnquam amicos perfectos nisi semel duos in Perfide, quibus omnia & mala & bona dicebant fuisse communia. Propter quod etiam quartus amicorum dicitur defecisse in Platone, & Hestriano epula subtraxisse. Trium enim vel duorum in vno oprimo potest esse communicatio: ad plures autem extensa remittitur ad singulos. Si enim duo sint, vnus est ut alter: si tertius accedit, efficitur ut duorum vinculum: quartus autem in perfecta amicitia locum non habet. Hoc autem, sicut diximus & in conuersationibus obseruatum est. In ætairica amicitia quæ magis verè amicitie similis est, non hymnizatur in comædiis & tragædiis plures fuisse amicos nisi duos secundum ætairicam amicitiam: hymnizare enim laudes cantare est: & sic amici hymnizati sunt Patroclus & Achilles, & Pylades & Orestes, & Theseus & Pyrrithous: apud nos autem amicus annumerus. Sic ergo & in vera amicitia cõtigit esse. Poliphili autè, hoc est, multorum amici & omnibus familiariter potentes, nulli videntur esse amici secundum perfectam amicitiam. Sicut enim fluitius in plurima diuisus, extenuatur & aret in singulis: ita amicitia etiam in multos diuisa, extenuatur & arefcet.

Politice tamen, ut diximus, contingit amicitiam esse ad plurimos: quamuis tales non amicos, sed placidos consueuerunt appellare. Placidos autem vocant affabiles non aduersantes operibus vel sermonibus proximorum vel concinuum, sed acceptantes & laudantes & sermones & actiones eorum. Propter quod etiam placidos, quia omnibus placent, tales appellare consueuerunt. Si autem non propter placere

2. ratio.

3. ratio.

4. ratio.

5. ratio.

43.

Amicitia politica consentaneum est plures habere amicos.

placere se omnibus conformant, sed in bono conformabiles sunt, multis adhuc politice possibile est multis esse amicum, si hi qui vere epiches sunt, hoc est, in bono modesti & superexcellenter secundum morem conformabiles, absque eo quod secundum affectum in alios transponantur, & secundum communicationem vitæ & distributionem se aliis communicent & distribuunt. In amicitia autem vera quæ propter virtutem est, in quibus amici se amant propter seipsos, non contingit amicitiam ad multos habere, sed amabile talibus est inuenire & acquirere paucos tales quibus se totos communicent & distribuunt.

CAPVT V.

Vtrum in bonis fortunis vel malis magis quis indiget amicis.

44. In qua fortuna magis opus est amicis?

45. In prospera & aduersa fortuna querendi sunt amici.

46. In aduersa fortuna magis necessarii, in prospera autem honestius est habere amicos.

47. In utraque fortuna presentia amicorum inuenienda est.

44. **Q**uaritur autem iterum, vtrum in bonis fortunis vel in infortuniis magis opus est amicis? In ambobus autem eufortuniis & in infortuniis amici requiruntur propter diuersa. Infortuniati enim auxilio indigentes, amicos requirunt propter auxilium. Amicorum enim dicunt proprium esse auxiliari & in necessitatibus promptos esse. In eufortuniis autem amici requiruntur: quia conuenientius est his benefacere eum qui potest. Dicunt enim amici esse benefacere amico. Eufortunati enim qui boni sunt, semper volunt bene operari. Hos enim neque eufortunium eleuat, nec vecundantur de necessitatibus amicorum: & cum melius sit amicis benefacere quam extraneis, tales requirunt amicos quibus beneficiant.

46. Ad hoc autem dicitur, quod amicus quidem magis necessarius est in infortuniis: propter quod in infortuniis opus est vtilibus quæ auxiliantur. Melius autem in bono virtutum considerantes dicimus, quod amico magis opus in bonis fortunis. In omnibus enim quæ ad virtutem pertinent, semper melius benefacere quam bene pati, licet aliquando magis necessarium sit bene pati, quam benefacere. Propter quod eufortunati qui boni sunt secundum virtutem, querunt amicos epiches quibus beneficiant: eò quod eligibilis est bonos beneficiare & cum bonis conuersari secundum honestatis rationem, quam cum quibuscunque in bonis fortunis & etiam infortuniis.

47. In infortuniis tristari à tristitia secundum aliquid releuantur & alleuiantur ex presentia amici tristati condolentis. Propter quod quâuis aliqui dubitent, qualiter releuetur vnus amicus ex altero. Vtrum scilicet diuidendo grauitatem tristitiæ in duos, scilicet dolentem, & condolentem, ita scilicet quod condolens in se transfert partem tristitiæ? sed hoc quidem non est verum, sed releuatio fit ex delectatione presentia amici superuenientis? Sæpe hoc certum est, quod presentia amicorum sibi inuicem delectabilis est: & per hoc quod amicus condoleat amico tristato, amicus intelligens & cognoscens, quod sibi alter con-

let, statim minorem facit tristitiam. Hæc autem questio maxime propter Platonem est, qui delectationem tristitiæ dixit esse non contrariam, & sic tristitiam non releuari à delectatione presentia amici sicut à contrario. Hippocrates autem dixit, quod sicut in eodem membro maior dolor absument minorem & consumit quantum ad sensum, ita tristitia superuenientis amici quem sicut seipsum diligit & contristatum videre non potest, absument & esse tristitiam eius qui tristatus est. Propter quod etiam tristati qui boni sunt, in presentia amici confortantur & exhibent se quasi non tristatos vel minus tristatos, ne amicos presentes ex sua presentia faciant amplius contristari. Siue ergo propter hoc vel propter aliud alleuiantur contristati, ad presentem dimittantur. Non enim pertinet ad propositam intentionem: & sufficit nobis scire, quia sic est, quod tristatus amicus ex presentia amici releuatur. Presentia enim ipsorum adiuuicem mixta est, ita quod vterque miscetur altero. Ipsum enim videre amicos valde delectabile est. Ei autem qui infortunatus est, delectabilissimum est, si amici dignantur videre eum, & ipsum videre quomodo visitatur ab amico, fit ei quoddam auxilium ad non tristari, vel minus tristari. Amicus enim quoddam consolatorium est, & inter consolantia consolantius tam visione quam sermone, maxime si epidexius sit. Epidexius autem dicitur ab epi quod est supra, & dexia quod est conceptio vel opinio: & est epidexius qui semper mouet sermonem & morem in quo amico congruere possit. Talis enim nouit morem & in quibus potissimè delectatur & tristatur amicus.

48. Qui natura viriles sunt, easdem ne amici secum condolent.

In infortuniis autem triste est omni bono contristatum sentire amicum. Omnis enim bonus fugit, ne tristitiæ causa fiat amicis. Propter quod qui viriles sunt secundum naturam & oprimi, valde reuerenter & proprias tristitias abscondunt, ne ipsis contristari faciant amicos: & si tristati & infortunati, tristitiæ se non superextendant, non sustinent sibi amicum contristari. Abscondit enim tristitiam ab amico & demonstrat se amico ac si non tristatus sit vel minus tristatus. Vniuersaliter enim virtuosus virilis est, & propter hoc non complaceat sibi in complorantibus qui lugent eum: neque etiam ipse secundum seipsum in tristitia ploratius est, sed in omnibus virilitatem ostendit & non deiectionem. Propter quod quidam ad amicos dixisse refertur, non perij propter imminentes tenebras: nec operuit faciem meam caligo. Aliquando enim etiam tales qui secundum virtutem amici sunt, muliebriter gaudent in his qui sibi coangustiantur & condolent & lugent eos, & amant illos vt amicos qui sibi condolentes sunt, quos in talibus imitari non oportet: sed in omnibus imitandi sunt meliores. In omnibus enim ad virtutem pertinentibus virile muliebris melius est. In bonis autem fortunis amicorum presentia & conuersatio delectabile habet, & insuper in hoc quod amicus condelectari sentit amicum in quibus ipse delectatur, & de hoc intelligentiam accipit, multum auget delectationem.

Propter

CAPVT VI.

De modo in quo veri amici communicant.

Amicis in prosperis & aduersis vocandi sunt.

Sæpe est grauis, tristissimæ sine me fors premar.

Contra honestum est ad calamitosos ire non vocatum & promptum.

Propter quod rationabiliter videtur ad bonas fortunas vocare & inuitare amicum promptè. Bonum enim semper benefactiuum est, & benefactiuum esse bonum est. Ad infortunia autem in malis fortunis pigritate debet amicus, ne aduocet amicum ad contristationem: amicitia enim verè proprium est, vt minimum quam potest malorum suorum & tristitiarum tradat & communicet amico. Vnde Hoc tragedorum verum est quod dicunt, Sufficit, quod ego solus infortunatus sim, non oportet amicos mecum infortunari. Si autem in infortuniis, vocantur amici, maxime in talibus aduocantur, in quibus parum & secundum pauca turbari debeant, & secundum multa iuuare tristatum. In his ergo & talibus aduocandi & inuicandi sunt amici.

In ire autem & visitare amicum è conuerso forte congruit facere secundum veram amicitia rationem. Ad infortunatos quidem enim oportet promptè ire etiam non vocatos, vt amicis infortunatis beneficiant. Amici enim proprium est benefacere amico, & maxime benefacere his qui in necessitate sunt constituti, & his qui tunc hoc maxime amico dignificant, quod ab amicis visentur. Non enim dignum se reputat infortunatus amici presentia. Semper enim bonus alium existimat meliorem & se indignum esse illius presentia, maxime cum infortunatus sit. Ambobus enim his existentibus, scilicet quod amicus in necessitate sit, & indignum se reputet visitatione amici, melius & delectabilis est benefacere, tum propter humilitatem, tum propter amicitiam. Ad bonas autem fortunas amicum oportet promptè cooperantem esse. Quia hoc proprium est amicorum, vt promptè in omnibus bonis promoueant amicum. Etenim ad hoc necessitas amicorum est, quod vterque ad bonum promoueat ex altero. Promouere enim operari est & conferre, & ad hoc debet esse promptus quilibet bonus amicus. Ad hoc autem quod bene patiat amicus ab amico, quietè debet se habere amicus & remissè, & quasi inuitus aduenire. Non enim competit bono virtutis promptum fieri aliquid ad hoc quod iuuetur ab aliquo. Adhuc autem vnicuique bono reuerendum, & opinionem & delectationem facit & tædij, quod sæpe adueniat amico in hoc quod onerosum est. In antehabitis autem diximus onerosum esse & iuuare. Hoc enim quandoque accidit, quod sæpe se ingerens ad subuentiones aliorum, onerosus & tædiosus efficitur. Ex omnibus autem inductis patet, quod presentia amicorum in omnibus eligibilis esse videtur, dummodo seruentur ea quæ dicta sunt. Amicorum autem secundum virtutem semper delectabilis est presentia. Non enim fundatur super adiutoria, sed super virtutis communicationem. Hi enim studiosè sibi communicant in actionibus virtutum, & sermonibus, & speculatione communicantes. In his nunquam saturitas est vel tædium; sed semper gaudent coesse & continue consui bonis quæ sunt in signis amico.

49. Amicis maxime expectabile est eundem sari simulque viuere.

Amicis igitur qui boni sunt secundum virtutem, maxime delectabilissimum est se inuicem videre amantibus amore qui Heros vocatur: ita etiam (vt dicit Auicenna) quod si subito videant se inuicem, citatur qui in ipsis est pulsus: eò quod cor facit diastoles tanquam nitatur subito comprehendere præfens amatum. Et ideo magis eligunt hunc sensum qui est visus, quam alios: eò quod hic in pluribus & magis certificat, & secundum sensum hoc maxime est & fit amor & augetur. Hoc autem modo secundum hunc sensum & in amicis fit eligibilissimum conuiuere secundum visum. Visus enim multas differentias ostendit & certificè nuntiat: vnde est illud Horarij,

Signis irritant animum dimissa per aurem, Quam qua sunt oculis submissa fidelibus.

Diximus enim, quod amicitia quædam communicatio est, & quod amicus sicut se habet ad seipsum, sic se habet ad amicum: propter quod sensus quo vitatur circa seipsum & quærit eligit ad sui ipsius contentum, & noticiam habet, eligit etiam ad amicum nocendum. Auditus enim non est nisi de signo, & non de re, nec in ipso percipitur quid sedum vel puchrum sit, nec ostendit nisi soni differentias. Alij autem tres sunt sensus non disciplinabiles, sed indicadores alimenti, quemadmodum in libro de sensu & sensato probatum est. Propter quod sensu visus frui eligunt amici sibi inuicem plus quam alio sensu.

Amicitia enim operatio & constitutio & augmentatio fit in conuiuere secundum hunc sensum maxime: propter quod conuenienter amici appetunt videre se inuicem: & per hunc sensum hoc quod est esse singulis aliquando seorsum, & id cuius gratia eligunt viuere in hoc eodem delectabili & amabili, & cum amicis volunt conuersari. Quod enim vnusquisque fortissimè desiderat, in hoc dicit esse suum esse & viuere, & propter illud dicit esse totam suam vitam: sicut virtuosus esse totum reputatur esse in operibus virtutis, & contemplatiui in contemplatione, gulosi autem in epulis, & ebriosi in potibus: & si abstrahantur à talibus, tristantur ac si interceptum sit eis esse & vita. Propter quod quando conueniunt, aliqui quidem compotant, alij quidem colludunt ad aleas, alij autem coexercitantur fortè in palæstra, & fortè in sagittis, vel aliis exercitiis: aliqui autem conuenant, & aliqui philosophantur, singuli commorantes in hoc ad amicos quodcumque maxime diligunt de numero eorum quæ ad vitam pertinent. Conuiuere enim volentes cum amicis, hæc maxime faciunt, & in his communicant cum amicis, in quibus existimant conuiuendum, & ad quæ referunt totam vitam.

Et ex hoc fit mala prauorum amicitia. Communicant enim sibi inuicem in prauis, & in-

50. Improbriam stabiles

amicitia flagitiosa, proborum autem proba.

stabilis de prauitate in prauitatem desucentes. Necessè est enim malos fieri & vtriusque prauitatem in alterum transfluere, per hoc quod similitudine amicitia & qualitate assimilari sunt adinuicem. Amicitia autem eorum qui epiches sunt & superboni, sit epiches & superbona, coacta in vtroque amicorum colloquiis optimis. Adhuc autem & meliores sunt talium amicitia in hoc quod operantes sunt optima. Iam enim olim probatum est omnes habitus operationibus & generari & augeri. Tunc etiam meliores sunt, quia amici in amicitia

operibus diriguntur adinuicem, & vterque trahit se ad alterum, & auellunt se ab oppositis, & recipiunt adinuicem optima in quibus sibiipsis complacent: aliter enim non essent studiosi. Vnde in poësi Theognidis dicitur, quod bona quidem à bonis recipiuntur. In antiquo autem prouerbio dicitur, quod ab impio egredietur impietas. De amicitia quidem igitur in tantum dictum sit. In sequenti enim libro de delectatione & felicitate contemplatiua est pertransendum.

Discos ex studiosis nimirum optima semper.



LIBER X.

De felicitate contemplatiua.

TRACTATUS I.

De delectatione.

CAPVT I.

De causis propter quas tractandum est de delectatione.



VM autem iam habitum sit de principiis virtutum & omnibus virtutum differentiis, moralium scilicet & intellectualium, & imperfectarum & heroicarum, & differentiis eorum quæ adiuncta sunt virtuti, sicut sunt genera amicitiarum & genera impedimentorum amicitie, post hæc omnia de delectatione fortè sequitur pertransire. Rationes enim ethicæ necessitatem non habent, sed sub motu liberi arbitrij sunt: quod quamuis fortuito mouetur, eò quod in electione & ratione electionis posita frequenter auertunt. In ipso enim est facere vel non facere, nec cogi potest ad sic vel non, nec agitur à natura nec communiter ratione. Et ideò per liberum arbitrium homo est dominus suorum actuum. Sub fortè ergo & non sub necessitate determinare quæ de moribus dicuntur: pertranscundo autem oportet dicere & figuratiter & typo pingere, & de nullo requirere subtilem rationem. Primo autem de delectatione dicemus: quia ipsa in felicitate contemplatiua se habet, sicut genus, & operatio quæ felicitas est, sicut differentia specifica. Est enim definitio felicitatis sicut definitio

simi, in cuius definitione curritas pro genere est, natus autem differentia, sicut & genus determinatur ad differentiam. Felicitatis definitio est operatio intellectus cum delectatione vel non sine delectatione. Et ideò delectatio se habet ad operationem felicitatis sicut ad subiectum per quod specificatur & determinatur ipsa autem est sicut genus determinatum. Cum ergo à communioribus sit procedendum, à delectatione procedendum est, & sic ad determinationem operationis quæ felicitas est, procedendum.

Est enim delectatio quasi quoddam principium directiuum in moribus: & quia homo etiam secundum animam & secundum complexionem corporis magis perceptiuus est omnibus aliis animalibus: ex perceptione autem conuenientium causatur delectatio: propter hoc delectatio maxime inter omnia animalia videtur coappropriari generi nostro. Propter quod in tertio huius scientiæ libro diximus, quod complantata est vita. Propter hoc etiam gubernatores iuuenum & instructores erudiunt ad mores consideratione delectationis & tristitiæ. Tales autem gubernatores Græci oiakizontes vocant. Sicut enim per oiaka, id est, gubernacula, nauigia circumacta & directa, ad portus saluantur: sic & iuuenes consuetudines discunt, delectatione, quasi à remone quodam directi ad portum veniunt virtutis, affuescentes gaudere in quibus oportet, & tristari in quibus oportet.

Adhuc autem ad motus virtutem maximum inter omnia principia videtur esse gaudere quibus

1. ratio. Ad moralem pertinet de delectatione tractare.

2. ratio.

quibus oportet gaudere, odire quæ odire oportet tam secundum corpus quam secundum intellectum. Hæc enim perpendunt & pertinent à fine, usque in finem per omnem vitam, siue sit vita intellectualis, siue rationalis. Rationalis dico quæ secundum essentiam ratio est, siue illius quæ ratio est, quia participat qualiter rationem. Et hæc habent inclinationem maximam & potestatem ad omnem virtutis differentiam & ad vitam felicem, siue quis ciuilitate felix sit, siue contemplatiue. In omnibus enim his omnia delectabilia quidem eligunt, triste autem fugiunt. Delectabilia autem & tristitia dico communiter, siue sint delectabilia simpliciter, siue sibi & vt hic & nunc. Pro talibus enim considerationibus delectationis & tristitiæ, quia scilicet per totam vitam pertingunt, & inclinationem habent ad virtutem, quibusdam videbatur quod delectatio nequaquam eligenda esset, sicut paulò post ostendetur.

3. ratio.

Adhuc autem aliter considerando principia morum de delectatione determinandum est: eò quod multam inter antiquos accepit dubitationem, quibusdam dicentibus eam esse bonum, quibusdam autem malum & prauum, quibusdam autem nec bonum nec prauum, nec non bonum, sed virtutis impedimentum. Vt autem hoc perfectius intelligatur, scire oportet, quod antiqui per se bonum in tria distinxerunt. Dixerunt etiam, quod per se bonum diuiditur contra participatum bonum, & contra per accidens bonum, & contra bonum propter aliud. Et primo modo per se bonum ipsa bonitas est separata, quæ quasi fons & centrum est, à quo detiuatur bonum in omnia quæ participantur bonum: simile ponentes in colore, cuius causa fontalis extremitas est perspicui, à quo fluit color iste vel ille, secundum quod extremitas perspicui diffunditur sic vel sic in determinato corpore. Vnde ipsius perspicui essentia simplex (cuius substantia nulla nisi perspicuum & lumen est) quasi centrum est, & quasi fons essentialiter constituens omnem colorem per sui diffusionem, & dixerunt in omni natura quæ absoluta est, quod intellectus primæ causæ est extremitas eius ad hoc vel illud. Et illa extremitas eius nihil aliud est nisi intellectus primæ causæ & lumen eius, licet secundum esse differat. Esse enim intellecto primæ causæ adest & aliud est extremitatis eius quæ proxima est effectui ipsius: & illa extremitas intellectus primæ causæ prout se diffundit in hoc vel illo, fons est & centrum constitutionis specierum. Vnde forma prius est prout extremitas luminis primæ causæ, quam sit in eo quod formatur per ipsam, sicut prius est participatum secundum se, quam participatio eius in participante. Talis autem differentia extremitatum primo fecit differentiam formarum quas Plato ideas vocauit. Sicut enim in coloribus si extremitas constituens colores referatur ad primum illuminans, indifferens est, & vnita sunt in primo illuminante omnes extremitates & immateriales & immobiles & purissimæ & sincerissimæ: ita extremitates primi intellectus qui largitur omnes formas, si referantur ad ipsum intellectum, vnita sunt

D. Alb. Mag. lib. 10. Ethic.

& immateriales & simplices & puræ & immobiles. Si autem ad res referantur in quibus diffunditur secundum esse, multiplices sunt, differentes, materiales, impuritatibus permixtæ, & mobiles.

Aliud exemplum de hoc dederunt in lineis mathematicis protractis ab vno centro: hæc enim omnes essentialiter fluxu centri constituentur, sicut lumen causæ primæ fluit in effectum & formæ constitutionem. Lineæ autem reductæ ad centrum, vnita sunt, simplices & indistantes: effluentes autem quo plus effluunt, vel distant, & plus compositæ sunt, & plus materiales & mobiles.

Tertium exemplum dederunt, quod & nos ante induximus, de quolibet puncto polari sphaeræ luminosæ, à quo omnes lineæ radiales egrediuntur ad cingulum sphaeræ pyramidaliter: & quo plus accedunt ad cingulum sphaeræ, plus distant, & materiales sunt & plus luminosæ: quo plus autem recolliguntur ad polum, plus synceræ sunt & plus vnita & plus immateriales.

Hoc igitur modo Plato posuit formas quas per se esse dixit: eò quod vidit totum opus naturæ esse opus intelligentiæ, nisi per diffusionem intelligentiæ in ipso, nec diffundi posse intelligentiam, nec esse opus intelligentiæ, nisi per lumen intellectuale quod est in ipsa. Quod autem diffunditur sic, aliquando necesse est esse in extremo diffusionis. In extremo autem proprio est: quia in extremo tangit in quo diffunditur, quamuis in ipso extremo nihil aliud sit nisi lumen intellectus primi. Nec hoc dicebat Plato, quod intelligeret distantiam loci esse & inter intellectum primi & causam ab ipso, sed quia distantia causæ est quod negari non potest: & hinc est quod in fine Timæi dicitur de paterno intellectu, & prole paterni intellectus, quæ est extremitas luminis paterni intellectus ad rerum constitutionem: & hinc est quod in secundo Timæi dicitur, quod mundus ideo mundus dicitur, quia à mundissimo procedit exemplari, quod exemplar Archetypus mundus vocatur. Et Boëtius in consolatione philosophiæ, Mundum mente gerens pulchrum pulcherrimus ipse, similique imagine formans. Et hoc est quod dixit, asinum esse ex asino, & hominem ex homine, & hoc vocauit vniuersale ante rem. Et ideò etiam Arist. in septimo philosophiæ primæ dicit esse hominem ex homine, & capram ex capra, sicut domum ex domo, & sanitatem ex sanitate. Sic ergo dixit esse per se vitam, per se sensum, per se intellectum, per se bonum, & quodlibet aliud, & ex quodam ædinagio, id est, sygillo, percipitur in participantibus. Tale autem bonum Græci pronomine discretiuo significabant actu, quod Latine sonat ipsum: dicentes actu agaton, hoc est, ipsum bonum, quod primæ naturæ bonitatis nihil habet admixtum. Quidam enim posteriorum articulo præposito significabant dicentes toagaton: & articulus discretiuus est sicut & pronomem: idem enim est toagaton quod actu agaton. Succedentes autem his Stoici toagaton dicebant per synalipham. Vocalis autem post vocalem continuè posita ex multo sono pronuntiationem fa-

FF 2 616

cir difficilem. Et ideo voluerunt, quod prima vocalis synalipham pateretur. Participatiue autem bonum dixerunt, in quo illud bonum separatum diffunditur ad esse specialis boni.

Dicebant iterum bonum esse per se, quod per sui substantiam & rationem diffinitiuam bonum est, & hoc dixerunt opponi ad bonum per accidens. Bonum autem hoc modo est omnis honesti pars. Similiter omne quod in substantia sua nihil habet nisi bonum, sicut est vita, substantia, ens, & intellectus, & omnia huiusmodi. Per accidens autem bonum, quod per accidens a Deo efficitur, vel videtur bonum cum non sit, sicut est comestio, carbonum, vel concubitus fornicatorum, & quodlibet aliud quod per habitum accidentalem inductum bonum efficitur vel videtur.

Tertio modo dicebant bonum per se, finale bonum in quolibet genere quod ad ulteriorem finem non refertur: & huic opponitur ad aliud esse bonum, sicut diximus felicitatem per se bonum, & diuitias propter aliud esse bonum.

His sic prælatis sciendum, quod contentio erat apud antiquos, verum delectatio esset per se bonum secundum primam intentionem boni per se: & ideo quidam dicebant, quod esset bonum per se: quidam autem, quod non. Erat etiam contentio, verum delectatio esset bonum secundum secundam intentionem per se boni: & quidam dicebant, quod esset quidem per se bonum: quidam autem, quod esset prauum. Et tertio etiam contentio fuit, & quidam dicebant, quod esset finale bonum, ut Eudoxus: quidam autem, quod non, sed esset via in bonum, sicut in Plato. Quidam verò in aliam viam diuerterunt contentientes, quod esset quidem per se bonum in prima & in secunda intentione boni per se, sed tamen esset nociuum homini tendenti ad virtutem. Multa enim per se bona, nociua tamen alicui, sicut philosophari per se bonum est, nociuum tamen volenti ditari, est enim impeditiuum acquisitionis diuitiarum.

Ex omnibus igitur inductis patet, quod quidam antiquorum delectationem dicunt per se bonum: quidam autem e contrario dicunt eam esse valde prauum. Et horum qui dicunt valde prauum esse delectationem, quidam dicunt hoc, quia forte sic persuasi sunt. Quidam autem dicunt hoc, non quod persuasi sint, quod per se praua sint, sed quia existimant, quod melius & vtilius sit ad conuersationem vitæ, quod enuntietur de delectatione, quod praua sit, quam quod bona: eod quod multitudo communis facile inclinatur ad ipsam & seruit delectationibus: propter quod oportet vituperio delectationis hominem in contrarium ducere, sicut in tertio huius scientiæ libro diximus eos facere qui tortuosa lignorum dirigunt. Sic enim contingit venire ad medium.

Forè autem specialiter in moribus hoc non bene dicitur de his de quibus persuadere oportet de moribus, & quorum sermones sunt in passionibus & actionibus humanis, minus credibiles & minus persuasibiles sunt sermones, quam opera. Quando igitur dissonant sermones ab his quæ secundum sensum videmus &

2. Non eorum est vituperare voluptatem ut prauam, qui eam bonam esse sentiunt.

experimur, contemnantur, & contemptis eis, verum quod erat in ipsis, contemnitur: quia veri esse non creduntur. Si enim qui vituperat delectationes & dicit esse eas prauas vel nociuas, aliquando visus est appetere ipsas, ipso opere videtur inclinari ad delectationes appetendas, ac si omnis delectatio talis sit, quod appetibile bonum sit: eod quod apud vulgus commune non est determinatum, quæ delectatio sit appetibilis & qua nos. Sermones ergo veri & opere comprobati in moralibus, non solum ad scire vtilis sunt, sed etiam ad totam conuersationem vitæ. Quando enim conueniunt cum operibus, tunc creduntur à communi multitudine, & eos qui intelligunt eos, per opera prouocant ad hoc quod viuant secundum ipsos. Talium enim sermones sufficientes sunt, & dictum est sufficienter de his in secundo huius scientiæ libro, ubi diximus, quod quidam fugientes ad rationem quarunt philosophari: faciunt autem operandorum nihil, simile aliquid patientes laborantibus, qui medicos quidem audiunt studiosè & præcepta medici non sequuntur: & quemadmodum isti nunquam bene habebunt corpus sic curati, ita illi nunquam bene habebunt animam sic philosophantes. Hæc autem relinquuntur, & superueniamus his quæ de delectatione nostra dicta sunt ab antiquis.

CAPVT II.

De opinione Eudoxi qui delectationem per se bonum esse dicebat.

Eudoxus igitur existimabat, quod delectatio esset per se bonum secundum primam per se boni intentionem & secundam & tertiam, rationem accipiens ex hoc quod vidit, quod omnia desiderant & appetunt delectationem & rationalia & irrationalia. Hoc esse enim non potuit, nisi ex duabus causis concurrentibus in vnum. Quarum vna est ex parte desiderantium, altera autem ex parte desiderabilis. Ex parte quidem desiderantium est, quod omnia desiderantia affectus sunt & imagines vel resonantia primi intellectus. Resplendentia ergo primi intellectus in omnibus est, quæ desiderium confert ad intellectus bonum differenti modo, sicut resplendentia primi intellectus differenter participatur ab eis. Ex parte autem appetibilis ratio est, quod nihil appetitur nisi ut bonum. Omne autem bonum à primo fontali bono derivatur, & resplendentia primi boni, quod centrum & fons est omnium bonorum, differenter resulget in omnibus appetibilibus. Et resplendentia primi in ipsis ratio est qua appetibilia sunt: & hæc est causa, quod dicit Philosophus, quod omnia appetunt diuinum bonum, & propter illud agunt quicquid agunt. In omnibus igitur appetibilibus magis eligere est quod est epiches siue superbonum, & hoc est quod primo bono propinquius est: & in eodem ordine maxime eligibile est inter bona id quod potissimum est, & hoc est primum quod fons est aliorum.

3. Eudoxus existimabat voluptatem esse summum bonum. 1. ratio.

rum. Omnia enim appetentia & appetibilia ad vnum idem ferri per desiderium & desiderabilitatem, nuntiat illud optimum esse ad quod omnia sic referuntur. Vnumquodque enim entium ex ratione primi boni quæ resulget in omnibus, quarit inuenire sibi ipsi proprium bonum, sicut & quarit sibi inuenire proprium cibum. Quod igitur omnibus est bonum, & quod omnia appetunt, oportet per se bonum esse. Delectatio autem cum sit ex coniunctione conuenientis cum conueniente, est quod omnia appetunt, sicut omnia appetunt conueniens. Delectatio igitur est per se bonum. Isti autem sermones Eudoxi credebantur & suscipiebantur propter moris virtutem quæ erat in Eudoxo magis quam propter seipsos. Non enim erat Eudoxus amicus delectationum corporalium, sed potius fugiebat eas. Non enim videbatur aliquid in Eudoxo (cum esset temperatissimus) in quo differenter se haberet ad suos sermones: sed hoc quod dixit, secundum virtutem sic se habere opere comprobauit.

2. ratio.

Adhuc autem non minori persuasione existimabat delectationem per se bonum, manifestans & probans hoc ex contrario. Dixit enim tristitia secundum seipsam omnibus fugiendam esse. Tristitia enim sit ex coniunctione inconueniens. Inconueniens autem fugit omne quod est. Si autem vnum contrariorum fugibile est, alterum est eligibile in moribus. Similitudine ergo accepta in opposito, sequitur quod contrarium fugibili eligibile est ab omnibus. Quod autem ab omnibus eligibile est, per se bonum est. Delectatio igitur est per se bonum. Est autem & maxime bonum secundum Eudoxum. Maxime enim eligibile est finaliter eligibile, quod non propter alterum, nec alterius gratia eligimus. Tale autem eligibile esse delectationem, ab omnibus confessum est. Dicunt enim nullum ab aliquo interrogare, cuius gratia delectetur: eod quod manifestum omnibus sit, quod delectatio secundum seipsam eligibilis est & appetibilis.

3. ratio.

Adhuc autem tertio inducit, quod tale tali additum, magis facit tale: omnis enim pars compositi adauget compositum: propter quod per se notum est totum esse maius parte. Delectatio autem appositae cuiusque bonorum quæ per se sunt bona, facit illud eligibilis. Pura id quod est iuste agere, per se bonum est: & si apponatur eidem cum delectatione iusta agere, melius est quam sine delectatione iuste agere. Similiter est per se bonum temperatum esse, & melius est temperatum esse cum delectatione quam sine delectatione. Dixit etiam Eudoxus, quod non contingit augeri aliquid ex appposito, nisi sibi apponatur, scilicet conueniens in forma & ratione, cum quid cui apponitur, sicut album albo, nigrum nigro, & dulce dulci, & sic de aliis. Delectatio igitur appositae bono per se, non auget per se bonum, nisi & ipsa per se bonum esset. Iste ergo sermo Eudoxi enuntiare videtur, quod delectatio sit de numero per se bonorum, ita quod nullum alterum per se bonorum magis bonum sit, quam delectatio. Omne enim bonum cum altero

D. Alb. Mag. lib. 10. Ethic.

eiusdem naturæ & speciei eligibilis sit, quam solitariam sine appositione acceptum.

CAPVT III.

Qualiter Plato infirmavit rationes Eudoxi.

Plato autem qui delectationem dixit non per se bonum, & non esse finale bonum, sed viam in ipsum. Eudoxi rationes infirmare conatur. Tali enim ratione quali Eudoxus probat delectationem per se bonum esse, Plato interim dicitur Eudoxi, ostendens quod delectatio non est per se bonum. Dicit enim, quod Eudoxus dixit, quod delectabilis vita eligibilior est cum prudentia, siue prudentiæ adiuncta, quam si prudens vita sit sine delectatione. Si admixtum & adiunctum sit, cum nihil separatum sit miscibile, sequitur quod delectatio non sit per se bonum. Similiter per substantiam bonum non est miscibile alicui bonorum: quia quidditas vnius non miscetur quidditati alterius. Adhuc finale bonum alteri finali bono non miscetur: quia non sunt duo fines vnius & eiusdem proximi. Si ergo delectatio miscetur ad faciendum melius bonum, sequitur delectationem non esse per se bonum. Nullo enim appposito ipsi per se bono per se bonum potest fieri eligibilis, sicut iam probatum est. Manifestum est igitur, quod nullum per se bonorum, per se bonum erit quod cum alio aliquo quod est de numero bonorum quæ sunt bona secundum seipsam, eligibilis fieri potest. Restat igitur questio sicut prius, quale bonum sit delectatio, quam quoad nos secundum humanam conuersationem communicamus. Tale enim bonum quaritur à nobis: eod quod separato bono non communicant homines secundum humanam conuersationem: eod quod separatum semper in se æquale: id autem bonum quo communicamus, valde differens est secundum omnem differentiam hominum, nec tale quale communicamus, quaritur à nobis, eod quod actus conuersationis humanæ circa particularia sunt, particulares autem operationes circa bonum particulare sunt, & non circa bonum separatum. Hæc igitur sunt quæ Plato inducit contra Eudoxum. Et ideo dicit Plato, quod non est bonum per se quod omnia appetunt, instantiam ferens ex inductione, quod vnum quodque appetit bonum sibi. Bonum autem sibi non est per se.

4. 3. rationem Eudoxi impugnat Plato.

Sed tamen contra Platonicos est, quod instantes contra hanc communem animi conceptionem, quod bonum est quod omnia appetunt, contradictoriam condecetes, quod non bonum est quod omnia appetunt, penitus nihil dicunt: eo quod dicta eorum factis omnium discordant. Generalia enim verum est, quod omnibus videtur: hoc enim omnes dicimus esse verum, dicente Boetio, quod communis animi conceptio est, quam quisque probat auditam. Interimens ergo hæc fidem,

5. Platonici non sufficienter respondent 1. rationi Eudoxi negantes id bonum esse quod omnia appetunt. 1. ratio.

quam omnes probant, omnino siue nullo modo potest aliquid credibilis dicere.

2. ratio.

Si enim diceret, quod non sunt per se bona, quæ ea appetunt quæ sunt sine intellectu esse, tunc aliquid posset dicere. Sine intellectu enim appetunt, qui rationem intellectus in appetibilibus non sequuntur. Et tales aliquando appetunt, quod non bonum esse videtur sapientibus & iudicantibus secundum intellectum. Si autem dicit non esse per se bonum; quod appetendum iudicant hi qui sapiunt & intellectus iudicium sequuntur, qualiter posset esse, quod talis aliquid verum diceret? Sapiens enim secundum intellectum iudicans, per se bonum non iudicat & eligibile, nisi quod per se bonum & eligibile est: tamen forte etiam in pravis & appetentibus & appetibilibus est aliquid naturale bonum. Naturale autem dicitur à natura profundente bonum quod est melius quam ea bona sint quæ dicuntur à Platone secundum scripta bona, secundum quod dicit, quod vnumquodque appetit proprium bonum: hoc autem bonum refulgentia primi boni est in quolibet, ut diximus. Plato enim dicebat delectationem non esse secundum seipsum bonum, sed esse quoddam bonum quod proprium est unicuique ex repletione propriæ indigentiae, in hoc quod repletur in his quæ sibi secundum naturam conueniunt.

6.

Nec plene satisfactum
2. rationi
Endoxi sumpta à contrario.

Adhuc autem Platoni non videtur, quod bene dicatur quod Endoxus de contrario inducit. Dicunt enim Platonici, & in hoc verum dicunt, quod non sequitur, si tristitia malum est, quod delectatio bonum sit. Dicunt enim, quod contingit malum malo opponi, sicut insensibilitas intemperantiae, & timiditas audacia: & ambo hæc mala contingit opponi ei quod neutrum est, scilicet nec bono, nec malo, quod indifferens vocamus. Et in hoc non male dicunt quantum ad formam consequentiae: tamen quantum ad materiam in moralibus his quæ dicta sunt, non verum dicunt. In omnibus enim moralibus quando ambo opposita mala sunt, ambo oportet esse fugienda: & si neutrum vel indifferens est, oportet quod neutrum illi conueniat vel secundum vnam similitudinem ambo. Aut enim sequitur, quod nec fugiendum sit nec appetendum, vel quod æqualiter fugiendum sit & appetendum. Sed delectationem omnia eligunt ut bonum: tristitiam autem omnia fugiunt ut malum. Sequitur igitur, quod tristitia & delectatio opponuntur ut bonum & malum, quod Plato negauit. Plato tamen quando per se bonum dixit bonum separatim & non miscibile alteri cum quo ipsum efficeretur melius (ut quidam dicunt) intellexit hoc secundum proportionem: eod quod nihil bonorum materialium proportionale est bono separato. Et siquid talium bonorum adderetur ei, esset sicut additio puncti ad continuum. Et ponunt exemplum, sicut si millesima milij ad totum pondus terræ cum montibus & mariibus adderetur. Propter quod dixit, bonum separatim nulli bonorum materialium miscibile est, ut melius fiat.

CAPVT IV.

De instantiis contrariationes Platonis, quibus probat delectationem non esse per se bonum.

Rationum autem Platonis, quibus probat delectationem non esse per se bonum, prima talis fuit: omne per se bonum qualitas: nulla delectatio qualitas: ergo nulla delectatio per se bonum. Hoc enim sequi non videtur. Non enim sequitur, quod si delectatio non est de numero qualitarum, quod non sit de numero per se bonorum. Qualitatem autem dicimus, secundum quam quales dicimus. Omnia enim quæ in prædicamento qualitatis continentur, in vna quatuor specierum qualitatis inueniuntur. Multa autem bona sunt, quæ ad quatuor species qualitatis reduci non possunt. Omnia enim talia vel simpliciter dicuntur quale, vel dicuntur quale quid. Dico autem simpliciter dicere quale, quæ subiectum circa quod sit qualitas, non determinat. Quale quid autem, quæ subiectum determinat in sui diffinitione & ratione, sicut simus & gibbus: est enim simus curuitas nasi, gibbus autem curuitas dorsu. Tale autem subiectum non determinat album vel nigrum. Multa autem per se bona quæ nullo modo determinant quale, sicut virtutum operationes, quæ non qualitates sunt, sed actiones & motiones virtuosæ: & hæc est actio perfecti in actu existentis, sicut & felicitas operatio est secundum perfectam animi virtutem: nec tamen dicitur quale secundum aliquam speciem qualitatis, sed quale quid. Attendendum enim, quod aliud est qualitas secundum quam quales dicuntur, & aliud quid qualitatis, & aliud quale quid, & aliud quale. Qualitas enim simplex forma qualitatis est. Quid autem qualitatis modus prædicandi substantialis in qualitatibus, sicut Aristot. docet in primo topicorum, quod si quis albedine posita dixerit quod possum esse, colorem esse, quid est dicit, & quale significat. Quale autem in qualitate habet infinitum subiectum. Quale quid autem, quod secundum suam qualitatem determinat sibi subiectum, extra quod qualitas eius non inuenitur, sicut diximus de simo & gibbo.

7.

1. ratio.

Contra 1. rationem.

Secunda ratio Platonis fuit, quod dicebat, quod omne per se bonum determinatum est: nulla delectatio determinatum est: ergo nulla delectatio per se bonum. Quod autem nulla delectatio determinatum quid sit, sic probabat. Nullum determinatum, magis & minus recipit: attingit enim terminum essentiae suæ, in quo stat, nec ultra progreditur, nec citra inuenitur. Omnis autem delectatio recipit magis & minus. Ergo nulla delectatio determinatum. Hoc autem idem dicebat: quia dicebat delectationem esse motum prout motus endelechia est mobilis secundum quod mobile est. Endelechia autem tale continuè plus & plus accipit terminum ad quem, & continuè abiicit terminum à quo. Semper ergo remittitur in

2. ratio.

in termino à quo, & intenditur in termino ad quem, & nunquam est in actu stante. Nunquam ergo est determinatum. Nihil enim est determinatum, nisi quod per actum stantem determinatum est: hoc enim totum simul est. Quod autem in motu est, nunquam totum simul est, sed semper in accipiendo & abiiciendo.

Contra 2. rationem.

Hæc autem ratio Platonis non procedit: & hoc dupliciter consideratur, scilicet in delectari quod est actus delectantis, & in ipsa delectatione. Si enim iudicant Platonici, quod delectari secundum quod est actus delectantis non est totum simul, sed continua successio & motus: tunc idem debent iudicare circa iustitiam & alias virtutes, secundum quas etiam ipsi aiunt manifestum esse, quod iusti & virtuosus in operando iusta & virtuosa magis & minus quales sunt. Sicut enim delectari actus delectantis est, ita (ut fingi liceat) iustare & virtuosus actus sunt iusti & virtuosus: & de talibus tunc actibus virtutum idem iudicium erit. Iusti enim secundum iustitiæ opera magis & minus iusti sunt, & fortes secundum fortitudinis opera magis & minus fortes. Contingit enim secundum habitum iustitiæ perfectum iuste agere magis & minus, & secundum habitum etiam temperantiæ perfectum contingit temperata agere magis & minus. Sequitur ergo, quod temperantia & iustitia & aliæ virtutes non sunt determinatum aliquid secundum Platonem, quod tamen Plato non dixit. Quare cogere concedere, quod temperantia & iustitia non essent per se bonum. Si autem in ipsa delectatione consideratio fiat: tunc forte non dicunt veram causam propter quam delectatio non sit quid determinatum, maxime si supponamus cum Platone, quod quædam forma: sunt inmixtæ & separata, quædam autem mixtæ cum subiecto & participant. Queramus enim à Platone, quid prohibet delectationem separatam esse determinatum quid, quemadmodum sanitas separata determinatum quid est, quamuis sanitas mixta subiecto secundum esse concreti recipiat magis & minus. Remissa enim vel intensa commensuratione complexionis necesse est sanitatem secundum esse sani remitti & intendi. Non enim semper eadem mensuratio complexionis est in omnibus hominibus & animalibus, nec in eodem homine vna quædam semper commensuratio, sed permanet aliquando remissa secundum aliquid, & intensa secundum aliquid. Differt ergo semper in magis & in minus: cum tamen sanitas abstracta quid sit determinatum. Similiter ergo & delectatio separata determinatum quid sit, potest esse totum simul, quamuis delectari recipiat magis & minus.

Motus quomodo est totus simul, & successiuus.

Quod autem hoc melius intelligatur, scire oportet, quod motus est actus mouentis & actus mobilis: & secundum quod est actus mouentis, actus perfectus est, non successiuè de potentia veniens in actum, sed totus simul. Nihil enim influit motor posterius, quod non influxerit prius, sicut patet de luce quæ essentiali suo actu totum influit simul, & non partem post partem, & in tota motus successione

simul totum actum suum motor influit in mobile, quamuis mobile non nisi per successione recipiat. Cum ergo operatio casti, iusti, temperati, virtuosus sit ut motus mouentis, & similiter delectari in delectante sit ut motus mouentis, sequitur quod non aliter est in determinatum esse & in delectari & in delectatum iri, sed totum simul ut in vno, ita & in alio: est enim operatio delectantis, & non passio, vel endelechia existentis in potentia ad delectationem.

3. ratio.

Tertia ratio Platonis fuit syllogizata in secunda figura. Dicit enim, quod omne per se bonum, perfectum: nulla delectatio perfectum: ergo nulla delectatio per se bonum. Quod autem delectatio non sit perfectum, ex hoc probabat, quod nulla motio siue motus, & nulla generatio est quid perfectum. Sunt enim via ad perfectum. Via autem terminus non est. Perfectum autem in termino est: via autem est, quæ continuè procedit de imperfecto ad perfectum. Et per hanc rationem Plato tentat enuntiare, quod delectatio motio & generatio quædam sit.

Contra 3. rationem.

Hoc autem non bene dictam esse videtur. Omni enim motui & generationi propriè conuenit velocitas & tarditas, quamuis alicui motui nihil conueniat secundum se ipsum, tamen conuenit ei si ad aliud comparatur. Sicut est in motu vniuersi siue mundi, qui vocatur motus diurnus primi mobilis, qui quamuis in omnibus partibus primi mobilis vniuersi & regularis sit, & idèo aplanus Græcè vocatur, id est, sine errore: tamen comparatus ad curuitatem zodiaci, & curuitatem Orientis, & curuitates circulorum planetarum, quorum motus aplanus est, hoc est, erraticus, stellæ dicuntur meridianæ, & in motu aplanus velocius quam stellæ aquilonares. Velox enim diuidit tempus: & in eodem tempore in quo stella aquilonaris secundum motum aplanus perficit arcum minorem, stella meridiana perficit multo maiorem. In equali ergo tempore, perficiens maiorem in parte eiusdem temporis, perficit æqualem. Hoc autem delectationi non conuenit prout est actus delectantis. Diximus enim, quod sic totus simul est, nec secundum magnitudinem, nec secundum tempus diuisibilis.

Obiectio Responsio.

Et si aliquis obiiciat, quod aliqui velocius delectantur quam alij, hoc non est nisi per accidens, scilicet quod magis dispositi sunt ad delectandum quam alij: quemadmodum aliquem dicimus velocius iratum esse: eod quod magis dispositus est ad iram. Delectari autem ipsum quod est operatio delectantis, nec in se nec ad alterum tardi vel velocis recipit diuisionem. Sed ire siue ambulare & augeri & omnia talia quæ dicuntur motum prout est endelechia mobilis, velocitatem recipiunt & tarditatem. Contingit ergo aliquem tardius & velocius secundum dispositionem subiecti transponi in delectationem, sed operari secundum delectationem velociter & tarde non contingit. Dico autem operari secundum delectationem, delectari, secundum quod delectari est actus delectantis, sicut lucere est actus lucis.

4. ratio.

Quarta ratio Platonis sumebatur ex hoc quod dicebat delectationem generationem esse, secundum quod generatio est aggregatio eorum quæ constituunt naturam, sicut dicimus esse nutrimentum vel augmentum, quorum vnus aggerat membrorum substantiam, aliud autem quantitatem. Arguebat autem sic: Nihil fluens ad perfectum, perfectum est: deest enim ei vltimum quod perficit. Delectatio autem fluxus est ad perfectum, quia scilicet naturam constituit. Delectatio igitur imperfecta est & imperfecta. Nihil autem talium per se bonum. Delectatio igitur per se bonum non est.

Contra 4. rationem.

Tex. c. 80.

Quod autem disputatio contra hoc intelligatur, scire oportet, quod sicut determinatur in secundo physicorum, natura triplex dicitur, forma scilicet quæ simpliciter natura est. Materia in qua inchoatio naturæ est. Et generatio quæ via inchoatæ naturæ in naturam est, continuè accipiens naturam, & exiens de potentia inchoationis ad perfectum. Queramus ergo à Platone, qualiter generatio delectatio sit. Secundum enim viam generationis non videtur quodcumque generatum ex quocumque vt materia fieri, sed fit ex eo propriè in quod dissoluitur per corruptionem, sicut plantæ fiunt ex terra commixta mouente lumine solis, & idolum Esculapij ex ære fit mouente arte statuaria. Si ergo generatio est delectatio, tunc delectatio resoluitur in id quod est post delectationem ex quo incepit motus delectationis. Hoc autem falsissimum est. Si enim delectatio est motus impletionis, vt dicebat Plato, motus autem omnis terminatur ad motum esse, delectatio motus terminatur ad impletum esse. Incepit autem ab eo quod est vacuum esse. Ergo resoluta delectatione in impletum esse, sequeretur quod impletum esse esset vacuum esse.

Adhuc contrarium generatio contraria est. Cuiuscumque igitur delectatio est generatio, ipsius tristitia eiusdem erit corruptio. Corruptio autem delectationis est in impletum esse, sicut omnis motus corruptio est in motum esse. Sequitur igitur, quod impletum esse sit tristitiam esse, quod valde absurdum est. Delectatio igitur in impletionem non est, nisi vt venit ad impletum esse.

Amplius Platonici dicunt tristitiam esse defectam quidem secundum naturam. Dicunt enim, quod tristitia ex hoc causatur, quod deficit hoc quod secundum naturam inesse debuit, sicut est in vacuitate membrorum nutrimento indigentium. Delectationem autem per oppositum dicunt esse repletionem, & insumptionem eorum quæ naturam constituunt & restituunt: hæc autem corporales passionem sunt. Si ergo delectatio est repletio eius quod secundum naturam, sequitur quod nihil delectatur, nisi in quo est talis repletio. Nihil ergo delectabitur nisi corpus. Hoc autem videtur non esse verum. Multæ enim sunt animales & intellectuales delectationes. Non ergo vniuersaliter delectatio repletio est. Sed hoc verum est, quod facta iam repletionem & constituta natura & perfecta delectabitur aliquis: quia tunc secundum naturam propriam & perfectam habet operationem: & incipit vel

præcisus à perfectæ naturæ constitutione trahitur.

Hæc autem Platonis opinio ortum habuisse videtur ex his delectationibus & tristitiis quæ sunt circa cibum & cibi suppositionem. Quando enim aliqui sunt indigentes valde euacuationis vasis naturæ, & ex hoc tristatos esse hos contingit delectari repletionem & insumptionem repletiui. Hoc autem non accidit circa omnes delectationes. Quia delectationes quæ sunt à consideratione theorematum mathematicorum, sine tristitia sunt: eod quod illa delectatio nihil habet oppositum. Similiter delectationes operationum earum quæ secundum sensum, vt secundum visum, & per olfactum, & secundum auditionem, & multæ quæ sunt memoriæ præteritorum & spes futurorum, non possent conuenienter assignari, cuius repletionis essent generationes. Nullus enim defectus factus est de talibus per deperditionem substantiæ, cuius per delectationem fiat repletio & restitutio. Falsum est igitur, quod delectatio secundum se ipsam sit generatio repletionis.

CAPVT V.

Responsio ad rationes eorum qui probant delectationes secundum se non esse bonum.

AD eos qui proferebant probrosissimas delectationes, vt ex his probarent delectationem secundum se non esse bonum, multipliciter respondemus. Probrosissimas enim delectationes lamiarum esse dixerunt. Lamia enim in Lydia dominantes, in hoc delectari dicuntur, quod prægnantes rescindunt & muliebria cruda cum secundinis deponant. Et sicut est in concubitu epheborum quem quidam Aedipicas vocant, eod quod apud Aedippam primum hoc nefarium vitium inuentum sit. Dicunt igitur, quod si omnis delectatio per se bonum sit, sequeretur tales delectationes esse bonas per se. Sed ad hæc conuenienter responderetur, quod talia secundum se & secundum naturam non sunt delectabilia. Non enim existimandum est illa esse delectabilia simpliciter quæ malè dispositis secundum vitiosam naturam vel consuetudinem delectabilia sunt, tamen alia delectabilia sunt vel sic dispositis. Quemadmodum neque existimandum est illa esse simpliciter sana, vel simpliciter dulcia, vel simpliciter amara, quæ laborantibus infirmis in aliqua infirmitate, sana vel dulcia vel amara esse videntur. Quemadmodum neque alba simpliciter dicuntur, quæ patientibus ophthalmiam vel lippis alba esse videntur. Ophthalmia enim apostema oculorum est, in quo corruptus humor fluit in oculum, in quo humore diffusus color alterius speciei esse videtur quam sit in visibili. Sic etiam malè dispositis conuenientia esse videntur, quæ simpliciter sunt valde inconuenientia.

Aliter etiam dici potest, quod scilicet delectationes secundum se quidem eligibiles sunt

11.
Multipliciter responderi potest iis qui voluptates obsecras proferebant, vt probent delectationes secundum se non esse bonum. 1. responsio.

2. responsio.

sunt & bonæ: sed tamen secundum quod sunt facta ab his quæ probrosa sunt, nec eligibiles nec bonæ sunt. Quemadmodum & ditari secundum se bonum est & eligibile: à prodicione autem ditari, hæc bonum, nec eligibile est. Et sanum esse secundum se bonum & eligibile est: non tamen bonum & eligibile est sanari à quacumque comestione: sicut si diceretur aliquis sanari à comestione cordium humanorum.

3. Responsio.

Tertio potest dici, quod delectationes specie differunt secundum species delectabilium: & sic alteræ sunt species delectationum quæ sunt à bonis laudabilibus delectabilibus, ab his quæ sunt à turpibus & probrosis. Et sic ille qui non est iustus, non delectatur delectatione quæ delectatur iustus: eod quod iustus per habitum iustitiæ ad bona dispositus est: & sic sibi conuenientia non sunt nisi iusta. Iniusto autem per oppositum non conueniunt nisi probrosa. Et eodem modo delectatione quæ delectatur iustus, non contingit delectari non musicum. Non musicum enim contingit delectari aliquando in non regulari cantu, in quo tristatur musicus. Similiter autem est in omnibus aliis. Vnusquisque enim delectatur in hoc quod sibi conueniens est secundum habitum.

12.
Nonnulla sunt voluptates per se appetibiles & ab aliis specie differentes.

Hoc autem manifestare videtur differentia amici & adulatoris. In hoc enim manifestè percipitur, quod diuersæ sunt specie delectationes, & bonæ sunt quæ sunt à bonis, & prauæ quæ à prauis, & neutra quæ à neutris. Delectatio enim in his est à colloquutione vel maxime. Amicus autem si verè secundum virtutem amicus sit, non colloquitur nisi ad bonum virtutis. Adulator autem semper colloquitur ad delectationem audientis. Propter quod adulator vituperatur. Amicus autem laudat: eod quod non ad altera nisi ad bona honesta colloquitur. Propter quod etiam si contingat quandoque turbari sed parum audientem, nihilominus colloquitur ea per quæ reducit ad virtutem.

Adhuc quod diuersæ species delectationum sunt, monstrat puerorum delectatio. Nullus enim mentem sanam habens eligeret viuere pueri, vt per vitæ conuersationem delectaretur in his in quibus pueri delectantur, & in quibus pueri maxime existimant delectandum, sicut in sphaera, & lechito, vel equitatione baculi subiecti.

Adhuc autem nullus sanam mentem habens, delectatur faciens aliquid turpissimum, etsi existimat, quod nequaquam debet tritari, & tristabilia eligere ad vitam.

Adhuc autem quod delectatio quæ generatio est & motus, sicut diximus in 7. medicina est indigentis naturæ, non sit bonum quod quæritur in vita, ex hoc manifestatur, quod si ponamus, quod quædam nullam inferant delectationem talem quæ sit passio & endelechia delectantis: adhuc autem circa multa talium studium faceremus in vita, puta videre, recordari, scire, & virtutes generaliter in agere habere. Et si quis instet dicens, quod talibus operationibus ex necessitate sequuntur delectationes, nihil differt ac si non inferrent. Pona-

mus enim, quod delectationes non fiant à talibus, adhuc nihilominus studeremus ad illorum operationes. In tenebris enim existentes, in quibus nulla visibilis affertur delectatio, nihilominus studeremus aperire oculos & exercere ad visum secundum actum & operationem. Ex inductis igitur manifestum est, quod non omnis delectatio quæ passio est indigentis naturæ, per se bonum est, nec omnis delectatio talis eligibilis est. Manifestum etiam videtur esse, quod quædam delectationes sunt eligibiles secundum se ipsas, & illæ specie differunt, sicut in tantum in quantum differunt ea à quibus sunt. Hæc igitur quæ ab amicis de delectatione & tristitia dicta sunt, & qualiter responderetur rationibus eorum, sufficienter dictum est.

CAPVT VI.

Quid sit delectatio secundum virtutem.

Quid autem per diffinitionem sit delectatio, vel si non potest determinari vt quid, tunc oportet, quod determinetur vt quale quid, sicut est de termino passionis quæ in diffinitione determinatum continet subiectum, sicut in præcedentibus diximus. Et hoc manifestum fiet si à principio resumantur quæ iam in præhabitis dicta sunt, & maxime de his quæ probatum est motum & mutationem & generationem non esse. Ex his enim perspicuè videtur, quod visio quæ est actus primi visus, diffusus in oculum videntem perfectum, est secundum quodcumque tempus, & nihil habet immixtum de potentia: talis enim visio non est indigens aliquo quod in posteriori tempore adueniat, & vt finis motus perficiat speciem ipsius, sicut est in omni motu & mutatione. Et tale aliquid videtur esse delectatio. Delectatio enim quoddam totum est prout est actus delectantis, & secundum nullum tempus vel partem temporis aliquid sit delectationis, quod in pluri tempore vel termino temporis ad speciem delectationis perficiatur. Propter quod sequitur, quod delectatio motus non est. Motus enim forma post formam est vel vbi post vbi, & continuus exitus de potentia in actum & in actu sequente semper perficitur potentia præcedens. Omnis enim motus in tempore est.

Et omnis est motus alicuius finalis formæ, in qua motus est in motum esse & in perfectum esse, sicut in tertio etiam physicorum determinatum est. Verbi gratia, ædificatio prout est motus in ædificabilibus existens, perfecta est, cum perficit quod appetit: & hoc est in omni tempore continuo terminato ad ædificatum esse. In partibus autem illius temporis omnes partiales ædificationes imperfectæ sunt, & alteræ specie adinuicem & à tota ædificatione, quæ in vltimo completa est, sicut quædam partialis ædificatio est lapidis compositio, & quædam partialis est columnæ ad modum virgæ erectio, & lapidum compositio ad columnæ vergationem, altera specie est: & lapidata

13.
Delectatio huius est motus. 1. ratio.

2. ratio.

lapidum compositio ad basem, ad vergationem columnæ potentia est: & hæc duæ ædificationes specie differunt à templi ædificatione siue à templi perfectione, & sunt in potentia ad illam. Templi autem perfectio, ædificatio perfecta est, in quo ædificatio in ædificatum esse ita est, nullo ulterius adueniente indigens ad propositum templum ædificandum. Ædificatio autem fundamenti & ædificatio trisculpti si forte columnæ trisculptæ sunt, imperfectæ sunt ædificationes & imperfectæ. Sunt enim ædificationes partis totius templi. Differunt igitur specie abinuicem & à toto. Et etiam ipsam ædificationem non contingit accipere ut motum perfectum secundum perfectam speciem ædificationis in quocunque tempore terminato ad ultimum & nunc ædificationi. Similiter autem & in ambulatione est, & in omnibus reliquis motibus animalium. Si enim motus processius animalium latius quædam est, erit unde quo, hoc est, ab aliquo in aliquid processio: & semper id quod relinquit, aliud est ab eo quod accipit secundum speciem ubi, secundum omnes differentias motus processui, quæ sunt volatus, ambulationis, & saltatio, & huiusmodi, qualia à nobis in libro de moribus animalium determinata sunt: & non solum in speciebus sunt, sed etiam in ipsa ambulatione. In hac enim semper est unde quo: & non est hoc idem in stadio & parte stadij: neque est idem in altera parte stadij: in omnibus enim his secundum speciem alteram est id quod accipit, ab eo quod relinquit. Nec contingit secundum aliquem motum pertransire hanc lineam vel illam, nihil continè procedendo unde quo. Huius autem causa est: quia non solum lineam mathematicam pertransit, sed pertransit eam quæ in loco est & in magnitudine corporea & diuisibili. Ambulatio quæ in unde est, in altero est ubi, ab illa quæ est in quo. Et de motu quidem in tertio & sexto physicorum per certitudinem dictum est, & maximè in sexto probatum est, quod omnis motus est ab aliquo in aliquod. Et idè expresse apparet, quod non perfectus in qualibet parte temporis, sed in qualibet parte temporis est multi motus & imperfecti, & illi particulares motus specie differentes sunt, secundum speciem in ubi vel formæ specificum esse in qualibet parte motus unde quo, secundum diuisionem potentie & actus.

Nihil autem talium in delectatione est secundum quod delectatio est actus delectantis. Delectatio enim hæc perfecta species est, & perfecta forma in quacunque parte ipsius temporis, in qua quis delectatur. Patet igitur, quod delectatio si esset motus, particulares motus essent alteri abinuicem secundum speciem: non autem sic est, sed eadem specie delectatio in principio, medio, & fine temporis, in quo aliquis delectatur. Sequitur igitur, quod delectatio aliquid sit de numero totorum & perfectorum quæ totum esse suum simul habent. Hoc autem contingere videtur ex hoc quod non contingit moueri nisi in tempore. Delectari autem perfectè contingit in nunc temporis. Quod autem in ipso nunc est, totum aliquid est & perfectum.

Amplius ex dictis manifestum est, quod non bene dicunt qui delectationem dicunt motum vel generationem. Motus enim & generatio non omnium sunt, sed partibilium secundum formam, vel ubi: & non sunt eorum quæ tota simul sunt secundum esse, secundum ubi vel formam. Propter quod in somnis visio prout est actus primi videns non est generatio, eò quod impartibilis est secundum formam talis visio. Neque puncti generatio est neque vnitatis. Licet enim punctus sit in diuisibili positus, tamen secundum positionem non diuiditur: & vnitatis est per formam, & forma diuisibilis non est: propter quod etiam motus horum nihil est: non enim totum est & perfectum, neque punctus indiuisibilis positione, neque vnitatis indiuisibilis formæ. Sequitur igitur, quod motus delectationis non est: quia delectatio totum quoddam est.

Ex his patet, quod tripliciter aliquid est in tempore, scilicet per diuisionem esse quod est in tempore sicut in numero numerante diuisionem esse sui: & sic motus est in tempore: propter quod dicit Dionysius, quod tempus est esse in mutatione & generatione. Et Aristoteles in quarto physicorum dicit, quod in tempore esse est quadam parte temporis mensurari. Est iterum aliquid in tempore, cuius protensio potentie in esse perfectò secundum quam in toto perfectè existat, tempore mensuratur: sicut dicimus diurnum, mensuum, annuum: & hoc est in tempore primi mobilis, secundum quod duratio in esse & permansio mensuratur: & hoc modo esse est in tempore vita, intellectus, sensus, & delectatio: & hoc modo quod habet potentiam protensam secundum durationem, & in qualibet parte illius temporis totum est: & hoc modo dicit Philosophus, quod esse mensuratur tempore, ens autem loco. Dicitur etiam esse in tempore, quod nihil in se protensum habet, refertur tamen ad id quod in tempore est vel primo vel secundo modo: sicut dicimus intelligentias esse in tempore & causam propriam, quæ in nulla differentia temporis deficiunt vel absunt: & hoc modo omnia quæ sunt in tempore, sunt vel primo vel secundo vel tertio modo. Ex omnibus igitur inductis patet, quod delectatio neque motus, neque generatio est.

CAPVT VII.

Quod delectatio operationis perfecta perfecta est.

Sensus autem omnis, hoc est, sensualis actio sine operatio est alicuius operantis ad sensibile, diiudicandum scilicet & discernendum: & hanc sensus operationem diffusionem dicimus primi sensitiui. Perfecta autem talis sensus operatio est, quod optimè dispositum est secundum virtutem sensitiuam & est ad pulcherrimum obiectum quod iacet sub sensu. In illud enim maximè diffundit se primum sensitiuum: & talis, ut ita liceat loqui, sensatio maximè videtur esse operatio perfecta sensus.

3. ratio.

Cap. 10. de diuin. nom.

14. Perfectissima operatio in intellectu delectatio est perfectissima.

Nec

Nec hic facimus differentiam in hoc quod dicamus sensum operari vel id in quo est sensus, sicut est animal: quia non facit ad propositum. Secundum vnumquodque enim quod est sensus vel habens sensum, optima & perfectissima operatio est eius quod optimè dispositum est secundum vltimam sentiendi virtutem ad potentissimum obiectum, quod est de numero eorum quæ cadunt sub talem sensationem, sicut pulcherrimum in vsu, conuenientissimum in auditu, & sic in aliis sensationibus, ad quod sensatio talis vel talis sensus potentissima est: hæc enim perfectissima erit & delectabilissima: eò quod delectatio secundum omnem sensum: quamuis delectatio corporalis circa quam est temperatus, non fit nisi secundum tactum, ut in tertio huius scientiæ libro dictum est.

Sicut in sensu se habet, similiter se habet circa intellectum & speculatiuum, secundum quod intellectus est actus intelligentis, & speculatio est actus speculantis. Delectabilissima enim intelligentia & delectabilissima speculatio est ea quæ perfectissima est. Ea autem perfectissima est, quæ est optimè dispositi intelligentis per vltimam & optimam virtutem intellectus ad studiosissimum intelligibile & optimum inter omnia ea quæ cadunt sub intellectu. Tale autem est intellectus primæ causæ. Hic enim principium omnium intelligibilium est. Nihil enim intelligitur, quin sub lumine illius intelligatur. Ex omnibus his videtur, quod delectatio floritio siue diffusio est super optimam operationem, quæ est secundum virtutem perfectam primi operantis: & idè quamuis operatio non sit, tamen circa operationes semper est & inseparabilis ab ipsa, sicut simum inseparabile est à naso: propter quod ut quale quid determinari habet.

CAPVT VIII.

Quod delectatio in operante perficit operationem.

15. Delectatio perficit operationem, ut ut obiectum, neque ut forma vel habitus inexistens, sed ut finis superueniens.

Perficit autem operationem delectatio non secundum eundem modum quo sensibile perficit sensationem, quando ambo studiosa & bona sunt secundum modum studiositatis & bonitatis quæ competunt sensibili & sensationi: sicut etiam eodem modo sanitatis operationem non perficiunt sanitas & medicus. Non enim secundum vnam similitudinem operationis sanitatis causa est medicus, & sanari. Et sicut virtus sani ab interioribus diffundens se in sanitatis operationem, medicus autem perficit sicut inducens ab extrinseco sanitatem facientia: similiter sensibile operationem sensitiui vel sentientis perficit eam sicut mouens ad operationem extrinsecus, sensitiuum autem primum perficit eam sicut diffundens se in eam: & hoc modo delectatio perficit operationem sicut interius diffundens se delectans in operationem, & non sicut extrinsecus operationis, quemadmodum extrinsecus ad sanitatis operationem est medicus, &

sicut extrinsecus est sensibile ad primi sensitiui operationem. Quod autem secundum vnumquemque sensum delectatio sit, omnibus puto esse manifestum. Dicimus enim visiones & auditiones esse delectabiles. Et manifestum est, quod tunc maximè delectabiles sunt, cum & sensitiuum potentissimum est secundum dispositionem suæ virtutis, & cum operatur ad tale obiectum quod potentissimum est omnium eorum quæ cadunt sub sensu. Talis enim existens sensitiuum & sensatio semper erit in opere sensus delectatio: eò quod & faciens & patiens conuenientissimè se habent adinuicem. Delectatio autem perficit operationem, non ut habitus qui insit vel insiat sensitiui: quia sic esset motus de dispositione & potentia ad habitum: sed perficit eam ut superueniens quidam finis, qui finis est non operis, sed operantis. Operatio enim cum sit optimum, finem alium habere non potest. Sed operans finem habere potest delectationem quæ simul est cum ipsa operatione: eò quod est diffusio primi operatiui in operatione sicut omne in quo aliquis gaudet vel delectatur. In omnibus enim talibus gaudium nihil aliud est, nisi diffusio cordis in operatio conceptu boni in quo gaudet vel delectatur. Ista enim diffusio semper superuenit operationi, velut iuuenibus superuenit pulchritudo. Iuuenis enim ut iuuenis est operatio secundum virtutem iuuentutis, quæ est in optimè mouente calido & in subtili & optimè mobili humido. Tali autem operationi semper superuenit & coest pulchritudo.

Propter quod quædiu sensibile vel intelligibile sit secundum actum operationis, verbi gratia, ut sic discernens & speculans secundum actum, tandiu in operatione erit delectatio. Similibus enim entibus & adinuicem secundum eundem modum se habentibus passiuo & actiuo, idem continè aptum natum est fieri.

Sed cum ita sit, videretur quod aliquis continè delectari deberet. Delectatio enim firmat operationem & continuat: firmata autem & continuata operatione, continua delectatio superuenit. Hoc autem non videmus: nullus enim continè delectatur. Quæramus igitur, quare est hoc quod nullus continè delectatur? Et dicamus, quod hoc est, quod omne quod compositum est, laborat in operatione. In operatione enim necesse est esse discursum spirituum & continuam alterationem calidi & humidi in organo: & idè debilitatur spiritus & laborat organum & attenuatur humidum: & idè necesse est reduci hoc in principium digestionis ut restauretur. Et hæc causa est quare nulla humana corpora continè possunt operari, sicut nec faber continè fabricat hebetatis malleis, forcipibus, & incude. Operationes autem omnes animales per spiritum & calidum & humidum sunt sicut per instrumenta: & quia non continua est operatio, sequitur, quod neque continua sit delectatio. Delectatio enim consequitur operationem. Ex quo sequitur quod iam olim dictum est, quod si alicuius natura simpliciter est vna & eadem, semper gaudet delectatione.

Tamen

16.

Delectatio tantu durat, quandiu manet perfectu cognoscens operatio.

17.

Nullus continè delectatur. 1. ratio.

2. ratio.

Tamen etiam lassata virtute quædam noua existentia delectant: posterius autem corrupta non delectant similiter. Sicut curiosi in leonibus videndis, à principio etiam lassati desideranter currunt ad videndos leones: visus autem leonibus lassata virtus statim remittitur. Et huius causa est: quia primum inclinata mens ex curiositate ad operationem, exequitur sibi proeundo spiritus: & idè intensè tunc operatur, quemadmodum ex curiositate aliquid noui aspicientes, proeundunt spiritum visuum & intensè operantur: sed postea curiositate satiata, non fit tam intensa operatio, sed neglecta & remissa: propter quod etiam delectatio obscuratur & remittitur.

CAPVT IX.

Quare appetuntur ab omnibus delectationes.

18. Omnes appetunt delectationes.

SI autem queratur, quare delectatio ab omnibus appetatur? Omnium enim existimatio est, quod omnes appetunt delectationes. Et huius causa est: quia omnes appetunt viuere: vita autem operatio quædam est: est enim operatio animæ secundum quod est principium vitæ: vita enim est æctus continuus & essentialis animæ. Vnusquisque autem circa hæc & in his maximè operatur, quæ diligit, & ad quæ totam refert vitam, vt in antehabitis dictum est. Verbi gratia, musicus enim qui ad musicorum totam refert vitam, appetit viuere circa melodias. Amator autem disciplinalium scientiarum siue demonstratarum, quas mente considerat, & ad quas totam refert vitam, viuere appetit circa theorematibus: quæ sunt principia vel conclusiones demonstrationum mathematicarum. Sic autem est in reliquis omnibus. Delectatio autem perficit operationes. Viuere autem quod singuli appetunt & ad quod referunt vitam, operatio est cui superuenit delectatio. Rationabile igitur, quod delectationem quæ superuenit operationi, etiam appetunt. Illud enim viuere quod vnicique delectabile est & eligibile, perficit delectatio.

Verum autem propter delectationem viuere eligimus, vel è conuerso propter viuere eligimus delectationem, in præfenti quidem dimittatur: quia certum est, quod delectatio ad operationem est sicut ad finem. Supremum enim & vltimum semper finis est: & hoc in moralibus est operatio, sicut patet in his quæ determinata sunt in primo huius scientiæ libro. Delectatio autem est vt finis quidam, non simpliciter, sed qui superuenit operationi. Delectatio enim operationi coniungi videtur vt passio proprio subiecto: & videtur, quod non possit ab ea separari: èd quod sine operatione non fit delectatio: quamuis operatio separari aliquando possit à delectatione: in temperantiæ enim & fortitudinis operibus operatio est & studiosa: non ramen semper cum illa operatione est delectatio.

19.

Vnde etiam videntur delectationes specifi-

cas differentias contrahere ab ipsis operationibus. Altera enim specie secundum speciem delectationis ab alteris specie secundum operationes existimamus perfici. Sic enim videntur & naturalia & quæ ab arte, habere differentiam: animalia enim & arbores in naturalibus specie differentia, ab aliis, & aliis specie differentibus agentibus videmus produci. Et picturæ, & imagines, & domus, & vas, secundum omnem specierum suarum differentiam à differentibus specie secundum formam artis producuntur. Alia enim ars est & picturæ & imaginum & domus in formam artis. Et similiter operationes differentes specie, à differentibus specie delectationibus perficiuntur. Differunt autem specie operationes quæ sunt mentis siue intellectus, ab his operationibus quæ sunt sensus, specie differunt secundum differentiam eorum circa quæ operantur sensus. Oportet igitur, quod etiam secundum eundem modum differant delectationes.

2. ratio.

Apparet autem hoc maximè ex hoc quod vnaquæque delectatio maximè appropriatur illi operationi quam perficit & cui superuenit: èd quod illa operatio sola propria est vel secundum naturam, vel secundum habitum acquisitum. Propriæ autem operationi propria superuenit delectatio, & coauger propriam operationem propria delectatio. Delectantes enim circa aliqua, ex propria vi delectationis magis singula diiudicant, & certius exquirunt omnia illa quæ faciunt ad operationem quam cum delectatione operantur: gaudentes enim & delectati in eo quod est geometrizare, magis inquirunt singula & intelligunt quæ ad geometricam pertinent. Similiter autem & delectati in musicis & amantes musicas harmonias, magis inquirunt & intelligunt ad musica pertinentia. Ita etiam est de amantibus ædificatiuam, & de aliis singulis. Omnes enim augmentationem accipiunt ad proprium opus, quando gaudent & delectantur in ipso opere. Delectatio igitur coauger opus. Nulla autem coaugent non propria: non propria enim conuenientia non sunt: & idè delectabilia non sunt: nec coaugentia apponitur. Ab alteris igitur specie operationibus etiam propriæ delectationes etiam altera specie sunt.

3. ratio.

Hoc autem adhuc magis apparebit ex eo quod delectationes quæ sunt ab alienis quæ non sunt conuenientia nobis secundum habitum, impeditiua sunt propriarum operationum. Si enim aliquis qui amat fistulas & delectatur in symphonia fistularum, subito dum in confabulationibus est, fistulas audiat, statim confabulari non potest sermonibus, magis gaudens fistulatiua quam præfenti operatione confabulationis. Intendens enim ei à quo delectatur, abstrahitur ab altero. Patet igitur, quod delectatio quæ est secundum fistulariua, eam operationem corrumpit quæ est secundum confabulationem sermonum. Similiter autem hoc est in omnibus aliis, cum simul anima circa duo operetur, quorum vnum est conueniens, aliud autem extraneum secundum habitum conuenientiam. Delectabilior enim operatio expellit eam quæ minus delectabilis est: & tantò expellit eam plus, quanto delectatio

4. ratio.

Statio vnius operationis est maior delectatione alterius: ita quod etiam propter nimiam delectationem in vno, nihil contingit operari secundum alterum. Propter quod contingit, quod vehèmenter gaudentes in quacunque operatione, nihil omnino discernimus alterum ab illo: & alia quædam facimus, quando alia quietè & remisse placent nobis. Verbi gratia, dum in theatris athletæ optimi pugnant, delectati in optimis plagis eorum, & comestionibus delectabilissimorum non intenderemus abstracti delectatione plagarum: dum autem malos ictus dant, remissius delectati, etiam leguminum comestioni intenderet incipimus. Aliud autem maximè tunc operamur, quando circa primum remissius intendimus & operamur: Quamuis enim anima plurimum sit potentiarum, sicut sæpe dictum est, tamen id quod centrale est in anima & ex quo manat in omnes potentias operatio, secundum substantiam vnum & indiuisum: & idè intensè fluens in vnum, retrahitur ab altero: sicut centrum in circulo fluens in vnamquamque linearum semidiametrorum circuli, necesse est quod ab altera retrahatur.

CAPVT X.

Quod propria delectatio confirmat operationes, & de delectationum differentia propriarum & alienarum.

4. ratio.

Manifestum est igitur ex prædictis, quod propria delectatio confirmat operationes & diuturniores & meliores facit. Alienæ autem delectationes deficiunt & nocent ad operationes. Et per hoc patet, quod multum distat abinuicem propriæ & alienæ. Alienæ autem delectationes ferè idem faciunt circa operationes, quod faciunt propriæ tristitiæ. Dico autem ferè: quia propriæ tristitiæ corrumpunt & cessare faciunt operationes in toto. Alienæ autem delectationes remittunt eas & auertunt ab eis intentionem operantis. Verbi gratia si alicui scribere sit indelectabile & triste, & alicui ratiocinari sit triste & indelectabile, corrumpitur operatio in illis. Quia hic quidem non scribet, & alius non ratiocinabitur: eo quod tristes sunt eis tales operationes. Contraria igitur accidunt circa operationes à delectationibus & tristitiis. A propria enim delectatione firmatur operatio, à tristitia autem corrumpitur. Propriæ autem delectationes sunt, quæ sunt in operatione propria, quæ secundum seipsam conuenit secundum habitum quo disponitur vnusquisque. Alienæ autem delectationes dictæ sunt, quæ ab alienis operationibus secundum proprium habitum conuenientibus sunt, quæ proximum aliquid faciunt tristitiæ: èd quod corrumpunt operationem: quamuis non similiter id faciant, sicut prædictum est.

20.

Delectationes

Hæ autem delectationes operationibus differunt. Et est prima differentia qua differunt D. Alb. Mag. lib. 10. Ethic.

secundum epicheiam & prauitatem, & quod hæc quidem eligibiles sunt, aliæ autem fugiendæ: aliæ autem neutra. Studiosæ enim eligibiles, prauæ autem fugibiles, mediæ autem quæ nec prauæ nec studiosæ sunt, neutrae sunt, nec eligendæ & nec fugibiles, sicut est motus digiti, vt dicit Boëtius, vel ludus troci. Et secundum vnamquamque harum operationum differunt delectationes: ita quod quædam sunt studiosæ & eligibiles, quædam autem prauæ & fugiendæ, quædam autem neutra. Secundum vnamquamque enim operationem propria delectatio est. Delectatio igitur quæ propria est studioso & studiosæ operationi, epicheia & bona & eligibilis est. Quæ autem propria & operationi prauæ, mala est & fugiendæ.

differunt prauitate & improprietate. 1. ratio.

Quod ex hoc patet, quod concupiscentiæ quæ sunt inclinationes appetitus in operationes, & delectationes quæ sunt bonorum, laudabiles sunt: & quando sunt turpium, vituperabiles sunt. Propter quod autem vnumquodque, illud magis est tale, sicut dicit Aristot. Si igitur concupiscentiæ propter delectationes sunt prauæ vel bonæ, delectationes sunt magis prauæ vel bonæ. Delectationes enim magis propriæ sunt operationibus & magis propinquæ, quam concupiscentiæ: èd quod in ipsis operationibus sunt. Concupiscentiæ quidem enim discretæ sunt ab operationibus & separatæ temporibus & natura. Temporibus quidem: quia sunt ante eas. Natura autem: quia alia est diffinitio concupiscentiæ, & alia est diffinitio operationis. Delectationes autem propinquæ valde sunt operationibus & indilcretæ ab eis: & intantum sunt coniunctæ eis, vt à multis sit dubitatio, vtrum idem sit operationi delectatio. Cum tamen delectatio non videatur esse substantialiter idem operationi mentis, vel operationi sensus. Inconueniens enim esset hoc: quia sequeretur ex hoc, quod passio substantialiter esset idem subiecto in quo est. Sed propter hoc quod delectationes non separantur ab operationibus, quibusdam idem videbatur delectatio & operatio. Patet igitur, quod secundum differentiam qua operationes sunt alteræ abinuicem, secundum eundem modum etiam delectationes abinuicem differunt.

2. ratio.

1. posteriorum. T. c. 5.

CAPVT XI.

De differentia delectationum penes puritatem & impuritatem operationum.

Differunt autem puritate & impuritate operationum: quod sic probatur. Operatio enim visus puritate differt ab operatione tactus: est enim visus obiectum super extremitatem scilicet perspicui, diffusam scilicet in corpore terminato, quæ nihil in se habet de impuritate materiæ: tactus autem eorum est quæ in materia permixta sunt. Similiter autem puritate differt operatio auditus ab opere olfactus & gustus: auditus enim est soni qui non pertingit nisi fractiuam aëris absque aliis di-

3. ratio.

G g spoli

positionibus materię elementaris : olfactus autem & gustus super dispositiones sunt commixti & complexionati. Et sic iterum differunt olfactus & gustus : olfactus enim super odorem est qui sequela est complexionis : gustus autem de differentiis humidis in ipsa complexionem digesti. Purior autem sensus est remotior à materia : impurior vero coniunctior. Et secundum eundem modum similiter differunt delectationes quę circa summum operationes sunt, & illę omnes differunt à delectationibus quę sunt circa operationes mentis, in quantum operationes mentis circa purius sunt : & puriores quam operationes sensus. Sunt autem & duę operationes mentis, speculatiua scilicet, & practica : & differunt ab invicem puritate utraque istarum operationes. Speculatiua enim purior est quam practica in quantum circa purior est, & omnino à materia separata : practica autem circa particularia quę ad materiam referuntur.

21. Animalium specie differunt delectationes speciei differunt : speciei vero similitudinem, conveniunt specie.

Quod autem quedam propria homini istarum delectationum, quod unicuique animali propria delectatio est, quemadmodum & opus proprium : propria enim est, quę est cum propria operatione. Hoc autem in vnoquoque apparebit facile speculanti opus proprium cuiuslibet. Altera enim est equi delectatio propria sicut & opus, & altera canis, & altera hominis : quemadmodum Heraclitus dixit asinum fenum iringorum secundum naturę suę convenientiam, plus eligere quam aurum. Est enim tale fenum delectabilius nutrimentum asinis quam aurum. Et secundum hunc modum plus eligitur à bone orobum, & à cane ossa. Delectationes igitur diversarum operationum specie, differunt specie : illas autem quę sunt eorum quę specie indifferentia sunt, rationale est indifferentes specie esse. Hoc autem contingit in animalibus brutis : quia omnia illa à natura aguntur ad opera. Natura autem vna specie est in his quę speciei differentiam non habent. Et idem in quo delectatur vnus asinus, in eodem delectatur & alter. Et de bobus & equis similiter est.

22. In hominibus delectationes multę diversę sunt.

In hominibus autem qui non natura sed ratione aguntur vel phantasia, non parum differunt delectationes. Eadem enim quę quosdam homines delectant, alios contristant : & quę quibusdam tristitia & odibilia sunt, aliis sunt delectabilia & amabilia : cum tamen homines omnes eiusdem speciei sint : eod quod aliter & aliter secundum rationem & phantasiam dispositi sunt. Et in dulcibus etiam hoc accidit secundum diversam linguę dispositionem & infusionem. Non enim eadem videntur febricitanti dulcia & sano. Sano enim dulcia videntur quę verè dulcia sunt : & hæc eadem infirmo non dulcia videntur, eod quod lingua eius infusa est cholera adusta & amara. Similiter etiam nec eadem calida esse videntur debili & benè habenti. Benè habenti enim non videtur calidum, nisi quod excellit medium

complexionis : debili autem calefacto etiam modicus calor vtilius videtur. Similiter autem etiam hoc accidit, in multis aliis.

Si tamen secundum sensum iudicaretur quid calidum & dulce esset simpliciter & secundum veritatem, determinaretur iudicio sani & non iudicio infirmi. In omnibus enim talibus hoc videtur simpliciter esse, quod videtur studioso & benè habenti. Si autem hoc benè & convenienter dicitur, quemadmodum omnibus videtur, & sicut in præcedentibus dictum est, mensura vniuscuiusque qua videtur quid simpliciter sit vel non sit, est virtus eius propria, & bonus qui benè habet secundum virtutem, secundum quod talis est per virtutem bene dispositus. Sequitur igitur, quod delectationes utique simpliciter delectationes sunt, quę bono secundum virtutem videntur esse delectationes, & quod illa simpliciter delectabilia sunt, quibus gaudet, quia talis est. Et quę huic tristitia sunt, si aliis sunt delectabilia, nihil est admirabile. Multę enim corruptiones & nocumenta sunt hominum, quibus vel secundum maliciosam naturam vel secundum habitum acquisitum disponuntur ad alia quam ad ea quę conveniunt ad naturam constitutam & integram : & quę talibus videntur, non simpliciter sunt delectabilia, sed sunt delectabilia his & taliter dispositis.

23. In delectationibus id tale esse videtur, quale studioso videtur.

24. Delectationes quas omnes fatentur esse turpes, non sunt dicenda delectationes corruptis. Quęramus autem de delectationibus quę videntur esse epiches siue studiosę, qualem delectationem vel quam dicendum est delectationem esse hominis secundum quod homo est. Quod tamen secundum prædicta ex ipsis operationibus manifestum est. Formas enim operationum sequuntur delectationes. Siue igitur vna sola est operatio hominis secundum quod homo est, siue plures illa quę perfecti & beati viri est secundum optimam virtutem hominis, est operatio per se hominis. Vnam autem dico : quia finali virtute homo vnus est, si finalis virtus accipiatur secundum illud quo homo est. Hoc autem est ultimus & perfectissimus intellectus qui speculatiuus est, ad quem omnia alia adminiculantur. Plures autem dico, secundum quod homo plura est per intellectum, scilicet speculatiuum & practicum. Prudentia enim virtus est practici : sapientia autem virtus speculatiui. Et felicitas civilis vltima operatio est practici : felicitas autem contemplatiui & vltima & perfectissima est operatio speculatiui. Et delectationes quę perficiunt has operationes, dicuntur principaliter esse operationes hominis vt homo est. Reliquę autem omnes delectationes secundarię dicuntur & secundum quid : & hoc multipliciter est, quemadmodum & operationes tales sunt diversimodè secundum animalem appetitum dispositorum.

TRACTATUS II.

De felicitate contemplatiua.

CAPVT I.

In quo genere operationum sit operatio felicitatis contemplatiua.

25. Et de felicitate determinandum.



Is autem determinatis quę circa virtutes morales & contemplatiuas & amicitias & delectationes determinanda esse videbantur, quę omnia sunt adminiculantia ad felicitatem contemplatiuam, relinquuntur de felicitate contemplatiua typo pertransire. Omnia enim quę ad hanc scientiam spectant, non nisi typo determinati possunt, quemadmodum in ante habitis dictum est. Vltimo enim & post omnia tractandum est : eod quod talem felicitatem finem ponimus omnium humanorum : eod quod omnia humana referuntur ad ipsam.

26. Quodam resumptenda. Felicitatem non esse habitum.

Sermo autem istius tractatus compendiosior erit & intelligibilior, si resumantur ea quę in primo huius scientię libro de felicitate civili dicta sunt. Ibi enim diximus, quod felicitas non est habitus. Vltimo enim & post omnia tractandum est : eod quod talem felicitatem finem ponimus omnium humanorum : eod quod omnia humana referuntur ad ipsam. Sermo autem istius tractatus compendiosior erit & intelligibilior, si resumantur ea quę in primo huius scientię libro de felicitate civili dicta sunt. Ibi enim diximus, quod felicitas non est habitus. Vltimo enim & post omnia tractandum est : eod quod talem felicitatem finem ponimus omnium humanorum : eod quod omnia humana referuntur ad ipsam. Cum autè dormiens plus viuat operatio vegetabilii partium intus quam vigilas, & sic viuat vita plantę quę intus ingerit & digerit & nutrit, quamuis exterius immobilis sit, contingeret quod viuens vita plantę felix esset. Adhuc autem infortunatus maxime rotatus præ amicis infortuniis, non priuatur habitu virtutis, quamuis gloriosissimus operationibus priuatur & perfectissimus. Contingeret ergo, quod infortunatus felix esset : quę omnia valde inconuenientia.

2. Felicitatem esse quandam operationem.

Si autem hæc concedere non placet, sed magis ponendum est eam esse operationem quandam, quemadmodum in his quę in primo huius scientię libro scripta sunt, dictum est : cauendum est, ne in genere habitus felicitatis esse ponatur. Est igitur operatio, non habitus.

3. Operationum quasdam esse necessarias, & ob alia, quasdam vero per se ipsas expeditibiles.

Operationum autem quedam sunt necessarię necessitate positionis, sicut vstio & bibitio pharmaci. Hęc enim necessarię sunt si aliquis debeat consequi sanitatem, & tales operationes non sunt per se eligibiles, sed propter altera quedam. Quedam autem operationum secundum se ipsas sunt eligibiles, quas non ad alia quedam referimus, sed propter se ipsas volumus.

D. Alb. Mag. li. b. 10. Ethic.

Manifestum est, quod dicendum est felicitatem esse de numero & genere earum operationum quę secundum se ipsas eligibiles sunt, & non earum quę eliguntur propter aliud. Determinatum enim est, quod felicitas nullo modo est indigens, sed per se sufficiens omnium bonorum congregatione perfecta. Secundum se ipsas autem eligibiles sunt operationes à quibus non queritur obtineri aliud propter ipsam secundum se operationem : eod quod ipsa finalissimum bonum est. Tales autem operationes esse videntur actiones quę sunt secundum virtutem. Bona enim & studiosa agere secundum quamlibet virtutem est de numero eorum quę propter se eligibilia sunt. Est enim de partibus honesti. Honestum autem est, quod volumus propter se ipsum.

4. Felicitatem esse de numero operationum per se expeditibilem.

Sed tamen in his distinguendum est : quia & ludorum operationes delectabiles propter se ipsas requiruntur. Ludentes enim ipsas ludorum operationes non eligunt propter altera. Quod ex hoc patet : quia ludentes sæpè luduntur ab ipsis operationibus ludendi magis quam iuuantur : exerecentes enim tales operationes, negligunt & corporum sanitatem, & luctus possessionum, sicut patet in tota die curizantibus : quod non facerent, nisi ipsas operationes secundum se diligerent. Nescientes enim quod agant, ad tales ludorum conuersationes refugiunt multi qui ab Epicuro felices dicuntur. Propter quod illi qui eutrapeli in ludorum conuersationibus sunt, approbati sunt apud tyrannos, qui politicam non habent virtutem. Eutrapelos autem dicimus bene versatos ad placendum aliis in ludis. Tales enim tribuunt se ipsos delectabiles in his quę propter se appetunt. Tyranni autem indigent talibus, eod quod summum bonum in vita in requie ponunt.

27. Operationes virtutis sunt per se expeditibiles, & ludi iuuant.

Talis igitur conuersatio videtur felicitas esse : propter quod illi qui in potentibus sunt, felices esse dicuntur qui omnes talibus operationibus vacare videntur. Nullum autem signum verum esse videtur, licet quod inducunt, quod tales operationes felicitatiuę sunt. Virtutis enim operatio & operatio intellectus à quibus operationes sunt studiosę, non sunt in hoc quod aliquis sit potens : quia multi potentes nihil habent de virtute, nec viuunt secundum intellectum illi qui potentes sunt.

Hi ludi non pertinent ad felicitatem. 1. ratio.

Nec sequitur, quod propter hoc existimandum tales operationes eligibiliores esse quę corporales sunt : quia ad corporales operationes & delectationes refugiunt illi qui in gustabiles sunt delectationis sincerę & liberalis.

2. ratio.

G g 2 Et enim 3. ratio.

Etenim pueri existimant optima esse ea quæ apud ipsos pretiosa sunt: cum tamen optima non sint simpliciter. Rationabile autem est quemadmodum pueris & viris perfectis secundum ætatem, altera videntur esse pretiosa, sic etiam altera & altera sint quæ videntur prauis, & quæ videntur his qui sunt epiches siue studiosi & optimi. Quemadmodum igitur multoties dictum est, pretiosa & delectabilia simpliciter sunt, quæ studioso & optimo pretiosa & eligibilia esse videntur. Rectum enim iudex est sui & obliqui: curuum autem (vt dicit Pythag.) nullius est iudex. Vnicuique autem illa eligibilissima est operatio, quæ sibi secundum proprium habitum conuenit. Studioso igitur eligibilissima est, quæ conuenit secundum habitum virtutis. Felix autem studiosus est & studiosissimus. Felicitas igitur operatio est secundum virtutem. Ludi autem operatio non secundum virtutem est, sed secundum remissam mollitiem: lusuus enim mollis est. Non ergo in ludo felicitas est: valde enim inconueniens est ludum finem humanorum dicere.

4. ratio.

Adhuc autem ridiculum esse videtur, quod in multis negotiari & mala multa pari secundum omnem vitam, dicatur totum hoc fieri ludendi gratia. Vtilitas enim negotiationis & dispendia multorum laborum ad felicitatem vt ad finem referuntur. Si ergo felicitas ludus est, sequetur, quod omnia humana ad ludum referuntur. Præter felicitatem enim solam, quæ finis humanorum est, omnia humana quodammodo alterius gratia eligibilia sunt. Virtutes enim quamuis secundum se eligibiles sint, tamen ad operationes virtutum referuntur, & propter illas eliguntur. Operationes autem virtutum quamuis per se eligibiles & perfectæ sint, tamen referuntur ad felicitatem ciuilem, felicitas autem ciuilis ad contemplatiuam. Et sic omnia ad aliud quodammodo referuntur propter felicitatem speculatiuam.

5. ratio.

Studere autem virtutibus & laborare in difficili circa quod est virtus, ludi gratia, valde insipientis, & puerile dictum est: sed secundum Anacharsidem poetam dicere, quod aliquis ludat vt studeat, rectè habere videtur.

6. ratio.

Multi enim intentionem in ludis remittunt, vt viribus recollectis fortiores sint in studio bonorum & honorabilium. Ludus enim, sicut in antehabitis dictum est, requiei assimilatur: eò quod intensionem intentionis & studij remittit, & sic requiem inducit. Non valentes enim continè laborare, in exercitio studiosorum, requie indigent, quemadmodum & Caro dicit,

Interpone tuis interdum gaudia curis.

Requies autem finis humanorum non est. Fit enim requies gratia operationis, vt quemadmodum dictum est, remissa virtus fortior resurgat ad operationem.

7. ratio.

Felix enim vita secundum virtutem esse videtur. Virtus autem cum studio & non in ludo est.

8. ratio.

Et communiter dicitur, quod studiosa meliora sunt in his quæ ridiculosa & cum ludo

sunt. Felicitas autem meliorum bonorum esse perhibetur.

Adhuc autem bona operatio est bonæ partis animæ, & studiosior operatio melioris est particulæ animæ, & studiosissima optima est particulæ animæ & nobilissima. Sequitur ergo meliorem operationem feliciorem esse. Felicitas igitur operatio est secundum nobilissimam particulam animæ.

Quicumque autem bestiali quæ in ipsis est, & non minus optimo iudicant sibi, pro certo potuerunt corporalibus delectationibus pro optimo quod est in vita, sicut fecit Sardapalus. Nullus autem felicitatem bestiali parti tribuit, nisi etiam vitam bestialem optimam esse dicat. In talibus enim conuersationibus bestialitatis non est felicitas, sed est in his operationibus quæ sunt secundum virtutem, quemadmodum & prius in primo huius scientiæ libro dictum est. Est igitur felicitas operatio optimæ virtutis secundum nobilissimam animæ particulam.

CAPVT II.

Secundum quam virtutem sit felicitas contemplatiua, & quæ sint differentia constituentes eam.

SI autem secundum ea quæ in primo libro dicta sunt, felicitas est operatio secundum animi virtutem perfectam, rationabiliter sequitur, quod optima felicitas sit optima operatio secundum optimam virtutem. Optima autem virtus optimi est. Cum enim virtus vniuersiusque sit vltimè in optimo ipsius: vltimum autem optimi optimum est: virtus ergo optimi optima est. Siue ergo hoc optimum in homine sit intellectus, sicut Peripatetici dicunt, siue sit aliud aliquid separatum quoddam per substantiam ab homine, cuius tamen refugentia in anima operationem facit intellectualem, sicut dicebant Stoici & maximè Plato qui ideas introduxerant, hoc quod principari videtur secundum naturam & dominari & intelligentiam habere, de bonis & diuinis erit illud optimum, & felicitas erit operatio secundum virtutem illius. Hoc autem redit ad hoc, quod siue intellectiuum in homine sit diuinum secundum se & separatum, ex quo sicut extrinsecus influat in hominem intellectuales operationes, sicut Platonici dicebant, siue sit aliquid de numero eorum quæ in nobis sunt vt substantia animæ, & sic diuinissimum inter omnia quæ in nobis sunt, huius optimi optima operatio quæ sibi competit secundum propriam virtutem, quæ ipsum in vltimo ponit, pro certo erit perfecta felicitas. Quod autem pars diuinissima & optima, speculatiua sit, sæpius dictum est. Hoc enim confessum est ab omnibus, & consonum est his quæ prius dicta sunt, & consonum ipsi vero. Hæc enim operatio speculatiui intellectus optima & dignissima est. Est enim intuitus & contactus

9. ratio.

10. ratio.

29.

Optima operatio intellectus speculatiui secundum propriam virtutem, est perfecta felicitas.

1. ratio.

contactus ipsius veritatis rerum. Intellectus enim speculatiuus quo speculamur, est de numero eorum quæ in nobis sunt secundum Peripateticorum scientiam, & est cognoscibile eorum circa quæ est intellectus purus & separatus.

Et ad hoc intelligendum oportet resumere quæ à principio istius decimi dicta sunt. Stoici enim formas ponentes, primum intellectum separatum dixerunt esse & non coniunctum continuo & tempori. Coniunctum enim, vt dicebant, vniuersaliter intelligentiæ non potest esse principium: eò quod omnis coniunctio particulans est & contrahens. Vniuersalium igitur talium intellectus non haberet cognitionem. Si igitur vniuersaliter infuit intelligentiæ, & vniuersalium oportet ipsum intellectum esse separatum & centram & fontalem ad omnia intellectus operationes facientia. Hoc autem quod sui participatur in anima hominis, facit intellectualem operationem, & optimum illius virtus est eius, secundum quam sibi inest operatio felicitatis & potentia actiua ad feliciter operandum perfecta. Secundum Peripateticos autem sicut in omni natura, ita in anima accipere est differentias vniuersaliter actiui & vniuersaliter passiu. Dicunt enim hi, quod omnis forma sit intelligentiæ & primæ causæ lumen, & processio luminis in res formatas, & quod hoc lumen diuersimodè est secundum distantiam à primo fonte, & secundum propinquitatem. Propter quod in corpore quod ad æqualitatem cæli complexionatum est, vel ferè, sicut est corpus hominis, magis syncerum est, & quasi primi luminis imago. Propter quod in homine per modum diuinum est perficiens operationes intelligentiæ, quod ex ipso lumine secundum quod syncerum est, facultatem habet agendi intellectualiter. Ex eodem autem secundum quod receptum est, potentiam habet omnia fieri intellectualia: & sic iterum virtus eius est optimum & vltimum eius, quod ipsum ponit in perfecta facultate operandi intellectuales operationes.

Tam Stoici autem quam Peripatetici dixerunt, quod aliæ sunt rerum veritates, & aliæ res ipsæ secundum esse proprium vnicuique rei. Rerum enim veritates in lumine sunt causæ primæ, sicut veritates coloris sunt in lumine solis. Omne enim quod processione constituit aliquid, tripliciter accipi potest, scilicet secundum quod est in eo à quo procedit, & secundum quod est contingens in quod procedit, & in medio. Et huius exemplum in præhabitis diximus in lumine quod à sole procedit in perspicuum, & in corpora terminata. Cum enim de veritate coloris nihil sit nisi natura perspicui illuminati, & esse coloris nihil aliud sit nisi diffusio perspicui illuminati in corpore terminato, veritas coloris non accipitur in natura corporis terminati, sed in natura perspicui quod separatum est secundum substantiam à corpore terminato. Propter quod antiq̃ colore epiamum vocauerunt, vt dicit Aristot. Similiter autem se habet omnis forma

substantialis rei in lumine primæ causæ siue intellectus primi vniuersaliter constituentis intelligibilia. Est enim hoc nihil aliud nisi extremitas luminis in materia quam perficit, & esse ipsius, diffusio luminis illius est in materia. Propter quod dicit Auicenna, quod omnis forma largitur ab intelligentia. Et si consideretur veritas formæ determinata, ipse non est materia, sed veritas ipsius est extremitas luminis intelligentiæ. Propter quod Dionysius probat, quod veritas vniuersiusque rei hoc quod est in lumine causæ primæ: & taliter cognoscibile intellectus principium cognoscituum est. Quæ autem in materia sunt in materiam, & condiciones & appendicias materiam acceperunt, non perfectè cognoscibilia sunt: sed oportet, quod de eis sit inquisito & inuestigatio per compositionem & diuisionem, & precedentia & subsequencia & accidentia. Et talis cognitio opinatiua est potius quam intellectiua. Et idè cum intellectus practicus ad particularia referatur, in quibus sunt operationes humanæ, cognitio intellectus practici æstimatiua est & consiliatiua. Propter quod intellectualem & puram non habet operationem. Speculatiuus ergo intellectus diuinissimus est & non practicus: & illius optima operatio felicitas erit contemplatiua.

2. ratio.

Illi enim omnia conueniunt quæ ab antiquis conuenire dicuntur felici, quorum primum est, quod continua sit operatio. Speculatio enim intellectus cognoscibile in veritatibus rerum continuissima est. Magis enim continuè possumus sic speculari, quam operari quodcumque operabile. Ad operationem enim operabilem per nos multa requiruntur, quibus vel aliquo eorum deficientibus interrumpitur operatio. In speculatione autem veritas rerum nobis semper præsto est, & intellectus speculans habetur ad nutum: nec contingit impedimentum nisi per accidens ex ratione organi subiecti, sicut in præhabito tractatu de delectatione dictum est.

3. ratio.

Existimamus etiam secundum Epicuri sapientiam, quod oportet delectationem admixtam esse felicitati. Omnes autem consentunt tam Stoici quam Peripatetici, quam etiam Epicuri, quod delectabilissima omnium operationum quæ sunt secundum virtutem, illa est, quæ est secundum illam virtutem quæ sapientia vocatur: quæ quidem sapientia diffinita est in huius scientiæ libro sexto. Patet igitur, quod sola philosophia quæ prima & verissima philosophia est, delectationes admirabiles habet puritate & firmitate. Altitudine enim admirabilis est. Res enim accipit in primis veritatibus suis. Puritate autem præcellit: nihil enim accipit impuritati materiam admixtum. Præcellit igitur alias scientias, sicut visus alios præcellit sensus puritate, sicut ante dictum est. Firmitate: quia nihil habet opinatiuum, vel inquisitiuum: eò quod non sunt nisi simplex contactus super rerum ipsas veritates, à quibus firmantur & constituuntur. Rationale enim est, quod con-

uersatio scientiarum quæ est in operatione scientiarum, certè delectabilior sit quam delectatio quærentium & dubitantium. Prædicatorum autem operationes cum inquisitione & dubitatione sunt. Est autem in sexto huius scientiarum libro probatum, quod scientiarum virtus sapientia est.

4. ratio.

Tertium autem, quod ratione quod ab Epicuro felicitati dicitur conuenire, est quod Græcè astarchia, quod Latine sonat per se sufficientia. Hoc enim maximè est circa speculationem operationem. Quamuis enim ad sustentationem vitæ necessariis æqualiter indigeant & sapiens & iustus, hoc est, speculatiuus & practicus. Sapiens enim speculatiuus est. Iustus autem à generali iustitia dicitur practicus. Similiter etiam & reliqui omnes indigent necessariis ad vitam. Tamen omnibus necessariis ad vitam sufficienter largitis, practice iustus ad iustitiæ opus multis indiget. Indiget enim hostibus contra quos fortis sit armatura, equis, adiutoribus. Similiter autem multis indiget aliorum vnusquisque secundum virtutem moralem operans. Sapiens autem in speculatione secundum seipsum solus existens, potest speculari, & facultatem habet perfectam: & quanto vtique sapientior est, secundum seipsum solus existens, melius potest speculari. Quia tunc nec delectore indiget nec directore: eò quod secundum seipsum perfectus sit. Et quamuis fortè melius sit cooperatores habere qui vel necessaria vitæ procurent, vel ad speculationem excitent: tamen per se sufficientissimus est ad speculationem. Sicut enim diximus, rerum veritates præsto sunt & intellectus speculatiuus ad nutum. Hoc enim & Horatius dicit: Sic frugis copia, animum ipse parabo.

5. ratio.

Peripatetici autem dicunt & Stoici, quod felicitati conuenit per se diligibile esse & propter se: eò quod est vltimum & finale bonum. Hoc autem videtur soli conuenire speculationi. A speculatione enim nihil intenditur obtineri nisi ipsa speculatio. Ab operationibus autem semper aliquid vel plus vel minus acquirere intendimus etiam præter ipsam virtutis actionem. Quamuis enim virtutes morales in se perfectæ eligibiles sint, tamen relatæ ad felicitatem civilem, propter aliud sunt, vt scilicet obtineatur per eas. Similiter & ipsa civilis felicitas perfecta quidem est in seipsa, relatæ tamen ad ciues ipsos, ad beatitudinem civium ordinatur, vt vnusquisque sibi ipsi reddere intendere possit sapientia. Sola igitur operatio sapientia simpliciter propter seipsam est. Propter seipsam ergo sola eligibilis est.

6. ratio.

Adhuc autem Epicuri vacationem attribuunt felicitati. Vacationem autem diffiniunt absolutionem esse à curis & laboribus. Et secundum hoc videtur, quod hæc contemplatiua felicitas sola, vel maximè in vacatione sit. Cum enim non vacamus, multis curis multa prouidentes & elaborantes, ad hoc non vacamus vt postea vacare possimus. Et cum bellamus, ad hoc bellamus, vt postea pacem

ducamus & in pace viuamus. Pax autem quædam vacatio est. Est enim pax tranquillitas ab impugnantibus. Si autem attendamus practicas politiarum sue vrbaniatum virtutes, quæ tantò nobiliores sunt quam monasticæ, quanto ciuitas vel regimen vtilius est quam vita priuata personæ: virtutes has præcipuas duas inuenimus, quæ omni vrbaniati conueniunt, siue sit regnum siue sit per modum regni, siue per modum aristocratiæ, siue per modum timocratiæ. Virtutes autem hæc sunt politica, & bellica. Politica quidem ciues optimè disponens in operationibus, officiis, præmiis, & pœnis. Bellica autem optimè hostes repellens. Operationes autem quæ sunt circa hæc, perspicue videntur non vacantes esse. Bellicæ quidem virtutes esse perfectæ sint in omni apparatu, non sunt vacantes, ita quod nulli nisi bello intendant. Nullus enim eligit bellare, eius quod est bellare gratia, nec eligit præparare bellum propter bellare. Si enim talis aliquis esset, contra omnes bellaret & semper. Talis autem videtur occisor quidam violentus esse, qui & amicos oppugnaret, nihil aliud intendens nisi vt pugna & occisiones fierent. Bellica igitur virtus sine cura & labore non est, semper sollicita quem impugnet, & quem non, & quando, & quando non, & qua de causa. Politica autem similiter non vacans est. Si enim excipiamus etiam conuersari ciuilitate quod procurat politicus vniciuique ciuium secundum suum modum: tamen sollicitus est politicus acquirere potentatus in subiectione terrarum, & acquirere honores & titulis & laudibus: & si forte habet hæc, tamen sollicitus est magis acquirere hæc & ampliare, & sollicitus erit felicitatem siue civilem siue contemplatiuam acquirere sibi & ciuibus, quæ felicitas altera est à politica operatione, sicut finis alterum quod est ab eo quod est ad finem. Talem enim felicitatem quarimus operatione politica virtutis, & per ipsam inquisitionem manifestum est, quod altera est ab operatione politica virtutis. Sic igitur operationes virtutum politica & bellica pulchritudine & magnitudine præcellunt operationes virtutum monasticarum, quæ sunt quatuor cardinales, quemadmodum paulo ante dictum est: & hæc non vacantes sunt, sed finem aliquem appetunt & non eliguntur propter seipsas.

Econtra autem intellectus speculatiui operatio ab hac differre videtur studio sitare & pretiositate, ita quod præter suum opus nullum vltiorem appetit finem. Adhuc autem si speculatio propriam & perfectam videtur habere delectationem: quæ, inquam, delectatio coauger operationem ipsius & confirmat. Adhuc autem si speculatio per se sufficiens vtique intenditur, & per se vacatiua & illaboriosa in quantum hæc homini conuenire possunt. Demum si omnia habet quæ beato attribuuntur ab antiquis, ita quod conueniunt secundum operationem speculationis, sequitur quod perfecta felicitas hominis sit

sit secundum operationes speculationis, hoc solo addito, quod longitudinem vitæ accipiat. Horaria enim speculatio beatum non facit: nihil enim imperfectum attribuendum est felicitati: propter quod perfectum secundum totam vitæ durationem oportet attribuere felicitati.

CAPVT III.

Quod talis vita pretiosissima est & nobilissima.

7. ratio.

Talis autem vita quæ secundum operationes speculationis est, melior est quam vitæ hominis. Hominis autem dico vitam quæ secundum hominis est operationes. Homo enim duo homines est secundum intellectum, scilicet secundum quem Deo connexus est (vt dicit Hermes Trismegistus) nihil brutale habens in seipso: & secundum rationem inquisitam, secundum quam tempori & continuo coniunctus est, secundum quam quidem etiam homo est excellens bestias. Secundum autem eandem nihil nisi humanum habet. Viuere igitur secundum intellectum speculatiuum supra homines est. Secundum enim illum intellectum non viuit secundum quod homo est, sed viuit secundum quod aliquid diuinum in ipso est. Et quanto differt tale viuere à viuere compositi quod continuo & temporari commixtum est, tanto differt etiam operatio quæ secundum sapientiam & intellectum est, à viuere illo quod secundum aliam virtutem est. Hæc autem virtus est prudentia in ratione electa consistens, & circa particularia negotians.

8. ratio.

Si ergo intellectus diuinum est, quando comparatur ad hominem, sequitur etiam, quod intellectus vita, diuina sit comparata ad vitam humanam. Oportet autem in talibus non intendere suasionibus Theophrastis & Salonis, qui suadent humana debere sapere eum qui homo est, & mortalem debere sapere ea quæ mortalium sunt. Hæc enim suasio auertit à perfectissimo. Quinimo omni mortali contingit & expedit immortale aliquid facere de seipso, & conuenit homini omnia sua facere & referre ad illud viuere quod conuenit ei secundum optimum quod est in ipso. Hoc autem, sicut sæpe ante diximus, est secundum intellectum adeptum, quem adipiscitur in seipso, molem corporis excedens & subiiciens. Quamuis enim ille intellectus mole quidem quanti paruus & indiuisibilis sit, & nullam habens magnitudinem: tamen potentia valore & pretiositate nobilitatis centies milies superexcellit omnia quæ in homine sunt.

9. ratio.

Et hic quidem intellectus totus homo est. Videtur enim vnusquodque esse hoc

quod in ipso excellentius & melius est. Si enim est principale & principans, sequitur quod & melius sit, sicut politicus in ciuitate principans & formans est. Et si quis viderit virgines, matronas, viros, officia, personas formatas ad rectum, in omnibus considerabit politicum, qui secundum virtutem politicam quæ in ipso est, omnibus talem impressit formam rectitudinis. Et similiter intellectus qui in homine excellentissimus est, omnes animæ particulas & corporis ad se format, secundum congruam vnus cuiusque distributionem, sicut sæpius iam ante dixisse nos meminimus. Est ergo talis intellectus homini proprius secundum naturam. Si enim quæram ab aliquo, quid sit secundum esse hominis, non diceret, quod substantia sit, nec quod substantia animata sit, nec quod viuam sit, nec quod sensibile sit, sed diceret, quod intellectuale sit. In omnibus enim præter vltimum non est homo nisi in potentia: per vltimum autem hominis accipit esse in actu secundum quod homo est. Proprium igitur hominis est, quod & conuertibile est, intellectuale esse & intellectuale viuere. Inconueniens igitur & contra naturam est, si aliquis non sui ipsius vitam eligit propriam, sed eligit alicuius alterius vitam, viui scilicet tantum, vel sentientis scilicet tantum. Quod & in primo libro dictum est: sed etiam nunc dicere congruit, quia sæpè dicendum est. Quidam enim sunt vitam secundum eligentes. Vnicuique enim proprium est id, quod secundum naturam est optimum & vltimum: & hoc etiam secundum naturam vniciuique est delectabilissimum. Homini ergo & optimum & delectabilissimum est vita secundum intellectum speculatiuum: hæc enim maximè est homo. Talis igitur homo felicissimus est prima & dignissima felicitate.

Secundario autem & ille felix est, qui secundum aliam virtutem quæ rationis inquisitiua vltimum est, habet perfectas operationes. Hæc autem virtus moralis est, sicut in primo huius scientiarum libro determinatum est: secundum hanc enim sunt operationes humana. Quæcumque enim adinuicem agimus in commutationibus & necessitatibus & omnimodis actionibus communitatum, iusta sunt, vel fortiora, vel temperata. His enim in passionibus communitatis audacia, concupiscentia, cupiditatis, & omnibus aliis passionibus operantes conseruamus quod decet vniciuique cum quo conuiuiamus. Omnia autem hæc humana esse videntur, expressa intantum, quod quædam horum ab ipsa corporis complexionem accidere videntur. Quidam enim mansueti, quidam enim fortes, alij autem temperati, nonnulli iusti, multi & veracundi ab ipsa corporis videntur esse natura: quæ omnia ostendunt, quod moris virtus circa passiones est & humana, & his appropriatur. Similiter autem & prudentia, quæ quamuis intellectualis virtus sit, non tamen

30.

Vita que est de virtute actiua, secundum locum sibi vbi dicitur.

1. ratio.

tamen est intellectus virtus secundum scientificum ipsius, sed potius secundum opinionarium quod est in ipso. Propter quod morali virtuti coniugata est, & moralis virtus coniugata est prudentiæ, sicut in sexto huius scientiæ libro estentum est. Principia enim quibus electionem rectificat prudentia, omnia secundum morales virtutes accepta sunt. Dicitur enim est in præcedentibus, quod moralis virtus finem ostendit. Principia autem prima finales causæ sunt. Omnis enim apparitio finis, ut dicit Socrates, ex habitu est qui in modum naturæ tendendo in proprium finem demonstrat. Rectum autem quod est in moralibus virtutibus in recta electione contententium ad finem à prudentia est. Et sicut ea quæ sunt ad finem, ita prudentia coniugata est moralibus, & morales coniugata sunt prudentiæ. Hæc autem omnia in sexto perfecte ostensa sunt. Morales autem virtutes, quibus copulata est prudentia, omnes circa passionem sunt. Passiones autem compositi sunt. Compositi autem virtutes humanæ sunt. Vita ergo quæ secundum has virtutes est, & felicitas quæ secundum has virtutes perfecta operatio est, humana quædam sunt. Vita autem & operatio intellectus speculativi à passionibus & composito separata est. Nec convenit homini, ut dicit Hermes Trismegistus, nisi secundum maximam aversionem intellectus à corpore. Talis igitur operatio & felicitas, non humana, sed diuina est. Tantum enim de ista felicitate secundum istius scientiæ proprietatem dici potest. Circumstantialiter enim determinare de ipsa, maioris & altioris scientiæ est, quam sit ista quæ nunc nobis in proposito est.

x. ratio.

Dicitur autem ab Epicuris nullo exteriorum indigens esse felicitas: & hoc maxime contemplatiuæ conuenit felicitati. Videtur enim ista exteriorum largitione valde in paruum indigere, & multo minus quam civilis felicitas. Necessariis quidem enim sine quibus non est vitæ animalis sustentatio, ambobus ex æquali opus est, felici scilicet civiliter, & felici contemplatiuè. Quamuis enim magis laboret politicus labore corporis & labore aliorum quæcunque corporalia sunt, & propter hoc maiori indigeat cibo quam felix: contemplatiuo tamen tam paruum est hoc, quod non facit differentiam de qua sit curandum. Sed si vterque referatur ad operationes, tunc ad indigentiam exteriorum magnam habebunt differentiam. Liberali quidem enim opus est multis pecuniis ad agere liberalia: liberalitate autem non potest carere politicè felix. Similiter autem & iusto opus est pecuniis ad restitutionem & redditionem, siue ex debito reddat, siue ex amabili communicatione.

Et si dicas, quod voluntas in talibus profecto computatur. Hoc apud deos esse po-

test, apud homines autem non est. Virtutes enim morales in communicatione hominum, ordinant humanam vitam. Voluntates autem sine operibus non sunt manifestæ hominibus. Nec creditur eis apud homines: eò quod multi etiam non iusti simulant se voluntatem habere ad iusta agere. Nec potest distinguere homo inter simulantem & verè iustum, nisi per omnia opera exteriora. Similiter autem & forti exteriorum opus est, sicut equis & armis & apparatu copioso, quæ faciant ipsum potentem & valentem ad opera fortis, si perficere debeat aliquid eorum quæ sunt secundum veritatem fortis. Eodem modo & se habet in temperato, quod indiget exterioribus quæ potentiam sibi tribuant ut possit perficere temperata. Qualiter enim potest esse manifestus proximo cum quo conuicit vel iste temperatus, vel aliorum virtuosorum aliquis, nisi secundum opera exteriora?

Propter quod queritur, quid principaliter sit in more, electio voluntatis interior, vel actiones exteriores? *Quæstio.* *Responsio.* Quæstionis autem ratio est, quod virtus moralis in vtroque consistit. Cuius quæstionis solutio est, quod perfectum moralis virtutis in istis ambobus consistit. Ad actiones autem exteriores multis opus est. Et quantum aliqui maiores sunt secundum virtutem politicam meliores, tanto pluribus indigent. Pluribus enim indiget dux quam miles, & pluribus indiget iudex quam simplex ciuis. Speculanti autem secundum intellectum nullo talium opus est ad operationem. Sed etiam, si diceret liceat, superabundantia exteriorum impedimentum afferret ad speculationem: eò quod ab intentione speculationis reuocat animum. Propter quod Plato dicitur de sinu proiecisse aurum cum nauigaret, in Academia dicens, quod melius erat perdere aurum quam animum. Felix autem civiliter secundum quod homo est, & pluribus conuicit, & eligit ea agere quæ secundum virtutem moralem sunt, opus habebit exterioribus quæ necessaria sunt ad humaniter cum hominibus conuersari.

* *

CAPVT

CAPVT IV.

De felicitate perfecta intellectus speculativi.

4. ratio. Felicitas contemplatiua inter actiones humanas primum sibi perfectionis locum vendicat.

Perfecta autem felicitas operatio intellectus speculativi est. Quæ autem sit ratio perfectionis, ex his quæ nunc dicentur, apparebit. Suspicionem enim, & hæc suspicio ab antiquo ab hominibus tolli non potuit, deos beatos & felices esse. Deos autem dicimus intellectus diuinis motores caelestium, bonitates scilicet luminibus intellectualibus inferioribus influentes. Si autem felices dicimus, cum omnis felicitas in actione quadam sit, debitum est nobis quædam actiones tribuere diis. Omnis autem actio quæ per intellectum est, de tribus vna est: aut enim est actio virtutis moralis, aut factio artis, aut speculatio intellectus contemplatiui perfecti & adepti. Videamus ergo si eis possint attribui actiones virtutis moralis. Dicemus ne eos iustos ab operationibus iustitiæ civilis? Si enim hoc dicamus, ridiculi apparebunt & derisibiles omnes dii. Tunc enim erunt commutantes res ad communitatem pertinentes, vel per proportionem medietatis arithmeticæ vendendo & emendo & mutuando, vel secundum proportionem medietatis geometricæ vniciue quod dignum est tribuendo, & laudibus & præmiis & pænis, & erunt redentes deposita, & quæcunque alia talia secundum iustitiam sunt obseruantes. Et si proportio ista non seruetur, erunt litigantes, & adinuicem recurrentes, quemadmodum homines. Quæ omnia ridiculosa sunt. Similiter si attribuimus eis fortitudinis opera, sequitur, quod erunt sustinentes terribilia in bellis, & periclitantes se vulneribus & ictibus propter bonum civile vel rem publicam quæ est inter eos. Adhuc autem si attribuimus eis liberalitatis opera in quibus bona fortunæ dantur, quæramus tunc, cui dabunt talia bona? Non enim dabunt orbem quem mouent, vel partem orbis: sed oportet, quod dent aliquod numisma, vel quod numismate mensuratur, quo inter se vtantur vel aliquod tale quod simile est numismati. Sed hoc valde ridiculosum est. Si autem dicimus esse in operibus temperantiæ, tunc non erunt dii: & quæramus, quid tunc erunt quod passionibus subiaceat? Si enim ita deos laudamus, quod dicimus non continentes quidem esse, eò quod prauas concupiscentias non habent: temperatos autem, quia naturales habent passiones moderatas, val-

D. Alb. Mag. lib. 9. Ethic.

dè onerosa & probrosa laus erit ad hominum passiones deos referentes. Sic autem in omnibus apparetianseuntibus uonia quæ virtutum sunt moralium. Omnia enim talia circa actiones deorum ponere, praua & indigna sunt diis. Eodem autem modo etiam est de prudentia, quæ (sicut dictum est) coniugata est moralibus virtutibus: & si Plato exemplares virtutes dicat esse in diis, constat quod æquiuocè dicentur ad virtutes humanas. Iustitia enim exemplaris secundum Platonem fontale principium est, omnem iustitiam profundens. Eodem modo est fortitudo exemplaris & temperantia. Et de talibus hinc non loquimur nos: profundemus enim iustitiam, non opus iustitiæ civilis. Cum ergo suspicentur deos viuere. Viuere autem vt vigilia, non sit nisi in operati, de necessitate sequitur deos operari. Oportet enim quod dicantur non dormire, quemadmodum endymiona, hoc est, clauos interius intellectus. Accusatiuus enim Græcus est endymiona, & dicitur ab eo quod est in, & dymion quod est intellectus: & endymiona sunt interius clauæ intelligentiæ & ligatæ. Somnus enim deorum non potest esse ligamentum sensuum: quia sensus non habent: erit ergo ligamentum intellectuum, quod valde ridiculum est dicere in diis. Si ergo tale agere auferrur à virtute, cum omnis virtus moralis actuum quoddam principium sit, aufertur operatio virtutis moralis ab ipsis. Factio autem artis est: & si facere attribuitur eis, oportet quod vt textores vel fabri sint, vel aliquam aliam factionem artis mechanicæ exerceant, quod omnino absurdum est. Agere sic & facere ablato, de genere operationis nihil relinquitur, nisi speculatione. Speculatio igitur secundum intellectum attribuitur diis, etiam propter quod operatio Dei qui perfectione beatitudinis differens est à nostra, relinquitur quod sit speculatiua: & vltimè accipitur, quod sit inter humanas operationes quæ diuinæ operationi cognatissima est & simillima, est felicissima. Speculatio autem per intellectum adeptum, simillima est. Hæc ergo felicissima est.

Alij intelligunt Endymionem, quem poeta fabulatur à luna dilectum fuisse, & in monte Lycia sopitum, vt dormientis suauitatem liberius carperet.

Signum autem huius est, quod omnia animalia reliqua ab homine bruta, eò quod tali operatione perfecte priuata sunt, nullo modo participant felicitatem. Quamuis enim Epicurus dicat bruta participare felicitatem, quando commodè secundum naturam viuunt & voluptuose: eò quod Epicurus voluptatem felicitatem dicit esse: tamen hæc felicitas non est nisi per metaphoram dicta. Similiter etiam Stoici veteres vsque ad Platonem felicia dicebant bruta: quando verno tempore optimis secundum naturam gaudent. Cuius signum esse dicebant in mulcis: tunc enim tota

5. ratio. Bruta felicitatis participant, atque eodem modo participationis exsunt.

H h die

die cantant, & cantando proprias perficiunt operationes. Quæ si in tristitia essent, pro certo à talibus refugerent. Hoc tamen non est nisi metaphoricè dictum. Propter quod & Plato Stoicorum præcipuus in hoc contentie noluit, sed posuit felicitatem esse in operatione intellectus. Deorum ergo perfectissima est felicitas. Diis enim omnis vita & tota beata est: quia speculatores sunt sui ipsorum, & speculationi nihil interponunt. Hominibus autem tantum felicitatis competit, quantum similitudo talis speculationis hominibus existit. Aliorum autem animalium brutorum nullum felix est: eò quod nequaquam communicant tali speculationi. In quantum enim protendit & extendit se speculatio in vita scilicet annua, vel multorum annorum, intantum etiam felicitas participatur à vita. Et quibus magis existit speculati limpidius ibi vel dulcius, illis etiam vel magis existit felices esse: non quidem secundum accidens, ut scilicet propter aliquid aliud felices sint quod coaccidit speculationi, sicut dixerunt & Epicurus & Stoicus. Sed felices existit eis esse secundum ipsam speculationem ad nihil aliud relatum. Speculatio enim secundum se ipsam honorabilissimorum & pretiosissimorum est. Stoicus autem dixit, quod speculatio beatitudinis non est per se, sed in quantum perducit ad virtutem. Epicurus verò, quod in quantum perducit ad commodum & voluptatem. Nos autem dicimus, quod per se ipsam felicitas est, quod quidem & Plato solus inter Stoicos dixit. Ergo quædam speculatio felicitas. Speculatio enim adepti intellectus & perfecti optimi felicitas est.

CAPVT V.

In quantum indiget exterioribus felicitas contemplatiua.

31. Felicitati opus est rerum exteriorum prosperitate ut perfecta sit.

32. Licet nequeat quia felix sine bonis exterioribus fieri, tamen putandū, nō est, ei multis & magnis opus esse, qui futurus est felix.

1. ratio.

Opus autem erit huic felicitati, si perfecta esse debeat, etiam prosperitate exteriori: eò quod felix homo est, & humanis indiget. Hominis enim natura non est per se sufficiens sine exterioribus ad speculati. Oportet enim corpus sanum esse, & cibum competentem ad esse: & oportet existere etiam reliquum famulatum in veste, & domo, & lectulo, & aliis sine quibus homo in bono statu non est: & quibus si indigeat, à speculatione retrahitur.

Quamuis autem dicamus, quod non contingit aliquem sine exterioribus bonis beatum esse in opere: non tamen propter hoc æstimandum est, quod multis & magnis & superfluis indigeat homo ad hoc quod futurus sit felix. Per se enim sufficientem esse non est in superabundantia multorum & magnorum: neque iudicium rectum

est quod iudicetur felicitas in superabundantia: neque actio propria hominis perficitur ex abundantia exteriorum, quinimo ex talibus potius impeditur. Eos qui non sunt principes terræ & maris, possibile est ex sufficienti facultate agere bona felicitatis. Si enim moderatè habeat exteriora ad necessitatem sufficientia aliquis, potestatem & facultatem habet satis agere secundum virtutem. Hoc autem est videre manifestè in exemplis. Si enim considerentur differentia hominum, inueniatur quod frequentioræ siue simplices, nullo præditi potentatu, non minus agunt studiosa & felicia quam potentes, sublimibus potentatibus præditi. Quinimo magis agunt: quia frequenter potentes curis eorum quæ habent pro cura, retrahuntur. Sufficiens est igitur tanta existere exteriorum, quanta necessitati & bonæ habitudini sufficiunt.

In hanc enim sententiam præcipui Stoicorum & Epicureorum concordant. Solon enim præcipuus, felices enuntiavit esse, qui moderatè in exterioribus bonis fortunæ ditati sunt: in hoc proculdubio benedicens. Tales enim existimabat sine impedimento esse agentes optima: & sunt viuentes temperatè secundum omnis virtutis moderamen. Contingit enim eos qui moderatam habent possessionem, sine impedimento agere quæ oportet secundum virtutem.

Similiter etiam & Anaxagoras Epicureorum princeps, videtur non existimare felices esse prædiuitem neque præponentem. Dixit enim de se, quod non admirabitur si multitudini communi appareat inconueniens. Inconuenientem enim cum dixerunt multi: quia non festinauit ditari & in potentatibus exaltari. Quare autem non admirabitur, subinduxit causam dicens, quod multitudo communis non iudicat felicem nisi in his quæ sunt exteriora & fortunæ bona. Tales enim alia bona non cognoscunt. Interiora enim bona communis plebs ignorat, vilis & indocta existens: cum tamen in interioribus præcipue sit felicitas.

Opiniones ergo tam Stoicorum quam Epicureorum sapientium rationibus hic à nobis inductis concordare videntur. Opiniones verò tales circa moralia fidem quandam habent. Verum enim in operabilibus ex vita & operibus iudicatur potius, quam ex sermonibus. Vita enim dominans est, & non sermo: eò quod omnia moralia, de quibus prædictum est, intendere nos oportet inferendo ea ad vitam & opera: & quando opera concordant sermonibus, sermones acceptandi sunt: quando autem dissoluantur, tunc sunt tanquam sermones inarticulati, qui vsque ad auditum quidem suscipiendi sunt, sed dimittendi ut in aëra dissoluantur.

2. ratio.

3. ratio.

33. Veritas in operabilibus indicanda est operibus & vita.

CAPVT VI.

Quod speculatiuus felix Deo amantissimus est.

34. Sapiens Deo amantissimus est, & maximè felix.

EX omnibus autem inductis patet, quod secundum intellectum perfectum operans, & hunc curans & depurans, & dispositus optimè secundum optimam intellectus virtutem, consequenter etiam Deo amantissimus videtur esse. Si enim, sicut ab antiquo dictum est, à diis quædam sit cura & prouidentia humanorum operum, quemadmodum omnibus semper visum est, rationabiliter sequitur, quod dii maximè gaudent optimo, & illud maximè amant: hoc enim cognatissimum est diis. Naturale enim est diis & omnibus maximè cognata magis amare. Iam autem ostensum est, quod maximè cognatum est Deo intellectus & speculatio per intellectum: ex quo sequitur, quod maximè diligant hoc & honorent. Si autem hoc maximè diligunt: tunc etiam maximè honorant, & sic præmiis maximè amici sunt, & de talibus maximè curant. Maximè ergo beneficentiam bene & rectè operantes secundum intellectum. Quod autem omnia hæc sapienti maximè conueniant, non immanifestum est ex præinductis. Sapiens igitur in opere sapientia speculatiua Deo amantissimus est, & idè cognatissimus. Conueniens est igitur eundem & fe-

licissimum esse. Sapiens igitur maximè felix est.

Sunt tamen qui querunt, quæ melior sit felicitas, actiua vel contemplatiua: eò quod contemplatiua nihil prodest, nisi sibi: actiua autem multis prodest, & multos dirigit, & apud multos. E contra autem contemplatiua simillima Deo est, & nullam pœnitentiam habet admixtam: actiua autem tota humana est; nihil ad deos habens similitudinis, & multas habet pœnitentias. Multos enim præmiat politicus; quos vellet non præmiare: & multos punit, quos vellet non puniisse. Multas etiam habet curas & sollicitudines tam de euentibus futuris, quam de procuratione necessariorum: eò quod maximam fortunam quærit in exterioribus bonis. In multis enim necesse est, quod fortunæ se committat politicus, quorum nihil immiscetur felicitati contemplatiuæ. Hæc autem & multa huiusmodi similia soluenda sunt per id quod dictum est in nono huius scientiæ libro, quod scilicet actiones nostræ quandoque addunt in necessario, quandoque in bono. Patet autem cuiuslibet ea quæ inducta sunt legenti, quod operario felicitatis contemplatiuæ multo magis addit in bono. Operario autem felicitatis actiuæ addit in necessario. Sic ergo dicit Aristoteles in primo philosophiæ primæ, quod particulares quidem scientiæ omnes magis sunt necessaria: prior autem quam nulla, prima philosophia sit, & magis necessaria actiua, sed potior contemplatiua secundum boni & honesti rationem.

Responsio.

TRACTATUS III.

De insufficientia istius operis ad faciendum bonos sine legis positinos.

CAPVT I.

Quod persuasiuus sermo insufficientis sit sine legis coactione.

35. Ethicorum peroratio, simul & in politica præfatio.

VERAMVS autem post hæc, utrum de his quæ de felicitatibus dicta sunt, & virtutibus tam moralibus quam intellectualibus: adhuc autem de his quæ de amicitia & de his quæ de delectatione typicè à nobis pertractatis, sufficienter sit dictum vel non? Si enim suffi-

cienter dictum est: tunc existimandum est propositum finem in hoc libro habere. A principio enim elegimus de his tractare. Si autem non sufficienter dictum est: eò quod in operabilibus finis non est singula speculati & cognoscere, sed magis finis est operari ipsa, & habere principium operatiuum talium: tunc enim oportet aliam inuenire doctrinam: eò quod de virtute scite quid, nihil sufficit: sed oportet habere virtutem, & tentandum est uti virtute in opere, vel aggredi aliquid aliter quam per opera, unde boni fiamus: quemadmodum Socrates virtutes dixit esse donâ deorum: & si verum est quod dicit, oportet tentare acquirere.

D. Alb. Mag. lib. 10. Ethic.

H h 2 xetè

re virtutes per supplicationes & orationes & sacrificia. Causa autem quæstionis huius est, quod problema ethicum non est de his quæ propter se scire volumus, sed scire quæritur ibi propter operari: & idem scire vel parum vel nihil prodest, operari autem multum. Ex laudibus autem virtutum & descriptionibus non habetur nisi sermo persuasivus ad virtutem: persuasio autem non est efficax principium ad opus: quia multi peruersi difficile corriguntur: stultorum enim infinitus numerus est, qui persuasio-nes non attendunt. Propter quod sine coactio sermone efficax principium ad opus non est persuasio. Siquidem igitur sermones persuasivi à nobis inducti per se, hoc est, si re aliis sufficientes essent ad hoc quod facerent studiosos esse qui audiunt eos: tunc multa mercede digni essent illi qui tradunt & docent tales sermones, & magnas deberent iuste recipere mercedes, secundum quod dicit Theognis poeta. Non enim sufficienter posset remunerari, qui hominem posset solo sermone bonum perficere: & si mundus daretur in remunerationem, non satis esset.

Sermones ad probitatem incitare possunt iuuenem ingenium & ad obtemperandum.

Nunc autem sermones tales prouocare videntur, & prouocando non videntur etiam omnes prouocare, sed quos inueniunt liberis à passionibus animas habentes & aptitudinem ad morem nobilem, & qui ex natura amant bonum, sicut illi quos dicimus esse optimas indolis. In talibus enim plenitudinem suæ completionem vniuersalem boni faciunt ex virtute quam persuadent. Carachochymum enim Græcè completentem perfectionem vocant. Sicut aliquis dicitur catachochymus sapientia, qui plenus est sapientia & perfectus: & aliquis catachochymus virtute, plenus virtute & perfectus: ita tales bonæ indolis existentes ex persuasivo sermone plenitudinem & perfectionem virtutis accipient. Eo quod tales ex propria voluntate & electione ad virtutem inclinati sunt.

Vulgua incitata verba non efficiunt.

Communis autem multitudo talibus sermonibus ad bonitatem prouocari non potest: eod quod tales in passio nibus nati & nutriti ex natura indolis aptitudinem non habent obedire verecundæ, quæ est timor in turpi acto. Non enim verecundantur ad turpia, nisi timore pœnarum, nec recedunt à prauis operibus & delectationibus propter hoc quod turpes sunt: sed si recedunt à talibus, hoc fit propter pœnas quas timent, vel in flagellis, vel membrorum detractionibus, vel mortibus, vel fortè damnis rerum. In passionibus enim viuere propterea consueti delectationes prosequuntur secundum quemlibet habitum vitiorum: per quas delectationes etiam passionibus ipsæ sunt & confortantur in eis. Fugiant etiam tristitia his delectationibus appositis, quæ sunt in absentia talium delectationum. Eius autem quod verè bonum est & quod verè delectabile est, nullum

penitus habent intellectum affectuum & practicum: eod quod talis boni & delectabilis non sunt gustari per experimentum. Eos autem qui tales sunt, quis vnquam sermo persuasivus transformaret ad fugam turpium & perfectionem honestorum bonorum. Quæ enim ex antiqua consuetudine comprehensa sunt & radicata, vel non possibile, vel non facile sermone est persuasivo in oppositum transmutare. Non possibile quidem in obstinatis: non facile autem in aliter consuetis.

Et fortè satis amabile erit & acceptandum, si etiam virtutem accipiamus, vel accipere valeamus etiam omnibus nobis ad nutum existentibus & paratis, per quæ aliqui epiches siue superboni posse fieri videntur. Virtus enim, sicut sæpè dictum est, est circa difficile & bonum: & idem per multà oportet studere ad virtutem. Si enim ab antiquis accipiamus ea per quæ ipsi existimant aliquos fieri bonos, maximè à dictis Socratis, tria inuenimus. Dicunt enim, quod quidam natura quidem sunt boni, quibus scilicet tantum à diis datum est, quod virtutum habitus & electiones cum ipsa natura acceperunt. Quidam autem seminata in natura habentes, consuetudine boni fiunt & perficiuntur. Alij autem his plus habentes de inclinatione ad virtutem, sola doctrina persuasivi sermonis adipsuntur quod volunt. Principium igitur boni quod est natura, manifestum est, quod non in nostra voluntate consistit, sed in sit in generatione per aliquam diuinam causam, vel quæ Deus est, vel circulus celestis natiuitatem informant, & est in his qui verè benè fortunati, hoc est, bonam fortunam quæ naturalis potentia est ad bonum, ex diis vel periodo natiuitatis acceperunt: & tales sunt de quibus dixit Hesiodus, quod optimi sunt qui per se ipsos boni sunt. Rursum autem boni, quod tales in animo accipiunt, quos audiant & imitentur. Illi enim seminata boni in se ipsis habentes, facile doctrinam suscipiunt & consuetudines imitantur. Qui autem nec per se boni, nec in animo tales ponunt, inutiles viri sunt, quos flagellis & punitio-nibus oportet cohibere.

Sermo enim persuasivus & doctrina aliquando non potest in omnibus perficere beatitudinem virtutis: sed oportet ante bonis consuetudinibus & bonis legibus animam auditoris esse præparatam & dispositam ad hoc quod bene & in bonis gaudet, & benè & malà odio habeat. Sicut oportet terram præparatam esse aratione & firmatione ad hoc, quod nutriat semen seminarum ipsa ad frugum incrementa, tunc enim semen iactum optimè & vtiliter suscipit: & tunc etiam anima taliter præparata conuenienter suscipit sermonem persuasivum. Qui enim secundum passionem viuunt, nec auditu recipiet, neque intellectu practico sufficienter intelliget sermonem

Bene nobiscum agi sentiendū est si omnibus ad nutum existentibus, per quæ boni fieri valeamus, virtutem adipsimus.

Auditoris animam oportet præparare legibus bonis.

monem persuasivum commonentem se quatenus conuertatur à prauis. Qui autem hoc habet in habitu radicato, qualiter possibile esset persuaderi ipsi aliquid de virtute: quia passio non videtur totaliter sermoni persuasivo obedire, sed potius violentiæ pœnarum. Hæc autem patent per ea quæ dicta sunt de incontinente, qui quamuis interius persuasus sit, tamen turpes prosequitur delectationes. Ad hoc ergo quod aliquis persuaderi possit, proculdubio oportet præexistere consuetudinis morem aliqualem, qui mos proprius sit virtutis, & qui per se diligit bonum virtutis, & aspernetur turpe vitiorum. Talis autem mos non est nisi sit optimis legibus ordinatus in tali ciuitate, & inter tales ciues inter quos iuuenes optimè informati sunt & dispositi. Difficile enim valdè est recta sortiri ad virtutem educatione siue nutritione ex iuvene, nisi ipse iuuenis ex talibus optimis legibus enutritus & manu ductus sit ad virtutem. Huius autem causa est: quia temperatè viuere, & in his perseverare multitudini communi non est delectabile, & maximè iuuenibus qui toti in passionibus bulliunt. Similiter autem est de omni moderamine virtutis. Omnis virtus circa difficile & bonum est. Propter quod enutritionem & adiuentionem iuuenum oportet ordinatas esse legibus optimis. Si enim hæc à iuuentute consuetudinaria facta sint, non erunt tristitia: & idem persuasio ad ipsa facile recipietur.

Leges semper sunt necessariae.

Nec hoc dicimus, quod talis nutritio & cura ad sortiendum recta secundum virtutem sufficiat, si iuuenibus fiat, quinimo etiam eum qui factus est vir, adiuentiones suas & assuefactiones referre oportet & ordinare ad legum obseruationes. Indigebimus ergo legibus etiam circa hæc quæ ad viros pertinent, & non tantum ad hæc, sed circa omnem vitam usque in senectam & senium legum indigemus informatione. Multitudo enim communis magis obedit necessitati coactionis quam sermoni persuasivo: & magis obedit iacturæ & damno quod timet pati in rebus, quam amori boni & honesti quod nec intelligit nec gustauit. Propter quod quidam legispositores inter alios perfectiores existimant, quod oportet sæpè aduocare & prouocare ad virtutem boni gratia: eod quod his qui epiches sunt siue boni, sicut dispositis optimè præcedentibus consuetudinibus, vile sit vt facile obedientibus sermonibus persuasivis, inobedientibus autem & obstinatis qui viriata naturali consuetudine degeneres sunt ad bonum, oportet etiam pœnas & punctiones apponere. Pœnas autem dico disciplinales, & quasi paternas castigatias vitiorum. Si autem aliqui insanabiles sunt & penitus obstinati, qui nec flagellis castigantur, illos de ciuitate oportet exterminare, vel ad exilium vel ad supplicium mortis damnare. Cuius dicti ratio est, quod

Incorrigibiles & ciuitatibus sunt profligandi.

epiches & ad bonum viuentes, facile sermoni obediunt: prauis autem & carnales delectationes appetentes, sermoni non obediunt: & idem illos tristitia oportet puniri, quemadmodum subiugalem boue vel asinum. Propter quod & dicunt, quod talibus tales tristitiæ interminandæ sunt, quæ maximè contrariantur delectationibus quas amant.

CAPVT II.

Qualiter legibus quis disponitur ad bonum.

SI igitur hæc sic se habent quemadmodum dictum est, oportet eum qui futurus bonus est, primum bene nutriti & assuefieri secundum leges, & deinde secundum enutritionem viuere in adiuentionibus studiosis: ita quod nunquam agat praua volens & nolens. Ignorans enim volens agit: enutritus autem in bonis bonorum ignorantiam habere non potest. Hæc autem pro certo fiunt & proueniunt si enutrientur & viuunt secundum quendam intellectum practicum & legalem, & viuunt secundum rectum ordinem qui fortitudinem violentiæ habeat & cogentem ad bonum. Talis autem ordo non est paternus: paterna enim præceptio non habet fortitudinem & violentiam cogentem. Talis etiam non est aliqua amicabile admonitio vel redargutio. Et vniuersaliter loquendo, quæcunque admonitio est vnus viri, non publicæ personæ, & quæ non est sicut rex in ciuitate, vel sicut alia persona publica, vel alicuius alterius talis, sicut est præfectus, vel prætor, vel alius reipublicæ consulens, non habet virtutem coactiuam, nec sufficiens est ad inducendum ad bonum.

Et qui futurus est bonus, recto quodam ordine ad bonum cogente opus est.

Lex autem quæ præceptum est principis, coactiuam habet potentiam: eod quod auctoritatem accipiens à principe sermo est edictus ab aliqua prudentia & intellectu humanorum, ex quo hominis ad bonum diriguntur. Nati sunt enim communititer homines odire & aspernari castigationes contrariantes moribus suis, ab hominibus priuatis in eruditione propositas: quamuis fortè ratione fiat talis castigatio. Obiciunt enim, quod ex inuidia factum sit, vel ex odio. Lex autem nulli onerosa est: quia nullum specialiter tangit, quando præcipit epichea siue bona. Et talis quidem ordinatio legum valdè necessaria est, quamuis à multis & in multis ciuitatibus neglecta sit. In sola enim Lacedæmoniorum ciuitate & valdè paucis aliis legispositor curam ferre videtur, quales enutritiones, & quales artium & exercitiorum adiuentiones in ciuitate debeant esse. In pluribus autem ciuitatibus neglectum est de talibus aliquid dicere vel ordinare: & viuunt vnusquisque vt

Lex habet potentiam coactiuam.

Manifestum est
publicas dili-
gentias atque
curas sibi per
leges.

vult: ita quod Cyclopes, prout scribit The-
mistius non ordinem sequuntur puerorum
& vxorum: pueros enim dimitrunt viuere vt
volunt, & vxores similiter.
Ex omnibus igitur inductis patet, quod
optimum est vt communis vitæ cura recta
habeatur, & qualiter omnes communiter
recta possint operari. Tales autem commu-
nem curam negligentibus contingit, quod
vnusquisque prout sibi videtur, eligit. Hoc
autem videtur ad virtutem conferre suis fi-
liis & suis amicis: & hoc imperfectum est
ad rempublicam ciuitatis. Si ergo aliquis
fiat legispositiuus in ciuitate ex communi
ciuium electione & consensu, ille maximè
habet posse ad communem curam reipubli-
cæ, sicut patet opus prædictis. Manifestum
enim est, quod communes curæ per leges
sunt. Curæ autem epiches siue bonæ sunt,
quæ sunt per leges studiosas. Siue autem
illæ scriptæ sint vel non scriptæ, nihil vi-
detur differre ad præsens: edictum enim
principis consuetudine seruatum, scriptæ
legis habet vigorem. Nec ad præsens differt,
siue illæ leges sint per quas vnus tantum vel
plures erudiantur ad rectum: quemadmo-
dum neque differt hoc in musica operati-
ua, neque differt in exercitativa arte, ne-
que differt in aliis rudimentis artium me-
chanicarum. Leges enim communia respi-
ciunt, & non singularia: & idè communi-
tati dantur, & non singularibus personis.
Quemadmodum enim in ciuitatibus pote-
statem habent legalia scripta, vel more con-
suetudinis approbata: sic & in domibus po-
testatem habent paterni sermones, & mo-
res paterni consuetudine firmati: & adhuc
magis vigoris habent quam illi qui sunt in
ciuitatibus, propter cognitionem quam ha-
bent domestici ad patrem, & propter be-
neficia quæ recipiunt ab illo. Propter hoc
domestici prædiligentes existunt, cui pro-
pter naturæ inclinationem facile obe-
diunt.

Differunt in-
stituta priua-
ta à publicis
sicut præcepta
in medicina.

Adhuc autem considerandum est, quod
disciplinæ & eruditiones communium qui-
dem sunt, sed tamen in obseruatione differ-
runt secundum vnumquodque. Cuius exem-
plum est in medicinali disciplina, cuius
præcepta communium sunt. Sicut autem
vniuersaliter quidem quod febricitanti ex
putrido humore, confert abstinentia &
quies: si autem secundum vnumquodque
accipiat singulariter, fortè aliquis inue-
nietur cui non competet. Similiter est vi-
dere in arte pugillatoria quæ præcepta com-
munia dat, & tamen secundum vnumquod-
que non omnibus eandem in singulari cir-
componit pugnam. Est ergo vtrumque ne-
cessarium, quod & commune sciat, & sin-
gulariter adapret secundum vnus cuiusque
proprietaem. Si enim cura facta sit secun-
dum vniuersalem proprietatem, certius
& rectius agere videbitur. Magis enim hoc
modo conueniente sibi poritur vnusquis-
que. Sed optimè curabit medicus secundum

quod medicus, & optimè operabitur ex-
citatiuus secundum quod exercitans, & om-
nis alius artifex practicus, si vniuersale sit
sciens. Verbi gratia, si sciat quoniam hoc
omnibus vel talibus congruit, sicut si sca-
monea vniuersaliter choleram purgat: scien-
tiæ enim omnes & dicuntur & sunt com-
munis esse principij: & hoc non solum sciat,
sed & circa hoc experimentum aduertat hoc
quod est vnus alicuius in singulari pro-
prium: tunc enim & rationem habebit ali-
quem bene curare & ratione aliquam infir-
mitatem propter experientiam, quamuis non
scit communia artis principia: consideran-
tur enim diligenter accidentia in vnoquo-
que, & ex his procedit opus: quemadmo-
dum quidam sui ipsorum optimi esse medi-
ci videntur, cum tamen nulli alteri suffice-
re possint ad curationem vel consiliu. Hoc
autem contingit: quia sui ipsorum nouerunt
accidentia & artem communis principij non
habent.

Qui artifex
& contempla-
tor vult eu-
dere, nisi de-
bet, quantum
sibi potest,
vniuersale
cognoscere.

Et quamuis illi sine arte curent aliquan-
do, tamen non propter hoc minus videtur
esse ad notitiam vniuersalis, nec minus co-
gnoscendum est hic qualiter hoc contingat,
si aliquis artifex etiam speculatiuus fieri de-
beat & sui operis sciens rationem. Dicitur
est enim sapius, quoniam scientiæ circa
communis principia sunt. Et propter hoc
tentandum est, quod aliquis per cognitio-
nem legum legis positiuus fiat: quamuis
non velit, nec intendat per curam officij me-
liores facere ciues, siue multos, siue pau-
cos. Non enim tantum politico qui guber-
nat & curam habet ciuium, ad legis positi-
uam studendum est, sed etiam simplici vni-
cuique ciui, si supponamus, quod per le-
ges boni fiamus. Non enim cuiuscunque est
discernere per quam legem propositam be-
ne disponi contingit: sed siquidem hoc ali-
cuius est, illius est qui scientiam habet po-
sitionis legis: quemadmodum in medici-
nali vel equestri vel reliquis artibus, quarum
est aliqua cura vel prouidentia de rebus ad
se pertinentibus, non est iudicare de rebus
illis cuiuscunque, sed eius qui habet artem
& scientiam.

CAPVT III.

Quod scientia legis positua tradenda
est, eò quod ab aliis est neglecta.

igitur post omnia quæ de virtutibus dicta
sunt, intendendum est, unde siue à qui-
bus principiis politiarum, vel qualiter
aliquis legis positiuus fiat. Queramus au-
tem, vtrum hoc contingere possit quem-
admodum in aliis artibus à politica differen-
tibus: Legis positua enim particula quæ-
dam videtur esse politica: vel fortè non est
simile

Unde & quo-
modo quispiam
regulator eu-
dere possit, in-
uestigandum est.

Qui ad docen-
dum res ciuiles
sunt idonei.

simile in politica & reliquis scientiis & po-
tentiis? Scientias autem dicimus habitus
intellectiuos stantes ad vnum, potentias au-
tem habitus intellectuales trementes inter
contradictoria vel contraria, quemadmodum
iam dudum in primo huius scientiæ libro
determinatum est. Hanc autem questionem
sieri oportet idè: quia in aliis artibus à po-
litica & legis positua idem videntur, qui
potentias ipsas vel scientias tradunt per do-
ctrinam, & operantur ab ipsis & opera ex-
hibent, & talia perficere possunt. Para me-
dici qui principia curationum tradunt, &
sanitates perficere possunt. Et scriptores si-
cut pictores qui principia scribendi vel pin-
gendi ex arte tradunt, & scripturas benè &
imagines perficere possunt.

Politica autem repromittunt quidam so-
phisticè dicere, cum tamen nullus eorum
per doctrinam suam aliquid politicorum
possit agere. Et è contra conuersantes ciui-
liter in operibus qui potentia quadam facul-
tatis ad opera agere videbantur politica, &
hæc faciunt magis experientia, quam men-
te siue intellectu principiorum, non repro-
mittunt hæc docere, quamuis possint hoc
agere. Tales enim sophistæ neque scriben-
tes neque dicentes inueniunt de talibus.
Quamuis melius erat eis de talibus scribe-
re, quam colligere in vnum sermones iudi-
catiuos vel concionatiuus. Adhuc autem il-
li per tales sermones collectos, nullos faci-
unt politicos, nec etiam proprios filios
vel aliquos alios amicorum suorum: cum
tamen rationabile esset, quod talibus face-
rent, si ex sua facultate facere possent. Nun-
quam enim melius aliquid possint ciuitati-
bus relinquere, neque sibi ipsis vnquam ali-
quid melius eligere, neque suis amicissimis
aliquid melius acquirere, quam esset talis
potentia per quam perfectè legis positui
efficcerentur. Legis enim positiuus est, quæ
recta sunt & legalia cognoscens, & potens
implere in opere. Et quamuis hoc dicamus,
non tamen parum videtur experientiæ con-
ferre, imò multum. Si enim nihil conferret,
profectò politici per politicam consuetudi-
nem non efficerentur magis politici. Pro-
pter quod etiam desiderantibus scire de po-
liticis experientia videtur opus esse.

De re ciui-
li cognos-
cere cupienti
scientia vni-
uersalium ne-
cessaria est.

Sophistas autem hic vocamus, non qui
decipiunt locis sophisticis, sed ab imitatio-
ne sophistarum copiosè ab apparente sapien-
tia qui se ipsos vocant politicos, cum ne-
sciant quæ sit ars politica aut legis positi-
ua: & repromittunt docere politica, cum ar-
tis & virtutis politica penitus sint expertes.
Quales autem sunt qui iudicata ab impera-
toribus & prætoribus colligunt, & ex his
ciuilia se docere præsumunt: simile aliquid
facientes his qui futuriam se docere pro-
mittunt, demonstratis multis formis calceo-
rum, & nullius principia per rationem no-
scentes. Oportet enim futuriam cognoscere
coria & coriorum incisiones & vnctiones &
multa alia quæ non sunt de formis calceo-

rum. Hi quoque qui promittunt ea quæ so-
phistarum sunt, valde longè videntur esse à
docere posse. Docens enim adiungit causam
quæ doctrinæ suæ est principium. Ibi autem
vniuersaliter neque sciunt quale quid legis
positiuæ, neque circa qualia est: sed potius
iudicata multa colligunt, & soli iudicariæ
potentiæ intendentes, se dirigere putant
omnia politica negotia: neque quid sit po-
litica scientis, nec quæ sint genera politi-
arum, vel genera, vel species, vel differen-
tiæ, vt quis finis, neque quæ electio ad finem
contingentium.

Politica nō est
eandem cū rhe-
torica.

Quæ si scirent, pro certo non ponerent
politicam esse eandem scientiam cum rhe-
torica, neque dicerent politicam rhetoricam
esse deteriorē: eò quod dicebant politi-
cam rhetoricam esse subalternatam. Hæc enim
dicta fuerunt communiter omnium antiquo-
rum iudicata colligentium, sicut factum est
in Institutis & Pandectis & omnibus libris
qui legales vocantur. Omnes enim isti pro-
pter quod rhetor diuidit genera causarum
per demonstratiuum & delibetatiuum, sicut
pars politica quæ dicitur iudicatiua, politi-
cam dicebant esse sub rhetorica: non intel-
ligentes, quod genera causarum assumit si-
cut ea in quibus frequentius & vtilius est di-
cendi philosophia, & non sit subiecta pro-
pria. Iudicariua autem quæ pars politica est,
hoc vt subiecta propria determinat.

Adhuc autem si politicorum perfectam
habent scientiam ex his quæ collegerunt,
non existimarent facile esse leges ponere, si-
ue legispositiuam scientiam acquirere. Di-
cunt enim, quod legispositiuam acquirunt
congreganti leges approbatas per sententias
principum. Dicunt enim, quod legispositiu-
a est eligere leges optimas, auctoritate
principum sanctitas. Hæc enim non est idem
cum legis positua, quemadmodum idem
non est, quod aliquis electiuus sit intelle-
ctuum vel conceptionum principum, cum
eo qui potest iudicare rectè secundum sin-
gula, quod quidem maximum est: eò quod
maximum incursum ad discretionem causa-
rum, & quod multi non possunt, qui multos
conceptus legum congregauerunt. Quemad-
modum in his quæ sunt secundum musicam
operationem, experti quidem circa singu-
la recta iudicant opera musica, & intelli-
gunt optimè quæ oportet esse circa ea per
quæ vel qualiter perficiuntur musica, & qua-
lia cuiuslibet concordant. Inexpertis autem,
artem talem vniuersalium habentibus, satis
amabile est & sufficit non latere eos vtrum
bene vel male fiat opus. Quemadmodum in
arte scribendi artem habenti vtrum bona
vel mala scriptura sit, quamuis nesciat per
quæ particularia hoc vel illud dirigatur ad
rectum.

Leges assimi-
latur operibus
politiciis.

Leges enim politicis operibus assimilan-
tur: eò quod forma legis communis ad par-
ticulare refertur. His autem & legislator as-
similatur, qui totum mentis conceptum re-
fert ad opera. Quod autem sic fiat legis po-
sitiuus

firiis & non aliter, ex hoc apparet, quòd in aliis scientiis operatiuis non aliter possunt esse perfecti. Medicarij enim perfecti fieri non possunt conscriptionibus principiorum medicabilium: quamuis tales conscriptiones habentes, tentent & laborent dicere non solum modos curationum, sed etiam qualiter sanentur, & qualiter singuli curentur, & qualiter diuiduntur habitus ægritudinum. Hæc autem in vniuersali sic scire, expertis quidem valdè vtilia essent: nescientibus autem per experientiam ea quæ in vniuersali didicerunt, inutilia sunt ad curationem. Sic igitur fortè legum & politiarum congregationes & conscriptiones valdè quidem vtilia erunt his qui per experientiam possunt speculari & iudicare quæ bene habent in singulis, & quæ contraria & qualia quælibet congruunt secundum singula. His autem qui sine habitu artis per solam experientiam talia pertranseunt, non contingit benè medicare, nisi fortè secundum aliquem casum singularem, in quo experti sunt & non vniuersaliter. Rationes enim operis sui non nouerunt. Et adhuc ipsa singularia, scilicet diiudicando ex arte quæ dicitur legis positia, fortè

Scientia vniuersalium sine experientia est inutilis.

fient intelligibiles. Vtilimum ergo est tradere artem legis positiam.

Vtile est tradere artem legis positiam.

Relinquentibus igitur omnibus prioribus Philosophis, & non perscrutantibus id quod de legis positione est perscrutandum; oportet tamen eos intendere, quia hoc est melius ad doctrinam vt in totum perficiatur philosophia quæ circa humana est. Oportet totaliter intendere de politia, & non tantum de parte quæ iudicatiua vel concionatiua est. Hoc autem intendentes primo pertranseunt tentabimus quæcumque secundum aliquam partem bene à progenitoribus nostris dicta sunt. Deinde speculari oportet omnia quæcumque ex congregatis politis secundum genera vrbaniarum saluant vel corrumpunt ciuitates, & qualia saluant vel corrumpunt singularum politiarum, & propter quas causas quædam autem contrario modo se habent. Consideratis enim his diligenter magis & subtilius; conspiciemus etiam qualis politia optima sit, & qualiter vnaquæque ordinari debeat, & quibus legibus & quibus consuetudinibus sit vtendum. Ad hoc igitur facientes principium, dicamus incipientes.

FINIS.



INDEX

Rerum notabilium, quæ in Libris Ethicorum continentur.

A

NON licet filio abdicare patrem, patri verò licere videtur abdicare filium. lib. 8. tract. 3. cap. 1. 3. n. 80
 Actus quilibet bonum quoddam appetere videtur. lib. 1. tract. 1. cap. 4
 Actus vnde dicitur. ibidem.
 Actus dominatiua sunt tria, sensus, intellectus & appetitus. lib. 7. tract. 2. cap. 4. n. 54
 Actus duplex, primus & secundus. lib. 7. tract. 2. cap. 4. n. 54
 Æschyli mystica & facta memorabilia. lib. 3. tract. 1. cap. 12
 Æternum quid est. lib. 3. tract. 1. cap. 17
 Æternum & necessarium conuertuntur. ibid.
 Agens quantum dat de forma, tantum dat de consequentibus formam. lib. 1. tract. 3. cap. 7
 Agens in anima duplex, primum & secundum, intellectus scilicet & appetitus. lib. 2. tract. 1. cap. 3
 Actio & factio differunt. lib. 1. tract. 3. cap. 4 & lib. 6. tract. 1. cap. 6
 Alcmeon quare matrem propriam interfecit. lib. 3. tract. 1. cap. 5
 Alexandri error, Deum esse materiam primam. lib. 6. tract. 1. cap. 14
 Amo est verbum transitiuum plus omnibus verbis transiens. lib. 1. tract. 7. cap. 16
 Qui beneficia contulerunt, magis amant eos in quos beneficia collata sunt, quam hi qui acceperunt, eos qui contulerunt. lib. 9. tract. 2. cap. 3. n. 2
 Mater plus patre diligit proles. ibidem.
 Laboriosè acquisitum plus amatur. lib. 9. tract. 2. cap. 5
 Vtrum oporteat seipsum maxime amare. li. 9. tract. 3. cap. 1
 Amatio quid sit. lib. 9. tract. 1. cap. 3
 Amatio triplex. lib. 8. tract. 1. cap. 1
 Amatio non est eadem patris ad filium & è conuerso, nec domini ad seruum & è conuerso, nec viri ad vxorem & è conuerso. lib. 8. tract. 2. cap. 1
 Bonum quidem amatorem esse sui oportet; non autem prauum. lib. 9. tract. 3. cap. 1. n. 35
 D. Alb. Mag. in lib. Ethicorum.

Ambiguitas quid sit ex Boëtio. lib. 7. tract. 1. cap. n. 5
 Ambitio est appetitus honorum non congruentium, vitium oppositum magnitati & pusillitati. lib. 2. tract. 2. cap. 7
 Amicorum est idem velle & idem nolle. lib. 1. tract. 7. cap. 16
 Amor est exasim faciens non sinens amicos esse sui ipsorum. ibidem.
 De amicitia tractandum in ethica propter sex rationes. lib. 8. tract. 1. cap. 1. n. 1
 De amicitia plures sunt controuersæ & opinioniones. ibidem n. 2
 Amicitia innotescit, si amabile cognoscatur. lib. 8. tract. 1. cap. 2. n. 3
 Quæstio, vtrum homines ipsum bonum amant, aut quod ipsis bonum est. ibid. n. 4
 In amatione rerum inanimatarum non proprie dicitur amicitia. ibidem n. 5
 Amicitia non diffinitur sufficienter, quod sit mutua benevolentia, sed addendum non latens. ibidem n. 6
 Tres amicitia species, honesta, vtilis, & iucunda. lib. 8. tract. 1. cap. 3. n. 7
 Amicitia ob vtile vel delectabile, non per se sed per accidens sunt amicitia. ibidem. n. 8
 Hæ amicitia facile dissoluntur. ibidem n. 9
 Maximè in senibus amicitia fit ob vtilitatem, in iuuenibus ob voluptatem. ibidem. n. 10. & 11
 Bonorum amicitia similibusque virtute, perfecta est amicitia. ibidem n. 12
 Bonorum amicitia permanens. ibidem n. 13
 Bonorum est maximè & optima amicitia. ibidem n. 14
 Perfecta amicitia rara est. ibidem n. 15
 Amicitia quæ ob voluptatem & ea quæ ob vtilitatem est, similitudinem habet cum vera amicitia. lib. 8. tract. 1. cap. 4. n. 16
 Amicitia vtili & delectabili possunt coniungi cuiuslibet conditionis homines, sed boni honesta. ibidem n. 17
 In sola bonorum amicitia, nullum calumnia locum habet. ibidem n. 18
 Plures sunt species amicitia; sed præcipua & proprie amicitia est bonorum. ibidem. n. 19. & cap. 5. n. 23

ii

Sicut

Index rerum.

Sicut in cæteris virtutibus quidam habitu, quidam actu boni sunt, ita & in amicitia. lib. 8. trac. 1. cap. 5. n. 20
 Neque senes neque feueri ad amicitiam apti sunt. ibidem n. 21
 Qui se mutuo recipiunt, non simul autem uiuunt, beneuoli magis censendi sunt, quam amici. ibidem n. 22
 Amatio affectui, amicitia uero similis est habitui. ibidem n. 24
 uenes cito fiunt amici, non autem senes & feueri. ibidem n. 25
 Amicitia delectabilis uel utilis potest esse ad multos. ibidem n. 27
 Amicitia delectabilis est similior ueræ amicitia quam utilis. ibidem n. 28
 Qui sunt in potestatibus constituti, diuersis utuntur amicis. ibidem n. 29
 Amicitia in æqualitate consistunt. ibid. n. 30
 Est alia species amicitia quæ in excellentia consistit, & multas habet differentias. lib. 8. trac. 2. cap. 2. n. 31
 Hæ amicitia stabiles sunt, cum inferiores superiores & de conuerso alterna exhibent officia. ibidem n. 32
 In his amicitia amatio fieri debet comparatione rationum. ibidem n. 33
 Æquale in iustus & in amicitia non similiter se se habet. ibidem n. 34
 In talibus amicitia certus non præfigitur terminus. ibidem n. 35
 Amicus non debet amico maxima bona optare, sed pro dignitate. ibidem n. 36
 Multi magis amari quam amare appetunt. lib. 8. trac. 1. cap. 2. n. 37
 Amari est quid præstabilius quam honorari. ibidem n. 38
 Amicitia magis consistit in exhibendo quam in suscipiendo honorem. ibidem n. 39
 Amicorum uirtus & perfectio est amare. lib. 8. trac. 2. cap. 3. n. 40
 Qui pro dignitate amant, stabiles sunt amici. ibidem n. 41
 Amicitia maximè eorum est similitudo qui uirtute sunt similes. ibidem n. 42
 Prauorum amicitia instabilis est. ibidem n. 42
 Vtilis & iucundi in amicitia diutius perseverant quam mali. ibidem n. 43
 Amicitia utilis maximè ex contrariis efficitur. ibidem n. 44
 In omni communicatione aliqua amicitia est. lib. 8. trac. 3. cap. 1. n. 45
 Amicitia communitatum diuersæ sunt sicut & iura. ibidem n. 46
 Sicut amicitia crescunt, ita & iura. ibid. n. 47
 Regis amicitia ad eos qui reguntur, in excellentia beneficii consistit. lib. 8. trac. 3. cap. 1. n. 57
 Amicitia paterna similis est regis, sed ab ea differt beneficiorum multitudine. ibid. n. 58
 Amicitia regis & paterna non est idem iustum. ibidem n. 59
 Viri ad uxorem non est eadem amicitia. ibid. n. 60
 Amicitia fratrum similis sodalitia. ibidem n. 61
 In transgressionibus urbanitatum parum amicitia & præcipue in tyrannide. ibidem n. 62

Inter transgressionem plurimum amicitia est in popularibus potestatibus. ibidem n. 63
 Amicitia consanguinea, sodalitia, & hospitalitia distinguuntur à politica. lib. 8. trac. 3. cap. 6. n. 64
 Pater plus diligit filium quam filius patrem. ibidem n. 65
 Mater plus patre diligit natos. ibidem.
 Amicitia fraterna maior est post paternam. ibidem n. 66
 Amicitia filiorum ad parentes & hominum ad deos est sicut ad superexcellens. lib. 8. trac. 3. cap. 7. n. 64
 Amicitia consanguineorum delectabilior & utilior est quam amicitia extraneorum. ibidem n. 68
 Viro & uxori secundum naturam amicitia videtur inesse. lib. 8. trac. 3. cap. 8. n. 69
 Filij sunt vinculum quo uir & uxor fortius coniunguntur. ibidem n. 70
 Studiosorum amicitia est sine inuentionibus & querelis. lib. 8. trac. 3. cap. 9. n. 71
 Nec in amicitia quæ ob uoluptatem constant, multum fiunt inuentiones & querelæ. ibidem.
 In amicitia quæ utilitatis gratia fiunt, habent locum inuentiones & querelæ. ibidem n. 73
 Amicus si potest, debet retribuere & beneficia compensare. ibidem n. 74
 In amicitia inæqualium fiunt accusationes & querelæ. lib. 8. trac. 3. cap. 13. n. 78
 Rependere vicissim beneficium seruat omnem amicitiam. lib. 9. trac. 1. cap. 1. n. 1
 In amicitia studiosorum remuneratio electione faciendâ est. ibidem cap. 2. n. 3
 Verum amico potius an studioso sit ministrandum? lib. 9. trac. 1. cap. 3. n. 4
 Verum amico potius an benefactori sit tribuendum, si utrumque fieri nequeat? ibidem.
 Verum dissoluenda sit amicitia ad eos qui amici non permanent? lib. 9. trac. 1. cap. 4. n. 9
 Verum amandus sit qui bonus in amicitiam admissus, sed postea prauus effectus est & talis esse cognoscitur? ibidem n. 10
 Verum amicitia dissoluenda sit, cum primum amicus prauus efficitur? ibidem n. 11
 Verum amicitia manere debeat si alter amicorum in dispositione permaneat, alter uero melior euadat multumque uirtute differat? ibidem n. 12
 Supposito quod dissoluatur amicitia, utrum is qui optimus euasit, non secus ad alium sese habere debeat, quam si amicus nunquam fuisset? ibidem n. 13
 Quæ ad amicos attrinent, cognoscuntur ex his quæ quis ad seipsum facit. lib. 9. trac. 2. cap. 1. n. 14
 Ex his quæ studiosus facit ad seipsum, cognoscitur quomodo se gerendum sit ad amicum. ibidem n. 16
 Felici non est opus amicis utilibus aut delectabilibus. lib. 9. trac. 3. cap. 2. n. 37
 Felix studiosus indiget amicis. ibidem n. 38
 Studiosus ut ad seipsum, ita se habet ad amicum. lib. 9. trac. 3. cap. 3. studiosus

Index rerum.

Studiosus sentit sibi amicum esse, cum ipso uiuendo & mentem communicando. ibid.
 An plures conciliandi sunt amici. lib. 9. trac. 3. cap. 4. n. 39
 In amicitia studiosa non plures querendi sunt amici. ibid. n. 40
 Amicitia politica consentaneum est plures habere amicos. ibid. n. 45
 In aduersa fortuna magis necessarium, in prospera autem honestius est habere amicos. lib. 9. trac. 3. cap. 5. n. 46
 Qui natura uiriles sunt, cauent ne amici fecum condoleant. ibid. n. 48
 Amici in prosperitatibus promptè, in aduersitatibus uerò tardè uocandi sunt, contra honestum est ad calamitosos ire non uocatum & promptè. ibid.
 Amicis maximè experibile est conuersari simulque uiuere. lib. 9. trac. 3. cap. 9. n. 49
 Improborum amicitia flagitiosa, proborum autem proba. ibid. n. 50
 Anima est in corpore ut adipiscatur seipsam. lib. 1. tr. 1. cap. 3. ad 1. rationem Stoicorum.
 Anima duplex definitio ex Aristotele. lib. 1. tr. 5. cap. 9
 Bonorum anima post mortem felicitate gaudent, omnes in latitia magna & psalmodia cum Deo uiuentes. Mali autem sub tristi orbe deprimuntur magno incendio concremati. lib. 1. tr. 7. cap. 17
 Finis prosperitatis anima post mortem est, si coniungatur ad motorem primum. ibid.
 Vtrum anima pars rationem habens & pars rationis expers distinguantur? re ipsa uel sola ratione, controuersum est inter Platonicos & Peripateticos. lib. 1. tr. 9. cap. 3. n. 58
 Anima diuersimodè immergitur in corpus. ibid.
 Anima est imago totius orbis. ibid.
 Anima est in feminibus ut artifex non ut actus. ibid. cap. 4
 Anima rationalis non nisi duas operationes habet. lib. 1. tra. 7. cap. 16
 Animas mortuorum accipere suffragia à uiuis censuit Plato. ibid.
 Tria sunt in anima, passiones, potentia, & habitus. lib. 2. tr. 2. cap. 1. n. 11
 Anima rationalis secundum Peripateticos est processio ab intelligentiis, &c. lib. 6. tr. 2. cap. 17
 Apotelesma mechanicum est & non propter se uolunt. lib. 1. tr. 3. cap. 8
 Apotelesma cooperatur organicè ad operationem felicitis. ibid. cap. 9
 Nullus appetitus mouetur nisi propter aliquid bonum. lib. 1. tr. 3. cap. 4
 Appetitum disponentia ad bonum quæ & quot sunt. ibid. cap. 5
 Appetitus bonorum est secundum gradus entium. ibid. cap. 6
 Appetitum diuersitas penes diuersitatem complexionis. lib. 3. tr. 3. cap. 5
 Appetitus duplex. lib. 6. tr. 1. cap. 2
 Appetitus ex se non est dominatiuus actus. ibid. cap. 4
 Aristoteles commendatur à tribus, à nomine, à scientia, & à merito. lib. 1. tr. 1. cap. 7
 Index in lib. Ethicorum.

Omnis ars operatur aliquod bonum. lib. 1. tr. 3. cap. 2
 Ars quomodo est ratio sapientia. ibid.
 Nulla ars est mala. ibid.
 Ars est collectio præceptorum ad unum finem tendentium. lib. 1. tr. 3. cap. 10
 Artium bonum qualiter dicitur bonum ciuile. ibid.
 Necessitas multiplicandi artes. ibid.
 Mala ars non est ars, sicut mortuus homo non dicitur homo. ibid.
 Quomodo omnes artes reducantur ad unam. lib. 1. tr. 3. cap. 11. & 14
 Artes quadam à ciuitatibus profigandæ. lib. 1. tr. 3. cap. 13
 Ars in communi sumpta diuiditur in speculatiuam & operatiuam. lib. 1. tr. 4. cap. 1
 Ad quamlibet artem tria requiruntur. ibid.
 Ars non confert homini potentiam operatiuam, sed eam facit facilem ad opus. lib. 1. tr. 6. cap. 5
 Ars est in instrumento. lib. 1. tr. 9. cap. 4
 Ars imitatur naturam. lib. 2. tr. 2. cap. 4
 Ars & prudentia de se dicunt uerum. lib. 6. tr. 2. cap. 1
 Ars est habitus faciendi uera cum ratione. lib. 6. tr. 2. cap. 5
 Omnis ars circa generationem artificij uersatur. lib. 6. tr. 2. cap. 6. n. 18
 Ars non est eorum quæ necessariis sunt uel fiunt, neque eorum quæ sunt secundum naturam. ibid. n. 19
 Ars est actionis non actionis principium. lib. 6. tr. 2. cap. 7. n. 20
 Ars necessariis habet tres fines. ibid.
 Ars & fortuna in duobus conueniunt. ibid. n. 21
 Artes liberales sunt septem. lib. 6. tr. 2. cap. 8
 Artis est uirtus, non autem prudentia, sed ipsa est uirtus. ibid. cap. 12
 Utile est tradere artem legis positionem. lib. 10. tr. 3. cap. 3
 Omnis artificis est apponere suæ arti quod deficit. lib. 1. tr. 6. cap. 10
 Artifex bonus qui nouit uti arte sua. ibid. tr. 7. cap. 13
 Artificem peccare contingit saluata ratione artis, uel propter negligentiam, uel quia perfectus in principis non est, uel quia non bene ordinat principia ad finem. lib. 6. tr. 2. cap. 12
 Asynesia opposita est synesi. lib. 6. trac. 3. cap. 3
 In termino sedens Athloteta dicebatur, qui adolescentibus in stadio currentibus, brauium ostendebat. lib. 1. tr. 5. cap. 5
 Auaritia incurabilis. lib. 4. tr. 1. cap. 8. n. 25
 Auaritia plures habet modos. ibid.
 Auaritia magis liberalitati contraria est quam prodigalitas. lib. 4. tr. 1. cap. 8. n. 27
 Audacia & audax dupliciter dicuntur. lib. 2. tr. 2. cap. 7
 Audax, timidus, & fortis, uersantur circa eadem, sed diuerso modo. lib. 3. tr. 2. cap. 5. n. 43
 Auditor quæ concedere debeat, qui loco respondentis est in moralibus. lib. 1. tr. 4. cap. 4

Index rerum.

Auditor moralium qualis debet esse. *ibid.* cap. 5
Nec iuuenis nec passionum sit infecutor. *ibid.*
cap. 6
Auditoris animum oportet preparare bonis
legibus. *lib. 10. trac. 3. c. 1*

B

Barbarus est, qui nec lege nec ciuitate nec
alicuius disciplinæ ordine disponitur.
lib. 7. trac. 1. cap. 1
Beatus est, cui omnia optata succedunt. *lib. 1.*
trac. 5. cap. 2
Bene esse est duplex. *lib. 1. tra. 2. cap. 6. ad 2*
Bene & bonum in moralibus est ab eodem.
lib. 2. trac. 1. cap. 10
Ad bene tria requiruntur. *ibid.*
Beneficus non debet recordari beneficij im-
penti. *lib. 4. trac. 2. cap. 5*
Beneficium an metiri oportet utilitate reci-
pientis, vel potius merito conferentis. *lib. 8.*
trac. 3. cap. 11. n. 75
In beneficiorum compensatione videtur po-
tius sequenda æstimatio accipientis quam
tribuentis. *lib. 9. trac. 1. cap. 2*
Interdum non est æquum rependere benefi-
cium. *ibid. cap. 3. n. 6*
Qui beneficia contulerunt videntur magis
eos amare in quos beneficia collata sunt,
quam hi qui acceperunt, eos qui contule-
runt. *ibid. trac. 2. cap. 5. n. 29*
Beneuolentia est similis amicitia, non tamen
est amicitia. *lib. 9. trac. 2. cap. 3. n. 18*
Beneuolentia non est amatio. *ibid. n. 19*
Beneuolentia est principium amicitia. *ibid.*
n. 20
Beneuolentia potest translatiue dici princi-
pium amicitia, & cum diuturna facta est,
amicitia fieri, non ea quæ est propter vile
vel delectabile, sed ea quæ est ob virtutem
aliquam.
Bomolochia quid est. *lib. 2. trac. 2. cap. 7. & lib.*
4. trac. 3. cap. 4
Bonum est, quod vltimam sui perfectionem
adeptum est. *lib. 1. trac. 2. cap. 1*
Vnumquodque bonum est in quantum est,
quomodo intelligitur. *ibid.*
Per se bonum est, quod per substantiam bo-
num est non per accidens, per seipsum &
non per aliud. *lib. 1. trac. 2. cap. 2*
Hoc est primum bonum, ante quod nihil est,
& quod est causa boni in omnibus aliis.
ibid. cap. 3
Hoc idem est summum bonum & dicitur tale
quadupliciter. *ibid. cap. 4*
Bonum corporis, animæ, & Angeli quodnam
sit. *ibid. cap. 5*
Sonum qualiter pertineat ad naturam entis.
ibid. cap. 6
Quid sit vniuscuiusque bonum. *ibid. cap. 7*
Bonum ciuitatis, familia, & personæ quibus
atribus & virtutibus perficiatur. *lib. 1. tr. 3. c. 1*
Bonum hominis in quantum est homo, est illud
quod arte & doctrina, actu & virtute inten-
dit. *ibid. cap. 2*
Quale est illud bonum quod homo arte & do-
ctrina, actu & virtute appetit. *lib. 1. tr. 3. cap. 6*
Bonum multiplex. *ibid.*

Bonum est quod omnia appetunt. *lib. 1. tr. 3. c. 7*
Primum bonum influit tria secundo bono
consequentia formam bonitatis. *ibid.*
Quomodo omnia appetunt primum bonum.
ibid.
Bonum artium & doctrinarum qualiter dicitur
bonum ciuile. *lib. 1. trac. 3. cap. 10*
Vltimi boni cognitio maximum habet ad vi-
tam hominis incrementum. *ibid. cap. 12*
Quid sit illud vltimum & humanum bonum,
& cuius scientia vel facultatis, & qualiter
per illam accipiatur, oportet inuestigare.
lib. 1. trac. 3. cap. 13. n. 8
Illud bonum tribuendum esse ciuili scientia,
tribus rationibus probatur. *ibid. n. 9*
Bonum exercitus & vniuscuiusque de exerci-
tu est idem, non genere, vel specie, vel nu-
mero, sed analogia ad vnum. *lib. 1. tr. 3. c. 14*
Bruta felicitatis pariter atque contemplatio-
nis expertia. *lib. 10. trac. 2. cap. 4*
Dictum Circes ad Vlyssæm. *lib. 2. tr. 2. cap. 11*
n. 29
Circe peritissimus naua, vel secundum Eu-
stratum poeta. *ibid.*
In exemplari Græco pro Circe ponitur Caly-
pso. *ibid.*

C

Castitatem primum marronis induxit Py-
thagoras. *lib. 1. trac. 9. cap. 1. n. 55*
Castitas est medium delectationis in venereis.
lib. 3. trac. cap. 3. in fine.
Certitudo non est in omnibus eadem requi-
renda. *lib. 1. trac. 4. cap. 1*
Certum non est simpliciter in his quæ conuer-
sationi hominum subiaccit. *lib. 1. tr. 4. cap. 2*
Natura certior est virtute & ipsa arte. *lib. 2.*
trac. 2. cap. 4
Chaymus dicitur qui cum indignus sit, seip-
sum magnis dignificat. *lib. 4. trac. 2. cap. 1*
n. 47
Chaymi sunt nullius boni conscij & maxima
præsumentes, insipientes & seipfos amantes.
lib. 4. tr. 2. & cap. 7. n. 70
Circumstantia actus quæ sunt & quid faciant
lib. 3. trac. 1. cap. 12
Harum circumstantiarum contingit aliquas
ignorare, omnes autem impossibile est. *ibid.*
n. 11
Ciuitas assimilatur corpori humano. *lib. 3*
trac. 2. cap. 9
Ciuis ad ciuem disponitur quatuor modis.
lib. 1. trac. 3. cap. 1
Ciuis dicitur dispositus & preparatus vt
possit esse subiectum virtutis. *lib. 4. trac. 2.*
cap. 1
Clerotes vnde dicatur & quid significet. *lib. 8.*
trac. 3. cap. 2
Cogitationis effectus. *lib. 3. trac. 1. cap. 9*
Duplex modus cognoscendi, diffinitiuus &
demonstratiuus. *lib. 1. trac. 6. cap. 12*
Ex aliis quisque seipsum melius cognoscit
lib. 9. trac. 3. cap. 2
Cognita sunt duplicia. *lib. 1. trac. 5. cap. 5*
Comædia inuentiones. *lib. 4. trac. 1. cap. 13*
Comædus quid sit. *lib. 1. trac. 7. cap. 17*
Commutationum quædam sunt voluntaria,
quædam

Index rerum.

quædam inuoluntaria. Rursus inuolunta-
riarum quædam sunt occultæ, quædam
manifestæ. *lib. 5. trac. 2. cap. 3*
In commutationibus ad tria est respectus. *lib.*
5. trac. 2. cap. 9
Commutationes ad particulare bonum ordi-
nata. *lib. 8. trac. 3. cap. 1*
Communicationes vniuersæ sub politica con-
tinentur. *ibid.*
Concordia non est eadem ac cooperatio. *lib. 9.*
trac. 2. cap. 4. n. 22
Nec hi qui de re quavis sunt eiusdem senten-
tiæ, concordēs dicuntur. *ibid. n. 23*
Concordia est circa operabilia. *ibid. n. 24*
Concordes esse non est idem vtrumque sentire
quidquid tandem id sit, sed in eodem idem.
ibid. n. 25
Concordia maximè reperitur in bonis. *ibid.*
n. 27
Pruos impossibile est concordare. *ibid. n. 28*
Concupiscentiarum quædam sunt communes,
quædam vero propria & apposta. *lib. 3. trac.*
3. cap. 5. n. 61
Circa communes concupiscentias pauci pec-
cant & vno modo: circa proprias vero multi
delinquant & pluribus modis. *ibid. n. 62*
Consilium non querimus de his quæ sunt
natura, vel necessitate, vel fortuna, vel per
homines ad nos non pertinentes, sed de his
quæ per nos sunt operabilia. *lib. 3. trac. 11.*
cap. 17
Consilium non est de omnibus quæ sunt in
nostra potestate. *lib. 3. trac. 1. cap. 18*
Consilium non est de fine, sed de iis quæ sunt
ad finem. *ibid.*
Omne consilium est quæstio, non tamen om-
nis quæstio est consilium. *lib. 3. trac. 1. cap.*
19
Non omnia singularia supponuntur consilio.
ibid. n. 23
Consilium non est de præteritis. *lib. 6. trac.*
cap. 7. n. 11
Constantia est per quam animus impertur-
tus manet in periculis. *lib. 3. trac. 2. cap. 10.*
Constellatio quid sit & proprietates eius. *lib. 1.*
trac. 7. cap. 6
Constellatio non agit in animam nisi per ac-
cidens. *ibid.*
Consuetudo difficilè immutatur. *lib. 7. trac. 1.*
cap. 14. n. 49
Quæ ab antiquis de continentia & inconti-
nentia dicta sunt. *lib. 7. trac. 1. cap. 1. n. 4*
Vtrum sciens & rectè existimans potest esse
incontingens? *lib. 7. trac. 1. cap. 2. n. 5*
Vtrum id quod resistit in incontinente, sit
prudencia? *ibid. n. 6*
Vtrum temperatus sit continens, & contra
continens temperatus. *ibid. n. 7*
Vtrum sit continens qui in opinione perma-
net, incontingens vero qui ab opinione re-
cedit? *ibid. n. 8*
Vtrum intemperatus sit deterior incontingente?
ibid. n. 9
Vtrum continentia & incontingentia versentur
circa omnia delectabilia? *ibid. n. 10*
Incontingens absolute non est circa omnia de-
lectabilia. *ibid. cap. 3. n. 11*
Quare bellæ non sint incontingentes. *ibidem.*

cap. 5. n. 13

Quomodo soluitur ignorantia & continens sit
sciens. *ibid. n. 14*
Aliquando euenit vt præsentia scientia non
fiat incontingens. *ibid. n. 15*
Absolute continens & incontingens versantur
circa voluptates quæ sunt in gustu & tactu.
ibid. n. 16
Intemperatus & incontingens versantur circa
eadem, sed non eodem modo. *ibid. n. 17*
Incontingentia non est circa honesta delectabi-
lia. *lib. 7. trac. 1. cap. 7. n. 18*
Circa delectabilia quæ sunt contra naturam,
non est sumenda continentia. *lib. 7. trac. 1.*
cap. 8. n. 20
Incontingentia quædam feralis & quædam ex
morbo dicitur. *ibid. n. 21*
Minus turpis est incontingentia iræ, quam in-
contingentia quæ est circa concupiscentias
tactus. *lib. 7. trac. 1. cap. 9. n. 22*
Definitiones incontingentis & continens;
mollis & perseverantis. *ibid. cap. 11. n. 25*
Intemperans deterior est incontingente. *lib. 7.*
trac. 1. cap. 11. n. 26. & cap. 12. n. 35
Continentia & perseverantia in quo differunt.
lib. 7. trac. 1. cap. 11. n. 28
Continentia eligibilior quam perseverantia.
ibid. n. 29
Duæ sunt species incontingentia & mollitiei
reueritas & infirmitas. *lib. 7. trac. 1. cap. 12.*
n. 33
Cholerici & melancholici incontingentes. *ibid.*
n. 34
Incontingentes temerarij meliores sunt incon-
tingentibus infirmis. *ibid. n. 36*
Incontingentia non est simpliciter vitium, sed
aliqua ex parte. *ibid. n. 37*
Incontingenti facile dissuaderi potest ne volu-
ptates sequatur, non autem intemperato.
ibid. n. 38
Contingens per accidens in quavis electione,
per se autem in recta electione persistit. *ibid.*
cap. 13. n. 39
Pertinaces & continentes conueniunt & dif-
ferunt inter se. *ibid. n. 40*
Non omnis qui propter voluptatem quip-
piam agit, incontingens est, sed qui agit ob
turpem finem. *ibid. n. 41*
Inter insensibilem & incontingentem medius
est continens. *ibid. n. 42*
Habitus inter quos media est continentia, pra-
ui sunt. *ibid. n. 43*
Contingens & temperans similes sunt, tamen
differunt. *ibid. n. 44*
Nemo simul prudens & incontingens est. *ibid.*
n. 45
Nonnulli videntur prudentes & incontingen-
tes, tamen non sunt. *ibid. n. 46*
Incontingens non omnino melius est. *ibidem*
n. 47
Continentia, & incontingentia est circa id
quod multitudinis superat habitum. *ibid.*
n. 48.
Incontingentia melancholici & cholerici fa-
nabilior est quam infirmi. *ibidem*
n. 49
Contingens est triplex. *lib. 1. trac. 4.*
cap. 3

Sententia

Index rerum.

Senrentia Pythagoricorum dicitur non æquale secundum proportionem esse iustum, sed contrapassum. lib. 5. trac. 2. cap. 8
 In quibus commutationibus contrapassum est iustum, & in quibus non est iustum. ibid. cap. 9
 Quatuor perficitur virtus corporis, quæ respondent quatuor virtutibus cardinalibus in anima. lib. 1. tr. 4. cap. 2
 Critias dicit parcendum esse adulteræ quæ in sinu prodidit tyrannum. lib. 2. tr. 2. cap. 6

D

Delectationes liberales quæ sint. lib. 1. tr. 3. cap. 1
 Delectatio nomen commune est ad delectationem corporalem & animalem. lib. 1. tr. 6. cap. 15 n. 40
 Quæ natura propria bona sunt & delectabilia, maxime delectant amantes bonum honestum. ibid. m
 Delectatio quid sit. lib. 2. trac. 1. cap. 8
 Virtus moralis est circa delectationes & tristitias. ibidem.
 Delectatio animalis est amor honoris & disciplina. lib. 3. tr. 3. cap. 2
 Delectatio corporalis quæ sit & quomodo diuidatur. ibidem.
 Delectationes quæ dicantur bestiales & feruiles. lib. 3. trac. 3. cap. 4. n. 58
 Ad ethicum pertinet de delectatione & tristitia determinare. lib. 7. tr. 2. c. item 1. 10. tr. 1. c. 1
 Antiquorum positiones & earum impugnationes circa delectationem. lib. 7. trac. 2. cap. 2
 Delectatio venerea impedit intellectus operationem. ibidem.
 Delectatio est quoddam bonum. lib. 7. trac. 2. cap. 4. n. 58
 Licet quædam delectationes prauæ sint, tamen hoc non prohibet, quin aliqua delectatio optimum sit. lib. 7. trac. 2. cap. 4. n. 59
 Excessus corporearum delectationum malus est. lib. 7. trac. 2. cap. 5. n. 62
 Intemperatus è diuerso se habet in delectationibus & tristitiis. ibid. n. 63
 Quare delectationes corporis expetiliores videntur. ibid. n. 64
 Delectationes corporeæ sunt bonæ per accidens. ibid. n. 66
 Perfectæ delectationes sunt sine tristitia, excessum vituperabilem non habentes. lib. 7. trac. 2. cap. 6. n. 67
 Nulla eadem res non semper delectat. ibid. n. 68
 Non est eorum vituperare delectationem, vt prauam, qui eam bonam esse sentiunt. lib. 10. tr. 1. cap. 1. n. 2
 Eudoxus existimabat delectationem esse summum bonum propter tres rationes. ibid. cap. 2. n. 3
 Qualiter Plato rationes Eudoxi impugnavit. ibid. cap. 3
 Infantia contra rationes Platonis, quibus probat delectationem non esse per se bonum. ibid. cap. 4
 Multipliciter responderetur iis qui delectatio-

nes obscenas proferunt, vt probent delectationem secundum se non esse bonum. ibid. cap. 5. n. 11
 Nonnullæ delectationes per se expetibiles & ab aliis specie differenter. ibid. n. 12
 Delectatio non est motus. lib. 10. tr. 1. cap. 6. n. 13
 Perfectissimæ operationis intellectus delectatio est perfectissima. ibid. cap. 7. n. 14
 Delectatio perficit operationem, non vt obiectum, neque vt forma vel habitus inexistens, sed vt finis superueniens. lib. 10. tr. 1. cap. 8. n. 15
 Delectatio tandiu durat, quandiu manet perfecta cognoscentis operatio. ibid. n. 16
 Nullus continuè delectatur. ibid. n. 17
 Omnes appetunt delectationes. lib. 10. tr. 1. cap. 9. n. 18
 Delectationes differunt probitate & improbitate operationum. ibid. cap. 10. & 11. n. 20
 Animalium specie differentium delectationes specie differunt, specie verò similibus conueniunt specie. ibid. n. 21
 In hominibus delectationes multum diuersæ sunt. ibid. n. 22
 In delectationibus id tale esse videtur, quale studioso videtur. ibid. n. 23
 Delectationes quas omnes fatentur esse turpes, non sunt dicendæ delectationes nisi corruptis: quæ vero probæ sint, constat ex operationibus. ibid. n. 24
 Democratia est minima transgressio siue corruptio reipublicæ. lib. 8. tr. 3. cap. 2. n. 55
 Quo sensu democratia dicatur pessima. lib. 8. tr. 3. c. 5. n. 63
 Deprecatio est amicabile à malo irrationabili reuocatio. lib. 1. tr. 9. cap. 9.
 Ratio viturdeprecatione, suasionem & increpatione ad concupiscibilem & irascibilem, non autem coactiuam virtute. ibid.
 Deusaricus Megarensis p. inceptus inuentorum comediarum. lib. 4. tr. 1. cap. 13
 Delicatus est, qui à qualibet deicitur tristitia, quæ est ex absentia delectabilis. lib. 7. tr. 1. cap. 11. n. 30
 Dialecticæ primus inuentor. lib. 3. tr. 1. cap. 6
 Iudex qui quasi dica iniuriam mensurat actionis & passionis, dicastes vocatur. lib. 5. tr. 2. cap. 7. n. 27
 Dicaon est ratio medij, qua mensuratur iniuria actionis & passionis. lib. 5. tr. 2. ca. 7. n. 27
 Dicaon est duplex, scilicet mensurans & mensuratum. ibid.
 Dido seipsam interfecit Æneæ amore. lib. 3. tr. 2. cap. 5
 Differentia est causa numeri. lib. 1. trac. 5. cap. 12
 Diffinitio non habet causam. lib. 1. trac. 2. cap. 11
 Quatuor sunt digestiones. lib. 8. tr. 3. cap. 6
 Dignitatum differentia in quibus consistant. lib. 5. tr. 2. cap. 4. n. 21
 Dinorica est femina sparsa prudentiæ & confusa. lib. 6. tr. 4. cap. 2
 Dinus dicitur, qui multum influxum habet intellectus practici ad obtinendum omne quod intendit. ibid.
 Dinus

Index rerum.

Dinus & prudens quomodo differunt. lib. 7. trac. 1. cap. 14
 Disciplina est nomen æquiuocum. lib. 3. trac. 3. cap. 14
 Discipuli officium. lib. 1. trac. 4. cap. 4
 Diuitiæ non possunt esse summum bonum. lib. 1. trac. 5. cap. 10
 Diuitiarum bonum in quo consistit. ibid.
 Diuitiarum vsus. lib. 1. trac. 7. cap. 1
 Doctrina omnis appetit bonum. lib. 1. trac. 3. cap. 3
 Doctrina omnis fit ex præcognitis. lib. 6. trac. 2. cap. 3
 Docere est causam assignare, per quam res & quod sit & quid sit, docetur. ibid.
 Dominans est puero & intemperato necessarium. lib. 3. trac. 3. cap. 9
 Tria sunt dominatiua actus veritatis. lib. 6. trac. 1. cap. 4
 Tria requiruntur ad rationem dominij. lib. 1. trac. 7. cap. 11
 Dominium quid sit. ibid.
 Donum est donatio irreddibilis. lib. 4. trac. 1. cap. 2. n. 5
 Dux bonus, qui milite vt nouit in exercitu. lib. 1. trac. 7. cap. 13

E

Ebrietas meretur duplicem pœnam. lib. 3. trac. 1. cap. 21
 Edictum habet vim legis. lib. 3. trac. 1. cap. 21
 Eligere est duobus vel pluribus propositis, hoc illi præoptare. lib. 1. trac. 3. cap. 5. Damascenus.
 De electione agendum propter duas rationes. lib. 3. trac. 1. cap. 14. n. 14
 Electio & voluntarium non sunt idem omnino. ibid. n. 15
 Electio non est in genere concupiscentiæ vel iræ. ibid.
 Electio non est voluntas. lib. 3. trac. 1. cap. 14. n. 14
 Electio non est opinio. ibid.
 Electio est voluntarium cuius consultatio præcessit. lib. 3. trac. 1. cap. 16. n. 17
 Eligentia & liberum arbitrium quomodo differunt. ibid.
 Eligibile & consiliabile sunt idem secundum substantiam. lib. 3. trac. 1. cap. 19. n. 24
 Nihil est eligibile nisi bonum. lib. 5. trac. 2. cap. 5
 Embryo quid sit. lib. 1. trac. 9. cap. 4
 Eudymion quid sit & vnde dicitur. lib. 10. trac. 2. cap. 4
 Endelechia quid. lib. 1. trac. 2. cap. 7
 Encylia sunt carmina circularia. lib. 1. trac. 5. cap. 9
 Energia quid. lib. 1. trac. 2. cap. 4
 Ens necesse non habet ante se causam sui. lib. 6. trac. 2. cap. 2
 Ens per accidens non cadit sub arte. lib. 5. trac. 4. cap. 3
 Epigramma in templo Apollinis, Summè est pulchrum, ex astræa quod gignitur alma.
 Optima, si valeas, res est, quod quilibet optat. Summè est iucundum, si re potiaris amata.

lib. 1. trac. 6. cap. 16
 Epicureorum opinio de felicitate. lib. 1. trac. 5. cap. 7
 Epicureorum opinio de principiis rerum, & de constitutionibus formarum ab intellectualibus substantiis. lib. 6. trac. 2. cap. 14
 Epicurei quatuor rationibus probant intellectum possibilem corrumpi. ibidem.
 Quid sit epyichia & epyiches. lib. 5. trac. 4. cap. 1
 Epyichia propriè pertinet ad iustitiam legalem. ibidem.
 Epyichia est virtus. lib. 5. trac. 4. cap. 1. n. 78
 Iustum epyichis melius iusto legali. ibidem. n. 79
 Cum iustum legale & iustum epyichis sint studiosa, iustum epyichis præstantius est. ibidem. n. 80
 Epyichia est virtus executiua eius quod gnomos iudicat esse faciendum. lib. 6. trac. 3. cap. 4
 Eryxius ob pulmenti delectationem sibi collum postulauit elongari. lib. 3. trac. 3. cap. 4
 Ethicæ nobilitas. lib. 1. trac. 1. cap. 1
 Ethica adminiculatur aliis scientiis. ibidem.
 Ethica ordinat omnia quæ in homine sunt. ibidem.
 Vtrum ethica sit scientia. lib. 1. trac. 1. cap. 2. & trac. 4. cap. 1
 Cui parti philosophiæ ethica supponatur. lib. 1. trac. 1. cap. 3
 Vtrum ethica sit scientia theoricæ vel practica. lib. 1. trac. 1. cap. 4
 De quo sit ethica vt de subiecto. lib. 1. trac. 1. cap. 5
 Quinam sit finis ethicæ. lib. 1. trac. 1. cap. 6
 Diuisio ethicæ secundum Aristotelem. lib. 1. trac. 1. cap. 7
 Ethicus quomodo scribitur & quid significat. lib. 1. trac. 9. cap. 7
 Eubulia neque est scientia, neque eustochia, neque solertia, neque opinio, neque rectitudo consilij. lib. 6. trac. 3. cap. 1
 Non omnis rectitudo eubulia est. lib. 6. trac. 3. cap. 2. n. 50
 Non omnis consultatio qua bonum assequimur, eubulia est. ibidem. n. 51
 Eubulia est, qua quis assequitur quod oportet, vt oportet, & cum oportet. ibidem. n. 52
 Quædam eubulia absolutè est, & quædam particularis. ibidem. n. 53
 Eubuliæ definitio. ibidem.
 Eudoxi opinio dicentis delectationem per se bonum esse. lib. 10. trac. 1. cap. 2
 Eupraxia finis est substantialiter, non tamen semper. lib. 6. trac. 2. cap. 10
 Eudemia, liber Aristotelis. lib. 1. trac. 1. cap. 7
 Euripidis dicta quæ vocantur Alcæonea. lib. 3. trac. 1. cap. 5
 Eutrappelia quid sit & vnde dicitur. lib. 2. trac. 2. cap. 7
 Eutrappelia circa quid sit. lib. 4. tr. 3. cap. 4. n. 97
 Eutrappelius ea dicit quæ ad modestum & liberalem attinent. ibidem. n. 99
 Virtus eutrappeliæ opposita. lib. 4. trac. 3. cap. 5. n. 101
 Exicholus dicitur extremam in iram habens velocitatem. lib. 4. trac. 2. cap. 10

Index rerum.

F

Fatum quid sit. lib. 1. tr. 7. cap. 6. & lib. 3. tr. 1. cap. 17
 Fatum & fortuna differunt. ibidem.
 Fatum esse negari non potest. lib. 3. tr. 1. cap. 17
 Differentia fati & fortunæ & constellationis. lib. 1. tr. 7. cap. 6
 Intentio tractandi de felicitate. lib. 1. tr. 5. cap. 1
 In quo conueniunt opinantes de felicitate. ibidem. cap. 2
 Felicitas est optimum hominis. lib. 1. tr. 6. cap. 1. & tr. 7. cap. 7
 Defelicitatis differentia quæ est perfectum. lib. 1. tr. 6. cap. 1
 Felicitas per se sufficiens bonum est. lib. 1. tr. 6. cap. 3
 Felicitas vltima per se eligibilis est, & nulli bonorum connumerabilis. lib. 1. tr. 6. cap. 4
 Felicitas est opus hominis in quantum est homo. ibidem. cap. 5
 Felicitas est operatio animæ. lib. 1. tr. 6. cap. 13
 Antiquorum opiniones de felicitate. lib. 1. tr. 6. cap. 13
 Felicitas in vfu & actu ponitur. ibidem.
 Felicitas summè delectabilis est. lib. 1. tr. 6. cap. 15
 Felicitas tria includit. lib. 1. tr. 6. cap. 16
 Felicitas qualiter indiget bonis exterioribus. lib. 1. tr. 7. cap. 1. & 2
 Vtrum felicitas sit de numero discibulum vel affuebilium. lib. 1. tr. 7. cap. 3
 Felicitas qualiter adueniat homini per quandam diuinam particulam. lib. 1. tr. 7. cap. 5
 Felicitas est de numero diuinissimorum & communissimorum bonorum. ibidem. cap. 7
 Quotquot ad virtutem non sunt orbat, possunt esse felices. ibidem.
 Felicitas variè dicitur. ibidem.
 Definitio felicitatis. lib. 1. tr. 7. cap. 8
 Concordia quorundam dictorum de felicitate. ibidem.
 Brutum non dicitur felix neque puer. ibidem.
 Vtrum nullus hominum dicendus sit felix, sed secundum sententiam Solonis finis sit inspiciendus. lib. 1. tr. 7. cap. 9. 10. & 11
 Felix verè bonus & tetragonus sine vituperatione est. lib. 1. tr. 7. cap. 12
 Felix ad infelicitatem non transmutatur. lib. 1. tr. 7. cap. 13. & 14
 Felicitas etiam secundum quod in exterioribus est, est felix in vita ante mortem. lib. 1. tr. 7. cap. 14
 Vtrum fortunæ amicorum redundent ad felicitatem amicorum. lib. 1. tr. 7. cap. 16
 Vtrum fortunæ amicorum aliquam circa mortuos faciant immutationem. lib. 1. tr. 7. cap. 17
 Felicitas non est de numero laudabilium. lib. 1. tr. 8. cap. 1
 In quo genere operationum sit operatio felicitatis contemplatiuæ. lib. 10. tr. 2. cap. 1
 Optima operatio intellectus speculatiui secundum propriam virtutem, est perfecta felicitas. ibidem. cap. 2. n. 29
 Felicitas quæ est à virtute actiua, secundum locum sibi vendicat. lib. 10. tr. 2. cap. 3. n. 30
 Felicitas contemplatiua inter actiones humanas primum locum perfectionis obtinet. lib. 10. tr. 2. cap. 4
 Felicitati opus est rerum exterarum prosperitate vt perfecta sit. lib. 10. tr. 2. cap. 5. n. 31
 Licet nequeat quis felix sine bonis exterioribus fieri, tamen putandum non est, ei multis & magnis opus esse, qui futurus est felix. ibidem. n. 32
 Speculatiuus felix Deo amantissimus est. lib. 10. tr. 2. cap. 6. n. 34
 Quæ melior sit felicitas, actiua vel contemplatiua. ibidem.
 Felix qua amicitia indigeat. lib. 9. tr. 1. cap. 3
 Fides sit ex opinione. lib. 6. tr. 1. cap. 2
 Fidentia quæ sit. lib. 3. tr. 2. cap. 10
 Filij tenentur parentibus sufficientiam tribuere. lib. 9. tr. 1. cap. 3
 Finis hominis duplex. lib. 1. tr. 3. cap. 3. resp. 2
 Mentis speculatiuæ finis est verum vel falsum. ibidem. cap. 6
 Differentia finium humanorum. lib. 1. tr. 3. cap. 8
 Quare sunt plures fines hominum. ibidem.
 Comparatio illorum finium adinuicem. lib. 1. tr. 3. cap. 9
 Omnes fines ad vnum vltimum referuntur. lib. 1. tr. 3. cap. 11
 Finis in moralibus est principium. lib. 1. tr. 3. cap. 5
 Finis contemplatio iuuat artem. ibidem. cap. 18
 Finis medicinæ sanitas. lib. 1. tr. 6. cap. 1. n. 28
 Finis artis militaris victoria. ibidem.
 Finis ædificatiuæ domus. ibidem.
 Finis intellectus duplex. lib. 1. tr. 6. cap. 1. n. 29
 Finis in omnibus inspiciendus est. lib. 1. tr. 7. cap. 8
 Forma attenditur dupliciter. lib. 1. tr. 1. cap. 3. ad 1
 Forma ad sui esse non indiget compositione materiæ. lib. 1. tr. 5. cap. 12
 Constitutio formarum ab intellectualibus substantiis. lib. 6. tr. 2. cap. 14
 Positio Stoicorum circa constitutiones formarum. lib. 6. tr. 2. cap. 15
 Forma simplex est perpetua. lib. 6. tr. 2. cap. 17
 Fortitudinis diffinitio & vitia opposita. lib. 2. tr. 2. cap. 7. n. 23
 Fortitudo versatur circa timores, & fiducias, non tamen circa omnes. lib. 3. tr. 2. cap. 2. n. 34
 Fortitudo circa mortis pericula versatur. ibidem. n. 35
 Non circa omne genus mortis, sed circa eam mortem

Non circa omne genus mortis, sed circa eam mortem

Index rerum.

mortem quæ in bello contingit, vir fortis esse dicitur. lib. 3. tr. 2. cap. 3. n. 36
 Homo verè fortis dicitur, qui circa honestam mortem, & ea omnia quæ repente eueniunt atque inferunt ipsam, imperterritus est. ibidem. n. 37
 Fortis non debet esse omnino impauidus & nihil profus meruens. lib. 3. tr. 2. cap. 4. n. 39
 Viro fortissimo suus finis honestus est. ibidem. n. 40
 Quatuor sunt extrema fortis & vnum medium. lib. 3. tr. 2. c. 5. n. 43
 Qui mortem sibi consciscit ad fugiendum aliquid in vita molestum, non fortis, sed timidus & mollis est. ibidem. n. 44
 Quinque modi fortitudinum quæ veram fortitudinem imitantur. lib. 3. tr. 2. cap. 6. n. 45
 Differentia inter veram fortitudinem, politicam & militarem. lib. 3. tr. 2. cap. 7
 Fortitudo furoris naturalissima est veræ fortitudini. ibidem. cap. 8
 Fortitudo analogicè dicitur de suis inferioribus. lib. 3. tr. 2. cap. 10
 Species veræ fortitudinis. ibidem.
 Finis fortitudinis est delectabilis. lib. 3. tr. 2. cap. 11. n. 51
 Quanto magis vir fortis omni virtute pollet, feliciorque est, tanto amplius in morte dolebit. ibidem. n. 52
 Nihil vetat eos qui fortes non sunt, præstantissimos esse milites: sed cum fortes non sunt, aliud bonum non habent. ibidem. n. 54
 Fortuna quid sit & quomodo accipitur aliter quam in physica. lib. 1. tr. 7. cap. 6
 Vtrum per fortunam veniat virtus. ibidem.
 Fortuna, fatum, & constellatio in quo differunt. ibidem.
 Fortunas quis fert decenter. lib. 1. tr. 7. c. 12
 Fortunæ consideratio spectat ad astronomicos. lib. 1. tr. 7. c. 16
 Fortunæ amicorum vtrum aliquam circa mortuos faciunt immutationem. ibidem. c. 17
 Fortuna multos habet fines. lib. 6. tr. 2. c. 7
 Fortuna est qualitas accepta innata implexione causarum à celo descendens. lib. 7. tr. 2. c. 4
 Fronto quis sit. lib. 2. tr. 2. c. 7
 Frugalitas quæ virtus sit. lib. 2. tr. 2. c. 7
 Fur quis dicatur. lib. 4. tr. 1. c. 8
 Furor differat à vera fortitudine. lib. 3. tr. 2. cap. 8
 Furiosus quis dicitur. lib. 2. tr. 2. cap. 7

G

Gastrimargi qui dicantur. lib. 3. tr. 3. c. 5. n. 61. & cap. 7
 Gaudium intemperati quale sit. lib. 3. tr. 3. cap. 5
 Gaudium est diffusio animi in conceptione boni conuenientis. lib. 1. tr. 6. c. 16. & lib. 10. c. 8. n. 15
 Nullus bonus qui non gaudet bonis operationibus. lib. 1. tr. 6. c. 16
 Gladius quomodo diffinitur. lib. 1. tr. 3. c. 9
Index in lib. Ethicorum.

Gloria est latè patens præconium. lib. 1. tr. 5. cap. 8
 Gnome est boni & æqui veri rectum iudicium. lib. 6. tr. 3. c. 4. n. 58
 Eugnome & singnome quid sint. ibid. c. 5. n. 59
 Gorgona pulchritudine sua se aspicientes in faxa conuertebat. lib. 1. tr. 7. c. 2
 Gratia est qua gratè & amicè commanent ciues. lib. 5. tr. 2. c. 9
 Sacrum gratiarum quod lege sacratum est. ibidem.
 Gratia est in qua amicitiarum & officiorum alterius memoria & alterius remunerandi voluntas continetur. lib. 5. tr. 3. c. 3
 Ginison quis dicatur. lib. 4. tr. 1. c. 8
 Gustus est quidam tactus. lib. 3. tr. 3. c. 4
 Gymnasium quid sit. lib. 2. tr. 2. c. 3

H

Habilitatis causatiuæ attes. lib. 1. tr. 3. cap. 1
 Ad personæ vel ciuium vel patriæ habitationem pertinentia. ibidem.
 Habitus est qualitas perficiens potentiam qua quis aliquid agit cum voluerit. lib. 1. tr. 5. c. 9
 Pro habitu nemo accipit præmium, sed pro operatione. lib. 1. tr. 6. cap. 14
 Habitus non semper se habet ad habitum sicut potentia ad potentiam. lib. 1. tr. 7. c. 3. ad 3
 Sæpe habitus contrarius cognoscitur ex suo contrario, & sæpe ex suis obiectis. lib. 5. tr. 1. c. 1. n. 4
 Habituus alius est corporalis alius animalis. ibidem.
 Habitus intellectuales sunt quinque. lib. 6. tr. 2. c. 1
 Habituus intellectualium sufficientia. ibidem.
 Habitus intellectuales quo ordine inueniuntur in nobis. ibidem.
 Helena multorum malorum causa. lib. 1. tr. 7. cap. 2
 Helenæ pulchritudine Theseus, Menelaus, & Paris illecti. lib. 2. tr. 2. cap. 11
 Hector Priami filius qualis fuit. lib. 3. tr. 2. cap. 6
 Hippocrates pellentes valde habuit oculos, & tamen castissimus fuit. lib. 1. tr. 6. c. 4. & tr. 7. c. 1
 Homo quid est secundum Socratem. lib. 1. tr. 2. cap. 1
 Homo consideratur tripliciter. lib. 1. tr. 7. cap. 1
 Homo quomodo comparatur ad alia extra se. ibidem.
 Homo naturaliter est animal ciuile. ibidem.
 Homo per se solus, vel Deus est qui nullo indigeat, vel bestia cui humanorum officiorum nihil proficiat. lib. 1. tr. 3. c. 10
 Væ vobis hominibus, qui computati estis in numerum bestiarum vt ex verbis nascatur liber. ibidem.
 In honore non consistit felicitas. lib. 1. tr. 5. c. 5. cap. 3
 Honor non est finis vitæ ciuilis. lib. 1. tr. 5. c. 8
 Honor

K k Honor

Index rerum.

Honor quare appetitur. *ibid.*
 Honor est premium virtutis & finis vitæ ci-
 uilis secundum Stoicos. *lib. 1. tr. 6. cap. 2*
 Honor quomodo est in honorato. *lib. 4. tr. 2. c. 2*
 Honor est maximū bonū inter exteriora. *ibid.*
 Honor est duplex. *lib. 4. tr. 2. c. 8*
 In honorum appetitione est mediocritas &
 exuperatio. *ibid.*
 Honorantur propria plus alienis. *lib. 5. tr. 1. c. 4*
 Honorandi sunt patentes secundum pietatem.
lib. 5. tr. 5. c. 3
 Hymarmenes Græca dictio fatum significat.
lib. 1. tr. 7. cap. 6

I

Iactantia quid est. *lib. 2. tr. 2. c. 7. lib. 4. tr. 3. c. 2*
 Iactator quis dicatur. *ibid.*
 Platonis positio in vniuersali bono & idea
 felicitatem constituentis, an sit discutienda,
 fluctuatio, in qua triplex ratio consolationem
 adhibet. *lib. 1. tr. 5. c. 11*
 Expositio positionis Platonicæ. *ibid. cap. 12. &*
lib. 10. tr. 1. c. 1
 A primo motore vsque ad vltimam materiam
 omnia formant & assimilant ideæ. *lib. 1. tr.*
5. c. 12
 Idea tantum vna est. *ibid.*
 Idearum positio inutilis est ad ciuilia. *lib. 1.*
tr. 5. c. 17
 Iesus Persarum rex propriam matrem diis
 sacrificauit. *lib. 7. tr. 1. cap. 8*
 Ignorantia multiplex. *lib. 3. tr. 1. c. 8. & c. 10*
 Quæ ignorantia facit inuoluntarium. *ibid.*
 Aliud est propter ignorantiam operari, & per
 ignorantiam, & ignorantem. *lib. 3. tr. 1. c. 9*
 Qualiter omnis malus ignorans est. *ibid. c. 10*
 Ignorantia vniuersalis inuoluntarium non
 facit, sed ea quæ in singularibus est. *lib. 3.*
tr. 1. cap. 11
 Ignorantia affectata, crassa, & supina. *ibid.*
 Ignorantia iuris quid sit. *lib. 3. tr. 1. c. 21. n. 27*
 Ignorantia aliquando excusat à culpa. *lib. 5.*
tr. 3. c. 6
 In corrigibiles à ciuitatibus sunt profigandi.
lib. 10. tr. 3. c. 1
 Indigentia humana quæ omnia continet, est
 vera naturalis mensura commutabilium.
lib. 5. tr. 2. c. 10. n. 33
 Indigentia est quoddam vnum quod conti-
 net commutationem & conseruat. *lib. 5. tr. 2.*
c. 10. n. 34
 Iniuriam facere non est tantum aliquem læ-
 dere, sed addendum est, præter illius qui
 læditur voluntatem. *lib. 5. tr. 3. c. 8. n. 70*
 Ut aliquis iniuriam patiat, non est in pote-
 state ipsius situm. *ibid. n. 71*
 Qui propter iram seipsum occidit, non sibi
 ipsi sed ciuitati facit iniuriam. *lib. 5. tr. 4.*
c. 2. n. 85
 Intellectus practicus quomodo est principium
 operationis. *lib. 1. tr. 5. c. 7. & tr. 6. c. 1*
 Intellectuales virtutes sunt necessariores mor-
 ralibus. *lib. 5. tr. 1. c. 2*
 Intellectuale & intelligibile non differunt se-
 cundum Platonem. *lib. 1. tr. 5. cap. 12*
 Intellectus solus est dominatiuus sui actus.
lib. 6. tr. 1. cap. 4
 Intellectus qui est dominatiuus actus est cõ-

positus intellectus. *ibid. cap. 5*
 Intellectus dicitur mens. *ibid.*
 Intellectus quare dicitur practicus. *ibid.*
 Intellectus secundum substantiam dicitur dif-
 fert ab intellectu secundum habitum di-
 cto. *lib. 6. tr. 2. cap. 13*
 Intellectiua & opiniatiua sunt diuersæ partes
 animæ. *ibid.*
 Intellectus possibilis secundum Epicureos est
 corruptibilis. *lib. 6. tr. 2. cap. 14*
 Qualiter Peripatetici dicunt, quoddam intellecti-
 ua pars, altera est ab opinatiua. *ibid. cap. 17*
 Intellectus secundum esse est separatus à sen-
 sitiuo & vegetatiuo. *ibid.*
 Non est omnium vnus intellectus. *ibid.*
 Intellectus est acceptiuius principiorum. *lib.*
6. tr. 2. cap. 18. n. 33
 Intellectus in nobis medius est inter intelli-
 gentiam & animam. *ibid.*
 Intellectus tam speculatiuus quam practicus
 est extremorum. *lib. 6. tr. 3. cap. 5*
 De inuoluntario prius dicendum quam de
 voluntario. *lib. 3. tr. 1. cap. 2. n. 2*
 Inuoluntarium per violentiam quid sit. *ibid.*
cap. 3. & lib. 5. tr. 3. cap. 5. n. 53
 Operationes mixtas ex voluntario & inuo-
 luntario. *lib. 3. tr. 1. cap. 4*
 Inuoluntarium simpliciter, ex causa quando-
 que est voluntarium. *ibid.*
 In operationibus mixtis ex voluntario & in-
 uoluntario quid pro quo sit sustinendum
 vel operandum difficile est iudicare. *lib. 3.*
tr. 1. cap. 5. & 6
 Inuoluntarium per ignorantiam quid sit. *lib.*
3. tr. 1. cap. 8
 Ira quid est. *lib. 3. tr. 1. cap. 9. & lib. 4. tr. 1. c. 9*
 Defectio seu vacuitas iræ vituperatur. *lib. 4.*
tr. 2. cap. 9. n. 78
 Iræ proprietates. *lib. 7. tr. 1. cap. 9*
 Quæ per iram fiunt, non iudicantur ex pro-
 nidentia fieri. *lib. 5. tr. 3. cap. 6. n. 62*
 Iracundia quid est. *lib. 4. tr. 2. cap. 9*
 Eorum qui peccant iræ excessu diuersitas. *lib.*
4. tr. 2. cap. 10
 Iracundus quis dicitur. *lib. 2. tr. 2. cap. 7*
 Ironia quid. *lib. 2. tr. 2. cap. 7*
 Ischyrogomones qui sint. *lib. 2. tr. 1. cap. 13*
 Italia fuit olim magna Græcia nuncupata. *lib.*
3. tr. 2. cap. 6
 Index ad tria respicere debet. *lib. 5. tr. 2.*
cap. 6
 Index qui iniuriam mensurat, dicastes voca-
 tur. *ibid.*
 Iudicium est difficile quid pro quo sustinen-
 dum sit vel operandum in operationibus
 mixtis ex voluntario & inuoluntario. *lib. 3.*
tr. 1. cap. 6
 Iupiter non tonabit nisi duodecim diis con-
 sentientibus, non fulminabit autem nisi
 ante per contentum cæli, beneficia verò
 præstabit omnibus per seipsum. *lib. 1. tr. 3.*
cap. 13
 Naturæ ius est, quod non opinio genuit, sed
 innata quædam vis inseruit. *lib. 5. tr. 3.*
cap. 3
 Quæ sunt de iure naturali. *ibid.*
 Ius consuetudinis quod sit. *ibid.*
 Ius consuetudinale tribus innuitur. *ibid.*
 Iustitia

Index rerum.

Iustitia est dignissima virtutum. *lib. 1. tr. 6. c. 8*
 Iustificatio est in id quod secundum naturam
 est, ab eo quod præter naturam est reditio.
lib. 1. tr. 9. cap. 2
 De iustitia cur & quid quaerendum. *lib. 5. tr.*
1. cap. 1. n. 1
 Iustitia est habitus quo homines apri sunt ad
 res iustas agendas, & quo iusta agunt &
 volunt iusta. *ibid. n. 2*
 Iusta & iniusta non procedunt ab eodem ha-
 bitu. *ibid. n. 3*
 Iustitia & iniustum multipliciter dicuntur.
ibid. n. 5
 Quot modis dicitur iustitia, iustus, & iniu-
 stus. *lib. 5. tr. 1. cap. 2*
 Quæ à legibus proficiscuntur, sunt aliquali-
 ter iusta, iniusta verò quæ contra leges sunt.
lib. 5. tr. 1. cap. 3. n. 10
 Iusta vno modo dicenda sunt quæcunque fa-
 ctiua & conseruatiua felicitatis. *ibid. n. 11*
 Iustitia virtutum præclarissima esse videtur.
lib. 5. tr. 1. cap. 4. n. 12
 Iustitia non pars virtutis, sed tota est virtus.
ibid. n. 14
 De iustitia quæ est pars virtutis, inquiren-
 dum est. *lib. 5. tr. 2. cap. 1. n. 15*
 Iustitia generalis & specialis inter se diffe-
 runt. *ibid. n. 16*
 Iniquum & iniustum contra leges non idem
 sunt. *lib. 5. tr. 2. cap. 2. n. 17*
 Diuisio iustitiæ specialis, & proprietates par-
 tium diuidentium. *lib. 5. tr. 2. cap. 3*
 Medium iniusti est æquale. *lib. 5. tr. 2. c. 4. n. 19*
 Iustum in distributione est quoddam medium
 & æquū & ad aliquid, & quibusnam, arque
 in quatuor minimis consistit. *ibid. n. 20*
 Iustum in quadam proportionalitate consistit.
lib. 5. tr. 2. cap. 5. n. 22
 Proportionalitas in qua iustum ex distribu-
 tione consistit, diuisa est. *ibid. n. 25*
 Iustum quod in distributione consistit, aliud
 plus aliud minus est. *ibid. n. 24*
 Iustum in commutatione directiuum, inter
 plus atque minus est. *lib. 5. tr. 2. c. 6. n. 26*
 Iustum commutatiuum est medium inter ma-
 ius & minus in arithmetica ratione. *lib. 5.*
tr. 2. cap. 7. n. 27
 Hoc iustum seruandum est in omnibus arti-
 bus. *ibid. n. 28*
 Hoc iustum commutatiuum est medium inter
 lucrum quoddam & damnum. *ibid. n. 30*
 Pythagorici voluerunt iustum simpliciter esse
 repassionem. *lib. 5. tr. 2. cap. 8. n. 31*
 In quibus commutationibus contra passum
 est iustum, & in quibus non. *ibid. c. 9*
 Qualiter iustitia mediū est extremorū. *ibid. c. 11*
 Secundum quas iniustitias efficiatur quis ini-
 ustus. *ibid. cap. 12*
 Iustum simpliciter, quid sit. *lib. 5. tr. 3. c. 1. n. 42*
 Politicum iustum est inter eos in quibus est
 iniustitia. *ibid. n. 43*
 Iustum herile & paternum non est idem poli-
 tico iusto, sed simile. *lib. 5. tr. 3. cap. 2. n. 46*
 Mariti ad vxorem magis iustum esse videtur,
 quam ad filios & politiones. *ibid. n. 47*
 Iustum aliud naturale; aliud legale. *lib. 5. tr. 3:*
cap. 3. n. 48
 Iustum naturale aptū omnes eandem habet
 Index in lib. Ethicorum.

potentiam. *ibid.*
 Non omnia iusta lege & restitutione con-
 stant. *lib. 5. tr. 3. cap. 4. n. 49*
 An iustum naturale & legale similiter mobi-
 lia sunt. *ibid. n. 50*
 Iusto naturali mobili, eadem quæ ad cætera
 quæ immutabilia sunt, definitio est accom-
 modanda. *ibid. n. 51*
 Vnumquodque iustorum tam legalium quam
 naturalium & consuetudinalem se habet
 vt vniuersale ad singularia. *ibid. n. 52*
 Iustum & iustificatio, iniustum & iniustifica-
 tio differunt. *lib. 5. tr. 3. cap. 5. n. 53*
 Tunc quis iustum aut iniustum agit, cum ea
 volens agit: quando autem iniustus, tunc
 neque iustum, neque iniustum agit. *ibid.*
n. 54
 De modi iusti & iniusti, & iustificationum &
 iniustificationum. *lib. 5. tr. 3. c. 6. n. 59*
 Qui sponte ex electione lædit iustum facit &
 iniustus est. *ibid. cap. 7. n. 63*
 An aliquis volens iniustum patitur. *lib. 5. tr. 3:*
cap. 8. n. 64. & 69. & cap. 9
 Non omnes sponte patiuntur iniustum, quanto
 minus iniustum. *lib. 5. tr. 3. c. 8. n. 65*
 Iusta & iniusta & agendo & patiendo consi-
 militer se se habent homines. *ibid. n. 68*
 Non est facile iniustum esse vt arbitrantur
 homines. *lib. 5. tr. 3. cap. 10. n. 74*
 Similiter non rectè sentiunt homines nullam
 sapientiam esse cognoscere iusta & iniusta.
ibid. n. 75
 Errant quoque existimantes iustum non minus
 posse iniuriā facere quam iniustum. *ibid. n. 76*
 Inter quos sit iustitia. *lib. 5. tr. 3. cap. 11*
 Iustum est interdum legem moderari &
 emendari. *lib. 5. tr. 4. cap. 1. n. 81*
 Vtrumque malum est & iniustum facere &
 pati, sed primum deterius est quam secun-
 dum. *ibid. cap. 3. n. 86. & 87*
 Quamuis ad se & sua iustum propriè non sit,
 tamen metaphoricè est non sibi ad seipsum,
 sed quorundam fororū ad sua. *ibid. c. 4. n. 88*
 Iuuenum opera notanda sunt, vt illis faculta-
 tibus applicentur, ad quas sunt ex natura
 magis idonei. *lib. 1. tr. 2. cap. 13*
 Iuuenis non videtur fieri prudens. *lib. 6. tr. 2:*
cap. 25

L

Lacōnes non commemorant beneficia A-
 theniensibus præstita. *lib. 4. tr. 2. cap. 5*
 Lamiarum delectatio in Lydia quæ sit. *lib. 10.*
tr. 1. cap. 5. n. 11
 Laus dicitur dupliciter. *lib. 1. tr. 8. cap. 1*
 Laus quid sit & qualiter prouocat ad vltorio-
 ra. *ibid. cap. 2*
 A naturalibus non est laus neque vituperium.
lib. 3. tr. 1. cap. 21
 Laudabilitas vnde causatur in nobis. *lib. 1.*
tr. 7. cap. 3. ad 4
 Ex passionibus neque laudamur, neque vitu-
 peramur. *lib. 2. tr. 2. cap. 1*
 Latro quis dicatur. *lib. 4. tr. 1. cap. 8*
 Lecythus est vasculum in quo aliquis humor
 absconditur. *lib. 4. tr. 1. c. 12*
 Lesbiæ regula qualis fuerit. *lib. 5. tr. 4. cap. 1*
 Lege ordinatur ad rempublicam pertinentia.
lib. 5. tr. 1. cap. 2

Index rerum.

Legale quid sit. ibid.
 Legalis iustitia quæ sit. lib. 5. tr. 1. cap. 3
 Legalia sunt quæcunque ad rempublicam ordinantur. ibid.
 Lex largè sumpta est ius scriptum asciscens honestum prohibensque contrarium. lib. 5. tr. 3. cap. 3
 Lex Zebadæorum & Brachmanorum quæ sit. lib. 5. tr. 3. c. 4
 Lex est tantum pro malis Pythagoræ & Platoni. lib. 5. tr. 2. c. 8
 Lex Mahumeti licentiar ad omnis turpitudinis expletionem. lib. 6. tr. 1. c. 3
 Auditoris animam oportet præparare legibus bonis. lib. 10. tr. 3. c. 1
 Leges semper sunt necessariae. ibid.
 Lex habet potentiam coactivam. li. 10. tr. 3. c. 2
 Manifestum publicas diligentias atque curas fieri per leges. ibid.
 Leges assimilantur operibus politicis. lib. 10. tr. 3. c. 3
 Legislator quis sit, & qui primitus leges statuerunt. lib. 1. tr. 9. c. 1
 Legumlatores student civis assuetudine bonos efficere. lib. 2. tr. 1. c. 3
 Liberalitatis diffinitio & vitia opposita. lib. 2. tr. 1. cap. 7
 Liberalitas est prima inter virtutes adiunctas. lib. 4. tr. 1. c. 1
 Liberalis optime utitur divitiis. lib. 4. tr. 1. c. 2. n. 5
 Magis est liberalis dare, quam accipere vnde oportet, & non accipere vnde non oportet. ibid. n. 6
 Liberales maximè omnium studiosorum amantur. ibid.
 Liberalis dat gratia honestatis, rectè, & delectabiliter vel saltem sine tristitia. lib. 4. tr. 1. c. 5. n. 7. 8. & 9
 Liberalis non accipit vnde non oportet, sed accipit vnde oportet, non negligit sua, sic excedit in dando vt sibi pauciora relinquar. ibid. n. 10. 11. 12. & 13
 Substantia liberalis est triplex. ibid. n. 13
 Magis liberales esse solent qui non comparant sibi facultates, sed ab aliis acceperunt. ibid. n. 15
 Liberalem esse divitem non est facile. ibid. n. 16
 Liberalis dabit quibus oportet & quod oportet, tam in parvis quam in magnis, & cum voluptate: & accipiet vnde oportet & quod oportet. ibid. n. 18
 Si præter id quod oportet & bene se se habet, contigerit liberalem pecunias erogasse, dolebit sanè, moderatè tamen, & vt oportet. lib. 4. tr. 1. c. 5. n. 19
 Liberalis in rebus pecuniariis se facilem præstat. ibid. n. 20
 Illiberalitas incurabilis est. lib. 4. tr. 1. c. 8. n. 25
 Illiberalitas plures habet modos. ibid.
 Illiberalitas magis liberalitati contraria est quam prodigalitas. ibid. n. 27
 Ludus quid sit. lib. 2. tr. 2. c. 7
 Lufius dicitur mollis. lib. 7. tr. 1. c. 12
 Lumen solis constituit formas seipso. lib. 1. tr. 6. c. 6
 Lumen intellectuale quid sit & quæ conferat. ibid. c. 7

Lumen rationis quomodo semper est rectum. ibid. c. 8.

M

Magnanimitas quid sit, & vitia opposita. lib. 2. tr. 2. cap. 7
 Magnanimus quis dicitur. ibid.
 Circa quid sit magnanimitas, & qualiter sit virtus adiuncta. lib. 4. tr. 2. c. 1. & 2
 Magnanimus magnitudine extremus, ratione medius. ibid. c. 2. n. 48
 Magnanimus versatur maximè circa honores & inhonorationes vt oportet. ibid. n. 49
 Magnanimus oportet esse optimum. lib. 4. tr. 2. c. 3. n. 50
 Magnanimo conuenit quod in vnaquaque virtute magnum est. ibid. n. 51
 Magnanimitas est quidam ornatus virtutum. ibid. n. 52
 Magnanimus in honoribus moderatè se habet. ibid. n. 53
 Magnanimus æque se habet ad fortunam. lib. 4. tr. 2. c. 4. n. 54
 Bona fortunæ aliquid conferunt ad magnanimitatem. ibid. n. 55
 Magnanimus non parua pericula subit, sed magna vt oportet aggreditur. lib. 4. tr. 2. c. 5. n. 57
 Magnanimus beneficia conferre paratus est: at ipsum suscipere pudet. Quod si receperit, maiora retribuit. ibid. n. 58
 Magnanimi est meminisse eorum quibus beneficia contulit, non eorum a quibus receperit. ibid. n. 59
 Magnanimi est nullius aut vix indigere, subministrare autem promptè. ibid. n. 60
 Magnanimus non properat ad ea in quibus alij primas occupant partes, sed tardus & piger est ad hæc, nisi vbi magnus est honor. lib. 4. tr. 2. c. 6. n. 61
 Apertè odit atque amat. ibid. n. 62
 Plus curat veritatem quam opinionem, & apertè loquitur & agit. ibid. n. 63
 Non est propensus ad admirandum, nec memmor mali sibi illati. ibid. n. 64
 De hominibus & hominum factis non loquitur. ibid. n. 65
 Neque laudator, neque maledicus est. ibid. n. 66
 De necessariis & minutis rebus non est querulus, neque ad peccandū proclivis. ibid. n. 67
 Res præclaras magis eligit possidendas quam viles. ibid. n. 68
 Eius motus grauis & locutio tarda. ibid. n. 69
 Magnanimo opponuntur Chaymus & pusillanimitas. lib. 4. tr. 2. c. 7
 Magnificentia superat liberalitatem magnitudine. lib. 4. tr. 1. c. 9. n. 29
 Magnificentia defectus & exuperatio quomodo appellantur. ibid. n. 31
 Magnificus scienti similis est. lib. 4. tr. 1. c. 10. n. 32.
 Magnifici sumptus magni sunt & decentes. ibid. n. 33
 Magnificus honestatis causa magnos facit sumptus. ibid. n. 34
 Eisdem sumptus facit cū voluptate. ibid. n. 35
 Magnificum necesse est liberalem esse. lib. 4. tr. 1. c. 11. n. 36

Ab

Index rerum.

Ab æquali sumptu magnificentius faciet opus. ibid. n. 37
 In magnificis sumptibus ad agentem respectus habendus est. ibid. n. 38
 Pauperi non incumbit esse magnificum. ibid. n. 39
 Quos decet esse magnificos. lib. 4. tr. 1. c. 13. n. 40
 In rebus priuatis qualiter expedit esse magnificum. ibid. n. 41
 Magnifici est habere domum suis diuitiis congruentem. ibid. n. 42
 Item in singulis decorum ipsum seruare. ibid. n. 43
 Duo vitia magnificentia opposita, quæ tamen suis authoribus non multum probri afferunt. lib. 4. tr. 1. c. 13. n. 44
 Malum nihil est essentialiter. lib. 1. tr. 2. c. 5
 Omne malum aut est corporis, aut animæ, aut Angeli. ibid.
 Malum infinitum. ibid.
 Malum omnifariam. ibid.
 Malum in se ad aliud relatum potest esse bonum. lib. 1. tr. 5. c. 16
 Malum est infiniti, bonum vero finiti. lib. 2. tr. 2. c. 5
 Multa mala ciuilitè redimuntur, quæ tamen simpliciter mala sunt. lib. 2. tr. 2. c. 6
 Malum est duplex. lib. 3. tr. 2. c. 2
 Malum destruit seipsum. lib. 4. tr. 2. c. 10
 Minus malū habet rationem boni. lib. 5. tr. 2. c. 5
 Malitia est multiplex. lib. 7. tr. 1. c. 8
 Mansuetudo quid sit & vitia opposita. lib. 2. tr. 2. c. 7
 Mansuetudo est mediocritas circa iram. lib. 4. tr. 2. c. 9
 Vicia mansuetudini opposita. ibid. c. 10
 Ira exuperatio magis opponitur mansuetudini quam defectus. lib. 4. tr. 2. c. 11
 Mathematici quid de morte senserint. lib. 1. tr. 7. cap. 9
 Maiores Deus honoris. lib. 4. tr. 2. c. 8
 Maoria virtus disponens ad honorem. ibid.
 Medicus secundum cuiuslibet dispositiones medicatur differenter. lib. 1. tr. 5. c. 18
 Medium passionis duplex. lib. 1. tr. 7. c. 4
 Medium quid sit. lib. 2. tr. 2. c. 3
 Maior est oppositio extremorum adinuicem quam ad medium. ibid. c. 9
 Medium difficile est inuenire propter singularia. lib. 2. tr. 2. c. 12
 Medium determinat ratio. lib. 6. tr. 1. c. 1
 Non omnis passio vel operatio suscipit medietatem. lib. 2. tr. 2. c. 6
 Melancholia proprietates. lib. 7. tr. 2. c. 5
 Mendacium officiosum quid. lib. 3. tr. 1. c. 5
 Mendacium est triplex. lib. 4. tr. 3. c. 2
 Mens ad meriendum accepit nomen. lib. 6. tr. 1. c. 5
 Mens ad operabile determinata dicitur practica. ibid.
 Merope quis fuit, & quoddam filium suum interfecit. lib. 3. tr. 1. c. 12
 Milo quis & qualis fuerit & fortitudo eius. lib. 2. tr. 2. c. 3
 Minerua ad diis derisa. lib. 3. tr. 3. c. 3
 Modestia quædam virtus temperantia dicitur. lib. 3. tr. 3. c. 3
 Modestus dicitur qui se parvis dignificat. ibid.
 Index in lib. Ethicorum.

Monastica quibus virtutibus perficitur. lib. 1. tr. 3. cap. 1
 Morum principia sunt voluntas & vsus operum. lib. 1. tr. 7. c. 3. ad 3
 Mos dicitur dupliciter. lib. 6. tr. 4. c. 3
 De moralibus non est vera scientia proprie dicta. lib. 1. tr. 3. c. 1. & tr. 4. c. 1. & lib. 2. tr. 1. c. 5
 De moralibus grossè scripserunt Seneca & Tullius. lib. 1. tr. 4. c. 3
 Mors est extremum infortunij. lib. 1. tr. 7. c. 9
 Mors est terribilissimum. lib. 3. tr. 2. c. 2
 Circa qualem mortem sit fortis. ibid. c. 3
 Motus quomodo est totus simul & successiuus. lib. 10. tr. 1. c. 4
 Mulier quare imperfecta. lib. 1. tr. 7. c. 2

N

Natura rationalis est natura hominis in quantum est homo. lib. 1. tr. 6. c. 6
 Natura triplex. lib. 10. tr. 1. c. 4
 Opus naturæ est opus intelligentiæ. lib. 6. tr. 2. c. 16
 Naturale quid est, & quæ sunt de inge naturali. lib. 5. tr. 3. c. 3
 De arte nauigandi pulchra. lib. 2. tr. 2. c. 11
 Necesse est duplex. lib. 1. tr. 7. c. 11
 Nemesis quid sit. lib. 2. tr. 2. c. 7
 Nemesticus tristatur, quando indignis bene succedit in operibus. ibid.
 Nemesis non est vera medietas inter inuidiam & epichairecachiam. ibid.
 Niobe filios superflue laudauit. lib. 7. tr. 1. c. 7
 Numisma est medium commutationis. lib. 5. tr. 2. c. 10
 Numisma vnde dicitur. ibid.
 Numisma quare sit inuentum. ibid.
 Numismatis inueniendi ratio. lib. 9. tr. 1. c. 1

O

Obseruantia est, per quam homines aliqua dignitate antecellentes cultu quodam & honore dignantur. lib. 5. tr. 3. c. 3
 Oeconomica est quæ habet curam domus. lib. 6. tr. 2. c. 24
 Oeconomica non solum sibi, sed & aliis intendit. ibid.
 Oeconomica quibus virtutibus perficitur. lib. 1. tr. 3. c. 1
 Oligarchia fit duobus modis. lib. 8. tr. 3. c. 2. n. 53
 Operari feliciter quid. lib. 1. tr. 3. c. 9
 Operata sunt meliora operationibus. ibid.
 Ad bene operari requiruntur tria. lib. 2. tr. 1. cap. 10
 Causa prima operatur tantum creationem. lib. 6. tr. 2. c. 18
 Causæ secundæ operantur per influentiam. ibid.
 Operatio melior est quam habitus. lib. 1. tr. 6. cap. 14
 Operatio animæ secundum propriam & naturalem virtutem est felicitas hominis. lib. 7. tr. 6. c. 8
 Operationes intellectus & sensus differunt. lib. 10. tr. c. 9

K k 3

Operatio

Index rerum.

Operatio delectabilior expellit remissam. *ibid.*
 Opinio non est electio. *lib. 3. tr. 1. c. 15*
 Opinio est imperfecta aestimatio cum formidine de opposito. *lib. 6. tr. 2. cap. 1*
 Opinione non dicitur verum. *ibid.*
 Opinione causa. *lib. 3. tr. 1. cap. 15. & lib. 7. tr. 1. cap. 2*
 Opposita quæ vnum genus habent, vnius sunt potentia passiva. *lib. 6. tr. 1. c. 3*

P

Palastra quid. *lib. 2. tr. 2. cap. 3*
 Pallas Atheniensis dea sapientium. *lib. 4. tr. 2. cap. 5*
 Passio diuisa. *lib. 3. tr. 2. cap. 1*
 Passio corporalis & animalis quæ sit. *lib. 3. tr. 3. cap. 2*
 Passiones innatæ sunt triplices. *ibid. c. 5*
 Passiones animæ sunt quatuor. *lib. 1. tr. 4. cap. 6*
 Passio naturalis quæ ex sensibilibus illata in diuersos affectus alterat. *lib. 5. tr. 3. c. 6*
 Passio necessaria. *ibid.*
 Patri an oportet omnia tribuere & in omnibus obtemperare. *lib. 9. tr. 1. c. 3. n. 4*
 Filij tenentur parentibus alimenta & honorem vt diis dare. *ibid. n. 8*
 Peccatum quid sit. *lib. 1. tr. 9. cap. 2*
 Peccatum circa fortitudinem fit multis modis. *lib. 3. tr. 2. cap. 4*
 Peccatum in prudentia est duplex. *lib. 6. tr. 2. c. 25. n. 42*
 Perfectio duplex. *lib. 1. tr. 6. c. 2*
 Perfectio hominis est duplex. *ibid. c. 7*
 Perfectius in ratione boni quid. *lib. 1. tr. 6. c. 2*
 Per se dicitur dupliciter. *lib. 1. tr. 2. c. 2*
 Perseuerantia est in ratione bene considerata stabilis & perpetua permansio. *lib. 3. tr. 2. cap. 10*
 Perseuerantia est perduratio intra metas mentis. *lib. 7. tr. 1. cap. 1. n. 2*
 Perseuerantia & continentia in quo differunt. *lib. 7. tr. 1. c. 11. n. 28*
 Perseuerans est, qui se tenet in tristitia in quibus multitudo succumbit. *ibid. n. 25*
 Phidias erat optimus inter Latomos. *lib. 6. tr. 2. cap. 20*
 Platonis positio de summo bono. *lib. 1. tr. 5. c. 11*
 Expositio positionis Platonis de summo bono. *lib. 1. tr. 5. c. 12*
 Quæ sequantur ex opinione Platonis de summo bono. *lib. 1. tr. 5. c. 13*
 Secundum Platonem sequitur, quod omnium bonorum sit vna scientia. *lib. 1. tr. 5. c. 14*
 De obiectionibus quæ sunt contra Platonem in eo quod dicit bonum per se. *lib. 1. tr. 5. c. 15*
 Qualiter ex multiplicitate boni opinio Platonis impugnetur. *lib. 1. tr. 5. c. 16*
 Plato quare hoc nomine vocatus est. *lib. 1. tr. 7. c. 2*
 Pleonexia qui plus vult in lucris. *lib. 5. tr. 1. cap. 2*
 Pleonexia & meonexia comparantur dupliciter adinuicem. *lib. 5. tr. 4. c. 3*
 Phana deorum in ciuitatibus collocanda. *lib. 1. tr. 3. c. 13*
 Philocimia quid sit. *lib. 2. tr. 2. c. 7*

Philopater se interfecit. *lib. 7. tr. 1. c. 7*
 Stoicis nulla est philosophia nisi moralis. *lib. 1. tr. 1. cap. 3*
 Philosophia dicitur dupliciter. *ibid.*
 Studentibus philosophiæ olim de communi prouidebatur. *lib. 1. tr. 5. c. 10*
 Philosophus amator sapientiæ. *lib. 7. tr. 1. c. 7*
 Prima philosophia est suiipsius cognitio secundum Platonem. *lib. 1. tr. 1. c. 3. ratione 3*
 Politica quæ virtus. *lib. 6. tr. 2. c. 24. n. 39*
 Politica habet duas partes. *ibid.*
 Politica non est eadem cum rhetorica. *lib. 10. tr. 3. c. 3*
 Politica virtutes quæ & quot. *lib. 1. tr. 3. c. 1*
 Politicus maximè Deo assimilatur. *lib. 1. tr. 3. c. 14*
 Politiarum species quæ sint. *lib. 8. tr. 3. c. 2*
 Possydelon est Deus maris. *lib. 4. tr. 2. c. 5*
 Potentia perficitur per habitum. *lib. 1. tr. 2. c. 7*
 Vnius potentia esse tantum vnum obiectum quomodo intelligitur. *lib. 1. tr. 3. c. 6. ad 5*
 Potentia in puero & viro eadem quomodo differat secundum esse. *lib. 1. tr. 6. cap. 7*
 Priamus rex primus Troiæ qualis fuerit. *lib. 1. tr. 7. c. 8*
 Princeps non sibiipsi sed aliis laborat, & eius merces honor & gloria. *lib. 1. tr. 1. c. 1. n. 45*
 Princeps non punitur contrapasso. *lib. 5. tr. 2. c. 8*
 De principatu viri & mulieris in domo. *lib. 8. tr. 3. c. 3*
 De principatu fratrum. *ibid.*
 Principia virtutum quæ sunt secundum Aristotelem. *lib. 1. tr. 1. c. 2*
 Principia virtutum per naturam sunt apud nos. *ibid. ad 5*
 Principia prima virtutis effectiua. *lib. 1. tr. 1. c. 3. ad 1*
 Principium operationis est intellectus practicus. *lib. 1. tr. 5. c. 7*
 Principium vniuersale vnum secundum Platonem. *lib. 1. tr. 5. c. 12*
 Principia in ordine bonorum sunt decem secundum Pythagoram. *lib. 1. tr. 5. c. 15*
 Omnia principia ad vnum referuntur secundum Pythagoram. *ibid.*
 Principia cognitionum acquiruntur per inductionem, sensum, consuetudinem, experientiam, syllogismum ad impossibile, & aliis modis. *lib. 1. tr. 6. c. 12*
 Terminatio principiorum plurimum confert. *ibid.*
 Principia operationum quarum nos domini sumus, sunt voluntas, voluntarium & electio. *lib. 3. tr. 1. per totum.*
 Principiorum scientiarum neque est scientia, neque ars, neque prudentia, neque sapientia. *lib. 6. tr. 2. c. 18. n. 32*
 Primum capitur dupliciter. *lib. 1. tr. 2. c. 2. in responsione ad Platonem.*
 Primum secundum Platonem est faciens & forma & finis. *lib. 1. tr. 5. c. 12*
 Priuatio saluatur in opposito habitu. *lib. 1. tr. 2. cap. 5*
 Priuatio in moralibus est notior habitu. *lib. 5. tr. 1. c. 1*
 Prodigalitas quid est. *lib. 1. tr. 2. c. 7. & lib. 4. tr. 1. c. 1*
 Prodigalitas & illiberalitas quomodo sunt contraria. *lib. 4. tr. 1. cap. 6. n. 21*
 Prodigalitas

Index rerum.

Prodigalitas & illiberalitas sunt circa pecunias exuperatio & defectus. *lib. 4. tr. 1. c. 1. n. 2*
 Prodigalitatem interdum connumeramus aliis vitiis. *ibid. n. 3*
 Prodigus non parum melior est auaro. *lib. 4. tr. 1. cap. 7. n. 25*
 Prodigus cura adhibita ad medium deueniet. *ibid. n. 24*
 Prophæticus habitus est electiuus. *lib. 3. tr. 1. cap. 16*
 Propertio est similitudo habitudinum. *lib. 5. tr. 2. cap. 5*
 Proportionum sunt quatuor genera. *ibid.*
 Proportio diuersa. *lib. 1. tr. 5. cap. 7*
 Proportionalitas est similitudo proportionum. *lib. 5. tr. 2. cap. 5*
 Propositionum modi sunt duo. *lib. 7. tr. 1. c. 4*
 Propositio minor in syllogismo ethico debet esse singularis. *ibid.*
 Prudentia quare dicitur appetere bonum ab Aristotele. *lib. 1. tr. 3. cap. 3*
 Prudentia est ordinans in ciuilibus. *lib. 1. tr. 7. cap. 15*
 Prudentia circa quid sit. *lib. 6. tr. 2. cap. 9*
 Prudentis est posse bene consulere vniuersaliter de his quæ ad bene viuendum conducunt. *ibid. n. 23*
 Prudentis non est consulere de necessariis & impossibilibus. *lib. 6. tr. 2. c. 10. n. 24*
 Prudentia neque scientia neque ars esse potest. *ibid. n. 25*
 Prudentia est habitus vera cum ratione actiuus circa bona & mala hominis. *ibid. n. 26*
 Prudentes existimantur qui ad rem familiarem & ciuilem gubernandam idonei sunt. *ibid. n. 28*
 Temperantia conseruat prudentiam, voluptas peruertit. *lib. 6. tr. 2. c. 11. n. 19*
 Arris est virtus, prudentiæ verò non est, sed ipsa est virtus. *lib. 6. tr. 2. cap. 1. n. 30*
 Prudentia est in parte opinatiua, tamen non opinio. *lib. 2. tr. 2. cap. 13. n. 31*
 Sapientia non est eadem cum prudentia & politica. *lib. 6. tr. 2. cap. 21. n. 36*
 Anaxagoram Thalem & similes sapientes quidem dicimus, non autem prudentes. *lib. 6. tr. 2. cap. 22. n. 37*
 Sapientia solum vniuersalium, prudentia verò & vniuersalium & singularium. *lib. 6. tr. 2. cap. 23. n. 38*
 Prudentiæ multæ sunt partes. *lib. 6. tr. 2. c. 24. n. 39*
 Videtur ea maximè prudentia esse, qua quisquam sibiipsi bona prospicit. *ibid. n. 40*
 Vna species prudentiæ est cognoscere quæ sibiipsi bona sunt: at id magnam differentiam habet. *ibid. n. 41*
 Peccatum in prudentia est duplex. *lib. 6. tr. 2. c. 25. n. 42*
 Prudentia non est scientia. *lib. 6. tr. 2. c. 26. n. 43*
 Puer nou dicitur felix. *lib. 1. tr. 7. cap. 8*
 Puerorum idoneitas plurimum consideranda est. *lib. 1. tr. 3. cap. 13*
 Pueri & concupiscentes non corriguntur nisi pœnis. *lib. 4. tr. 3. cap. 9*
 Puer non habet virtutes morales. *lib. 6. tr. 4. c. 3*
 Pulchritudo consistit in commensuratione partium adinuicem. *lib. 4. tr. 2. cap. 9*

Pusillanimitas quid sit. *lib. 2. tr. 2. cap. 7*
 Pusillanimus est qui se paucioribus dignificatur quam dignus sit. *lib. 4. tr. 2. cap. 1. & cap. 7*
 Pythagoras legum inuentor. *lib. 1. tr. 6. cap. 1*
 Aliud est qualitas secundum quam quales dicimur, & aliud quid qualitaris, & aliud quale quid, & aliud quale. *lib. 10. tr. 1. cap. 4. n. 7. rat. 1*

R

Rationes quibus proceditur à principiis ad principia quomodo differunt ab opposito, &c. *lib. 1. tr. 5. cap. 5*
 Rationes factiuæ principij sunt per se substantes secundum Platonem. *lib. 1. tr. 5. cap. 12*
 Irrationale duplex. *lib. 1. tr. 9. cap. 4. & 5*
 Rationale est multiplex. *lib. 1. tr. 9. c. 6*
 Ratio quandoque rem sequitur. *lib. 5. tr. 4. cap. 1*
 Ratio capitur multipliciter. *lib. 6. tr. 1. c. 3*
 Diuisio rationis in scientificum & ratiocinatum, siue intellectum speculatiuum & practicum. *ibid.*
 Regula Lesbica qualis fuerit. *lib. 5. tr. 4. c. 1*
 Rex India quotiescunque se ostendit, dona magna dedit, & in reos vindicauit. *lib. 1. tr. 7. cap. 1*
 Rex primus Troiæ & Phrygiæ præclarus in iuuentute, & post modum abiectus. *ibid. c. 8*
 Regnum est omnis finis & ornatus & legis & ordinis distributio. *lib. 8. tr. 3. c. 2. n. 50*
 Regnum & lycannis conueniunt, sed multum differunt. *ibid. n. 51*
 Relatio cum mutatione innascitur. *lib. 1. tr. 5. cap. 12*
 Relatio ad alterum est duplex. *lib. 4. tr. 1. c. 2*
 Reperim quid est. *lib. 1. tr. 3. c. 14*
 Honestum est propria ad rempublicam referre. *lib. 5. tr. 1. c. 4*
 Tres sunt reipublicæ species & totidem corruptiones. *lib. 8. tr. 3. c. 2. n. 50*

S

Sacrificia & orationes quare Socrates instituit. *lib. 1. tr. 1. c. 2*
 Sacrificia fiebant post collectionem fructuum. *lib. 8. tr. 3. c. 1*
 Iesus rex Persarum sacrificauit propriam matrem. *lib. 7. tr. 1. c. 8*
 Sanctitas quid sit. *lib. 1. tr. 5. c. 11*
 Sanitas non intenditur in vniuersali, sed homini vel illius hominis. *lib. 1. tr. 5. c. 18*
 Sapientia consideratur dupliciter. *lib. 1. tr. 1. c. 3. ad 3*
 Sapientia non est vniuersaliter de principiis scientiarum. *lib. 6. tr. 2. c. 18*
 Sapientia est scientiarum exactissima. *lib. 6. tr. 2. c. 19. n. 34*
 Sapientia est intellectus & scientia. *lib. 6. tr. 2. c. 20. n. 36*
 Sapientia non est eadem cum prudentia & politica. *lib. 6. tr. 2. c. 21. n. 36*
 Anaxagoram Thalem & similes sapientes quidem dicimus non autem prudentes. *lib. 6. tr. 2. cap. 22. n. 37*
 Sapientia solum vniuersalium, prudentia verò & vniuersalium & singularium. *ibid. cap. 23. n. 38*
 Sapientia non est circa contingentia, sed potius

Index rerum.

circa admirabilia & aeterna. lib. 6. tr. 4. c. 1. n. 64
 Sapientia & prudentia aliquid faciunt ad felicitatem. ibid. n. 66
 Sapiens est mensura omnium. lib. 1. tr. 1. c. 3. rat. 3
 Sapiens vir dominatur astris. lib. 1. tr. 7. cap. 9
 Sapiens vniuersaliter est qui in omnibus nobilissimam & perfectissimam habet acceptionem. lib. 6. tr. 2. c. 19
 Sapiens est Deo amantissimus. lib. 10. tr. 2. c. 6
 Sardanapalus rex fuit Assyriorum voluptati deditus. lib. 1. tr. 5. c. 7
 aturni domus sunt capricornus aquarius. lib. 4. tr. 2. c. 5
 Scientia tanto melior & honorabilior est, quanto est de melioribus & honorabilioribus. lib. 1. tr. 1. c. 1
 Scientia potest esse de virtutibus. ibid. c. 2. & tr. 7. c. 3
 Scientia est duplex, docens & vtens. lib. 1. tr. 1. cap. 3
 Scientia moralis cui parti philosophiae supponatur. ibid.
 Scientia moralis an sit theoria vel practica. lib. 1. tr. 1. c. 4
 Scientia moralis de quo sit sicut de subiecto. ibid. c. 5
 Scientiae moralis finis quis sit. lib. 1. tr. 1. c. 6
 Scientia civilis quatuor virtutibus perficitur. lib. 1. tr. 1. c. 1
 Scientia quare non ponitur inter principia hominis, per quae homo efficitur potens appetere & operari bonum humanum. lib. 1. tr. 3. cap. 3
 Scientia moralis non habet demonstrationes. ibid.
 Scientia omnium bonorum vna secundum Platonem. lib. 1. tr. 5. cap. 14
 Vera scientia est necessarium & aeternum. lib. 6. tr. 2. cap. 2. n. 13
 Est etiam ingenerabilem & incorruptibilem, ibid. n. 14
 Qualiter ex praecognitis sit scientia. lib. 6. tr. 2. cap. 3. n. 15
 Scientia secundum antiquos praecedit duodecim rationibus atem & prudentiam. ibid. cap. 4
 Scientia est triplex secundum Platonem. lib. 6. tr. 2. cap. 19
 Vtrum sciens & recte existimans potest esse incontinens. lib. 7. tr. 1. c. 2
 Scientia habetur dupliciter scilicet actu & habitu. lib. 7. tr. 1. cap. 4
 Scientia dupliciter est mala. lib. 7. tr. 2. c. 4
 Scientia vniuersalium siue experientia est inutilis. lib. 10. tr. 3. c. 3
 Scire triplex. lib. 2. tr. 1. c. 11
 Semen est superfluum alimenti. lib. 3. tr. 3. cap. 4
 In feminibus est anima vt artifex non vt actus. lib. 1. tr. 9. c. 4. n. 59
 Sententia est rationis decretum, quod secundum emergentes casus vtile est, &c. lib. 5. tr. 4. cap. 1
 Seneca grossè scripsit de moralibus. lib. 1. tr. 4. cap. 3
 Senecæ epitaphium. lib. 1. tr. 7. c. 9

Sensus remotior à materia est purior immensis materia. lib. 10. tr. 1. c. 11
 Sensibus vti laboriosum est. lib. 7. tr. 2. c. 5
 Sepulchrorum cura quanta veteribus fuit. lib. 1. tr. 7. c. 9
 Non sermoni res, sed rei sermo subiectus est. lib. 1. tr. 4. c. 1
 Sermo dissonans experientiae sensuum conuenit. lib. 10. tr. 1. cap. 1
 Sermones opere probati conducunt ad conuersationem. ibid.
 Seruus dicitur dupliciter, scilicet à natura & à coactione. lib. 3. tr. 3. cap. 4
 Signum est duplex. lib. 4. tr. 3. c. 2
 Simonides poeta Lyricus cur sit cognominatus Meladius, & Melliscos. lib. 4. tr. 1. cap. 5
 Synesis non est omnino idem quod scientia vel opinio. lib. 6. tr. 3. c. 3. n. 54
 Synesis circa eadem est, circa quae est prudentia. ibid. n. 55
 Synesis differt à prudentia. ibid. n. 56
 Synesis non est idem ac habere vel accipere prudentiam. ibid. n. 57
 Socratis opinio de felicitate. lib. 1. tr. 5. c. 4
 Socrates sex rationibus probat virtutes esse sapientias. lib. 1. tr. 7. c. 3
 Socratis verba morientis. lib. 1. tr. 7. c. 17
 Socrates ignorantiam simulabat. lib. 4. tr. 3. c. 3
 Socratis positio de virtutibus. lib. 6. tr. 4. c. 4
 Socrates non rectè dixit virtutes esse prudentias. ibid.
 Solitarij vituperatio. lib. 1. tr. 3. cap. 2
 Solonis sententia de felicitate. lib. 1. tr. 7. c. 8. & 9
 Somnus quid sit. lib. 1. tr. 9. cap. 4
 Somnorum diuersitas quo modo causetur. ibid.
 Somnolenti & vinolenti non possunt habere claram scientiam. lib. 7. tr. 1. c. 4
 Sophista quis dicatur. lib. 10. tr. 3. c. 3
 Sophroline verbum æquiuocum. lib. 1. tr. 9. cap. 7
 Sophroline vnde dicatur. lib. 6. tr. 2. c. 11
 Sophroline temperantiam significat. lib. 3. tr. 3. cap. 3
 Speculorum quaedam pulchra representatio. lib. 1. tr. 5. c. 13
 Speculari est quoddam pati. lib. 6. tr. 1. c. 5
 Speculatio est deorum operatio. lib. 10. tr. 2. cap. 4
 Speculatiuus felix est Deo amantissimus. ibid. cap. 6
 Stolidus quis dicatur. lib. 6. tr. 3. c. 2
 Stoici bene dixerunt bonum esse quod omnes appetunt. lib. 1. tr. 3. c. 7
 Stoicorum sententia de felicitate. lib. 1. tr. 7. cap. 17
 Stoicorum opinio de formarum constitutione. lib. 6. tr. 2. c. 15
 Stoici quinque rationibus attribuebant omnia quae sunt, formis. ibid.
 Sufficiens simpliciter est Deus solus. lib. 1. tr. 6. cap. 3
 Sufficiens per se quid dicatur. ibid.
 Sufficiens in æconomicis quid dicatur. ibid.
 Summum dicitur per superabundantiam. lib. 1. tr. 2. c. 4

Summjs

Index rerum.

Summis est negatum stare diu. lib. 1. tr. 7. c. 14. in fine.
 Suspicio imperfecta æstimatio est. lib. 6. tr. 2. cap. 1
 Suspicionem non dicitur verum. ibid.
Tactus consideratur tripliciter. lib. 3. tr. 3. cap. 4
 Temperantiae diffinitio & vitia opposita. lib. 2. tr. 2. c. 7
 Quare immediatè post fortitudinem de temperantia sit agendum. lib. 3. tr. 3. c. 2. n. 55
 Temperantia est medietas circa delectationes innatas & tristitias quae sunt ex talium delectabilium absentia. ibid.
 Circa quales delectationes in genere sit temperantia. lib. 3. tr. 3. c. 2. n. 56
 Temperantia est circa delectationes corporales, non tamen circa omnes. ibid. c. 3. n. 57
 Temperantia est circa delectationes seruiles & brutas, quae scilicet percipiuntur tactu & gustu. ibid. c. 4. n. 58
 Ad temperantiam vel intemperantiam ferè nullus est gustus. ibid. n. 59
 Ad intemperantiam vsus tactus plurimum conducit. ibid.
 Intemperantia valdè reprehensibilis & aliena ab hominis natura. lib. 3. tr. 3. c. 4. n. 60
 Temperantia non est circa dolores eodem modo quo fortitudo. ibid. c. 6. n. 63
 Temperatus in voluptatibus & doloribus mediocriter se se habet. ibid. n. 65
 Intemperantia est magis voluntaria quam timiditas, si comparetur in principio operationum & in ipsis operationibus: si vero comparetur secundum relationem totius habitus ad totum habitum, timiditas est magis voluntaria. lib. 3. tr. 3. c. 8
 Intemperantia timiditate reprehensibilior. ibid. n. 67
 Intemperantia vitium puerile, & intemperans puero similis. lib. 3. tr. 3. c. 9. n. 68
 Tempus Veneris & Martis extra urbem constituenda. lib. 1. rex. 3. c. 6
 Tempus diuersimodè est causa obliuionis & inuentionis. lib. 1. tr. 6. c. 10
 In tempore est aliquid tripliciter. lib. 10. tr. 1. cap. 6
 Tetragonus quid sit. lib. 1. tr. 7. c. 12
 Theris dea aquarum non recordatur impensa beneficia. lib. 4. tr. 2. c. 5
 Timoris diffinitio. lib. 2. tr. 2. cap. 7. & lib. 3. tr. 2. cap. 2
 Timor & intemperantia quomodo comparantur adinueniem respectu subiectorum. lib. 3. tr. 3. c. 9
 Tristitia quid sit. lib. 2. tr. 1. c. 8
 Quare tristitiae quae sunt in absentia corporaliū delectationum, sunt vniuersaliter male. lib. 7. tr. 2. cap. 5
 Tullius qualis fuerit. lib. 1. tr. 7. cap. 2
 Tullius grossè scripsit de moralibus. lib. 1. tr. 4. cap. 3
 Turpia quae fieri coguntur, ad tria mensuranda sunt. lib. 3. tr. 1. c. 5

V

Verecundia quid est. lib. 3. tr. 2. cap. 2
 Verecundia habet modum virtutis. lib. 3. tr. 2. cap. 6. & lib. 4. tr. 3. c. 6
 Verecundia non est virtus, sed in genere passionum. lib. 4. tr. 3. c. 6
 Verecundus quis dicitur. lib. 2. tr. 2. c. 7
 Verecundum esse comperit iuuenibus. lib. 4. tr. 3. c. 6
 Veritas amicis preferenda. lib. 1. tr. 5. c. 11
 Veritas quid est. lib. 2. tr. 2. cap. 7. & lib. 4. tr. 3. cap. 2
 Veritati quae vitia opponantur. lib. 4. tr. 3. c. 3
 Veritas est triplex. lib. 6. tr. 2. cap. 5
 Vero omnia consonant existentia. lib. 1. tr. 6. cap. 12
 Quod omnibus videtur generaliter, verum est. lib. 10. tr. 1. c. 3
 Verus quis dicitur. lib. 2. tr. 2. cap. 7
 Vindicta quid sit. lib. 5. tr. 3. cap. 3
 Vir in natura hominis perfectum quid significat. lib. 5. tr. 1. c. 4
 Virtus nec discibilis nec assuecibilis est sed donum secundum Socratem. lib. 1. tr. 1. c. 2. & tr. 7. c. 3
 Virtus est discibilis secundum Aristotelem. ibid.
 Virtutis cognitio duplex. ibid. ad 2
 Virtus quae disponit hominem ad bonum est duplex. lib. 1. tr. 1. cap. 5
 Virtus melior est honore. lib. 1. tr. 5. c. 8
 Virtus non est summum bonum. ibid. c. 9
 Virtus est de numero discibilium & assuecibilium. lib. 1. tr. 7. cap. 3
 Virtutis forma non est ex parte rationis. ibid. ad 2
 Virtus exercitio bonorum operum non generatur per se, sed per accidens secundum Stoicos. lib. 1. tr. 7. cap. 4
 De virtute oportet tractare propter felicitatem. lib. 1. tr. 9. c. 1. n. 55
 Virtutum genera penes Stoicorum sententiam. ibid. n. 56
 Propter virtutem tractandum est de particulari anima. lib. 1. tr. 9. c. 3
 Virtutum diuisio secundum potentias accepta. ibid. c. 7
 Quare virtutes diuiduntur in intellectuales & morales. lib. 2. tr. 1. c. 1. n. 1
 Virtus intellectualis experientia indiget & tempore, moralis vero ex more fit. ibid.
 Nulla virtus moralis natura nobis inest. lib. 2. tr. 1. cap. 2
 Sumus natura nati suscipere virtutem. ibid.
 Virtus moralis operationibus generatur. lib. 2. tr. 1. cap. 4
 Quinque qualitates operationum generantium virtutem. ibid. c. 5. 6. & 7
 Virtus moralis circa voluptates & dolores versatur. lib. 2. tr. 1. c. 7
 Omnis virtus est circa delectationes optimorum operatiua. ibid. cap. 8
 In virtutibus scire ad bene virtutis parum aut nihil prodest. lib. 2. tr. 2. c. 11
 Virtutes non sunt passionem. lib. 2. tr. 2. cap. 1. n. 12
 Virtutes non sunt potentia. ibid. n. 13
 Virtutes sunt habitus. ibid. n. 14
 Omnis

Index rerum.

- Omnis virtus & id cuius est virtus, bene se se habere facit, & opus ipsius reddit bene. lib. 2. trac. 2. cap. 2. n. 15
 Virtus est medium. ibid. cap. 3
 Virtus non tantum est medietas, sed etiam coniectura medij. ibid. cap. 4
 Virtutis definitio. ibid. cap. 5. n. 20
 Virtutis definitio secundum singula apratur. ibid. cap. 6
 Quare virtutes quaedam dicuntur cardinales, quaedam adiuncta. lib. 4. trac. 1. cap. 1
 Sufficientia virtutum cardinalium. ibid.
 Virtutes adiuncta. ibid.
 Virtutis magnitudo est duplex. lib. 4. trac. 2. cap. 2
 Tria sunt in qualibet virtute, scilicet difficile delectabile, & rectum. lib. 6. trac. 2. cap. 1
 Virtus dicitur dupliciter. ibid. cap. 12
 In anima est quaedam virtus naturalis, & quaedam principalis siue cardinalis. lib. 6. trac. 4. cap. 3
 Virtutum intellectualium utilitas. lib. 6. trac. 5. cap. 1
 Diuisio virtutum in purgantes, purgatorias, purgati animi, & heroicas. lib. 7. trac. 1. cap. 1
 Quae vidicantur fieri. lib. 3. trac. 1. cap. 3
 Differunt ea quae vi & quae metus causa fiunt. ibid.
 Violentum quid sit. ibid.
 Vita triplex excellens. lib. 1. tr. 5. cap. 7
 Vitae civilis finis non est honor. ibid. cap. 8
 Vita est continua emanatio principij viuifici in viua. lib. 1. trac. 6. cap. 7
 Vita est difficilis solitario. lib. 9. trac. 3. cap. 2
 Vita vitiosa non est bonum delectabile. ibid. c. 3
 Vita speculatiua est nobilissima. lib. 10. trac. 2. cap. 3
 Vita speculatiua est homini optimum. ibid.
 Viuere in quo consistat. lib. 9. trac. 3. cap. 3
 Viuere est naturaliter bonum. ibid.
 Vniuersale est triplex, scilicet ante rem, in re, & post rem. lib. 1. trac. 5. cap. 12
 Vniuersalia in moralibus quae dicantur. lib. 3. trac. 1. cap. 11
 Voluntas cuius sit sicut subiecti & finis. lib. 3. trac. 1. cap. 20
 Quod studioso voluntabile est, simpliciter bonum est, quod vero vitioso, secundum quid bonum. ibid.
 Voluntarium & inuoluntarium pertinent ad scientiam moralem. lib. 3. trac. 1. cap. 2
 Voluntarium quid est. ibid. cap. 8
 Nihil est voluntarium simpliciter nisi finis. lib. 3. trac. 1. cap. 15 rat. 3
 Voluntarium quaedam sunt digna venia, quaedam non. lib. 5. trac. 3. cap. 7
 Voluntaria dupliciter operantur. lib. 5. trac. 3. cap. 5
 Vfus est duplex. lib. 4. trac. 1. cap. 2
 Vitale non mouet appetitum simpliciter. lib. 1. trac. 3. cap. 6. ad 2
 Studenti liberalibus bonis, in quibus felicitas est, vxor non est ducenda vxor. lib. 1. trac. 7. cap. 2

Z

ZEnonis vita & pro virtute tormenta. lib. 3. trac. 1. cap. 6



I

**D. ALBERTI MAGNI,
RATISBONENSIS
EPISCOPI, ORDINIS
PRÆDICATORVM,
In octo lib. Politicorum Aristotelis,
COMMENTARII.
LIBER PRIMVS.**

Antiqua translatio.

QUONIAM omnem ciuitatem videmus cōmunitatem quandam existentem, & omnem cōmunitatem boni alicuius institutam. Eius enim quod videtur boni gratia, omnia operantur omnes. Manifestum quod omnis bonum aliquid coniecturat.

b Maximè autem principalissimum omnium, omnium maxime principalis, & omnes alias circumplectens. Hæc autem est, quæ vocatur ciuitas, & cōmunicatio Politica.

c Quicumque igitur quidem existimant, Politicum, & Regale, & Oeconomicum, & Despoticum idem, non bene dicunt.

d Multitudine enim & paucitate putant differre, sed non specie, horum vnumquodque. Pura siquidem paucorum Patremfamilias: si autem plurium, Oeconomicum: si autem adhuc plurium, Politicum aut Regale, tanquam nihil differentem magnam domum & parvam ciuitatem, Et Politicum & Regale, quandoquidem ipse præest, regale: quando autem sermones disciplinæ talis

D. Alb. Mag. Politic.

Leonardi Aretini translatio.

QUONIAM videmus omnem ciuitatem esse societatem quandam, & omnem societatem boni alicuius gratia cōstitutam. Nam eius gratia, quod bonum videtur, omnia omnes agunt, patet quod bonum aliquid omnes coniectant.

De ciuitate, eius gubernatore, partibus, domo, pago.

Maximè verò principalissimum omnium, quæ est principalissima, & ceteras omnes complectitur. Est autem hæc, illa quæ ciuitas appellatur, & ciuili societas.

Quicumque vero putant gubernatoris ciuitatis, & regis, patrisque familias, & domini, eandem esse rationem, non bene dicunt.

Multitudine enim, & paucitate, sed non specie, illorum singulos putant differre, veluti si paucorum quidem, dominum: si vero plurium, patremfamilias: si etiam plurium, gubernatorem ciuitatis vel regem, quasi nihil differas magna domus, & parua ciuitas, gubernatorque ciuitatis & rex, quandoquidem idem præsidet, & regit. Quando vero secundum rationem talis scientia

A tia

secundum partem principans & subiectus, Politicum.

e Hæc autem non sunt vera. Manifestum autem erit, quod dicitur intendentibus secundum subiectam methodum. Sicut enim in aliis compositum vsque ad incomposita necesse diuidere, hæc enim minimæ partes totius, sic & ciuitatem ex quibus componitur, considerantes, videbimus & de iis, quibus quidem differunt abinuicem, & si quid artificiale contingit accipere circa vnumquodque ditorum. Si quis enim ex principio res nascētes viderit, quemadmodum & in aliis, & in iis optime vtique contemplantur.

f Necesse itaque primum combinare sine inuicem non possibiles esse, puta fœminam & masculum generationis gratia, & hoc non ex electione, sed sicut in aliis animalibus & plantis, naturale appetere quale ipsum, tale derelinquere alterum.

g Principans autem, & subiectum natura propter salutem. Quod quidem enim potest mente præuidere, & principans natura, & dominans natura. Quod autem potest hoc corpore facere, subiectum & natura seruum: propter quod Domino, & seruo idem expedit.

h Natura quidem igitur distinguuntur fœmina & seruus, nihil enim natura facit tale quale æris figuratores Delphicum gladium paupere, sed vnum ad vnum: sic enim vtique perficiet optime organorum vnumquodque, non multis operibus, sed vni seruiens.

i Inter Barbaros autem fœmina & seruus, eundem habent ordinem.

k Causa autem quia natura principans non habent, sed fit communicatio ipsorum serui, propter quod dicunt Poëtæ Barbaris quidem Græcos principari congruè, quod fit idem natura Barbarum & seruum.

l Ex his quidem igitur duabus communitatibus domus prima. Et recte Hesiodus dixit poëtizans, domum quidem primum entem, mulierem & bouem aratorem, bos enim pro ministro pauperibus.

m In omnem quidem igitur diem, constituta communitas secundum naturam domus est, quos scilicet Charondas quidem vocat, Homofitios: Epimenides autem Cretenis, Homocapnos.

n Ex pluribus autem domibus, com-

nia in parte præsidet, & in parte subest, gubernator ciuitatis.

Sed hæc vera non sunt, quod manifestum erit secundum hanc doctrinam considerantibus. Vt enim in aliis compositum vsque ad incomposita diuidere necessarium est, hæc namque sunt minima totius particula, ita ciuitatem ex quibus componitur considerantes, & quia illa differunt inter se, & si quid artificij recipiunt singula ipsorum, intuebamur. Si quis igitur ab initio rerum originem inspiciat, vt in aliis, sic & in istis optime discernet.

Primum igitur necesse est combinare illos qui non possunt esse nisi simul, ceu marem & fœminam generationis causa. Et hoc non ex electione, sed velut in cæteris animalibus & plantis, naturale est desiderium tale alterum relinquendi.

Imperans vero natura & parens, propter conseruationem. Nam quod potest mente prospicere, natura imperat ac dominatur: quod autem potest corpore hoc facere, parat natura & seruit, quapropter Domino & seruo idem confert.

Natura igitur distincta sunt fœmina & seruus, nihil enim natura facit tale quale statuarij Delphicum gladium ob inopiam, sed vnum ad vnum. Sic enim optime instrumenta proficiunt, si eorum singula non multis, sed vni d seruiant.

Verum apud barbaros fœmina & seruus eodem gradu habentur.

Causa vero huius est, quoniam quod natura dominetur non habent, sed fit eorum societas ex seruo, & serua, quamobrem aiunt poëtæ, Græcos barbaris dominari oportere, quod idem sit natura barbarus, & seruus,

Ex his igitur duabus societatibus domus prima, recteque Hesiodus inquit, Domum in primis, mulieremque, & bouem aratorem. Bos enim pro seruo pauperibus est.

Quotidiana igitur societas secundum naturam constituta, domus est, quos Charondas quidem Homofitios: Epimenides vero Cretenis Homocapnos appellat.

Sed quæ ex pluribus domibus constituitur societas

municatio prima, vsus non diuturnalis gratia, Vicus.

o Maximè autem videtur secundum naturam vicus vicinia domus est, quos quidam vocant collactaneos pueros, & puerorum pueros.

p Propter quod & primum rege regerantur ciuitates, & nunc adhuc gentes, ex subiectis enim regi. Omnis enim domus regitur à senissimo. Quare & vicinia propter cognationem. Et hoc est, quod dicit Homerus, leges statuit vnusquisque pueris, & vxoribus, & dispersim enim, & sic antiquitus habitabant.

q Et Deos autem propter hoc omnes dicunt regi, quia & ipsi, ij quidem adhuc & nunc, ij autem antiquitus regerantur. Sic autem & species sibi ipsi assimilant homines, sic & vitas Deorum.

r Quæ autem ex pluribus vicis communitas, perfecta ciuitas iam omnis, habens terminum per se sufficientiæ, vt consequens est dicere. Facta quidem igitur viuendi gratia, existens autem gratia bene viuendi.

s Propter quod omnis ciuitas natura est, siquidem & primæ communitates, finis enim ipsa illarum, natura autem finis est. Quale enim vnumquodque est generatione perfecta, hanc dicimus naturam esse vnus cuiusque, sicut hominis, equi, domus, adhuc quod cuius gratia, & finis, optimum. Per se sufficientia autem finis, & optimum.

t Ex iis igitur manifestum, quod eorum quæ natura ciuitas est, & quod homo natura ciuile animal est: & qui inciuilis propter naturam, & non propter fortunam, aut prauus est, aut melior quam homo, quemadmodum & qui ab Homero maledictus infocialis, illegatus, sceleratus, simul enim natura talis affectator belli, veluti sine iugo existens, sicut in volatilibus.

u Quod autem ciuile animal homo, omni ape & omni gregali animali magis, palam. Nihil enim, vt aiunt, frustra natura facit, sermonem autem solus habet homo super animalia. Vox quidem igitur delectabilis & tristabilis est signum, propter quod & aliis existit animalibus, vsque ad hoc enim natura eorum peruenit vt habeant sensum tristabilis & delectabilis, & hoc significant inuicem. Sermo autem est in ostendendo conf-

D. Alb. Mag. Politic.

societas prima, vtilitatis gratia non quotidiana, pagus est.

Maxime vero secundum naturam videtur pagus propagatio quedam esse domus, quos, dicimus coaluisse, & natos esse natuorum.

Quapropter primo sub regibus ciuitates erant, nunc vero etiam gentes. Nam ex his, qui suberant regno accreuerunt. Omnis autem domus regitur à seniore, itaque & genera inde propagata propter consanguinitatem. Et hoc est quod inquit Homerus. Iura dant singuli natis & vxoribus, sparsim namque & sic antiquitus habitabant.

Quisque gubernat vxorē iure ac gnatos.

Et Deos, ob hoc ipsum, putant cuncta regem habere. Quoniam & ipsi partim nunc, partim antiquitus sub regibus degebant. Quemadmodum vero formas hamamas diis attribuunt homines, sic etiam & vitas.

Quæ autem ex pluribus pagis conficitur societas, ciuitas est. Quæ quidem, vt ita dixerim, totius sufficientiæ finem habet. Constituta quidem gratia viuendi, existens autem bene viuendi gratia.

Quapropter omnis ciuitas natura est, siquidem & primæ societates, nam hic illarum est finis. Natura vero finis est, quale enim vnumquodque est generationis perfecta, hanc vnus cuiusque naturam esse dicimus, ceu hominis, equi, domus, insuper cuius gratia & finis, optimum, sufficientiæ vero finis & optimum.

Ex his igitur patet ciuitatem esse ex his, quæ natura sunt, & quod homo natura ciuile sit animal. Et qui absque ciuitate est per naturam, non per fortunam, aut nequam est, aut potior quam homo, vt ab Homero per contumeliam increpatur sine tribu, sine iure, sine domo, nam simul talis est, & belli cupidus.

Ex quo patet sociale animal esse hominem, magis quam omnis apis, & quam omne gregarium. Nihil enim, vt diximus, frustra natura facit. Sermonem vero homo habet solus omnium animalium. Nam vox quidem molesti atque iocundi significatio est. Quapropter aliis quoque existit animalibus, hucusque enim natura processit in his, vt sensum habeant iocundi, & molesti, & hoc inter se significare possunt. At sermo ad hoc datus est nobis, vt ostendamus

A 2 vtilitatem

rens & nocivum. Quare & iustum & iniustum. Hoc enim ad alia animalia habent, hominibus proprie solum boni & mali, iusti & iniusti, & aliorum sensuum habere. Horum autem communicatio facit domum & civitatem.

x Et prius itaque civitas quam domus & unusquisque nostrum est, totum enim prius necessarium esse parte. Incremento enim toto, nec erit pes neque manus nisi æquivoce, vel ut si quis dicat lapideam, corrupta enim erit talis. Omnia enim opere diffinita sunt & virtute. Quare vero iam talia existentia, non dicentur eadem esse, sed æquivoce. Quod quidem igitur civitas natura prior quam unusquisque, manifestum. Si enim non per se sufficiens unusquisque segregatus, similiter aliis partibus se habebit ad totum. Non potens autem communicare, aut nullo indigens propter per se sufficientiam, nulla pars est civitatis, quare aut bestia, aut Deus.

y Natura quidem igitur imperus in omnibus ad talem communitatem. Qui autem primus instituit maximorum bonorum causa. Sicut enim perfectum optimum animalium homo est, sic & separatim à lege, & iustitia pessimum omnium. Sævisima enim iniustitia habens arma, homo autem habens arma nascitur, prudentia, & virtute, quibus ad contraria est uti maximè, propter quod scelestissimum, & siluestriusimum sine virtute, & ad venerea, & voracitatem pessimum: iustitia autem civile. Diki enim civilis communitatis ordo est. Diki autem iusti iudicium.

Δικη
δικαστηριον

CAPVT I.

PTOLEMÆVS in Almagest. dicit, quod non est mortuus, qui scientiam viuificauit: nec fuit pauper, qui intellectui dominatus est, sine qui intellectum possedit. Ratio autem dicti est quod dicit Alpharabius in lib. de intellectu & intelligibili, quod omnes Philosophi radicem immortalitatis verè posuerunt in intellectu adepto: secundum enim illum intellectum extendit se anima rationalis ad principia incorruptibilis veritatis: nec potest esse quod mortale sit, quod subiectum est incorruptibilis veritatis. Quia dicit Arist. in 6. Ethic. quod vnumquodque quod in aliquo est, est in eo secundum potestatem eius cui inest, & non secundum potestatem eius quod inest: & ideo si incorruptibilis veritas est in intellectu adepto, oportet quod & ipse incorruptibilis sit.

De intellectu adepto vide lib. 2. de intellectu & intelligibili. cap. 3.

utilitatem & damnum atque ita iustum, & iniustum. Hoc enim præter cetera animalia hominibus proprium est, ut boni & mali ac iusti & iniusti, aliorum huiusmodi sensum habeant soli. Horumque societas facit domum, & civitatem.

Et certe secundum naturam prius est civitas, quam domus, & quam singuli nostrum. Nam totum prius esse quam partem, necessarium est, perempto enim toto, non erit pes nec manus nisi æquivoce, veluti si quis dicat lapideam, nam corrupta quidem erit talis. Cuncta quidem opera diffinita sunt, & potentia. Itaque cum amplius non sint talia, non est dicendum illa esse eadem, sed æquivoce. Esse igitur civitatem natura, & prius quam singuli manifestum est. Si enim non est sufficiens unusquisque separatus perinde se habet, ac reliqua partes ad totum. Qui autem in communi societate nequit esse, quique nullius indiget propter sufficientiam, nulla pars est civitatis. Quare aut bestia, aut Deus.

Natura igitur omnibus ad huiusmodi societatem est appetitus. Qui autem primus instituit, maximorum bonorum causa fuit, ut enim perfectione suscepta optimum cunctorum animalium est homo, ita si alienus fiat à lege & à iudiciis, pessimum est omnium animalium. Sævisima est enim iniustitia tenens arma. Homo vero arma tenet per immatam prudentiam atque virtutem, quibus plurimum valet contrarium uti. Itaque impiissimum & immanissimum est sine virtute, & ad libidinem cibationemque deterrimum. Iustitia vero civile quiddam est. Nam ius, ordinatio est civilis societatis. Iudicatio autem, iusti iudicium.

Hæc est etiam causa quare talis pauper esse non potest: quia cum pauper sit non sibi sufficiens, & talis ex possessione & superpositione & pulchrorum & bonorum omnium sibi sufficiat ad utramque felicitatem, politicam scilicet & contemplatiuam, pauper esse nunquam potest. Dicit autem Isaac in lib. de diffinitionibus, quod Plato diffiniens Philosophiam dixit, quod prima diffinitio est suiipsius cognitio. Est autem hominis consideratio triplex secundum naturam, scilicet in seipso, in domo, & in civitate. In seipso cognoscitur, in passionibus, operationibus & contemplatione, & sic cognitio hominis determinata est in Ethic. ubi determinavit Arist. de virtute morali & contemplatiua, & felicitate morali & contemplatiua. Sed quia alia est virtus hominis, & alia virtus ciuis, ut dicit Aristoteles in 6. Ethic. & in vnoquoque extremum in bono, est virtus eius, ut dicit idem in 4. Ethic. ideo ad perfectionem hominis

hominis in virtute, quia homo est animal naturaliter coniugale & civile, ideo post perfectionem Ethicorum, quibus docetur virtus hominis in seipso, & utraque felicitas, moralis scilicet & contemplatiua, oportuit suscipere hoc negotium: ut perfectè traderetur moralis scientia: & hoc est causa suscepti operis. Subiectum autem siue materia est communicatio œconomica & communicatio civilis secundum ordinem recti & iusti, in qua ostenditur homo perfectus secundum virtutem secundum quam naturaliter est homo animal coniugale, & secundum quam homo naturaliter est animal civile. In hoc enim est sufficientia moralis doctrinæ, quando ostensum est qualiter homo est in virtute perfecta secundum se, & in domo, & in civitate. Et ex hoc patet ordo huius scientiæ ad scientiam Ethicorum, & etiam huius doctrinæ sufficientia. Passiones autem quæ probantur de hoc subiecto, sunt ordines recti & iusti, quibus communicat homo iis qui sunt in domo, vel iis qui sunt in civitate secundum omnem urbanitatem monarchiæ, aristocratæ, democratæ, quæ sumuntur secundum medietatem arithmeticam, vel geometricam, ut dicit Aristoteles in 5. Ethic. in commutando vel distribuendo. Et sic dicit Tullius, quod principia omnia illa quibus concluduntur passionibus de subiecto, proficiuntur à tribus, scilicet à pari, à pacto, & iudicato, ut scilicet fiat secundum partem inter communicantes, ne alter scilicet velit habere plus in lucro & minus in damno. Hoc enim, ut dicit Arist. in 5. Ethic. principium iniquitatis est. Et ut teneantur pacta, secundum scilicet quod interuenit inter communicantes duos vel plures: quia leges confirmant pacta. Dicit autem Tullius in fine 1. Rhet. 1. quod lex est ius scriptum acicens honestam, prohibensque contrarium. Proficiuntur etiam à iudicato: quia in talibus, quod à principe ex consilio senatus & seniorum scientium leges & iura maiorum decretum est, legis habet vigorem. Sic igitur patet de subiecto huius scientiæ & passionibus & principiis.

Diuisio autem est, quod in prima parte, hoc est, in primo lib. docet hominem perfectionem secundum communicationem virtutis œconomice: à secundo autem ulterius docet perfectionem secundum virtutem politicam siue civilem. Prima pars in duas diuiditur, in quarum prima præmittit partem præmiale, in qua ostendit qualiter & per quæ deuenitur ad hanc scientiam. In secunda de œconomica exequitur quod proponit, & hoc incipit in 2. cap. ibi, *Quoniam autem manifestum ex quibus partibus, &c.* Primum capitulum diuiditur in duas partes, in quarum prima ostendit ex quibus, & per quæ venit in hanc scientiam. In secunda venatur quatuor conclusiones, in quibus ostendit excellentiam istius scientiæ, scilicet quod est secundum communicationem perfectissimam, naturalissimam, secundum naturam primam, & optimorum bonorum gratia institutam: & hoc incipit, ibi, *Que autem ex pluribus vicis communitas, &c.* Prima igitur pars in qua ostendit per quæ, & qualiter deuenitur ad scientiam istam, habet tres partes. In prima proponit quandam generalem propositionem, per quam ostenditur finis istius scientiæ, ad

D. Alb. Mag. Politic.

quem deueniendum est secundum hoc opus sapientis, quod est non mentiri de quibus nouit. Secundum hoc enim omnis sapiens præstituit sibi finem ad quem cum venerit, scit esse perfectum opus suum: propter hoc enim dicitur finis, quia in hoc stat studium & opus efficientis. Secundò secundum aliud opus sapientis quod est mentientem manifestare posse, ponit errorem quorundam circa hoc & arguit eum, ibi, *Quicumque igitur quidem existimant, &c.* Tertia ponit distinctè communicationes & partes earum, ibi, *Ex his quidem igitur duabus communitatibus, &c.*

In prima parte dicit sic. *Quoniam omnem civitatem, &c.* vsque, ibi, *Institutam*, id est, videntes, quod omnis civitas est in communicatione, & instituta est, ut ciuibus suis attingat extremum boni communicationis, quod est virtus eius. Quod probatur ex hoc quod omnes homines, & omnia quæcumque sunt, omnia quæcumque operantur, operantur boni alicuius gratia. Vnde in 1. Ethic. dicit Arist. quod bonum est, quod omnia oprant. Et addit Dionysius, & propter illud agunt, quidquid agunt. Et ratio dicti est, quod vnumquodque secundum virtutem sibi propriam, siue in se, siue in communicatione ad alterum, desiderat venire ad extremum boni quod sibi debetur, secundum virtutem, secundum quam operatur. Ex hoc concludit, quod omnes sic operantes in omnibus operibus suis, *bonum aliquod coniecturant*: & dicit coniecturant, quia hæc scientia vrens est, non docens: ed quod vltus magis attenditur quam doctrina. Quia sicut dicit in Ethic. ad acquisitionem virtutis tria exiguntur, scilicet scire, velle, & perseverare in operibus difficultibus: & scire quidem parum prodest, velle autem & perseverare multum. Coniecturant ergo bonum ad quod capiunt peruenire, ex circumstantiis, & agentium, & actuum, & principis paris, & pacti & iudicati, secundum quod est optima communicatio & optimorum bonorum causa, secundum quod attingi potest virtus hominis, quæ est extremum in bono, secundum quod homo est naturaliter coniugale animal & civile.

b Et si hoc est in omnibus, tunc multo magis est in principalissima communicatione omnium. Principalissima autem omnium, est quæ omnes alias est complectens communicationes, in quibus homo potest deuenire ad vltimum suæ virtutis, & extremum in bono, secundum quod animal naturaliter coniugale & naturaliter civile. Omnes autem complectens, civitas est, & communicatio politica. Ergo illa est optima, & coniecturatur bonum optimum communicationis humanæ. Et intendit ulterius quasi ex correlario concludere, quod huic scientiæ maxime intendendum est, per cuius doctrinam positam in vltu deuenitur ad optimum bonum hominis, quod est in communicatione. Quia sicut dicit in 1. Ethic. Bonum quidem est, quod est bonum hominis, melius autem quod est civitatis, diuinitissimum vero quod est gentis: ita bonum est monastici hominis, quod traditur in Ethic. melius autem œconomice communicationis, & optimum quod est civitatis.

c Deinde subiungit arguens errorem qui est circa hoc, ibi, *Quicumque igitur quidem existimant,*

A 3 mant,

mant, &c. Et circa hoc sex facit. Primum enim ponit errorem, secundò tangit errantium rationem, ibi, *Multitudine enim & paucitate*, &c. Tertio distinguit ut ex distinctione pateat error, ibi, *Quoniam quidem ipse*, &c. Quarto arguit, ibi, *Hæc autem non sunt vera*. Quintò dat arguendi artem omnes tales errores, ibi, *Manifestum autem erit*. Sextò procedit secundum artem illam ostendendo qualiter, & per quæ deuenitur ad finem, ibi, *Necesse itaque primum*, &c. Enumerando igitur errores dicit sic: *Quicumque igitur quidem existimant, Politicum, & regale, & æconomicum, & despoticum idem, non bene dicunt*. Et subiungit rationem eorum sic: *Multitudine enim & paucitate putant differre, sed non specie horum unumquodque*. Et explanat subdens: *Putat siquidem paucorum, ab vno parte descendente, tunc principalem in hac communicatione dicunt esse patremfamilias: si autem plurimum, quod scilicet sit inter descendentes ab vno patre, & familias eorum, in seruis & ancillis, tunc principalem in tali communicatione dicunt esse æconomum: si autem sit plurimum adhuc, ut scilicet sit inter conciuies in ciuitate, vel contregales in regno, tunc dicunt esse Politicum, aut regale*. Et hoc dicunt, quia decepti sunt, quia putant, quod nihil differant magna domus, & parua ciuitas, & tanquam nihil differant regale & Politicum. Et quandoquidem aliquis præest alicui communitati siue genti propria potestate, tunc dicunt esse regale. Rex enim est principatum tenens super gentem propria potestate. Quando autem aliquis principatur ciuitati, ex sermonibus disciplina, hoc est, legibus & plebiscitis & statutis communicatio secundum partem, hoc est, secundum particularem ciuitatem, & subiectus regi, qui cum in parte suæ sollicitudinis constituit, tunc dicunt esse Politicum.

e Inde arguit hunc errorem subdens. *Hæc autem non sunt vera*, &c. Et ratio communis est. Quia quæcumque communicationes diuersa bona specie coniecturant, non solum quantitate, sed etiam specie differunt: æconomica, Politica, & regalis communicationes, diuersa bona specie coniecturant: ergo non solum differunt quantitate, sed etiam specie. Qualiter autem ad hoc deueniatur subdit, artem docens, ibi, *Manifestum autem erit, quod dicitur intendentibus*, hoc est, subtiliter considerantibus secundum subiectam methodum, id est, propositam artem. Est enim via communis, ut dicit Arist. in 3. Phisic. quod compositum non cognoscimus, nisi cum scimus ex quibus, & quot, & qualibus est: & ided ad cognitionem veram istarum communicationum, vtrum scilicet quantitate sola, vel etiam specie differant, necesse est hoc compositum quod est communicatio Politica, diuidere vsque ad incompotita & simplicia, ha enim minima sunt partes totius ex quibus cognoscitur compositum. Sic necesse est ciuitatem ex quibus componitur, scilicet diuidere in componentia: considerantes scilicet vniuersumque propriam naturam & virtutem, videbimus etiam magis de iis quibus quidem differunt abinnicem, & videbimus etiam si quid artificiale contingit accipere circa unumquodque ditorum secundum seipsum, vtrum scilicet quantitate differant & solum, vel etiam specie. Ge-

neraliter enim verum est, quod si quis ex principio res nascentes viderit, hoc est, composita ex suis componentibus, iis, scilicet quemadmodum in ciuilibus, optime contemplabitur, & in omnibus aliis compositis.

f Et subdit exequendo secundum artem datam, omnes particulares communicationes æconomicam & ciuilem communicationes componentes. Et prima est mariti & vxoris, quæ conuenit homini secundum quod coniugale animal, per naturam inditam ei communiter cum omnibus animalibus & plantis, secundum quam inditum est vnicuique appetere tale, alterum relinquere posse, quale est ipsum: hoc enim est esse diuinum quod omnia appetunt propter conseruationem speciei. Hæc est igitur communicatio prima extremum in bono habens conseruationem speciei: hoc igitur est bonum specie differens istius communicationis.

g Secunda autem communicatio est inter principans, & natura subditum, propter salutem indiuidui: & hæc est inter dominum & seruum, quæ communicatio despotica vocatur Græcè, Latine autem dominalis. Quia sicut maritus & vxor sine inuicem non possunt esse vt attingant bonum virtutis coniugalis, ita seruus & dominus sine inuicem esse non possunt, vt attingant bonum despoticæ, in communicatione æconomice, quod est in conseruatione viuere, & bene viuere familiar. Et hoc probatur si distinxerimus secundum naturam dominum, & secundum naturam seruum, secundum naturam rationem domini, & secundum naturam rationem serui. Dominus enim est, qui secundum mentem sapientia & prudentia præditus, conuenienter præordinat & disponit ea per quæ familia, quæ ad domum pertinet, optime potest deuenire ad suæ virtutis optimum & extremum. Seruus autem est per naturam, qui tali mente non est præditus, potest tamen suscipere præceptum, & instructionem domini, & virtibus corporis exequi omnia quæ pertinent ad viuere, & bene viuere communicationis æconomice.

h Ex quo patet, quod natura & naturali virtute distinguuntur fœmina & seruus, maritus & dominus, & quod specie differunt virtutes communicationis coniugalis & communicationis despoticæ, & non quantitate sola. Hoc etiam probatur alia ratione. Quia licet ars imitetur naturam, non tamen æquat eam, ita quod aliquid factum ab arte, in communicatione ad alterum contendant, coniecturando bonum ali-quod per communicationem. Cuius probatio est, quod natura nihil tale facit, quale eris figuratoris, qui faciunt Delphicum gladium etiam paupere rogante, non in communicatione aliqua ad alium gladium, sed faciunt vnum gladium ad vnum hominem, qui se defendit in eo. Et huius ratio est, quod vnumquodque organorum, id est, instrumentorum, sicut gladius & securis & huiusmodi talia, sic optime perficiet opus suum ad quod factum est: hoc autem non possit facere, si ad plura deputaretur. Et ita est de seruo & domino, & vxore & marito, quod vnumquodque optime perficiet opus suum, quando est ad hoc, cui naturaliter communicat: & sicut bona illa, ad quæ sunt, dif-

ferunt

ferunt specie: sic & communicatione illæ differunt specie.

i Hoc autem vltimè probatur per eos qui legibus non vtuntur & communicationibus secundum legem iustitiæ ordinatis: & illi sunt qui dicuntur barbari. Licet enim hoc nomen, barbarus, factitium sit, vt dicit Strabus ab imitatione soni impositum, eò quod sermones literatè & articulatè non exprimunt, sed confusè quasi barbar loquentes: tamen pro certo barbarus est, qui legibus ad ordinem communicationis non vitur: propter quod in multa peccata incidunt, confundentes communicationes, & corruptentes ordinem iustitiæ in ipsis: & ided apud ipsos fœmina & seruus eundem habent ordinem.

k Et causa huius est: quia barbari intellectum & rationem dispositam & ordinatam prudentia & iustitiæ legibus, qui natura siue naturaliter principans est & ordinans vnumquodque ad speciem sibi debitæ communicationis, non habent, & ided sit communicatio ipsorum confusa, non habens ordinem recti & iusti, vxoris vt seruæ, & ministri vt serui. Propter quod dicunt Poëtæ, quod Græci sapientes in ordine communicationum debent barbaris principari, intendentes quod idem sit barbarum & natura seruum: quia sicut seruus ordinem & dispositionem faciendorum non habet in seipso, sed expectat à Domino, propter quod etiam seruus est alterius, sicut argumentum & organum motum ab alio: ita barbarus destitutus intellectu ordinante, secundum legem iustitiæ & communicationis, ordinem spectat à Græco siue à sapiente. Græci enim & Egyptij primò sapientiam inquisierunt, & ordinem iustitiæ, secundum reges. Ibi enim sicut dicit Arist. in 1. metaph. concessa est in scholam intrare sacerdotum gens, & ibi primò mathematicæ scientiæ confiterunt & ordo legum, per Critiam quidem in Ægypto, & per nepotem eius Solonem in Græcia apud Athenas, qui primus ibi inuenit leges tabularum, vt dicit Plato in Timæo. Ex isto exemplo, Aristoteles vult sic argui. Si confusio & indistinctio communicationum in barbaris tantum eis fecit damnum, vt vna communicatione vtantur pro alia, patet manifestè, quod communicationes æconomice, Politice, regales non differunt quantitate solum, sed specie.

l Sic ergo improbato errore qui est circa materiam propositam, in tertia parte primæ partis capituli, quæ incipit, ibi, *Ex his quidem igitur duabus communitatibus*, &c. distinctè ponit communicationes & partes earum. In primo fundat se super talem diuisionem, quod communicationum, alia est constituta in omnem diem, inter eos scilicet quos omni die oportet communicare secundum ordinem & legem iustitiæ: alia verò non diurnal, inter eos scilicet qui non omni die communicant sibi inuicem. Prima ex duabus constituitur, scilicet despotica, quæ est inter dominum & seruum, nuptiali, quæ est inter maritum & vxorem. Et hoc probat per Hesiodum, qui in hoc rectè dixit, quod ex his duabus communitatibus constituitur prima communicatio domus, quæ in omnem diem est: quia illi qui sunt in eadem familia domus, necesse est, quod omni die com-

municent sibi & in cibo & in igne & in aliis quæ ad vsum vitæ pertinent. Rectè dixit Hesiodus Poëtizans, quod in omni domo necesse est esse primum entem, id est, patremfamilias siue dominum qui præeminet aliis: & necesse est in ea esse mulierem, quæ matrimoniali communicatione communicat, de qua Prouerb. vii. Considerauit semitas domus suæ, & panem otiosa non comedit. Et Arist. in 1. Rhet. Mulieris bonum est esse operosam: & necesse est esse in ea bouem aratorem, qui possessiones arando moueat ad cultum, vt prouocentur ex iis fructus, qui pertinent ad vsum domus, & sine quibus communicantes sibi in eadem domo æconomica communicatione nec viuere nec bene viuere possunt, bos enim pro pauperibus est pro ministris.

Sic domus in primis, sic fœmina, bos sit arator.

m Ex his concludit, intentam conclusionem subinferens, ibi, *In omnem quidem diem constituta communitas secundum naturam domus est*, in eis, scilicet in tribus sibi inuicem communicantibus. Et dicitur, quod est secundum naturam: quia natura non saluatur sine ea: hoc enim naturale est, sine quo natura non subsistit. Et hoc probat per quendam Philosophum qui Charondas dicitur, qui tales quotidiana communicatione communicantes in domo vocat homofitios, ab homos quod est cum, & fitios quod est pulmentum, quasi compulmentales: eò quod tales eisdem pulmentis & eadem mensa vtuntur. Inducit etiam alium, Epimenidem scilicet Okrem, id est, de Okra ciuitate natum, homocapnos, id est, in eodem fumo vel eodem igne communicantes, ab homos quod est vnum, & capnos quod est fumus, eo quod in eodem fumarario sibi communicant.

omofitios, homocapnos.

n Deinde distinguit secundam communicationem quæ fundatur supra secundum membrum supra dictæ diuisionis, quæ est communicatio non diurnal. Et dicit, *Ex pluribus autem dominibus communicatio prima*, id est, immediata, procedens ex prima diurnal communicatione, quæ est vsus (genitui casus) non diurnal gratia, id est, propter vsum non diuinalem instituta, est vicinis.

o Maxime autem videtur secundum naturam vicinis vicinia domus est, vel domorum, quos, scilicet tali communicatione communicantes, quidam, id est, antiqui vocant collactaneos, quasi de eodem lacte & eodem semine parentum exeuntes, pueros, & puerorum pueros, id est, filios & nepotes. Græcè autem collactanei vocantur homogalacti qui vno lacte enutriti. Sicut etiam in astronomia quæ Græcè dicitur galaxia, Latine vocatur lactea. Ratio dicti est est in 8. Ethic. vbi dicitur, tam in textu, quam in commento, quod sicut filius exit de corpore patris & matris, secum trahens sufficiens sibi ad substantiam corporis: ita debet exire de domo parentum, vt secum ducat de facultate parentum, quod sufficit ad necessitatem domus: & ided filius constituit domum iuxta domum patris, & nepos iuxta illum, & pronepos & abnepos iuxta illos: & sic facta est vicinia. Vicinorum autem habitatio, vicus dicitur. Et inter eos est secunda communicatio non diurnal, sed opportunis temporibus & constitutis ad vtilitatem communicationis sibi inuicem communicantes.

omofitios, homocapnos.

Lib. 14.

In proem.

p Et hoc probat, quia quando talis inceptit multiplicatio domuum siue domorum, & crescere in vicum, & vici crescere in ciuitatem, omnes ciuitates regebantur vno qui rex dicebatur ad omnem communionem. Et hoc vltius probatur ex hoc quod nunc adhuc gentes ita reguntur ad communicationes necessarias & naturales: reguntur enim ex subiectis regi. Dominus autem, id est, familia ad domum pertinet regitur à senissimo: quia illi præsumuntur esse sapientes vnde Arist. 3. Top. Nemo eligit iuvenes duces, &c. propter quod & viciniam quæ ad eandem cognitionem pertinent, & dicuntur Græcè *δωμνία*, ab eodem senissimo reguntur, & illi obediunt. Et hoc probat per Homerum sic dicentem: *Leges statuit vnusquisque pueris & vxoribus. Qui autem legem statuit ad ordinem communicationis, vice regis est. Et dispersim enim, & sic antiquitus habitabant*: hoc enim, vt dicit alia translatio, seminale est & antiquum, quia à consensualibus descendit & ab antiquo est obseruatum.

Loco 26.

q Quod autem senissimi sit regere in parentela, probat per exemplum: quia omnes Deos dicunt regi: & est apud comicos, quod regibus (sicut Priamo & Ethubæ) adaptant personas Deorum superinduentes eis species siue figuras Deorum in sceptris, quæ directionem significant secundum leges & iustitiam: & cultum figuræ, quæ significat honestatem virtutis. Et sicut aptant eis figuras Deorum, sic & attribuunt eis vitas Deorum, in regimine scilicet. Et sic patet, quod communicatio vici non est communicatio domus, sed diuersæ sunt species inter se. Et communicatio domus generatione prima est, & est naturalis homini secundum naturam qua homo coniugale animal est: & communicatio vici secunda communicatio est: & est item naturalis homini secundum quod homo per philanthropiam coniungitur suis. Dicit enim in 8. Ethic. quod pater propinquior est filio quam filius patri: ed quod pater aliquid sui habet in filio, filius autem nihil sui habet in patre.

r Ex his autem duabus communicationibus generatur tertia de qua in secunda parte capituli tractat Aristoteles, quæ incipit, ibi, *Quæ autem ex pluribus vicis, &c.* de qua quatuor inuestigat. Primò, quod est sufficientissima, ibi, *Quæ autem, &c.* Secundò quod est naturalissima, ibi, *Propter quod omnis ciuitas, &c.* Tertio quod secundum naturam est prima, ibi, *Et prius itaque ciuitas, &c.* Quarto quod optimorum bonorum gratia est instituta, ibi, *Qui autem primus instituit, &c.* Primum probat tali ratione, supponens, quod omnis communicatio instituta est ad sufficientiam vitæ & bonæ vitæ secundum iustitiam ordinatæ. Ex hoc sic procedit: quæcumque communicatio, quæ colligit omnes alias & complectitur, illa sufficientissima & perfectissima est: politica communicatio, siue ciuilis, colligit omnes alias: ergo sufficientissima & perfectissima est. Maiorem reputat per se notam. Ad probationem minoris sic procedit dicens, *Quæ autem ex pluribus vicis ciuitas sic est, perfecta ciuitas est iam, id est, ex ipso ciuitas est, omnis habens terminum, id est, complementum (ed quod omnis res completa in termino) per se sufficientia: colligit enim omnes communicationes alias quæ ad vitam, & bonam vitam hominis institutæ sunt, vt consequens est dicere.* Quia scilicet consequens rationem est, quod ex quo colligit omnes alias, quod perfectissima sit & sufficientissima. Sic ergo probata est prima conclusio, ex qua sicut ex correlario sequitur vltius, quod inducit. *Facta quidem igitur viuendi gratia, scilicet est, existens, est autem, supple ciuitas, gratia bene viuendi: bene enim viuere, est ad commodum & ordinem iustitiæ viuere.* Propter quod dicit Auicenna in suo lib. de animalibus, quod vita hominis solius, est peior quam esse potest: vnde vt nullum desit commodum, facta est ex vicis ciuitas in quibus sunt habitationes diuersorum artificum, scilicet corariorum, fullonum, fabrorum, panificum, in quibus necesse est, quod ciues communicent ad bonam vitam.

s Deinde procedit ad ostendendam secundam conclusionem, scilicet quod hæc communicatio naturalissima est, ibi, *Propter quod omnis ciuitas, &c.* quare ad hoc inducit quatuor rationes. Prima est, quod finis omnium quæ sunt ad finem, naturalissimus est illi cuius finis est: ciuilis communicatio, finis est omnium communicationum, quæ sunt ad finem hominis, secundum hominis naturam. Et hoc probat, quia finis vltimus vniuscuiusque naturalissimus est, sicut hominis, equi, domus: communicatio ciuilis, finis omnium aliarum est, & optimum, cum omnia alia ordinentur ad ipsam: ergo naturalissima est. Maiorem huius rationis supponit quasi per se notam. Minorem probat: quia ciuilis communicatio finis est, ed quod quale sit vnumquodque, ex ratione perfecta finis demonstrat, ed quod finis accipitur secundum vltimam differentiam & conuertibilem, vt dicit in 1. Metaphy. finis autem vniuscuiusque, sicut hominis, equi, & domus, natura est ipsius. Et hoc dicit Aristot. ibi, *Finis enim, ipsa scilicet communicatio est illarum, scilicet communicationum. Finis autem semper natura est* (& est natura ablatiui casus) nihil enim est ita naturale sicut finis vniuscuiusque: quia in hoc est complementum, vnde in vita hominis nihil est ita naturale sicut communicatio ciuilis, quia finis est & communicationum omnium complementum: hoc enim dicimus naturam vniuscuiusque, in quo complementum sui est. Ad idem inducit hoc quod dicit, *Adhuc quod cuius gratia, &c. Per se sufficientia, in communicatione ciuili, finis est & optimum: ergo naturalissima homini.*

t Ex his igitur manifestum est, quod de numero eorum quæ sunt natura (ablatiui casus) homini, id est, quæ sunt naturalia homini, ciuitas est, & communicatio ciuilis, siue politica. Ad idem secundo procedit demonstrandum ex natura hominis, dicens quod homo natura animal ciuile est. Quod probat per contrarium: quia qui inciuilis est, aut est inciuilis propter naturam deficientem, aut proficientem in aliquid melius quam natura hominis sit & non propter fortunam, quæ (sicut dicit Arist. in 2. Phys.) est natura præter rationem faciens impetum: quod esse non potest nisi ex superioribus naturæ alicuius, quæ dominatur in complexione causarum, quæ ordinant & disponunt facta hominum,

Tex. 55.

Lib. 4.
Profa 4.

hominum, secundum quod factum dicitur à Boëtio in lib. de consolatione, quod est rebus mobilibus adhærens dispositio, per quam prouidentia suis quæque necit ordinibus. Vnde si propter naturam & non propter fortunam, quæ mobilis est, est inciuilis, id est, impotens ad ciuilem communicationem, aut prauus est, si scilicet deficit ab huiusmodi natura, aut melior est quam homo, si proficit in aliquid diuinum, & humana communicatione non indiget. Et hoc confirmat per dictum Homeri, qui de prauo dicit: *Maledictus infocialis, illegatus, sceleratus.* Et subiungit rationem: *Simul enim est ille maledictus talis, natura talis, id est, qui destituta natura est talis: & ille talis est bellus affectator, veluti sine iugo & fræno rationis existens, sicut corruptus est ratio in feritatem.* Et talis est transcorporatus in ferinam bestiam lupi vel leonis, vt dicit Plato: sicut videmus in volatilibus, vt dicit Arist. 1. lib. de animalibus, quod aues rapaces & iracundæ, sicut aquilæ, accipitres, & falcones, semper solæ sunt, & fugiuntur & inclinantur ab aliis auiibus, propter hoc quod corrumpunt naturalem communicationem auium & societatem.

u Quod autem hoc innaturale sit homini, probat consequenter inducens & ostendens, quod homo est animal naturaliter ciuile, ibi, *Quod autem ciuile animal homo, scilicet sit, & plus omni ape & omni animali gregali, id est, in cuius genere principans constituitur vnus, sicut grues vnæ sequuntur ordine literato, palam, est scilicet ex dicendis.* Supponitur enim generalis propositio, quæ regulariter vera est, quod natura nihil facit frustra 1. Physic. & quod non deficit in necessariis, nec abundat superfluis: constat autem, quod per ordinationem naturæ solus homo supra cætera animalia habet sermonem significatiuum, per quem, vt dicit Plato in Timæo, homo communicet homini suos conceptus & affectus, & alia quidem animalia vocem habent per quam significant sibi delectabile vel tristabile: vnde vox illa nec literata nec articulata est. Vsq̄ enim ad hoc peruenit natura brutorum animalium, quod habeant sensum delectabilis & tristabilis: at vltra hoc non peruenit, vt sibi suos significant conceptus. Sermo autem articulatus & literatus, qui hominis est, est in ostendendo conferens & notitiam, & per consequens iustum & iniustum. Communicatio enim in his, & ostendere hoc sermone literato & articulo in comparatione ad alia animalia bruta hominibus proprium est. Communicatio enim boni & mali, iusti & iniusti, & addit Auicenna, verecundi & inuerecundi, turpis & honesti, notitiam & conceptionem talium habere solis hominibus proprium est: solus enim homo insensibili cognitione cum sensu talium accipit notitiam & discretionem. Horum autem communicatio iustitiæ legibus ordinata, facit domum in communicatione oconomica, & facit ciuitatem in communicatione politica. Ergo communicatio politica & oconomica naturalissima sunt homini. Sic ergo habentur duæ conclusiones, quod politica communicatio naturalissima & perfectissima est hominis.

x Deinde cum dicit, *Et prius itaque ciuitas, &c.* procedit ad demonstrationem tertiæ conclusi-

onis, scilicet quod prior est secundum naturam. Et ad hoc inducit vnâ rationem: sicut dicitur in Prædicamentis, Prius natura est, à quo non conuertitur consequentia: sed posita ciuitatis communicationem ponitur communicatio domus, non è conuerso: ergo prior est secundum naturam communicatio ciuitatis quam domus. Maior patet & per se nota est, quod superius in inferiori est actu & intellectu, & non è conuerso: & ided ablato superiori, auferetur inferius, & non è conuerso. Ad probationem autem minoris procedit sic, ponens primò conclusionem intentam, vt sciatur ad quid deueniatur per rationem inductam, & hæc est, *Et prius est ciuitas secundum naturam quam domus, & etiam quam vnusquisque nostrum.* Et huius rationem subiungit: *Totum enim prius necessarium esse parte.* Et huius causa est: quia pars trahit rationem à toto, & non è conuerso. Et illam subiungit dicens: *Interempro enim toto non est pes, neque manus, nisi æquiuocè, quod non habet rationem perfecti pedis neque perfectæ manus. Velut si quis dicat lapideam manum esse manum, vel lapideam pedem esse pedem. Omnia enim talia diffiniuntur virtute & actu, quem habent in toto: quare iam non talia existunt, quando scilicet nec virtutem habent nec actum quem habent in toto: & non sunt eadem dicenda secundum formam & rationem: & si dicantur talia nomine, hoc erit æquiuocè. Et hoc concludit vltius inferens: *Quod quidem igitur ciuitas natura prior, &c.* Et rationem communem quam induxit de toto & parte, adaptat ad propositum, subinferens: *Si enim non per se sufficiens est vnusquisque, ad vitam scilicet & ad bonam vitam, ille segregatus à communicatione ciuili, similiter aliis partibus, segregatis scilicet à suis totis se habeat, quod scilicet non dicitur homo, vel domus, nisi æquiuocè: quia virtutem & actum hominis non habent, sicut nec pes lapideus, nec manus. Ex hoc vltius infert, quod non potens communicare ciuili communicatione, aut nullo indigens, & propter hoc nihil communicans, nulla pars est ciuitatis. Et ex correlario infert, quod tunc aut bestia est, aut Deus: bestia, si prauitate deficit à natura hominis: Deus, si, sicut Didimus Bragmanorum Rex, probitate Philosophiæ sic proficit, quod ne impediretur à frequentantibus, nulli communicare voluit. Sicut dicitur de Diogene ab eodem Didimo, quod exiens de palatio solum scyphum ligneum in sinu portauit, quo aquam hauriret ab bibendum: & cum fugeret ad solitudinem, & videret pastores bibere haultu manus, proiecit scyphum quem portauerat, dicens, Nescini quod natura scyphum mihi parauerat. Et Alexandro multa promittenti si secum rediret ad palatium, cum in solitudine esset, & obseruaret cursum astrorum, respondit quod nihil simile offerre posset delectationi Philosophiæ.**

y Ex omnibus his conclusionem infert intentam, dicens, *Natura quidem igitur imperius in omnibus, scilicet hominibus est, ad talem communicationem, id est, politicam communicationem, cum sit perfectissima & naturalissima.* Deinde procedit ad manifestationem quartæ conclusionis, quod scilicet hæc communicatio maximorum

ximorum bonorum causa, instituta est. Et hoc probat per duo. Vnum est quod regulariter verum est, quoniam si aliquid opponatur ad aliud quod magis, & maxime ad maxime: vnde si homo communicans isti ciuitati, optimus est, non communicans, malus est, & minus communicans peior est, & nullo modo communicans pessimus est. Et hoc est quod quod dicit. *Qui autem primus instituit*, &c. Et hoc probat ratione inducta subdens. *Sicut enim perfectum*, &c. Perfectum autem est, quod attingit vltimam perfectionem communicatione ciuili, quæ optima est & naturalissima. Sic è contrario, separatum à lege & iustitia ciuili acceptum animal homo, pessimum est omnium animalium. Cuius ratio est: quia iniustitia scruissima est, quædo habet arma & est armata ad iniquitatem: in homine autem armata est: habet enim in homine callens ingenium ad nocendum & astutiam ad machinandum omne malum: homo enim nascitur habens arma ingenij & astutiae: vnde nascitur animal prudentia, id est,

calliditate, & virtute, id est, robore nocendi & vi præditum, quibus ad contraria iustitiæ communicationis ciuilis vtens, siue abutens, separatur à lege & iustitia: propter quod sceleratissimum & siluestriissimum efficitur, quando est sine virtute & scientia frænantibus ipsam, quasi effræne efficitur & procliuè ad venerea & voracitatem, & pessimum, ad omnia vitia ptonum. E contra autem iustitiâ efficitur ciuile: & hoc probatur per primos impositores nominum: illi enim ab antiquo dicebantur Diki: Diki enim dicuntur ciuili communitatis homines: & hoc nomine vocantur, quia per iustitiam communicant, & Dikaya ciuili communicationis ordo est. Diki autem iusti iudicium est. Per omnia autem hoc intendit, quod isti scientiæ maxime intendendum est, quæ omnium perfectissima est & naturalissima & prima secundum naturam & optimorum bonorum, iusti causa instituta, & sine qua homo omnium animalium pessimum est. Et sic finita est pars poëmalis.

CAPVT II.

De œconomia.

Quoniam autem manifestum ex quibus partibus ciuitas constat, necessarium primum de œconomia dicere. Omnis enim componitur ciuitas ex domibus. Domus autem partes, ex quibus autem rursus instituta domus est.

b Domus autem perfecta ex seruis, & liberis. Quoniam autem ex minimis primum vnumquodque querendum, primæ autem, & minimæ partes domus, dominus, & seruus, & maritus, & vxor, & pater, & filij, de tribus iis considerandum vtique erit, quid vnumquodque & quale oportet esse. Hæc autem sunt despotica, & Nuptialis. Innominata enim scemina & viri coniugatio, & tertium tecnofactiua: etenim hæc non est nominata proprio nomine. Sunt autem tres, quas diximus.

Технотомия.

c Est autem quædam pars, quæ videtur iis quidem esse œconomia, his autem maxima pars ipsius. Quomodo autem habet se considerandum. Dico autem de vocata chrifmatica.

Χρηματική.

d Primum autem de despotica & seruo dicamus, vt & quæ ad necessariam oportunitatem videamus, & vt vtique si quid ad scire de ipsis poterimus accipere, melius nunc opinatis.

e Iis quidem enim videtur scientia quædam esse despotica, & eadem œconomica, & despotica & politica, & regnatiua, sicut diximus incipientes: iis

CAPVT II.

Quoniam vero declaratum est quibus ex partibus sit constituta ciuitas, necessarium videtur primum de re domestica dicere. Omnis enim ciuitas ex domibus constat. Rei domestica rursus partes sunt ex quibus domus est constituta.

Domus autem perficitur ex seruis, & liberis. Cum verò prima quæque sint in minutissimis perquirenda, prima verò ac minutissima partes domus existant, dominus & seruus, maritus & vxor, pater & filij, de his vtique tribus considerandum fuerit, quid vnumquodque & quale esse oportet, hoc est, de dominica, de coniugali (nam & ipsa proprio nomine non nominatur) & de paterna disciplina. Sint autem hæc tres quas diximus.

Est insuper quædam pars quæ videtur quibusdam esse disciplina rei familiaris, quibusdam vero maxima eius pars. Loquor autem de illa parte quæ versatur circa acquirendum, quæ & ipsa quemadmodum se habeat, considerandum erit.

Ac primum de seruo, & domino dicamus, vt qua necessaria sunt, intueamur, & si quid de his melius comprehendere possumus, quam ea quæ nunc existimantur.

Quibusdam porro videtur scientia quædam esse dominatio, eademque esse disciplina domestica, & dominatio gubernatioque ciuili & regia, vt in principio diximus.

Aliis

autem præter naturam despotizare: lege enim, hunc quidem seruum esse, hunc autem liberum, natura autem nihil differre: propter quod neque iustum, sed violentum.

f Quoniam igitur possessio pars domus, & possessiua, pars œconomiae. Sine enim necessariis impossibile est viuere. Quemadmodum autem determinatis artibus, necessarium vtique erit existere conuenientia organa, si debeat perfici opus, sic & œconomico. Organorum autem hæc quidem inanimata, hæc autem animata, velut gubernatori. Gubernaculum quidem inanimatum, prorarius autem animatus, minister enim in organi specie artibus, sic & res possessa organum ad vitam esse, & possessio multitudo organorum est, & seruus res possessa animata, & sicut organum ante organa omnis minister. Si enim posset vnumquodque organorum iustum & præsticiens perficere suum opus, quemadmodum quæ Dædali aiunt, aut Vulcani tripodas, quos ait Poëta spontaneos, diuinum subinduere agonem, sic si pectines pectinarent per se, & pleetra citharizarent, nihil vtique opus esset architectoribus instrumentorum, nec Dominis seruorum.

g Quæ quidem dicuntur organa, factiua organa sunt, res possessa autem actiuum: ex pectine quidem enim alterum aliquid sit præter vsum ipsius, ex vestitu autem & lecto vsum solum. Adhuc quoniam differunt factio, specie, & actio, & indigent ambæ organis, necesse & hanc eandem habere differentiam: vita autem actio, non factio est, propter quod & seruus minister eorumque ad actionem. Res possessa autem dicitur quemadmodum & pars, quæ quidem pars non solum alterius est pars, sed & simpliciter alterius: similiter autem & res possessa, propter quod Despotes solum, illius autem non est, seruus autem non solum Despotis seruus est, sed est omnino illius.

h Quæ quidem igitur natura seruis, & quæ virtus, ex iis manifestum, qui enim non sui ipsius natura, sed alterius homo, iste natura seruis, alterius autem est homo, qui cum res possessa sit, seruus est, res possessa autem organum actiuum & separatum.

Aliis autem præter naturam videtur esse dominatio, quoniam natura nihil differant, sed lege duntaxat inductum sit, vt alij liberi sint, alij serui. Quapropter iustum, violentum enim.

Cum igitur possessio sit pars domus, certe, & illa per quam acquirimus, pars erit domestica disciplina. Nam sine necessariis impossibile est, & viuere, & bene viuere. Et vero in artibus necessarium est subesse propria instrumenta, si opus modo confici debeat, sic etiam in re familiari. Instrumentorum vero quædam inanimata sunt, quædam animata, veluti gubernatori, nauis quidem gubernaculum unanime est, qui vero prorarius regit, animatus: nam minister in artibus locum instrumenti obtinet, sic & res possessa, instrumentum est ad vitam, res autem possessa, multitudo instrumentorum, & tanquam instrumentorum ante instrumentum, omnis minister. Si enim possent instrumenta ad iustum, vel nutum domini opus suum conficere, quemadmodum Dædali, aut Vulcani tripodes, quos inquit Poëta sponte sua diuinum produisse in certamen, sic & pectines texerent, & pleetra pulsarent, nec architecti sane ministris, neque Domini indigerent seruis.

Quæ igitur instrumenta dicuntur, factiua sunt: quod vero possidemus, actiuum est, à pectine quidem enim aliquid sit præter illius vsum, à veste vero, atque lectica vsum solum. Præterea cum specie differant facere & agere, & indigeat vtique instrumentis, necessarium est, & illa eandem habere differentiam, vita certe actio est, & non factio, quapropter seruis minister est ad actionem, id autem quod possidetur, dicitur quemadmodum, & pars ad totum: Pars enim non solum alterius est pars, sed etiam omnino alterius, quapropter dominus, seruus est dominus solum, sed illius non est, seruus autem non solum domini seruus, sed omnino illius.

Quæ igitur sit natura serui, & quæ potestas, ex his patet, qui enim sui ipsius non est secundum naturam, sed alterius homo, hic natura est seruus, alterius autem est qui possidetur homo existens, res vero possessa, est instrumentum ad acquirendum, actiuum & separabile.

CAPVT II.

Finita parte proemiali, incipit pars executiua, quam incipit diuidere secundum artem traditam in parte proemiali. Vnde duo dicuntur in parte ista. Primò enim dicit ex quot & quibus partibus constat œconomia. Deinde ostendit, quòd de iis eodem ordine quo dictæ sunt, tradendum est: & istæ sunt partes istius primi libri, vt scilicet prima sit de despotica, secunda de chrimatistica, quæ incipit, ibi, *Taliter autem de omni possessione*, &c. Tertia de nuptiali & paternali simul: & incipit, ibi, *Quoniam autem tres œconomia*, &c. In prima, hoc est, de despotica tria dicit, quorum primum est, quæ sit vera despotica. Secundò mouet dubitationem super hoc, ibi, *Firmum autem est aliquis natura talis*, &c. Tertio facit collationem inter contraria dicentes, de eo, ibi, *Quod autem & qui contraria dicunt*, &c. In prima parte quatuor dicit. Primò enim ostendit, quòd de despotica prius dicendum est, & ex quibus partibus componitur. Secundò remouet errorem qui est circa hoc, ibi, *Iis quidem enim videtur scientia*, &c. Tertio probat hoc per simile, ibi, *Quemadmodum autem in artibus*, &c. Sed quia induxerat de organo factiuo & actiuo, idè quartò distinguit inter illa, ibi, *Quæ quidem dicuntur organa*, &c. In primo duo sunt. Quia enim omne compositum ex componentibus cognoscitur, idè primò ostendit ex quibus componitur œconomia. Secundò dicit, quòd eodem modo quo componunt, tradendum est de illis, ibi, *De tribus iis considerandum*, &c. Dicit ergo: *Quoniam manifestum*, ex præcedenti scilicet parte, ex quibus partibus ciuitas constat, constat enim ex domo & vico, secundum hoc necessarium est primum de œconomia dicere, & ratio dicti est: quia licet ciuitas & communicatio ciuitatis natura prior sit quam domus, tamen generatione prior est domus quam ciuitas. Et huius rationem assignat dicens, quòd necessarium est primum de œconomia dicere. Et subdit rationem dicens: *Omnis enim componitur ciuitas ex domibus*. Et quia, sicut habitum est, compositum non componitur nisi ex componentibus, subdit quæ sint componentia domus, dicens primò in genere, secundò in specie. In genere autem dicit sic: *Domus autem partes ex quibus rursus domus instituta est*. Et intelligit de partibus virtualibus, non integralibus, per quas hoc totum quod œconomia est, perfectè dispensatur & perficitur.

b Deinde enumerat eas in speciali subdens: *Domus autem perfecta ex seruis & liberis*. Et dicit perfecta: quia domus pauperis imperfecta est, & bouem arantem habet pro seruo & ministro. Deinde relinquit propositionem per se notam quam in antè habitis probauit, dicens: *Quoniam autem ex minimis*, id est, primis componentibus simplicibus, primum vnumquodque, supple, compositum querendum est: sic etiam faciendum est in œconomia, quæ est scientia dispensatiua domus. Et enumerat partes illas, subdens: *Prima autem & minima partes domus*, hoc est, œconomia; supple, sunt, *dominus & seruus, & maritus & vxor, & pater & filij*. Et si debeat sciri œconomia, ex partibus suis sciatur.

Vnde de tribus iis considerandum vtiq; erit, quid vnumquodque & quale oportet esse vnumquodque istorum. Inter hæc enim est communicatio domus, quæ diurna & in omnem diem est, vt in antè habitis dictum est. *Hæc autem*, scilicet partes sigillatim acceptæ, sunt despotica, hoc est communicatio serui & domini, quæ apud nos dominalis vocatur, & nuptialis communitas vocata, eò quòd innominata est proprio nomine, *virij & femine coniugatio*: apud nos autem dicitur matrimonialis, quæ significat viri & vxoris communicationem ad ordinem iustitiæ redacta in fide thori & spe prolis educandæ ad ciuilem communicationem & prouisionem domus: & tertium quod vocatur *reletanophina*: teleta autem in Græco, traditio ritus est, nephos autem filij, & est instructio parentalis ad filios, vt sic scilicet instruuntur, quòd ad ciuilem valeant communicationem. Enumeratis his partibus ex quibus perfectè dispensatur domus, licet secunda & tertia proprium nomen non habeant, sed ipse hæc nomina eis dederit, dicit quòd hæc tres, quas diximus, sunt partes œconomia; siue dispensatiua domus.

c Et subiungit alteram quæ non ex æquo venit in diuisionem partium domus, sed est eis subseruiens & ad viuere & ad bene, quam vocat chrimatisticam, id est, thesaurizatiam siue pecuniatiuam. Et dicit, quòd in hac, sententiæ antiquorum differunt: eò quòd quidam dixerunt, quòd hæc est tota œconomia, quidam autem quod maxima pars illius est: & subdit quomodo istæ virtutes se habeant ad inuicem, ibi, *Considerandum est*. Et exprimit eam per nomen subdens. *Dico autem de vocata chrimatistica*, quæ apud nos vocatur thesaurizatiam siue pecuniatiua, quæ scilicet procurat vt abundent in domo ea quæ sunt ad necessitatem familia; quia sine his non potest esse communicatio domus: vnde ex his scitis, scitur tota œconomia.

d Et subdit determinans ordinem, quo determinandum est de his, ibi, *Primum autem de despotica & seruo dicamus*. Hæc enim inter quatuor natura prior est: quia seruus est organum domini ad communicationem matrimonialem & paternalem, & ad acquisitionem eorum quæ per chrimatisticam habentur. Et determinat modum dicens: *Vt & que ad necessarian oportunitatem*, œconomia; scilicet pertinent, videamus, & vt vtiq; siquid, supple, ex aliorum opinionibus, ad scire de ipsis pertinentibus poterimus accipere, ex præteritis Philosophorum opinionibus, quid melius sit ex nunc opinatis: sæpè enim errores præsentium corriguntur ex superioribus antiquorum, eò quòd in talibus experientia maximè prodest, quæ melior & certior est in antiquis, quam iuuenibus.

d Ponit igitur consequenter opiniones antiquorum de his, vt sicut dicit in fine primi de anima, bene quidem dicta accipiamus, malè autem dicta vereamur: & hoc ibi, *Iis quidem enim videtur scientia quadam esse despotica*, id est, dispensatiua seruorum, & videtur eis, quòd vna & eadem scientia sit œconomia & despotica & politica & regnatiua, & non differant specie, sed quantitate sola, sicut diximus incipientes, id est, in principio tractatus istius libri. Et falsitas istius opinionis iam in antè habitis ostensa est. Et subdit falsam antiquorum opinionem, dicens:

dicens, *Iis autem*, id est, quibusdam aliis, supple, videtur, quòd despotizare sit præter naturam. Et rationem inducunt, quia lege promulgata à principe dicunt *hunc quidem esse seruum*, in bello scilicet seruatum, *hunc autem liberum*, natura autem, id est, naturaliter nihil differre, scilicet seruum & liberum. Et propter hoc dicunt, quòd despotizare, siue seruis vti, sit præter naturam hominis, & non sit iustum naturale, ratione subinferentes, violentum esse, & nihil violentum esse naturale. Et arguunt sic. Omnis communicatio humana œconomica & ciuilis siue politica est secundum aliquam virtutem naturalem hominis: despotizare secundum violentiam est, & non secundum aliquam virtutem naturalem hominis: ergo despotizare non est de aliqua communicatione naturali hominis, siue sit œconomica, siue ciuilis.

f Hunc ergo errorem oportet primò remouere, & ostendere, quòd despotica, pars œconomia; est, & secundum naturam hominis. Et ad hoc ostendendum vtitur generali propositione pro principio, quæ nota est apud omnes. Vnde dicit: *Quoniam igitur possessio pars domus est*, siue qua domus scilicet subsistere non potest: & possessiua pars œconomia; erit, supple. Et subiungit rationem dicens. *Sine enim necessariis impossibile est viuere*: ergo nec bene viuere: quia negato superiori, negatur inferius: & eam omnis communicatio sit ad viuere & bene viuere, sequitur de necessitate, quòd possessiua sit pars communicationis humanae & naturalis: & cum despotica sit pars possessiua, sequitur vterius, quòd despotica est pars communicationis humanae, quæ œconomica dicitur, & naturalis, siue qua nec est viuere nec bene viuere. Maior illius syllogismi per se manifesta est. Minorem probat per simile in artibus, scilicet quæ architectonica dicuntur & mechanica; ibi, *Quemadmodum autem determinatis artibus mechanicis*, si debeat perfici opus artis secundum artis præcepta, necessarium est existere conuenientia organa, quibus opus perficiatur, vt in fabrili malleo & forcipem, in ædificatiua autem securim, asciam & sertam, & præter hoc artificium, eò quòd ista non perficiunt opus nisi mota ab aliquo animato, & artem habent. Ita necesse est œconomum, cum sit ars dispensandi domum, habere organa siue instrumenta quibus perficiat opus suum. Deinde cum dicit. *Organorum autem*, siue instrumentorum, &c. dat aliquam diuisionem, per quam probare vult, quòd despotica sit pars œconomia; & supponit vnã propositionem pro suppositione, hanc scilicet, quòd omne illud ad œconomiam pertinet, siue quo possessio non venit ad necessarium vsum domus. Organorum autem, quæ sunt possessio ad necessarium vsum domus, quædam sunt inanimata, vt ager, vinea, securis: quædam autem sunt animata, quæ scilicet motorem habent apud se, & mouentur à principio intrinseco, vt seruus & ancilla. Et dat exemplum in nauigio, sicut est organum gubernatori, gubernaculum quidem inanimatum, nec mouetur ad operationem nisi alio mouente: prorarius autem qui stat in pro-ra nauis & impellit nauem ad navigationem, sicut dicit in Ethic. quod Calypso suasit, ille

Lib. 2. c. 9.

D. Alb. Mag. Politic.

est organum animatum, siue cuius motu nihil ad operationem mouetur organum inanimatum. Et assignat rationem huius diuisionis. Minister enim subseruiens præceptori in artibus mechanicis est in specie & forma & ratione organi. Ratio enim organi est, quòd moueatur ad opus ad præceptum alterius & motum: & cum seruus siue minister semper moueatur ad auditum præceptum domini, & conceptum, & non proprio motu, patet quòd seruus vel minister sit in organi forma, specie & ratione, siue quo organum inanimatum non venit ad vsum propriæ operationis. Et hinc patet, quòd organum inanimatum est res possessa, & quod est ordinata ad vitam in communicatione œconomia; & quòd possessio ad œconomiam pertinens est multitudo talium organorum, & quod seruus est res possessa animata, & est sicut organum ante organa omnis minister. Omnis enim minister in hoc ministrat, quòd ad præceptum domini organa inanimata, quæ possessiones sunt, mouet ad vsum domus & familiae, vt sufficienter habeant ad viuere & bene viuere. Ex omnibus igitur his concluditur, quòd despotica siue dominalis ad œconomiam pertinet, quia organum animatum. Est autem organum inanimatum, quod nec ad operationem nec vsum venit, nisi per animatum: quia nec aratur ager, nec colitur vinea, nec mouetur securis, nisi per organum animatum. Et hoc idem ostendit aliter, ibi, *Si enim possit*, &c. quia si possit vnumquodque organorum inanimatorum, ita quòd esset præsentens & præconcepere iussum domini, & sic perficeret iussum domini & opus suum ad quod est, tunc posset dici, quòd seruus & minister non essent necessarii, & despotica non esset œconomia; pars. Et inducit Poëtas super hoc dicens. *Quemadmodum autem Dædali*, id est, poemata quæ de Dædalo aiunt, aut sicut poemata Vulcani qui est Deus infernalis secundum errorem antiquorum, cuius tripodas poemata illa dicunt, *Simultaneos & dininos subinduere agones*: ita vt per se, sicut animata, tripodiant, hoc est, opus tripodarum perficiant, tunc verum esset quod motore animato non indigeret, sicut est seruus vel minister. Sic etiam si pectines textorum per se pesterent & perficerent opus suum, & nauicula per se subtegumen supponeret vltro, & pleetra citharædororum per se sine motore ad symphoniam tangerent & mouerent chordas, tunc non esset necesse, quòd exteriorem motorem haberent, & hoc est quod sequitur. Si ita esset nihil vtiq; opus esset architectonibus, id est, principibus in artibus mechanicis, instrumentorum, id est, de ministris, genitius pro ablatiuo. Nec opus esset dominus seruorum, id est, de seruis, per eundem modum constructionis.

g Hoc idem vult ostendere per aliam diuisionem instrumentorum. Vnde subdit: *Quæ quidem dicuntur organa, factiua*, illa organa sunt, res possessa, & hæc sunt actiua aliquando & operationem, & aliquando sunt vsum motum: verbi gratia. Ex pectine quidem epæo textoris aliquid sit præter pectem & præter vsum ipsius: operatio enim distinguendi & complanandi & ordinandi fila in tela sit ex pectine, quæ nec

B est

est pecten, nec vsus pectinis: sed ex vestitu & lecto non queritur operatio constituens aliquid aliud, sed vsus tantum, scilicet iacendi & induendi. Organa igitur ex quibus queritur operatio ad aliquid faciendum, quod ad vsum domus pertinet, extrinseco indiget motore, sine quo ad operationem propriam & vsum domus non proficiunt: ergo & ista quæ mouent ea ad operationes, ad vsum domus pertinent: & sic despoticum pertinet ad œconomiam. Hoc adhuc aliter probat, ibi, *Adhuc quoniam differunt factio, &c.* Actio enim, vt dicit Gregorius Nissenus, est vniuersalisque proprius & naturalis actus. Factio autem est operatio in materia extrinseca, sicut ipse Arist. dicit in 6. Ethic. propter quod actio & factio indigent ambæ organis propriis necessariis, & ex organis habeat differentiam. Vita autem actio, non factio est. Est enim vita, vt dicitur in libro de motu cordis, motus continuus ab ente quieto. Et Auicenna dicit, quod vita est actus continuus animæ in corpus: propter quod etiam definitur anima, quod est principium & causa talis vite. In actione ergo non exigitur minister per quem fiat actio: in factione autem exigitur, quæ exigit instrumenta sese non mouentia, sed ab alio mota: propter quod etiam seruus in œconomicis, minister est eorum, quæ pertinent ad factionem, & non ad actionem. Cum igitur factio ad œconomiam pertineat, sequitur etiam quod despotica, quæ est scientia vtendi serui, pars est œconomica. Ad idem adhuc inducit, sic dicens: *Res autem dicitur possessa quemadmodum dicitur & pars*, id est, ad alterum: quod quidem enim pars est, supple, sub ratione partis, non solum alterius est per

CAPVT III.

Verum aliquis sit natura seruus, & aliquis natura liber, & aliquis natura dominus.

Vtrum autem est aliquis natura talis, aut non, & vtrum dignius & iustius alicui seruire quam non, sed omnis seruitus præter naturam, est post hoc considerandum.

b Non difficile autem & ratione contemplari & ex his quæ sunt addiscere. Principari enim & subiici, non solum necessariorum, sed etiam expedientium est, & statim ex nativitate quædam segregata sunt, hæc quidem ad subiici, hæc autem ad principari, & species multæ & subiectorum sunt & principantium. Et semper melior principatus, qui meliorum subiectorum, puta hominis quam bestia: quod enim efficitur à melioribus, melius opus: vbi autem hic quidem principatur, hic quidem subiicitur, etiam aliquod horum opus.

c Quodcumque enim ex pluribus constitutum sunt, & sunt vnum aliquod commune, siue ex coniunctis, siue ex diuisis, in omnibus videtur principans & subiectum.

relationem, sed etiam simpliciter est: est enim membrum in toto: similiter res possessa simpliciter est: propter quod cum despotus siue dominus dicatur relatiuè ad seruum, ad conuertentiam relatiua dicendo, per eundem casum dicitur quidem dominus serui dominus solum: & despotus, serui despotus solum. Et non sequitur ex hoc quod dominus siue despotus simpliciter sit serui: quia hoc falsum est: non est enim possessio sua, licet relatiuè dicatur ad ipsum. Cum autem è contra dicitur seruus domini siue despotis, non dicitur tantum relatiuè ad ipsum, sed dicitur seruus domini siue despotis, quia simpliciter & omnino est seruus sicut res possessa.

b Vnde ponit epilogum omnium dictorum de despotico principatu, ibi, *Quæ quidem igitur natura serui, & quæ virtus in œconomicis, supple, ex his quæ dicta sunt, manifestum.* Et colligit ea in summa subdens. Qui enim non sui ipsius naturâ (ablatiu casus) id est, per sufficientiam prouidentiam naturæ: sed alterius hominis est, ad quem oportet eum in regimine vitæ respicere, iste natura seruus est. Res autem possessa aut seruus est, qui alterius homo est: sed in hoc differunt quod res possessa est organum factiuum, seruus autem vel minister organum actiuum subseruiens & ministrans ad factionem eius quod factiuum est. Differunt etiam in hoc quod organa factiua separata sunt à suis mouentibus, seruus autem & minister motorem suum, id est, animam, habent coniunctum sibi, per rationem enim concipiunt formam præcepti domini, & ad illam mouentur. Sic igitur finita est pars in qua probatur, quod despotica ad œconomiam pertinet.

CAPVT III.

Vtrum vero sit aliquis natura talis vel non, & vtrum melius ac iustius sit alicui seruire vel non, sed omnis seruitus sit præter naturam considerandum postea erit.

Nec sane difficile est ratione perspicere, & ex his quæ sunt, cognoscere, imperare enim, & parere non solum necessarium est, verum etiam utile, ac statim ex generatione quadam distincta sunt, alia quidem ad imperandum, alia vero ad parandum, & species multæ & imperantium, & parentium, & semper melius imperium, meliorum parentium est, seu hominis quam bestia, nam quod à melioribus perficitur, melius est opus, vbi vero aliud imperat, aliud parat, est aliquod horum opus.

Nam quæcumque ex pluribus constant, & vnum quid commune sunt, siue ex continuis, siue ex discretis, in omnibus apparet, & quod imperat & quod parat.

Et

d Et hoc ex omnium natura inest animatis, etenim in non participantibus vita est quidem principatus, puta harmoniæ, sed hæc quidem forte magis extrinseca sunt speculationis.

e Animal autem primum constat ex anima, & corpore, quorum hæc quidem principans est natura, hoc autem subiectum, oportet autem intendere ex secundum naturam habentibus, magis quam natura & non in corruptis, propter quod & optime dispositum & secundum corpus, & secundum animam hominem considerandum, in quo hæc palam. Pestilentium enim & prauè se habentium videbitur principari multoties corpus animæ, propter prauè & præter naturam habere, est quidem, sicut dicimus, primum in animali, contemplari & despoticum principatum & politicum: anima quidem corpori enim dominatur despotico principatu, intellectus enim appetitui politico & regali, in quibus manifestum est, quod secundum naturam & expediens corpori regi ab anima, & passibili parti ab intellectu & parte rationem habente, ex quo autem aut è contrario nocium omnibus.

f Iterum in homine & in aliis animalibus similiter se habet, mansueta quidem enim syluestribus digniora secundum naturam, his autem omnibus melius regi ab homine, adipiscuntur enim salutem sic.

g Adhuc autem & masculinum & femininum, natura hoc quidem melius, hoc autem deterius: & hoc autem principans, & hæc autem principata. Eodem autem modo necessarium esse & in hominibus.

h Quicumque quidem igitur tantum distant quantum anima à corpore, & homo à bestia, disponuntur autem hoc modo. Quorumcunque est opus corporis vsus, & hoc est ab ipsis optimum, isti quidem sunt natura serui, quibus melius est regi hoc principatu, si quidem & dictis creditur, nam enim seruus qui potest alterius esse, propter quod & alterius est. Et comunicans rationem tantum quantum ad sensum recipere, sed non habere: alia enim animalia non ratione sentientia, sed passionibus seruiunt: oportunitas variat modicum, ad necessaria enim corpori auxilium fit ab ambo, & seruis, & à domesticis animalibus.

D. Alb. Mag. Politic.

Et hoc ex tota natura inest animatis, & in his, quæ expertia sunt vite, est quoddam imperium instar harmoniæ, sed hæc forsitan aliena sunt ab ista consideratione.

Animal vero constat primum ex anima & corpore, quorum alterum imperat secundum naturam, alterum parat. Oportet autem considerare naturam non in corruptis, sed in his quæ magis se habent secundum naturam: quocirca is, qui & animo, & corpore optime dispositus sit, inspiciendus est, in quo certe id manifestum est: nam prauorum quidem, aut prauè dispositorum sepe inueniretur corpus imperare animo, ex eo quia peruerse, ac præter naturam se habent: est igitur, vt dicimus, primum in animali prospicere imperium dominicum & ciuile, nam animus quidem in corpus dominicum habet imperium, mens vero in appetitum ciuilem & regium, in quibus clarum est secundum naturam & utilitatem imperari ab animo corpori, & ab ea parte, quæ habet rationem ei parti, quæ subiacet perturbationi, aequalitatem vero, ac vicissitudinem omnibus nocere.

Rursus in homine & aliis animalibus eodem modo, mansueta quidem meliora sunt quam fera, his autem vniuersis melius est vt homini pareant, nam salutem ita recipiunt.

Præterea autem masculus & femina alterum melius secundum naturam, alterum deterius: & hoc imperans, illud parens. Eodem modo necesse est in cunctis hominibus esse.

Quicumque igitur distant tantum quantum anima à corpore, & homo à bestia, per hunc modum se habent, quorumcunque est in corporis vsu, & hoc est in eis potissimum, hi sunt natura serui quibus melius est vt imperetur, quemadmodum in præmissis, est enim natura seruus qui potest alterius esse quapropter & alterius est. Et qui tantum particeps est rationis vt sentiat quidem, at non habeat, nam cetera animalia rationem quidem non sentiunt, sed passionibus inserviunt: vsus etiam variat parumper, necessarium enim corpori auxilium fit ab utroque, à seruis videlicet, ac mansuetis animalibus.

B 2 Vult

i Vult quidem igitur natura & corpora differentia facere, quæ liberorum & seruorum, hæc quidem fortia ad necessarium vsum, hæc autem recta & inutilia ad tales operationes, sed vtilia ad civilem vitam, iste autem etiam fit diuisus ad bellicam opportunitatem & pacificam, accidit autem multoties & contrarium, hos quidem corpora habere liberorum, hos autem animas.

k Quoniam & hoc manifestum, quod si tantum sunt differentes corpore solum quantum deorum imagines, sub deficientes omnes dicent utique dignos esse his seruire.

l Si autem in corpore hoc verum, multo iustius in anima diffiniri, sed non similiter facile videre animæ & corporis, quod quidem igitur sunt natura quidam, hi quidam liberi, ij autem serui manifestum, quibus & expedit seruire & iustum est.

CAPVT III.

Q Via verò Philosophorum rationes circa hoc diuersæ fuerunt, ideo includit sequentis capituli disputationem. Et habet duas partes. In prima ostendit, quod aliquis natura seruus est, & non conditione vel lege tantum. In secunda ostendit quid veritatis sit in dictis eorum qui contrariam afferunt sententiam, ibi, *Quod autem & qui contraria dicunt*, &c. Prima diuiditur in duas, in quarum prima ponit disputationem ad hoc, quod aliquis natura seruus est. In secunda ponit determinationem, ibi, *Quicumque quidem igitur tantum distat*, &c. In prima haturum duo facit. Primum enim mouet duas quæstiones. In secunda verò disputat ad vtramque, ibi, *Non difficile autem & ratione*, &c. Prima quæstio hæc est, vtrum aliquis est natura talis, id est, naturaliter seruus, vel non. Hæc est quæstio prima. Secunda est, vtrum dignius & iustius est alicui inserruire quam non, seu an omnis seruitus, vt quidam dicunt, sit præter naturam.

b Et statim procedit ad disputationem, ibi, *Non difficile autem*, &c. Et quia quæstio est de his quæ sunt inter homines, ideo etiam rationes disputationum ab humanis accipiendæ sunt. Et hoc est quod dicit, quod non difficile est etiam ratione contemplari ex iis quæ sunt inter homines, quod sic est, quod aliquis est natura seruus, & aliquis natura liber, & aliquis natura dominus. Si enim consideremus ea quæ sunt, facile est addiscere, quod principari & subici in humanis communicationibus, non solum est de numero necessariorum, sed etiam de numero expedientium & vtilium ad humanas communicationes. Similiter, facile est addiscere, quod statim ex nativitate quædam segregata sunt, hæc quidem ad subici, hæc au-

Vult ergo natura, & differentia facit corpora liberorum & seruorum, alia quidem robusta ad necessarios vsus, alia verò recta & inutilia ad tales operationes, verum vtilia ad civilem vitam, hæc autem diuisa est in belli opportunitates & pacis, accidit vero sepe & contra, hos quidem corpora habere liberorum, illos vero animos.

Nam id quidem patet, quod si tantum præcellant corpore quantum deorum imagines, reliqui omnes digni apparetent illis seruire.

Id si verum est in corporibus, multo iustius in animo idem putare, sed non vt corporis, ita & animi pulchritudinem discernere facile, quod igitur sint secundum naturam alij liberi, alij serui, patet, quibus & seruire prodest ac iustum est.

tem ad principari. Et huius ratio est: quia species multæ sunt & subiectorum & principantium. In omnibus autem illis differentiis hoc communiter verum est, quod semper melior est principatus, qui est meliorum subiectorum, puta hominis principatus melior est quam bestiarum. Cuius ratio est: quia semper quod efficitur à melioribus, melius opus est. Vbi cumque autem vnum principatur & aliud subicitur, est aliquod horum commune opus, quod ad communicationem eorum pertinet: sequitur ergo quod despotis siue domini & serui est aliquod vnum commune opus, quod ad communicationem despotis siue domini & serui pertinet.

c Hoc autem probat per combinationem corporis & animæ, maris & feminae, intellectus & appetitus, & hoc ibi, *Quandocumque enim ex pluribus constituta*, &c. Et secundum hoc in tria diuiditur ista pars vsque ad determinationem quæstionis. Præmittit autem, quod in omnibus & animatis & inanimatis sibi inuicem communicantibus, quæ ex pluribus constituta sunt, siue vnum fiat ex illis pluribus, sicut ex corpore & anima, siue non fiat vnum, sicut ex domino & seruo, mare & femina: tamen in omnibus est principans & subiectum.

d Et hoc primum probat per locum à minori. Minus enim videtur, quod in his quæ communicant ad vnum principium vitæ non habentium, & ideo vitam non participantium, sit vnum principans, & alterum subiectum, quam in vitam participantibus constitutis ad vnum: sed est in non participantibus vnum principans & alterum subiectum: ergo multo magis in vitam participantibus. Assumptam probat, scilicet quod in non participantibus vitam est vnum principans & alterum subiectum. Quia in harmoniis ad vnâ symphoniam compositis, vna principatur, altera subicitur. Et ponit hoc

hoc quod tangitur in Ouidio magno lib. 2. Metamorphoseos, quod Minerua in cælo inuenit fistulas, & cum inflaret ad symphoniam, dii inflatas buccas eius deseruerunt, & orta est contentio, quæ musicarum principaretur, Minerua dicente, quod fistularis, aliis dicentibus, quod musica fidium, sicut viellæ, aliis verò quod cimbalaris, quando scilicet cymbalum vel chorda ærea percutitur ad harmoniæ sonum, sicut in citharis, psalteriis, fistris, & aliis huiusmodi percutitur chorda ad sonum harmoniæ: iudicium relatum fuit ad Iouem, qui sententiam dedit, quod musica vocalis principaretur, musica autem fidium & chordarum subseruiret, famularetur autem musica fistularis & cimbalaris: & sic musica vocalis esset sicut rex & monarcha, fidium autem essent in principatu despotico, fistularum autem essent in infimo famulatu. Quod audiens Minerua contra se probatum esse iudicium, fistulas inuentas proiecit de cælo in terram, quæ cadentes iuxta paludes Meothidas, inuentæ sunt à pastoribus: & pastoribus cantantibus in eis, eadem contentio orta in terra, quæ fuerat in cælo: iudicium autem relatum est ad Midam regem qui contra Iouem dixit musicam fistularem principari, propter quod Iupiter affixit capiti illius aures afinas, significans quod nisi auribus afininis audisset, tale iudicium non dedisset. Ex his vult sic argui Aristoteles. Quod si in his quæ non participant vitam constitutis ad communicationem eiusdem, est vnum principans, alterum subiectum, multo magis in his quæ participant vita ordinatis ad vnum secundum communicationem, est vnum principans & alterum subiectum. Subiungit tamen, quod hæc consideratio quæ non sumitur ab humanis, magis fortè extrinsecæ est speculationis, id est, eorum quæ non pertinent ad hanc scientiam: sumitur enim magis ex principis musicæ quam politicæ.

e Et ideo hic secundò inducit aliam considerationem per quam hoc probatur, dicens. Animal autem primum inter omnia, quæ sunt, constat anima & corpore, & communicant sibi corpus & anima ad actiones vitæ & bonæ vitæ, & inter ea est hæc quidem principans, scilicet natura, scilicet anima, hoc autem subiectum, scilicet corpus. Et quia posset aliquis obicere, quod in multis imperat corpus & concupiscentia corporis, per figuram, quæ dicitur antipophora, responder ad hoc, & dicit, quod oportet hoc intendere, scilicet quod anima principatur, & corpus subicitur secundum naturam habentibus magis, id est, qui se habent secundum naturalem ordinem, & non corruptum in quo palam, scilicet homine se habente secundum ordinem naturæ: & non oportet hoc considerare in corruptis ab ordine naturæ. Propter quod optimè dispositum secundum corpus & secundum animam considerandum. Dispositiones enim quæ sunt in corpore, signa sunt dispositionum quæ sunt in anima, & vix vquam contingit, vt dicit Porphyrius & philosophia, quin monstrum in corpore sit etiam monstrum in anima & morum dispositione. Et propter hoc subdit, quod ille qui est de numero pestilentium & prauè se habentium, in illo

D. Alb. Mag. Politic.

sepe videbitur principari corpus animæ, propter prauè & præter naturam se habere, id est, quia prauus est, & secundum ordinem non se habet. Ex omnibus his concludit, quod in homine secundum corpus & animam sunt duo principatus, scilicet principantis & subiecti, ibi, *Est equidem sicut diximus*, &c. inter corpus enim & animam est despoticus principatus, in quo vnum, scilicet anima liberè præcipit sicut dominus, alterum autem famulatur sicut seruus: quia corporis membra de necessitate famulantur præceptis animæ: & est communicatio quæ est inter dominum & seruum: intellectus etiam qui semper rectus est, & mouet appetitum, vt dicit Aristot. in 3. de anima, cum appetitu habet communicationem, & vnum corpus perficiunt: & ideo communicatio est inter eos & principans & subiectum. Sed talis communicatio vel est regalis, vel politica, & non despotica: etenim inter liberos, qui in se ipsis principium habent suarum actionum & dominium: quia etiam si præcipiat intellectus, appetitus adhuc libertatem habet faciendi vel non: & ideo similis est politico & regali principatu, qui inter liberos & super liberos est. Ex omnibus his concludit, quod secundum naturam & expediens est corpori regi ab anima despotico principatu, & passibili parti animæ, id est, appetitui qui passionibus agitur, gaudij scilicet & tristitiæ, spei, & timoris, expediens est etiam principari intellectum, & regi ab intellectu siue à parte animæ rationem habente, politico scilicet principatu. Vterius etiam patet ex æquo se habere corpus & animam, intellectum & appetitum, & è contrario, quod scilicet corpus principetur super animam, & appetitus super intellectum, necessarium est omnibus ad vitam & ad bonam vitam.

f Vterius probat hoc per communicationem masculi & feminae, ibi, *Mansueta quidem enim syluestribus digniora sunt secundum naturam*. Et hoc ideo est: quia mansueta aliquam disciplinam ab homine acceperunt, quam non syluestria. His autem omnibus, syluestribus & mansuetis scilicet, melius est bonum, scilicet quod ab homine siue à principatu hominis adipiscuntur: quia secundum rationem est opus hominis, quod alia animalia adipiscuntur maxime ad æconomicam pertinentia. Et hoc est quod dicit, adipiscuntur saltem sic, scilicet ab homine recta.

g Et intendit, quod ex omnibus his concludatur, quod in omni communicatione humana, siue ex communicantibus constitutur vnum, vt ex corpore & anima, & intellectu & appetitu, siue non constitutur vnum, vt ex vtro & femina, domino & seruo, expedit & naturale est vnum principari, & alterum subici, & ita similiter necessarium est esse in hominibus.

h Vnde habita conclusione quam intendit, accedit ad determinationem quæstionis, ibi, *Quicumque quidem igitur tantum*, &c. Et circa hoc facit duo. Primum est, quod determinat quæstionem. Secundum est, quod probat determinationem per naturale signum, ibi, *Vult quidem igitur natura*, &c. Quia ante duas mouerat quæstiones, primam scilicet, vtrum quis

quis sit natura seruus, illam primam sic determinat dicens: Quicumque quidem igitur tantum distat ab inuicem in regimine rationis, quantum anima à corpore, & homo à bestia, id est, quod destituti proprio regimine rationis, regimen vitæ & præcepta oportet accipere ab alio, & in seipsis non habent unde se regant, illi disponuntur ad hoc per naturam, quod serui sint, sicut & aliis subiiciantur. Hoc autem modo disponuntur, quorum nulla est rationis dispositio, sed potius usus & opus corporis ad nutum & dispositionem alterius: & hoc est eis optimum & extremum boni sui, seruitus: isti quidem serui sunt natura. Et sic determinata est quæstio prima. Et illis quidem melius est regi sine subiici, quam principari sine dominari: & sic soluta est quæstio secunda. Cuius ratio est: quia ex dictis creditur rationabili er, supple, quod qui natura seruus est, potest alterius esse, & hoc est vltimum & optimum bonum suum, & talis est alterius & non sui ipsius: & non est communicans ratione, nisi tantum quantum est recipere sensum & cognitionem æstimatiuam præcepti & dispositionem alterius ordinantis vitam, & ex se non habentis tale regimen vel dispositionem. Et hoc parum distat à bruto: alia enim animalia bruta ratione non sentientia, id est, rationabilem conceptum per æstimatiuam non habentia, passionibus seruiunt, id est, incitantur, & opportunitas, quæ est à naturaliter seruis & ab animalibus domesticis modicum variatur. Animalia enim bruta passionibus seruiunt & incitantur ab eis, & ita corporis usu seruiunt & famulantur. Similiter natura seruus ad ordinem ciuitatis nihil seruit, usu autem corporis in laboribus facit, quod præcipitur: & ita opportunitas variat modicum inter seruum & domesticum animal: quia ad necessaria corporis & non ad bonam dispositionem animi auxilium sit ab ambobus, à seruis scilicet & ab animalibus domesticis.

Deinde cum dicit, *Vult quidem igitur natura, &c.* Hanc solutionem probat per signum naturale: dicit enim, quod si quis respiciat corpora seruorum, liberorum & dominorum, statim in ipso conspectu physiognomiae regulas attendendo considerabit, quod quidem ipsa natura vult & intendit differentia corpora seruorum & dominorum, facit enim corpora seruorum fortia ad necessarium usum in corporalibus exercitandum, corpora verò liberorum facit recta, mollia, & inutilia ad tales operationes corporales, sed vtilia ad civilem vitam. Aequalitas enim corporis & bona complexio signa sunt animi bene dispositi & ad sapientiam ordinati. Similiter ex natiuitate iste est in fortitudine neruorum & ossium dispositus ad bellicam opportunitatem, quia fortitudo, sicut dicit in topic. in neruis & ossibus consistit. Alij autem per contrariam dispositionem ad pacificam. Et licet ita disponat natura, vt frequentius tamen accidit contrarium, quod ij qui natura serui, habeant corpora liberorum:

& accidit etiam alios, scilicet liberos habere animas seruorum. Et huius dicti sumenda est ratio ex naturalibus, vbi probatum est, quod semen formans est patris, & nisi occasionem patiatur, formabit ad similitudinem patris: dicit enim Arist. lib. 16. de animalibus, quod natura intendit semper facere masculum, quia semen patris est masculinum: & quod facit feminam, per occasionem fit: quia scilicet aliquo alterante destituitur propria virtute. Ita fit, quod fullones qui continuè in opere suo magnum motum habent in cruribus, ex calore qui ex motu excitatur, attrahitur nutrimentum ad crura & ingrossantur valde, & in generatione cum decursio seminis fiat ab omnibus partibus corporis, hac de causa crura efficiuntur grossiora & fortiora in naris. Ex simili autem causa & fabri habent grossa brachia & filij eorum. Similiter alia causa accipitur ex lib. de locis habitabilibus, vbi dicitur à Ptolemæo & aliis astronomis, quod habitantes ad Meridiem iuxta æquinoctialem quibus bis est æstas in anno, alturi sunt & dolosi & corpore debiles, è contra autem habitantes ad Aquilonem, propter frigus ibi dominans, corpora habent cum seratis carnibus & fortia, intus propter frigus circumstantis calentia, & sunt feroces & fortes, nisi propter occasionem alteratio fiat in ipsis, vt dictum est.

Deinde subdit commune iudicium secundum huiusmodi dispositiones, dicens: *Quoniam & hoc manifestum*, scilicet nullam occasionem patientes, sunt differentes corpore solum, serui scilicet & liberi: & tantum sunt corpore differentes quantum Deorum imagines, in quibus principanti Deo pulchrior imago constituitur, sicut Ioui, tunc iudicium omnium videntium imagines & comparantium, est quod dignum fit, quod imagines subdeficientes, id est, in aliquo deficientes ab imaginibus principantium Deorum, & omnes dicent vtiq; dignos esse subdeficientes iis seruire, qui in nullo deficient, sed principantur alijs. Et hoc est dictum, sicut dicit Porphyrius, quod species Priami digna est imperio.

Hoc habito arguit à minori, & concludit solutionem sic dicens. *Si autem hoc in corpore*, id est, in corporalibus signis, hoc verum est, scilicet quod sic differunt seruus & liber, in quibus minus videretur, multò magis & iustius est hoc in anima diffiniri: sed non similiter, id est, aequaliter facile est videre pulchritudinem animæ in virtute & in prouidentia, & corporis in membrorum dispositione: quia pulchritudo corporis percipitur sensu, pulchritudo autem animæ solo intellectu: quia, sicut dicit Plato in Timæo, admodum paucorum est & diuinorum hominum. His de solutione quæstionum dictis, ponit epilogum, dicens: *Quod quidem igitur sunt natura, hi quidem liberi, hi autem serui, manifestum est.* Et hoc est quantum ad solutionem primæ quæstionis. Et addit quibus expedit seruire, & iustum est. Et hæc est solutio secundæ quæstionis.

CAPVT

CAPVT IV.

Quod autem, & qui contraria dicunt secundum modum aliquem dicunt recte non difficile videre: dupliciter enim dicitur seruire & seruus: est enim aliquis secundum legem seruus & seruiens, lex enim promulgatio quædam est, in qua in bello superata prævalentium esse dicunt.

Hoc itaque iustum multi eorum, qui in legibus quemadmodum Rhetora scribunt iniquorum, tanquam durum, si vim inferre poteris, & secundum potentiam melioris, erit seruum & subiectum quod violentiam passum est, & iis quidem sic videtur, iis autem illo modo etiam sapientum.

Causa autem huius dubitationis, & quod facit verba variari, quia modo aliquo virtus fortiora successum, violentiam pati potest maxime, & est semper superans in excessu boni aliterius; vt videatur non sine virtute esse violentia.

Sed de iusto solum esse dubitationem, propter hoc enim iis quidem benevolentia iustum esse videtur, his autem ipsum hoc iustum, meliorem principari, quoniam depositis seorsum his rationibus; neque forte nihil habent, neque probabile alteræ rationes, vt non oporteat melius secundum virtutem principari & dominari.

Totaliter autem attendentes quidem vt possibile ad iustum quoddam, lex enim iustum quoddam, eam quæ secundum bellum seruitutem ponunt iustam, omnino autem non aiunt.

Principium enim contingit non iustum esse bellorum, & indignum seruire: nequaquam vtiq; dicit aliquis seruum esse: si autem non, accidet eos qui videntur esse optimi generis seruos esse, & ex seruis si contingat vendi captos. Propter quod non volunt ipsos dicere seruos, sed barbaros. Et quidem hoc dicunt, nihil aliud quærent quam quod natura seruum, quod quidem à principio diximus: necesse enim est dicere aliquos esse, hos quidem à principio seruos: hos autem nequaquam.

Eo autem modo & de ingenuitate, ipsos quidem enim, non solum apud ipsos ingenuos, sed etiam vbiq; putant, barbaros autem domi solum, tan-

CAPVT IV.

Quod autem & contradicentes quodammodo recte dicunt, non difficile fuerit intrinseci: dupliciter enim dicitur seruire & seruus: est enim aliquis secundum leges seruus & seruiens, nam lex consensus quædam est, per quam bello capti illorum fieri dicuntur qui ceperunt.

De duplici seruo.

Hoc autem ius multi eorum, qui circa leges versantur, accusant, tanquam Oratorem qui contra leges decreuerit, quasi sit graue, si eius qui vim inferre potest, & potentia præcellit, seruum fiat & subditus qui vim patitur, & quibusdam hoc modo videtur, quibusdam illo, etiam sapientum.

Causa vero ambiguitatis & variationis huiusmodi est, quia quodammodo virtus freta potentia, vim potest maxime asferre, & semper id quod superat, est in excellentia alicuius boni, ex quo fit, vt vis non absque virtute esse videatur.

Sed circa iustum, esse ambiguitatem, propter hoc enim alijs quidem benevolentia videtur esse iustum alijs hoc ipsum videtur iustum, potentiorum dominari, discordantibus inuicem huiusmodi sermonibus, cum alteri nec validum quicquam, neque persuasuum contineant, quod non oporteat meliorem secundum virtutem præesse ac dominari.

Omnino retinentes quidem, vt aiunt, aliquid iusti, nam lex iustum quid est, seruitutem que ex bello provenit iustam possuere, & simpliciter non aiunt.

Nam fieri potest vt belli principium nequaquam sit iustum, & indignum seruire nemo dicere esse seruum: alioqui contingeret eos qui nobilissimi videntur, seruos esse, atque ex seruis si contingat eos capi atque venundari. Itaque istos non volunt seruos dicere, sed barbaros. Atqui cum ista dicunt, nihil quærent aliud quam natura seruos, vt ab initio diximus, necesse est enim dicere alios vbiq; esse seruos, alios necubi.

Eodemque modo de nobilitate, non solum enim apud seipsos nobiles, sed vbiq; existimant, barbaros vero domi solum nobiles, quasi existat alia simpliciter nobilitas.

B 4 litas

quam sit aliquod, hoc quidem simpliciter ingenuum & liberum, hoc autem non simpliciter, quemadmodum Theodecti Helena, inquit, Ex ambabus diuinis progenitricibus natam, quis utriusque dignificabit addicere seruum?

b Cum autem hoc dicant, nihil aliud quam virtus & malitia determinant seruum & liberum, & nobiles, & ignobiles, dignificant enim, quemadmodum ex homine hominem, & ex bestiis fieri bestiam, sic & ex bonis bonum: natura autem vult quidem hoc facere multoties, non tamen potest.

i Quod quidem igitur habet quandam rationem dubitatio, & non sint ij quidem natura serui, ij autem liberi, palam, & quod in quibusdam determinatum, quod tale, quorum quidam huic expedit seruire, huic autem dominari, & iustum est, & oportet hunc quidem subici, hunc autem principari, quo nati sunt principatu, principari: quare & despotizare, male autem inutiliter est ambobus, idem enim expedit parti & toti, & corpori, & animæ, seruus autem pars quædam Domini, vetut animatum aliquid corporis, separata autem pars corporis, propter quod & expediens aliquid est, & amicitia seruo & Domino ad inuicem, iis qui natura tales dignificantur, iis autem qui non secundum hunc modum, sed secundum legem & violentiam passis, contrarium.

CAPVT IV.

Hic incipit pars illa in qua determinat, quod ij qui contraria dicunt dictis, hoc est, quod seruitus quædam sit legalis, & non omnis naturalis, in aliquo dicunt verum: & habet tres partes. In prima ostendit dictæ diuisionis rationem, scilicet quod seruitus quædam sit legalis, quædam naturalis. In secunda ostendit, quod idem est de ingenuitate siue nobilitate, ibi, *Eodem modo & de ingenuitate*, &c. In tertia reuertitur ad propositum & soluit quæstionem qua quaeritur, utrum despotica & politica sint idem, ibi, *Manifestum autem est & ex iis*, &c. In prima dicuntur tria. Primum enim ostendit quomodo seruus dicitur secundum legem & iustitiam. Secundum causam dubitationis ostendit, & quid facit verba sapientum variari ibi, *Causa autem huius dubitationis*, &c. Tertium soluit totum, ibi, *Totaliter autem attendentes*, &c. Dicit ergo, quod qui contradicunt, scilicet quod seruitus sit secundum legem, & non secundum naturam tantum, secundum aliquem modum dicunt rectè, id est, recta ratione, non diffi-

litas, alia non simpliciter, ut Theodecti Helena inquit. Ex diis ab utraque stirpe prognatam, quisquam appellabit seruum?

Sed cum hoc aiunt, nullo alio quam virtute & vizio diffiniunt seruum & liberum, nobilesque & ignobiles, putant enim ut ex hominibus hominem & ex bestiis bestiam, sic ex bonis bonum generare, sed natura quidem hoc vult, attamen plerumque non potest.

Quod igitur hac dubitatio habet rationem quandam, & quod sunt alij natura serui, alij liberi, manifestum est, & quod in quibusdam determinatum est, esse tale aliquid, quibus prodest & iustum est alium seruire, alium esse liberum, & conuenit alium imperare, alium parere eo imperio, quod innatum est, quare & dominari: male autem, utrisque inutiliter fit, nam idem prodest toti & parti, & animæ & corpori: at seruus, pars quædam est domini, quasi animatum quiddam corporis, sed separata pars: quapropter aliquid est quod simul prodest, & amicitia est seruo & domino inuicem secundum naturam ita dispositis, illis vero qui secundum legem & per violentiam, contrarium.

cile est videre, supple, si distinctio seruitutis attendatur. Dupliciter enim dicitur seruire & seruitus, scilicet natura & lege. Et hoc est quod sequitur. *Est enim aliquis secundum legem seruus & seruiens*, & ille iustè seruus est & seruiens. Cuius probatio est. Etenim, id est, quia lex promulgatio quædam est, supple, iusti, in qua, scilicet promulgatione, in bello, scilicet iusto, superata præualentium, id est, superarum dicunt esse seruum.

b Et quibusdam non videtur hoc: & hoc est quod sequitur. *Hoc itaque iustum*, scilicet legale, multi eorum, id est, de numero eorum qui in legibus scribunt, hoc est, leges scribunt, quæ iura dicuntur esse gentium, quemadmodum Rhetora (proprium nomen est philosophi legis) dicunt esse iniquorum, id est, de numero iniquorum. Et subiungit rationem: tanquam durum, supple, sit dicere, si vim inferre poteris, id est, iniuriatoris, & secundum potentiam, id est, violentiam melioris tantum erit seruum & subiectum quod violentiam passum est. Iniustum enim videtur eis, quod sola violentia faciat dominum & alium seruum, cum violentia sit res innaturalis, & quæ in ciuilibus fauorem habere non

non debet. Et iis quidem, id est, aliis ratione videntibus sic videtur, quod scilicet hoc iniustum sit: his autem, id est, aliis alio modo, scilicet quod iustum sit etiam sapientum, qui utriusque mouentur secundum rationem, sapientis enim est per rationem determinare.

c Et subiungit causam dubitationis huius, ibi, *Causa autem*, &c. & est secunda pars primæ partis: quid est enim quod facit verba variari, etiam sapientum. Quia modo aliquo si dicatur, quod legale seruum iustum est, videtur inconueniens sequi: quia modo aliquo secundum volubilitatem fortunæ virtus, quæ naturalis est, alicui sortita successum non prosperum, violentiam pati potest: & ita natura liberum & principans potest esse seruum & subditum: quod videtur valde inconueniens. Ab alia parte: quia superans semper est in excessu alicuius boni respectu superati: & ita videtur, quod violentia non sit sine virtute, vel scilicet industria qua superauit, vel fortitudinis qua hoc potuit, vel etiam naturæ qua ille succumbere, ille superare debuit. Seruus enim à natura debet succumbere, & principans de natura debet præualere. Hæc est ergo ratio illorum, & quod facit verba sapientum variari.

d Et subiungit causam dubitationis eam, quæ dicta est: quia scilicet si dicatur, quod legaliter dicitur seruum & iustè seruum, contingit quod virtus scilicet naturaliter virtuosi sortita successum, supple, non prosperum vel infortunatum, violentiam pati potest & vinci in bello, & sic fieri seruum, quod videtur iniustum & iniquum: Et propter hoc in hac quæstione videtur, quod non sit dubitatio nisi de iusto, quis scilicet iustè seruus sit: propter hoc enim, id est, propter illas rationes, quia scilicet quidam dicunt iustum, quod legaliter iustum est, quidam autem iustum, quod naturaliter secundum virtutem iustum est. His quidem, id est, quibusdam videtur, supple, esse iustum, quod benevolentia communitatis concessum est ut iustum. Princeps autem ex benevolentia ad communitatem, quam scilicet communitatem animare voluit ut resisteret malis, concessit ut iustum sit, quod superatus seruus sit superantis in iusto bello. Iustum est ergo. Aliis autem videtur, quod naturaliter iustus secundum virtutem, quæ natura melior est, debet principari ei qui secundum naturam non iustus est, ut in præhabitis habitum est. Pater autem, quod hic non est quæstio nisi de iusto: quia seorsum positis istis rationibus de legali iusto, neque fortè aliquid habent in se probabile alteræ rationes quæ dicunt, quod non oporteat semper melius secundum virtutem principari & dominari, quod ei secundum virtutem subiicitur. Illæ enim non persuadent, quod melius sit legale iustum quam naturale, nisi ex hoc quod illud bonum est commune, istud autem priuatum: commune autem præcedit priuatum: & ideo non oporteat melius secundum virtutem semper principari, sed & aliquando subici.

e Et subdit determinando quæstionem istam, ibi, *Totaliter autem attendentes*, quidam scilicet Philosophi, ut possibile est communitatem dirigi, supple, ad quoddam iustum quod est le-

gis iustum, eam quæ secundum bellum seruitutem, est, supple, ponunt iustam, & iustam esse secundum quid, id est, secundum legem, propter benevolentiam communitatis, quia commune bonum præiudicat priuato. Omnino autem, id est, simpliciter legale seruum esse non aiunt.

f Et subinferunt rationem. Quia principium bellorum contingit non esse iustum: & simpliciter iniustum est, quod ille qui est in iniusto bello captus, seruus sit. Aliam rationem inducunt à communi scilicet sententia omnium, quod omnes dicunt, quod eum qui indignus est seruire ex virtute, nequaquam utriusque aliquis dicit seruum esse dignè & secundum naturam. Si autem non, id est, si diceret contrarium, accideret, id est, sequeretur eos qui videntur esse optimi generis, esse liberi & principantis serui esse & ex seruis suis natos, si contingat eos capi in tali iniusto bello & post captiuitatem vendi: tunc enim filij eorum erunt serui ex seruis. Propter quod etiam ipsos, tales scilicet non natura seruos, illi qui seruitutem dicunt esse ex natura virtutis, & non ex lege esse seruos, tales in tali bello captos, non volunt dicere esse seruos, sed barbaros, qui natura serui sunt, dicunt seruos. Et quidem cum hoc dicunt, nihil aliud quaerunt quam hoc quod natura seruum est, sic seruum, & legale seruum, non simpliciter sit seruum, quod quidem à principio etiam nos diximus. Necessè est enim dicere hos, id est, quosdam ex principio natiuitatis seruos: hos autem, id est, alios nequaquam.

g Deinde cum dicit: *Eodem autem modo*, &c. est secunda pars capituli, in qua determinat, quod eadem quæstio est & eadem determinatio de ingenuitate & nobilitate, quæ est de seruitute & libertate: & habet duas partes. In prima parte disputat quæstionem. In secunda ostendit, quod utraque pars rationem habet, & ponit determinationem, ibi, *Quod quidem igitur habet*, &c. Dicit ergo: Eodem autem modo & de ingenuitate, id est, nobilitate, sicut dicit alia translatio, dicunt qui seruitutem naturalem & nobilitatem & libertatem ad naturam virtutis referunt, supple, dicunt ipsos quidem qui natura ingenui sunt & nobiles ex virtute, non solum apud ipsos, id est, in domibus propriis ingenios esse, supple, sed vbi que tales putant ingenios esse, iuxta illud Oratij: Omne solum forti patria est. Fortem ponit pro virtuoso. Barbaros autem qui natura, supple, serui sunt, ut præhabitis est, domi solum, id est, inter suos, supple, esse ingenios siue nobiles, iuxta illud Senecæ: Nobilitas nihil aliud est nisi antiquæ diuitiæ. Hoc autem dicant tanquam sit aliud aliquid hoc quidem, id est, quoddam simpliciter ingenuum & liberum esse à virtute, hoc autem non simpliciter, sed, supple, à lege vel à consuetudine abutentium propter diuitias. Et ad hoc probandum inducit Poëtam, subdens: *Quemadmodum Theodecti elogia*, hoc est, poëma quod de miseris hominum scripsit, inquit: Ex ambabus diuinis progenitricibus radicibus quis utriusque (quasi dicat, nullus) dignificabit, id est, dignum reputabit, addicere, hoc est, ad addicendum seruum. Et tamen, supple, si hoc contingit, contingit

contingit talem dicere seruum : contingit enim talem capi in bello etiam iniusto. Propter quod narrat Teryna pontifex capitolij, quod puer ingenuus captus à barbaris, cum ad seruitia cogere-
retur, confregisse sibi caput ad lapidem, & in ultimo spiritu dixisse, Non seruiam.

b Deinde redit ad propositum & aptat quæ dicta sunt, subdens. *Cum autem hoc dicant*, supple, Philosophi, nil aliud, supple, volunt dicere, quam quod virtus & malitia deterninant, supple, natura seruum & liberum, & natura nobiles & ignobiles : dignificant enim, id est, dignum reputant, quemadmodum ex homine secundum naturam, supple, hominem nasci, & ex bestiis fieri bestiam : sic ex bonis parentibus, supple, bonum : formatina enim quæ est in semine parentum, semper ad similitudinem patris format secundum naturam, vt dicit Aristot. 1. 6. de animalibus. Sed quia posset obiici, quod ex bonis aliquando mali, & ex malis aliquando boni procreantur, occurrit & soluit ad hoc dicens. *Natura autem vult quidem hoc facere*, id est, ex bonis bonos, multoties tamen non potest : & huius rationem reddit in libro de animalibus. Quia licet semen patris, in quo est formatina, semper intendit facere masculinum ad similitudinem generantibus, tamen quia occasionem patitur semen in virtute alterantis siue alterationis, aliquando fit femina : propter quod femina mas occasionatus dicitur. Ita natus ex bonis, occasiones malæ nutrituræ suscipiens, aliquando erit malus : & tunc natura à parentibus habita non potest eum bonum facere.

i His habitis concludit propositum & determinat quæstionem, cum dicit. *Quod quidem igitur*, &c. concludit ex præhabitis. Quandam habet rationem dubitatio, ad vtramque partem,

CAPVT V.

De potentia gubernandi, dominationis ac gubernationis differentia.

Manifestum autem & ex iis, quoniam non idem est despotica & politica, nec omnis ad inuicem principatus, sicut quidam aiunt, hic quidem enim liberorum natura, hic autem seruorum. Et Oeconomica quidem monarchia : ab vno enim regitur omnis domus, politica autem liberorum & æqualium principatus.

b Despotes quidem igitur non dicitur secundum scientiam, sed eo quod talis sit, similiter autem & seruus & liber.

c Scientia autem vti que erit, & Despotica, & seruilis. Seruilis quidem, qualem quidem, qui in Syracusis erudiuit, ibi enim accipiens quis pretium, docuit ancillaria ministeria pueros, erit autem vti que & ad plus horum disciplina, velut pulmentaria & alia talia genera ministrations, sunt enim alia aliis, hæc quidem honorabiliora opera, hæc

Διανοητική.

supple, & non sunt ij, id est, quidam natura serui, tantum, supple, ij autem liberi, sed etiam, supple, legaliter sunt serui & liberi, palam : & hæc est determinatio quæstionis primæ. Et vltterius palam, supple, est quod in quibusdam hominibus determinatum est etiam ab ipsa natura, quod tale aliquid est in eis, quod huic, id est, vni expedit seruire, huic autem, id est, alij dominari, supple, expedit, & iustum est. Et vltterius oportet hoc quidem ex natura subiici, hoc autem principari ex natura. Quare vltterius sequitur, quod oportet hoc quidem, id est, vnum ex natura despotizare, quia despotizatio quidam principatus est. Et hæc est determinatio quæstionis secundæ. Per contrarium autem infert subdens. Male autem inutiliter despotizare, supple, malum & ambobus. Et hoc probat ex præhabitis : idem enim expedit parti & toti, & corpori & animæ, sicut habitum est : habitum est etiam, quod seruus est quadam pars domini : & idem ad idem opus referuntur. Et est seruus sicut quadam pars domini, & non est velut animatum organum corporis, sed est sicut separata pars quadam corporis : quia seruus separatus est à domino, & in hoc differt à membro corporis : propter quod, supple, quia talis communicatio est inter seruum & dominum, idem expediens est seruo & domino ad inuicem, his maxime qui natura tales dignificantur, id est, secundum naturam serui & secundum naturam domini. His autem qui non secundum hunc modum, id est, secundum naturam virtutis, sed secundum legem principantur, supple, & violentiam passis contrarium, supple, accidit : quia inter eos nec est communicatio nec amicitia, vt determinatum est in 8. Ethic.

CAPVT V.

Patet autem ex his, quod non idem est dominatio & gubernatio Reipublicæ, nec omnes inter se principatus, vt quidam aiunt, nam aliud liberorum secundum naturam, aliud seruorum est. Et in re familiaris imperium est vnius, nam ab vno regitur omnis domus, in Rep. autem liberorum & æqualium est gubernatio.

Dominus ergo non dicitur secundum scientiam, sed quia est talis, eodemque modo & seruus & liber.

Scientia vero est liberalis & seruilis : seruilis, qualem Syracusis ille docebat, nam ibi quidam mercede pueros docebat seruitutem, seu coquinariam, & alium huius generis famulatum : sunt autem ministeria aliorum quidem honestiora, aliorum vero necessaria magis, & vt est in prouerbio, seruus pro seruo, dominus pro domino : hæc

autem necessaria, & secundum prouerbum, seruus ante seruum, vt dominus ante dominum : tales quidem igitur omnes seruales scientiæ sunt.

d Despotica autem scientia est quæ est vsua seruorum. Despotes enim non in possidendo seruos, sed in vendendo seruis.

e Est autem hæc scientia nihil magnum habens, neque venerandum : quæ enim oportet seruum scire facere, illum oportet hæc præcipere : propter quod quibuscumque potestas, quod non ipsi malum patiantur, procurator accipit hunc honorem, ipsi autem ciuilitate viuunt, aut philosophantur.

f Acquisitiua autem, altera ab vtrifque iis, velut quæ iusti bellica, quædam existens, aut venatiua : de seruo quidem igitur & Domino, determinatum sit hoc modo.

CAPVT V.

Determinatis his quæstionibus redit ad propositum, & ostendit, quod despotica & politica neque omnes principatus ad inuicem sunt idem, sicut ipsi dixerunt, & sicut ipse à principio mouit quæstionem contra eos qui dicebant, quod non differebant specie, sed quantitate sola. Et primo ostendit, quod despotica & politica diuersa sunt per hoc quod sunt similia principatibus diuersis. Politica enim & principatus super liberos conciuies, scilicet eodem iure & eadē libertate vtentes, despotica autem est principatus seruorum : ergo non sunt idem principatus, politica & despotica.

b Deinde eodem modo probat, quod oconomica non est despotica : quia despotes non dicitur secundum scientiam acquisitionis alicuius, sed eo quod talis sit per naturam, qui scilicet sciat vti seruis : hoc autem est natura quod sciat ordinem quo vnusquisque seruus ordinatur ad officium congruum sibi ad vtilitatem domus : & tali natura etiam seruus, seruus est, & liber, liber est.

c Quamuis autem despotica non sit scientia secundum essentiam & rationem, tamen non sine scientia est despotica & seruilis. Quia oportet, quod despotica regatur secundum actum aliquam scientiam theoreticam, & seruilis similiter. Et hoc probat per quendam qui in Syracusis, id est, in Syracusana ciuitate, quæ est, vt dicit Hieronymus, in illa parte Italiæ quæ quondam magna Græcia dicebatur, vbi quidam accepto magistris coquorum pretio, pueros, id est, seruos docuit ancillaria ministeria, id est, seruilis : & talium quidem disciplina ad plura est, quia magnum simpliciter non habet, velut ars pulmentaria, id est, coquinaria, & alia talia genera ministrations, sicut ministerium cameræ, ministerium marescalliæ, & huius-

hæc igitur omnes scientiæ seruales sunt.

Domini autem scientia est, per quam vititur seruis, nam dominus est non in possidendo seruos, sed in vtendo.

Continet autem hæc scientia non magnum aliquid, neque gloriosum : quæ enim seruum scire facere oportet, illum oportet scire iubere : itaque quibuscumque est facultas à laboribus cessandi, vicarius quidem hunc honorem suscipit, ipsi vero aut Reipublicæ administranda, aut studiis philosophiæ intendunt.

Acquirendi vero disciplina, alia est ab vtraque istarum seu bellica quadam iusta, aut venatica : de seruo igitur & domino in hunc modum determinatum sit.

modi in talibus enim ministeriis alia sunt quædam, quibusdam honorabiliora, alia vero necessaria. Sæpe enim contingit, quod minus honorabile, magis necessarium est, vt cura de purgamentis quam de palatio. Quia si non sint loca purgamenta recipientia, palatium replebitur fæcore, sicut dicit August. Et hoc probat per prouerbum antiquum, subdens. Dicitur enim propter gradus ministrations talium, quod seruus est ante seruum, id est, honorabilior domino, qui scilicet honorabiliores habet seruos. Et concludit in fine, dicens : *Tale quidem igitur omnes seruales scientiæ sunt*, id est, de ministeriis seruorum & ancillarum ad vtilitatem domus pertinentium.

d Deinde ostendit per oppositum de despotica, quod etiam quadam scientiam habet, dicens. Despotica autem scientia est, quæ est vsua seruorum. Despotes enim non in possidendo seruos, supple, dicitur, sed in vtendo seruis, eo quod vnumquemque seruorum scit aptare ministerio sibi congruo ad vtilitatem domus, quæ ordinatur ad viuere & ad bene viuere secundum communitatem æconomicam.

e Hæc autem scientia nihil magnum habens, supple, est, neque venerandum. Et hoc probat primum ratione, secundò vsu. Ratio talis est. In vno opere communicant seruus & despotes. Cuius probatio est. Quia quæcumque oportet seruum scire facere, oportet despotes scire præcipere. Nihil magnum & venerandum scit facere seruus : ergo nihil magnum & venerandum scit præcipere despotes. Secundò probat hoc à signo vsus & consuetudinis, dicens : Propter quod quibuscumque, supple, despotibus potestas, supple, est, ex abundantia familiarum fugiunt curam ordinarionis seruorum, vt non ipsi malum patiantur, supple, sollicitudinis : & procurator, supple, eorum, sicut villicus & syndicus ab ipso despote collata sibi potestate accipit hunc honorem

honorem dispensandi, scilicet familiam. Ipsi autem, supple, qui despotes dicuntur, relicta sollicitudine familiæ, vel ciuilitate uiuunt, ut senatores, supple, reipublicæ intendentes, aut philosophantur, liberalibus scilicet studiis intendentes, quæ magnum & venerandum aliquid habent.

f Deinde continuat dicta ad sequentia: dicens, quod acquisitiua scientia eorum quæ necessaria

CAPVT VI.

De possessione, acquisitione, que secundum naturam ac necessaria, animalium præcipue, que hominum vitis variis, ac veris diuitiis.

Totaliter autem de omni possessione & pecuniaria contemplantur, secundum subinductum modum, quoniam quidem & seruus possessionis pars quædam erat.

b Primum quidem igitur dubitabit aliquis, utrum pecuniatiua eadem sit æconomica, aut pars quædam aut ministratiua: & si ministratiua, utrum ut pectinifaciua textili, aut sicut araria statuificæ, non enim similiter seruiunt: sed hæc quidem organa exhibet, hæc autem materiam, dico autem materiam quod supponitur, ex quo aliquid perficitur opus, puta textori quidem lana, statuifico autem æs.

c Quod quidem igitur non eadem æconomica pecuniatiuæ palam, huius quidem enim est acquirere, huius autem uti, quid enim erit, quod utitur iis, quæ secundum domum, præter æconomicam?

d Vtrum autem pars ipsius sit quædam, aut altera species, habet dubitationem.

e Si enim est pecuniatiui videre, unde pecuniæ & acquisitio erit, possessio autem multas complectitur partes, & diuitiæ itaque primum agricultura, utrum pars quædam pecuniatiuæ, aut alterum quoddam genus, & vniuersaliter quæ circa cibum cura & acquisitio.

f Insuper species multæ ciborum propter quod & multæ vitæ, & animalium & hominum sunt, non enim possibile est viuere sine cibo, quare ciborum differentia vitas fecerunt differentes animalium: bestiarum enim hæc quidem gregalia, hæc autem dispersa, viro modo expedit ad cibum ipsi, propter hoc quædam esse animaliphaga, hæc autem fructiphaga, hæc autem omniphaga ipsorum esse, itaque ad desidias & electionem horum na-

sunt ad domum, altera est ab utrisque his, scilicet à scientia despotes & seruorum scientia, siue à scientia dominandi & scientia seruiendi: neque iustitia bellica eadem est cum altera dictarum: & de his dicendum est deinceps. Deinde ponit epilogum in quo concludit totum quod dictum est in capitulo, sic: De seruo quidem & domino determinatum sit hoc modo.

CAPVT VI.

Omnino autem de vniuersa possessione & quæstu intuebitur secundum antecedentem modum, quando & seruus possessionis erat pars.

Primum igitur dubitaret utique aliquis, utrum illa disciplina, quæ ad acquirendum spectat, idem sit quod res familiaris, vel pars aliqua eius, vel ministratiua: & si ministratiua, utrum quemadmodum pectinaria textoria: aut quemadmodum araria, statuificæ, non enim eodem modo ministrant, sed altera quidem organa præbet, altera materiam, dico autem materiam, ceu id quod subiacet, ex quo aliquid perficitur opus, ceu textori lana, statuifico æs.

Quod quidem igitur non sit eadem rei familiaris disciplina, illi que pertinet ad acquirendum, manifestum est, nam huius quidem * parare est, illius vero uti: * *metuend.* quæ enim utitur his, quæ sunt in domo, nisi rei familiaris disciplina?

Sed utrum sit eius pars, vel alia species, dubitationem habet.

Nam si est diligentis patrius familias videre, quomodo pecuniæ & possessio adiint. Possessio autem & pecuniæ multas complectuntur partes, itaque primum dubitatio est agricultura, utrum pars aliqua sit illius diligentia, an alius quoddam genus, & totaliter circa alimentum cura & acquisitio.

Atqui species alimentandi multa sunt, nam & vitæ plures sunt animalium & hominum, non enim fieri potest, ut viuatur sine alimento: itaque diuersitates alimentorum diuersas faciunt animalium vitas, nam ferarum quidem alia gregales sunt, alia soliuaga, ut hoc vel illo modo illis conducit ad victum, quoniam alia vniuersis animalibus, alia fructibus, alia cunctis pascuntur: quare ad facultatem victus atque delectum earum, vitas natura distinxit: cum vero non idem cuique dulce sit

vita ipsorum determinauit: quoniam autem non idem vnicuique delectabile secundum naturam, sed altera alteris, & ipsorum animaliphagorum & fructiphagorum vitæ ad inuicem differunt.

g Similiter autem & hominum, multis enim differunt horum vitæ, qui quidem enim otiosissimi, pascuales sunt, qui enim à domesticis animalibus, cibus sine labore sit vacantibus, cum autem fuerit necessarium transmigrae pecoribus propter pascua, & ipsi coguntur coassequi, tanquam agriculturam viuentem colentes: alij autem ex præda viuunt, & prædas alij alias, puta, ij quidem à latrocinio, ij autem à piscatione, quicunque circa stagna, & paludes, & fluuios, & mare tale habitant, ij aut ex auibus, aut bestiis syluestribus: plurimum autem genus hominum extra viuunt, & domesticis fructibus: vitæ quidem igitur fere tot.

h Quicunque quidem sponte natam habent elaborationem, & non per commutationem, & negotiationem ferunt alimentum, pascualis, furatiua, & piscatiua, & venatiua, alij autem & miscentes ex iis, delectabiliter viuunt, consupplentes defectissimam vitam, quæ fuerit deficiens, ad per se sufficientem esse, puta hi quidem pascualem simul & furatiuam, ij autem agriculturam & venatiuam, similiter autem etiam circa alias quomodocunque opportunitas compellat, hoc modo degunt.

i Talis quidem igitur acquisitio ab ipsa videtur natura data omnibus, sicut secundum primam generationem, mox sic & secundum perfectam: etenim secundum eam quæ à principio generationem, hæc quidem animalium coepariunt tantum alimentum, ut sufficiens sit quousque utique possit ipsum sibi ipsi acquirere, quod generatum est, velut quæcunque viuificant, aut ouificant: quæcunque autem animalificant, pro genitis habent cibum in seipsis ad tempus, vocatam lactis naturam: quare similiter palam, quoniam & genitis existimandum plantas animalium gratia esse, & alia animalia hominum gratia, domestica quidem, & propter usum, & propter cibum; syluestrium autem quamuis non alia omnia, tamen plurima cibi, & alterius

D. Alb. Mag. Politic.

sit secundum naturam, sed aliis alia, & illarum quæ animalia, illarum quæ fructus comedunt, vitæ inter se differunt.

Hoc idem est in hominibus, differunt enim eorum vitæ, nam pigerrimi qui sunt, pastoralem vitam sequuntur, quoniam à mansuetis animalibus sine labore educatio prouenit otiosis, cumque sit necesse mutare locum animalibus, & ipsi coguntur vna sequi, quasi agriculturam quandam vitam colentes: alij vero ex præda viuunt, & præda quidem alia alij, seu alij venantes, alij piscantes, ut qui paludes, & stagna, & flumina, & mare accolunt, alij ab auibus, & feris: sed maxima pars hominum à terra viuunt, & à fructibus non syluestribus: vitæ igitur fere tot sunt.

Quot secundum propriam & innatam habent operationem, non per commutationem & commercia sibi præparant alimentum, pastoralis, agricultura, prædatoria, piscatoria, venatoria: sunt & qui ista miscentes incunde viuunt, supplentes deficientem vitam, qua deficiens est, ut sufficientia adsit, seu pastoralem simul quidam & prædatoriam, alij agriculturam & venationem, eodem modo & circa alias, ut indigentia compellit, in hunc modum degunt.

Talis igitur acquisitio ab ipsa videtur natura hominibus data ut statim post generationem, sic etiam ad perfectionem deductis, nam ab ipso generationis initio, quædam animalium simul exprimunt tantum alimentum, ut sufficiat, donec poterit sibi ipsi acquirere, quod generatum est, ut quæcunque ex putredine, vel ex ouis generantur: quæ vero pariunt viuentia, alimentum habent in seipsis ad natorem educationem, usque ad tempus quoddam, quam lactis naturam dicimus: quare similiter est de perfectis quoque existimandum; plantasque animalium esse gratia, & cetera animalia hominum causa, mansueta quidem propter utilitatem & cibum, fera vero etsi non omnia, at plurima illorum propter cibum, & alia adiumenta, ut vestis, ac cetera instrumenta ex illis fiunt. Si igitur natura nihil, neque imperfectum facit,

C auxilij

auxilij gratia, vt & vestis, & alia organa fiant ex ipsis. Si igitur natura nihil, neque imperfectum facit, neque frustra, necessarium, hominum gratia, ipsa omnia fecisse naturam: propter quod & bellica natura acquisitiua aliqualiter erit, prædatiua enim pars ipsius, qua oportet vti & ad bestias, & ad homines, quicumque nati subici non volunt, tanquam natura iustum sit hoc prædantium bellum & primum.

k Vna quidem igitur species secundum possessiuam naturam, œconomica pars est, quam oportet aut existere, aut acquirere ipsam, vt existat, quare est thesaurizatio rerum ad vitam necessariorum, & vtilium in communione ciuitatis, aut domus.

l Et videntur veræ diuitiæ ex iis esse, possessionis enim talis per se sufficientia ad bonam vitam, non infinita, sicut Solon inquit poetizans, diuitiarum nullus terminus præfinitus vitis ponitur. Ponitur enim quemadmodum & aliis artibus, nullum enim organum infinitum, nullius est artis, neque multitudine, neque magnitudine, diuitiæ autem organorum multitudine sunt œconomico & politico: quod quidem igitur est quædam possessiua secundum naturam œconomicis & politicis, & propter quam causam, palam.

CAPVT VI.

Hic incipit determinare de possessiua siue de pecuniatiua, quæ fuit tertia pars œconomica: & diuiditur in duas partes. In prima parte determinat sufficienter ea quæ spectant ad theoreticam: sed quia in particularibus & practicis scientiis plus valet vsus & exercitium & experimentum quam valeat ratio vniuersalis, idem in secunda parte determinat ea quæ pertinent ad vsum & experimentum in particularibus, ibi, *Quoniam autem quæ ad scientiam, &c.* In prima parte duo facit. Primum enim determinat omnia quæ pertinent ad possessiuam & pecuniatiuam facultatem, secundum omnem vitæ diuersitatem. In secunda specialiter de pecuniatiua determinat, ibi, *Est autem genus aliud possessiua, &c.* In prima ergo determinat omnes facultates quæ possunt præstare auxilium ad vitam & bonam vitam gubernationis domus. Et hæc diuiditur in duas partes. In prima determinat facultates & modos quibus potest esse auxilium ad domum gubernandam. In secunda adaptat eas, ibi, *Quicumque quidem sponte natam, &c.* Prima pars in tres diuiditur, in quarum prima mouet dubitationem vnâ

neque frustra, necessarium est, illa omnium hominum gratia fecisse naturam: quapropter & bellica, secundum naturam quodammodo acquisitiua erit, nam & venatoria pars illius est, qua vti oportet contra bestias, & contra eos homines, qui ad parendum nati sunt, nec volunt parere, vt natura id bellum iustum existat.

Vna igitur acquirendi species secundum naturam pars est rei familiaris, quam oportet subesse iam, aut illam parere, quo ea subsint, quarum est comparatio rerum in vita necessariorum, & vtilium ad societatem ciuitatis & domus.

*Et videntur vera quidem diuitiæ ex his constare, nam sufficientia huius * possessionis ad vitam bonorum non infinita est, vt Solon carminibus inquit. Diuitiarum nullus est finis constitutus hominibus: at certe constitutus est, vt in aliis artibus: nullum enim instrumentum cuiusquam artis infinitum est, neque multitudine, neque magnitudine, diuitiæ autem sunt multitudo instrumentorum rei familiaris, & Reipublicæ: quod igitur sit aliqua acquisitio secundum naturam patribus familias, & gubernatoribus Reipublicæ, & propter quam causam, patet.*

quæ est hæc, vtrum scilicet pecuniatiua quæ fert auxilium domui, sit pars œconomica, vel eadem sibi & subministratiua, vel non. Secundum vtrum pars illius vel altera quædam species, ibi, *Vtrum autem pars quædam ipsius, &c.* Tertium distinguit specialiter omnes modos possessiuæ quibus fieri potest auxilium ad gubernandam domum, ibi, *Insuper & species multa ciborum, &c.* Dicit ergo: Totaliter autem, id est, vniuersaliter de omni possessione quæ fert auxilium ad gubernationem familiæ & de pecuniatiua: quia sicut dicitur in 5. Ethic. pecunia mensura est valoris omnium eorum quæ veniunt ad commutationem, ex quibus sustentatur domus. De his ergo omnibus contemplantur secundum subinductum modum, id est, secundum quod inuenimus in moribus hominum scientium gubernare domum & ciuitatem: sermones enim morales potius ab vsu quam à scientia theoretica accipiendi sunt.

b Quaratur ergo primum, vtrum possessiua siue pecuniatiua eadem sit œconomica, vel sit pars quædam subministratiua ipsius: & si est pars subministratiua illius, quaratur secundum, vtrum subministret sicut subministrat textili, id est, textrici arti pectinifaciua, id est, instrumentorum ad artem subministratiua: aut subministrat ei sicut subministrat ærariæ, id est, arti

arti quæ fundit imagines, & dicitur statuifica, ministrando materiam æris de quo fit statua. Et subdit quare istam diuisionem fecit, dicens, Enim, id est, quia non similiter inseruiunt illæ duæ. Et subiungit modum. Non enim similiter feruiunt illæ, supple, duæ mechanicæ: sed hæc, id est, pectinifaciua organa, id est, instrumenta præparando deseruiunt textili: alia autem præparando lanam deseruiunt eidem textili præparando materiam, & sic deseruiunt præparando æs statuifico: quia ex illo fundit statuas.

Ex quo patet solutio quæstionis: & hoc est quod dicit. Quod quidem igitur non eadem œconomica pecuniatiua, palam: huius quidem enim, scilicet pecuniatiua, est acquirere, instrumenta scilicet, & materiam: huius autem, scilicet œconomica est vti. Cuius ratio est & ponit sub interrogatione. Quæ enim erit quæ vtitur omnibus his, quæ ad materiam & instrumenta pertinent gubernandæ domus præter œconomica? Quasi dicat, nihil. Ars enim imitatur naturam: & idem sicut otiosum & vanum est, quo non vtitur natura. Ita otiosum & vanum est quo non vtitur ars, & hoc est inconueniens: quia nihil est otiosum & vanum in natura: oportet igitur, quod ista sint adornata ad œconomiam sicut partes subministratiuæ.

d Deinde mouet secundam quæstionem, ibi, *Vtrum autem pars ipsius, &c.* Et querit hic, vtrum ista possessiua sit pars quædam œconomica siue species, vel altera species ab ea. Et habet duas partes: quia primum disputat, secundum soluit, ibi, *Quoniam autem non idem, &c.* Disputando sic procedit: primo enim videtur probare, quod pecuniatiua sit idem œconomica, & arguit secundum. Quia quæcumque potentia habent eundem actum & finem, eadem esse videntur, œconomica & possessiua est idem actus, scilicet prouidere vnde sit sustentatio domus & familiæ: ergo videntur esse eadem: & hoc dicit per hæc verba primum ponens quæstionem, dicens. Vtrum autem pars quædam ipsius, possessiua scilicet, œconomica, aut altera species, habet dubitationem.

e Et procedit ad vnâ partem per vnâ rationem sic. Si enim pecuniatiua siue possessiua est, supple, officium, videre vnde pecuniæ & acquisitio erit, supple, ad gubernandam domum siue familiam, tunc cum hoc sit & possessiua & etiam œconomica, videntur esse eadem œconomica & possessiua. Et statim procedit ad oppositum sic. Si autem est huius quidem, scilicet possessiuæ acquirere, supple, materiam & instrumenta, huius autem, id est, œconomica, vti & non acquirere, tunc œconomica & possessiua erunt diuersæ facultates & artes: quia nulla est facultas quæ vtatur taliter acquisitiis in organo & materia, nisi tantum œconomica: diuersæ ergo videntur œconomica & possessiua. Quod autem hoc verum sit, probat per hoc quod multæ species sunt possessiuæ siue acquisitiuæ possessionum, cum tantum sit vnâ œconomica vtens omnibus his. Et sumit à diuersitate ciborum probationem. Quia illa maxime diuersificat animalium & hominum vitas. Vnde Aristoteles dicit in 16. animalium, quod omne animal abundat, vbi abundat suus cibus. Et hoc est quod subiungit. Possessio autem cir-

D. Alb. Mag. Politic.

ca quam est possessiua facultas, multas complectitur partes: ergo & diuitiæ, quæ diuitiæ sunt possessiones. Primum tamen inter hæc secundum naturam est agricultura: primum enim homines de agricultura viuere cœperunt: quia terra prima est, quæ producit fructus ad sustentationem hominum: propter quod in epitaphio Saturni inuentum est scriptum. Hic iacet Saturnus, qui primus in Italia triticum seminare docuit. Propter hoc quæstio est, vtrum pars quædam pecuniatiua sit aut alterum quoddam genus facultatis ad domum pertinens sit facultas illa, quæ est circa curam ciborum: quia sine cibus domus non subsistit.

f Et vterius quia secundum species ciborum multæ sunt industriæ & facultates animalium acquirendi cibum, vtrum secundum omne genus ciborum differant œconomica vel non: & hoc est, quod dicit. Insuper multæ species ciborum propter quod & vitæ multæ & animalium & hominum sunt. Cibus autem variat complexionem, complexio autem mores & modos viuendi animalium: complexio enim simile appetit, & in simili delectatur. Et subiungit rationem. Non enim possibile, supple, est viuere animalibus sine cibo: à cibo enim est esse & augmentari animalibus: & idem, supple, differentia ciborum vitas faciunt differentes animalium. Et subiungit differentias dicens. Bestiarum enim, id est, animalium, hæc quidem, id est, quædam sunt gregalia, id est, in congregatione simul manentia: & hæc oportet querere cibum qui toti congregationi sufficiat, & industriam siue facultatem habere ad hoc. Alia autem sunt dispersa, solitaria, volantia & gradientia: & hæc sæua sunt animalia, quæ sibi solis congregant: & secundum hoc oportet ea habere industriam venatiuam & prædantiuam, vt sibi sufficiant ad vitam secundum ordinem naturæ, & sic vnumquodque animal secundum ordinem naturæ sibi debitum secundum quod sibi expedit ad cibum, sic prouisionem habet sollicitudine vitæ, quomodo scilicet prouideat necessaria vitæ: & idem bestiarum siue animalium quædam sunt animaphaga, id est, animalia comedentia (phago enim est comedo) vt lupi, leones, & ancipitres, & huiusmodi rapacia animalia. Quædam autem sunt fructiphaga, id est, fructus comedentia & semina, & illa habent sollicitudines & industrias inueniendi fructus & semina. Et in vtrisque horum sunt diuersa genera: quia in vtrisque iis sunt diuersa delectabilia, & semina siue fructus: & idem horum etiam inter se vitæ differunt, & diuersas habent industrias acquirendi cibum. Multis enim differunt horum vitæ. Et similiter hominum secundum diuersa delectabilia, & vitæ necessaria. Ex omnibus his concludit, quod ex hoc quod quædam comedunt animalia siue carnes, quædam etiam fructus, & quædam vtrumque, quod propter hoc ad desideria, id est, otiositates & quietem quam omnia animalia desiderant, & ad delectationes, quod vnumquodque habeat suum desiderabile, natura ordinavit horum vitas, & determinavit ad vniuscuiusque delectabile: & dedit vnicuique industriam prouidendi sibi in iis.

g Et in hominibus est similiter: & idem subdit, quod

quod propter hoc in hominibus qui otiosissimi sunt & otium diligunt & laborem fugiunt, illi sunt pascuales, id est, multa animalia habentes, sicut filij Ruben & dimidiæ tribus Manasses, & apud nos Cumani qui laborem fugiunt & otium diligunt, illi pascualibus viuunt, lacte scilicet & carnibus animalium, quæ sine labore habentur. Sed quia animalia sine pascuis viuere non possunt, & in vno loco multis animalibus pascua sufficere non possunt, idem cum animalibus coguntur aliquando transmigrare de loco ad locum propter pascua inuenienda, eod quod talium animalium talis vsus est eis loco agriculturæ. Alij autem homines ex propria cultura terræ aut animalium, sufficientia ad vitam non habentes, coguntur viuere ex præda, sed diuersimode. Quidam enim ex latrocinio, quidam autem ex piscatione, vt quicumque circa stagna ac fluuios & paludes & mare habitant: quidam ex auibus, sicut aucupes: quidam autem ex bestiis syluestribus, sicut venatores: vt plurimum tamen genus hominum ex terra viuunt, id est, ex terræ fructibus & domesticis fructibus, animalium scilicet & hortensium & agriculturæ. In fine subdit epilogum dicens: Vita quidem igitur animalium & hominum ferè tot sunt. Et dicit ferè, quia in speciali multæ sunt valde, in generali autem sunt quæ dictæ sunt, scilicet ex syluestribus, vel domesticis, vel animaliphagis, vel fructiphagis viuere.

b Deinde cum dicit, *Quicumque quidem sponte natam*, &c. adaptat hos videndi modos ad vitam humanam: quia de vita humana principaliter intendit: & ponit hinc omnia quæ ferunt auxilium ad vitam humanam in domo, quæ est œconomia. Et facit duo. Primum enim dicit omnia quæ ferunt auxilium in domo ad viuere, & bene viuere secundum ea quæ naturaliter faciunt ad supplementum defectus. Secundum ponit aliam speciem quæ est ex pecuniaria, & non est ita naturalis, eod quod non est de iis quæ necessaria sunt ad vitam, ibi, *Vna quidem igitur species*, &c. Dicit ergo: Quicumque ergo sponte natam vel spontaneam habent elaborationem, sicut illi, supple, qui terras suas & areas & alia huiusmodi locant ad determinatum censum, qui in omni casu soluantur dominis quod pactum est, & non viuunt per commutationem, id est, transactionem rerum & negotiationem, id est, mercationem, sed ex aliis quærunt auxilium vitæ in domo, illi, supple, auxilium ad domus sustentationem ferunt, id est, accipiunt alimentum familiaræ domus, & eis est ad auxilium pascualis, scilicet prouidentia, id est, ex pastura animalium, furatiua: & intelligit furatiuam quamcumque industriam quæ occultè & in abscondito lucratur, non eam quæ in furto, id est, in latrocinio inuito domino contrahat rem alienam: hoc enim modo potest homo lucrari ciuilitate ea quæ ad sustentationem domus pertinent. Est etiam ad hanc pertinens piscatiua, id est, lucrum quod accipiunt homines ex piscium captura suorum. Hoc etiam modo deseruit venatiua, quæ scilicet venatur animalia syluestria: vel lucrum vndecumque proueniens ad sustentationem domus, sine hoc enim domus non

potest peruenire ad vitam nec ad bonam vitam. *Alij autem*, supple, œconomis, &, id est, etiam miscentes ex iis, scilicet modis viuendi plures simul, delectabiliter viuunt, plures lucrandi modos permiscentes & supplentes defectuosissimam vitam, humanam scilicet quæ omnibus defectibus plena est: quia quanto nobilior est animal homo, tanto pluribus modis indiget: vnde supplet vitam quocumque lucro, ad per se sufficientem esse, id est, quod ex iis quæ habet apud se sufficiat sibi. Et subdit exemplum dicens: Puta ij qui pascua simul & furatiuam, id est, in occulto lucratiuam: ij autem, id est, alij, supple, miscentes agriculturam in agris & vineis, & venatiuam in syluestribus animalibus, vt gubernationi domus subueniant, & circa alias, supple, industrias ad abundantiam domus pertinentes quomodocumque opportunitas, supple, viuendi compellat hoc modo degunt, ad viuere scilicet, & bene viuere in domo.

i Quia autem hæc acquisitio est de necessariis ad vitam, quæ naturalis est, eod quod omnium animalium sollicitudo est de pertinentibus ad vitam: idem subdit concludens ex prædictis. Talis quidem igitur acquisitio ab ipsa videtur natura data omnibus, supple, animalibus. Et hoc probat per duo signa. Quia quicquid natura ordinat ad naturæ sustentationem, hoc naturale est: hæc autem ordinatur ad naturæ sustentationem: ergo naturalis est. Probatio minoris: sicut secundum primam generationem, id est, quando primò natura producit animalia, omnis natura sufficientia partui producit, donec per seipsum possit pasci & acquirere necessaria id quod generatum est. Et hoc probatur per hoc quod animalia aut ouificiant: ouificiantia autem in ipso ovo albuginem habent pro substantia corporis, croceum autem pro nutrimento partus, quod sufficit donec animal egrediatur de ovo & quærat necessaria sibi. Alia autem animalificiant, id est, animalia pariunt, & illis ministrat natura alimentum lactis, quo sustententur donec sibiipsis possint accipere pastum, sicut apparet in omnibus animalibus bouum, ouium, & aliorum. Patet igitur, quod natura nos hoc docet, quod nobis & nostris sufficiamus in iis quæ pertinent ad sustentationem & viuere & bene viuere. Et ex correlario vltimorum conclusio patet, quod scilicet vegetabilia & plantæ ab ipsa natura ordinata sunt animalium gratia, & alia animalia ordinata sunt à natura, hominum gratia, scilicet bruta. Quod qualiter sit, determinat per partes in speciali: eod quod doctrina in particularibus in practicis scientiis vtilior est. Et idem subdit dicens: Domestica quidem super bruta animalia sunt, supple, & propter vsuum, lanarum scilicet & pellium, & propter cibum, scilicet lactis & carnum: syluestrium autem, sicut ceruorum & huiusmodi, quamuis non omnia, tamen plurima sunt cibi, & alterius auxilij, gratia ad hominem, supple, ordinata, vt gratia vestis, & alia organa, id est, instrumenta ad vitam, vt corrigiæ & simus, & ex ossibus, dentibus, &c. diuersa fiant. Ex omnibus his, supposita quadam propositione generali, scilicet quod natura nihil facit nec imperfectum

imperfectum nec frustra, concludit quod necessarium, propter consequentiam, hominum gratia hoc fecisse naturam. Ex hoc vterius concludit, quod necessarium propter hoc quod bellica industria animalium, qua vnum oppugnat alterum, sit huiusmodi acquisitionis acquisitiua: & quia prædatiua est pars bellicæ, & subalternata ei, propter hoc prædatiua qua oportet vti & ad bestias & ad homines, talis est acquisitionis ministra, hoc est, eorum quæ ad vitam & ad bonam vitam pertinent: propter hoc & prædatiua vtendum est aliquando. Et determinat in quo casu. Quia quicumque nati sunt subitici & naturaliter, supple, sunt ferui, sicut ante determinatum est, si illi nolunt subitici, cum secundum naturam subitici debeant (hoc enim secundum naturam iustum est, vt subiticiantur) illis potest diste moneri bellum: & hæc fuit causa primi belli. Ad illos ergo potest quis vti prædatiua & bellica in auxilium suæ domus.

k Determinatis autem omnibus ad auxilium domus pertinentibus, summam concludit subdens. Vna quidem igitur species secundum naturam possessiua, id est, ad naturalem possessionem relata (naturale dicitur hic, sine quæ natura esse non potest) quæ œconomica pars est, quam & qualem oportet existere, est quæ dicta est, in possessionibus scilicet & acquisitionibus: quia sine hac nec est viuere nec bene viuere, cum ex natura omnes illa indigeant. Sed quia questio est adhuc qualiter illa acquiratur, idem adhuc qualiter oportet illam acquirere aut existere, vt existant, quantum rerum sit necessaria thesaurizatio ad vitam necessarium &

CAPVT VII.

De pecuniaria, vbi multa de numi vsu.

a Est autem genus aliud possessiue, Equam maxime vocant, & iustum est, ipsum vocari pecuniatiuam: propter quod nullus videtur esse terminus diuitiarum & possessionis, quam vt vnam & eandem dictæ multi putant propter vicinitatem: est autem neque eadem dictæ, neque longe posita, est autem hoc quidem natura, hoc autem non natura ipsarum, sed experientiam quandam & artem fit magis.

b Sumamus autem de ipsa principium hinc: vniuscuiusque enim rei duplex vsus est, ambo autem secundum se, sed non similiter secundum se, sed hic quidem proprius, hic autem non proprius rei, puta calciamenti calciatio & commutatio, ambo enim calciamenti vsus, etenim commutans cum eo, qui indiget calciamento pro numismate, aut cibo, vtitur calciamento, secundum quod calciamentum, sed non secundum proprium vsuum: non enim commutationis gratia factum est, eodem autem modo se habet, & de aliis possessis rebus.

D. Alb. Mag. Politic.

utilium ordinatarum in communionem ciuitatis aut domus, quæritur.

l Et videtur secundum rationem, quod veræ diuitiæ sint ex iis quæ dictæ sunt, scilicet possessionibus agriculturæ, & animalium: possessionis enim talis per se sufficientia est ad bonam vitam. Cum enim habet tantam quantum sufficit pro numero & dignitate familiarum, tunc finis est: & idem sufficientia est talis possessionis ad bonam vitam, & non est infinita: propter quod reprehendit Solonem qui fecit leges tabularum apud Athenas, quia potestans dixerit: Diuitiarum nullus terminus præfinitus viris ponitur, sicut dicitur Isa. 5. Væ qui coniungitis domum ad domum & agrum agro copulatis, &c. Possessionum enim talium finis est sufficientia œconomis pro numero familiarum & dignitate. Et hoc probat supponens vnam propositionem, scilicet, in œconomica arte est sicut in aliis artibus, fabrilis scilicet, textilis, & aliis: nulla ars est, quæ exigit instrumenta infinita multitudine vel magnitudine, quia per illa nunquam contingeret venire ad finem artis. Cum igitur œconomica, ars quædam sit, cuius diuitiæ sunt organorum multitudo ad œconomum & politicum ordinata: quia sicut dicit Aristoteles in primo ethic. diuitiæ organicè ad felicitatem deseruiunt: & hæc diuitiæ sunt finitæ & naturales: patet quod possessiua ad œconomiam ordinata, finita & naturalis est. Post omnia hæc concludit capitulum subdens. Quod quidem igitur possessiua, pars scilicet œconomice, secundum naturam œconomicis & politicis deseruiat & subministret, & propter quam causam, palam.

solò, Diuitiarum hominum non certa est finis hæc meta.

CAPVT VII.

*E*st aliud genus acquirendi, quod maxime vocant, & merito vocari debet pecuniarum, in quo nullus finis esse videtur diuitiarum, & possessionis, quod esse vnum, & idem cum illo, de quo supra diximus, plerique crediderunt propter vicinitatem: sed neque est idem, neque valde remotum: est enim alterum illorum secundum naturam, alterum non secundum naturam, sed magis secundum peritiam & artem.

De quo dicere sic exordiamur, cuiusque rei, quæ possidetur, duplex est vsus, vterque vero secundum ipsam rem, sed non similiter, verum aliter proprius, alter non proprius, seu calci quidem est calciatio & venditio, vterque enim vsus calci est, nam qui calcem indigenti vendit pro pecunia vel cibo, vtitur calceo, quo calcens est, sed non secundum proprium vsuum, non enim commutationis gratia factus est calcens, eodem modo se habet in aliis rebus, quas possidemus.

C 3 Est

c Est enim permutatiua omnium, quæ incepit, primò quidem ab eo, quod secundum naturam, eò quod hic quidem plura, hic autem pauciora sufficientium habent homines: quare & palam, quod non est secundum naturam pecuniatiuæ campforia, quantum enim sufficiens ipsis, necessarium erat fieri commutationem.

d In prima quidem igitur communitate (hæc quidem est domus) manifestum, quod nullum opus ipsius, sed iam ampliori communitate existente, ij quidem enim ipsorum commutabant omnibus, ij autem segregati, multis rursus, & aliis, quorum secundum indigentias, necessarium fieri retributiones, quemadmodum adhuc faciunt multæ barbararum nationum, secundum commutationem: ipsæ enim oportuna ad ipsas commutant, ad plus autem nihil, puta vinum ad triticum dantes, & accipientes, & aliorum vnumquodque talium.

e Talis igitur commutatiua quidem, neque præter naturam, neque pecuniatiuæ est species vlla, in supplementationem enim eius, quæ secundum naturam per se sufficientiæ erat.

f Ex hac autem facta est illa secundum rationem in agendo: peregrino enim facto auxilio per adduci quibus indigebant, ex necessitate, numismatis acquisitus est usus, non enim facile portabile vniciquæ secundum naturam necessarium, propter quod ad commutationes tale aliquid composuerunt ad semetipsos dare, & accipere, quod vtilium per se ens, habebat vtilitatem valde expeditam ad viuere, puta ferrum, & argentum, & si quid tale alterum, primo quidem simpliciter determinantibus magnitudine, & pondere, postremo autem & characterem imprimantibus, vt absoluat à mensuratione ipsos, character enim positus est quantitatis signum.

g Facto igitur iam numismate ex necessaria commutatione, altera species pecuniatiuæ facta est, campforia: Primò quidem igitur simpliciter forte factum, deinde per experientiam iam artificialius, vnde & quomodo numismatum plurimum faciet lucrum.

h Propter quod videtur pecuniatiua maximè circa numismata esse, &

Est enim permutatio in omnibus capta quidem ab initio, ex eò quod est secundum naturam, quod alij plura quam opus sit, alij pauciora habeant, ex quo manifestum est, pecuniariam non esse secundum naturam eius, quæ pertinet ad acquirendum: quoad enim ipsi sufficeret, necessarium erat permutationem fecisse.

In prima igitur societate, id est, in domo, manifestum est, nihil opus esse illius, sed iam maiori existente societate, alij enim illorum communiter habeant omnia, alij separatim, multa rursus & alia, quorum secundum indigentiam necesse erat permutationem facere, quemadmodum adhuc faciunt barbarorum nationes multa, alia pro aliis dantes recipientesque, inutilia enim sibi pro vtilibus tradunt, ultra vero nihil, ceu vinum pro tritico, & cæteris talibus.

Huiusmodi ergo permutatio neque præter naturam est, neque ad amplificationem patrimonij pertinet, cum sit in supplementum indigentie secundum naturam.

Ex hac tamen illa processit secundum rationem, nam cum à remotioribus quaereretur auxilium, in portando illa, quibus indigebant, & exportando illa quibus abundabant, necessario nummi introductus est usus, non enim faciliter deferri possunt singula singulis ad vitam necessaria, itaque ad permutationes faciendas tale aliquid composuerunt inter se dare & accipere, quod vtilium quippiam existens, usum haberet commutandi facilem ad vitam, ceu ferrum, & argentum, & si quid aliud tale, primo simpliciter diffinitum quantitate & pondere, postmodum vero etiam signo impressum, quo à mensura liberi essent, nam signum positum est ad quantitatem demonstrandam.

Reperto igitur nummo ex necessaria permutatione, alia species acquirendi emerfit, nummularia. Primò forsan simpliciter, postea per experientiam artificiosior, vnde & quomodo permutando plurimum faciat.

Quapropter videtur nummularia maxime circa quæstum pecuniarum versari, & illius

opus ipsius posse considerare, vnde erit multitudo pecuniarum, factiua enim diuitiarum & pecuniarum.

i Etenim diuitias multoties ponunt numismatis multitudinem; propter circa hæc esse pecuniatiuam & campforiam.

k Alterum autem rursus deliramentum esse videtur numisma, & lex omnino, natura autem nihil, quoniã transpositis vtentibus, nullo dignum, neque vtile ad aliquid necessarium, & numismate diues, multoties indigebit necessario cibo quamuis inconueniens tales esse diuitias, quibus abundans fame periret, quemadmodum & Midam illum fabulose dicunt propter insatiabilitatem desiderij, omnibus sibi exhibitis aureis.

l Propter quod quaerunt alterum aliquid, diuitias & pecuniatiuam recte quaerentes, est enim altera pecuniatiua & diuitiæ, quæ secundum naturam, & hæc quidem œconomica. Campforia autem factiua pecuniarum, non omnino, sed per pecuniarum permutationem, & videtur circa numisma hæc esse, numisma enim elementum, & finis commutationis est.

m Et infinitæ vtique diuitiæ, quæ ab hac pecuniatiua, sicut enim medicinalis ad sanare infinitum est, & quælibet arium finis in infinitum, quam maxime enim illum volunt facere, eorum autem, quæ ad finem, non in infinitum: terminus enim quod finis omnibus, sic & huic pecuniatiuæ, non est finis terminus, finis autem tales diuitiæ & pecuniarum possessio: œconomico autem non pecuniatiuæ est terminus, non enim hoc œconomica opus.

n Propter quod sic quidem videtur omnium diuitiarum necessarium esse terminum, in his autem, quæ sunt, video accidens contrarium, omnes enim in infinitum augent pro rebus ad usum habentes numisma.

o Causa autem propinquitatis ipsorum, variat enim usus eiusdem existens vtrique pecuniatiuæ, & eiusdem enim usus est acquisitio, sed non secundum idem, sed huius quidem alius finis, huius autem augmentatio finis, quare videtur quibusdam, hoc esse œconomica opus, & perseverant existimantes oportere, vel saluare oportere existimantes, vel augere numismatis substantiam in infinitum.

illius esse opus, posse discernere, vnde proueniat multitudo pecuniarum, nummorum enim & diuitiarum effectiua est.

Nam & diuitias plerumque ponunt esse multitudinem pecunia, ex eo videlicet, quod circa illa intendunt pecuniaria & quæstuaria.

Contra vero interdum futile quiddam videntur nummus & lex omnino, & ne quicquam secundum naturam, quoniam mutatis his qui vtuntur, nullius pretij, aut vtilitatis est ad aliquid necessarium, & locuples nummis penuriam patitur necessarii alimentij, atqui absurdum est, tales esse diuitias affirmare, quarum abundans quis fame perire possit, vt de Midam fabulis traditur, cui propter insatiabilitatem desiderij, quicquid apponebatur, fiebat aurum.

Quamobrem quaerunt diuitias alias, & aliam acquirendi rationem, & recte quidem: est enim alia acquirendi ratio & diuitiæ secundum naturam, & hæc quidem rei familiaris disciplina, illa vero pecuniaria pecuniarum effectiua, non simpliciter, sed per ipsarum pecuniarum commutationem, & videtur circa nummum ista versari, nam nummus primum est & ultimum in commutatione.

Et infinitæ sunt huiusmodi diuitiæ, quæ ab hac ratione rei augende proficiuntur, vt enim medicina sanitatis in infinitum est, & vnaquæque ars, finis in infinitum, nam quam maxime volunt illum efficere, eorum vero, quæ sunt ad finem non in infinitum, finis enim extremum omnibus, sic & huius rationis augenda rei non est finis terminus, finis autem tales diuitiæ, & pecuniarum possessio, sed rei familiaris non augenda rei est finis, non enim hoc rei familiaris est opus.

Quapropter in hac quidem videtur necessarium, vt sit finis omnium diuitiarum, sed contra video fieri, omnes enim in infinitum augent, qui pecuniis student.

Causa vero huius est illarum propinquitatis, variatur enim usus eiusdem rei, cum sit vtriusque acquisitionis: ipsius enim usus acquisitio, sed non secundum idem, at huius quidem, alius finis, illius vero amplificationis. Itaque videtur quibusdam hoc esse rei familiaris opus, & perseverant existimantes oportere, aut conseruare, aut augere pecuniam in infinitum.

p *Causa autem huius dispositionis studere circa vivere, sed non circa bene vivere: in infinitum igitur illa concupiscentia existente, & factiva infinita desiderant: quicumque autem ipse bene vivere adiciunt, quod ad fruitiones corporales quarunt, itaque quoniam & hoc in possessione videtur existere, omnis eorum vita circa acquisitionem pecuniarum est.*

q *Et altera species pecuniatiæ propter hoc venit: in excessu enim non existente fruitione, fruitori excessus factivam quarunt, & si non pecuniatiua possint acquirere, per aliam causam hoc attentant, vnaquaque priorum videntes non secundum naturam: fortitudinis enim non pecunias facere est, sed audaciam, neque militaris & medicinalis, sed illius quidem victoriam, huius autem sanarum, hi autem omnes faciunt pecuniatiuas, tanquam hic finis existat, ad finem autem omnia opportunum occurrere: de non necessaria quidem igitur pecuniatiua, & quæ, & propter quam causam in indigentia sumus ipsius, dictum est, & de necessaria, quoniam altera quidem ab ipsa, æconomica autem secundum naturam, quæ circa cibum, non sicut ipsa infinita, sed habens terminum. Palam autem, & quod dubitabant à principio, vtrum æconomici & politici est pecuniatiua aut non, sed oportet hoc quidem existere: sicut enim & homines non facit Politica, sed sumens à natura, vtitur ipsis, sic & cibum naturam oportet tradere, terram, aut mare, aut aliud aliquid: ex his autem quomodo oportet ista disponere, conuenit æconomico: non enim est textilis lanas facere, sed vti ipsis, & cognoscere etiam, quale vtile, & idoneum, vel prauum & ineptum.*

r *Etenim dubitabit vti que aliquis, propter quid pecuniatiua quidem pars æconomice, medicinalis autem non pars: quamuis oportet sanari eos, qui in domo, sicut & vivere, aut aliquid necessariorum: quoniam autem est quidem & æconomici, & principis etiam de sanitate videre, est aut vti non, sed medici, sic & de pecuniis est quidem vti æconomici, est autem vti non, sed subseruentis.*

s *Maxime autem, quemadmodum dictum est prius, oportet naturæ hoc*

Causa vero huius dispositionis studium vivendi, sed non bene vivendi: cum ergo cupiditas in infinitum extendatur, illa quoque que efficiunt infinita, capiunt: sed qui bene vivere student, ad fruitionem corporis diuitias quarunt, unde cum hoc quoque in acquisitione consistere videatur, omnis eorum cura circa acquirendum est.

Et altera augendi species hinc processit, cum enim fruitio modum excedat, illam adhibent, que huiusmodi excessum adimplere possit. Et si per has acquirendi species nequeant parare, per altam causam efficere conantur, vnaquaque freti potentia non secundum naturam: fortitudinis enim non est pecunias parare, sed fiduciam animi, neque rei militaris, aut medicæ, sed huius quidem victoriam, illius vero sanitatem: at illi cuncta ad pecuniam convertunt, quasi hic sit finis, ad finem vero cuncta oportet tendere: de illa igitur acquirendi specie, que necessaria non est, & quoniam ea sit, & propter quam causam illa indigemus, diximus, & de illa, que necessaria est, quod altera ab illa, & disciplina rei familiaris secundum naturam circa alimentum, nec infinita ea, sicut illa, sed finem habens. Ex hoc patet id, de quo ab initio dubitabatur, vtrum gubernationis domus & civitatis sit acquirere, vel non, sed oportet prius esse acquisitum: sicut enim homines non facit Resp. sed factos à natura suscipiens, vtitur illis, sic & alimentum oportet naturam præbere, aut à terra, aut à mari, aut alio quopiam: sed quemadmodum hæc administranda sint ad gubernationem pertinet domus: neque enim textoris est lanas facere, sed factis vti, & discernere, qualis sit bona & apta, & mala, & inepta.

Nam dubitaret vti que aliquis, cur ea diligentia, que ad acquirendum pertinet, pars rei familiaris sit, medicina vero non sit eius pars. Atqui sanam esse familiam eius oportet, quemadmodum & victum habere, aut aliud quiddam necessariorum, sed cum sit vti patrisfamilias & gubernatoris, de salute providere, sit etiam vti non, sed medici, ita etiam de pecuniis est, vti patrisfamilias, est etiam vti non, sed vti lucro inseruentis.

Maxime vero, vti prius dictum est, à natura oportet hoc existere, naturæ enim opus

existere, naturæ enim opus est cibum genito exhibere. Omni enim, ex quo fit cibus, quod relinquitur, est propter quod secundum naturam est pecuniatiua omnibus ex fructibus & animalibus.

i *Duplici autem existente ipsa, quemadmodum diximus, & hac quidem campforia, hac autem æconomica, & hac quidem necessaria & laudata, hac autem translativa vituperata iuste, non enim secundum naturam, sed ab inuicem est, rationabilissime odio habetur obolistica, eo quod ab ipso numismate sit acquisitio, & non super quo quidem acquisiuimus, translationis enim gratia factum est vsura: tocos autem seipsum facit amplius, unde & nomen istud accepit, similia enim parta generantibus ipsa sunt, tocos autem fit numisma ex numismate: quare & maxime præter naturam ista pecuniarum acquisitio est.*

CAPVT VII.

Sic igitur determinata possessiua, quæ naturalis est & finita, accedit ad determinandum de chrimatistica siue pecuniatiua: chrima enim in Græco numisma dicitur, sicut dicit Eustatius super quartum Ethic. Determinans autem de chrimatistica tria facit: & secundum hoc diuiditur capitulum istud in tria. In primo enim mouet quandam quæstionem, scilicet vtrum chrimatistica & æconomica sint idem (sicut quidam putauerunt) vel non. In secunda parte ostendit, quod numisma est elementum & finis commutationis rei ad rem, ad æconomiam pertinens, ibi, *In prima quidem igitur communitate, &c.* In tertia ex determinatis determinat quæstionem, scilicet quod chrimatistica non est idem æconomice nec possessiue, ibi, *Palam & quod dubitabant à principio, & in hoc finitur capitulum.* Primo igitur mouet quæstionem sic dicens. Est autem genus aliud possessiue, supple, industriæ siue potentie, quam scilicet industriam vocant, vsu scilicet communi, iustum est, quia rationale est ipsam vocari pecuniatiuam siue chrimatisticam in Græco: propter quod Soloni nullus videtur terminus esse diuitiarum & possessionis. Quia illius nullus est terminus, vti infra dicit, eod quod concupiscentie non est terminus. Et subdit tangens quæstionem & rationem quæstionis, *Quam, scilicet chrimatisticam vti vnam & eandem dicit, id est, possessiue naturali & finitæ, quæ æconomice subministrat, multi putant.* Et subiungit rationem illorum dicens: Propter vicinitatem: quia scilicet vicinæ sunt hæc & illa, propter hoc quod vtraque, ea quibus æconomica indiget ad sustentationem familie ad viuere & bene viuere, administrat. Et statim subdit de-

opus est alimentum genito præbere. Cuique autem, ex quo generatur, alimentum est afferendum: itaque secundum naturam est parandi studium omnibus ex fructibus & animalibus.

Cum vero & hæc sit duplex, vti diximus, & altera pecuniaria, & altera disciplina rei familiaris, & hæc quidem necessaria & laudabilis, illa vero translata, & merito improbanda, quia non secundum naturam, sed ab hominibus acquiritur, rationabilissime habetur odio nummularia, quoniam à nummo ipso facit acquisitionem, & non quod inductus est, commutationis enim causa nummus inductus fuit. Fenus autem seipsum maius facit, unde & nomen venit, quoniam illa, que pariuntur, similia sunt gignentibus, in favore autem nummus nummum parit: itaque maxime præter naturam est hic acquirendi modus.

terminationem quæstionis, licet postea videatur, quod melius determinet, ibi, *Est autem nec eadem, &c.* Et in hac determinatione duo facit. Primo enim determinat communicationem qua vtebantur primum communicantes res ad inuicem. Secundo determinat communicationem quæ facta est iam inuenio numismate, ibi, *Facto igitur iam numismate, &c.* In prima harum quatuor facit. Primo enim ponit principium secundum quod procedendum est in quæstione ista. Secundo ponit communicationem quæ facta est domo tantum existente, ibi, *Est enim pecuniatiua omnium, &c.* In tertia ponit communicationem quæ facta est ciuitatibus existentibus, ibi, *Talis igitur communitas, &c.* In quarta ponit necessitatem propter quam inductum est numisma, ibi, *Peregrina enim magis factio auxilio, &c.* Et hoc est. Est autem genus aliud possessiue, scilicet industriæ quam maxime in vsu loquentium vocant, & iustum est, id est, rationale ipsam vocari pecuniatiuam in Latino, siue chrimatisticam in Græco. Et dicit hanc esse genus: quia hæc commutatio est secundum valorem & mensuram omnium commutationum, vti dicit in quinto Ethic. propter quam, scilicet commutationem chrimatisticam, nullus videtur esse terminus diuitiarum, Soloni, supple, & possessionis, id est, possessiue, quæ facultatem subministrat æconomice ad viuere & ad bene viuere. Et statim procedit ad quæstionem. Quam, scilicet pecuniariam vti vnam & eandem dicit, scilicet naturali possessiue & finitæ (de qua ante dictum est in precedenti capitulo) multi putant. Et subdit rationem ipsorum. Propter vicinitatem: quia scilicet vtraque, & illa & ista, necessaria subministrat æconomice ad viuere & ad bene viuere: & tali procedunt argumento, ibi, *Quam vnam & eandem dicit, &c.* Quæcumque industriæ eiusdem

dem sunt vsus, eadem sunt vel vicinæ: chrimatistica & possessiua naturalis & finita, eiusdem sunt vsus, quia vtraque est administratiua facultatum œconomico ad viuere & bene viuere pro se & familia: ergo sunt eadem. Statim subinfert solutionem & distinctionem vnus ab alia, ibi, *Est neque eadem dictæ*, omnino, supple, *neque longè posita*. Et subdit distinctionem vnus ab alia. Est autem hæc quidem, scilicet possessiua naturalis & finita, quæ est in rebus ad naturæ sustentationem ordinatis, & est natura (ablatiui casus) id est, à natura ordinata. Hæc autem, id est, alia scilicet chrimatistica siue lucratiua pecuniæ, non natura, id est, non per naturalem industriam ordinata, sed per experientiam quandam & artem fit magis vsu, scilicet quotidiano. Non est enim natura hominis vt desideret pecuniam multiplicare, sed propter aliud & per accidens hoc facit, vt scilicet inueniat per pecuniam necessaria ad gubernationem domus: sic enim dicitur in 5. Ethicorum: Nummus diligitur, quia fideiussor est futuræ necessitatis.

b Deinde cum dicit: *Sumamus autem de ipsa*, &c. Proponit principium generale quo hoc probandum est, quod scilicet per artem & experientiam fit pecuniæ multiplicatio & non natura. Et dicit, *Sumamus autem de ipsa*, scilicet chrimatistica principium hinc. Et proponit generalem propositionem dicens: Vniuscuiusque rei duplex est vsus siue vtilitas: & ambo vsus siue vtilitates sunt rei secundum se, sed non similiter secundum se: vnus est enim proprius rei vsus, alter autem non ita proprius: puta calceamenti vsus est calceatio & proprius & secundum se: quia calceamentum factum est propter calceationem: & est vsus calceamenti propter commutationem, vt scilicet calceamentum commutetur pro numismate eiusdem valoris, vel tritico, vel vino, vel alio necessario, apud eum qui abundat tritico, vel vino, vel numismate, & deficit in calceamento: & iste est vsus calceamenti secundum se, sed non proprius: quia calceamentum non est factum ad hoc, sed ad calceationem. Et hoc est quod subdit: Ambo enim calceamenti vsus, calceatio scilicet & commutatio. Etenim commutans cum eo qui indiget calceamento, pro numismate quod est mensura valoris omnium, vt dicit in 5. aut cibo, vtitur calceamento secundum quod calceamentum, sed non, supple, vtitur eo secundum proprium vsum. Et subdit rationem dicens: Non enim commutationis gratia factum est calceamentum, sed calceationis per se & propriæ. Eodem modo & se habet de aliis possessis rebus, scilicet in opere pistrino & panifico & lanifico, & in omnibus aliis. In omnibus enim his est iste duplex vsus, vterque secundum se, sed non proprius.

c Et subdit, quod permutatiua deseruiens œconomico in omnibus talibus est. Et hoc est: Est enim permutatiua omnium. Et subdit quomodo incepit in communicationibus hominum, ibi, *Quæ incepit ab eo quod secundum naturam*, supple, ordinatum est ad viuere & bene viuere. Et causam subdit quare oportet ista commutari, & dicit: Hæc quidem plura erant apud quosdam, vinum scilicet & calcea-

mentum, plura habebant quam sufficeret: hæc autem, id est, quædam pauciora sufficientium, id est, de numero sufficientium habent homines diuersi: & ided ea in quibus abundabant commutare volebant in ea in quibus deficiebant. Hæc igitur est prima causa commutationis: ex quo palam est campforia pecuniatiuæ, id est, quod cambiatur pecunia in pecuniam, pecuniam non est secundum naturam, non enim est de iis quæ ad viuere & bene viuere ordinata sunt: nec est in iis propter quæ numismata inuentum est. Illa enim inuenta est vt sit mensura valoris rerum ad viuere & bene viuere pertinentium, non vt commutetur in pecuniam.

d Et ostendit ordinem qualiter hæc processit in communicatione hominum, ibi, *In prima quidem igitur communitate*, id est, communicatione quæ est œconomica siue communicatione domus: hoc enim magnum est & consideratione dignum, quod ad illam communicationem nullum erat opus ipsius. Illi enim qui in vna domo erant, eodem communicabant, & eiusdem artis erant, & ided cum nullo communicationes faciebant nec rei nec pecuniæ: sed iam ampliori scilicet facta communicatione, domus scilicet ad domum, & viri ad virum, & ciuitatis ad ciuitatem, ij quidem, id est, quidam in vico, ciuitate, vel domo habitantes & multa opera facientes, communicabant omnibus in circuitu existentibus, superflua scilicet vltra sufficientiam quibus abundabant, in necessaria quibus deficiebant apud alios commutantes. Ij autem, id est, quidam segregati & in quibusdam abundantibus non in omnibus, sua communicabant, multis, à quibus accipiebant pro suis, quibus indigebant: & in tali communicatione fuit necessarium ad indigentias, id est, secundum indigentias fieri retributiones secundum medietatem arithmeticam, vt dicit in 5. Ethic. Talis enim commutatio fit à pari & pacto, vt dictum est: Et si non fiat retributio ad parum & pactum, confugiunt ad iudicem, vt dicit Arist. in 5. Ethic. tanquam in iustum animatum. Et subdit, quod tunc primò quando incepit communicationes hominum ad inuicem, commutabant res ad res secundum æqualem valorem dantes & accipientes & aliorum talium vnumquodque, supple, ad viuere & bene viuere pertinentium sic commutabant, quemadmodum adhuc faciunt multæ barbararum nationum, quæ commutant res ad res, eò quod numismate non vtuntur.

e Talis igitur commutatiua, rerum scilicet ad res, neque præter necessariam commutationem est, quia in necessariis ad vitam est: nec est pecuniatiuæ species vlla, id est, aliqua. Non enim est ad augendam pecuniam, sed ad supplementum necessariorum. Et hoc est quod subdit, rationem huius assignans, ibi, *In supplementum enim eius quod secundum naturam*, id est, ad naturam ordinatorum ad viuere erat, supple, ista commutatio per se sufficienti & abundanti, vt scilicet ea in quibus abundabat, commutaret in ea, in quibus deficiebat, & sic sufficeret ad viuere & bene viuere in domo.

f Ex hac tamen naturali & possessiua commutatione facta est illa, quæ non est naturalis commutatiua,

commutatiua, sed magis secundum rationem & legem quæ est pecuniatiua, vt scilicet ad pecunias fiat commutatio rerum necessariorum. Et subdit quomodo: Quia crescente multitudine hominum in villis & ciuitatibus, & facto peregrino auxilio contra pericula viarum & difficultates vectigalium, quibus indigebant homines, ad adducendum sibi, quibus etiam indigebant ad emittendum ad alios quibus abundabant, ex necessitate tali acquisitus est numismatis vsus, eò quod de facili vehitur & reuehitur numisma, & est mensura valoris omnium & fideiussor futuræ necessitatis. Et huius iterum subdit rationem, ibi, *Non enim facile est portabile per longa, scilicet terrarum spatia, vnumquodque secundum naturam necessarium*, id est, quod est de numero necessariorum, sicut triticum, vinum, lana, & huiusmodi: propter quod, id est, propter talem indigentiam, ad communicationes vtilis omnium rerum, tale aliquid, id est, numisma composuerunt, supple, homines ex pacto inter se facto, vt scilicet per illud dare & accipere possint vnumquodque per se ens vtilium, id est, de numero vtilium ad vitam & bonam vitam. Et huius ponit rationem, ibi, *Habebat enim hoc*, scilicet numisma vtilitatem valde expeditam: quia erat vtilis mensura omnium commutabilium secundum valorem ad vitam & bonam vitam valentium. Et dat exemplum in metallis, ibi, *Putat ferrum & argentum*, supple, commutabant in omnia alia. Et siquid tale alterum, cuprum scilicet & aurum, & stannum. Et tangit ordinem commutationis istius secundum processum temporis subdens. Primò quidem simpliciter, scilicet sine impressione imaginis commutabant metallum, supple, determinatum magnitudine & pondere solum. Postremò autem, supple, processu temporis cum difficile esset semper ad ponderatores recurrere faciebant, supple, commutationes, & id est, etiam characterem imprimendum, id est, principum imagines & superscriptiones, hæc scilicet necessitate cogente, vt absoluant seipos à mensuratione ponderis quæ difficilis eis erat in qualibet commutatione, character enim, imago scilicet & superscriptio, positus est, supple, in numismate in signum quantitatis, id est, ponderis & puritatis metalli: scitur enim quot numismata marcham, quot marchæ libram faciant, & quot libræ sunt valor huius vel illius rei.

g Ostensa commutatione quæ fuit ante numismatis inuentionem in commutationibus, emptionibus & venditionibus, ponit eam quæ fuit post numismatis inuentionem, quæ & innaturalis & infinita: innaturalis, quia est in iis quæ ad naturæ sustentationem non sunt ordinata: infinita, quia est ad concupiscentiæ satietatem, quæ infinita est: & hoc est quod dicit, ibi, *Facto igitur numismate*, quod est mensura valoris omnium commutandorum, & fideiussor omnis futuræ necessitatis, ex necessaria commutatione, quæ scilicet indigebant homines, vt superflua sibi commutarent in necessaria quibus indigebant, tunc altera species pecuniatiuæ facta est, quæ scilicet dicitur campforia, quæ scilicet pecunia commutatur in pecuniam, argentea in argentum, & aurea in au-

rum. Et sicut dixit progressum possessiue & commutatiue naturalis & finitæ, determinat progressum istius, & dicit tria. Primò quomodo progressa est, & quomodo diuitiarum factiua. Secundò ostendit quomodo est innaturalis, ibi, *Factiua enim diuitiarum*, &c. Tertio quomodo est infinita, ibi, *Numisma enim*, &c. Dicit ergo: Facto igitur iam numismate, vt scilicet mensura valoris vniuscuiusque rei commutandæ esset. Et hoc est quod subdit: *Ex necessaria commutatione*, quæ scilicet indigebant homines vt superflua commutarentur in necessaria quibus indigebant, altera species pecuniatiuæ, id est, multiplicatiuæ pecuniarum, facta est, campforia scilicet quæ pecunia commutatur in pecuniam amplioiorem. Et subdit de progressu illius in experientis hominum. Primò quidem igitur simpliciter forte factum, ad tantum scilicet pro tanto, sicut etiam dicit Dominus Luca 6. Mutuum date, nihil inde sperantes. Deinde per experientiam, quia scilicet in tempore quo commutabant, alij de pecunia sua lucrari poterant, per experientiam, talem scilicet iam artificialius accommodare cœperunt propter interesse, minus scilicet pro maiori, vt damnum quod expectando incurrebant, magis accipiendo refarcirent: vnde, hoc est, propter quod quomodo transmutant, id est, mutant vel in quas merces commutant pecuniam, scire scilicet per experientiam, plurimum facit lucrum, multiplicatione scilicet pecuniæ.

h Propter quod videtur pecuniaria, id est, industria multiplicationis pecuniæ, maxime circa numisma esse, supple, multiplicandum, & opus ipsius, scilicet campforiæ, videtur esse posse, considerare vnde erit multitudo pecuniarum, mutuando scilicet vel commutando, vel quocumque modo alio: factiua enim diuitiarum & pecuniarum est, supple, talis industria.

i Et quia dixerat diuitiarum, quæ maxime est in possessionibus & non in pecunia, ided probat quod dixit à dicto vulgi, ibi, *Et diuitias multoties*, multi scilicet vulgares & populates ponunt, supple, esse numismatis multitudinem, & reputant diuites eos qui multum habent de pecunia. Propter quod circa hoc esse pecuniatiuam & campforiam opinantur, & non circa triticum, vel vinum & alia necessaria ad viuere & bene viuere. Hæc est enim opinio vulgi communis.

k Et statim vadit in contrarium dicens. *Aliquando autem rursus à sapientibus*, supple, considerantibus omnia secundum naturalem ordinem, deliramentum videtur esse numisma, supple, esse diuitias, & videtur esse, supple, lex omnino, id est, institutum à lege & non esse à natura omnino: & hoc est: Natura autem nihil. Et hoc est quod subdit pro ratione dicti. *Quoniam transpositis vtilibus*, à prima scilicet commutatione quæ est tritici & vini & lanæ & aliorum necessariorum ad vitam in commutationem pecuniæ, nullo dignum erit, supple, numisma, neque vtile erit, scilicet numisma ad aliquid necessariorum, ad vitam, supple. Et subiungit aliam rationem. Et numismate diuites, multoties indigebit necessario cibo: quia scilicet nummis vti non potest, nec inuenit nummo necessarij commutationem. Dicunt enim

enim vulgares hoc, supple, quamuis secundum rectam rationem inconueniens, supple, sit, tales esse diuitias, quibus abundans fame perit. Et dat exemplum poeticum quod in Ouidio magno ponitur & in Homero apud Græcos, ibi, *Quemadmodum Midam illum*, cui scilicet Iupiter aures afininas dedit, quia omnia peruersè iudicabat, *fabulose dicunt*, scilicet Poëtae propter insatiabilitatem desiderij, id est, auaritiæ. Dicitur enim, quod iste Midas optabar, quod quicquid tangeret, aurum fieret: & cum exauditus esset à Ioue, omnibus exhibitis & aurum factis quæ terigerat, fame mortuus est, eò quod aurum ad ordinationem bonæ vitæ non est ordinatum.

l Propter quod sapientes, scilicet qui attendunt naturam & ordinem naturæ, sicut est, quarunt alterū aliquid diuitias veras, scilicet esse & pecuniatiuam: pecuniatiua enim est inuenta in rerum necessariorum ad vitam commutationem, & non in pecuniæ augmentum. Vnde illi diuitias alterum aliquid reputant à pecuniatiuâ, (& in hoc rectè iudicant) & quarunt. Est enim altera pecuniatiua, & diuitias veræ, supple, quæ secundum naturam sunt. Et hæc quidem, possessiua scilicet, quæ ad viuere & bene viuere ordinatur, est secundum naturam, & est æconomica, id est, æconomicae subserviens. Campforia autem, id est, pecuniatiua pecuniæ in ampliorem pecuniam, hoc est, factiua pecuniarum, non omnino est, supple, secundum naturam, imò est à lege principum & concupiscentiâ permutantium. Et hoc est: Sed est per pecuniarum permutationem, in amplius scilicet lucrum, & non ad necessariorum commutationem ad viuere & bene viuere: & videtur, supple, pluribus, numisma hoc esse, scilicet nummorum multiplicatio. Propter quod dicit Poëta:

In mundo summus Rex est hoc tempore nummus.

Et subdit rationem huius dicens: Numisma enim clementiam & finis commutationis, supple, omnis: cuius causa est: quia institutum est, vt sit mensura valoris omnium commutandorum.

m Et idè infinitæ vtique diuitiæ, supple, sunt, pecuniatiuæ scilicet: & hoc est: Quæ ab hac pecuniatiua. Nullus enim ponit finem seu terminum in acquirendo. Et hoc probat per simile in artibus. In omni enim arte finis est desiderabilissimus, nec artifex ponit finem in iis quæ sunt ad finem artis: illum enim desiderat, & infinitum est desiderium suum ad hoc: Sicut medicinalis ad sanitatem, desiderium est infinitum, & cuiuslibet artium finis est infinitum, in desiderio, supple: Nullum enim ponit finem artifex in iis per quæ potest consequi finem. Et subiungit rationem, ibi, *Quoniam maxime illum*, scilicet finem volunt facere, & nullum ponunt terminum ad consecutionem huius. Et subdit statim qualiter finita est concupiscentia alia possessiua, quæ scilicet est ad viuere & ad bene viuere, dicens: Eorum autem quæ ad finem, id est, eorum quæ ordinantur ad finem aliquem, non infinitum, supple, est aliquid: quia illorum terminus est id quod est finis, ad quem scilicet ordinantur, omnibus sic quod sci-

licet finita sit sufficientia ad finem: quando enim habet tot, quod potest consequi finem, ibi terminus est. Tales autem sunt diuitiæ, infinitæ scilicet, & pecuniarum possessio: æconomicae autem, id est, dispensatiuæ domus, ad sufficientiam sui, & familiæ, est, supple, terminus, & non pecuniatiuæ. Et huius causa est, quod pecuniatiuæ non est opus æconomicae, sed potius sui & familiæ in domo sufficientia, finis est æconomicae: vnde æconomica finita est, pecunia autem infinita.

n Et hoc concludit vterius subdēs: Propter quod sic quidem, scilicet possessiua sufficientiam ad domum, videtur omnium diuitiarum necessarium esse terminum aliquem, scilicet sufficientiam domus & æconomicae. In iis autem quæ sunt, supple, per pecuniatiuam augmentationem videtur accidens contrarium. Et subdit in quo: Omnes enim auaritiæ, scilicet studentes, in infinitum augent, supple, diuitias, pro rebus ad vsum scilicet pertinentibus habentes numisma, id est, quia habent numisma mensuram valoris ad omnia quæ pertinent ad vsum vitæ, & pro fideiussore omnis necessitatis: & idè volunt in infinitum augere.

o Et huius causa est propinquitas ipsorum, pecuniatiuæ scilicet & possessiuae. Et hoc exponit subdēs: Variat enim vsum eiusdem existens vtique, pecuniatiuæ scilicet & possessiuae: quarum vtriusque vsum est sufficientia ad viuere & bene viuere: & idè vtriusque vsum est acquisitio, sed non secundum idem. Et subdit distinctionem, quomodo vnus & quomodo alterius. Et hoc est. Sed non secundum idem, sed huius quidem, scilicet possessiuae, alius finis, quam, supple, pecuniatiuæ: finis enim possessiuae est sufficientia ad viuere & bene viuere, & idè habet acquisitionem finitam: sed huius, scilicet pecuniatiuæ finis, est acquisitio quæ infinita est: & idè finem non habet. Quare, id est, propter quod videtur quibusdam non ratione vtentibus, sed auaris, hoc esse æconomicae opus, scilicet acquisitio pecuniæ, & supple, idè perseuerant semper in acquirendo, & saluare oportere existimantes diligenter quod acquisitum est, vel augere numismatis substantiam, nouâ scilicet acquisitione in infinitum.

p Et subiungit causam huius desiderij, dicens: Causa autem huius dispositionis, id est, talis desiderij secundum auaritiâ, est studere circa viuere, & non circa bene viuere. Pauca enim sunt, quæ sufficiunt ad bene viuere: infinita autem exiguntur ad viuere secundum concupiscentiam. Et hoc est quod subdit: In infinitum igitur illa concupiscentia existente, quæ scilicet est ad concupiscentiam viuere, & factiua, supple, illius concupiscentiæ, infinita desiderant. Et hoc est quod dicitur Eccli. 10. Auarus nusquam implebitur pecunia. Per oppositum autem dicit de aliis: Quicumque autem ipsius bene viuere adiciunt, supple, studium, quarunt hoc tantum, supple, quod est ad fruitions corporales, scilicet ad vitam necessarias, & hoc finitum est: & idè hæc possessiua finita est. Ex his concludit subdēs de pecuniatiua. Itaque quoniam & hoc, scilicet acquisitio pecuniatiuæ ad sufficientiam secundum concupiscentiam

piſcentiam viuere, in possessione, id est, in possessiua acquisitione videtur existere, omnis eorum vita circa acquisitionem est pecuniatum, vt scilicet secundum desiderium possint viuere, nihil curantes de bene viuere.

q Ex his omnibus concludit, quod altera species est æconomicae, pecuniatiua & possessiua, & vna quidem finita & naturalis: altera autem infinita & innaturalis: & quod propter hoc venit in excessum pecuniatiua, quia fruitione non existente finita, excessus factiua quarunt, id est, quarunt talia quæ faciunt excessum ad viuere secundum concupiscentiam, & si non pro pecunia, supple, talia possunt inuenire, acquirere tamen illa per aliam causam attentant: & idè omnia sua ordinant ad lucrum, vt secundum desideria viuere possint, & virtutes scilicet & scientias. Cum enim fortitudinis, & aliarum potentiarum siue virtutum secundum naturam fortitudinis, non sit pecuniam facere, sed audaciam, neque militaris scientiæ & potentia, neque medicinalis sit, scilicet pecunias facere: sed militaris quidem victoriam, medicinalis autem sanitatem: hi autem omnes faciunt pecunias, scilicet finem, tanquam hæc scilicet pecuniatiua, finis existat, omnium potentiarum scilicet & operum eorum, & quod ad finem istum optimum est concurrere omnia, quæ sunt, possunt, & faciunt: secundum quod etiam dicitur Eccli. 10. quod pecuniæ omnia obediunt. Et Eccli. 10. Auaro nihil est celestius, hic etenim animam suam venalem habet, & in vita sua proiecit sua. Et subdit epilogum, ibi, Deinde necessaria quidem igitur pecuniatiua, & quæ, supple, sit, & propter quam causam in indigentia sumus infinita, dictum est, & scilicet dictum est de necessaria possessiua, scilicet quoniam altera quidem est ab ipsa, scilicet pecuniatiua, & quod æconomica secundum naturam est, quæ est circa cibum, sufficientem scilicet ad viuere & ad bene viuere, & quod talis secundum naturam, quæ circa cibum, non est infinita, sicut pecuniatiua lucrativa: sed est habens terminum. Deinde cum dicit, *Palam autem*, &c. Redit ad questionem in principio motam, & soluit eam, hanc scilicet, vtum æconomici & politici sit pars quædam, illa quæ dicitur pecuniatiua: & hoc est: Palam & id est, etiam ex dictis, supple, est, & quod dubitabant à principio, vtum æconomici & politici est pecuniatiua aut non. Et ponit rationem ad hoc, quod non sit æconomici vel politici. Quibuscumque enim datis vel acceptis ab alio vtur æconomicus: & non facit ea, illa enim facere non est æconomici: sed vt factis pecuniis, datis vel acquisitis, est æconomici & non facere eas: ergo pecuniatiua quæ est acquisitio pecuniæ, non est æconomici, sed oportet ex possessiua & pecuniatiua pecunias & cæteras facultates, quibus vtur æconomicus, præexistere per alias potentias, & industrias, & postea eis vt æconomum. Et hoc probat per duo similia, vnum in natura, & alterum in arte. Simile in natura dupliciter inducit: vnum in politicis, politica enim quæ est ordinatiua ciuium ad formam iustitiæ, non facit homines, sed sumens eos à natura factos, ordinat legibus & vrbaniatibus ad formam iustitiæ, & sic vtur fa-

D. Alb. Mag. Politic.

ctis hominibus. Et hoc est quod dicit: Sicut enim & homines non facit politica, sed sumens à natura scilicet factos, vtur ipsis, ordinando scilicet eos secundum legem ad vrbaniatatem. Et statim inducit aliud simile in natura & adaptat ad propositum, ibi, Sic etiam cibum quo vtur æconomus ad dispensationem familiæ, natura, id est, naturaliter, oportet tradere terram, aut mare, aut aliquid aliud, sicut in præhabito capitulo expostum est, quod ex diuersis animalia & homines quarunt cibum: sicut dicit in libro de animalibus, quod vnum quodque animal abundat vbi abundat suis cibus. Ex iis autem, scilicet quæ ministrant cibū, & cibus siue necessariis aliis quibus indiget ad familiæ dispositionem, quomodo oportet ista disponere ad dispensationem familiæ, conuenit æconomus & non aliquid acquirere: talia enim, quibus vtur, præsupponit vt habita, illa enim sunt instrumenta quibus vtur in dispositione domus. Et hoc probat per simile in artibus, & subdit in arte in qua hoc est magis manifestum, scilicet in textili, ibi, Non enim est textilis lanas facere, sed vt ipsis scilicet ab alio prius acceptis ad operationem ipsam. Et etiam textilis est cognoscere in lanis quale sit vtile & idoneum, vel quale prauum sit & ineptum. Et similiter æconomus cognoscere est, quid vtile sit, & idoneum vel prauum & ineptum in dispositione familiæ, scilicet in cibus & vestibus & aliis necessariis. Ex iis ergo habetur, quod pecuniatiua non est pars æconomica, sed subministratiua eorum quibus indiget æconomus in vsum.

r Vt autem hæc solutio questionis magis placeat, aliam inducit questionem, ibi, Etenim dubitabit vtique aliquis propter quid pecuniatiua pars æconomicae, supple, sit, medicinalis autem non pars. Et ponit rationem ad hoc quod debeat esse pars: & hoc est. Quamuis oportet eos sanari qui in domo, scilicet sunt, aliter enim communicationem æconomicam habere non possunt, sicut viuere, id est, sicut oportet eos silitere, aut, supple, sicut oportet eos habere aliquid aliud necessarium, sine quo scilicet communicatio domus subsistere non potest. Et statim procedit ad solutionem huius dubitationis subdēs, & soluens per distinctionem, ibi, Quoniam autem est quidem æconomici & principis, id est, politici, & id est, etiam de sanitate videre: principis enim æconomus est prouidere vt habeatur medicus in sanitate conferuans familiam, & curans ægros, & hoc modo pertinet medicina ad æconomum & principem, sed medici cognoscere causas morborum & curarum, vtum purgatiuis & alteratiuis sit vtendum in morbis, hoc est medici: medicina tamen subuertit æconomus & principem, hoc enim modo pertinet ad principem, vt scilicet prouideat de vrbibus, & sic vtur medico. Et ex hac solutione confirmat solutionem principis questionis subdēs. Sic & dicit de pecuniis, siue pecuniatiua, est quidem, hoc est, vno modo, vt est æconomici, id est, ad æconomum pertinens, est autem vt non, id est, alio modo non pertinens ad ipsum, sed est subservientis, quæ scilicet ministrat ea quibus vtur æconomus in cibus & aliis necessariis.

D

Et

f Et hoc probat, ibi, Maximè autem, supple, hoc patet quemadmodum est prius dictum, & reperit, quod dictum est quia oportet natura, id est, naturaliter, hoc existere, quo scilicet vitur œconomus. Et subiungit rationem: Naturæ enim opus est cibum genito exhibere ita diu, supple, & tantum, donec possit per seipsum eum inuenire, sicut in præhabitis dictum est, & hoc tam in ouantibus quam in animalifican- tibus. Omni enim rei, id ex quo fit cibus quod relinquitur, hoc est quod præsupponitur vt habitum ab vtente cibo, sicut croceum in ouo, & lac in animalibus. Et ad similitudinem huius oportet etiam œconomum præhabere quibus vtatur ad familiam disponendam: & illa pecuniatiua est secundum naturam omnibus, quæ est ex fructibus & animalibus: pecuniatiua enim ad hoc inuenta est, vt inter vendentem & ementem, talium fiat commutatio, & non est inuenta ad hoc quod pecunia in maiorem pecuniam conuertatur: hoc enim non est secundum naturam pecuniæ, sed est de prauitate auaritiæ humanæ, quæ sæpè impedit bonam communicationem ciuium & domesticorum.

t Et propter hoc subdit distinguens eam quæ pecuniatiua dicitur, ibi, Duplici autem existente ipsa quemadmodum diximus & hæc quidem pecuniatiua, scilicet campforia dicta, quæ scilicet conuertitur pecunia in pecuniam, ad quod non est inuenta, hæc autem œconomica, quæ scilicet conuertitur pecunia in victum & vestitum & alia necessaria, ad quod inuenta est, & quibus vitur œconomus. Et subdit proprietates vtriusque pecuniatiuæ dicens: Et hæc quidem necessaria & laudata, quæ scilicet pecunia conuertitur in necessaria secundum naturam: hæc autem, scilicet alia, quæ conuertitur in pecuniam, translatiua, supple, dicta est, eò quod inuenta est ad commutationem rerum: sed aua-

CAPVT VIII.

a Quoniam autem, quæ ad scientiam determinauimus sufficienter, quæ ad vsum oportet pertransire, omnia enim talia contemplationem liberam habent experientiam autem necessariam.

b Sunt autem pecuniatiuæ partes vtilis, circa possessibilia expertum esse qualia pretiosissima, & vbi, & quomodo, puta equorum possessio qualis quædam aut bouum, aut ouium: similiter autem & cæterorum animalium: oportet enim expertum esse ad inuicem horum, quæ pretiosissima, & qualia, in quibus locis, alia enim in aliis abundant regionibus, deinde de terræ cultura, & huius iam nudæ & plantaræ, & de apum cultura, & aliorum animalium natatiliu à quibuscumque conuenit fortiri auxilium. Propriissimæ quidem igitur pecuniatiuæ hæ partes & primæ.

ritia transfuit in commutationem pecuniæ: & idèd translatiua dicitur & vituperata iustè, id est, recta ratione. Et subdit causam quare vituperatur. Non enim secundum naturam, supple, est talis commutatio pecuniæ: quia non conuertitur in res naturæ necessarias, sicut paulò antè patuit de Mida rege, qui omnibus sibi exhibitis in aurum mutatis, fame periit. Sed ab inuicem est vna, pecuniatiua scilicet ab alia. Et subdit rationem vituperationis huius pecuniatiuæ, ibi, Rationabilissimè enim odio habetur obolostatia, id est, obolos itatuens ex mutuo: eò quod ab ipso numismate fit; id est, mutuo numismatis acquisitio, supple, talis, & non fit acquisitio talis, supple, super quo quidem acquisiuimus. Sicut enim dicit August. in libro de bono coningali, Pecunia à pecudibus dicitur, eò quod primò à commutatione pecudum inuenta fit: sed quia, vt antea dictum est, difficile fuit res ad res commutare, inuentum fuit numisma, quod est mensura valoris omnium per quod fieret commutatio. Postea autem auaritia transfuit, vt pecunia in pecuniam mutaretur, ad quod non fuit inuentum, vsurà (& est ablitui casus) vsura enim, id est, species lucri præter sortem talem fecit commutationem: & idèd apud Græcos vocatur τῖσθ, quod Latine sonat partus. Et hoc est quod subdit: Seipsum facit amplius secundum speciem, id est, vna pecunia aliam. Vnde & nomen istud accepit, scilicet τῖσθ. Et subdit rationem: Similia enim parta generantibus ipsa sunt, quando scilicet vna pecunia profert alteram. Et aptat rationem subdens: Tocos enim fit numisma ex numismate. Et ex his omnibus concludit propositum, scilicet quod talis pecuniatiua non potest esse œconomica pars, ibi, Quare, id est, propter quod, & id est, etiam maximè, supple, est præter naturam ista pecuniatiuæ acquisitio.

CAPVT VIII.

Quoniam vero illa, quæ ad cognitionem pertinebant, determinauimus sufficienter, illa quæ ad vsum pertinent, discutienda sunt, cuncta enim hæc considerationem habent liberalem, experientiam vero necessariam.

Sunt autem circa acquirendum partes vtilis rerum ipsarum, quæ acquirenda sunt, & vbi, & quomodo, cæu quales equè comparandi sint, quales boues & pecudes: eodem modo in aliis animalibus: oportet enim peritum esse, quæ istorum potissima, & vbi, & qualia, nam alia alibi potiora gignuntur: deinde agricultura, eiusque specierum, vt nudi soli, & constii, & apum & aliorum animalium, ex quibus fit vtilitas prouentura: maximè propria igitur acquisitionis ista sunt partes & prima.

Eius

Ναυπηγία, ὀφθαλμία, ῥητορικὴ, ῥητορικὴ.

ποιμασίς.

βαναύσιον.

c Translatiuæ autem maximum quidem mercatura, & huius partes tres, naucleria, phortigia, parastasis: differunt autem horum altera ab alteris, eò quod hæc quidem certiora sunt, hæc autem ampliorem acquirunt excrecentiam: secundum autem tocismos, tertium autem ministratiua: huius autem hæc quidem banausarum artium, hæc autem inartificialium, & corpori soli vtilium. Quarta autem species pecuniatiuæ, intermedia huius & primæ, habet enim & eius, quæ secundum naturam aliquam partem, & translatiuæ quæcumque à terra & ex terra genitis, infructuosus quidem, vtilibus autem, puta syluæ incisiua, & omnis metallica: hæc autem multa iam complectitur genera, multæ enim species ex terra metallorum sunt.

d De vnaquaque horum autem vniuersaliter quidem dictum est, nunc particulariter autem diligentius dicere vtile quidem ad operationes, graue autem immorari.

e Sunt autem maximè artificiosissima operationum, vbi minimum fortunæ, maximè autem banausicæ, in quibus corpora maculantur maximè. Maximè autem seruales vbi corporis plurimi vsus. Ignobilissima autem vbi minimum requiritur virtutis.

f Quoniam autem à quibusdam scripta sunt de his, puta à Charete Pario, & Apollodoro Lemnio de terræ cultura & nudæ & plantaræ.

g Similiter autem & ab aliis, de aliis, hæc quidem ex his considerentur cuiuscumque est cura. Adhuc autem & dicta sparsim per quæ adepti sunt quidam pecuniis intendentes oportet colligere. Omnia enim hæc proficua sunt honorantibus pecuniatiuam.

h Puta, & quod Thalys Milesij, hæc enim est consideratio quædam pecuniatiua, sed illi quidem propter sapientiam adaptant, contingit autem vniuersale aliquid existens. Exprobrantibus enim ipsi propter paupertatem tanquam inuili philosophia existente. Aiunt ipsum considerasse oliuarum vbertatem futuram ex Astrologia, adhuc quoque hyeme existente abundantem pecuniis paucis arrhabones dedisse oliuarum cultoribus his qui in Mileto & Chio omnibus modico pro pretio dato, tanquam nullo adiciente. Quando autem tempus venit, mul-

D. Alb. Mag. Politic.

Eius vero, quæ per translationem dicitur, potissima pars est mercatura, & huius partes tres, nauigatio, deuetio, negotiatio, differunt autem hæc inter se, cum alia securiora sint, alia fructuosiora. Secunda pars est feneratorio, tertia mercenaria, & huius alia vtilium artium, alia sine arte solo corpore ministrante, est & quarta acquirendi species, media inter hanc & primam, habet enim partem eius, quæ est secundum naturam, & partem eius, quæ per translationem dicitur, & est in his omnibus, quæ à terra, & ab his, quæ terre sunt, non à fructibus, sed ab vtilibus, cœu syluæ cadua, & omnis metallica: hæc rursus multas complectitur partes, nam multa sunt metallorum species.

De singulis horum in genere dictum est nunc, in specie vero de his dicere vtile quidem foret ad opera conficienda, sed graue nimis in his edocendis persistere.

Sunt enim operationes illæ artificiosissima, in quibus minimum est fortunæ. Ille sordidissima in quibus maximè inquinatur corpus. Ille ignobilissima in quibus minimum requiritur virtutis.

Cum vero sit à quibusdam de his scriptum, vt à Charete Pario, & ab Apollodoro Lemnio de cultu agrorum, tam nudorum, quam consistorum.

Et similiter ab aliis de aliis, ea quidem consideret, cui cura est, præcepta etiam quædam à frugi patribus familias dicta colligere oportet, hæc enim omnia sunt his, qui augere patrimonium curant.

Quale est illud Thaletis Milesij, id enim consideratio quædam est ad acquirendum, sed illi quidem attributum propter sapientiam: est autem vniuersale quiddam, cuius obiceretur philosophia studium propter inopiam quasi inuile & infructuosum, prospexisse illum ferunt per Astrologiam, oliuarum vbertatem futuram. Cumque cœgisset paucillum pecuniarum, hyeme adhuc vigente, emptionem olei fecisse in Mileto & in Chio pro paruo admodum pretio, vt pote nemine plus offerente, arrhasque dedisse. Cum itaque postea tempus venisset, multis subito quærentibus vendidisse oleum, quanti ipse

D 2 voluit,

ris quærentibus simul & subito pretium taxans quomodo voluit, cum multas pecunias collegisset, demonstravit, quia facile est ditari philosophis si volunt, sed non est hoc circa quod student. Thales quidem igitur hoc modo dicitur ostensionem fecisse sapientiæ.

Est autem quemadmodum diximus vniuersale, quod tale pecuniatum, si quis potuerit Monopoliam præparare sibi, propter quod & ciuitatum quædam hoc modo faciunt diuitias cum egeant pecuniis. Monopoliam enim venalium faciunt.

In Sicilia autem quidam reposito apud se numismate, simul emit omne ferrum de ferri mineris. Post hoc autem, ut venentur de nundinis mercatores, vendebat solus, non multum faciens excessum pretij, sed tamen in quinquaginta talentis, superassumpsit centum. Hoc igitur Dionysius sentiens pecunias quidem iussit asportare, non tamen amplius manere in Syracusis, tanquam diuitias inuenientem, sui ipsius rebus inconuenientes.

Quod vero visum fuit Thali, & huic idem est. Verique enim sibi ipsi studuerunt fieri Monopoliam. Vtile autem mortificare hoc politicis. Multis enim ciuitatibus opus est pecuniæ acquisitione, & talibus diuitiis quemadmodum domibus, magis autem: propter quod, & quidam ciuilitate conuersantium, ciuilitate conuersantur per hoc solum.

CAPVT VIII.

Hic inducit capitulum de usu eorum, eod quod in practicis scientiis parum valet ratio, vltus autem & exercitium multum, sicut dixit in tertio Ethic. quodd quidam ad rationem confugientes quærent philosophari & esse boni, faciunt autem operandorum nihil, simile aliquid facientes ægrotis, qui medicos quidem audiunt studiosè, sed nihil faciunt de iis quæ præcipiunt medici: & quemadmodum illi nunquam bene habebunt corpus sic curatum, sic nec isti mentem, sic philosophantes. Propter hoc ergo, doctrinam quam tradidit theoreticè de æconomica, possessiua, & pecuniatiua, hic docet ponere in usu. Et dicit quinq; quæ. Primum, quodd considerandum est, quæ res plus valeant, & in quo tempore, & in quo loco. Secundum, quodd considerandum est in cultura terræ & aliarum rerum vbi & quando plus valeant, ibi, *Deinde de cultura terræ, &c.* Tertium, quodd considerandum est in ministrariis quando magis vtilia sunt, ibi, *Tertium autem ministrariis, &c.*

voluit, ac magnam vim pecuniarum inde superlucratum, ostendisse amicis, perfacile esse Philosophis ditari, si vellent, sed hoc non se illis curæ. Thales igitur in hunc modum dicitur sapientiam suam ostendisse.

Est autem, ut diximus, vniuersalis hic quærendi modus, si quis possit sibi soli venditionem comparare. Quapropter ciuitatis quadam hunc faciunt quæstum, cum indigent pecuniis, venditionem enim sibi solis reseruant.

In Sicilia, quidam cum apud eum pecunia reposita esset, ferri quicquid erat ex ferrariis emit, postea vero mercatoribus illuc accedentibus, vendebat solus, non magnum excessum pretij faciens, sed tamen ita ut pro quinquaginta talentis, centum conficeret. Hoc itaque sentiens Dionysius, pecunias quidem illi non abstulit, sed amplius Syracusis morari vetuit, ut qui redditus reperisset suis rationibus inuitiles.

Iste vidit aliquid tale quale Thales viderat, vterque enim sibi soli venditionem parauit. Hoc est vtile videre etiam in re. Nam ciuitates pecuniis indigent, & huiusmodi quæstibus quemadmodum domus, sed magis. Quamobrem in republ. quidam huic soli parti intendunt.

Quartum est, quodd dicit quoddam Philosophos scripsisse de talibus, & quodd legendi sunt libri eorum diligenter: quia inueniuntur ibi bona documenta, ibi, *Quoniam autem à quibusdam, &c.* Quintum est, quodd exempla etiam inter mercatores sæpius recitata, maximè de Monopolio notanda sunt: quia ex illis perpenditur, ex quibus homo citius ditari potest, ibi, *Adhuc & dicta sparsim, &c.* In primo duo facit. Primum ostendit quæ necessitate inducit capitulum istud. Secundò docet exercitium, ibi, *Sunt autem pecuniatiua, &c.* Dicit ergo primo. Quoniam autem quæ ad scientiam determinauimus sufficienter in præhabitis, scilicet capitulis, vbi quæstiuimus, quæ scilicet cuius pars sit, & quæ naturalis, & quæ innaturalis acquisitio, quodd non pertinet ad scientiam practicam. Idèd, supple, quæ ad vsum pertinent, id est, exercitium, oportet pertransire tractando, scilicet etiam de illis: vltus enim in talibus scientiis plus valet quam ratio. Et hoc est. Omnia enim talia, ad mores scilicet pertinentia, contemplationem liberam habent: Philosophus enim de omnibus

libere potest contemplari & assignare rationem: sed per hoc nec in se, nec in domo, nec in ciuitate erit perfectus. Et hoc est quodd sequitur. Experienciam autem scilicet habet necessariam, ut expectetur in operibus perseverando, sicut dixit in Ethic.

Deinde cum dicit, Sunt autem pecuniatiua, incipit tradere quæ pertinent ad vsum dicens. Sunt autem pecuniatiua, id est, ad pecuniæ acquisitionem partes vtilis. Et vocat hic partes, industrias practicas acquirendi: & primum hoc vtile est circa possessibilia, id est, ad possessionem pertinentia expertum esse. Et subdit in quo, scilicet qualia pretiosissima sint, & vbi, plus valeant, supple, & quomodo. Et subdit exemplum, puta equorum possessio qualis quædam sit, aut ouium: similiter autem & cæterorum animalium, scilicet qualis sit quædam possessio eumprionis & venditionis. Et subdit rationem. Oportet enim, scilicet eum qui pecuniam acquirere vult, expertum esse ad iniuicem horum, id est, commutationem horum ad iniuicem, ut scilicet sciat quæ pretiosissima & qualia & in quibus locis. Et subiungit rationem. Alia enim in aliis abundant regionibus. Et oportet eum expertum esse, ut emat ea in locis in quibus abundant, & vendat in locis in quibus deficient: ex istis enim fit augmentum pecuniæ. Deinde transit ad secundum documentum dicens. Deinde de terræ cultura scilicet oportet expertum esse. Et huius scilicet terræ culturæ oportet expertum esse dupliciter, scilicet nudæ, id est, inculturæ, ad quos scilicet vsus melius adhibeatur, vtrum ad pascuales, vel feminales: & plantatæ: quia si plantata est terra arboribus, vel aliis, considerandum est quæ plantæ plus lucrativæ sint, & si ad illa excolenda est terra, & id est, etiam oportet expertum esse de apum cultura, qualiter scilicet apes optimis vltibus proficiant, & similiter aliorum animalium natalium & volatilium, qualiter scilicet pisces in lacunis habitati, ad optimos vsus proficiant, & qualiter gallinæ & anseres & huiusmodi quæ ad vsum hominis pertinent. Et subdit generaliter: A quibuscumque conuenit fortiri auxilium, ad lucrum habendum, similiter in illis oportet expertum esse. Et subdit adhuc in aliis documenta lucri, sicut in transportatione mercium, ibi, Propriissimæ quidem igitur pecuniatiua hæc, supple, sunt quæ dicta sunt.

Et dicit quæ sunt in illis primò consideranda. Prima est mercatura, quæ magnum fert auxilium ad pecuniatiuam, & huius, scilicet mercaturæ, partes sunt tres (& enumerat) scilicet naucleria, phortigia, parastagis. Naucleria est, quæ merces vehuntur navi per aquas ad magna luera. Phortigia sine onerifera Latine, quia φέρω. Græcè est onus vel pondus in Latino, & est quando merces quæ vel afinis vehuntur de loco ad locum propter lucrum, vel humeris hominum. Parastagis dicitur à para quod est iuxta, & sto stas, & est illorum qui pecuniam mutant mercatoribus, ut ex laboribus mercatorum lucrum partiantur cum eis. Differunt autem horum altera ab alteris: eod quodd hæc quidem certiora sunt, id est, securiora, sicut

D. Alb. Mag. Politic.

verbi gratia quæ vehitur curribus vel animalibus per terram, securior est quam naucleria: hæc autem, id est, alia ampliorem habent vel acquirunt excrescentiam, sicut nauigium maiorem excrescentiam acquirunt pecuniæ, sed minus securum est. Istæ ergo sunt tres partes mercaturæ. Secunda autem, scilicet à mercatura, quæ est acquisitiua multæ pecuniæ, est tocismos, id est, vsuraria. Si quis autem obiciat, quodd communicationes, de quibus in hoc libro, vt in principio dicit, ordinabiles sunt iustitiæ & lege, vsura autem vitium est (vt ipsemet dixit paulò ante) iuste odibile & exprobabile & præter naturam, & ita hic non deberet poni inter industrias pecuniatiuæ. Respondendum est, quodd hic enumerat partes ex quibus ciuilitate potest fieri lucrum: leges autem ciuiles etsi non statuunt, tamen permittunt vsuras & ordinant eas. In vsuris enim secundum leges transfertur dominium. Cuius ratio est, quodd leges pacta confirmant: pactum autem est in vsura de eo quodd confertur vltra sortem, & tale pactum magis est voluntarium quam inuoluntarium: quia si proiecchio mercium in mari ab Aristot. in tertio Cap. Ethic. & similiter à Damasceno & Gregorio Niseno iudicatur magis voluntarius actus quam inuoluntarius, tunc multò magis lucrum, quodd vltra sortem mutans pangit se daturum vsurario, voluntariè pangitur, & iudex compellit ad reddendum. Sed verum est, quodd vsura est contra perfectionem religionis Christianæ: sed contra ciuilia non est. Ciuilitate autem loquitur hic Aristoteles. Postis autem his duobus, scilicet mercatura & vsura, ponit tertium, ibi, Tertium autem quodd similiter valet ad pecuniæ augmentationem, est ministrariua, vt homo scilicet det se talibus obsequiis & ministrariis, ex quibus lucrari potest. Et illa habet multas partes, in genere tamen in duo diuiditur: Et hoc est. Huius hæc quidem, scilicet ministrariarum, supple, est, bananarum artium. Commentator Eultratus super quartum Ethic. dicit in principio, (vbi Arist. dicit, quodd excellentiæ magnificentiæ in plus sunt apyrocalia & bananaria) quodd hauni in Græco sunt camini, & banansi dicuntur qui turpiter sua consumunt ante caminos, ganeos & ministriones & luxuriosos & comædos nuptialiter cibantes, id est, nuptialibus epulis. Hic autem bananaria ars dicitur coquinaria, in qua multi multa lucrantur. Hæc autem, id est, alia talium artium est inartificialium, id est, eorum in quibus non magna ars exigitur & corpori soli vtilium, sicut est fodere in horto vel agro, vel opus cophim quodd est ad purgationem viarum & plaurarum: ad hos enim labores non exigitur nisi corpus, nec opus est magna sapiencia. Postea, quia iam posuit quatuor species, scilicet mercatoriæ, terræ culturam, tocismos sine vsurariam, & ministrariuam, subdit & adiicit quinram, quantum ad numerum, est tamen quarta quantum ad assignationem, & dicit. Quarta autem species, scilicet quæ est lucratiua pecuniæ, quæ scilicet est intermedia huius, scilicet translatiua & primæ, quæ fuit possessiua, quæ est scilicet vbi & quando plus valebunt boues, oues, equi, & huiusmodi talia. Et assignat quomodo est, subdens: Et primæ. Et subdit rationem: Enim,

D 3 id

id est, quia habet eius, scilicet possessiua, quæ secundam naturam est, in equis, bobus, ouibus, & apibus, & aliis huiusmodi partem aliquam, scilicet quia per quendam cultum de terra eruitur: & translatiua similiter habet aliquam partem, in eo scilicet quod de loco ubi abundat, ubi deficit transfertur. Et illa est omnibus quibuscumque à terra & ex terra genitis, infructuosus quidem, vtilibus tamen, id est, ad vtilis vsus ordinatis, pata, dat exemplum, sylua incisa, id est, quando sylua incidi debeat, vt ligna meliora sunt ad ædificia, scilicet vt minus putrescant diu conseruata & minus à vermibus corrodantur. Hoc enim fit, vt dicunt experti, quando in Ianuario inciduntur, quando luna est pansilenos, id est, plena. Tunc enim rupes succum attrahit propter solem redeuntem, quem lumen lunæ plenum partibus plantatum coadunauit. Et aliam speciem dat acquisitiua huius, quæ venit de terra, subdens: Et omnis metallica, scilicet omnes septem species metallorum. Et hoc est quod subdit: Hæc autem multa iam complectitur genera: sunt enim septem species metallorum secundum septem planetarum numerum. Aurum enim Soli attribuitur, in quo multi lucrantur: argentum Lunæ, in quo iterum magnum lucrum est: plumbum Saturno, quod etiam confert ad lucrum: æs Ioui, in quo magnum lucrum est: ferrum Marti, in quo iterum est lucrum: stannum Veneri, in quo lucrum est: argentum viuum Mercurio, in quo multi lucrantur. Et hoc est quod sequitur. Multa enim species metallorum sunt, scilicet septem quæ dictæ sunt.

d Inde subdit in communi dicens: De vnaquaque harum, supple, acquisitiuarum & pecuniatarum vniuersaliter quidem dictum est in præhabitis, similiter & nunc, id est, ad propositum particulariter, quia de particularibus est consideratio, diligentius dicere vtile quidem. In practiis enim scientiis operatio circa particularia magis vtilis est. Et hoc est: Vtile quidem ad operationes, quæ scilicet circa particularia sunt, graue autem immorari: quia scilicet talia multa sunt, & de singulis tractare difficile est.

e His habitis diuisionem ponit & differentiam inter industrias acquisitiuas dicens: Sunt autem maxime artificiales, similiter industria acquisitionum quidem operationum, id est, de numero operationum, illa, supple, in quibus minimum est fortunæ. Et huius causa est, sicut ipse dicit in 6. Ethic. quod ars est factiuum principium cum ratione: de fortuitis autem dicit in capitulo de fortuna, quod est pars Ethicæ & pertinet ad primum Ethic. quod fortuna est natura præter rationem faciens impetum. Vnde quæcumque plus habent artis, minus habent fortunæ: & quæcumque plus fortunæ, minus artis. Et subdit exemplum quod tales artes ubi nimium fortunæ est, maxime sunt banausicæ, id est, coquinariæ quæ in caminis exercentur & exigunt plurimum artis & rationis, sicut ipse dicit in 4. Meteo. quia ea epetica, aliter præparari oportet ad digestionem, eod quod interius debent esse sicca & exterius humida, quæ apud nos vocantur elixabilia: & aliter optetica, quæ apud nos affabi-

lia dicuntur, & sunt interius humida & exterius sicca. Dicit autem, quod in iis corpora maculantur. Et propter hoc istæ artes ignobiles reputantur: & hoc est quod sequitur. Maxime autem feruiles, similiter sunt huiusmodi industria, ubi corporis plurimum vsus, id est, quæ labore corporis exercentur, & minimum requirunt rationis. Ignobilissimæ autem, supple, harum industrialium, ubi minimum requiritur virtutis & honestatis, sicut est focaria apud nos, & banausica apud Græcos dicta: illi enim minimum habent pulchritudinis & honestatis, sed sunt terri & fuliginosi & sordidi in pannis & conuersatione.

f Sic determinatis considerationibus quæ de industriis lucratiuis talibus scilicet induxit, inducit eam, quæ supra dicta fuit, quod scilicet in libris Philosophorum de talibus scribentium diligenter studendum est: quia in talibus multa alia vtilia scripserunt. Et hoc est: Quoniam autem à quibusdam, scilicet Philosophis scripta sunt de iis industriis, scilicet qualiter conuertuntur ad lucrum. Et dat exemplum, puta, à Charete cui cognomen Parius, & Apollodoro Lemnio, id est, de tali loco nato. Et quid de iis scripserint, subiungit, scilicet de terræ cultura & nudæ, supple, terræ, id est, qualiter noualia fieri debeant in terra inculta: & plantaræ, id est, qualiter terra plantata debeat redigi ad maius lucrum. Illorum ergo considerationes legendæ sunt sicut & apud Latinos scripsit Palladius de agricultura, & Virgilius in buccolicis, qui de se dixit, Cecini pasua, aratra, boues.

g Nec hoc sufficit: & ideo inducit quintam considerationem, dicens: Similiter autem & ab aliis, supple, Philosophis, & de aliis industriis lucrandi, scilicet multa scripta sunt, & dicit: Hæc quidem, scilicet quæ scripserunt ex iis, scilicet quæ scripta sunt considerentur, ab eo scilicet cuiusque est cura de lucratiua industria: in iis enim potest inuenire industrias multas vnde augetur pecunia. Et subdit, quod etiam dicta sparsim exempla diligenter debent notari: quia multum faciunt ad lucrum. Et hoc est: Adhuc autem dicta sparsim, prouerbialiter scilicet & exemplariter, per quæ adepti sunt quidam pecunias, pecuniis intendentes, id est, qui intendunt pecuniis, oportet colligere & memoria commendare, supple, omnia enim exemplaria hæc, supple, proficua sunt honorantibus pecuniatiuum: quia similia facientes similia lucrabuntur.

h Et dat exemplum, puta, id est, sicut illud Thalys Milefij, qui fuit vnus de septem sapientibus qui consecrati fuerunt Apollini, & omnibus dimissis negotiis noluit occupari nisi circa philosophiam. Hæc enim est consideratio quædam pecuniatiua: sed illi quidem, hoc est, Thali Milefio, propter sapientiam adaptant, id est, propter amorem sapientiæ, siue quem ad sapientiam habuit: autem, id est, sed contingit vtile aliquid existens, hoc est, quod consideratum prouenit ad vtilitatem, sicut monopolium, id est, singularem emptionem & venditionem. Et subiungit quomodo: Enim, id est, quia exprobrantibus ipsi, hoc est, Thali Milefio, propter paupertatem, in quam scilicet inciderat,

inciderat, propter philosophiam negligendo sua, tanquam inutili philosophia existente, supple, sibi, id est, tanquam non sapienter faceret philosophiæ intendens & negligens propria negotia, considerasse dicunt, Thalem Milefium scilicet, oliuarum vberitatem futuram, supple, fore, ex Astrologia, id est, ex suffragatione astrorum, & adhuc hyme existente, cum adhuc non florent oliuæ, abundantem pecuniis, id est, cum adhuc abundaret pecuniis, paucis scilicet preiis arabones dedisse. Arabon est pars pretij, quo obligatur vendens ementi, vt non recedat à contractu. Et quibus dedit, subiungit, scilicet oliuarum cultoribus, qui in Mileto, id est, qui in tali insula coluerunt oliuas, & Chio, id est, in alia insula, & omnibus, supple, oliuarum cultoribus in supra dictis insulis modico pretio dato, tanquam nullo, adiacente, id est, plus exhibente, multum valde subarrauit oleum. Quando autem tempus venit, supple, collectionis olei & simul subido pretium taxans olei, supple, quomodo voluit, id est, quomodo existimauit, cum nullus alius haberet oleum nisi ipse, supple, tanti vendidit: & cum, supple, de tali lucro multas pecunias collegisset, demonstrauit scilicet exprobrantibus sibi philosophiam, quod facile est ditari Philosophis si volunt: sed non est hoc, scilicet ditari, circa quod student, scilicet Philosophi. Ad idem potest adduci quod factum est circa Methradorum, de quo dicit Atalys Capitolij Pontifex, quod cum multo tempore remansisset in studio, & tandem domum rediret, propinqui sibi demonstrauerunt terras & hereditatem incultam & neglectam propter diuinam ipsius absentiam: & omnibus sibi exprobrantibus propter hoc, respondit: Si hæc valerent, ego non valerem. Postea subiungit conclusionem ex iis dicens: Thales quidem igitur, scilicet Milefius dicitur hoc modo ostensionem fecisse sapientiæ, quod scilicet diuitiis præponderanda sit. Sic & Arist. in 3. Topic. dicit, quod simpliciter melius sit philosophari quam ditari, licet tempore necessitatis melius sit ditari quam philosophari.

Loco 42.

i Et licet hoc dictum sit ad demonstrationem sapientiæ & philosophiæ, tamen quemadmodum diximus, vtile est hoc querentibus pecuniam. Et subdit rationem: quia pecuniatiuum est, id est, pecuniæ lucratiuum, si quis poterit monopolium, id est, singularem venditionem

CAPVT IX.

a Quoniam autem tres partes æconomicæ erant, vna quidem despotica de qua dictum prius, vna autem paterna, tertia autem nuptialis. Etenim mulieri præest & natis, tanquam liberis quidem ambobus. Non eodem autem modo principatus, sed mulieri quidem politicè, natis autem regaliter. Masculus enim natura femella principalior, nisi aequaliter constet præter naturam, & lenius, & perfectum, iuniore, & imperfecto.

& emptionem sibi præparare: sicut patuit in Thale Milefio. Et hoc probat ab exemplo communitatum in ciuitatibus, id est, propter quod & ciuitatum hoc modo faciunt diuitias, cum, id est, quando, egeant pecuniis: monopolium enim venalium faciunt tunc scilicet, hoc est, quid de choro tritici & choro vini soluantur ab emente & vendente, & ex hoc congregant pecuniam ad sumptus communes siue publicos.

k Et de hoc quidem aliud dat exemplum subdens: In Sicilia autem quidam, scilicet mercator, reposito apud se numismate, quod scilicet diu congregauerat, simul enim omne ferrum de omnibus ferri mineris: post hoc autem vt aduenerunt, id est, postquam aduenerunt de mundanis mercatores, ferrum scilicet querentes, vendebat solus pro voluntate, supple, non tamen multum faciens excessum pretij vltra, scilicet consuetum, sed tamen in quinquaginta talentis superassumpsit centum. Hunc autem Dionysius Siculorum tyrannus & rex sciens siue percipiens, scilicet quod sic lucratus esset pecuniam, pecunias quidem iussit asportare, secum scilicet, non tamen amplius manere, scilicet voluit in Syraculis, id est, Syracusana ciuitate: quia monopolium nocet communitati & ideo à legibus prohibuit. Et subdit rationem quare Dionysius permittere noluit, ibi, Tanquam diuitias inuenientem, illum mercatorem scilicet, sui ipsius, id est, Dionysij regis rebus inconuenientes: quia vtilitas Dionysij fuit in populo, & illi non conueniebat monopolium.

l Modò redit ad propositum, & ostendit quomodo hoc documentum vtile est, ibi, Quod verò vtilis fuerat, Thali scilicet Milefio, & huic, scilicet mercatori, idem est: & hoc probat. Vterque enim, scilicet Thales & mercator, studuerunt sibi ipsi fieri monopolium. Vtile autem, supple, est notificare hæc politiciis. Et subdit rationem: Enim, id est, quia multis ciuitatibus opus est pecuniæ acquisitione, & talibus diuitiis, quemadmodum domibus, supple, opus est eis & magis quam domibus: quia sine hac acquisitione rempublicam gubernare non possent: propter quod & quedam, scilicet ciuitates ciuilitate conuersantium, id est, de numero ciuilitate conuersantium (vt sit patritia constructio) ciuilitate conuersantur, scilicet ad rem publicam gubernandam per hoc solum, scilicet monopolium.

CAPVT IX.

*Q*uoniam vero tres erant partes rei domesticæ. Vna dominica, de qua supra diximus. alia paterna. tertia coniugalibus, nam & uxori præest & filiis, tanquam liberis quidem ambobus, sed non eodem modo, sed uxori quidem ciuilitate, filiis autem regie. Masculus enim quam femina principalior est, nisi alicubi contra naturam constiterit, & antiquus & perfectum, iuniore & imperfecto.

De mariti potestate & patris, tum de virtutibus eorum, tam qui præstant, quam qui seruiunt.

b In politicis quidem igitur principibus, plurimis transmutatur principans, & subiectum. Ex æquali enim vult esse secundum naturam, & differre nihil, attamen cum hic quidem dominetur, hic autem subiiciatur, quærent differentiam esse & figuris, & sermonibus, & honoribus, quemadmodum Amasis dixit de pedum lotore sermonem. Masculus autem ad femellam semper hoc modo se habet.

c Puerorum autem principatus regalis. Quod enim genuit, & secundum amorem principans, & secundum fenectutem est, quod quidem est regalis species principatus, propter quod bene Homerus Iouem appellauit dicens, Pater virorumque Deorumque, regem horum omnium, patrem dicens. Natura enim regem quidem oportet differre, genere autem esse eundem, quod quidem passum est senius ad iuuenem, & qui genuit ad natum.

d Manifestum igitur, quoniam amplior sollicitudo œconomix circa homines, quam circa inanimatorum possessionem, & circa virtutem, quam horum circa eam quæ possessionis quam vocamus diuitias, & librorum magis quam feruorum.

e Primo igitur quidem de seruis dubitabit utique aliquis; utrum est virtus aliqua serui præter organicas & ministrarias, alia honorabilior iis, puta temperantia, & fortitudo, & iustitia, & aliorum talium habitudo, aut non est neque vna, præter corporalia seruitia. Habet enim dubitationem utrobique, si enim est, quid differat à liberis, & si non est, existentibus hominibus & ratione communicantibus, inconueniens.

f Fere autem idem est, quod quæstio de muliere & puero, utrum est horum sunt virtutes, & oportet mulierem esse temperatam & fortem, & iustam, & puer est intemperatus, & temperatus, aut non. Vniuersaliter itaque hoc est considerandum de subiecto, natura, & principante, utrum eadem virtus, aut altera. Si quidem enim oportet ambos participare calocagathia, propter quid hunc quidem principari oportebit utique, hunc autem subiici secundum semel; neque enim per magis, & minus possibile est differre, subiici quidem enim & principari specie differunt. Magis autem & minus nihil. Si autem

καλονύχιας.

In civilibus igitur officiis plerumque commutatur is, qui præest, & is qui subest, nam æquales esse volunt secundum naturam, nec quicquam differre, attamen cum hic quidem præest, ille vero subest, requiritur differentia figuris, & sermonibus, & honoribus, ut Amasis inquit de pedum lotore. Enimvero masculus ad feminam semper ita se habet.

Filiorum autem imperium est regium, quod enim genuit, quodque per amicitiam præest, & per atarē, id ipsum est idem, quod species quadam regij imperij. Ideo bene Homerus de Ioue inquit. Homini pater atque deorum, sic appellans horum omnium regem. Naturam enim excellere regem oportet, genere autem esse eundem, quod accidit seniori ad iuniorem, & parenti ad natum.

Manifestum autem, quod plus studij domestica disciplina est circa homines, quam circa possessiones inanimatorum, & circa horum virtutes possessionis, quas diuitias appellamus, & circa liberos magis, quam circa seruos.

Dubitatur autem, utrum præter ministraria, & corporalia opera, sit aliqua virtus serui excellentior, puta modestia, fortitudo, & iustitia, & alij huiusmodi habitus, vel non sit alia præter corporalia ministraria. Ambiguitatem sane id habet, nam siue sit aliqua, excellentiores erunt serui quam liberi, siue non est aliqua, cum sint homines rationis participes, absurdum videbitur.

Eadem est fere quæstio de muliere & puero, utrum & horum sint virtutes, & oportet mulierem esse modestam & fortem & iustam, an puer sit intemperans & modestus, vel non. Et vniuersaliter id querendum est de natura imperantis & parentis, utrum eadem virtus, an alia. Si enim oportet utrosque participes esse virtutis, cur tandem alter imperare debet, alter parere? Non enim secundum magis & minus possunt differre, nam imperare & parere specie differunt, & non secundum magis & minus. Sin vero alium oportet, alium non, admirabile est, nam si imperans non erit temperatus & iustus, quomodo bene imperabit? Sin is cui imperatur,

hunc quidem oportet, hunc autem non, mirabile. Si enim principans non erit sobrius & iustus, quomodo principabitur bene? si vero subiectus, quomodo subiicietur bene? Intemperatus enim, & formidolosus nihil faciet eorum, quæ oportet.

g Manifestum igitur, quia necesse quidem participare utrosque virtute, huiusmodi autem esse differentix, quemadmodum natura, & subiectorum. & hoc statim exemplificatur circa animam. In hac enim est natura, hoc quidem principans, hoc autem principatum, quorum alterum dicamus esse virtutem, pura ratione abundantis, & irrationalis. Manifestum igitur, quod eodem modo se habet, & in aliis. Quare natura quæ plura principantia, & subiecta, alio enim modo liberum seruo principatur, & masculus feminæ, & vir puero. Et omnibus insunt quidem partes animæ, sed insunt differenter. Seruus quidem omnino non habet, quod consiliatum, femina habet quidem sed inualidum, puer autem habet quidem sed imperfectum: similiter igitur necessarium habere, & circa morales virtutes existimandum oportere quidem participare omnes, sed non eodem modo: sed quantum vnicuique ad sui ipsius opus, propter quod principem quidem perfectam habere oportet moralem virtutem, opus enim est simpliciter Architectonis: ratio autem Architecton, aliorum autem vnusquisque quantum immittit ipsis. Itaque manifestum, quoniam est moralis virtus & dictorum omnium, & non eadem temperantia mulieris & viri, neque fortitudo & iustitia, quemadmodum putauit Socrates, sed hæc quidem principatiua fortitudo, hæc autem subministratiua. Similiter autem se habet & circa alias.

h Palam autem hoc, & particulariter magis considerantibus. Vniuersaliter enim dicentes decipiunt seipsos, quia habere bene animam, virtute aut recte operari aut aliquid talium. Multo enim melius dicunt, enumerantes virtutes, sicut Gorgias, quam si qui sic determinant. Propter quod oportet sicut Poëta dixit de muliere, sic putare de omnibus habere, mulieri ornatum silentium præstat, sed viro non iam hoc. Quoniam autem pueri imperfectus, palam quod huius quidem virtus, non ipsius

tur, quomodo bene parebit. Intemperatus enim & timidus nihil faciet, ut oportet.

Constat igitur, oportere utrosque habere virtutem, sed in ipsa virtute esse differentiam, quemadmodum in his quæ natura obediunt. Id aperte in animo inspicitur: est enim in animo quod natura imperat, & quod parat, quorum diuersam censemus esse virtutem, & ut rationem habentis & irrationalis. Patet eodem modo se habere in aliis. Itaque pleraque sunt natura imperantia & parentia, alio enim modo liber præest seruo, & masculus feminae, & vir puero, & omnibus insunt partes animæ, sed differunt. Seruus enim omnino non habet deliberandi arbitrium, mulier vero habet quidem, sed inualidum, puer autem habet, sed imperfectum. Eodem modo se habere necesse est circa morales virtutes: putandum est autem omnes participes esse oportere, sed non eodem modo, sed quantum cuique opus est. Ex quo fit, ut is qui imperat, perfectam virtutem habere debeat moralem, nam eius opus est simpliciter precipientis, ac præsidens, ratio autem precipit atque præsidet, aliorum vero vnusquisque quantum sibi competit. Quare patet, virtutem moralem esse omnium supradictorum, nec eadem modestia mulieris, & viri, neque fortitudo, neque iustitia, ut Socrates putabat, sed illa quidem tubens fortitudo, hæc vero obediens, eodem modo, & in aliis.

Patet autem id magis particulariter considerantibus, nam qui vniuersaliter dicunt, quod bene se habere animum virtus est, & recte agere, aut aliquid tale, seipsos decipiunt. Multo enim melius dicunt, qui enumerant virtutes, quemadmodum Gorgias, quam qui ita diffiniunt. Quapropter oportet, sicut poeta de muliere dixit, ita censere in omnibus. Mulieri decus affert taciturnitas, sed non item viro. Cum vero puer sit imperfectus, patet quod & huius virtus non ipsius ad seipsum est, sed ad perfectum, & ducem, similiter,

ad seipsum, sed ad finem & ductorem: similiter autem & serui ad dominum: posuimus autem ad necessaria vtilem esse seruum, quare palam quod & virtute indiget parua & tanta, vt neque propter intemperantiam, neque propter timiditatem deficiat ab operibus.

a Dubitabit autem vtrique aliquis de nunc dicto: si verum, ergo & artifices oportebit habere virtutem: multotiens enim propter intemperantiam deficiunt ab operibus.

b Aut differt ab his plurimum. Seruus quidem enim particeps vitæ, hic tamen remotus & tantum immittit virtutis, quantum & seruitutis. Banauus enim artifex determinatam quandam habet seruitutem, & seruus quidem eorum, quæ natura. Corarius autem nullus, neque aliorum artificum.

l Manifestum igitur, quod talis virtutis causam esse oportet seruo dominum, sed non doctrinatum habentem, operum despoticam. Propter quod dicunt non bene, ratione seruos priuantes, & dicentes præcepto vitendum solum: monendum enim magis seruos, quam pueros: sed de iis quidem determinatum sit iusto modo.

m De mulieris autem, & viri, & natorum, & partis, ea quæ circa vnumquemque ipsorum virtute, & ea quæ ad seipsum homilia, quid quod bene, & quomodo oportet, quod quidem bene, persequi, quod autem male, fugere. In his, quæ circa politicas necessarium peruenire.

n Quoniam enim domus quidem omnis pars ciuitatis, hæc autem domus, cam quæ partis ad eam quæ totius, oportet videre virtutem, necessarium ad politicam recipientes erudire, & pueros, & mulieres. Sed quidem aliquid refert ad ciuitatem esse studiosam, pueros esse studiosos, & mulieres studiosas necessarium autem refert. Mulieres quidem enim dimidia pars liberorum, ex pueris autem dispensatores fiunt politica.

o Quare, quoniam de iis quidem determinatum est, de reliquis autem in aliis dicendum. Dimittentes tanquam finem habentes eos, qui nunc sermones, aliud principium facientes dicamus, & primo consideremus de pronuntiatione de optima politica.

& serui ad dominum. Posuimus autem seruum esse vtilem ad necessaria, itaque pater ipsum virtute indigere parua, & tanta, vt neque propter intemperantiam, neque propter timiditatem in operibus deficiat.

Dubitabit vero aliquis, si verum est, quod nunc diximus, vtrum artifices oportet habere virtutem, nam saepe propter intemperantiam deficiunt in operibus.

An hoc longè differt: nam seruus quidem adheret nobis communione vitæ, ille autem remotus est, & tantum sibi competit virtutis, quantum seruitutis. Vilis enim artifex determinatam quandam habet seruitutem, & seruus est secundum naturam, sed nemo sutor, aut alius opifex.

Patet ergo, quod huius quidem virtutis causam esse oportet dominum seruo, non eum qui doctrinam habet in operibus dominicam. Quapropter non bene dicunt qui seruos spoliant ratione, dicentes præcepto vitendum solum, admonendi sunt enim serui magis quam pueri. Et de his in hunc modum determinatum sit.

De viri autem & mulieris, filiorumque & patris virtute, & conuersatione adinuicem, quid recte vel contra, & quomodo oportet hoc quidem facere, ab illo autem abstinere, in his quæ de rep. necesse est inueniri.

Nam cum omnis domus sit ciuitatis pars, illi autem domus, partis autem virtus ad totum respicere debeat, necessarium est respicientes ad remp. filios uxoresque instituire. Siquidem refert ad rectam institutionem recipere. pueros & mulieres esse bene institutos. Enimvero refert necessarium est, nam mulieres media pars sunt hominum liberorum, ex pueris autem sumuntur, qui rempub. gubernat.

Quare, cum de seruis determinatum sit, de reliquis autem in aliis dicendum, omittis propositis, tanquam finem habentibus, alio sumpto principio disseramus, ac primum illa discutiamus, quæ tradita sunt de optima ciuitatis statu.

CAPVT IX.

a Hic incipit tertia pars istius primi libri. Dicitur enim fuit, quod sunt tres partes œconomicae, scilicet despotica siue dominialis, nuptialis, paterna, & quarta adiuncta chrimatistica: & dictum est iam de despotica & chrimatistica: relinquatur ergo dicendum de nuptiali & paterna: & diuiditur istud capitulum in duas partes, in quarum prima determinatur proprias passiones & dubia pertinentia ad despoticam & paternam. In secunda de iis quæ pertinent ad nuptialem, ibi, *De mulieris autem & viri, &c.* In prima harum tria facit. Primum enim adaptat œconomicas, seruatorum scilicet, puerorum, & vxoris ad vrbanares siue politias, diuersis diuersas adaptans. Secundum mouet dubitationes super hoc, ibi, *Primum quidem igitur de seruis, &c.* Tertium ponit solutionem, ibi, *Manifestum igitur quia quidem necesse, &c.* Dicit ergo primo: Quoniam autem tres partes œconomicae erant sicut determinatum: & enumerat eas, dicens: Vna quidem despotica, de qua dictum est prius, id est, in præhabitis, & hæc est dominialis, cui adiuncta est chrimatistica: vna autem, scilicet secunda paterna, patris scilicet & filiorum: tertia autem nuptialis, viri scilicet ad vxorem. Et subdit rationem, quod isti principatus non sint idem specie, ibi, *Etenim mulieri præesse, & natis tanquam liberis quidem ambobus: quia & vxor libera & nati, scilicet non idem principatus cum despotico: quia seruus non est liber à domino.* Deinde subdit, quod nuptialis & paterna non est idem principatus, ibi, *Non eodem autem modo principatus, supple, est mulieri & liberis: sed mulieri quidem politicè, supple, principatur maritus. Politicus autem principatus vocatur, quando in vna ciuitate vnus accipit principatum super reliquos ciues æquè liberos sicut ipse est: & non dominatur eis nisi secundum statuta ciuitatis, & transit de vno in alterum: vnus enim habes potestatem vno anno, & alter altero. Et hoc est quod dicit, ibi, *Sed mulieri quidem politicè, supple, principatur: non enim habet potestatem in eam nisi secundum instituta nuptialia, vt dicunt canon & lex: propter quod etiam dicit canon, quod consensus, qui facit matrimonium, debet esse secundum leges contrahentium.* Deinde subdit de principatu paterno. Natis autem, principatur scilicet regaliter. Rex enim habet plenitudinem potestatis super omnes, qui sunt in regno, ad vtilitatem eorum, non ad vtilitatem propriam, statuendi & ordinandi quicquid voluerit. Et subdit rationem vtriusque principatus, dicens. Masculus enim naturā, id est, naturaliter, femellā principalior. Et quia potest aliquis obicere, quod aliqua femina sapientior & magis strenua est viro, propter hoc excipit subdens. Nisi aliquo modo constet factum præter naturam, scilicet quod vir deficiat, & mulier proficiat: & hoc est præter ordinē naturæ. Mulieris enim secundum naturā, est habere inconstantes conceptus, propter humiditatem: viri autem propter contrariam complexionem, est habere constantes. Et subiungit rationem*

de principatu paterno, dicens. Et lenius & perfectum, sicut, supple, est pater, secundum naturam, supple, principalis est iunior & imperfecto: in sene enim conceptus stabiles sunt & morantes circa idem: in iunior autem & imperfecto secundum ætatem, sunt conceptus inconstantes & leues, & circa idem non morantes, propter complexionis fluxibilitatem. Et idem dicit Aristor. in septimo Physic. quod non æqualiter iudicant iuuenes senioribus presbyteris. In talibus tamen omnibus supponendum est quod dicit Aristor. in primo Ethic. quod nihil differt ætate an moribus, puerilis: non enim ab ætate defectio est, sed à passione.

b Deinde subdit & dicit qualiter vnique appropriatur ille vel ille principatus, ibi, *In politicis, id est, ciuilibus quidem igitur principatibus, plurimis, id est, ad plures transfertur principans & subiectum: quia qui in anno hoc principatur, in futuro subicitur, & talis principatus est ex æquali secundum naturam, & differt nihil. Ciues enim æquales sunt, & nullam differentiam libertatis vel iuris habent. Et hoc est quod dicit. Ex æquali vult secundum naturam, supple, talis principatus, & differre nihil habet, supple, vnus ciuis ad alterum. At tamen cum hic quidem, id est, vnus, domineatur, hic autem, id est, alter ciuium subicitur, tunc scilicet in tali principatu communiter homines querunt differentiam esse, id est, facere, figuris & sermonibus & honoribus: figuris, vt in vestibus, & fastus ambirione, quem attribuunt principanti, & non subiectis: & sermonibus, quia aliter & cum maiori reuerentia concionantur ad eos, quam ad subiectos: & honoribus, quia scilicet geniculando & adorando honorem exhibent eis quem non exhibent subiectis. Hoc autem probat per autoritatem Amasis, dicens. Quomodo Amasis, id est, talis Philosophus dixit de pedum lotore, sermonem, supple, faciens. Dicitur autem Amasis fuit, quod lotor pedum non esset dignus honore, qui debetur politico principanti in ciuitate. De secunda autem communicatione, scilicet viri & vxoris subdit: Masculus autem semper ad femellam hoc modo se habet, scilicet sicut principans ad eum qui subicitur.*

c Tertio subdit de paterna dicens. Pnerorum autem principatus, scilicet paternus, regalis est, id est, regali similis. Et subiungit rationem. Enim, id est, quia qui genuit, est & secundum amorem principans, & non propter vtilitatem propriam, & secundum senectutem: sicut enim dicit in tertio topic. Nemo eligit iuuenes duces: quia non constat eos esse sapientes. Et subdit, quod hoc est proprium regis, ibi, *Quod quidem est regalis species principatus. Regis enim est (vt dicit Aristor. in quinto Ethic. Et Boëtius in libro diuisionum) ex amore subditis præesse ad vtilitatem subditorum: & si seruiat in subditos ad vtilitatem propriam, & nocuum subditorum, corrumpitur Rex in tyrannum, & vrbanares quæ regnum dicitur, in tyrannidem. Et hoc probat per Homerum, dicens. Propter quod bene Homerus louem, qui fuit primus rex institutus inter Deos: Et sicut dicit Quidius de eo.*

Iupiter

Iupiter esse pium statuerat quodcumque iuraret.

Id est, voluit esse pium, id est, cultum Dei, quicquid iuraret populū, Et quia sicut dicit Tullius in fine primæ rhetoricæ, pietas est benevolentia in parentes & parentela coniunctos, idem dicit esse similes principatus, regalem & paternum. Et hoc est quod bene Homerus Iouem appellauit dicens, quod sic est pater virorum, Deorumque: & subdit rationem, regem horum omnium, scilicet virorum & Deorum, patrem dicens. Vnde subdit rationem Homeri, qua motus hoc dixit, ibi, Natura enim, id est, naturali sensu & industria regendi & potentia & benevolentia regem quidem differre oportet, supple, à subiectis, genere autem siue genealogia ex specie esse eundem, supple, oportet cum subiectis. Et subdit conuenientiam huius ad principatum paternum, dicens. Quod quidem passum est senius ad iuuenem, & qui genuit ad natum. Pater enim senior & industrius est & benevolentior ad regendum natos. Specie autem idem est cum eis: quia simile sibi secundum speciem ex seipso genuit.

d Et subdit faciens comparationem inter principatus qui sunt æconomicæ dicens. Manifestum igitur attendenti, est, supple, quoniam amplior est sollicitudo æconomicæ circa homines, quam circa inanimatorum possessionem, cum tamen vtrumque pertineat ad eam, quam scilicet possessionem, vocamus diuitias, & liberorum sollicitudo, supple, magis est, scilicet æconomicæ, quam seruorum.

e Deinde cum dicit, *Primo igitur quidem, &c.* Mouet quæstionem circa ea, quæ pertinent ad æconomicum, & habet duas partes: primò enim mouet quæstionem in vniuersali, & ponit solutionem. Secundò in particularibus ostendit eam, eò quod particularia in operabilibus magis certificant, quam vniuersalia, ibi, *Palam autem hoc & particulariter, &c.* Prima harum diuiditur in duas. Primò enim mouet quæstionem, & deducit eam. Secundò ponit solutionem, ibi, *Manifestum igitur, quia necesse quidem, &c.* Circa primum tria facit. Primò enim mouet quæstionem de seruis in despotica. Secundò eandem quæstionem dicit esse de muliere & viro, ibi, *Ferè autem idem est, &c.* Tertid dicit, quod vtiliter tenet ista quæstio de Domino & seruo, & muliere & viro, & patre & puero, ibi, *Vniuersaliter itaque hoc est considerandum, &c.* Dicit ergo sic. Primò igitur quidem de seruis dubitabit vtrique aliquis, id est, dubitando quæret, & intelligitur de iis qui sunt serui natura, non de iis qui sunt serui lege vel captiui in bello: illi enim nec liberum consensum habent, nec liberam electionem, sed in omnibus talibus respiciunt ad præceptum principantis domini: & in hoc solo habet locum quæstio de eis qui homines sunt. Et subdit quæstionem, vtrum est virtus serui, præter organicas & ministratiuas? In præhabitis enim ostensum est, quod virtus serui in quantum seruus est, est corpore fortem esse, & ordinatum ad perficienda præcepta domini, & ministeria: & idem est vt organum animatum domini: & virtus eius propria in quantum est seruus perficiens eum & complens, est vt opti-

mè perficiat præceptum domini, & ministerium. Vt enim dicit in tertio Ethic. In omnibus virtus est optimorum operatiua. Sunt autem serui etiam homines, & idem quæritur si est alia virtus honorabilior quam ista quæ competat seruo: & subdit exemplum, puta temperantia, fortitudo, prudentia, & aliorum talium habituum, sicut est iustitia, mansuetudo, cunctantia, & huiusmodi medietates 12. quales determinat in quarto Ethic. Et illæ virtutes dicuntur honorabiliores: quia sunt partes honesti, vt dicit Tullius in fine prirhetorices: honestum autem est, quod sua vi nos trahit, & sua dignitate nos allicit, vt ibidem dicit Tullius. Et omnes tales virtutes, vt ibidem dicitur, sunt habitus in modum naturæ, propria rationi & rectæ consentanei: organice autem & ministratiuæ virtutes subserviientes sunt, & consentaneæ præceptis principantis: propter quod illæ honorabiliores sunt. Habet enim dubitationem vtrouique, id est, ad vtramque partem: primò enim ostendit, quia neque vna, id est, nulla virtus est seruo, præterquam ad corporalia seruitia: & hoc ostendit tali ratione. Liberi est habere liberas virtutes: si ergo seruus habet liberas virtutes & liberorum, non differt à libero, quod falsum est: ergo & falsum id ex quo sequitur, scilicet quod aliqua virtus nobilior sit seruo, quam organica & ministratiua. Et statim obiicit in oppositum subdens: Et si non est, scilicet aliqua virtus nobilior seruo, inconueniens, supple, videtur esse: & ponit medium ex quo hoc sequitur: Existentibus hominibus, supple, ipsis seruis, & ratione communicantibus, id est, cum sint homines & communicent naturæ sicut liberi, tunc ex ordine ipsius naturæ debent habere virtutes perficientes eos ad humana & rationabilia omnia. Dicit enim Plato in secunda parte Timæi, quod creator nulli negauit aliquid eorum, quæ sunt ad beatitudinem vtilia & commoda. Nihil autem vtilius ad beatitudinem quam virtus moralis, quæ est pars honesti: vnde dicitur Sapientiæ 8. de sapientia: Sobrietatem & prudentiam docet & iustitiam & virtutem, quibus vtilius non est in vita hominibus. Et sobrietatem vocat, temperantiam: virtutem, fortitudinem.

f Deinde hanc quæstionem dicit eandem esse de muliere & viro, patre & puero, ibi, *Et id autem idem est quod quæritur de muliere & puero.* Et dicit, ferè: quia tam seruus, quam mulier, quam puer sunt in ordine subiectorum & non principantium: sed non est eadem species subiectionis in tribus illis: & idem non omnino eadem quæstio, & idem dicit, ferè. Et repetit quæstionem, vtrum &, id est, etiam, horum, mulieris scilicet & pueri, sint virtutes, supple, honorabiliores quam illæ, quæ perficiunt eos ad subiectionem. Et explanat. Et, supple, quæritur, si oportet mulierem esse fortem temperatam, & iustam: Et, supple, si puer est intemperatus & temperatus, aut non, id est, si virtutes habet honorabiliores quam illas, quæ perficiunt puerum ad audiendam prædicationem, & mulieres ad audiendum maritum, aut non. Et quæstiones, quas in tribus dixit particulariter, reducit ad vniuersalem subdens vniuersaliter.

uersaliter. Itaque hoc est considerandum de subdito naturæ, siue sit seruus, siue mulier, siue puer, & principante, siue sit dominus, siue maritus, siue pater, vtrum eadem virtus scilicet sit principantis & subditi, aut altera: siquidem non oportet ambos, scilicet principantem & subiectum participare in his tribus ordinibus calothagathia. Et est nomen compositum in Græco, & componitur à calos quod est, bonum & thagaton, quod sicut dicit commentum super decimum Ethic. compositum est à thō præpositiuo articulo, & agton quod est bonum: sed Græcis mos est quociescumque vocalis est post vocalem immediatè, vt altera synalipham patitur, & maximè præcedens, vt facilius sit pronuntiatio, & idem dicit thagaton, pro thagaton. Vnde calothagathia est per se bonitas, ad vitam pertinens secundum virtutem honesti: quia hoc per se bonum solum est, vtile autem & delectabile est ad aliud bonum. Si autem hoc concedatur, vadit in oppositum: si enim ambo, principans scilicet & subiectus æqualiter participant calothagathia, tunc, supple, non est ratio propter quod hunc quidem principari oportebit vtrique semel, hunc autem subditi secundum semel. Dominus enim semper principatur seruo, similiter & maritus vxori, & pater puero: & non modò principatur, & postea subicitur, sicut est in politicis, vbi qui vno anno principatur, postea subicitur. Et quia posset aliquis dicere, quod principans & subiectus habent virtutes secundum maius & minus, excludit istam responsonem subdens. Neque enim per maius & minus possibile est differre. Et ponit rationem. Subditi quidem enim, & principari, specie differunt: maius autem & minus nihil, supple, differunt secundum speciem. Et ratio talis est fundata super hoc, quod dicitur in tertio Ethic. Quod vniuersi cuiusque extremum in bono, est virtus eius, puta principis potentia alia est, quam subiecti in quolibet ordine, & differunt specie: ergo extrema eorum in bono differunt: & ita alia, specie est virtus principantis quam subiecti. Et statim vadit in oppositum, ibi, Si autem hunc quidem oportet, hunc autem non, supple, honorabiliores virtutes habere, mirabile, supple, videbitur & inconueniens. Et ostendit hoc primò de principante sic. Si enim principans non erit sobrius & iustus & fortis & prudens, quomodo principabit bene? Isaia 32. Princeps quæ digna sunt principe, cogitabit. Et similiter ostendit de subiecto, ibi, *Si vero subiectus, supple, non erit sobrius & iustus, &c.* quomodo subdicietur bene? Et adiungit rationem. Intemperatus enim existens & formidolosus, nihil faciet eorum quæ oportet, supple, bene. Et sic tam principans, quam subiectus indigent honorabiliori virtute ad hoc quod bene subdiciantur & principentur.

h Deinde ponit solutionem, ibi, Manifestum igitur, quia necesse est quidem participare vtrouisque, scilicet principantes & subiectos, virtute scilicet honorabiliori, quæ est pars honestatis: iis enim necesse est participare principantes & subiectos, si digna debeant præcipere principantes, & subiecti digna facere: differenter tamen: & hoc est quod subdit. Huius autem

D. Alb. Mag. Politic.

tem, differentia scilicet virtutis, supple, sunt, quemadmodum natura, supple, est principantis & natura subiectorum. De talibus enim agit, qui secundum naturam principantur & secundum naturam subdiciuntur. Et probat per exemplum, ibi, & hoc statim exemplificatur circa animam. In hac enim, scilicet anima, naturæ hoc quidem principans, scilicet intellectus & ratio, &, supple, aliud cui principatur, sicut appetitus & desiderium in irascibili & concupiscibili. Et hoc est. Hoc autem principatum, irascibile scilicet & concupiscibile, sustinens principatum rationis & intellectus: quorum, scilicet intellectus & rationis, irascibili & concupiscibili alteram dicimus esse virtutem. Quod exemplificat subdens: puta rationem habentis & irrationalis. Rationem enim habens est ratio & intellectus, eò quod omnis virtus rationis & intellectus medium habet rectam rationem (vt dicit in 6. Ethic.) irascibilis autem & concupiscibilis virtutes, quæ circa passiones & operationes sunt, medium habent inter abundantiam & defectum. Et solutionem adaptat subdens. Manifestum igitur, quia eodem modo se habet & in aliis, vbi scilicet vnum principatur & alterum subdicitur, sicut est rationale & irrationabile. Et hoc est quod subdit. Quare, id est, propter quod natura, id est, naturaliter quæ plura principantia, sicut dominus seruo, maritus vxori, pater puero, & subiecta, seruus, vxor, & puer, supple, ad virtutem moralem, quæ pars honestatis est, alio modo se habent. Et explanat dicens: Alio modo enim liberum seruo principatur, & masculus feminae, supple, alio modo, & vir, id est, pater puero, supple, & alio modo. Et omnibus, supple, iis, seruo & mulieri & puero insunt quidem partes animæ, rationale scilicet & irrationale in concupiscibili & irascibili, sed insunt differenter. Et ostendit differentiam subdens. Seruus quidem enim, supple, qui per naturam seruus, omnino non habet consiliatum, & idem ad consilium proprium nihil perfectum facere potest: mulier autem habet, sed inualidum, & idem nec ad consilium proprium aliquid perfectum facit: puer habet, sed imperfectum, quia stabiles conceptiones circa idem non habet. Et iterum adaptat solutionem dicens. Similiter igitur necessarium habere, hæc tria, supple, seruum scilicet, mulierem & puerum, &, id est, etiam circa morales virtutes. Et subdit quomodo: Existimandum, supple, est, oportere quidem participare morali quidem virtute omnes, sed non eodem modo, secundum quam scilicet participationem vnicuique, supple, contingit ad sui ipsius opus vt perfectum sit illud, scilicet secundum virtutem propriam. Et ex hoc concludit singulorum virtutem dicens, ibi, Propter quod principem quidem perfectam oportet habere moralem virtutem: quia scilicet ille præcipit omnibus aliis. Et hoc probat per simile in artibus mechanicis, in quibus architectonicis, id est, principalis artifex, præcepta & rationem operum dat omnibus vsualibus sibi subiectis: vt militaris, sicut dicit in primo Ethic. præcepta dat sellatrici, frænificatrici, & equalitri, qualiter scilicet operari debeant: & hoc est quod subdit. Opus enim

enim simpliciter architectonicis, id est, principalibus artificibus. Et subdit causam. Ratio autem architecton, id est, principalis artifex, qui ratione dat qualiter vnusquisque operetur. Dicit enim in sexto Ethic. quod in vnaquaque arte est, qui ex fine artis rationem dat omnium operandorum, quæ exiguntur ad artem. Et subdit qualiter est aliorum, ibi, Aliorum autem vnumquodque, scilicet habet virtutem, quam immitrat ipsis, architector, supple. Et ex his concludit solutionem, ibi, Itaque manifestum, quoniam est moralis virtus ditorum omnium, despotica scilicet, nuptialis & paternæ, in principante & subiecto, quo scilicet ad substantiam virtutis, & non est eadem secundum esse, scilicet mulieris & viri, neque fortitudo & iustitia, supple, est eadem, scilicet secundum esse. Et ex hoc reprehendit Socratem subdens. Quemadmodum putauit Socrates, supple, eadem esse. Et subiungit differentiam, ibi, Sed hæc quidem principatiua, scilicet in principante fortitudo, hæc autem subministratiua, scilicet in subiectis: similiter autem se habet & circa alias, scilicet iustitiam & prudentiam & temperantiam & alias morales virtutes. In omnibus autem iis principari & ordinare, est principantis: obedire autem & subseruire, subiecti.

b Deinde cum dicit: Palam autem hoc, &c. Solutionem quam dedit in vniuersali, ostendit in particularibus. Et circa hoc duo facit. Primum enim ostendit solutionem quam dedit, tenere in particularibus. Secundo mouet dubitationem, vt confirmet solutionem, ibi, Dubitabit autem vtrique aliquis, &c. Circa primum tria facit. Primum enim, quod solutio data palam sit particulariter intendentibus. Secundo probat hoc per quosdam Poetas, ibi, Multo enim melius, &c. Tertio adaptat ad propositum, ibi, Mulieri ornatum silentium, &c. Circa primum duo facit. Primo enim dicit quod intendit. Secundo ponit rationem, ibi, Quia bene habere animam, &c. Ergo dicit. Palam autem hoc, scilicet quod dictum est, quod secundum esse differunt virtutes viri & mulieris, domini & serui, patris & pueri, & id est, etiam magis particulariter considerantibus. Et subiungit rationem. Vniuersaliter enim dicentes, supple, de virtute, tamen circa particularia opera sic decipiunt se ipsos. Et huius, supple, causa est: quia bene habere animam virtute, id est, secundum virtutem monasticam, æconomicam, vel politicam, aut rectè operari, supple, secundum hanc virtutem, vel illam, aut aliquid talium, quod est, supple, operum virtutis, quærunt confugere ad philosophiam, & esse boni, & nihil operandorum facere: quod malum est: quia sicut dicit in septimo Ethic. Nunquam bene habebunt animum sic philosophantes. Et idè infert, quod particulariter intendendo melius est. Et hoc est. Multo enim melius dicunt enumerantes virtutes, particulariter scilicet, & secundum particularia opera, sicut Gorgias, supple, Philosophus fecit, qui particulariter in omnibus ostendit, in quo quis bonus, vel malus esset, quam qui sic determinant, vniuersaliter scilicet. Et confirmat hoc per auctoritatem, ibi, Propter quod oportet sicut Poeta dixit, Homerus scilicet de muliere, in particulari scilicet de-

terminans bonitatem eius, sic putare habere de omnibus, filio scilicet, seruo & omnibus subiectis. Et dicit verbum quod dicit Poeta de muliere in particulari, ibi, Mulieri ornatum, silentium præstat, scilicet quod non ad seipsam, sed ad viri vocem faciat, quod facit: sed viro, iam non hoc, supple, præstat ornatum, quod sic habeat se, sed quod cuncta quæ ad dispensationem domus pertinent, sapienter & discretè disponat. Est simile ei quod dicit Apostolus 1. Tim. 2. Mulieri in Ecclesia loqui non permitto: sed si quid volunt discere, domi viros suos interrogent. Propter quod etiam cautum est in legibus, siue iure ciuili, Ne mulieres adducerentur in causis: aduocationes enim mulierum lubricæ sunt, & inconstantes, & allicientes animos iudicum. Et subdit de puero & patre. Quoniam autem puer imperfectus, supple, sit, palam, & quod huius scilicet pueri quidem virtus, non ipsius ad se ipsum est, sed ad finem & ductorem, id est, quod obediat pædagogico & ductori ad finem, quem ipse præcipit circa singulas virtutes. Et adiungit de tertia combinatione, scilicet serui & domini, ibi, Similiter autem & serui ad dominum oportet, supple, præceptis particularibus intendere, & non vniuersaliter philosophari de virtute, quid sit. Et subiungit rationem. Posuimus autem ad necessaria vtilem esse seruum, vt scilicet famuletur præceptis domini particularibus: quare palam, quod & virtute indiget parua, scilicet alteri famulante, & tanta, scilicet indiget virtute, vt neque propter intemperantiam, neque propter timiditatem deficiat ab operibus, supple, præceptis à domino.

i Deinde sequitur pars in qua mouet dubitationem à dicta solutione exortam, ibi, Dubitabit autem vtrique, &c. Quia si ita est quod tali virtute, cardinali scilicet indigent mulier & puer & seruus, vt non impediatur ab opere præcepto sibi, tunc etiam videretur, quod quilibet artifex hac virtute indigeat, vt non impediatur ab opere præcepto ab arte. Ars enim, vt dicit Tullius in fine primæ rhetoricæ, est collectio præceptorum ad eundem finem tendentium. Dicit ergo: Dubitabit autem vtrique aliquis de nunc dicto, id est, de nunc dicta solutione. Et ponit rationem dubitationis dicens. Si verum, ergo & artifices oportebit habere virtutem, supple, cardinalem, ad hoc scilicet quod consequantur finem artis. Et ponit rationem, quare oporteat, ibi, Multoties enim (vt fabri vel alij artifices) propter intemperantiam, supple, vel timiditatem, deficiunt ab operibus, ita quod finem artis suæ non consequantur: ergo, supple, oportet habere virtutem, quæ iuuat ad finem artis.

k Aut nota solutionis est. Et obuiat rationi inductæ dicens. Differt ab iis plurimum artifex, scilicet à seruo, puero & muliere. Artifex enim liber est, seruus autem non: & hoc est. Seruus quidem enim particeps, scilicet est, vitæ, æconomicæ scilicet cum domino: communicant enim in eodem opere scilicet æconomico: hic autem, scilicet artifex, remotius, liber enim est, & supple, idè tantum immitit virtutis, cardinalis scilicet, quantum & seruitutis: quia scilicet alij operantur pretio, idè etiam ad præceptum

ceptum eius tenentur perficere opus artis. Et hoc probat in particulari, ibi, Banauus enim, id est, coquus artifex determinatam quandam habet virtutem, scilicet elixationis, assationis, & aliorum quæ pertinent ad ciborum præparationem. Et hæc virtus exigitur ab artifice, vt ad finem artis deueniat. Sed ostendit dissimilitudinem inter seruos & artifices, ibi, Et seruus quidem eorum, id est de numero eorum quæ natura, quia est organum animatum, vt in præhabitis dictum est, quod ad possessionem, quæ secundum naturam æconomicam est, pertinet. Corrigiarius autem, qui incidit corrigias in cingula, nullus, neque aliorum artificum, supple, secundum naturam pertinet ad possessionem æconomicam, sicut seruus, qui de possessione est vt organum animatum.

l Ex iis concludit probationem solutionis, dicens: Manifestum igitur, quod talis virtutis causam esse oportet seruo dominum: quia illius præcepto tenetur seruus obedire ad opera, sed non oportet, supple, doctrinarum habentem, operum despoticam, id est, dominalem. Doctrinatiua enim est, quæ secundum Philosophiam docet quid virtus, & causas, & species virtutum, & passiones & accidentia per se. Et ex hoc arguit quosdam malè dicentes de hoc, & fuit Socrates, ibi, Propter quod dicunt non bene, ratione seruos priuantes in totum, supple: oportet enim seruos ad minus tantum habere rationis, vt intelligant præcepta dominorum. Dictum autem illorum ponit, ibi, Et dicentes præcepto dominorum vtendum solum, seruos scilicet, & idè, supple, non indigere ratione ad disponendum propria opera: ed quod dispositio operis seruorum ad dominos pertinet. Et rationem redargutionis huius subdit. Monendo enim magis seruos, supple, disponimus, quam pueros. Et huius causa est: quia serui secundum ætatem perfectæ sunt rationis, pueri autem imperfectæ. Et subdit epilogum de dictis: Sed de iis quidem, id est, despotica, possessiua, chrimatistica & paterna determinatum sit hoc modo.

m De mulieris autem, & viri, &c. Determinata domini & serui communicatione, patris & filij, determinat de communicatione mulieris & viri, quæ fuit tertia pars æconomicæ quam in antè habitis vocauit nuptialem. Dicit ergo: De mulieris autem & viri, & natorum & patris, ea quæ circa vnumquodque ipsorum, virtute immediatè: habitum est enim, quod alia est virtus serui, & alia domini, alia patris, alia nati, alia mulieris, atque alia viri secundum esse: & supple, determinata est quæ ad ipsos, dominum scilicet & seruum, patrem & natum, mulierem & virum homelia: & dicitur ab hominibus quod est vnum, & logos quod est sermo, & est collatio siue collocutio ad alios habita de iis quæ pertinent ad ipsos in moribus & factis ipsorum. Quomodo autem determinauerit, subdit: Quid quod bene & non bene est, determinatum est: qualiter isti bene communicant, & qualiter non bene. Et etiam, supple, est determinatum quomodo oportet, quod quidem bene est, & bonam facit communica-

tionem in singulis, persequi: quod autem malè, supple, fugere: sic enim erit optima æconomica communicatio. His igitur determinatis in iis quæ circa politicas sunt communicationes, supple, necessarium superuenire, in reliquis, supple, sequentibus libris.

n Dictum est enim in primo cap. parte scilicet procemiali, quod in ciuitate perfecta communicatio est, & non in domo. Et hanc rationem recipit hic cum dicit: Quoniam enim domus quidem omnis pars ciuitatis, supple, est: hæc autem, scilicet ciuitas domus (& est domus genitiui casus) quia scilicet est constituta ex domibus sicut ex partibus, propter hoc, supple, eam scilicet virtutem quæ partis domus, ad eam quæ totius, scilicet ciuitatis, oportet videre virtutem: virtus enim partis perficitur in virtute totius. Et hoc est. Necessarium, supple, est ad politicam respicientes, quæ communicatio est perfecta & totius, erudire pueros & mulieres studiosos: & tacet de seruis, quia politica communicatio inter æquè liberos est: pueri autem & vxor æquè liberi sunt, seruus autem non, maxime verò seruus per naturam, & ad communicationem politicam seruus non pertinet. Et hoc est. Sed quidem refert aliquid ad ciuitatem esse studiosam, pueros esse studiosos, & mulieres esse studiosas, seruum autem esse studiosum non multum confert, nec differentiam boni studiose ciuitati, de qua sit curandum: pueris autem & vxoribus non sic est. Et hoc est. Necessarium autem refert, scilicet pueros & mulieres esse studiosos: hoc enim magnum bonum facit ciuitati. Et subiungit rationem, ibi, Mulieres quidem enim dimidia pars liberorum, sunt, supple: sicut enim dixit in 5. ethic. Pater aliquid sui habet in filio, quod actiua potentia totum est, mater autem etiam sui aliquid habet in filio quod passiuua potentia totum est: & bonæ & malæ dispositiones parentum sæpè sunt in filiis: propter quod oportet matres semper studiosas esse. Et idem dicit de filiis subdens: Ex pueris autem dispensatores fiunt politica, id est, communicationis ciuitatis, & ex bonis pueris boni dispensatores, & ex malis mali. Propter eadem dicitur de quibusdam Sap. 12. Naturalis malitia eorum immutari non poterat.

o Sic determinato de iis ponit transitum ad sequentia, subdens: Quare quoniam de iis quidem, scilicet communicationibus æconomica, despotica, nuptialis & paterna determinatum est, de reliquis autem, supple, communicationibus in aliis, supple, sequentibus libris dicendum: dimittentes tanquam finem habentes eos, qui nunc sermones, de æconomica scilicet, aliud facientes principium, id est, alterius libri, dicamus scilicet de communicatione politica. Et subdit quo ordine dicendum est de illa, ibi, Et primò, scilicet in sequenti libro, consideremus de pronuntiatione ab aliis, scilicet Philosophis de optima politia: vt sicut ipse dicit in primo de anima, bene quidem dicta accipiamus, si quæ autem mala dixerunt, vereamur hæc: & innuit nobis diuisionem sequentis partis, & sic terminatur sententia primi libri.



ARISTOTELIS POLITICORVM LIBER SECVNDVS,

Cum Beati Alberti Magni præclarissimis Commentariis.

CAPVT I.

Socratis opinio re- futatur om- nem vni- onem & cõ- municatem in ciuitate constituen- tis apud Platonem.



Quia considerare volui- mus de communione po- litica, quæ sit optima om- nium, iis qui possunt viue- re quam maxime ad votum, oportet & alias considerare politias, quibus vtuntur quædam ciuitatum earum, quæ bene regi legibus dicuntur, & si quæ aliæ existunt à quibusdam dictæ & visæ bene se habere, & vt recte habens appareat & vtile.

b Adhuc autem quærere præter ipsas alterum non videatur esse omnino sophizare volentium, sed propter non bene se habere has nunc existentes; propter hoc, hanc videamur inferere methodum.

c Principium autem primo facien- dum, quod quidem natum est esse prin- cipium speculationis. Necessè enim aut omnes omnibus communicare ci- ues, aut nullo, aut quibusdam quidem, quibusdam autem non.

d Nullo quidem igitur communica- re, manifestum quod impossibile. Ci- uitas enim communicatio quædam est: & primum necessè loco communicare. Locus quidem enim vnus, qui vnus ciuitatis, ciues autem socij qui vnus ciuitatis.

e Sed vtrum quibuscunque contigat communicare, & melius est com- municare futuram habitari ciuitatem bene, aut quibusdam quidem, quibus- dam autem non, melius. Contingit enim, & pueris, & mulieribus, posses- sionibus cõmunicare ciues adinuicem, quemamodum in politica Platonis. Ibi enim Socrates ait, oportere communes pueros, & mulieres esse, & possessio-

CAPVT I.



Quoniam proposuimus considerationem facere de ci- uili societate, quæ sit optima omnium, potentibus viuere maxime ad votum, oportet alias quoque considerare Resp. quibus vtuntur ciuita- tes aliqua earum, quæ bene legibus insti- tuta videntur, & si aliqua sint ab aliqui- bus scripta, quæ bene se habere videantur, vt recta institutio utilitasque appareat.

Nec putetur esse ad ostentationem & superfluitatem quærere aliud quidpiam præter illas, sed quia illa non bene habent, ideo hunc laborem à nobis esse susceptum.

Incipiendum est autem ab eo, quod est secundum naturam huius considerationis principium. Necessarium quidem est, aut omnia esse communia inter ciues, aut nulla, aut quædam.

Enimvero nulla esse communia, impos- sibile constat esse, cum ciuitas sit commu- nio quædam. Ac primo necessè est locum esse communem, nam locus quidem, paritas est vnus ciuitatis, ciues autem socij vnus ci- uitatis.

Sed vtrum melius fuerit in bene insti- tuenda republ. quacunq̃ recipere com- munionem possunt, ea omnia esse commu- nia, an quædam communia esse, quædam non esse. Nam fieri potest vt filij & uxores & res, quæ possidentur, communes essent, quemadmodum in Platonis rep. Ibi enim Socrates inquit, oportere communes esse filios, & mulieres, & facultates. Id vero, vtrum præstat ita fieri, vt nunc sit, vel nes.

nes. Hoc itaque vtrum, vt nunc sit me- lius habere, aut secundum in politia scriptam legem.

f Habet itaque difficultates alias mul- tas omnium esse mulieres communes, & causa propter, quam inquit oportere lege statui hoc modo Socrates, non videtur accidens ex rationibus. Adhuc autem ad finem quem ait oportere existere ciuitati, vt quidem dictum est nunc impossibile: quomodo autem di- uidere, nihil determinatum est.

g Dico autem vnã esse ciuitatem tanquam optimum ens, quam maximè omnem. Accipit enim hanc suppositi- onem Socrates.

h Quamuis manifestum sit, quod pro- cedens, & facta vna magis, neque ci- uitas erit. Multitudo enim quædam se- cundum naturam est ciuitas, factaque vna magis, domus quidem ex ciuitate, homo autem ex domo erit, magis enim vnã domum ciuitate dicemus vtique, & vnũ domo. Quare, si po- tens quis esset hoc operari, non fa- ciendum. Interimet enim ciuitatem.

i Non solum autem plurium homi- num ciuitas, sed & ex specie differen- tibus: non enim sit ciuitas ex simili- bus. Alterum enim compugnatio, & ciuitas, hoc quidem enim quantitate vtile, quamuis sit idem specie, auxiliij enim gratia compugnatio apra nata est, quemamodum vtique si pondus amplius trahet, differet autem tali, & ciuitas à gente, cum non per vicos fue- rint segregati multitudo, sed velut Arcades. Ex quibus autè oportet vnũ fieri, specie differunt, propter quod æquale contrapassum, saluat ciuita- tes, quemadmodum in Ethicis dictum est prius, quoniam & in liberis, & æqualibus necesse hoc esse.

k Similiter autem non possibile est omnes principari, sed ad secundum annum aut secundum aliqualem alium ordinem, aut tempus, & accidit vtique secundum hunc modum, vt omnes principentur, quemadmodum vtique si transmutarentur corarij, & fabri, & non semper iidem corarij essent: quoniam autem melius sic habere, quæ circa communiatem politicam, pal- lam, quomodo eisdem semper melius principari sit possibile. In quibus au- tem non possibile propter secundum naturam æquales esse omnes, simul au- tem, & iustum, siue bonum, siue pra-

D. Alb. Mag. Politic.

secundum legem illam in republica scri- ptam.

Continet porro & alias turbationes per- multas ista mulierum communio, & id, propter quod censuit legem hanc esse fe- rendam, non videtur consequi ex ratio- nibus. Præterea ad finem quem inquit oportere ciuitati existere, vt nunc quidem dictum est, impossibile: quomodo autem transigere oporteat, nihil ab eo determina- tum est.

Quod vna videlicet, sit ciuitas tota tanquam id sit maxime optimum, suscipit enim hanc suppositionem Socrates.

Atqui constat, quod ea procedente vt vna fiat magis, ciuitas non erit. Est enim ciuitas multitudo quædam secundum natu- ram, quæ dum fit vna magis, domus erit ex ciuitate, & homo ex domo. Vnã enim magis domum censemus esse quam ciuita- tem, & hominum vnũ quam domum: quare etiamsi posset quispiam hoc facere, tamen non esset faciendum, quia perimit ciuitatem.

Nec solum ex multitudine hominum con- stat ciuitas, verum etiam ex eorum mul- titudine, qui specie differunt. Non sit enim ciuitas ex similibus, aliud enim ad bellum confederatio quam ciuitas, illa enim quan- titate prodest, & si eadem sit specie, cum auxiliij gratia fiat, seu si pondus magis at- trahat. Differret autem & eo modo ciui- tas à gente: quando per pagos diuisa non sit multitudo, sed quemadmodum Arcades. Ex quibus autem vnũ fieri oportet, specie differunt. Quapropter par repensum ci- uitatem conseruat, vt in Ethicis dictum est prius, quoniam inter liberos & æquales necessarium est hoc esse.

Nam omnes simul magistratum gerere impossibile est, sed aut per annum, aut per aliam præfinitionem & tempus, atque isto modo fit, vt omnes gerant magistratum, seu si mutarentur sutores & fabri, nec semper iidem sutores ac fabri essent. Cum vero melius sit ita se habere ea circa socie- tatem ciuilem, manifestum est, melius fore si iidem semper magistratum gererent, modo id fieri posset: sed in quibus hoc fieri nequit, propterea quod omnes natura sunt pares simul & iustum est, siue bonus siue prauus sit gerere magistratum, vt omnes huius muneris participes fiant, & in eo imitari vicissim æquales, cedendo inuicem

E 3 uum

utim principari omnes ipso participare, hoc autem imitatur, scilicet in parte æquales cedere hoc, tanquam similes sint à principio, ij quidem enim principantur, ij autem subiiciuntur tanquam utique alij facti, & eodem utique modo principantur. Manifestum igitur ex his, quod non aptum natum est vnam sic esse civitatem, ut dicunt quidam, & dictum, ut maximum bonum in civitatibus, quod civitates interimit, quamvis vniuscuiusque bonum saluet vnumquodque.

Est autem, & per alium modum manifestum, quoniam valde querere vnire civitatem non est melius, domus quidem enim magis per se sufficiens vno, civitas autem domo, & vult iam tunc esse civitas cum per se sufficientem accidit esse communitatem multitudinis, siquidem igitur magis eligibile quod magis per se sufficiens, & minus vnum, eo quod magis eligibilis. At vero neque si hoc optimum est, scilicet, vnam quam maxime esse communitatem, nec hoc ostendi videtur per sermonem, si omnes simul dicant meum, & non meum. Hoc enim existimat Socrates, signum esse eius, quod civitatem perfecte esse vnam, quod enim omnes, duplex, siquidem igitur ut vnusquisque forsitan utique erit magis, quod vult facere Socrates. Vnusquisque enim filium sui ipsius dicit eundem & mulierem utique eandem, & de substantia, & circa vnumquodque utique contingentium similiter. Nunc autem non sic dicent communibus videntes vxoribus & pueris, sed omnes quidem quidem non ut vnusquisque autem ipsorum: similiter autem & substantiam quidem, non ut vnusquisque autem ipsorum. Quod quidem igitur paralogismus quidem est dicere omnes & vtraque & imparia & paria propter duplicitatem & in orationibus litigiosos faciunt syllogismos, propter quod est omnes idem dicere, sic quidem bonum, sed non possibile, sic autem nihil consentaneum.

Adhuc autem aliud habet nocumentum quod dicitur. Minime enim cura fortitur, quod plurimorum est commune. De propriis enim maxime curant, de communibus autem minus quam quantum vnicuique attinet, apud alios enim tanquam altero curant, ne-

alios alius, nam alij regunt, alij reguntur in parte, tanquam si ipsi alij fiant. Eodem modo illorum qui regunt, alij alios gerunt magistratus. Patet igitur ex his, quod non recipitur sic vnam esse civitatem seu commodum civitatibus dicebatur, id interimit civitates. At qui singulorum bonum singula conseruat.

Patet etiam alio modo, quod querere nimum vnire civitatem, non est melius: domus enim magis sufficiens est quam vnus, civitas autem quam domus, & vult iam eam quidem esse civitatem cum habet sufficientiam multorum societas. Si igitur magis expetendum est, quod magis sufficientiam habet, certe & minus vnum, eo quod est magis expetibilis.

Enimvero nec si optimum sit vnam quam maxime esse civitatem, tamen id demonstrari videtur sermone, si omnes dicant suum, & non suum. Hoc autem Socrates putat signum esse civitatis perfecte unite. At enim verbum, omnes, duplex est: si igitur tanquam singuli, forsitan esset magis, quod efficere vult Socrates, singuli enim eundem filium suum dicerent, & mulierem eandem, & de facultatibus, & de quibusvis aliis eodem modo. Nunc autem non ita dicunt, qui communibus utuntur mulieribus, & filiis, sed omnes quidem, at non, ut singuli ipsorum, eodemque modo de facultatibus omnes quidem, sed non ut singuli eorum. Quod igitur aberratio quaedam sit in verbo, omnes, manifestum est: nam & vtraque, & imparia, & paria dicit propter duplicitatem, & in sermonibus positum, litigiosos facit syllogismos: quare hoc ipsum omnes dicere, vno quidem ore bonum est, sed nequaquam possibile, alio autem modo nihil consentaneum.

Habet præterea, quod dicitur nocumentum aliud. Quod enim multorum commune est, in eo minime adhibetur diligentia, nam de propriis maxime curant homines, de communibus autem minus: quam quantum singulis competit, tanquam enim alio curante, ab aliis negliguntur, quemadmodum

gliguntur

gliguntur magis, sicut in ministerialibus seruitiis, multi seruietes quandoque deteriorius seruiunt paucioribus. Faciunt autem vnicuique civium mille filij, & isti non ut vniuscuiusque sed contingentis contingens similiter est filius: quare omnes similiter negligent. Præterea isto modo singuli suum dicent bene agentem, aut male, quotuscunque continget numero, puta meus est, aut illius, hoc modo dicens, de singulis, ex mille, vel ex quot civitas sit, & hoc dubitans, nam incertum est cui contigerit genuisse filium, & saluum esse genitum. At qui vtrum præstat sic dicere suum, ita vocantes vnumquemque duorum millium, & decem millium, vel magis ut nunc in civitatibus suum vocant, hic quidem filium suum, ille fratrualem eundem, ille nepotem, aut per aliam quandam coniunctionem, & ex consanguinitate, vel affinitate sui primum vel suorum, & præterea alterum sodalem, alterum contribulem, præstat enim esse proprium nepotem quam illo modo filium.

Quinimo, sed neque diffugere possibile non quosdam suspicari, siue ipsorum fratres, & pueros, & patres, & matres. Secundum similitudines enim quæ fiunt pueris ad generantes necessarium accipere de inuicem credulitates. Quod quidem aiunt quidam accidere terræ periodos deseribentium, esse enim quibusdam de superiori Lybia communes vxores, natos tamen pueros, diuidi per similitudinem. Sunt autem quædam, etiam femellæ, & aliorum animalium, puta equæ, & boues, quæ valde natæ sunt similes reddere natos parentibus: quemadmodum quæ in Pharsalo, vocata Iusta equa.

Adhuc autem, & tales difficultates non facile deuitare, hanc construentibus communitatem puta vulnerationes, & homicidia inuoluntaria, hæc autem voluntaria, & pugnas, & maledictiones, quorum nullum inconueniens est fieri ad patres, & matres, & qui non longe quæ plus accidere necessarium ignorantibus, quam scientibus, & factorum scientibus quidem contingit putatas fieri solutiones, alii autem neque vnam.

dum in seruilibus ministeriis famulantes, multi interdum deteriorius in seruiunt, quam pauci. Fiunt autem vnicuique civium mille filij, & ij non ut singulorum, sed cuiusvis, quivis similiter est filius, quare omnes similiter negligent. Præterea isto modo singuli suum dicent bene agentem, aut male, quotuscunque continget numero, puta meus est, aut illius, hoc modo dicens, de singulis, ex mille, vel ex quot civitas sit, & hoc dubitans, nam incertum est cui contigerit genuisse filium, & saluum esse genitum. At qui vtrum præstat sic dicere suum, ita vocantes vnumquemque duorum millium, & decem millium, vel magis ut nunc in civitatibus suum vocant, hic quidem filium suum, ille fratrualem eundem, ille nepotem, aut per aliam quandam coniunctionem, & ex consanguinitate, vel affinitate sui primum vel suorum, & præterea alterum sodalem, alterum contribulem, præstat enim esse proprium nepotem quam illo modo filium.

Quinimo nec vitari quidem potest, quin agnoscantur à quibusdam fratres, & filij, & patres, & matres. Nam per similitudines natorum ad parentes necessarium est, ut fidem recipiant de sese inuicem, quod tradunt scriptores quibusdam populis superioris Lybia euenire. Habere enim mulieres communes, filios tamen partiri inter se secundum similitudines natorum. Sunt enim mulieres quædam, & animalia, seu equi, & boues, quorum ea natura est, ut simillimos genitoribus edant fetus, ut equa illa apud Pharsaliam Iusta nuncupata.

Et præterea huiusmodi molestias non facile erit vitari ab his qui eam statuunt communitatem, puta plagas, & neces, partim voluntarias, partim inuoluntarias, & rixas, & iurgia, quæ nefas est committere aduersus parentes, & propinquos, magis quam aduersus extraneos, sed frequentius illa euenire necesse est ubi ignorant, quam ubi sciunt: & ea si contingant à scientibus expiari debito modo possunt: ab ignorantibus vero non possunt.

q. Inconueniens autem, & communes facientes filios, coire solum auferre ab amantibus, amare autem non prohibere, neque vsus alios, quos patri ad filium esse omnium est indecentissimum, & fratri ad fratrem, quin & amare solum. Inconueniens autem, & coitum auferre propter aliam causam quidem, neque vnam, vt valde vehementi delectatione facta, quia autem hic quidem pater, aut filius, ij autem fratres adinuicem nihil putare differre.

r. Videtur autem magis terræ cultoribus esse vtile, commune esse vxores, & pueros, quam custodibus. Minus enim erit amicitia communibus existentibus pueris, & vxoribus. Oportet autem tales esse subiectos ad obedire, & ad non insolescere.

f. Totaliter autem accidere necesse propter talem legem contrarium eorum, quorum conuenit recte positas leges causas fieri, & propter quam causam Socrates sic arbitratus est, oportere ordinare, quæ circa pueros & vxores. Amicitiam quidem enim putamus maximum esse eorum ciuitatibus: sic enim vtiq; minime seditiones faciunt, & vnam esse ciuitatem collaudat maxime Socrates, quod & videtur, & ille esse inquit, amicitia opus, quemadmodum in amatiis sermonibus scimus dicentem Aristophanem, quod amantibus propter nimis diligere desiderantibus, natura vnum factos esse, & ambos fieri vnum ex duobus existentibus. Hic quidem igitur necesse ambos corruptos esse, aut vnum.

e. In ciuitate autem amicitiam necessarium remissam fieri propter communionem talem, & minime dicere meum, aut filium patrem, aut patrem filium. Sicut enim modicum dulce in multam aquam mixtionem, sic accidit & familiaritatem adinuicem eam quæ ex nominibus his curare, minime necessarium existens in politia tali, aut patrem vt filij, aut filium vt patris, aut vt fratres inuicem. Duo enim sunt, quæ maxime faciunt sollicitè curare homines, & diligere proprium, & dilectum, quorum neutrum possibile est existere his qui sic ciuilitate conuersantur.

u. At vero & de eo, quod est transferri natos pueros, hos quidem ex cul-

Illud etiam absurdum quod filios communes fecerunt, coire solum amantes vetuerunt: amare vero non vetuerunt: nec alios vsus quos esse patri ad filios, & fratri ad fratrem omnium deformissimum est: cum & amare solum absurdum etiam non aliam ob causam coitionem illorum vetuisse, nisi quia nimia voluptas inde sit prouentura: sed quia pater sit, aut filius, aut fratres, ob eam rem nihil putare referre.

Videtur autem magis prodesse vt agricolis communes sint mulieres & filij quam custodibus, minus enim erit amicitia si communes sint nati & mulieres. Enim vero tales sint quibus imperatur, oportet quo ipsi pareant imperio: nec res nouas in ciuitate moliantur.

Penitus autem contra eueniat necessarium est ex huiusmodi lege, quam quorum causa optimas leges esse oportet, & cuius gratia Socrates censet ita instituentum & de natis & de mulieribus. Amicitiam enim putamus maximum esse bonum ciuitatibus, nam sic minime seditionibus agitabuntur, & vnam esse ciuitatem laudat maxime Socrates, quod & videtur, & ipse inquit esse amicitia opus, vt in amatoriis sermonibus scimus dicentem Aristophanem. Propter eximiam amantium cupiditatem applicari simul, & ex duobus fieri vnum. Hic ergo necessarium est ambos corruptos esse, vel vnum.

At in ciuitatibus necesse est amicitiam infirmam, fluxamque fieri, propter huiusmodi communionem, & minime dicere suum, aut filium patrem, aut patrem filium. Vt enim parum mellis multa in aqua diffusum, insensibilem facit mixtionem, sic accidit communionem istam nequaquam necessariam in tali Republica. à nominibus extimantibus vel patrem vt filij, vel filium vt patris, vel fratres inuicem exilem profecto beneuolentiam efficere. Duo enim sunt, quæ faciunt homines curam habere, & amare, proprium scilicet & affectio, quorum neutrum sit, necesse est in huiusmodi republ.

Insuper translatio illa natorum ex agricolis & artificibus in custodes, & ex his in toribus,

toribus, & artificibus ad custodes, hos autem ex his ad illos, multam habeturbationem, quo erit modo, & cognoscere necessarium dantes, & transferentes quibus quos dant. Adhuc autem & antiqua dicta magis in his necessarium accidere, puta vulnerationes, amores, homicidia: non enim adhuc appellant fratres, & pueros, & patres, & matres, qui in alios ciues dati custodes, & rursus, qui apud alios ciues, vt vereantur talium aliquid operari propter cognationem. De ea quidem igitur, quæ circa pueros & vxores communionem determinatum sit hoc modo.

CAPVT I.

A Postquam Philosophus docuit hominem perfectionem secundum communicationem virtutis æconomicae, & hoc in primo libro, hic incipit docere perfectionem secundum virtutem politicam siue civilem in isto secundo libro. Et primò determinat de politicis secundum opiniones aliorum. Secundò incipit determinare de politica secundum opinionem propriam, & hoc in tertio libro. *Ei qui de politia considerat*, &c. In primo dat intentionem. Dicit enim Arist. quòd sapientis est præstituræ finem, vt sciatur ad quid tendit in opere suo, quo habito finem est consecutus. Et hoc est: Quia considerare volumus de communicatione politica, quæ sit optima omnium: & quia multæ fuerunt sententiæ diuersorum. Quidam enim laudauerunt vt beatitudinem voluptatem, & illi dicebant, quòd optima politia esset ad voluptatē viuere, & ciues sibi in voluptate communicare. Quidam laudabant diuitias vt per se sufficientes, sicut Cræsus Rex: sicut enim Sardanapalus laudabat voluptatem, ita Cræsus diuitias: eò quod diuitem reputabat ad omne quod vult sufficientem: & ad hoc ordinabant politicas communicationes. Quidam laudabant virtutem, vt Stoici: & ad hoc ciuiles communicationes ordinabant. Complectens igitur omnes in communi, dicit, quod considerare vult, quæ sit optima politia omnium iis qui possunt viuere quam maximè ad votum, siue votum illud sit voluptas, siue diuitiæ, siue virtus. Optima enim vnicique est, in qua votum consequitur. Sic determinato sine negotij, quo habito, habetur propositum, statim in secundo paragrafo dicit modum procedendi ad illum, ibi, Oportet & alias considerare politias, &c. Consideratis enim diuersis politis, facile est eligere, quæ sit optima. Considerandas autem politia diuidit in duo, subdens. Politias dico, quibus vtuntur quædam ciuitatum, quæ bene regi legibus dicuntur: sicut enim dictum fuit in fine primi capituli, Non est politia, quæ non sit ordinabilis legibus iustitiæ, sicut sunt barbarorum ciuitates. Et propter hoc iste secundus liber habet duas partes. Primò enim deter-

illos, magnam continet difficultatem, quemadmodum tandem fiet, & cognoscant necesse est dantes & transferentes, quibus quos dant. Præterea & superius dicta magis in his necessarium est euenire, puta rixas, & plagas, & amores, & cades: nam non amplius depellant custodes, fratres & filios, & patres & matres, qui aliis ciuibus deduntur, & rursus, qui ex custodibus aliis ciuibus, vt tale caueat aliquod perpetrare propter consanguinitatem. De communitate igitur natorum & mulierum, determinatum sit in hunc modum.

minat rationes politiarum traditas à Philosophis. Secundò determinat de politis obseruatis in ciuitatibus quæ legibus gubernantur, ibi, *De ea autem quæ Lacedæmoniorum politia, &c.* Prima diuiditur in tres, ita quod primò determinet de politia quam tradidit Socrates. Secundò de politia quam tradidit Phalæas Chalcedonius, ibi, *Sunt autem quædam politia, &c.* Tertio de politia, quam tradidit Hippodamus Euriphontis, ibi, *Hippodamus autem Euriphontis, &c.* sic pars incipit infra. Dicit ergo: Et si quæ alia existunt politia, scilicet à quibusdam, scilicet Philosophis dicta, & visæ bene se habere illis talibus Philosophis, Socrati scilicet, Phalææ, & Hippodamo. Et ostendit, quòd est vtile, subdens: Et vt rectè habens appareat, in dictis scilicet illorum Philosophorum, & vtile ad politicam. Quod enim rectè se habet & est vtile, eligendum est, & si quid autem præter hoc, aspernandum.

b Sed quia indicari posset, quod præsumptio esset, quod ipse post tantorum politias aliam induceret, idè hoc excusat dicens: Adhuc autem querere, præter ipsas scilicet politias, quas tradiderunt Philosophi, & obseruantur in ciuitatibus, alterum, supple, genus politia: à nobis tradendum non videatur alicui, nos iudicanti omnino sophizare volentium, id est, sapientiam ostentare volentium; non enim facimus propter hoc, vt sapientiam ostentemus, sed, supple, videatur, non bene habere has politias nunc existentes, id est, quæ nunc existunt secundum dicta Philosophorum & obseruationes ciuitatum: propter hoc, vt scilicet illi malo occurramus, hanc videamur inferere methodum. Alia translatio habet sic. Sed propter non bene habere has nunc existentes, propter hoc hanc approbamus inferere doctrinam.

c Sic finita parte quasi præliminari, in qua dixit finem & modum procedendi, procedit à proposito, ibi, Principium autem primò faciendum, quòd quidem natum est esse principium huius speculationis: & intendit, quòd quia de communicatione ciuili siue politica intendimus, oportet diuidere communicationem, & secundum partes diuisionis procedere. Et iste processus diuiditur in tres partes, in quarum prima ponit trimembrem diuisionem. Et in secunda statim destruit vnam partem: in tertia super

aliam diuisionis partem procedit, ibi, *Sed vtrum quibuscumque*, &c. Et ista diuiditur in duas. In prima destruit opinionem Socratis de communicatione vxoris & natotum, per multas rationes. In secunda destruit opinionem eiusdem in communicatione possessionum, ibi, *Habitum autem iis est considerare*, &c. Ponit ergo primò diuisionem, dicens: Necessè enim aut omnes, scilicet ciues omnibus communicare, supple, quæ ad ipsos pertinent, vxoribus, natis, & possessionibus. Et hoc est primum membrum diuisionis. Et subdit secundum, ibi, Aut nullo, supple, communicare, aut adiungit tertium, ibi, Aut quibusdam quidem communicare, quibusdam autem non.

d Statim destruit secundum, ibi, Nullo quidem igitur communicare manifestum, quod impossibile: quia hoc est contra rationem politicæ communicationis. Et hoc est. Ciuitas enim, quædam communicatio est: & idè contra rationem ciuitatis est, in nullo communicare. Postea tali negatione dat etiam ad alteram negatiuam, ibi, Primum necesse loco communicare. Et hoc ostendit. Locus quidem enim vnus, supple, est, qui vnius ciuitatis. Et vltius ostendit, quòd illo loco ciues communicant. Et hoc est. Ciues autem socij, qui vnius ciuitatis, & sic socij æqualiter communicant loco ciuitatis, & sic non est verum, quòd in nullo communicant.

e Relinquitur igitur quærendum, vtrum in omnibus communicent, vel in quibusdam non. Et de primo, quòd in omnibus communicent, ponit opinionem Socratis, & destruit eam: & idè diuiditur in duas partes. In prima ponit opinionem, in secunda verò destruit eam, ibi, *Habet itaque difficultates*, &c. Ponendo autem opinionem Socratis sic procedit, primò scilicet ponendo quæstionem de primo membro diuisionis, ibi, *Sed vtrum quibuscumque contingit communicare*, & melius est communicare futuram habitari ciuitatem bene, supple, ad votum communicatio. Alia translatio sic habet: Sed vtrum quibuscumque contingit communicare, melius est communicare habitandam bene ciuitatem, aut quibusdam, qui dixit, communicari, quibusdam autem non, melius, id est, vtrum sit melius, quòd in quibusdam communicent, in quibusdam non. Et subdit in quibus communicare possunt ciues, vel non communicare ad inuicem. Et ostendit ex politica Socratis, quòd melius est iis omnibus communicare ad inuicem secundum Socratem. Et hoc est. Quemadmodum in politia Platonis, supple, scriptum est, qui fuit discipulus Socratis. Et est attendendum, quòd politia Platonis est altera pars libri, qui dicitur Timæus, & tractauit in ea de iustitia positua, & ordinatione ciuitatù, sicut in prima parte de iustitia naturali, quæ apud Latinos rara est, quamuis habeatur à quibusdam, & transulit eam Apuleius Philosophus, sicut primam partem de iustitia naturali transulit & commentatus est Calcidius: propter quod etiam in prima parte Timæi Critias Philosophus Ægyptius inducitur ibi reprehendens Solonem Græcum, quod non secundum antiquas leges & vrbaneitatem Athenas, & rem militarem in Athenis ordinauit, & dixit:

Græci pueri estis, & non est in vobis vlla cana sapientia: & protulit quandam ordinationem quam dixit esse factam in Ægypto ante 9. millia annorum. Et procedit ad propositum subdicens & repetens quæstionem: Quemadmodum in politia Platonis, supple, scriptum est. Ibi enim Socrates, vt dicit Plato, ait oportere communes pueros & mulieres esse, & possessiones. Et procedit super illa opinione repetens quæstionem, ibi, Hoc itaque, supple, quærendum est, vtrum vt nunc sit melius sic habere communicationes, quibus scilicet ciues in quibusdam communicant, & in quibusdam non, aut secundum legem in politia Socratis & Platonis scriptam, scilicet quod in omnibus communicent & vxoribus & pueris & possessionibus.

f Deinde cum dicit: Habet itaque difficultates, &c. Incipit procedere contra opinionem Socratis, ostendens quam valdè nociua est ad communicationem bonam. Et circa hoc duo facit. Primò enim ostendit legem esse reprehensibilem ex tribus. Secundò destruit per rationem, ibi, *Sed & ex specie differentibus*, &c. Prima causa reprehensionis est, quòd bonum illud quod dicit Socrates accidere ex tali communicatione, non accidit. Et hoc est. Habet itaque difficultates, multas omnium esse mulieres communes: quia causa propter quam, inquit Socrates oportere leges hoc modo statui, vt scilicet ciues maximè hoc modo vniuerentur & amarent se inuicem, non videtur accidens, id est, conueniens ex rationibus Socratis, sed potius oppositum, supple. Secunda reprehensio est, quod per talem legem non peruenitur ad bonum finem communicationis. Et hoc est. Adhuc autem ad finem quem ait oportere existere ciuitati, supple, Socrates, vt quidem dictum est nunc, id est, paulò antè in prima ratione, impossibile esse, supple, peruenire. Tertia reprehensio est, quòd nulla communicatio aded communis est, quin oporteat vsum esse distinctum inter communicantes, & de tali distinctione nihil dixit Socrates. Et hoc est. Quomodo autem diuidere oportet mulieres, scilicet natos, & possessiones, nihil determinatum est, supple, à Socrate: & idè dimittitur.

g Vnde statim disputat in contrarium tribus rationibus. Prima sumitur ex iusto quod conseruat ciuitates. Secunda ex principatu ciuitatis, ibi, *Similiter autem non possibile*, &c. Tertia ex sufficientia ciuitatis, ibi, *Est autem & per alium modum*, &c. Et hoc est. Dico autem vnam esse ciuitatem tanquam optimum ens, supple, & sufficientissimum: quia omnes colligit communicationes, vt dictum est in primo capitulo primi libri, quam scilicet ciuitatem maximè omnem dixit, supple, esse Socrates. Et subiungit rationem Socratis & est hæc: Accepit enim hanc suppositionem Socrates, quod scilicet ciuitas tantò melior esset, quantò ad vnum induceretur in communicando.

h Et statim obiuit ex ratione ciuitatis, ibi, *Quamuis manifestum sit ex ipsa*, scilicet ratione ciuitatis, quod procedens à diuersitate ad vnum & facta vna in omnibus magis, id est, maximè neque ciuitas erit. Et subiungit rationem. Multitudo enim quædam secundum natu-

ram

ram est ciuitas, secundum quam scilicet naturam homo naturaliter ciuile animal est, sicut dictum est in primo lib. Et hæc multitudo ex diuersis specie est, scilicet fabris, pistoriis, & aliis, sicut etiam in primo lib. dictum est, factaque vna magis, id est, magis redacta ad vnum, domus quidem ex ciuitate, supple, erit: quia ex domibus componitur & in domum resoluatur: homo autem ex domo erit: quia si domus resoluatur in ea ex quibus componitur, resolutio stabit in homine. Et sic subiungit rationem, ibi, Magis enim vnam, domum dicemus, ciuitate, vtrique magis simplex est domus, quam ciuitas sicut componens composito: & iterum vnum, supple, hominem, dicemus magis vnum, domo: quia domus componitur ex hominibus communicantibus communicatione quotidiana. Pater ergo, quòd ciuitas reducta ad simpliciter vnum, non erit ciuitas: ex quo sequitur, quòd si aliquis posset ciuitatem sic ad vnum, reducere, non deberet: quia sic eam destrueret. Et hoc est. Quare si potens esset quis hoc operari, non esset faciendum. Et subdit rationem: Interimer enim ciuitatem.

i Et hoc adhuc vltius confirmat, dicens: Non solum autem plurium hominum est ciuitas, quantitate scilicet discreta, sed & specie differentibus, supple, constituitur ciuitas, scilicet fabris, furoribus, lanificibus, pistoriis, & aliis qui specie artis differunt & per consequens etiam differunt specie communicationis: & hoc iam totum ostensum est in primo lib. quòd nisi ex multis componatur ciuitas, non erit sufficiens. Et hoc probat ostendens per oppositum in aliis animalibus, & in aliis quæ ex multis componuntur, ibi, Non enim sit ciuitas ex animalibus quæ expertia artis non conueniunt, nisi vt multitudine se defendant à contrariis, quod maximè porcorum est in gressibilibus, & anatum & sturnonum in volatilibus, quæ multitudine comprimunt se contra inimica, sicut contra lupos & accipitres. Et subdit rationem. Alterum enim, id est, aliis finis est compugnatio & ciuitas: Et subiungit qualiter differunt: Hoc enim, scilicet compugnatio, quantitate vtile, supple, est: quia scilicet plures præualent paucis: propter quod prouerbialiter dicitur, quod multitudo formicarum præualuit leoni: vnde quantitate est vtile, tale scilicet auxilium compugnationis, quamuis sit idem specie, supple, in tota multitudine, nec differunt nisi per numerum. Et subdit huius rationem: Auxilij enim gratia compugnatio fit vel apta nata est, & illa sola quantitate præualeat. Et ponit simile: Quemadmodum vtrique si pondus amplius trahat; ad tractum enim maioris ponderis non oportet, quod diuersa specie congregentur, sed multitudo: ex qua congregata virtute possit moueri pondus. Propter quod dicit ipse in Phisic. quòd tale prædicatum redditur toti coniunctim & non partibus diuisim, sicut sonum facit modius milij, & non quodlibet granum: & tractum nauis facit multitudo coadunata in virtute trahendi, & non quilibet trahens mouet eam. Deinde cum dicit, Differt autem tali, &c. Ponit differentiam ciuitatis à tali multitudine, & dicit, quòd differt tali, scilicet differentia ciuitas

à gente, cum, supple, illi qui sunt de gente multitudine sola adunati, non fuerint per vicos segregati: quia tunc non erit nisi gens: sed quando sunt per vicos segregati, ita quòd in vno habitant fabri, & in alio pistores, in tercio lanifices, & sic de aliis, tunc ciuitas est multitudo talis. Et huius dat exemplum: Sed velut Arcades. Arcadia quædam terra est, in qua quilibet in allodio suo seorsum habitat, & non conueniunt nisi vt multitudine aliquando armati defendant terram. Et statim subdit differentiam multitudinis ciuitatis ad illam multitudinem, ibi, Ex quibus autem oportet vnum fieri, ciuilem scilicet communis, vt fabri, lanaticij, & huiusmodi specie differunt. Et hoc probat per signum cõuertibile cum causa, quod ponit in 5. Ethic. Et hoc est. Propter quod æquale contrapassum saluat ciuitates quemadmodum in Ethicis dictum est prius, scilicet in 5. vt scilicet quantum dedit in valore, tantum recipiat: & quantum intulit damni, tantum pariatur: hoc est enim æquale secundum medietatis arithmeticæ vel geometricæ proportio-nem, vt ibidem dicitur. Quoniam in liberis & æqualibus ex quibus componitur ciuitas (ciues enim æqualiter liberi sunt, & æquales in omnibus conditionibus, & communicare non possunt nisi in æquali contrapasso) necesse hoc esse, scilicet æquale contrapassum, sine quo communicare non possunt: quia sunt liberi & æquales.

k *Similiter autem non possibile*, &c. Hic ponit secundam rationem contra Socratem, & ostendit, quòd per propositionem Socratis destruitur principatus qui in omni communicatione politica necessarius est. Et ratio sua talis est: Sicut dicitur in 6. Ethic. & dixit Bias vnus de septem sapientibus, quòd principatus ostendit virum: si autem omnes efficiuntur vnum, sicut dicit Socrates, quod scilicet vxores sint communes & pueri, omnes æqualiter secundum idoneitatem habebunt se ad principatum: sed omnes æqualiter non possunt principari nisi vno modo, scilicet vt vicissim principentur vnus post vnum. Et hoc est quod dicit. Simul autem non possibile omnes participari, sed vicissim, supple. Vnde sequitur. Sed ad secundum annum, id est, vt vnus vno anno principetur & vnus alio, aut secundum alium ordinem aut tempus. vt scilicet per mensem, aut septimanam aut diem vnus principetur, & alius alio die vel septimana vel mense. Et dat simile. Si enim omnes hoc modo principentur vicissim, id est, sicut corrigiarij vel fabri transmutarentur vicissim, supple, & non semper iidem corrigiarij & fabri essent: sed vicissim isti, aliquando corrigiarij, aliquando fabri essent. Deinde tangit, quòd talis vicissitudo principatus non est optima, ibi, Quoniam autem melius, &c. Isti enim propter modicum tempus non sunt experti, & sicut dicit in principio metaphysicæ, experientia artem facit, in experientia casum, sicut ait Polus rectè dicens. Dicit ergo, quòd melius est eosdem semper principari si possibile: optimus enim principatus est, quod aliqui sapientes & excellentes viri semper principentur in ciuitatibus & potest esse sine seditione sicut Priamus in Troia & Ethuba.

In

In quibus autem, supple, ciuitatibus, hoc non possibile. Et subiungit causam proprie secundum naturam æquales esse homines omnes, ciues scilicet. Et vocat naturam, naturalem idoneitatem ad principatum: tunc enim non plus se habet vnus ad principari quam alius. Et adiungit: Simul autem cum hoc, scilicet quod dictum est, & id est, etiam iustum, supple, est. Iustum enim civile est, quod æqualiter digni æqualiter dignificentur. Et hoc est quod dicit, quod siue bonum, siue prauum principari omnes, ipso participare principatu, scilicet qui æqualiter digni sunt. Hoc autem quod aliqui principantur & alij non, imitatur, scilicet in parte æquales cedere, à principatu scilicet, & aliis locum dare. Et hoc fit, supple, tanquam similes sunt à principio: ij quidem enim principantur, hi autem subiiciuntur: ed quod in æqualiter se habent ad principatum, & aliter gubernari non possunt. Et hoc est. Tanquam utriusque alij facti, scilicet ex primo similibus, & eodem utriusque modo principantium alij alios principantur principatus. Sicut adhuc est in ciuitatibus, quod artifices futores, fabri, pistores, & alij præponunt sibi principes, quos magistros fraternitatum appellant. Et hoc est, propter inæqualitatem principantium & subiectorum. Et omnia hæc inducit, vt videatur, quod communicatio civilis, non potest esse sine principatu, & quod inter penitus æquales & vnus existentes non potest esse principatus & subiectio. Vnde ex omnibus dictis concludit, ibi, Manifestum igitur ex his, quæ scilicet dicta sunt, quod non aptum natum est vnus sic esse ciuitatem, vt dicunt quidam, scilicet Socrates & sui sequaces, & dicunt hoc dictum, supple, esse vt maximum bonum in ciuitatibus, quod non est: quia illud ciuitates interimit, si omnino sic vniantur, vt Socrates dixit. Habitum enim est, quod ciuitas de ratione eius est, vt ex diuersis specie componatur: quamuis hoc quod dixit, supple, Socrates, saluet vnus cuiusque bonum & vnus quodque bonum, scilicet singulare & personale: quia hoc quando plus restringitur ad vnus, tanto melius saluabitur, sed non bonum ciuitatis. Ex omnibus his patet, quod lex Socratis de vxoribus, pueris & possessionibus destruit ciuitatem. *Est autem & per alium modum manifestum, &c.* Hic incipit tertia ratio contra Socratem, & est talis. Quia quod magis est ad sufficientiam ciuitatis, magis est eligendum in politicis: sed sic vnire ciuitates vt Socrates vnuit, destruit sufficientiam: ergo non est eligendum. Et hoc est. Est autem per alium modum, id est, aliqua ratione manifestum, quoniam valde querere vnire ciuitatem, non est melius ciuitati, supple. Et ostendit hoc subdens: Domus quidem enim, id est, familia in domo magis per se sufficiens est vno, scilicet homine: quia quod deficit in vno, acquirit in alio: ciuitas autem domo, supple, per se est magis sufficiens, & vult esse de ratione ciuitatis, scilicet quæ in principio primi libri determinata est. Tunc iam esse ciuitatem cum per se sufficientem accidit esse ciuitatem multitudinis, vt scilicet nihil desit necessarium. Et ex hoc arguit: Siquidem magis sufficiens est, supple, ex diuersis constituta ciuitas, igitur eligibile quod magis per

se sufficiens & minus vnus, ed quod magis sufficiens & eligibilibus. Et ita Socrates vnendo sic ciuitatem, destruit sufficientiam eius.

Deinde cum dicit, At verò neque si optimum, &c. Hic ponit quartam rationem contra Socratem, & repetit propositionem Socratis. Et hoc est. At verò neque si optimum, scilicet vnus quam maximè esse ciuitatem, id est, quam maximè potest, hoc est, dicere non est ostensum per sermonem Socratis; quod illud sit optimum. Et hoc est. Neque hoc ostendi videtur per sermonem. Et ponit sermonem Socratis, ibi, Si omnes simul dicant nostrum & non meum, de qualibet scilicet vxore, & de quolibet filio, & qualibet re possessa: dicit enim meum, quia qualibet vxore, & quolibet filio, & qualibet re possessa vritur vt suo: & dicit non meum, quia alius eodem modo vritur. Hoc enim, scilicet quod quilibet dicat meum de quolibet, Socrates signum esse existimat, id est, dicit eius quod est ciuitatem perfectè esse vnus, quod scilicet quilibet de quolibet filio, quod suus sit, de qualibet muliere, quod sua, & de qualibet possessione, quod sua. Et ostendit, quod sophistica est in dictione & æquiuocatione, ibi, Quod enim omnes, &c. Cum enim dicitur hoc meum, potest intelligi collectivè, vel discretivè siue sigillatim. Collectivè meum est, quod priuatim meum est. Et hoc est. Siquidem igitur vt vnusquisque priuatim, scilicet indicat hoc meum, forsitan utriusque erit magis, supple, vnus & priuatum quod meum dicitur, quod vult, id est, intendit facere Socrates. Et huius subdit signum: Vnusquisque enim filium suum dicit eundem, nec potest esse alterius, & mulierem utriusque eandem, supple, dicit esse suam, & de substantia, & circa vnus quodque contingentium, agrum scilicet aut vineam, similiter, supple, dicit hoc esse suum & non alterius. Nunc autem non sic dicent: quia si omnes vxores communes sunt, nulla sua: si autem omnes filij communes, nullus suus est. Et hoc est. Non sic dicent communibus vtentes vxoribus & pueris, sed omnes quidem communibus, scilicet vrantur vxoribus & pueris, non vt vnusquisque aut ipsorum, id est, ita erant communes omnibus, quod non erit aliqua vnus propria: & hoc destruit ciuitatem. Similiter autem & substantiam, id est, possessionem dicent, supple, suam, in communi, non priuatim. Et sic pater, quod meum & tuum duplex dicitur, in communi scilicet, & priuatim. Et ex hoc concludit, quod quidem igitur paralogismus est, dicere omnes, meum, manifestum, supple, est. Et ostendit hoc ex distinctione, ibi, Quod enim omnes, supple, dicunt suum, & vtraque, supple, sigillatim dicunt suum, & impatia, & paria, supple, dicunt sua propter duplicatè sermonis, supple, dicunt: potest enim esse nota passionis in communi vel in priuato: & si in communi, tunc valet ad communicationem ciuitatis: & si in priuato, destruit ciuitatem. Et hoc est quod subdit: Et in orationibus litigiosos faciunt syllogismos. Et ponit distinctionem sophisticam, ibi, Propter quod est omnes quidem dicere meum & tuum de omnibus, scilicet de vxore, natis, & possessione, sic quidem bonum, scilicet in communi, sed

sed non possibile: quia idem, quod in communi est omnium, non potest vnus cuiusque esse proprium, cum tamen meum & tuum discretam noter possessionem. Sic autem, id est, alio modo quod vnusquisque dicat sigillatim suum hoc & hoc, nihil consentaneum habet, supple, rationi: quia sic si vnaqueque vxor, possessio, filij dicerentur vnus cuiusque sigillatim, ciuitas destrueretur.

Deinde cum dicit, Adhuc autem aliud habet nocumentum, &c. aliter quam in præmissis probat legem Socratis esse nocivam: quia multa nocumenta affert ciuitati secundum rationem damni & secundum rationem inhonesti. Vnde secundum hæc, primò ponit de ratione damni: secundò autem de ratione inhonesti, ibi, *Adhuc & tales difficultates, &c.* In prima tria dicit. Tres enim rationes inducit qualiter talis ciuitas & adunatio ciuitatis sit damnoza. Prima sumitur ex hoc quod quia minor cura est de communibus quam de propriis ex tali adunatione ciuitatis, nulla aut minima cura adhibebitur de communibus. Secunda, quod si omnia taliter sint communia & vxores & filij & possessiones, in dubium veniret de propriis filiis quis genuerit eos, ibi, *Adhuc sic vnusquisque mens dicit.* Tertia ratio: quia ex hoc proueniet, quod nullus sciat discernere filios, fratres, consanguineos in aliqua linea consanguinitatis: & hæc incipit, ibi, *Quin imò sed neque diffugere possibile, &c.* Dicit ergo primo. Adhuc autem aliud habet nocumentum quod dicitur. Minime enim cura sortitur, quod plurimorum est commune, id est, diligens, & fortis cura, minima est de communibus. Et subiungit rationem à consuetudine acceptam: de propriis enim maximè curant, supple, homines: de communibus autem minus. Et excipit subdens. Quam quantum vnus cuique attinet: apud alios enim, supple, quibus non attinet, tanquam altero curante, supple, cui attinet, negliguntur magis, supple, communia. Et ponit simile: Sicut in ministerialibus seruitiis, multi seruitutes, id est, multi seruitentium quandoque deterius seruiunt paucioribus: ed quod quando vnus seruientium requiritur, remittit ad aliam qui eodem iure seruit vt ipse, & sic impeditur seruitutem, ex excusante se vno per aliam. Et adaptat hanc rationem ad propositum, ibi, Fiant autem vnus cuique ciuium mille filij, scilicet ista vnitate & ciuitate posita: quia vnusquisque alterius erit filius, & isti non vt vnus cuiusque, supple, erant filij secundum veritatem, sed contingentis vnusquisque: contingens enim non qui generauit, sed quilibet ciuium niteret eo pro filio, & similiter est filius. Vnde Poeta: Pater est cui nullus & omnis: cui populus pater est, non habet ille patrem. Et ex hoc concludit, quod impeditur commune & communicatio, ibi, *Quare omnes similiter negligunt, supple, ed quod ad nullum singulariter pertinet.* Deinde cum dicit, Adhuc sic vnusquisque, &c. ponit secundam rationem, scilicet quod ex hoc veniet in dubium quis quidem genuerit, & quis cui proprius pater existat. Dicit igitur. Adhuc sic, id est, tali ciuitate in ciuitate seruata, vnusquisque scilicet

et ciuium, meus dicit bene operantem, id est, de numero ciuium qui bene operantur, dicit, hic est meus filius, aut male, id est, de male operante dicit, quod sit filius huius quomodo contingat: quia scilicet contingens causa est, quod bene vel male operetur secundum naturam existens, scilicet qui verus pater est. Et dat exemplum: Puta meus, aut huius filius; hoc modo dictus secundum vnusquemque mille, aut quodcumque, id est, ad quencumque numerum ciuitas est, supple, constituta: omnes enim ciues sunt ciuitatis: & si de quolibet debeo dicere meus, aut tuus, aut illius filius: & hoc, supple, debeo dicere dubitans: immanifestum enim, supple, erit, cui accidit genuisse filium, & etiam, supple, immanifestum est cui accidit, scilicet saluarum esse genitum, per nutrimentum scilicet & educationem, ex quo scilicet quilibet vritur eo pro filio. Equidem vtrum sit melius dicere meum vnusquemque talium, supple, in filiis, vxoribus, & possessione, quod æqualiter ad omnes refertur, idem quidem appellantes, meum scilicet tuum & illius & vnus cuiusque duorum millium, aut decem millium, aut magis centum millium scilicet aut plurium, supple, in dubium venit, quod nescitur quis quem genuerit. Et subiungit causam: quia vt nunc in ciuitatibus meum dicunt: ij quidem enim filiam suam, supple, dicunt quem genuerunt & non quemlibet, hic autem fratrem suum appellat, supple, qui ex iisdem parentibus cum eis natus est: hic autem, id est, alius nepotem, supple, vocat, qui ex filiis filiorum natus est, aut secundum aliam quandam cognationem, id est, cognationis gradum aut à sanguine, id est, à consanguinitate, aut secundum familiaritatem, supple, amicitiam, aut curam ipsius, id est, curam, quæ ad amicitiam siue familiaritatem illam pertinet: & sic in diuersis gradibus vnus omnibus attinebit. Adhuc autem alterum fratruellem, supple, appellabit alius: fratruelles autem sunt de duobus fratribus nati: aut contribulem, id est, de eadem tribu natum: & sic, supple, per istum modum confunduntur gradus consanguinitatum & amicitiarum. Et subdit rationem: Mellius enim est, supple, nepotem esse secundum veritatem, quam per modum istum filium: quia eadem ratione, qua filius est istius, est filius omnium.

Deinde cum dicit, *Quin imò sed neque diffugere, &c.* ponit tertiam rationem obiciendo contra Socratem: quia secundum legem ipsius, suspecti erunt vnus cuiusque etiam sui proprii filij & mulieres & patres & fratres: & dicit. *Quin imò, id est, id est, quamuis, sed neque diffugere possibile secundum legem, scilicet Socratis, non quisquam suspicari, id est, vt non quisquam suspicetur siue ipsorum fratres & pueros & patres & mulieres: omnia enim hæc venient in suspicionem, vtrum sint vel non.* Et subiungit rationem. Secundum similitudines, generatorum scilicet ad generantes: & hoc est: quæ sunt pueris ad generantes, cum tamen hoc sit fallax signum necessarium accipere de inuicem credibilitates, vt scilicet filius illius sit cui est similis, cum tamen hoc frequenter fallat. Et inducit quosdam in quibus talis est communi-

CAPVT II.

Bonorum
communio
relicitur,
quam sta-
tuit Socra-
tes.

Habitum autem iis est, confide-
rere de possessione quomodo
oportet constituere futuris conuersari,
secundum optimam politiam, vtrum
communem, aut non communem oportet
esse possessionem. Hoc autem vtri-
que quis considerabit, & seorsum extra
legis statuta de pueris, & vxoribus. Di-
co autem quæ circa possessionem, vtrum
& si sint illa seorsum secundum mo-
dum, secundum quem nunc se habent,
omnes communes esse possessiones
melius & vsus, puta campos quidem
seorsum, fructus autem in commune
ferentes expendere. Quod quidem
quædam faciunt nationum, aut contra-
rio modo, terram quidem communem
esse & colere communiter, fructus au-
tem diuidi ad proprios vsus. Dicuntur
autem diuidi ad proprios vsus. Dicun-
tur autem quidam & hoc modo com-
municare barbarorum, vt & campos &
fructus communes.

b Alteris quidem igitur existentibus
cultoribus, alius vtiq; erit modus &
facilior, ipsis autem sibi laborantibus
quæ circa possessiones plures vtiq; ex-
hibebunt difficultates: etenim in fru-
ctibus & operibus non factis æqualibus,
sed inæqualibus, necessarium accusatio-
nes fieri ad fruentes, si accipientes
quidem multa, pauca autem laboran-
tes, ab iis, qui minus quidem accipiunt,
plus autem laborant. Omnino autem
coniuere & communicare humanis
omnibus difficile, & maxime talibus,
ostendunt comperegrantium com-
munitates: fere enim plurimi dissiden-
tes, ex iis quæ in potibus & ex paruis
propulsantes inuicem. Adhuc autem
famulantium, iis maxime offendimur,
quibus plurimum indigemus ad mini-
strationes ancillares: communes qui-
dem igitur esse possessiones, has & alias
tales habet difficultates.

c Eodem autem modo quo nunc se
habet super ornatum consuetudinibus,
& ordine legum rectorum non modi-
cum vtiq; differet, habebit enim quod
ex ambobus bonum. Dico autem
quod ex ambobus, quod est commu-
nes esse possessiones, & quod est pro-
prias: oportet enim aliquo modo qui-
dem esse communes, omnino autem
proprias. Curæ quidem enim diuise,

CAPVT II.

His consequens est, de rebus qua possi-
dentur considerare, quomodo sit con-
stituendum illis, qui in optima republ. ver-
sari debeant, vtrum communes esse de-
beant vel non communes, hoc seorsum scru-
tandum est, nec simul cum his, qua de na-
tis & mulieribus constituuntur. Dico au-
tem circa res, vtrum & si sint nati mulie-
resque separatim, quemadmodum nunc
sint omnibus, præstet tamen res esse com-
munes & vsus: puta, fundos proprios esse,
fructus vero in comune conferre, quod apud
quasdam fit gentes, vel contra, solum qui-
dem commune esse, & communiter coli,
fructus autem partiri in proprios vsus,
quod etiam facere dicuntur quidam bar-
barorum, vel & fundos, & fructus esse
communes.

*Si ergo alij forent agricola, alius esses
modus & faciliior, sed cum ipsi sibi labo-
rent, magnas ea res afferet difficultates:
nam si in fruendo, & laborando non sint
pares, necesse est inquisitiones existans
contra fruentes quidem, & consumentes
multa, parum vero laborantes ab his, qui
minus consumunt & multum laborant.
Omnino autem conuictus omnis, & commu-
nitas hominum, difficilis est, & maxime
in his rebus. Probat autem eorum, qui
vna peregrinantur societates, quorum
plerique fere dissident inter se, de paruis
vilibusque rebus offensi. Nos quoque mini-
stris illis plurimum irascimur, quibus ma-
xime utimur ad circularem famularum.
Communes igitur habere res, has & huius-
modi continet difficultates.*

*Eo autem modo quo nunc fit, si in super
moribus, & moderatione legum rectorum
honestetur, non parum præstabit: habe-
bit enim vtriusque commoda: dico autem
vtriusque, videlicet eius, quod communes
sint res, & eius quod propria. Oportet
omnino, vt res sint propria, sed quodam
modo communes. Cura enim diuise, in-
quisitiones non parient, imo proficiunt. Vt pote
ad proprium vnoquoque sedulo incumbente.*

At

litigia adinuicem non facient, magis
autem addent, vt ad proprium vnici-
que insistentes, propter virtutem au-
tem erit ad vti, secundum prouerbum,
communia quæ amicorum. Est autem
nunc hoc modo in quibusdam ciuitati-
bus sic subscriptum, tanquam non exi-
stens impossibile, & maxime in bene
dispositis. Hæc quidem sunt, hæc au-
tem sicut vtiq;: propriam enim vnuf-
quisque possessionem habens, hæc qui-
dem, vtilia facit amicis, iis autem vti-
tur tanquam communibus, velut etiam
in Lacedæmonia seruis vtuntur iis, qui
adinuicem, vt est dicere, propriis. Ad-
huc autem equis, & canibus, si indi-
geant pro viaticis in agris per regio-
nem. Manifestum igitur, quod melius
esse quidem proprias possessiones, vsu
autem facere communes: quomodo
autem fiant tales, legislatoris hoc opus
proprium est.

d Adhuc autem, & ad delectationem
inenarrabilem, quantum differet, puta-
re aliquid proprium. Nequaquam enim
vane eamque quæ ad seipsum habet
amicitiam vnufquisque, sed est hoc natu-
rale. Philauton autem esse vituperatur,
& iuste: non est autem hoc amare
seipsum, sed magis quam oportet se-
ipsum amare, quemadmodum & ama-
torem pecuniarum, quemadmodum
amant quidem omnes, vt dicatur,
vnumquodque talium.

e At vero & largiri, & auxiliari ami-
cis, aut extraneis, aut alteris, delecta-
bilissimum, quod fit in possessione pro-
pria existente. Hæc itaque accidunt
vniuersis, vnum facientibus ciuita-
tem.

f Et ad hoc interimunt opera duarum
virtutum manifeste, temperantiæ qui-
dem circa mulieres, opus enim bonum
ab aliena existente abstinere propter
temperantiam, liberalitatis autem cir-
ca possessiones, nec enim manifestus
erit liberalis existens, nec operabitur
actum liberalem, nec vnum: in vsu
enim possessionum liberalitatis opus
est.

g Bonæ faciei quidem igitur talis le-
gislatio, & philanthropos vtiq; esse
videbitur: audiens enim gaudens susci-
pit putans fore amicitiam quandam
mirabilem omnibus ad omnes, aliter-
que cum accusat aliquis nunc existen-
tia in politiis mala, tanquam facta pro-
pter non communem esse substantiam.

D. Alb. Mag. Politic.

*Ac vero per virtutem erunt ad vsu, vt
est in prouerbio. Amicorum communia. Est
autem etiam nunc quibusdam in ciuitati-
bus in hunc modum subscriptum, ne pute-
tur impossibile, & præcipue in his, que
bene gubernantur aliqua sunt, aliqua esse
possunt. Propria enim sua quibusque pos-
sident, partim vtilia facit amicis, partim
vritur communibus, vt in Lacedæmonie,
seruis vtuntur vicissim, tanquam forent
vniuscuiusque, & præterea equis, & cani-
bus, & vehiculis. Patet igitur esse melius,
vt propria sint res, sed vsu facere illas
communes. Quemadmodum autem hoc
fiat, legislatoris erit prouisio.*

*Est sane inenarrabile quantum inter sit
ad voluptatem considerare aliquid esse
proprium sui. Non enim frustra quisque
ad seipsum amicitiam habet, est vero id
naturale. Sed cum amatio sui reprehendi-
tur, quia se amat, sed quia magis quam
oportet se amat, quemadmodum & ama-
tio pecuniarum, nam amant omnes, vt ita
dixerim, talia.*

*Atqui & largiri, & opem ferre ami-
cis, & hospitibus, & familiaribus, dulcis-
simum est, quod fit, si propria sint facul-
tates. Hæc autem non contingunt illis, qui
nimis vniam efficiunt ciuitatem.*

*Et præterea duarum virtutum opera
manifeste tollunt, temperantiæ erga mu-
lieres alienas, à quibus laudabile est se
abstinere, & liberalitatis circa res posse-
sas, neque enim discerni poterit liberalis,
neque liberalem operationem faciet vllam.
Nam in vsu earum rerum, qua ipsi possi-
demus, liberalitatis est opus.*

*Illiusmodi itaque legis positio, faciem
habet apparentem, & humana videri po-
test quam auditor libenter recipit, putans
fore mirabilem quandam amicitiam omni-
bus erga omnes, præsertim cum quis in-
commoda accusat rerum publicarum nunc
provenientia, ex eo quia non sint commu-
nes omnium facultates, ceu litigia ex*

F 3 Dico

Dico autem disceptationes adinivem circa contractum & falsorum testimoniorum iudicia, & diutum adulationes, quorum nihil fit propter incommunitatem, sed propter malitiam, quoniam & omnia possidentes & communicantes, multo magis dissidentes videmus, quam separatum substantias habentes. Sed videmus paucos ex communibus dissidentes ad multos comparantes, possidentes segregatim possessiones. Adhuc autem iustum non solum dicere quantis priuantur malis communicantes, sed & quantis bonis: videtur autem esse omnino impossibilis vita.

b Causa autem deviationis Socrati, oportet putare suppositionem non entem rectam. Oportet quidem enim esse modo aliquo vnam, & domum, & civitatem, sed non omnino: est quidem enim ut non erit procedens civitas, est autem ut erit quidem: prope autem existens, ut non sit civitas, erit deterior civitas. Quemadmodum utique si quis symphoniam, facit homophoniam, aut rhythmum basin vnam, sed oportet multitudinem existentem, quemadmodum dictum est prius, propter disciplinam communem, & vnam facere, & futuram disciplinam inducere, & putantem per hanc fore civitatem studiosam inconueniens talibus existimare dirigere, sed non consuetudinibus, & philosophia, & legibus, ad modum quem circa possessiones in Lacedæmonia, & Creta pro conuiuio legislator communicauit.

z Oportet autem non hoc ipsum ignorare, quia oportet attendere multo tempore & multis annis, in quibus non utique lateat si hæc bene se habuerint. Omnia enim fere inuenta sunt quidem, sed hæc quidem non conducta sunt, iis autem non vtuntur cognoscentes, maxime autem fiet utique manifestum, si quis operibus videat talem politiam constructam: non enim poterit, non patiens ipsam & segregans facere civitatem, hæc quidem in conuiuia, hæc autem in confraternitates, & tribus, itaque & nihil aliud accidit esse lege statutum præter non agros colere municipes, quod nunc Lacedæmonij facere conantur.

k Quinimò sed neque modus totius politiae quis erit communicantibus, neque dixit Socrates, neque facile dicere,

contractibus, falsorum testimonio accusatio- nes, diutum adulationes, quorum nihil fit propter proprietatem, sed propter improbitatem, cum etiam res in communi habentes, multo magis inter se litigare videamus, quam eos, qui separatim possident. Insuper æquum erat referre non solum quantis malis priuantur, si communitatem rerum habebunt, sed etiam quantis bonis: videtur autem omnino impossibilis esse illa vita.

Causam vero Socrati huius erroris, putandum est fuisse suppositionem non rectam. Oportet enim quodammodo vnam esse civitatem, & domum, sed non penitus. Est enim quo, si procedat, non erit civitas: est etiam quo erit quidem prope, ut non sit civitas, deterior civitas, velut si quis centum faciat vniucum, & versus pedem vnum. Sed oportet cum sit multitudo, ut prius diximus, per disciplinam, communem & vnam efficere. Et quid disciplinam sit adhibiturus, volens per illam studiosam facere civitatem absurdum est, si per talia quadam instituendam putet, ac non per mores, & per philosophiam & per leges, veluti seruorum iumentorumque possessionem in Lacedæmone, & commessationum in Creta legislator communem induxit.

Neque illud sane ignorandum est, quia oportet ad longum tempus, ac diuturnas consuetudines inspicere, in quibus haud quaquam poterit latere, an recte se habeant. Ferme enim omnia inuenta sunt quidem, sed alia non inuenta, alia ab expertis repudiata. Maxime autem id apparet, si quis per opera inspiciat rempub. sic institutam. Non aliter enim poterit fecisse civitatem nisi separet illa atque distinguat, partim in commessationes, partim in genera, partim in tribus. Itaque nihil aliud contingit lege prouisum esse, nisi ut custodes agros non colant, quod nunc Lacedæmonij facere ceptant.

Modus vero totius Reipublica quis futurus sit in communiione degentibus, neque Socrates ipse inquit, neque dictu facile est, equi

equidem multitudo fere ciuitatis diuersorum ciuium multitudo, de quibus nihil determinatum est prius, & agricolis communes esse oportet possessiones, aut secundum vnumquemque proprias.

l Adhuc autem vxores & pueros proprios aut communes: siquidem enim eodem modo communia omnia omnibus? quid different isti ab illis municipibus? aut quid plus sustinentibus principatum? nisi aliquid sapiant tale, quale Cretenses: illi enim alia hæc seruis dimittentes, solum negant gymnasia, & armorum possessionem: si autem quemadmodum in aliis ciuitatibus, & apud illos erunt talia, quis modus erit communitatis? in vna enim ciuitate duas ciuitates esse necessarium, & has subcontrarias inuicem, faciunt enim hos quidem municipes velut custodes, agricolas autem & artifices, & alios ciues, accusationes autem & disceptationes, & quæcumque alia ciuitatibus existere inquit mala, omnia existent & his, quamuis dicat Socrates, quod non multis indigebunt legalibus propter disciplinam, pura legalibus circa municipia, & circa forum, & aliis talibus, attribuens solum disciplinam municipibus.

m Adhuc autem dominos facit rerum possessorum agricolas, oblationem ferentes, sed multo magis verisimile est, graues esse & astutiis plenos, quam quibusdam obsequia, & humiliations, & seruiores. Sed siue necessaria similiter, siue non, nunc nihil determinatum est, & de habitis, quæ eorum politia, & disciplina, & leges quales: est autem neque inuenire facile, neque differens modicum, quales quosdam esse hos, ad saluandum municipum communitatem.

n At vero si vxores quidem faciet communes, possessiones autem proprias, quis dispensabit, quamuis sint communes possessiones & agrorum vxores, quemadmodum quæ in agris viri ipsarum? Inconueniens autem, & ex bestiis fieri parabolam, quia oportet eadem tractare mulieres viris, quibus Oeconomiae nihil attinet.

o Insecutum autem & principes, quomodo instituit Socrates, semper enim facit eosdem principes, hæc autem seditionis causa, & apud nullam dignitatem possidentes, si aliunde utique apud

atque multitudo ciuitatis diuersorum ciuium est multitudo, de quibus nihil determinatum est, an & agricolis communes esse facultates oporteat, vel proprias singulorum.

Præterea, utrum mulieres & pueros proprios vel communes: si enim eodem modo communia sunt omnia omnium, quid different isti ab illis custodibus? vel quid plus accedet sustinentibus eorum imperium? vel quam ob causam imperium sustinebunt? nisi forte prætexunt aliquid tale, quale Cretenses, qui cetera omnia seruis permittentes, gymnasia solum illis vetuerunt, & armorum possessionem: quod si ut in aliis ciuitatibus, ita apud illos talia erunt, quis modus erit communitatis? necesse est enim duas ciuitates in vna esse ciuitate, & eas inter se contrarias, facit enim alios quidem custodes quasi in presidio constitutos, alios agricolas & artifices, & ceteros ciues: litigia vero & iudicia, & quæcumque alia mala ciuitatibus prouenire inquit, omnia proueniunt etiam istis, quamquam dicat Socrates fore, ut non multum legibus indigeant, propter disciplinam, veluti circa res urbanas, & circa forum, & aliis huiusmodi legibus, tribuens solum disciplinam custodibus.

Insuper dominos facit suarum rerum agricolas, ac tollere permittit, at multo magis putandum est fore illos graues, & insolentes, quam illas, quæ apud quosdam sunt Iloceias, & penesteias, & dulecias. Enimvero siue necessaria sunt hæc similiter, siue non, nihil nunc quidem determinatum est, neque de consequentibus quæ sic eorum administratio, & disciplina, & leges quadam: est autem neque parum referens, quales hos esse oporteat ad consecrandam vñtorem communitatem.

Atque si mulieres faciet communes, facultates vero proprias, qui curam habeat rei domestica, ut agricultura viri, si sint communes facultates, & agrorum mulieres: absurdum etiam ex bestiis facere similitudinem, quod conueniat eadem exercere mulieres, quæ viri, ad quos rei domestica cura nequaquam pertinet.

Periculosa est insuper magistratum constitutio, quam sic facit Socrates, ut semper sint iidem: at hoc seditionis est causa etiam apud illos, qui nullam possident dignitatem: quid ergo apud bellicosos

animosos & bellicosos viros. Quod autem necessarium ipsi facere eosdem principes, manifestum, non enim quandoque quidem aliis, quandoque autem aliis mixtum, animabus à Deo aurum, sed semper eisdem: ait autem, iis quidem mox genitis misceri aurum, his autem argentum, æs autem & ferrum artificibus futuris & agricolis.

p Adhuc autem & felicitatem auferens à municipibus, totam inquit oportere felicem facere ciuitatem legislatorem, impossibile autem felicitate totam, non pluribus, aut non omnibus partibus, aut quibusdam habentibus felicitatem: non enim eorum felicitate, quorum & par, hoc quidem enim contingit toti inesse, partium autem neutri, felicitari autem impossibile: at vero, si principes non felices, qui alteri? non enim vti que artifices & multitudo banausorum. Politia quidem igitur, de qua Socrates dicit, has dubitationes habet, & his non minores alteras.

CAPVT II.

*P*ostquam Aristoteles ostendit, quod lex Socratis nociua est politica quantum ad communicationem vxorum & puerorum, hic ostendit, quod nociua est quantum ad communicationem possessionum. Et diuiditur hæc pars in duas partes. In prima ostendit nocua que proueniunt ex tali communitate. In secunda disputat de legibus huius communicationis, ibi, *Fere autem similiter*, &c. Prima adhuc diuiditur in tres. Primò enim ostendit quæ nocua proueniunt ex tali communitate possessionum contraria ipsi communicationi. Secundò quæ nocua afferunt ad duas virtutes, castitatem & liberalitatem, ibi, *Et ad hoc interimunt opera*, &c. Tertio ostendit quibus priuat homines bonis communicantes, ibi, *Oportet autem non hoc ipsum ignorare*, &c. Prima harum diuiditur in tres, in prima ostendit modos communicationum qui esse possunt. In secunda ponit inconuenientia quæ sequuntur ex hoc si omnes omnibus communes habent possessiones, tam in vsu quam in possessione, ibi, *Alterius quidem existentibus*, &c. In tertia ostendit quæ bona sunt ex communicatione illa quæ est quod priuatim habeantur possessiones, & vsus fructuum communis sit lege & amicitia, ibi, *Eodem autem modo quo nunc se habet*, &c. Enumerans igitur communicationes, quæ possunt esse possessionum, primò continuat se dicens. Habitum autem, id est, consequens iis, quæ scilicet dicta sunt de vxoribus & pueris, est considerare de possessione, de cuius communicatione etiam dixit Socrates. Quid autem considerandum sit, subdit, Quomodo oportet con-

Et animosos viros? Quod autem sibi necessarium sit eosdem semper magistratus facere, patet, non enim aliorum modo, & modo aliorum miscetur animis diuinum illud aurum, sed semper eisdem: inquit autem, quibusdam argentum, as vero, & ferrum illis, qui artifices futuri sunt, aut agricola.

Præterea custodibus felicitatem auferens, totam inquit ciuitatem facere beatam oportet legislatorem, at impossibile est totam esse beatam, nisi aut plurimi, aut omnes partes, aut quedam habeant felicitatem: non enim eorum est felicitas, quorum & par, nam par contingit inesse toti, & si nulli partium insit, sed inesse felicitatem impossibile: quod si custodes non erunt felices, qui tandem alij? non enim artifices quidem, neque vulgus. Illa igitur Resp. de qua Socrates locutus est, has continet difficultates, & alias his non minores.

stituere futuris conuersari, ciuibus scilicet secundum optimam politiam, in qua scilicet quilibet viuit ad votum, vt in principio dictum est. Et ponit diuisionem, ibi, Vtrum communem aut non communem oportet esse possessionem, vt scilicet quicquid possessum est ab aliquo, sit commune omnium, aut non. Deinde cum dicit, Hoc autem vti que quis, &c. Ostendit quod hæc quæstio singularem requirit tractatum. Vnde dicit, Hoc autem vti que quis considerabit & seorsum, distinctè scilicet extra legis statuta de pueris & vxoribus. Cuius causa est: quia habet quædam speciales difficultates, quas seorsum oportet determinare. Et subdit, exemplificando & diuidendo. Dico autem quæ circa possessionem, id est, communitatem possessionis. Et exemplificat, querendo, ibi, Vtrum & si sunt illa, quæ ad possessionem pertinent seorsum, id est, priuatim secundum modum secundum quem nunc habent. Nunc enim quilibet habet suam possessionem, & vsus aliquo modo communem. Queritur ergo, Vtrum omnes esse communes possessiones melius, sit, supple, & vsus esse etiam communes. Et exemplificat, puta campos quidem seorsum, id est, priuatim esse possessos, fructus autem, camporum scilicet & vinearum in commune ferentes, post messionem & collectionem, supple, expendere. Quod quidem quædam faciunt nationum: Sclauis enim quidam collectis fructibus in vnum, non recedunt ab inuicem donec consumpti sunt. Et ponit secundum membrum diuisionis, ibi, Aut è contrario modo terram quidem communem esse, id est, fundum agrorum aut vinearum, fructus autem diuidi collectos scilicet ad proprios vsus, id est, priuatos & personales. Et exemplificat. Diuiditur autem quidam

quidam & hoc modo communicare, barbarorum: quidam enim Sclauorum possessiones habent in communi: collectis autem fructibus, quos in communi coluerunt, diuidunt eos & proportionaliter iniiciunt cuilibet ciuium. Et subdit tertium membrum diuisionis, ibi, Vt & campos & fructus communes, supple, esse & nihil habere priuatum. Quæstio ergo est, quid horum sit melius.

b Et procedit ad disputationem, ibi, Alteris quidem igitur, &c. Ibi incipit secunda pars primæ partis, & dicit: Alteris quidem igitur existentibus cultoribus, qui scilicet colunt terras, & aliis, supple, possessoribus: alius vti que erit modus istius, scilicet quæstionis & communicationis & facilius, supple, communicationis modus erit: quia tunc possessor, dato pretio faciet coli terram, & cultor accepto pretio non accusabit possessorem. Ipsis autem, supple, iisdem quibus & possessiones & vsus communes sunt sibi laborantibus, supple, in communi circa possessiones sicut agros, vineas, plures vti que exhibebunt difficultates. Et huius causa est: quia custodes vrbaniatum siue Senatores, qui minus laborant, plus accipient de fructibus quam rustici, qui plus laborant. Et hoc est: Etenim in fructibus & operibus sine laboribus non factis æqualibus necessarium, supple, est accusationes fieri ad fruentes quidem. Et subdit in quo, si accipientes quidem multa, supple, de fructibus, pauca autem laborantes, supple, sint. Et à quo sicut accusationes, subdit: Ab iis qui minus quidem accipiunt, plus autem laborant. Et huic simile est quod scribitur Matth. 20. de operariis vineæ patrisfamilias, Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstus. Et subdit ostendens, quod talis communicatio difficilis est, ibi, Omnia autem conuiuere & communicare humanis omnibus, pueris scilicet, vxoribus, & possessionibus, difficile, & maximè talibus, supple, quibus omnia communia sunt. Ostendunt autem, supple, hoc, comperegrinantium communicationes. Et subdit in quo: fere enim plurimi, talium, supple, dissidentes, scilicet sunt, ex iis quæ in portibus, & aliis, supple, similibus, sicut cibus, dum scilicet vnus accusat alium, quod plus sumpsit & minus soluerit, & ex paruis propulsantes inuicem, id est, accusantes, supple, sunt. Et infert vltorius ex alio per quod probat hoc, ibi, Adhuc autem famulantium eis maximè offendimur: quibus tamen, supple, famulantibus plurimum indigemus ad administrationes ancillares, sine quibus tamen conuiuere non possumus. Quia dicit in primo Meraphyl. multipliciter humana natura ancilla est. Et Aueroës, Vt vobis hominibus qui comparati estis in numerum bestiarum, & laboratis seruitute reciproca, vt ex vobis nascatur liber. Deinde ponit generalem conclusionem huius partis sic: Communes quidem igitur esse possessiones, has & alias tales habet difficultates.

c Deinde cum dicit, Eodem autem modo, &c. ex omnibus his subdit, quod melius est communicationem esse secundum quod nunc, scilicet quod possessiones priuatae sint & vsus

secundum collationem priuati & secundum amorem & largitatem sint communes. Et ista pars habet duas partes. In prima enim parte quatuor rationibus probat, quod hoc melius est. In secunda ostendit, quod causa quæ decepit Socratem, fuit mala suppositio, ibi, *Causa autem deuiationis*, &c. Quatuor rationes sunt istæ, & prima sumitur ex hoc quod ista communicatio vtriusque communicationis habet bonum, scilicet & illius quam dedit Socrates, & illius quæ nunc est. Secunda ex inenarrabili delectatione largitatis propriorum, ibi, *Adhuc autem & ad delectationem*. Tertia, quod sic melius contingit largiri & auxiliari amicis & extraneis, quam si & omnia essent communia & possessiones & vsus, ibi, *At vero & largiri*, &c. Quarta est quam primò ponit, quod istud & non illud consuetudinibus & legibus rectis & honestis est confirmatum & exornatum. Adhuc primum horum in tria diuiditur. Primò enim dicit, quod hoc legibus & consuetudinibus est approbatum. Secundò probat hoc per causam legis, ibi, *Magis autem addent*, &c. Tertio probat idem per specialem communicationem Lacædemoniorum, ibi, *Vult etiam in Lacædemonia*, &c. Dicit igitur: Eodem autem modo, communicationis scilicet, quo nunc se habet, communicatio scilicet hominum, quod scilicet possessiones sunt propriae & priuatae vniuscuiusque & similiter fructus, consuetudinibus super ornatum, & ordine legum rectarum, supple, & ornatum, non modicum vti que differet, ab eo scilicet quod ordinauit Socrates. Cuius probatio est: Enim, id est, quia habebit quod ex ambobus, bonum, & explanat ibi, Dico autem, quod ex ambobus habebit hoc bonum, quod scilicet est communes esse possessiones & propriae. Et subdit causam. Oportet enim aliquo modo quidem esse communes, scilicet amicitia & largitate, omnino autem, id est, simpliciter oportet, supple, esse proprias quantum ad possessiones & fructus. Et ostendit quomodo habebit bonum quod voluit esse Socrates: Socrates enim intendit, quod omnibus existentibus communibus non essent litigia: & hoc non prouenit, sed magis lites, sicut ostensum est: quia in communibus inæqualibus existentibus laboribus & fructibus generantur lites. Cum autem diuisæ sunt possessiones, & diuisæ fructiones, & curæ laborum & culturarum diuisæ erunt: & tunc cessabunt litigia. Et hoc est. Curæ quidem enim diuisæ, ad inuicem litigia non faciunt. Tunc enim quilibet scit quantum curæ & quantum fructibus habebit. Deinde cum dicit, Magis autem addent, &c. Ostendit, quod hoc proficit ad bonam communicationem, & dicit, Magis autem addent vt ad proprium vni cuique insistens. Vni quisque enim natus est plus curæ impendere proprio quam communi: vt si illud bene colatur, etiam ad bonam fructuionem communicationis proueniat: & hoc bonum accipit ex hoc, quod propriae sunt possessiones. Qualiter autem communes sint & quid boni ex hoc proueniat, subdit. Propter virtutem autem, supple, amicitia erit, quod proprium est, commune ad vti, id est, ad vsus. Et hoc confirmat per prouerbum, ibi, Secundum

ergo: Oportet autem non hoc ipsum ignorare, quibus scilicet bonis, ex communicatione quam ponit Socrates, priuatur ciuitas: quia oportet attendere, ea scilicet quæ ponuntur secundum legem, multo tempore, vt scilicet per experimentum probentur, & multis annis, in quibus non vtique lateat, per multiplex experimentum si hæc bene, scilicet quæ lege statuta sunt, se habuerint secundum diuersas conuersationes & consuetudines hominum. Et subiungit rationem: Omnia enim ferè inuenta sunt, ab antiquis, supple, secundum quæ, scilicet bene possunt homines conuenire. Sed hæc quidem, id est, quædam, non conducta sunt, id est, lege statuta, eò quod nociua inuenta sunt: ita autem, id est, quibusdam aliis non videntur cognoscen-tes. Et huius causa est: quia vident, quòd ciuitas per talia priuatur multis bonis. Maxime autem fieri vtique manifestum, scilicet quid proficit, quidue nocet ad communitatem si quis operibus, id est, experimento operum videat, id est, consideret talem politicam constructam, supple, esse. Ille enim considerabit quæ sunt nociua & proficua tali communicationi: non enim poterit, qui sic scilicet considerare intendit, non partiens ista, quæ scilicet in ciuitate sunt, & segregans facere ciuitatem. Et subiungit qualiter partienda sit in communicationes speciales. Hæc quidem in conuiuia, id est, qualiter quædam communicatio quorundam in ciuitate, qui conuiuæ sunt & commensales in conuiuio, lege ordinanda, vt sic communicantes non sint accusationes inter eos: hæc autem in confraternitates, id est, qualiter illi qui sunt vnus confraternitatis communicent sine accusatione, & tribus, id est, qualiter homines vnus tribus, qui contribules dicuntur, communicent inuicem sine accusatione. Et ex hoc concludit diminutionem legis Socratis dicens: Itaque & nihil aliud accidet, ex lege scilicet Socratis, esse lege statutum præter non agros colere municipes, id est, ciues siue senatores municipium custodientes & iura municipij. Vtrumque enim simul facere non possunt, scilicet iura municipij custodire & agros colere. Et modum istius legis, à quo exemplum accepit Socrates, subdit, ibi, Quod & nunc Lacedæmonij facere conantur: illi enim solos municipales acceperunt ab agricultura, dicta de causa.

k. Deinde cum dicit, *Quin imò, &c.* ostendit legem Socratis diminutam & imperfectam, dicens: Sed neque modus totius politia, ciuitatis scilicet, quis scilicet modus secundum conuiuia, confraternitates & tribus communicantibus, supple, in ciuitate erit aptus, neque dixit Socrates, nec facile dicere potest, & idèd diminutus est & insufficientis. Quod autem hoc sit necessarium, probat subdens. Equidem ferè multitudo ciuitatis, supple, tota diuersorum ciuium fit multitudo: quidam enim sunt de diuersis confraternitatibus, quidam de diuersis tribubus, & quidam de diuersis artibus, & secundum hoc variantur communicationes de quibus nihil dictum est prius, supple, à Socrate, & idèd imperfectus & insufficientis. Vtcrius arguit Socratem de lege agriculturalum, ibi, Et agricolis, vt dixit, supple, Socrates communes oportet esse possessiones, aut, quas, sup-

ple, colunt secundum vnumquemque oportet esse proprias, vt scilicet quilibet sciat quid colat.

l. Deinde cum dicit, *Adhuc autem vxores & pueros, &c.* ostendit, quòd lex Socratis non facit differentiam inter nobiles & ignobiles, dicens: Adhuc autem vxores & pueros, agriculturalum scilicet proprios oportet esse, aut communes cum municipibus. Et ostendit, quòd non communes: siquidem enim eodem modo communia omnia omnibus, agricolis scilicet & municipibus, quid different isti ab aliis municipibus? quasi dicat, in nullo. Tunc enim senator erit vt agricola. Et hoc est: Aut quid vident, supple, dabitur honoris sustentibus principatum ipsorum, nisi sapiant aliquid tale, per quod, scilicet distinguantur, quale Cretenses. Et subdit quid est hoc: Illi, scilicet Cretenses, alia, id est, possessiones, scilicet vxores & pueros seruis dimittentes, supple, communia, solum negant gymnasia, id est, exercitia belli, & armorum possessiones, ne forè contra eos insurgant arte militandi, & vsu armorum. Et est simile ei quod dicitur in libro Iudicum, vbi dicitur, quod cauerant Philistiim ne in terra Israël esset faber ferrarius, dicentes, ne faciant sibi filij Israël gladium aut lanceam, & insurgant contra nos. Et subdit adhuc arguens Socratem: quia dixerat omnia debere esse communia, ibi, Si autem quemadmodum in aliis ciuitatibus, supple, sunt omnia communia, ita, supple, & apud illos talia, supple, erunt communia omnia, quis modis erit communitatis? hoc enim dixisse debuit Socrates, & non dixit. Et ostendit inconueniens quod sequitur. In vna enim ciuitate duas ciuitates esse necessarium, supple, est, & has subcontrarias inuicem. Et ostendit quomodo. Faciunt enim hos quidem municipales vclut custodes Reipub. agricolas autem & artifices & alios ciues, scilicet plebeios ponunt in ordine alio. Et adhuc sequitur inconueniens. Et hoc est: Accusationes autem & disceptationes & quæcumque alia existere inquit aliis mala, existent & his: quia cum in omnibus dicat eos Socrates debere esse æquales, statim litigia erunt quare inter æquales vnus alteri præponatur, sicut municipales agricolis: quamuis dicat Socrates, quòd non multis indigebunt legalibus propter disciplinam. Et intendit Socrates hoc quod dicit Apostolus Rom. 1. quòd tales sic erunt disciplinari, quòd ipsi sibi sunt lex. Ostendunt enim opus legis scriptum in cordibus eorum, & non indigent legibus, puta legibus circa municipia, id est, custodia municipiorum, & circa forum, id est, qualiter & quanti vendantur res venales, & aliis talibus similibus, sicut de nudinis & festis, attribuens solam disciplinam municipibus: & idèd dixit eos lege non indigere. Et hoc idem dicit Aristoteles in Ethic. de Platone qui dixit, quòd lex non propter bonos, sed propter malos posita est, ad malorum scilicet pœnam & correctionem. Et concordat cum Apostolo ad Tim. dicente, quòd iusto non est lex posita sed homicidis & plagiariis, adulteris, & raptoribus, &c.

m. Deinde cum dicit, *Adhuc autem dominos facit, &c.* arguit Socratem, quod agricolas fecit dominos rerum possessorum, & ostendit quod per

per hoc multis bonis priuatur temp. & multis malis repletur eam. Et hoc est. Adhuc autem dominos facit rerum possessorum agricolas oblationem ferentes, id est, quod ex philantropia per seiplos oblationes offerent municipibus. Et subiungit redargutionem dicens, quòd hoc non est verisimile, sed multò magis verisimile est, tales scilicet agricolis & seruis personas, graues esse & astutiis plenas: tales enim nesciunt habere amorem communem, sed priuatum tantum: vnde semper machinantur qualiter ea quæ communia sunt, sibi retineant magis quam quibusdam obsequia & humilia-tiones, & seruitus, supple, exhibeant. Sed siue necessarium hoc similiter, siue non, tunc nihil determinatum est, supple, à Socrate, & ita diminutus: & de habitis, supple, de quibus iam determinatum est, quæ, supple, sit horum politia & disciplina, secundum virtutem scilicet & leges quales, supple, nihil determinatum est à Socrate: & sic iterum insufficientis. Et quia postea aliquis dicere, quod talia inuenire esset facile & idèd omisit ea Socrates, subdit. Est autem neque inuenire facile, neque differens modicum ad rempub. scilicet quia multum nocet talia omittere, & multum confert ea describere. Et subdit quæ sunt illa, quales quosdam esse hos, supple, oportet politica disciplina & lege municipales scilicet, ad saluandum municipium & communitatem: hoc enim speciali indiget disciplina & lege, quales scilicet oportet esse municipales vt saluent municipium.

n. Deinde cum dicit, *At verò si vxores, &c.* redarguit Socratem de eo, quod insufficientis est de legibus agriculturalum, dicens. At verò si vxores quidem faciat communes, agriculturalum scilicet & municipium, possessiones autem proprias agriculturalum, quis dispensabit fructus, vtrum municipales, vel agricolæ? hoc enim non describit Socrates, cum tamen summè esset necessarium, quamuis, supple, descriperit si communes possessiones, & agriculturalum vxores, supple, etiam communes, quod tunc, supple, vxores laborare debeant in agris, quæ in agris viri ipsarum, supple, faciunt. Et accepit hoc à simili: dixit enim, quod sicut in bestis, equis scilicet & bobus eodem labore laborant & masculi & fœmina, eodem modo deberet esse in viris & vxoribus agriculturalum. Et hoc reprehendit hic Aristoteles dicens. Inconueniens autem & ex bestiis fieri parabolam, ad hoc scilicet, quia oportet eadem tractare mulieres viris sicut, supple, dixit Socrates, quibus scilicet mulieribus œconomia, id est, cura domus nihil attinet, quin potius sicut in Ethic. determinatum est, corruptio vrbani-tatis est, si mulier obtinuerit principatum, & idèd inconueniens fuit eadem tractare mulieres viris, sicut dixit Socrates.

o. Deinde cum dicit, *Insecurum autem & principes quomodo, &c.* redarguit Socratem de hoc quod dixit semper eosdem debere esse principes, dicens. Insecurum autem & principes quomodo instruit Socrates, quod scilicet semper iidem principentur. Et hoc est. Semper enim facit eosdem principes, & aduersatur subdens. Hoc autem seditionis causa fit:

D. Alb. Mag. Politic.

quia scilicet cum differentes sint homines & magis & minus digni ad principatum, facere eos æqualiter principiari, generat seditiones. Et hoc est. Et apud nullam dignitatem possidentes, sed, supple, in omnibus æquales, sicut dixit Socrates, seditionis causa est, si aliunde vtique apud animosos & bellicosos viros, quam, supple, ex ipsis accipiantur principes: non enim sustinebunt animosi & bellicosi viri quod ex agricolis, eis princeps constituatur. Et quia postea aliquis dicere, quòd Socrates non semper eos fecit principes, idèd obuiat ostendens hoc sequi ex dictis suis, ibi, Quod autem necessarium, supple, sit, ipsi scilicet Socrati facere eosdem principes, manifestum, supple, est. Non enim quandoque quidem aliis, quandoque autem aliis mixtum est animabus à Deo aurum, sed semper eisdem. Intendit dicere, quòd natura omnes homines æquales genuit, & non vnum meliorem alio. Et tamen cum hoc dixit, quod de hominibus esset sicut de mineris in terram qua enim mineria inuenitur aurum, semper inuenitur: & in qua argenteum similiter, & in qua æs, inuenitur semper æs: & in qua ferrum similiter: & non mutatur mineria auri in mineriam argenti, nec melioris metalli in mineriam inferioris, sed semper manet eadem: ita dixit, quòd non quandoque quidem aliis, quandoque autem aliis mixtum est animabus à Deo aurum, sed semper eisdem. Et explanat, ait autem, Socrates scilicet, his quidem, id est, quibusdam mox genitis miseris aurum, illis scilicet qui optime sunt dispositi ad virtutem & sapientiam: his autem, id est, aliis scilicet mox genitis, argenteum, scilicet dispositis non tam excellenter ad virtutem & sapientiam: æs autem & ferrum dicebat, supple, mox genitis artificibus futuris, supple, esse mixtum, parum scilicet valde dispositis ad virtutem & sapientiam: & hoc etiam dicebat esse mixtum agricolis, id est, animalibus agriculturalum, & omnibus qui seruilibus operibus intendunt. Et propter hoc dixit debere illos semper principiari, quorum animabus mixtum est aurum: cum tamen omnia deberent esse communia & vxores & pueri & possessiones, & ex tali communitate sæpè permutterentur nobiles ad ignobiles, & è conuerso, & secundum talem permutationem deberent etiam permutteri principatus: quia aliter oriatur contentio & seditio, si quibusdam semper principantibus, alij æquè nobiles excluderentur à principatu.

p. Deinde cum dicit, *Adhuc & felicitatem, &c.* arguit Socratem, quod à municipibus auferebat felicitatem dicens. Adhuc autem & felicitatem auferens, supple, Socrates à municipibus, totam inquit oportere felicem facere ciuitatem legislatorem, id est, quod legislator totam felicem deberet facere ciuitatem, & non solum municipales: & intellexit de ciuitate perfecta, quæ non solum consistit in operatione perfecta quæ est secundum virtutem naturalis habitus non impeditam, vt docet in primo Ethic. sed consistit in omnibus organicè deseruientibus ad ipsam, sicut in diuitiis & fortitudine & omnibus condecorantibus ipsam, sicut & species corporis & nobilitas

tas, secundum quod diffinit Tullius felicem siue beatam dicens in Hortensio dialogo: Felix siue beatus est, cui omnia optata succedunt. Et Boëtius in 5. de consolatione philosoph. quoddam felicitas siue beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Et huic dicto Socratis obuiat dicens: Impossibile autem felicitare totam, supple, ciuitatem, aut pluribus, aut non omnibus partibus, supple, beatificatis & felicitatis, aut quibusdam habentibus felicitatem, aliis autem, supple, non habentibus eam, sed impossibilibus ad eam. Non enim eorundem, supple, est felicitare: quia vel ex genitura, vel ex fortuna, vel ex conuersatione habent, quoddam felicitari non possunt. Et dat exemplum: Quia aliquid conuenit toti, quod tamen partibus non conuenit, sicut perfectum vel par in numeris: senarius enim & perfectus numerus est & par, & tamen neutra pars, eius scilicet, ut ternarius, nec perfe-

CAPVT III.

De ea reip. Socratis parte, in qua de legibus agit, & eius redargutio.

Fere autem similiter, & quæ circa leges se habent, posterius scriptas: propter quod & de ea, quæ hic politica considerare modica melius: etenim in politia de paucis omnino determinauit Socrates, de vxorum & puerorum communione, quomodo habere oportet, & de possessione, & politica ordine.

b Diuiditur autem in duas partes multitudo habitantium, hæc quidem in agricolas, hæc autem in partem, quæ ad bellum. Tertium autem ex iis consiliarius & principale ciuitatis. De agricolis autem & artificibus, vtrum nullo aut aliquo participant principatu, & vtrum arma oportet possidere & hos, & compugnare, aut non, de iis nihil determinauit Socrates.

c Sed vxores quidem existimat oportere simul bellare, & disciplina participare eadem municipibus, alia autem exterioribus repleuit sermonibus. Et de disciplina, qualem quandam oportet fieri municipibus, legum autem plurima quidem pars leges existunt entes: pauca autem de politia dixit, & hanc volens communionem facere ciuitatibus; secundum modicum circumducit iterum ad alteram politiam: præter mulierum enim communionem, & possessionis alia eadem tradit ambabus politis, etenim disciplinam eandem, & quod ab operibus necessariis abstinere viuere, & de conuiujs similiter, veruntamen in hac inquit, oportere esse

ita est, nec par. Et hoc est. Hoc quidem, scilicet perfectum & par contingit toti inesse, senario scilicet, partium autem neutri: felicitare autem impossibile, supple, est multas partes ciuitatis. At verò si municipes non sunt vel fiant felices, secundum Socratem scilicet, qui alteri, supple, erunt felices? Et subiungit rationem. Non enim vti que artifices, supple, erunt felices: quia mechanicis intendentes intendunt seruilibus, quod ad felicitatem non pertinet, quæ non est nisi circa liberalia. Et multitudo banauorum, supple, non potest esse felix, propter eandem causam: banauis enim, sicut prius habitum est, toti sunt fulginosi, vilibus operibus dediti, & mercenarij, vilibus operibus pro mercede dediti. Postea ponit epilogalem conclusionem, dicens: Politia quidem igitur, de qua Socrates dixit, has dubitationes habet, supple, quæ dictæ sunt, & his non minores alteras, scilicet quæ in sequentibus dicentur.

CAPVT III.

Ferme autem similiter circa leges quæ se habent postea scriptas, quapropter & de illa Reipublica parte hic cogitare parum melius erit: etenim in Reipublica de paucis admodum determinauit Socrates, ut de mulierum & natorum communione, & de rebus possessis, ac de institutione Reipublicæ.

Diuisit enim in duas partes multitudinem habitantium, in agricolæ, & propulsatores belli. Tertiam ex his fecit eos, qui consulant ac deliberant, & in quibus summa Reipublica consistit auctoritas. Agricola vero & artifices, vtrum nullius magistratus, an alicuius participes sint, & vtrum arma possidere debeant, & vna pugnare, nihil determinauit.

Sed mulieres censet vna pugnare debere ac disciplinam habere eandem, quam custodes. Cetera vero extraneis peregit sermonibus. Et de disciplina custodum, qualem esse illam oporteret. Legum autem maxima quadam pars leges existunt publica. Pauca vero de Republ. dixit, quam dum pergit communionem facere, paulatim circumagat in aliam Reipublicam. Præter communionem enim mulierum & rerum possessorum, cetera eandem vtrisque attribuit, nam & disciplinam eandem, & abstinere viuere ab operibus necessariis, & de comestationibus eodem modo, præterquam quod hic existimat, mulierum quoque comestationes esse debere, & hanc mille habentium arma, illam vero quinque millium.

conuiuia

conuiuia mulierum, & hanc mille arma possidentium, hanc autem quinque millium.

d Superfluum quidem igitur habent omnes Socratis sermones, & leue, & nouum, & quæstionibus plenum, bene autem omnia forte difficile, quin nunc dictam multitudinem oportet non latere, quia regione Babylonica, vel aliqua infinita opus erit, tot multitudinem, ex qua otiosi quinque millia nutriantur, & præter hos mulierum, & famulorum alia turba multo maior: oportet quidem igitur supponi ad votum, nihil tamen impossibile.

e Dicitur autem, quod oportet legistatorem ad duo respicientem ponere leges, ad regionem & homines, adhuc autem bene se habet apponere & ad vicinorum loca: primum quidem si oportet ciuitatem viuere vitam politicam, non enim solum necessarium est, ipsam talibus vti ad bellum armis, quæ vtilia secundum propriam regionem sunt, sed ad exteriora loca: si quis autem non talem acceptat vitam, neque propriam, neque communem ciuitatis, tamen nihil minus oportet terribiles esse inimicis, non solum venientibus in regionem, sed & discedentibus.

f Multitudinem autem possessionis videre oportet, ne forte melius altero modo determinatur plane magis, tantam enim inquit esse oportere, ut viuatur temperate, quemadmodum si quis dicat, ut viuatur bene, hoc enim vtile magis. Adhuc autem est temperate quidem, misere autem viuere, sed melior determinatio, temperate, & liberaliter, separatim enim vtrumque hunc quidem delitari assequitur: hunc autem laboriose viuere, quoniam soli ij habitus sunt virtutis, circa habitudines substantiæ, puta substantia, mansuete, aut fortiter vti non est, temperate autem & liberaliter est, quare & vsus hos necessarium esse circa ipsam.

g Inconueniens autem & possessiones adæquantem circa multitudinem ciuium non constituere, sed sinere puerorum procreationem infinitam, tanquam sufficienter vti que respondentem ad eandem multitudinem, propter sterilitates quantiscunque generatis, quia videtur hoc etiam nunc accidere circa ciuitates: oportet autem hoc non

Superfluum ergo quiddam, & comptum, & nouum, & dubitatum, omnes Socratis habent sermones, sed cuncta recte, forsitan difficile. Nam etiam multitudo illa, de qua nunc dicebatur, latere non oportet, cum tanta sit, quia Babylonia, aut alia quadam infinita regione indigebit, ex qua ocioforum quinque millia cum mulierum ac ministrantium multiplici turba alantur: suppositiones quidem sunt pro arbitrio factenda, non tamen impossibiles.

Dicitur autem debere legistatorem ad duo respicere in ferenda lege, ad regionem & homines, addendum est, & ad vicina loca, si oportet ciuilitate viuere ciuitatem: non solum enim necessarium est, ipsam talibus vti ad bellum armis, quæ vtilia sint in sua regione, verum etiam quæ in aliena. Quod si quis huiusmodi non recipit vitam, neque priuatim, neque publice, nihilominus tamen oportet terribiles esse hostibus, non venientibus solum in regionem, verum etiam abeuntibus.

De modo quoque rerum possidendarum videndum est, ne forsitan melius sit aliter diffinire & clarius, tantas inquit possidere oportet, ut modeste viuatur, perinde ac si dicat, ut bene viuatur: verum hoc est nimis generale, & est temperate viuere, arumose tamen: at melius est dicere modeste, & liberaliter, separatim enim vtrumque, alterum enim luxuria accomodabitur, alterum difficultati, cum sole huiusmodi virtutes habitus sint circa vsus facultatum nostrarum, puta patrimonio mansuete vel fortiter vti non dicimur: at modeste & liberaliter dicimur, quare necessarium est circa illud istas versari virtutes.

Absurdum quoque est, cum facultates adæquauerit, de ciuium multitudine nihil determinare, sed indefinitam relinquere multitudinem filiorum, quasi sufficienter adæquatam propter sterilitates quotcumque contingant, quod videtur nunc quoque euenire in ciuitatibus, sed opus est, ut aliam certitudinem tunc habeat, quam nunc.

G 2 similiter

similiter certe habere circa ciuitates tunc & nunc.

b Nunc quidem enim nullus dubitat, eo quod partitæ sunt substantiæ ad quantamcumque multitudinem, tunc autem indiuisis existentibus, necesse deiectos nihil habere, siue pauciores sint secundum multitudinem, siue plures.

z Magis autem suspicabitur quis utique oportere determinatam esse pueros procurationem, quam substantiam, ut non numero quodam plures generentur, hanc autem multitudinem ponere aspicientem ad fortunas, si accidat mori quosdam generatorum, & ad aliorum sterilitatem, finem autem, quemadmodum in aliis ciuitatibus paupertatis necessariam causam fieri ciuibus, penuria autem seditionem efficit, & malignitatem.

k Phidon quidem igitur Corinthius, existens legislator antiquorum domus aequales opinatus est oportere permanere, & multitudinem ciuium, et si primo inæquales habuissent sortes omnes, secundum magnitudinem, in legibus autem iis contrarium est. Sed de his quidem quomodo utique æstimamus melius habere, dicendum posterius. Derelictum est autem legibus iis, quæ & circa Principes, quomodo erunt differentes à subiectis: ait enim oportere quemadmodum ex altero lanae filum sit, quam lini, sic & Principes habere oportet ad subiectos. Quoniam autem omnem substantiam finiri fieri maiorem usque quintuplum, propter quid hoc non utique erit in terra, usque aliquid? & domiciliorum autem diuisionem oportet considerare, ne forte non expediat ad œconomiam, duo enim domicilia cuiuslibet distribuere, diuidens seorsum, difficile autem domos duas habitare.

l Coordinatio autem tota, vult quidem neque democratia, neque oligarchia, media autem harum, quam vocant politiam, ex utentibus enim armis est.

m Siquidem igitur communissimam hanc constituit ciuitatibus aliarum politiarum, bene dixit forte: si autem ut optimam, post primam politiam, non bene: forsitan enim eam, quæ Lacedæmoniorum Republicam quis magis probabit, vel etiam aliam aliquam magis Aristocratiam.

Nam nunc quidem nemo dubitat ex eo, quia in singulos diuise sunt facultates, in quantamcumque multitudinem, tunc vero cum indiuisa, necessarium est, disparere nihil habere siue pauciores sint multitudine, siue plures.

Magis autem putaret quis oportere determinatum esse modum procreandorum filiorum, quam facultatum, ut non plures quam determinatum sit, procreari oporteat, & numerus diffiniendus est, respectu habito ad fortunas; si contingat decedere aliquos, & ad defectum procreandi ceterorum. Prætermittere autem id, ut in plerisque ciuitatibus, necesse est egestatis causa ciuibus, egestas vero seditiones & delicta parit.

Itaque Phidon Corinthius, vnus ex vetustis legum latoribus, familias censuit aequales permanere debere, & ciuium multitudinem, quamuis sortitiones habebant prius omnes iniquas secundum magnitudinem, at in his legibus contrarium est: verum de his quemadmodum statuendum putemus, postea erit dicendum. Omissum est etiam in illis legibus, quemadmodum differant præsidēs à subiectis, inquit enim oportere, quemadmodum ex alio lanae filum ducitur, quam lini, sic & eos, qui præsumunt, se habere debere ad eos, qui subsunt. Cum vero totam substantiam augeri dixerit usque ad quintuplum, quare hoc utique non erit in regione usque ad aliud? videndum est etiam, ne adificiorum diuisio non proficit ad rem familiarem, duas enim cuiusque domos attribuit, at difficile est duas habitare domos.

Tota vero constitutio vult esse neque plebis gubernatio, neque paucorum potentium, sed horum mediam, quam vocant Remp. Est enim ex his qui arma ferunt.

Si igitur ut communissimam omnium hanc ciuitatibus constituit Remp. recte forsitan dixit, sin ut optimam Remp. publicam, non recte: forsitan enim Lacedæmoniorum Republicam quis magis probabit, vel etiam quandam magis optimatum.

n Qui

n Qui quidem igitur dicunt, quod oportet optimam Politiam ex omnibus esse ciuibus mixtam, propter quod & Lacedæmoniorum laudant, esse enim ipsam, ij quidem ex Oligarchia & Monarchia & Democratia aiunt, dicentes, Regnum quidem Monarchiam, seniorum autem Principatum, Oligarchiam. Democratice autem principari secundum plebeiorum principatum, propter ex populo esse Ephoros, alij autem ephoriam quidem esse tyrannidem. Democratice autem principari secundum conuiuia, & aliam vitam quotidianam.

o In legibus autem iis est dictum, quod opportunum, componi optimam politiam ex Democratia & Tyrannide: quas aut omnino non utique aliquis ponet politias, aut pessimas omnibus. *p* Melius igitur dicunt, qui plures commiscen: ex pluribus enim composita politia melior.

q Deinde neque iis videtur monarchicum nullum, sed oligarchica & democratica, magis autem declinare vult ad Oligarchiam.

r Palam autem ex principantium institutione, quod quidem enim ex electis fortiales, commune est amborum, quod autem abundantioribus necessarium sit conuocare, & ferre Principes, aut facere aliquid aliud Politicoꝝ, hos autem dimittere, hoc Oligarchicum.

f Et tentare plures ex abundantibus esse principes, & maximos, & maximis honorabilitatibus. Oligarchiam autem facit & consilij electionem. Eligunt quidem enim omnes necessario, sed ex prima honorabilitate, deinde rursum æquales ex secunda, deinde ex tertiis. Veruntamen non omnibus erat necessarium his, qui ex tertiis aut quartis. Ex quarto autem quattorum, necessarium solis primis & secundis. Deinde ex his ex qualibet honorabilitate, ait oportere ostendere æqualem numerum. Erunt autem plures, qui ex maximis honorabilitatibus, & meliores propter quosdam popularium non eligere, quia non necessarium.

z Quomodo quidem igitur ex Democratia, & Monarchia oportet constare talem politiam, ex his manifestum, & ex posterius dicendis, cum inciderit de tali politia consideratio.

n Habet autem & circa electionem

Sunt qui dicant, optimam Remp. ex omni genere gubernationum admixtam esse debere, atque ob id Lacedæmoniorum laudant Remp. constare quidem illam ex paucorum potentia. Item, ex vno principe, & populari statu, ponentes regem illorum pro vnus gubernatione, Senatam vero pro paucorum potentia, Ephoros autem pro statu populari, quoniam Ephori ipsi ex plebe sumuntur: alij Ephoratam quidem tyrannidem putant, sed populariter regi per commensationes, & aliam quotidianam vitam.

Sed in his legibus dictum est, optimam Remp. ex plebeio statu constare debere, at ex tyrannide: quas aut non reponat quis omnino inter species Rerump. aut deterrimas omnium esse fateatur.

Melius ergo dicunt, qui plures commiscen, nam quæ ex pluribus constat Resp. melior est.

Deinde nihil videtur habere ex vnus gubernatione, sed ex paucorum potentia, ac populari statu, verum ad paucorum potentiam inclinare magis.

Quod patet ex magistratuum creatione, nam quod ex electis sortitio fiat, commune est utrique: sed quod necesse sit, ditiores concionem habere, & magistratuum creare, vel aliud quidpiam huius publicorum negotiorum facere, alios vero præteriri, id paucorum potentia est.

Insuper conari, ut plures ex diuitibus ad dignitates sumantur, & ad maximas quidem, ex maximo censu, paucorum potentia est, & senatus assumptio, assumuntur enim cuncti ex necessitate, sed ex primo censu, postea totidem ex secundo, postea ex tertio: verum non omnes necesse erat ex tertio vel quarto assumi: ex quarto autem quattorum solis necesse est primis & secundis, postea ex his æqualem ex singulis censibus, numerum esse sumendum, inquit: erunt itaque plures & potentiores, qui ex maximo censu sumuntur. Propterea quia ex plebe quidam non sumuntur, quia necesse non est.

Quod igitur non ex gubernatione plebis, ac vnus principatu constabit huiusmodi Resp. ex his patet. Patebit etiam postea, cum de ea specie Reip. tractabimus.

Habet etiam circa magistratuum creationem

principum, scilicet quod ex electis eligibiles periculosum, si enim aliqui institui velint & mediocres multitudine, semper ad horum eliguntur voluntatem. Quæ quidem igitur circa politiam, quæ in legibus, hunc habent modum.

CAPVT III.

IN capitulo isto Aristoteles disputat contra leges quas de sua politia dedit Socrates, & habet duas partes in genere. Primò enim ponit leges, secundò procedit contra eas, ibi, *Superfluum quidem igitur habent, &c.* Prior istarum partium diuiditur in tres, in quarum prima dicit, quod expedit de politia ista pauca considerare: eò quod etiam Socrates in politia sua pauca determinauit. In secunda dicit qualiter Socrates diuisit habitantes in ciuitate, ibi, *Diuiditur autem in duas partes multitudo, &c.* In tertia ponit quandam specialem legem Socratis, qua promulgauit, quòd vxores oportet simul cum viris ad bella procedere, & eadem disciplina cum municipibus participare, ibi, *Sed vxores quidem existimat oportere, &c.* Dicit ergo: Ferè autem similiter, non enim in omnibus simile est, sed in quibusdam, & id est, etiam quæ circa leges se habent, quibus scilicet Socrates regulabat talem politiam qualem dedit de vxoribus & pueris & possessionibus posterius scriptas, scilicet à Socrate. Primò enim dedit politiam & ordinauit, postea posuit leges quibus regularentur in vita secundum ordinem politie traditæ. Et quia iam de politia multa dicta sunt, idèò subdit: Propter quod & de ea, quæ hic politia, scilicet de legibus tradenda Socratis, considerare modica melius. Et subiungit rationem: Etenim in politia, scilicet Socratis, de paucis omnino determinauit Socrates. Et subdit de quibus: De vxorum scilicet & puerorum communione quomodo oportet habere, id est, qua lege regulari, & de possessione, supple, etiam lege determinauit, quod scilicet omnia oportet esse communia, & nihil proprium, & politie ordine, supple, determinauit.

b Deinde cum dicit, Diuiditur autem, &c. ostendit quomodo Socrates politie ordinem diuisit in duas partes scilicet, eò quod multitudo habitantium in duas partes diuiditur, quibus tamen addit & tertiam, & supponit partes in quas diuiditur dicens. Hoc quidem, id est, vna pars in agricolas qui virtualia procurant: hæc autem, id est, alia pars, in partem, quæ ad bellum, quæ scilicet est pars militum, quæ, sicut dicit Plato in Timæo, ex electa iuuentute eligenda est, & in extrema parte habitatorum ponenda: eò quod in extremis ordinati sunt ad repellendas iniurias. Tertium autem ex his consiliis & principale ciuitatis, ex militibus enim & aliis de populo qui consilio regerent multitudinem, elegerunt quosdam qui principum haberent regiminis, & secundum leges positas multitudinem regerent, vt quili-

tionem, delectorum delectum periculosum, nam si aliqui conspirare velint etiam mediocri numero, semper secundum horum voluntatem fiet assumptio. In legibus igitur illa Resp. ita se habet.

bet ad votum viueret, & finem beatæ vitæ attingeret secundum iustitiæ ordinem. Vnde etiam Tullius in lib. de Repub. & Virgilius in lib. de architectura dicunt instituisse Socratem & Platonem, quod ciuitas ad modum corporis humani ædificaretur. In corpore enim humano primò fundatur cor & munitur ossibus pectoralibus & officialibus membris in circuitu positus, & in extremo ponuntur membra motiua, sicut manus & pedes quibus repellantur contraria & attrahantur conuenientia. Ita dixerunt in ciuitate, in medio ponendam domum regis, & in circuitu domos consiliariorum & senatorum ad muniendum regem, & in extremis domos militum qui sustineant & repellant insultus inimicorum: quorum si aliquis formidolosus inueniretur ex electa iuuentute electus & sublimatus, dicit Plato ad inferiores sedes eum esse retrudendum, & alium loco eius esse instituendum: quod si omnes deficerent bello interfecti, dicit Vegetius in lib. de re militari ex ætariis & fabris esse restituendos. Et assignat causam dicti: quia ætarij & fabri ex continuo auditu soni malleorum & æris minis fiunt pauidi auditu sono armorum hostium. Deinde cum dicit, De agricolis autem, &c. ex his arguit de insufficientia Socratem dicens. De agricolis autem & artificibus vtrum nullo aut aliquo participent principatu, nihil determinauit Socrates: cum tamen hoc summè esset necessarium: quia quorum est vna communicatio in arte & communitate, horum necessarium & alterum esse subiectum & alterum principans, sicut in primo libro sæpius determinatum est. Et arguit de alio subdens, Et vtrum arma oportet possidere etiam hos, scilicet agricolas, & artifices, & compugnare sicut pugnant milites ad repellendos hostes, aut non: de his nihil determinauit Socrates, & idèò insufficientis fuit.

c Deinde cum dicit, Sed vxores quidem, &c. subiungit de imperfectione legum Socratis circa vxores dicens: Sed vxores quidem existimat, Socrates scilicet, oportere simul bellare cum viris, cum tamen hoc sit contra timiditatem sexus fæminæ. Et addit, quòd etiam pro lege dedit Socrates, & disciplina participare eadem mulieres municipibus, id est, rectoribus ciuitatis. Cum tamen in Ethic. determinatum sit, quod si mulier principatum obtineat, hoc corruptio voluntatis est. Et subdit de aliis de quibus etiam insufficientis fuit, ibi, Alia autem scilicet de agricolis & artificibus, exterioribus, id est, impertinentibus repleuit sermonibus. Et de disciplina, qualem quandam, scilicet disciplinam oportet fieri municipibus, scilicet qualiter custodiant municipium, & quibus legibus ordinent, populum, supple, omnia hæc exteri

exterioribus, id est, impertinentibus repleuit sermonibus: cum tamen summè necessarium fuisset, quod de iis certè & determinatè aliquid tradidisset. Et hoc est. Legum autem plurima quidem pars leges existunt. Vnde de quibus alij legislatores plurimas leges tradiderunt, ipse insufficienter pauca tradidit. Leges dico entes, id est, quæ sunt secundum veram rationem legum: traditiones enim quasdam tradidit, sed rationes legum non habebant: quia, sicut dictum est, lex est ius scriptum asciscens honestum prohibensque contrarium. Et ostendit in quo, subdens. Pauca autem, supple, secundum rationem legis de politia dixit, & hanc, scilicet politiam volens communiorem facere ciuibus, id est, quam communio ciuitatis permittat, secundum modicum circunducit. Et vocatur circunductio, à regula veræ legis abductio: tamen aliqua translatio habet, secundum modum circunducit iterum ad alteram politiam. Dixit enim, quod oportet omnes participare eandem disciplinam, licet artibus & aliis vitæ differentiis viuatur: quod tamen esse non potest. Et ostendit in quo, subdens: Præter mulierum enim communionem (quas dixit debere esse communes omnibus) & possessionum, scilicet communionem, quas etiam dixit esse debere communes, alia eadem tradit ambabus politis, scilicet mulierum, virorum & municipum & agrorum: & ostendit in quo, ibi, Etenim disciplinam eandem, dicit esse ambarum scilicet politiarum, & quod ab operibus necessariis abstinentes, eò quod illa cum labore sunt (Opera enim necessaria dicuntur, quæ sunt pro victus & vitæ necessitatibus) viuere, supple, debeant ciues: sicut enim in huius libri principio dictum est, ad votum debent viuere politicè viuentes: sed nec ad votum nec beatè viuunt, qui labore necessitatis victum querunt. Et de coniuuiis similiter, supple, nihil determinauit Socrates. Et aduersatur subdens. Verum tamen in hac, scilicet politia, inquit, scilicet Socrates, oportere esse coniuuiam mulierum: quia sine coniuuiis non est iocunda vita nec beata, qualis debet esse politicè viuentium: & hanc, politiam scilicet militum, mille arma possidentium, supple, dixit esse Socrates, vbi scilicet communitas per mille armatos defendi potest: hanc autem, scilicet politiam quinque milliam, quæ scilicet quinque millibus ab hostibus vix defendi potest: & tamen hoc, quod ita dixit, non determinauit, vnde essent sumptus & stipendia his omnibus sufficientia.

d Deinde cum dicit, Superfluum quidem igitur habent, &c. incipit procedere & disputare contra legem Socratis: & habet duas partes, in quarum prima rationes reprehensionis Socratis ponit, in secunda confirmat eas autoritate Phidonis, ibi, *Phidon quidem igitur Corinthius, &c.* Prima harum lex continet. Primò enim reprehendit Socratem in sermone. Secundò quod non respexerit ad ea quæ legislatores respicere debent, ibi, *Dicitur autem quod oportet legistatorem, &c.* Tertio, quòd non bene determinauit de multitudine possessionis, ibi, *Multitudinem autem possessionis, &c.* Quarto, quod non bene determinauit multitudinem ciuium

proportionando ad possessiones, ibi, *Inconueniens autem & possessiones, &c.* Quintò, quòd non bene determinauit circa generationem, quomodo deberet diuidi hæreditas partium ad sufficientiam filiorum, ibi, *Nunc quidem nullus dubitat, &c.* Sextò, quòd non respexit ad fortunas quæ accidere consueverunt in ciuitate, ibi, *Magis autem suspicabitur quis, &c.* Dicit ergo circa primum. Superfluum quidem igitur habent omnes Socratis sermones (& dicit superfluum quod non est necessarium ad bonam politiam in qua homo non potest viuere ad votum) & nouum, id est, non concordans antiquis legislatoribus, neque expertum per multos annos, sicut ante docuit, & questionibus plenum propter inconuenientia quæ accidunt ex dictis suis: bene autem omnia, fortè difficile, supple, est determinare. Et reddit rationem, ibi, *Difficile enim & nunc, scilicet possessionibus, iam diuisis, dictam multitudinem quæ scilicet ciuiter in ciuitate possit viuere, supple, difficile est determinare.* Et subiungit rationem, ibi, *Oportet enim non latere, quia regione Babylonica, quæ tota militabat ad subiectionem orbis vel aliqua alia, supple, simili illi, infinita erit opus multitudini: & sic difficile est de possessionibus tantæ multitudini providere, vt tot sufficientia habeant de expensis ex possessionibus determinatis, ex qua otiosi qui agriculturæ non deseruiunt. Et propter hos, scilicet quinque millia militum arma possidentium, mulierum & famulorum, alia turba multò maior. Quod debuit determinare legistator, vnde sufficienter expensæ. Et hoc est: Oportet quidem igitur supponi ad votum, id est, quod omnes isti ad votum habeant: quia bona politia non est (sicut dictum est in huius libri principio) in qua ciuis ad votum non viuunt: tamen nihil impossibile, supple, oportet supponi à legislatoribus: quia hoc haberi non possit, nec in terra, nec in ciuitate.*

e Deinde cum dicit, Dicitur autem, quòd oportet, &c. reprehendit eum, quòd non respexerit ad ea ad quæ respicere debet legistator, dicens. Dicitur autem, quòd oportet legistatorem ad duo respicientem ponere leges, ad minus. Et subdit ad quæ: Ad regionem & homines: ad regionem, vt tanta sit, vt possit nutrimenta & necessaria præbere, sicut dicitur de Troia: *Potum vineta, pastum dabat area lata.* Et apponit tertium. Adhuc autem bene se habet apponere, quod scilicet legistator respiciat, & id est, etiam vicinorum loca, lex quibus vel adiutorium vel nocumentum potest inferri ciuitatis & oportet respicere, supple, primum quidem, id est, principaliter, si oportet ciuitatem viuere vitam politicam. Politica enim vita multis indiget, & à multis laedi potest. Et hoc est. Non enim solum necessarium ipsam, id est, politicam vitam talibus vt ad bellum armis, quæ vilia sunt secundum propriam regionem, ad defensionem, supple, sed & ad exteriora loca, vt scilicet possit repellere contraria insurgentia. Et si quis obieceret, quòd hæc tempore pacis non essent necessaria, respondet dicens. Si quis autem non talem acceperat vitam, id est, bellicosam, neque propriam, supple, vniuersalemque ciuis, neque communem ciuitatis, supple, quòd

Socrates dixit omnia debere esse communia, ut semper esset pax inter ciues: tamen nihilominus oportet terribiles esse inimicis, ut scilicet non audeant insurgere, non solum venientibus in regionem, tempore belli scilicet, sed & discedentibus & distantibus, supple, ut scilicet terror compescat & propinquos & remotos: inimici enim plus timore quam amore compescuntur.

f Deinde cum dicit, Multitudinem autem possessionis videre oportet qualiter determinetur, ne forte melius altero modo determinetur magis, id est, ut sit planior determinatio quam Socratis. Et ponit dictum Socratis. Tantam enim, inquit Socrates esse oportere, possessionem, supple, ut viuatur temperatè: & intellexit temperatè, id est, non superflue secundum luxum, nec parè secundum defectum: tamen Aristoteles imponit ei, quod temperatè secundum temperantiam dixit esse viuendum. Et hoc reprehendit, ibi, Quemadmodum si quis dicat, ut viuatur bene, hoc enim est utile magis: & intendit, quod melius dixisset tantas oportere esse possessiones, ut quilibet viuatur bene: quia illa magis vtilis determinatio est, quam quod viuatur temperatè. Consequenter ad idem inducit aliam rationem, & dicit. Adhuc autem est, id est, contingit temperatè quidem, miserè autem viuere, id est, sub defectu. Et ille bene non viuunt, qui miserè viuunt. Et aduersatur determinationi Socratis, ibi, Sed melior determinatio, supple, esset temperatè & liberaliter. Et subiungit rationem quare illa duo debent simul poni ad determinationem & non diuisim, ibi, Separatim enim, id est, si hæc duo, scilicet liberaliter, & temperatè ab inuicem separentur, vtrumque diuisim, supple, acceptum, hunc quidem liberaliter, supple, viuentem assequetur deliciari, & hoc non est bene viuere: quia sub luxu viuere non est bene viuere, & banausi efficiuntur & apyrokales, ut dixit in Ethic. Hunc autem, scilicet temperatè viuentem, laboriosè, supple, viuere assequetur. Et hoc iterum non est bene viuere, propter quod dicit Seneca, quod laboriosè viuens potius trahit vitam quam ducat: & idè oportet, supple, vtrumque coniungi, ut scilicet viuatur temperatè & liberaliter. Sed quia posset aliquis querere, quare non accepit determinationem ab aliis virtutibus, ut dixisset mansuetè & fortiter viuere? Respondet, ibi, Quoniam soli hi habitus, temperantia scilicet, & liberalitatis sunt virtutis circa habitudines substantia, id est, facultatum. Et dat exemplum: Pura, substantia mansuetè & fortiter vti non est: mansuetudo enim & fortitudo sunt circa timores & audacias. Temperatè autem & liberaliter est, supple, vti substantia: & idè determinatio sumitur à temperantia & liberalitate, & non à mansuetudine & fortitudine. Et subdit concludens ex his, ibi, Quare & vti hos, temperantia scilicet & liberalitatis, necessarium est esse circa ipsam substantiam scilicet, & secundum vsum earum virtutum determinari.

g Deinde cum dicit, Inconueniens autem & possessiones, &c. reprehendit Socratem, quod constituens sufficientiam possessionis ad multitudinem, non determinauit quanta deberet esse

multitudo, dicens: Inconueniens autem & possessiones adaequantem circa multitudinem ciuium non constituere, supple, quanta debet esse multitudo, sed finire puerorum procreationem infinitam, tanquam sufficienter vti que respondentem ad eandem multitudinem, id est, tanquam possessiones respondeant multitudini infinitæ procreandæ. Et huius causam dixit Socrates esse: Propter sterilitates aliquarum matronarum, quarum sterilitate restringitur numerus ciuium, ut possessiones aliis sufficiant, quantiscumque generatis, supple, ex non sterilibus. Et rationem reprehensionis subdit, ibi, Quia videtur hoc etiam nunc accidere circa ciuitates, scilicet possessionibus partitis & diuisis secundum vnumquemque ciuem. Et subdit, quod determinasse debuit numerum multitudinis ciuium, ibi, Oportet autem hoc non similiter, id est, æqualiter, certè habere circa ciuitates tunc & nunc.

h Et hoc ostendit subdens, Nunc quidem enim partitis, supple, possessionibus secundum vnumquemque, nullus dubitat, quin scilicet sufficiant possessiones ad omnem numerum procreandorum: eò quod partitæ sunt substantia ad quantamcumque multitudinem. Et huius causa est: quia vnusquisque diuisam habens possessionem & propriam, fatagit quomodo ex suis possessionibus & sibi & suis sufficiat. Tunc autem indiuisis existentibus, supple, possessionibus, necesse, supple, fuit deiectos, de quibus nullus sollicitabatur, nihil habere, siue pauciores sint secundum multitudinem, siue plures: semper enim illi erunt miseri.

i Deinde cum dicit, Magis autem suspicabitur, &c. reprehendit Socratem, quod non determinauit numerum circa procreandos, cum hoc magis oporteret, quam etiam circa possessiones, dicens: Magis autem suspicabitur quis, id est, aliquis vti que oportere determinatam esse puerorum procreationem quam substantiam. Et dat rationem: ut non numero quodam plures generentur, quam, supple, sufficere possint possessiones. Et subdit qualiter ille numerus determinari debuit, ibi, Hanc autem multitudinem ponere, supple, oportet legislatorem aspicientem ad fortunas. Et addit quomodo. Si accidit mori quosdam generatorum: hoc enim considerare debet, ut scilicet adhuc aliis possessiones sufficiant: & supple, aspicientem etiam ad aliorum sterilitatem, ut scilicet etiam talis numerus sit cui semper possessiones sufficiant. Et quia dixit aspiciendum ad fortunas, siue fata, subdit rationem, ibi, Finem autem, supple, est vel contingit, quemadmodum in aliis ciuitatibus, paupertatis necessariam causam fieri ciuibus. Quare autem hoc oportet aspicere, subdit. Penuria autem seditionem efficit & malignitatem: & hoc præcauere debet legislator determinans talem numerum qui egere non possit ex quantitate possessionum ad ciuitatem pertinentium.

k Phidon quidem igitur Corinthius, &c. Hic incipit pars in qua per Phidone confirmat reprehensionem contra Socratem dictam: & habet tres partes, in quarum prima dicit politiam quam constituit Phidon. In secunda ostendit & comparat illam ad politiam Lacedæmoniorum, ibi,

ibi, Forstan enim eam quæ Lacedæmoniorum, &c. In tertia dicit quibus politis siue vrbantibus similes sint, ibi, Democraticè autem principari, &c. In prima autem harum dicuntur tria. Primum est quod dicit legem Phidonis. Secundum quod ostendit defectum, ibi, Derelictum est autem legibus, &c. Tertium est, quod dicit quantum oportebit crescere substantiam, ibi, Quoniam autem omnem substantiam, &c. Dicit ergo primo: Phidon quidem igitur Corinthius, existens legislator antiquorum, domus, municipum æqualem & rectorum, æquales opinatus est oportere permanere, in familia scilicet & quantitate possessionum, & supple, etiam multitudinem ciuium, supple, oportere permanere æqualem opinatus est. Et, id est, quamuis, primò inæquales habuissent sortes omnes, secundum magnitudinem: tamen postea oportuit redigi ad æqualitatem, & sic permanere, ne scilicet incrementum sortium suarum continuè factò nimis excresecant super sortes ciuium, sicut dicitur Isaiæ quinto, Væ qui coniungitis domum ad domum & agrum agro vsque ad terminum loci: Nunquid vos soli habitabitis in terra? Et subdit, quod hæc lex reprehensibilis est: excusari tamen ut reprehensionem differat vsque posterius, ibi, In legibus autem iis contrarium est, veritati scilicet. Sed de his quidem quomodo vti que æstimamus, supple, ordinandum ad veritatem melius habere, dicendum posterius, vbi scilicet secundum nostram opinionem determinabimus in tercio huius scientiæ libro. Secundum, ibi, Derelictum est autem, &c. Ostendit, quod contrarium seu defectum habeat lex Phidonis: quia diminuta & imperfecta. Cuius probatio est, quam subdit: Derelictum est autem legibus iis, id est, in legibus iis, & quæ circa principes, supple, erant ordinata. Et subdit quæ, quomodo erunt scilicet differentes à subiectis. At enim, scilicet Phidon, oportere, supple, hoc ordinare quemadmodum ex altero lato filum quam lini (Intendit dicere quia sicut textorem aliam ordinationem oportet habere de filiis filatis ex lana & filatis ex lino: ita legislatorem oportet diuersam ordinationem habere de principibus & subiectis) sic & principes habere oportet ad subiectos, supple, aliam & aliam ordinationem. Tertio, ibi, Quoniam autem substantiam omnem, &c. dicit de lege Phidonis quantum oportebat crescere substantiam, sic: Quoniam omnem substantiam nobilitatem, supple, sunt ipse Phidon fieri maiorem vsque quintuplum, ex tunc, supple, dubitabatur, propter quod hoc non vti que erit in terra, scilicet agris, vineis & similibus vsque aliquid, id est, vsque aliquam quantitatem, sicut fuit multiplicatio mobilium possessionum. Et vterius addit de domibus, ibi, Et domiciliorum autem diuisionem oportet considerare, ne forte non expediat ad œconomiam, diuisio scilicet Phidonis. Et dicit quæ fuit illa: Duo enim domicilia cuiuslibet distribuenda, diuidens seorsim, secundum singulos scilicet. Et quod hoc ad œconomiam non expediat, ostendit subdens. Difficile autem duas domos habitare, supple, & procurare, vni homini scilicet: & idè ad œconomiam hoc non expedit. Alia translatio habet sic: Duo enim

domicilia cuiuslibet vni quidem diuidens seorsim, difficile autem domos in duo diuidere.

l Deinde cum dicit, Coordinatio autem tota, &c. reprehendit Phidone in hoc quod ordinatio pessimæ vrbantati similis est quæ est democratia, multorum de populo diuitem principatus dicta: demos enim diuites sunt: & democratia dicitur quando multi propter solas diuitias ad principatum constituuntur, & corrumpuntur in timocratiam quæ à pretiis sic dicitur, timos enim Græcè, pretium est, & etiam potestas siue principatus, quando aliqui de populo pretiis se erigunt ad principatum, qui nunquam quarunt bonum populi, sed potius à populo extorquent vnde pretia recuperent quæ dederunt: & hoc totum continetur octauo Ethic. decimo cap. in textu & in comm. Eustratij. Ita iste democraticum induxit principatum corrumpendum in timocraticum, qui substantias diuitem voluit multiplicare in quintuplum & domos in duplum. Dicit ergo, Coordinatio autem, politia scilicet talis, vult quidè esse neque democratia tota, quia est ex multis propter diuitias principantibus: neque vult, supple, esse oligarchia, quæ est minoris multitudine corruptio. Etenim, ut dicit Aristoteles in octauo Ethic. cap. decimo, & est etiam ibidem in commento, aristocratia est principatus multorum ex virtute principatum habentium. Et dicitur ab aris quæ est virtus, & cratia, quæ est principatus. Et corruptio huius vrbantatis siue politia est in oligarchiam, quæ est quando pauci de nobilibus constituuntur in potestate, propter apparentiam quam ex nobilitate & potentia habent ad virtutem. Et dicitur per compositionem ab oligon Græcè, quod est paucum, & archos, quod est, potestas siue principatus: & huic nihil simile habuit politia Phidonis, sed potius democratia & timocratia vti dictum est. Addit vterius quid constituit Phidon in militibus, dicens. Media autem harum, politiarum scilicet quam vocant, Phidon scilicet & sui, politiam. Et subdit rationem, quare dicatur media: enim, id est, quia est ex vtriusque armis, id est, militibus, qui medij sunt inter principes & subiectos.

m Et ostendit reprehensionem in hoc. Siquidem igitur, id est, contingit vno modo, supple, ut communissimam hanc constituit ciuitatibus, supple, Phidon. Et in hoc scilicet quod dicit communissimam, bene dixit fortè: quia democraticus principatus communissimus est inter alias politicas potestates. Si autem hanc, scilicet politiam dixit constitui ciuitatibus ut optimam post primam, non bene dixit, supple. Prima enim politia regum est optima, & est monarchia, ut dicitur in 5. Ethic. cap. 10. & commento, quando aliquis in omnibus sibi sufficiens diuitiis, gloria & amicis, constituitur in potestate: hic enim nullo indigens, nihil extorquet à populo, sed querit in omnibus bonum populi commune & non priuatum. Si autem non sit sibi sufficiens in omnibus, tunc non Rex, sed vocatur clerotes, quasi qui fortè & casu fortuito venit ad regnum: clerotes enim Græcè fors est. Et hæc politia inter omnes melior & naturalior: quia sicut vnus corporis est vnum caput & non plura, ita vnus multitudinis

dinis in communitate vna est vnus princeps, & non plures. Et ideo dicitur in decreto, quod græcos vnā sequuntur ordine beato. Et huius corruptio est in tyrannidem, quæ pessima est omnium politiarum, & propter hoc opponitur optimæ: Tyrannus enim est, qui omnia ad utilitatem propriam & nocentium populi constituit. Et subiungit rationem, ibi, Forsitan enim quæ est Laconorum, quæ commixta est ex multis, aliquis utique laudabit magis, de qua infra dicitur: vel etiam aliquam aliam magis, supple, laudabit, vt verbi gratia Aristocraticam, supple, magis laudabit, quæ est virtuosorum principatus: hæc enim melior est quam democratica.

Et ostendit differentiam in eis, dicens. Quidam quidem igitur dicunt, quod oportet optimam politiam ex omnibus esse ciuibus mixtam, id est, ex omnibus politis ciuitatum: propter quod Lacedæmoniorum, supple, politiam laudant. Et subiungit rationem. Esse enim ipsam, ij quidem ex oligarchia & monarchia & democratia aiunt, dicentes regnum quidem monarchiam, supple, esse, eò quod in Lacedæmonia principatur vnus: Seniorum autem principatum oligarchiam. Et hic etiam fuit in Lacedæmonia. Et si iste fuit, oportuit etiam, quod esset aristocratia. Democraticè autem principari, supple, dicunt secundum plebeiorum principatum, propter ephoros ex populo esse, id est, talem principatum. Ephori autem dicuntur extra forum commune aliorum positi, & ad principatum assumpti. Alij autem ephoriam quidem esse tyrannidem, supple, dicunt: eò quod ad similitudinem declinet tyrannidis, sicut aristocratia tendit ad principatum regni, propter similitudinem virtutis. Democraticè autem principari, dicunt, supple, illi secundum conuiuia & aliam vitam quotidianam, eò quod conuiuantes datis pretiis in conuiujs principantur.

Deinde cum dicit, In legibus autem iis, &c. determinat quæ optima politia est secundum leges determinatas, & reprobatur compositionem quam fecit Phidon sequens Socratem: & habet duas partes. Primum enim determinat compositionem Phidonis & Socratis. Secundò reprehendit eam ex aliorum compositione, ibi, Melius igitur dicunt, &c. Dicit ergo: In legibus autem iis, quæ dictæ sunt secundum Phidonem & Socratem, dictum est in antè habitis, quod opportunum, supple, est componi optimam politiam ex democratia, quæ scilicet est principatus multorum & tyrannide. Et causa dicti est: quia democratia principatus est populi & diuitem, quod dicebant magis referri ad communitatem, si multi principarentur quam si vnus: omnia enim dicebant esse debere communia, tyrannidem autem apposerunt: quia militum dicebant esse politiam mediam inter aristocratiam & democratiam, qui seueri & crudeles debent esse in hostes: propter quod Plato dixit militem habere duas facies, scilicet benignam in ciues, & crudelem in hostes. Vnde etiam præcipit, quod in egressu militum ad pugnam contra hostes, nihil ostenderetur eis, nisi quod audaces faceret, vt arma & sanguis & vulnera percussorum, vt ex illis

prouocarentur in furorem & audaciam contra inimicos. Sicut & Arist. dicit in 3. Ethic. quod fortes exsufflabant spiritus per nares & ebullit sanguis. Et ibidem inducit Homerum dicentem, Virtutem furor immisce, & in furore virtutem erige. Per virtutem intelligit fortitudinem, sicut Machab. 11. dicitur, quod Lysias & sui pugnaturi cum Iuda Machabæo ostenderunt elephantibus & militibus suis sanguinem vne & morti, vt acuerent eos in prælium. Quamuis autem hæc compositio utilis sit in acie contra hostes in qua democratico principatu principantur centuriones & milliarchæ, qui mille præfunt militibus, & milites audaci fortitudine obediunt: tamen inter communicantes ciuilitate non est bonum. Propter quod etiam Plato, vt in Timæo scribitur, præcipit militibus redeuntibus à victoria hostium, occurrere puellas cum tympanis & choris & laudibus, ex quibus ad benignitatem conuerteretur facies quam exhiberent erant ciuibus, deposita feritate crudelitatis & audaciæ. Et hoc est. Quas, scilicet politias, aut omnino non utique aliquis, ponet politias, ciuilitate communicantium, supple, esse. Cuius dat rationem. Pessimas omnibus, id est, quia hæc duæ pessimæ sunt omnium: tyrannidem enim est simpliciter pessima & corruptio monarchiæ. Democraticus autem principatus, non quidem simpliciter pessimus, sed minus bonus est regno & aristocratia.

Deinde cum dicit, Melius igitur dicunt, &c. reprehendit compositionem dictam ex aliorum compositione, concludens quod melius dicunt alij, aliter componentes politicam vitam. Dicit ergo: Melius igitur dicunt, qui plures commiscunt, quam, supple, duas dictas, democraticam scilicet, & tyrannicam. Et subdit rationem: Ex pluribus enim composita politia melior, supple, est.

Ex hac ratione ostendit, quod politia composita ex democratia & tyrannide non sufficienter habet, ibi, Deinde, id est, alia ratione videtur non esse bona, neque iis videtur monarchicum nihil, scilicet compositio facta ex democratia & tyrannide: & superfluit hic altera negatio, & est sensus, quod cum nihil habet compositio illorum de monarchia quæ optima politia est, ideo bona esse non potest. Et subdit ex quibus politis secundum veritatem componitur, ibi, Sed ex oligarchia & democratia. Oligarchia enim principatus est paucorum & potentium in ciuitate, quæ est inter potentes, centuriones scilicet & ciliarchas. Democratia autem principatus est diuitem & aliorum in armis valentium, non tamen æqualiter componitur ex his. Et hoc est. Magis autem declinare vult ad oligarchiam: cuius ratio est: quia pauci sunt ex quibus principes eliguntur.

Et hoc est quod subiungit. Palam autem, scilicet quod declinet ad oligarchiam, ex principantium instructione: illi enim pauci sunt: & ideo dicit: Quod quidem enim ex electis fortiales, commune est amborum. In democraticis enim & oligarchicis ex electioribus personis & altioribus fortialiter accipiunt principatum. Et subdit probans hoc: Quod autem abundan-

abundantioribus necessarium sit conuocare. Alia translatio dicit: Sic autem esse necessarium potentioribus conuocare. Et intendit, quod abundantiorum, id est, diuitem & potentiorum officium sit conuocare, inferiores scilicet & facere principes electione sua: aut facere aliquid aliud politicorum: hoc enim pertinet ad potentiores, quod quosdam ad hoc vocent: hos autem dimittere, id est, quod quosdam dimittant, qui non sunt apti ad negotia politica: hoc oligarchicum, ergo, supple, declinat ad oligarchiam.

Et de hoc ponit adhuc aliam rationem, ibi. Et tentare plures ex abundantibus esse principes & maximos, scilicet principes, ex maximis honorabilitatibus, supple, tentare facere ostendit oligarchiam. Et adiungit tertium dicens. Oligarchiam autem facit & consilij electionem, scilicet Socrates & Phidon. Et subiungit rationem quare talis electio oligarchica est, ibi, Eligunt quidem enim omnes necessario: quia scilicet æqualiter pertinet electio principatum super omnes, sed ex prima honorabilitate, quæ digniorum personarum est, supple, eligunt primos. Deinde rursum, supple, eligunt, æquales, supple, ex primis, ex secunda, id est, secunda dignitatis viros, qui præfunt parti multitudinis. Deinde ex tertijs, id est, tertiæ dignitatis eligunt iterum quosdam, qui paucioribus præfunt. Vtuntamen non omnibus erat necessarium, scilicet eligere, vel eligi, his qui ex tertijs vel quartis: quia tertiæ vel quartæ dignitatis viros non eligebant: sed ex quarto, id est, quartæ dignitatis necessarium, supple, eligere solis primis & secundis: illi enim instituebant tertiæ & quartæ dignitatis principatus. Deinde, id est, post hos gradus ex qualibet honorabilitate, eligebant, supple, ad officia suæ dignitati congrua suscipere, ait, Phidon, supple, oportere ostendere æqualem numerum, graduum scilicet ad dignitates. Et huius causam dicebat esse, quod plu-

res eliguntur ex maximis honorabilitatibus. Et hoc est: Erunt autem, &c. Et meliores, supple, eliguntur. Et ponit causam subdens: Propter quosdam popularium non eligere, id est, quia quidem de populo ad dignitates non eliguntur à primis & secundis. Et huius subdit causam: quia non necessarium: tales enim aptitudinem non habent ad dignitatum actus.

His dictis ponit conclusionem intentam, ibi, Quod quidem igitur, &c. Alia translatio. Quomodo quidem igitur ex democratia & monarchia oportet constare talem politiam, ex his manifestum, & ex posterius dicendis, cum inciderit, scilicet in proprio loco, de tali politia consideratio. Hæc autem politia componitur ex monarchia, quando ex honorabilissimis eliguntur vnus: ex democratia autem, quando ex distissimis eliguntur plures, sicut in regno Romano sæpe factum est: Augustus enim regnabat solus, Diocletianus autem & Maximianus simul: proconsoles autem & senatores ex secunda dignitatis viros multi eligebantur.

Dicit tamen subdens, quod in hac electione quiddam est periculosum, ibi, Habet autem & circa electionem principum, scilicet quod ex electis, id est, dignioribus personis, eligibiles, supple, sunt, periculosum. Et ostendit, quod sit illud periculosum: si enim aliqui institui velint, ad principatum scilicet, & id est, etiam mediocres multitudine, semper ad horum eliguntur voluntatem, scilicet principum, multitudo enim timet principes, & non secundum virtutem, sed secundum voluntatem principum eligit, & aliquando indignos ad secundas & tertias dignitates. Postea ponit epilogalem conclusionem totius capituli, ibi, Quæ quidem igitur circa politiam quæ in legibus, scilicet Socratis, hunc habent modum, qui scilicet dictus est.

CAPVT IV.

De Phalea, quæ & Carthaginiensium, est republ.

Vnt autem quædam politia & Salia, hæc quidem idiotarum, hæc autem Philosophorum & ciuilium, omnes autem constitutarum, & secundum quas politice viuunt nunc propinquius sunt iis ambabus, nullus enim neque eam, quæ circa pueros, communitatem & vxores alius adinuenit, neque circa conuiuia mulierum, sed à necessariis inchoant magis.

Videtur enim quibusdam, quod circa substantias esse necessarium maximum ordinari bene, de iis enim fieri aiunt seditiones omnes.

Propter quod Phaleas Chalcedonius hanc intulit primus: ait enim oportere æquales esse possessiones ciuium, hoc autem eas, quæ habitari incipiebant, ciuitates quidem confestim non difficile existimabat facere, eas

CAPVT IV.

Vnt vero & alia quædam Respub. tum Sidiotarum, tum Philosophorum, & in administratione ipsarum versantium, omnes autem hæc propinquiores sunt illis, secundum quas nunc regunt, quam ista duæ. Nullus enim neque de communitate filiorum, neque de mulieribus talem aliquam introduxit nouitatem, neque etiam de seminarum comessationibus, sed à necessariis magis inchoant.

Videtur quibusdam maximum vt de patrimonijs recte constituatur, nam hinc seditiones oriri cunctas asserunt.

Quamobrem Phaleas Carthaginiensis ante omnia de hac parte constituit. Inquit enim, patrimonia ciuium æqualia esse debere, hoc autem per facile factu esse, si statim ab ipsa condicione ciuitatis prouideretur, postquam vero condita foret, difficilius eam

autem, quæ iam habitabantur, laboriosius quidem, tamen celerrimè utque regulari per dotes diuites dare quidem, accipere autem non, pauperes autem non dare quidem, accipere autem. Plato autem leges scribens utque ad aliquid quidem putabat oportere, plus autem quam quintuplum esse minimæ possessionis nulli civium potestatem esse possidere, quemadmodum dictum est & prius. Oportet autem neque hoc latere sic leges ferentes, quod latet nunc, quoniam substantiæ statuentes multitudinem, conuenit & multitudinem filiorum ordinare: si enim excedat substantiæ multitudinem puerorum numerus, necesse legem solui, & sine solutione prauum, multos enim ex diuitibus fieri pauperes: opus enim non insolescentes esse tales.

d Quia quidem igitur habet quandam boni ad politicam communitatem substantiæ regularitas, etiam antiquorum quidam videntur cognouisse, velut & Solon lege statuit, & apud alios est lex, quæ prohibet possidere terram quantumcumque voluerit quis, similiter autem & substantiam vendere, leges prohibent, sicut in Locris, lex est non vendere, nisi manifestum infortunium ostendatur accidisse: adhuc autem antiquas fortis conseruare, hoc autem solutum, & circa Leucadem demoticam valde fecit politicam eorum, non enim adhuc contingebat à determinatis dignitatibus ad principatus procedere.

e Sed est æqualitatem quidem substantiæ, hanc autem, vel valde multam esse, ut delitiose viuatur tenaciter. Palam igitur, quod non sufficiens substantias æquales facere erit legislator secundum medium coniecturandi: adhuc autem si quis mediocre ordinauerit substantiam omnibus, nihil prodest. Magis enim oportet concupiscentias regulare quam substantias, hoc autem non est, non eruditus sufficienter à legibus. Sed fortè utique dicit Phaleas, quod hoc ipse dicit, putat enim duorum horum æqualitatem oportere existere ciuitatibus, possessionis & disciplinæ: secundum disciplinam quidem, quæ erit, oportet dicere, & vnã esse & eandem nihil vtile, est enim eandem quidem esse, & vnã, sed hanc esse

quidem, attamen satis mature adæquari posse, si diuites dent, nec accipiant dotes, & non tradant. Plato autem in legibus suis usque ad aliquid censuit esse permitendum, nam supra quintuplum eius, quod foret minimum, nemini licere ciuium possidere, ut prius diximus, sed oportet ne id quidem latere legislatorem, quod certe nunc latet, quod qui patrimonio modum imponit, debet etiam filiorum numero modum imponere, nam si excedat multitudo filiorum patrimoni facultatem, necessarium erit legem abrogare, & sine illa abrogatione improba lex erit, quoniam ex diuitibus pauperes facit. Opus est ergo, ne tales seditiosi efficiantur.

Quod igitur valet aliquid in Republica patrimoniorum exæquatio, & veterum aliqui videntur cognouisse, ut Solon constituit, & apud alios lege cauetur, ut non quantum quisque velit, sed quantum lex permittit, agri possideantur. Eadem quoque ratione patrimonium sua alienare leges vctant, ut est apud Locros lege cautum, ne quis patrimonium alienare possit, nisi euidens calamitatem ostenderit superuenisse. Præterea, ut antequam hereditates conseruentur, quod sublatum apud Leucadem, valde popularem eandem ciuitatem efficiat. Non enim amplius euenit ex taxatione census ad magistratus assumi.

Sed ad æqualitatem quidem patrimoniorum constitui, verum hæc aut ita magna esse, ut delitiosi liceat, aut ita exigua, ut tenuiter viuamagant. Patet igitur non sufficere patrimonium exæquatum fuisse à legislatore, sed medium coniectandum esse. Præterea, si quis mediocritate statuatur omnibus patrimonium, nulla utilitas est. Magis enim cupiditates adæquandæ sunt quam patrimonium, hoc autem fieri non potest nisi sufficienter disciplina ciuibus adhibita per leges: sed forsitan responderet Phaleas hoc ipsum se dicere. Censet enim horum duorum æqualitatem ciuitatibus inesse debere, patrimoni scilicet ac disciplinæ: sed quæ tandem hæc disciplina sit, exprimendum fuit & vnã eandemque esse nihil prodest, nam fieri potest, ut sit vnã eandemque disciplina, verum eiusmodi, per quam cupiditatem

talem ex qua erunt electiui supergrediendi, aut pecuniis, aut honore, aut simul utriusque.

f Adhuc dissident non solum propter inæqualitatem possessionis, sed etiam propter honorum inæqualitatem. Econtrario autem circa utrumque, multum quidem, cum enim propter inæqualem circa possessiones: gratiosi autem de honoribus si æquales, unde & indigent honore, hic quidem malus, hic autem bonus, non solum autem homines propter necessaria iniuriantur, quorum remedium esse putat æqualitatem substantiæ, ut non spolient propter rigere, aut esurire, sed ut gaudeant & non concupiscant, si enim maiorem habeant concupiscentiam necessariorum, propter huius medicinam iniuriabuntur: non igitur propter hanc solum, sed & si desiderent ut gaudeant sine tristitiis, delectationibus: quod igitur remedium horum trium? iis quidem substantia modica & operatio, iis autem temperantia, tertium autem si aliqui possunt per ipsa gaudere, non utique quærent nisi à philosophia remedium: alia enim hominibus indigent ut gaudeant sine tristitiis, delectationibus. Iniuriantur autem maxime propter excellentias, sed non propter necessaria, puta Tyrannides exercent, non ut rigeant, propter quod & honores magni si interficiat quis, non furem sed Tyrannum: itaque ad modicas iniurias auxiliatiui solum modus Phaleæ.

g Adhuc multa opus est constitui, ex quibus ad seipsos conuertentur bene, oportet autem ad vicinos & ad extraneos omnes, necessarium igitur politicam constitui ad bellicum robur, de qua ipse nihil dixit.

h Similiter autem & de possessione, oportet autem non solum ad politicos vsus sufficientem existere, sed & ad extrinseca pericula, propter quod quidem neque tantam oportet multitudinem existere, quam proximi, & meliores concupiscant, habentes autem sufferre non possunt molestantes, neque sic modicam, ut non possint bellum sufferre inæqualem & similiam. Ille quidem igitur nihil determinauit.

i Oportet autem hoc non latere, quod confert multitudo substantiæ. Forte igitur optimus terminus, ut non

D. Alb. Mag. Politic.

fiant pecuniarum, aut honoris, aut utriusque.

Insuper, seditiones oriuntur non solum ob patrimoniorum, verum etiam ob honorum inæqualitates, & hoc diuersum in alterutro, nam multitudo quidem grauius fert inæqualitatem patrimoniorum, præstantes autem viri honorum æqualitatem, unde illud natum est. Honori incumbit tam ignauus quam bonus: non solum vero homines propter necessaria iniuriantur, quorum remedia putant adæquationem patrimoniorum, ne spolient alios propter frigus, aut propter famem, verum etiam, ut gaudeant neque concupiscant, nam si maiorem habeant necessariorum cupiditatem, ob huius medelam iniurias inferunt: non ergo ob hanc solum, verum etiam si concupiscant, ut molestia careant, & voluptate fruantur. Quod igitur horum trium remedium est? his quidem exiguum patrimonium, & opificium, illis autem temperantia. Tertium vero, si quis velit per illa delectari, non aliunde quam à philosophia quærat remedium, nam cetera quidem hominibus egent. Cum iniurias inferunt plurimum propter superflua, non propter necessaria, puta tyrannidem inuadunt, non ut frigus repellant. Quapropter honos maximus habetur, non ei qui furem occiderit, sed ei qui tyrannum: itaque Phaleas paruis duntaxat iniuriis hæc sua Reipublica constitutione succurrit.

Præterea multa statuere pergit, per quæ ad seipsos recte instituti erunt, sed oportebat quoque ad finitimos, & peregrinos omnes, necesse est ergo constitutam esse Reipublicam ad bellicum robur, de quo ille nil dixit.

Eodem modo de facultatibus, tantas enim esse oportet, ut non solum ad ciuium usum verum etiam ad pericula externa sufficiant, quare nec ita magnas esse decet, ut finitimi concupiscant, quibus resisti non possit, nec rursus ita paruas, ut cum paribus & similibus bellum nequeant sustinere. Ille igitur nihil determinauit.

*Oportet autem neque id latere, quantas facultates habere conducatur, forte re-
ta determinatio fuerit, tantas esse debere*

H prolem

prolem habeat melioribus propter abundantiam bellum inferre, sed sic ut vtiq; est non habentibus tantam substantiam, ut velut Eubulus Autophradati volenti Acarneam obsidere, præcepit ipsum considerantem in quanto tempore capiet locum, rationari temporis huius expensam, debere enim minus hoc sumentes derelinquere iam Acarneam: hoc autem cum dixisset fecit Autophradatem consentientem factum, cessare ab obsidione: est quidem igitur aliquid expeditum substantias esse æquales civibus, ad non seditiones fieri adinvicem, attamen magnum nihil, ut est dicere, euenim gratiosi vtiq; indignabuntur, ut non æqualium existentes digni, propter quod & videntur frequenter molesti, & seditiones mouentes. Adhuc autem malitia hominum inreplebilis, & primum quidem sufficient duo oboli solum, cum autem iam hoc fuerit patrium, semper indigerent pluribus quousque in infinitum veniant. Infinita enim concupiscentiæ natura, ad cuius vtiq; repletionem multi viuunt. Talium igitur principium magis quam substantias regulari, Epiques quidem natura tales constituere, ut non velint auare agere, prauos autem, ut non possint. Hoc autem, si minores sint, & non iusta patiantur.

Non bene autem, neque æqualitatem substantiæ dixit. Cura terræ enim possessionem adæquat solum, sunt autem, & feruorum, & pecorum diuitiæ, & numismatis, & præparatio multa eorum, quæ suppellectilia vocantur: aut igitur omnium horum æqualitatem quærendum, aut ordinem quendam moderatum, aut omnia dimittenda?

Videtur autem ex legislatione construens ciuitatem modicam, siquidem artifices omnes publici erunt; & non supplementum aliquid exhibebunt ciuitatis, sed siquidem oportet publicos esse contraria operantes. Oportet sicut in Epidamnio & sicut Diophantus aliquando constituit in Athenis & hunc habere modum. De Phaleæ quidem igitur politia fere ex his vtiq; quis speculabitur, si quid bene dixit, aut non bene.

ut lucrum superantibus bello afferre non possint, sed ita sint, quasi nihil super acquirant: quare Eubulus considerare iussit Autophradatem cum Atharnea obsidere vellet, cogitaret quanto tempore circa expugnationem eius loci distineretur, ac existimare huius temporis iacturam, velle enim pro minori pretio, iam tunc Atharnea relinquere: quæ cum dixisset, Autophradatem in sententiam traxit, & obsidionem præmittere fecit. Habet igitur utilitatem exæquatio patrimoniorum inter ciues, ne inde seditiones oriantur, verum, ut ita dixerim, non admodum magnam, nam & præstantiores conqueri possent, quasi ipsi plus habere debeant, ex quo fit ut ipsi sæpe surgant, ac seditiones concitent. Præterea improbitas hominum insatiabilis est, & primo quidem sufficere dicunt pauca atque minima, mox vero, ubi illa sunt consecuti, plura appetunt semper, quousque in infinitum procedant. Infinita est enim cupiditatis natura, ad cuius expletionem plurimi viuunt. Horum igitur principium est magis quam patrimoniorum exæquatio, ciuitatem sic instituere, ut boni quidem viri, plus quam sibi competat, habere non querant: improbi autem si querant, habere non possint: hoc autem fieri si inferiores sint, nec iniuriam patiantur.

Nec vero in hac ipsa exæquatione patrimoniorum recte est ab eo dispositum, cum fundos & agros exæquet solum, sed sunt feruorum quoque, armentorumque, & pecuniarum diuitiæ, & apparatus ingens earum rerum, quas suppellectilem vocamus. An igitur horum omnium exæquatio quærenda est, vel moderatio quadam mediocris, vel cuncta omittenda?

Videtur autem ex ipsarum legum positione ciuitatem exiguam constituere, siquidem artifices omnes publici erunt, nec multitudinem auerunt ciuitatis: sed certe publicos esse eos, qui publica faciunt opera oportet, quemadmodum Epidamni, & quemadmodum Diophantus quandoque Athenis constituit. De Phaleæ igitur Republica fere ex his deprehendi potest, si quid ab eo sit bene dictum, vel non bene.

CAPVT

CAPVT IV.

Hic incipit disputare de politia Phaleæ & Platonis: & diuiditur in tres partes. In prima enim ponit quod dicebant de legibus & politis. In secunda parte commendat, ibi, *Quia quidem igitur habet, &c.* In tertia obuiat, ibi, *Adhuc dissident non solum, &c.* Dicit ergo: Sunt autem quædam politia, id est, leges politicæ, & id est, etiam aliæ, scilicet à prædictis Socratis & Phidonis. Et subdividit illas, ibi, *Hæ quidem idiotarum: & vocat idiotas, eos qui sine ratione leges ponunt, consuetudine & antiquitate obseruatas: hæ autem, id est, quædam Philosophorum & ciuiliū. Philosophos vocat, qui secundum rationem leges promulgant, ciuiles verò qui secundum virtutem.* Deinde subiungit, quod si illæ aliæ leges sunt, reducuntur ad istas, ibi, *Omnes autem politia, supple, constitutarum, supple, legum, & secundum quas politicè viuunt, nunc, supple, in diuersis prouincijs & ciuitatibus propinquius sunt his ambabus, scilicet idiotarum & Philosophorum: & supple, non appropinquant ad leges Socratis & Phidonis.* Et hoc ostendit subdens. Nullus enim, supple, Philosophorum & ciuiliū, neque eam quæ circa pueros communitatem & vxores alius adinuenit, supple, ut Socrates: nec circa conuiuia mulierum, id est, ut communia essent conuiuia cum mulieribus, sicut Sardonopalus fecit, qui semper erat in conuiujs cum mulieribus: & hoc putabat beatitudinem esse. Sed, supple, alij legislatores qui politias ordinarunt, secundum quas nunc viuunt, à necessarijs, id est, facultatibus mobilibus & immobilibus inchoant, leges scilicet ponere, & non à communitate puerorum & vxorum.

Et ponit rationem quæ mouet eos dicens. Videtur enim quibusdam, legislatoribus scilicet, quod circa substantias esse politicum, scilicet opus, necessarium maximum ordinari bene, & ponunt rationem. De his enim aiunt fieri seditiones omnes, quibus principaliter per legem occurrendum.

Deinde cum dicit, Propter quod Phaleas, &c. adducit vnum magnæ autoritatis legislatores, ostendens quid circa hoc ordinauerit. Et dicit, Propter quod, seditiones scilicet compescendas, Phaleas Chalcedonius hanc, scilicet de ordine possessionum, intulit primus. Ait enim Phaleas oportere æquales esse possessiones ciuium, scilicet ut vnus tantum haberet quantum alter de area pertinente ad ciuitatem: sed quia difficile esset ad hoc reducere, respondit Phaleas, Hoc autem eas quæ habitari incipiebant ciuitates, in quibus scilicet sortes nondum distributæ erant, confestim quidem non difficile existimabat facere, scilicet quod sortes statim æquales mensurarentur ciuibus in areis pertinentibus ad ciuitatem: eas autem, supple, ciuitates, quæ iam habitabantur, scilicet quibus sortes iam erant distributæ, laboriosius quidem, supple, erat reducere ad æqualitatem, tamen celerrimè vtiq; regulari, supple, pote-

D. Alb. Mag. Politic.

rat, scilicet ad hoc quod fiat æqualitas. Et ponit legem per quam hoc poterat regulari quam dabat Phaleas. Per dotes, diuites dare quidem, id est, quod lex sit quæ compellantur diuites dotes dare pauperibus, accipere autem non, id est, quod diuites nihil accipiant, sed dent. Et oppositam legem dat pauperibus: Pauperes autem non dare quidem, accipere autem. Tunc enim citò reducuntur ad æqualitatem, si diuites non accipiant, sed dent: pauperes autem è conuerso. Deinde cum dicit, Plato autem leges scribens, &c. ostendit quomodo hanc legem temperauit. Videns enim Plato ciues non esse æqualiter idoneos, nec æqualis dignitatis in repub. & sicut dicitur in 5. Ethicor. in distribuendis non obseruari æquale in quantitate, quod est secundum medietatem arithmetica: sed æquale in quantitate, quod est secundum medietatem geometricam: dixit sortes inter ciues non esse æque distribuendas, sed pro dignitate vnusquisque. Et hoc est. Plato autem legem scribens vsque ad aliquid quidem putabat oportere, vnum scilicet habere plus, & alium minus, propter differentem dignitatem: plus autem quam quintuplum esse, scilicet quod plus haberet dignior, quam indignior, minimæ possessionis, id est, supra minimam possessionem, nulli ciuium potestatem esse possidere, ita scilicet quod ditissimus in ciuitate pauperrimum non excedat nisi in quintuplo, quemadmodum dictum est & prius, scilicet paulò ante. Deinde cum dicit, Oportet autem non latere, &c. Sic positus legibus incipit reprehendere de diminutione & insufficientia dicens. Oportet autem neque hoc latere, sic leges ferentes, quod latet nunc quia latere videtur id de quo mentionem non faciunt. Et ostendit quid est illud. Quoniam substantiæ statuentes multitudinem limitatam, supple, sicut fecit Plato, conuenit & filiorum multitudinem ordinare, scilicet quodlibet generet. Et dicit rationem. Si enim substantiæ multitudinem, id est, facultatem puerorum numerus, supple, excedat, necesse est legem solui: quia tunc propter diuisionem substantiæ inter pueros non potest retinere quintuplum, sed potius depauperabitur, quare de hoc subiungit adhuc aliam causam. Et sine solutione, supple, legis, prauum, supple, est talis lex. Cuius dat rationem. Multos enim ex diuitibus fieri pauperes, supple, contingit propter insolentias: & idè, supple, leges statui debere ne per insolentias depauperentur. Et hoc est. Non insolentes esse tales. Et de hoc nihil statuit neque Phaleas, neque Plato: vnde diminuti sunt & insufficientes.

Deinde cum dicit, Quia quidem igitur, &c. quod laudandum est in lege Phaleæ commendat, dicens: Quia quidem igitur habet quandam potentiam ad politicam communitatem substantiæ regularitas, sicut Phaleas dixit, à substantiis inchoando, etiam antiquorum quidam videntur cognouisse. Et inducit magis authenticos inter illos. Velut & Solon, qui scilicet inuenit leges tabularum, & fuit vnus de septem sapientibus, lege statuic, & apud alios est lex, quæ prohibet possidere terram quantumcunque voluerit quis: putabant enim, quod

H 2 vno

vno excellenter ditato, alij premerentur, sicut & verum est. Et de hoc inducit alias leges, subdens: Et substantiam vendere leges prohibent. Et dat exemplum: Sicut in Locris lex est non vendere, supple, aliquam suam possessionem (& est Locris nomen ciuitatis in Calabria) nisi manifestum infortunium ostendatur accidisse, propter quod scilicet cogatur substantiam vendere, sicut est redemptio à captiuitate, vel aliquid aliud simile. Et inducit aliud ad idem, ibi, Adhuc autem antiquas sortes conseruare, supple, illas præcipiant leges. Et ostendit damnum quod fuit ex solutione istius legis, ibi, Hoc autem solutum. Et, id est, etiam circa Leucadem (nomen ciuitatis est) demoticam, id est, popularem & vtilem valde fecit politiam ipsorum. Et idem tenendum est, quod scilicet sortes antiquæ conseruentur. Et dat rationem: Non enim adhuc, scilicet mutatis sortibus nobilium, contingebat à determinatis dignitatibus ad principatus procedere: quia si nobiles mutant sortes, necesse est, quod permisceantur ignobilibus, & perdant ab antiquo sibi determinatas dignitates: & hoc est periculum Reipubl. quia tunc non de dignitate assumentur, sed de populari vtilitate: & illi frequenter malè regunt. Et idem legislator non debuit tantum substantias moderari, sed concupiscentias in modo experiendi.

e Deinde cum dicit, Sed est æqualitatem, &c. etiam ad hoc adducit adhuc aliam rationem dicens: Sed est, id est, contingit, æqualitatem quidem esse substantiæ, inter ciues scilicet, hanc autem, scilicet substantiam vel valde multam esse, scilicet ita vt omnes valde diuites sint, vt deliciosè viuatur, supple, in ciuitate in omnibus: aut valde modicam, scilicet ita quod omnes sint valde pauperes, vt viuatur tenuiter, ab omnibus scilicet, & sicut dicit Seneca, vitam potius trahant quam ducant: & vtrumque horum mala politia est. Ex his concludit, ibi, Palam igitur, quod non sufficiens substantias æquales facere erit legislator secundum medium coniecturandi, supple, à legislatore, vt scilicet vnusquisque ad votum viuatur, ita tamen quod pro dignitate, & non secundum æqualitatem sortes distribuatur. Deinde cum dicit, Adhuc autem si quis, &c. ad idem adducit aliam rationem, dicens: Adhuc autem si quis mediocre ordinauerit substantiam omnibus, nihil prodest, ad vrbantatem scilicet. Cuius dat rationem: Magis autem oportet concupiscentias regulare, quam substantias: concupiscentia enim citò subuertit substantias: hoc autem, supple, concupiscentia, non est, ordinata, supple, à Phalea, & idem insufficientis est. Maximè autem necessarium ordinari concupiscentias non eruditis sufficienter à legibus: rudis enim non refrænatus lege, impetu prosequitur concupiscentias: & idem male fecit Phaleas, concupiscentias non ordinando. Et excludit responsonem quam ad hoc faceret Phaleas, ibi, Sed forte vtiq; dicit Phaleas, quod hoc ipse dicit putat enim duorum horum æqualitatem oportere existere ciuitatibus. Et subdit quorum, scilicet possessionis & disciplinæ. Et subdit, quod adhuc reprehensibilis est de insufficientia, ibi, Secundum disciplinam quidem

quæ erit oportet dicere, quod non fecit Phaleas. Et huius rationem iam dixit in primo lib. quod scilicet in moribus vniuersales sermones deceptiui & inutiles sunt, particulares autem & exemplares vtilis. Et adducit vterius ex quo hoc innuit, ibi, Et vnam esse & eandem, supple, disciplinam omnium ciuium, nihil vtile est: quia sicut dixit in primo lib. Ex ciuibus eiusdem speciei in artibus, non componitur ciuitas: & idem ad vnam & eandem disciplinam regi non potest: sed oportet talem esse disciplinam quæ ciuibus secundum suum modum conueniat. Est enim, id est, contingit, talem esse disciplinam vnam & eandem, ex qua scilicet disciplina, erunt electiui, id est, illi qui ex virtute magis eligibiles sunt ad principatus, superegrediendi, à popularibus scilicet, aut pecuniis, aut honore, aut simul vtriusque. Et hoc, supple, non expedit politicè: quia sic confunderentur gradus dignitatum.

f Deinde cum dicit, Adhuc dissident non solum, &c. arguit eum vterius de insufficientia, quod nihil ordinauit circa ambitionem honorum, dicens: Adhuc dissident, ciues scilicet, non solum propter æqualitatem possessionis, sed etiam propter inæqualitatem honorum. E contrario autem multi circa vtrumque, scilicet & possessionis inæqualitatem & honorum. Et ostendit quomodo, ibi, Multi quidem enim, propter æquale circa possessionem, supple, litigant: gratiosi autem de honoribus, de quibus in 1. Ethic. dicit, quod grauantur si honores æquales aliis, supple, quibus videtur quod sint præponendi, contrariantur sibi iniuicem propter honores: & illi dicuntur ambiciosi. Et hoc est quod sequitur. Vnde & indigent honore tales, & quietè non viuunt, nisi adipiscantur honores: & de hoc nihil ordinauit Phaleas. Et quia dixerat, quod indigent honore, dicit hoc dupliciter esse, subdens. Hic quidem malus, ciuis scilicet, hic autem honore, supple, bonus indiget: quia, sicut dicit in 5. Ethic. honor est præmium virtutis: & de talibus nihil dixit Phaleas, propter quod insufficientis est. Deinde cum dicit, Non solum autem homines, &c. addit etiam vterius aliam rationem, secundum quam ostendit Phaleam insufficientem esse, dicens: Non solum autem homines propter necessaria iniuriantur sibi iniuicem, supple, quorum remedium esse putat, Phaleas scilicet, æqualitatem substantiæ, vt scilicet non spolient nec iniurias inferant propter rigere, id est, frigescere, aut esurire: sed, supple, litigant & spoliant, vt gaudeant & non concupiscant, id est, necessitatem concupiscendi non habeant: si enim maiorem habeant concupiscentiam necessariorum, propter huius medicinam, id est, vt medeantur tali concupiscentiæ, iniuriabuntur, supple, sibi iniuicem. Et ex his concludit, ibi, Non igitur propter hanc solum, scilicet penuriam rerum, sed & si desiderent, quodcumque scilicet, vt gaudeant sine vtilitatis, delectationibus, statim, supple, dissidere incipiunt. Et vterius querit: Quod igitur remedium horum trium? Et ostendit quæ sint illa: his quidem substantia modica, & operatio, scilicet ad lucrum: his autem temperantia, supple, modica est, qui scilicet concupiscentias profe

prosequuntur, & pro illis dissident. Tertium autem si aliqui possunt peripsa gaudere, quæ scilicet desiderant, & pro hoc dissident vt gaudeant desideratis. Et ostendit, quod talibus necessarium fuisset remedium legis: tales enim non quærent nisi à philosophia remedium. Et hoc ostendit subdens: Alia enim aliis, scilicet hominibus opportuna sunt, & vnusquisque obtinere nititur, quod sibi optimum est. Deinde cum dicit, Iniuriantur autem maximè, &c. ostendit pro quibus maximè litigant & iniuriantur sibi iniuicem, & dicit. Iniuriantur etiam maximè propter excellentias, & superfluas concupiscentias, sed non propter necessaria. Et dat exemplum: pura tyrannides exercent, non vt non rigent, id est, non frigescant, propter quod & honores magni, supple, sunt, si interficiat quis, non furem, qui debilis est, & resistere non potest, sed tyrannum, qui fortis est ad resistendum: vnde magno reputatur dignus honore. Ex his omnibus concludit, quod intendit, ibi, Itaque ad modicas iniurias auxiliari solus modus Phaleæ politia. Et quia hoc non determinauit, insufficientis fuit.

g Deinde cum dicit, Adhuc multa opus, &c. arguit Phaleam, quod in hoc diminutus fuit, quod nullas constituit leges, quibus ciues ad seipsos conuerterentur, cum tamen summè esset necessarium. Vnde dicit: Adhuc, supple, reprehensibilis est Phaleas: quia multa opus est constitui, ex quibus, supple, ciues ad seipsos conuerterentur bene, de quibus ille nihil dixit. Et infert vterius. Oportet autem & ad vicinos & ad extraneos omnes, supple, constitui per leges quo bene ad iniuicem conuerterentur. Et ex his concludit subdens necessarium constitui politiam, supple, talem, quæ ad bellicum robur, supple, sufficiat, de qua ille, scilicet Phaleas nihil dixit, & idem insufficientis fuit.

h Deinde cum dicit, Similiter autem & de possessione, &c. arguit eum, quod de distinctione possessionum non bene dixit, & circa hoc tria facit. Primum enim ostendit hoc quod dictum est de diuisione possessionum. Secundum probat hoc per exemplum, ibi, Oportet autem hoc non latere, &c. Tertium ostendit, quod non sufficienter dixit de possessione quando alias dimittendo de possessione terræ tantum dixit, ibi, Non bene autem nec æqualitatem substantiæ, &c. Dicit ergo: Similiter autem & de possessione, supple, insufficienter dixit. Et de hoc declarat subdens. Oportet autem non solum ad politicos vsus, qui, supple, sunt in ciuitate inter ciues sufficienter existere, supple, in ciuitate possessionem, sed & ad extrinsecam pericula, scilicet oportet sufficere, vt scilicet bellum insurgens ab hostibus possint ferre per expensas, propter quod quidem neque tantam multitudinem existere possessionum in ciuitate quam proximi & meliores, supple, ciuitates eis concupiscant, dicentes, quod eis maiori iure debentur: habentes autem sufferre non possunt molestantes, scilicet repellendo eos, neque sic modicam, supple, oportet esse possessionem, vt non possint bellum sufferre, ciues scilicet inæqualium & similibus: quia si ita esset, quilibet veniret & prædaretur ciuitatem, & idcirco oportuit moderari possessiones. Et

D. Albert. Mag. Politic.

ex his concludit dicens. Ille quidem igitur Phaleas nihil determinauit, scilicet ad propositum pertinens de possessione.

i Deinde cum dicit, Oportet autem hoc non latere, &c. probat per exemplum, quod de distinctione possessionum bene dixit, dicens. Oportet autem hoc non latere, quod confert multitudo substantiæ, ad conseruandam scilicet politiam, sicut ille dixit. Et ex hoc concludit, cuius scilicet substantiæ optimus terminus forte est, vt scilicet tanta sit, vt ex illa non valeant melioribus propter abundantiam, bellum inferre. Quia, sicut dicit Poëta, stultitiam patiuntur opes, & concitant animos inferiorum aduersus superiores: sed sic, limitentur, supple, vt vrique est, id est, contingit, non habentibus tantam substantiam, supple, possint bellum inferre si insurgant contra eos. Et dat exemplum in casu speciali. Veluti Eubulus, nomen est cuiusdam sapientis, Autophradati uolenti Acarneam, ciuitatem, supple, obsidere, præcepit ipsum considerantem, supple, esse, primo in quanto tempore capit locum: & cum hoc ratiocinari, supple, præcepit temporis huius expensam, in quo scilicet capere possit. Et subiungit rationem, ibi, Debere enim minus hoc, scilicet expensa fumentes derelinquere iam obsessam Acarneam: hoc autem cum dixisset, scilicet Eubulus ad Autophradatem, fecit ipsum Autophradatem consentientem factum cessare ab obsidione, scilicet quia expensas non habebat. Ex his concludit, quod expedit ciuibus limitatas habere possessiones, ibi, Est quidem igitur expedientium, id est, de numero expedientium substantias æquales esse ciuibus, sed æqualitate proportionis, non quantitatis: & hoc, quod scilicet sint sic æquales, valet ad non seditiones fieri ad iniuicem, id est, vt non litigent: quia secundum dignitatem datum est vniciuique. Sicut enim iam antè diximus, distributiones debent fieri secundum medietatem geometricam, non arithmeticam. Attamen magnum nihil, vt est dicere, supple, sic limitare possessiones. Et dat rationem, ibi, Etenim gratiosi, id est, digniores inter ciues, vtiq; indignabuntur, vt non æqualium existentes digni, sed maiorum, & non accipientes nisi minus dignis æqualia: propter quod & videntur frequenter molesti, scilicet quia imparibus ad patria iudicantur, & seditiones mouentes, propter idem scilicet: videtur enim eis, quod melioribus digni essent. Deinde cum dicit, Adhuc autem malitia, &c. vterius arguit, quod nihil legum fecit ad regulandam concupiscentiam, quod summè fuisset necessarium, dicens. Adhuc autem malitia, id est, concupiscentia, hominum inreplebilis. Et primum quidem sufficienter diabolica habere solum: & dicitur à dio, quod est duo, & bolia quod est oboli, vel pauca: quia homini pauperi sufficit habere pauca. Cum autem hoc iam existat, id est, cum illud paucum quod desiderauerant, habuerint, semper indigent pluribus quousque in infinitum veniant: infinita enim concupiscentiæ natura, non enim ponit terminum: ad cuius vtiq; concupiscentiæ repletionem multi viuunt. Ex his concludit contra Phaleam sic, ibi, Talium igitur principium, politia, supple, H 3 est

est, concupiscentias scilicet, magis quam substantias regulari, & hoc non facit Phaleas, propter quod insufficientis est. Et ponit rationem, ibi, Epitiches quidem, id est, super iustos naturâ; supple, est, tales constituere ciues, vt non velint auarè agere, prauos autem, supple, ciues tales constituere, vt non possint et si velint. Qualiter autem hoc fiat, subdit: Hoc autem; supple, fiet, si minores sint, prauis scilicet ad faciendum iniuriam, & non iniusta patiantur, supple, ab aliis, qui prouocent eos.

k Deinde cum dicit, Non bene autem nec æqualitatem, &c. arguit Phaleam, quod limitando possessiones non determinauit nisi circa terram, cum plures sint, dicens: Non bene autem neque æqualitatem substantiæ, id est, facultatum, dixit. Et subdit rationem: Circa terræ enim possessionem adæquat solum: sunt autem & feruorum & pecorum diuitiæ, & numismatis, & præparatio multa eorum, quæ suppellectilia vocantur: aut igitur, ex quo scilicet voluit limitare possessiones, horum omnium æqualitatem querendum, aut ordinem aliquem moderatum, vt scilicet vnicuique distribueretur de talibus secundum dignitatem, aut omnia dimittenda, quod non faciendo peccauit Phaleas. Nam de quibusdam determi-

CAPVT V.

Hippodamus reipublicæ formam quam instituerit.

Hippodamus autem Euryphontis Milesius, qui & ciuitatum diuisionem inuenit, & suburbia incidit, factus circa aliam vitam magis superfluous propter honoris amorem, sic, vt videatur quibusdam viuere curiosius capillorum multitudine & comæ. Adhuc autem vestitus, vilis quidem, sed calidi, non in hyeme solum, sed & circa æstiuua tempora. Ratiocinatus autem & circa totam naturam esse volens, primus non politice viuentium conatus est aliquid de politia dicere optima.

b Construxit autem ciuitatem multitudinem, etiam quidem decem millium virorum in tres autem partes diuisam. Fecit enim vnâ quidem partem artifices, vnâ autem agricolas, tertiam autem propugnans & arma habens.

c Diuidebat autem in tres partes regionem, hanc quidem sacram, hanc autem publicam, hanc autem propriam. Vnde quidam deputata faciunt ad Deos sacra, à quibus autem propugnantes viuant, communem agricolarum autem propriam.

d Putauit autem & species legum esse tres solum: de quibus autem discipulationes fiunt, tria hæc esse numero, iniuriam, nocumentum, mortem. Lege

nauit, & de quibusdam non.

l Deinde cum dicit, Videtur autem, &c. arguit iterum eum, quod minimam partem contulit politici, dicens: Videtur autem ex legislatione sua, supple, construens, Phaleas scilicet, ciuitatem modicam. Et huius dat rationem: Siquidem artifices omnes publici, id est, communes erunt, scilicet quia dixit omnes possessiones debere esse communes, & non supplementum aliquod exhibebant ciuitatis: quia sicut in antè habitis dixit, minus communibus, & magis propriis intenditur. Et ex hoc ulterius concludit. Sed siquidem, id est, certe artifices oportet publicos esse contraria operantes. Alia translatio, publica operantes. Oportet, supple, hoc esse sicut in Epidamnio (ciuitatis nomen est) & sicut Diophantus Philosophus legislator aliquando constituit in Athenis, hunc habere modum, scilicet quod commutanda veniant ad æqualitatem medietatis arithmeticæ & distribuenda ad æqualitatem medietatis geometricæ, sicut in 5. Ethic. determinatum est. Et supponunt epilogalem conclusionem de toto illo tractatu Phaleæ, ibi, De Phaleæ igitur quidem politia ferè ex his vtique quis speculabitur si quid bene dixit, aut non bene.

CAPVT V.

Hippodamus autem Euryphontis Milesius, qui & ciuitatum diuisionem inuenit, & pyreum abscidit, cum esset in cætera quoque vita moriosior, propter gloria cupiditatem, vsque adeo, vt quibusdam videretur superfluous capillorum prolixitate, & ornatu sumptuoso. Præterea vestitus vilis quidem, sed admodum factio, non in hyeme solum, verum etiam in æstate, studiosus autem de omni natura esse volens, primus omnium, qui non in Republica versati essent, aggressus est aliquid dicere de optima ciuitatis statu.

Constituit autem ciuitatem multitudine decem millium in tres diuisam partes. Faciebat enim vnâ partem artifices, alteram agricolas, tertiam propulsatores belli, atque arma tenentes.

Diuisit quoque regionem in tres partes, vt esset pars vna sacra, alia publica, tertia priuata, vnde cultus diis fieret, sacra: vnde vero propulsatores belli alerentur, publica: qua vero agricolarum foret, priuata.

Legum quoque tres esse species solum putabat: de quibus vero iudicia fierent, totidem esse numero, iniuriam, damnum, cædem. Ponebat quoque vnum iudicium autem

autem statuit prætorium vnum principale, ad quod omnes reduci oportet causas, quæ non bene iudicatae esse videntur, hoc autem construxit ex quibusdam senibus electis. Iudicia enim in prætoriis, non per sententiæ collationem putabat fieri oportere, sed ferè vnumquemque pugillarem in quo scribatur, si condemnatur simpliciter, si autem absoluitur simpliciter, vacuus. Si autem hoc quidem, hoc autem non, hoc determinare: nunc enim non putabit lege statutum esse bene, cogere enim deierare hic, vel hic disceptantes.

e Adhuc autem legem posuit de inuenientibus aliquid ciuitati expediens quatenus adipiscantur honorem. Et pueris eorum qui in bello moriuntur, de publico fieri cibum tanquam nondum hoc apud alios lege statutum. Est autem & in Athenis ista lex nunc, & in alteris ciuitatum. Principes autem à populo eligi omnes, populum autem faciebant tres partes ciuitatis: Electos autem curare de communibus, & peregrinis, & orphanis. Plurima quidem igitur, & quæ maxime verbo digna, Hippodami ordinationis hæc sunt.

CAPVT V.

Hic tangit politiam Hippodami, quæ numeratur inter politias traditas à Philosophis: & diuiditur in duas partes. In prima tradit eam, in secunda disputat contra eam, ibi, *Dubitabit autem vtrique aliquis, &c.* Circa primum duo facit. Primum tradit quædam de vita Hippodami, qualis fuerit in vita & ornatu. Secundò qualiter ordinauit lege & diuisione politiam, ibi, *Construxit autem ciuitatem, &c.* Circa primum dicit quatuor, primò genus & patriam Hippodami, secundò viuendi modum, tertio studium, quarto quid de politica diuisione dixit. Dicit ergo: Hippodamus autem Euryphontis, supple, filius, Milesius, patria scilicet: est enim in Plexia quædam insula quæ postea dicta fuit Militena, vnde etiam natus fuit Thales, de septem sapientibus vnus. Et subdit de studio ipsius, Qui & ciuitatum diuisionem inuenit, primus scilicet, & suburbia incidit, id est, diuisit. Dixit enim ciuitatem esse diuidendam in habitationem ciuium, & vicus artificum, & suburbia terras colentium. Et subdit de conuersatione eius, ibi, Factus circa aliam vitam, scilicet quam ciuilem, contemplatiuam scilicet: dixit enim in ciuitate nullum posse vitam ducere contemplatiuam: & propter hoc pater fuisse vt Philosophus Didimi regis Brachmanorum. Omnes enim illi eremiticam vitam duxerunt, sicut scribitur in epistolis Didimi ad Alexandrum, in quibus continetur, quod

principale, ad quod omnia male iudicata reducerentur, idque constituerebat ex senibus quibusdam electis. Sententias vero in iudiciis non calculis ferendas esse censebat, sed vnumquemque iudicem tabellam asferre, in qua scriberet, si condemnaret simpliciter, sententiam: si partim condemnaret, partim absolueret, id ipsum diffiniret, nam vt nunc quidem fit, non recte prouisum à lege existimabat, quia coguntur homines alterutrum iudicantes, peierare.

Ferebat quoque legem de his, qui utile quadiam ciuitati reperissent, vt honoribus afficerentur. Filios autem eorum qui pro patria bellando occubissent, ea publico alendos esse, quasi id non prius fuerit lege prouisum, nam est nunc Athenis ea lex & in aliis quibusdam ciuitatibus, magistratum vero omnium electiones populo attribuit, populum autem faciebant tria illa genera ciuium: qui vero electi essent, eos Rerum publicarum curam habere debere, item hospitalium & pupillorum: plurima igitur ac maxime digna memoratu, in Hippodami constitutione ista sunt.

Didimus dixit: Antra nobis sunt domus: dum viuimus, proficiant in hospitium: dum morimur, in sepulchrum. Sequitur: Magis superfluous: quia scilicet superstitiosè & curiosè obseruabat omnia ad vitam solitariam pertinentia, propter honoris amorem. Quia, sicut dicit Arist. in primo Ethic. honor est præmium virtutis. Virtutem autem non reputabat esse nisi solitariam vitam contemplatiuam. Sic, id est, ita vt videatur, scilicet quibusdam Philosophis qui nouerunt eum, viuere curiosius capillorum multitudine quos non tondebat, ed quod nullum studium corporis appetebat. Vt terius de vita eius subdit. Adhuc autem vestitus vilis quidem, sed calidi, non in hyeme solum, sed circa æstiuua tempora: dixit enim in vestitu non esse gloriandum, sed ob necessitatem querendum, vt scilicet calidus sit vestitus et si non ornatus: sicut & rex Brachmanorum scripsit Alexandro, dicens: Nos & vxores nostræ in vestitu ornatum non querimus, quem natura negauit: ganda enim opertus aliquando melior quam opertus purpura. Est enim ganda vilis pannus & grossus, qui extenditur super naves in quibus merces portantur. Deinde cum dicit, Ratiocinatus autem, &c. commendat eum de studio dicens: Ratiocinatus autem & circa totam naturam esse volens, vt scilicet de singulis naturalibus disputaret, primus non politice viuentium, sed contemplatiuè scilicet, conatus est aliquid de politia dicere optima, scilicet quæ esset, & qualiter distribuenda: & hoc facit hic in tribus, scilicet populatione ciuitatis, diuisione, & legibus.

b Et idem sequitur quartum, scilicet quid dicit de diuisione politica, ibi, Construxit autem ciuitatem multitudine quidem decem millium virorum, mensurans illam multitudinem secundum territorium ciuitatis, quod scilicet tor pascere posset, & non plures. Et subdit qualiter istam multitudinem diuisit, ibi, In tres autem partes diuisam, supple, ciuitatem. Et subdit quomodo, fecit enim vnam quidem partem artifices, in vicis scilicet habitantes, vnam autem, scilicet secundam, in agricolas, in suburbaniis scilicet habitantes: tertiam autem, supple, quæ est propugnans & arma habens, quæ est militum, quos Plato in extremis habitare constituit, ad repellendas iniurias.

c Sic diuisa ciuitate, diuisit territorium, pertinens ad ciuitatem, ibi, Diuidebat autem in tres partes regionem. Et subdit quomodo. Hanc quidem sacram, Deo scilicet, & cultui diuino deputatam: primum enim & principale Deo attribuendum est: hanc autem, id est, secundam partem, publicam, scilicet ex qua sustentarentur personæ publica negotia gerentes in ciuitate, sicut iudices, preconules & milites: hanc autem propriam, tertiam scilicet, quæ datur agricolis ad colendum: & facta est illa propria vt melius colerent. Habitum est enim supra de politia Socratis, quod quilibet intendit magis colere propria, quam communia.

d Deinde cum dicit, Putauit autem & species legum, &c. ostendit quomodo leges etiam distribuit, dicens, Putauit autem & species legum esse tres solum. Et subiunxit rationem. De quibus enim disceptationes fiunt, inter ciues, supple, tria hæc esse numero, supple, dixit. Et subdit quæ: iniuriam, nocumentum, mortem. Et vocat iniuriam, quicquid fit contra honorem, sicut conuicia: nocumentum, quicquid cedit in damnum, sicut spoliū & furtum: mortem, quicquid fit contra personam, sicut vulnera & verbera. Et videtur illi verbo Platonis inniti, quod dicitur in Ethic. scilicet quod leges propter malos positæ sunt, non propter bonos: sicut & Apostolus. 2. Tim. 1. quod iusto non est lex posita, sed impiis, plagiariis & homicidis. Et ponebat rationem Plato: quia iustus regula virtus sibi ipsi lex est. Deinde subiungit qualiter dicebat fieri iudicia, ibi, Legem autem statuit, & id est, etiam prætorium vnum principale, ad quod, scilicet prætorium, sicut ad summum iudicem omnes reduci oportet causas, per appellationem scilicet, quæ non bene iudicata esse videntur, supple, ab inferioribus iudicibus. Hæc autem, scilicet inferiora iudicia construxit, id est, construenda esse dixit, ex quibusdam senibus electis, id est, quibusdam sapientibus electis ad hoc: de senectute enim mentis loquitur, non ætatis, sicut & Aristotel. in primo Ethic. dicit, Non differt ætate, sed moribus puerilis: non enim ab ætate est defectio, sed à passione. Quare autem statuti sunt tales iudices, & quare prætorium, subdit. Iudicia enim in prætoris, scilicet quando ad prætores appellatum est, non per sententiæ collationem putabat fieri oportere, id est, ipse Hippodamus putabat, quod iudicia, non oportebat fieri per collationem cum iudicibus. Et qualiter debeant fieri, subdit. Sed vnumquem-

que pugillarem ferrè, in quo scribatur si condemnentur simpliciter: si autem absoluantur simpliciter, vacuus, supple, feratur, id est, ipse Hippodamus dixit, quod proposita quaestione à prætore in communi de condemnatione vel absolute alicuius rei sine culpabilis, quilibet audiens seorsum deberet scribere in pugillari quid sibi videretur, vtrum ille esset condemnandus, vel absolueudus: & si iudicaret condemnandum, in pugillari, id est, in tabula vel scedula, quam pugillo ferret, causas condemnationis scriberet: si autem iudicaret absolueudum, pugillarem prætereret vacuum, per quod significaretur, quod ille non haberet reatum aliquem condemnationis. Et quod præter omnibus illis pugillaribus acceptis iudicaret secundum hoc & non per collationem vel discussionem. Si autem hic quidem, supple, est condemnandus, hic autem non, determinare in pugillari, supple, scripto, quare scilicet vnus absolueatur, & alter condemnentur. Et ponit rationem, ibi, Nunc enim, id est, in modo qui nunc obseruatur in collatione absolueudi vel condemnandi, non putabat lege statutum esse bene. Cuius rationem dicit, ibi, Cogere enim deierare dicebat, supple, hic vel hic disceptantes, id est, dicebat, quod per tales collationes sæpè cogebantur ad peritium disceptantes circa hoc vel hoc.

e Deinde cum dicit, Adhuc autem legem, &c. ostendit vterius, quid faciendum est eis, qui laborabant pro repub. studendo & inueniendo quod bonum esset, dicens. Adhuc autem legem posuit, Hippodamus scilicet, de inuenientibus, per studium scilicet, aliquid ciuitati expediens. Et ponit quid hoc sit, quatenus adipiscantur honorem, sicut in ciuitate Romana talibus fiebant statua & demonstrationes, sicut de Ioseph legitur & de Mardocheo, quod impo-nerentur super equos, qui de sella Regis sunt, & omnes genua flecterent & adorarent, præconis voce clamante, quod tali honore dignus est, quem Rex decreuerit honorare. Deinde subdit quid statuit de pueris ipsorum qui in bello pro Republ. moriuntur, ibi, Et pueris eorum qui in bello moriuntur, supple, statuit, de publico, id est, de communi fieri cibum, id est, expensas: & hæc quidem statuit tanquam hoc nondum apud alios lege statutum, supple, esset, sed ipse esset primus inuentor huius legis. Est autem & in Athenis, vbi Solon leges posuit, ista lex nunc, scilicet quod morientium in bello pueri nutriantur de ærario publico, & in alteris ciuitatibus, supple, etiam hæc lex obseruatur. Et subdit quomodo ordinabat principes, ibi, Principes autem à populo eligi, debere, supple, omnes, dixit scilicet: populum autem faciebat tres partes ciuitatis, scilicet agricolas, artifices, & arma ferentes, de quibus pauld antè dictum est. Electos autem, supple, principes, dixit scilicet, curare debere de communibus, negotiis scilicet, & peregrinis & orphanis: quia illi non haberent aliter vnde sustentarentur. Postea ponit epilogum dictarum legum, ibi, Plurima quidem igitur & quæ maxime verbo digna, Hippodami ordinationis, de politicis scilicet, hæc sunt.

CAPVT

CAPVT VI.

Hippodami respublica examinatur & refellitur.

a **D**Vbitabit autem vti que aliquis, primum quidem circa diuisiones multitudinis ciuim, artifices enim & agricolæ, & arma habentes, communicant politia omnes. Agricola quidem non habentes arma, artifices autem neque terram, neque arma: quare fiunt fere serui arma possidentium, participare quidem igitur omnibus honoribus, impossibile, necesse enim ex arma habentibus institui, & duces exercitus, & ciuim rectores, & principalissimos principatus arma dicere, non principantes autem politia, quomodo possibile est amicabiliter se habere ad politiam?

b Sed oportet & meliores esse ad arma possidentes ambabus partibus, hoc autem non facile non multos existentes: si autem hoc erit, quid oportet alios participare politia, & omnino esse constitutionis principum?

c Adhuc agricolæ quam viles ciuitati? artifices quidem enim necessarium esse, omnis enim indiget ciuitas artificibus, & possunt procedere quemadmodum in aliis ciuitatibus ab arte. Agricola autem, acquirentes quidem arma possidentibus cibum, rationabiliter vti que essent aliqua pars ciuitatis, nunc autem propriam habent, & hanc propriam colunt.

d Adhuc autem communem à qua propugnantes habebunt cibum, siquidem ipsi colunt, non vti que erit propugnans alterum & agros colentes, vult autem legislator alterum esse. Si autem alteri quidem erunt ab iis, qui propria colunt bellantibus, quarta igitur pars erit, huius ciuitatis nullo participans, sed aliena à politia. At vero si quis eosdem ponat eos qui propriam & qui communem colant, tunc multitudo deficiens erit fructuum, ex quibus vnusquisque ministrabat duas domos, & cuius gratia non statim ex terra & eisdem sortibus sibiipsis cibum sument, & viris prælij exhibebunt: hæc itaque omnia multam habenturbationem.

e Non bene autem, nec de iudicio habet lex iudicare, significans diuidentes causa simpliciter scripta & fieri iudicem disquisitorem, hoc autem in disquisitione quidem & pluribus con-

CAPVT VI.

*S*ed primo dubitabit aliquis de partitione ciuim: nam & artifices, & agricolæ & qui arma tenent, omnes in Reipublica communiōe versantur: verum agricolæ quidem arma non habent, artifices autem neque agros, itaque sunt quodammodo serui eorum, qui habent arma. Participes esse igitur omnium honorum impossibile est, cum sit quidem necessarium ex his qui habent arma, constitui belli duces, & custodes ciuim, & principalissimos, vt ita dixerim, magistratus: quod si participes non sint Reipublica, quomodo bono animo esse poterunt in Reipublica?

Enimvero potentiores esse oportet illos, qui arma tenent, ambabus partibus, id autem non facile est, nisi multitudine exuperent: quod si hoc erit, quid opus est alios participes esse Reipublica, & suffragia magistratuum habere?

Præterea agricolæ quid utilitatis afferunt ciuitatibus? Artifices enim esse necessarium est, nam omnis ciuitas artificibus indiget, & possunt proficere ex artibus quemadmodum in aliis ciuitatibus: sed agricola, si habentibus arma victum parant, merito forent pars aliqua ciuitatis, at hi priuatim habent agros, priuatimque colunt.

Præterea, publicos agros, ex quibus propulsatores belli victum habere oportet, si ipsi iidem colant, non esse aliud agricola, aliud propulsator belli, quod legislator esse vult. Sin alij quidam ab agricolis, & propulsatoribus, quartum erit membrum ciuitatis nullius particeps, sed alienum à Reipublica. Quod si quis dicat eosdem agricolas, & suos colere, & publicos agros, primo fructuum multitudo non sufficeret, ex quibus singulis binis domibus habeant ministrare, deinde quamobrem non statim ex eisdem agris pro se, que alimenta sumant, & propulsatoribus exhibeant, hæc sane omnia magnam continenturbationem.

Nec de iudicio quoque recte se habet lex, que iudicandum putat cum distinctione litem simpliciter scriptam, ita vt ex iudice fiat arbiter, hoc enim in compromisso in plures factis recipitur. Consequitur.

tingit. Colloquuntur enim ad inuicem de iudicio, in prætoris autem non esse, sed contrarium huius legislatorem multi statuunt, ut iudices non colloquantur ad inuicem. Deinde quomodo non erit plenum turbatione iudicium; cum debere iudex quidem existimauerit non tantum quantum litigans quidem viginti minas, iudex autem iudicat decem minas, aut hic quidem plus, hic autem minus, alius autem quinque, hic autem quatuor: & hoc itaque modo palam, quia patientur, ij quidem omnia condemnabunt, ij autem non. Quis igitur modus erit disputationis sententiarum?

f Adhuc nullus deierare cogit simpliciter abiudicantem, aut si quidem accusatio scripta est iuste. Non enim nihil debere abiudicans iudicat, sed viginti minas, secundum illud peierat condemnatus, non computans debere viginti minas.

g De eo autem, quod inuenientibus cum aliquod ciuitati vile oporteat fieri quendam honorem, non est securum legem ferre, sed boni aspectus audire solum, habet enim calumnias, & motus si eueniat politiæ: incidit autem in aliud problema, & considerationem alteram. Dubitant enim quidam, utrum nocium, aut expediens ciuitatibus amouere patrias leges, si sit aliqua alia melior, propter quod quidem non facile dicto velociter consentire, siquidem non expedit amouere: contingit autem inducere quasdam legum solutiones, aut politiæ, aut commune bonum.

h Quoniam autem fecimus memoriam, modicum amplius de ipso dilatare, melius enim habet, quemadmodum diximus, dubitationem, & videbitur utique melius esse amouere, in aliis enim scientiis hoc contulit, puta medicinali mora extra paterna, & gymnastica, & totaliter artes omnes, & virtutes. Quare, quoniam vnam harum ponendum etiam politicam palam, quia & circa hanc necessarium similiter habere. Signum autem utique fieri dicet aliquis in ipsis operibus: antiquas enim leges valde simplices esse & barbaras, ferrum enim portabant tunc Græci & vxores emebant ad inuicem. Quæcunque autem reliqua antiquorum sunt alicubi legalium, stulta omnino sunt, puta in Cumis circa ho-

runt enim inter se de sententia ferenda, sed in iudiciis non recipitur, imo legum latores plerique contra statuunt, ne iudices inter se colloquantur, deinde, quomodo non erit litigiosa sententia, cum iudex non putat tantum debere quantum petitur, nam si petitur viginti minas postulabat, iudicium autem vnus decem iudicet, alter quinque, alter quatuor, & hoc modo diuident, & alij in totum condemnent, alij in nihilum, quis erit modus sententiarum concordandarum?

Præterea nemo deierare cogit simpliciter condemnantem vel absoluentem, si simpliciter petitur, non enim cum absoluit, nihil debere iudicat, sed viginti minas non debere, at ille perjurat, qui cum putat viginti minas non debere, tamen condemnat.

De eo autem, quod inuenientibus aliquod commodum ciuitati honores tribuendi sunt, non est tutum lege cauere, sed apparentiam solum probabilem habet, continet enim calumnias & motum forsitan Reipublicæ. Sed incidit hæc in aliam questionem & considerationem aliam. Nam dubitant nonnulli utrum damnosum sit vel vile ciuitatibus leges patrias mutare, si sit alia melior, quapropter non est facile dicto statim assentiri, siquidem non conducit mutare: fieri autem potest ut inducatur, aut legum, aut Reipublicæ dissolutio, tanquam commune bonum.

Sed cum in hanc mentionem incidemus, etiam pauca de eo perstringenda sunt. Habet enim, ut diximus, dubitationem, & melius videri potest ut mutationem recipiant, nam in aliis quidem scientiis hoc prodest, ceu si medicina ab institutis patriis mutetur, & gymnastica, & alia artes, atque facultates, quarum cum vna ponenda sit ciuili disciplina, patet in ea quoque eandem rationem esse tenendam. Probari autem hoc dicet aliquis, & in ipsis rebus, antiquas enim leges nimium rudes esse, & barbaras: armati siquidem incedebant Græci, & vxores emebant inuicem, & quotcumque vetusta iura alicubi extant, penitus rudia sunt, ceu apud Cumas de cæde lex est, si accusator multos testes inducat ex agnatis propriis, reum esse cædis, contra quem probatur. Quæruunt autem

non

micidia lex est, si multitudo quædam testium astiterit persequens homicidam, qui suorum esset cognatorum, rerum esse homicidij fugientem. Quæruunt autem totaliter, non quod patrium, sed quod bonum omnes. Verisimile quia prius, siue terrigenæ erant, siue ex corruptione quadam saluati sunt, similiter esse & contingentes & insensatos, quemadmodum & dicitur de terrigenis. Quare inconueniens manere in horum dogmatibus. Adhuc autem neque scriptas si immobiles melius: sicut enim & circa alias artes & circa politicum ordinem impossibile diligenter omnia scripta esse, vniuersaliter enim necessarium scribere, actus autem de particularibus sunt. Ex iis quidem igitur videtur quia amouendæ & quædam & quandoque legum sunt.

i Alio autem modo considerantibus reuerentiæ utique videbitur esse multæ. Cum enim fuerit quod quidem melius modicum, assuescere autem facile soluere legem prauam. Manifestum quod sinendum quædam peccata & legislatoribus & principibus, non enim tantum proderit qui mutauerit, quantum nocebit principibus rebellare assuescens.

k Mendax quoque exemplum quod ab artibus, non enim simile mouere artem & legem: lex enim robur nulum habet ad persuaderi præter consuetudinem, hoc autem non fit, nisi per temporis multitudinem. Itaque facile mutare ex existentibus legibus ad alteras leges nouas, facere est debilem legis virtutem.

l Adhuc autem, si mutandæ, utrum omnes & in omni politia, at non, & utrum quocumque aut quibus: hæc tamen habent magnam differentiam, propter quod nunc quidem dimittamus hanc considerationem, aliorum enim est temporum.

CAPVT VI.

*P*ostquam Arist. tradidit politiam Hippodami, hic disputat contra eam. Et diuiditur in duas partes. In prima disputat contra diuisionem quam fecit Hippodamus. In secunda disputat contra modum iudicij, quem posuit, ibi, Non bene autem hæc de iudicio, &c. Circa primum tria facit. Primum disputat contra hoc quod vni parti dedit arma & non alij. Secundò

non patrium, sed bonum omnes, putandumque est priscos illos homines, siue ex terra geniti fuerunt, siue ex corruptione aliqua seruati, simul fuisse ignoratos: & imprudentes, quod de terra natis dicitur, ut absurdum sit in eorum opinionibus persistere velle. Præterea neque leges scriptæ meliores sunt, si sunt immutabiles, ut enim in aliis artibus, sic etiam circa ciuilem constitutionem, impossibile est singula ad minimum vsque scriptis comprehendere, necesse est enim, ut generaliter scribantur: at illa quæ aguntur, particularia sunt: ex his ergo videtur, & quasdam leges, & quandoque esse mutandas.

Alio autem modo considerantibus cauendum videtur esse maxime, cum enim utilitatis quidem accessio praua sit, assuescere vero faciliter leges mutare, improbandum. Constat vero errata quadam esse toleranda, & legislatorum, & magistratum, non enim tantum proderit, qui corrigere perget, quantum nocebit assuesfactio superioribus non parendi.

Mendax & de artibus exemplum, neque enim simile est mutare artem, atque legem: nam lex nullam vim habet, ut ipsi pareatur, nisi ex more, mos autem non fit, nisi temporis longitudine. Quare faciliter mutare leges ex presentibus in alias nouas, infirmam facere est vim legis.

Præterea, si mutandæ sunt leges, utrum omnes & in omni Reipubl. vel non, & utrum à quocumque aut quibusdam. In his enim magna est differentia quapropter nunc quidem dimittamus considerationem hanc, nam aliorum est temporum.

ostendit, quod cum meliores sint arma habentes aliis, ex parte illorum contingit, quod quasi alij non erunt pars ciuitatis, ibi, Sed oportet & meliores, &c. Tertio ostendit, quod ex hoc quod Hippodamus diuisit ciuitatem in tres partes, necesse est adiciere quartam, ibi, Si autem alteri quidem erunt, &c. Dicit ergo primo. Dubitabit autem utique aliquis, primum quidem circa diuisionem multitudinis ciuium, scilicet quam fecit Hippodamus. Et subiungit rationem: Artifices, & agricolæ, & arma habentes,

habentes, communicant politia omnes, vna scilicet, vt dicit Hippodamus. Et determinat quomodo subdens: Agricola quidem non habentes arma, sed terram, supple, quam colunt: artifices autem nec terram, nec arma. Et ex hoc infert conclusionem, ibi, Quare sunt ferè ferui arma possidentium, & sic non concluduntur à politia secundum politiam Hippodami: politia enim æqualium est, & inter feruum & dominum non est æqualitas: ergo nec vna politia. Et quia posset aliquis respondere, quòd in hoc æquales sunt quod omnes participant principatu: obicit in contrarium dicens. Participare quidem igitur honoribus omnibus, æqualiter, supple, impossibile. Cuius dat rationem: Necessè ex arma habentibus constitui, & duces exercitus, & ciuium rectores, & principalissimos principatus, eò quod illi soli possunt repellere contraria insurgentia, & illi soli debent esse principes, quia soli possunt defendere à malis secundum illud Eccles. 6. Noli querere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumperè iniquitatem. Hoc autem facere non possunt nisi habentes arma & spiritualia & carnalia. Ex hoc arguit: Non participantes autem politia, vna scilicet secundum æqualitatem, sicut agricolæ & artifices cum habentibus arma non participant vna politia, quomodo possibile est amicabiliter se habere ad politiam? Quasi dicat, impossibile est. Et ita diuisio Hippodami schisma & diuisiones inducit inter ciues in ciuitate: ergo est mala.

b Deinde cum dicit, Sed oportet & meliores, &c. inducit aliam rationem sumptam ab inæqualitate partium, dicens: Sed oportet, & id est, etiam, meliores esse, id est, fortiores arma possidentes ambabus partibus, scilicet agricolis & artificibus: quia aliter non possent constringi ab eis, & contineri. Hoc autem non facile. Cuius ratio est. Non multos existentes, scilicet respectu duarum aliarum partium. Et addit tertiam rationem probantem idem: Si autem hoc erit, scilicet quod arma habentes principabuntur, quid oportet alios participare politia? inutile enim erit: quia possidentes arma constituent quæ voluerint: & supple, oportet arma habentes, dominos esse constitutionis principum, aliquando autem contradicere non possunt.

c Deinde cum dicit, Adhuc agricolæ quam vtilis, &c. ponit aliam rationem sumptam ex parte artificum, ad hoc idem dicens: Adhuc agricolæ quam vtilis ciuitati, scilicet secundum diuisionem Hippodami. Habitum enim est in præcedentibus, quòd agricolæ & cultores vinearum non sunt ciues. Artifices quidem enim necessarium esse, supple, est in ciuitate. Omnis enim ciuitas indiget artificibus: quia communitas & communicatio ciuium in ciuitate non potest fieri sine operibus artificum, sicut determinatum est in primo lib. & Aristot. dicit in 5. Ethic. Et subiungit aliam rationem, ibi, Et possunt procedere cum ciuibus, scilicet ad eandem communicationem, quemadmodum & in aliis ciuitatibus ab arte, id est, ab opere artis. Alia autem translatio sic habet: Et possunt fieri quemadmodum in aliis ciuitatibus ab arte, id est, ab operibus

artis. Et subdit de tertia parte, quæ est agricolarum, quòd illa irrationabiliter ab Hippodamo ordinata est, ibi, Agricola autem acquirere quidem arma possidentibus: ministrabant enim agricolæ arma possidentibus, id est, militibus cibum, rationabiliter vtrique essent aliqua pars ciuitatis, vtiliter enim laborant ad politicam communicationem: & idèd pro parte ciuitatis essent habendi. Nunc autem propriam habent, secundum Hippodamum scilicet, & hanc, scilicet terram propriam colent, sibi scilicet, non aliis: quia secundum ius naturale, quod suum est, nemo cogitur alteri communicare.

d Deinde cum dicit, Adhuc autem communem, &c. ostendit insufficientem diuisionem ciuitatis quam Hippodamus fecit, dicens: Adhuc autem idem agricolæ communem, terram, supple, colent: quia Hippodamus terram diuisit in tres partes, & præhabuit est, & illam partem, quæ communis est, quæ scilicet danda est militibus pro cibo, non possunt colere nisi agricolæ, à quâ, scilicet parte propugnantes habebunt cibum: siquidem ipsi colent: quia cum alij pugnant pro repub. non poterunt laborare sibi cibum: vnde iustum est, vt communibus expensis sustententur, iuxta illud 1. Corinth. 9. Quis militat suis stipendiis vnquam? Non, id est, nonne vtrique erit pugnant alterum, id est, altera pars: & agros colens, supple, alterum? Quasi dicat, sic. Et confirmat per ipsum legislatorem, ibi, Vult autem legislator alterum esse: & idèd lex in codice est, quod si militi non datur stipendium ab aula, non tenetur militare. Deinde cum dicit, Si autem alteri, &c. ostendit, quòd secundum diuisionem Hippodami quam fecit de ciuitate in tres partes, necessè sit adicere quartam, dicens: Si autem alteri quidem erunt, supple, colentes possessiones communes, ex quibus dantur stipendia, ab iis qui propria colunt & bellantibus, quarta iterum pars erit hæc ciuitatis nullo participans, cum aliis tribus partibus, supple, militum, artificum, & agricolarum qui colunt propria, sed aliena, supple, erit hæc pars à politia, supple, vna partium, & sic insufficienter diuisit Hippodamus ciuitatem in tres partes. At vult si quis eisdem ponat agricolas, eos scilicet qui propriam & qui communem colant, tunc multitudo deficiens erit fructuum, ex quibus, scilicet fructibus vnusquisque, scilicet agricolarum ministrabit, id est, procurabit duas domos, vnâ scilicet propriam, alteram militis pro repub. militantis. Deinde cum dicit, Et cuius gratia, &c. adducit aliam rationem, & ostendit inutilitatem talis legis & irrationabilitatem, dicens. Et cuius gratia, id est, propter quam rationem, non statim, id est, sine tali diuisione, ex terra, supple, sibi appropriata & eisdem sortibus, id est, hæreditatibus sibi attributis, cibum sument, sibi scilicet, & vris prælij, id est, ad prælium constitutis, exhibebunt, sicut, supple, modo fit, quando vnusquisque ex propria sorte, prouidet sibi, & postea per contributionem communem dant stipendia militibus præliantibus bella communia. Ex omnibus his concludit, ibi,

ibi, Hæc igitur omnia multam habenturbationem, & idèd, supple, diuisio Hippodami inutilis.

e Deinde cum dicit, Non bene autem neque de iudicio, &c. disputat contra modum iudicij, quem dedit Hippodamus: & diuiditur in quatuor partes, in quarum prima disputat de septentis seorsum scribendis, secundum quas debet iudicare iudex vt prætor. In secunda disputat contra hoc quod dixit Hippodamus de his qui aliquid faciunt pro communi vtilitate ciuitatis, quòd honores speciales eis exhibendi sunt, ibi, De eo autem quod inuenientibus, &c. In tertia disputat de hoc, vtrum melius sit antiquas leges tenere vel nouas adinuenire, ibi, Incidit autem in aliud problema, &c. In quarta specialiter ostendit, quòd melius est adhærere veteribus, ibi, Quarunt autem totaliter, &c. Dicit ergo primo. Non bene autem iudicio habet lex, Hippodami scilicet iudicare, significans, scilicet de qualibet causa à quolibet in pugillari proposita, diuidentes, supple, & seorsum scribentes in pugillaribus quid sententandum sit, causa simpliciter scripta, in pugillari scilicet, & fieri iudicium, prætorum scilicet, disquisitorem, hoc est, discussorem, scilicet vt discutiat scripta. Et subiungit causam. Hoc autem in disquisitione quidem, id est, discussione, & pluribus contingit: discussio enim non est nisi inter plures, sicut disputatio. Et ostendit rationem ex ipsa ratione disputationis, ibi, Colloquantur enim, discutientes scilicet ad inuicem de iudicio: & hoc vocatur discussio causarum: in prætoris autem, supple, in quibus solus vnus iudicat, non est, supple, discussio: quia vnus cum multis ibi colloqui non potest: sed contrarium huius legislatorum, id est, de numero legislatorum, multi statuunt. Et cuius contrarium, subdit, vt iudices non colloquantur ad inuicem: discutientes scilicet ad inuicem statuunt, scilicet quod iudices colloquantur, & discutiant quid de qualibet causa sententandum sit. Deinde cum dicit, Deinde quomodo non sit, &c. adducit de hoc aliam rationem, dicens. Deinde quomodo, non, id est, nonnè erit plenum turbatione iudicium cum debere iudex quidem existimauerit non tantum, supple, exhibere in emendam, quantum litigans, & non licet ei colloqui ad alios quorum consilio lis dirimatur. Et subdit rationem, ibi, Hic quidem, scilicet litigans, qui petit satisfactionem sibi fieri de iniuria, viginti minas, supple, eò quod tanti existimat iniuriam suam: iudicat autem iudex decem minas, supple, dandas, & non plus, eò quod tantâ pecuniâ, tanta sit re dimenda iniuria: & variat hoc iudicium alio modo, subdens, ibi, Aut hic quidem plus, supple, iudicat esse dandum, hic autem minus. Et dicit modum. Alius autem quinque minas dicit, supple, exhibendas pro iniuria: hic autem quatuor. Et hoc itaque modo palam, id est, manifestum est: quia scilicet in tali iudicio patientur: ij quidem omnia, oppressi scilicet condemnabunt, ij autem non, id est, nihil patientur, sed alios condemnabunt: quis igitur erit modus disputationis sententiarum? ex quo, supple, non licet colloqui magis.

f Deinde cum dicit, Adhuc nullus deierare, D. Albert. Mag. Politic.

ponit aliam rationem. Nullus deierare cogit simpliciter abiudicantem aut condemnantem. Alia translatio habet sic: Quia nullus iurare cogit simpliciter abnegantem aut accusantem. Et ponit rationem. Siquidem simpliciter accusatio scripta est iuste & non sub testibus, & iudici non licet discurrere. Et iterum huius dat rationem, ibi, Non enim nihil debere, supple, reum abiudicans iudicat, sed minas, supple, iudicat eum debere, secundum illud deierat condemnatus, non computans debere 20. minas, sed multò minus, sic disceptatio erit inter iudicem & condemnatum.

g Deinde cum dicit, De eo autem quod inuenientibus, &c. disputat contra legem quam dedit Hippodamus de prouisione puerorum illorum, qui bene fecerunt pro ciuitate, & de hoc, quod & ipsi honorandi sunt in imaginibus & demonstratione. Dicit ergo: De eo autem quod inuenientibus aliquid ciuitati vtile oporteat fieri aliquem honorem, non est securum legem ferre. Et huius causa potest esse: quia nouorum inuentio, antiquitati derogat, & sic inter adherentes antiquitati & inuētores nouorum contentio surgit, quæ non expedit ciuili communicationi: sed est boni aspectus, id est, grati aspectus, audire solum, scilicet si quis boni pro communitate aliquid inueniat. Hoc enim omnis debet gratè audire, secundum illud Augustini in Regula: Caritas quæ non querit quæ sua sunt, sic intelligitur, quia communia propriis anteponit. Et ostendit rationem subdens, ibi, Habet enim calumnias & motus, supple, indignationis, si eneniat politia scilicet quibusdam adherentibus veterati, & quibusdam, quibus placent noua, acceptantibus, & sic dissidium fit in ciuitate. Deinde cum dicit, Incidit autem in aliud problema, &c. ponit quæstionem, quod noua accipienda sunt non vetera dicens. Incidit autem super hoc quæstio in aliud problema & considerationem alteram. Et huius quæstionis dat rationem, ibi, Dubitant enim quidam, vtrum expediens aut nocuum ciuitatibus, supple, sit amouere patrias leges, scilicet à patribus & proavis obseruatas, scilicet si sit aliqua alia noua melior, quæ per experimentum sit probata esse melior quam antiqua. Et quia dubium est hoc, obicit ad vtramque partem. Et primò quod non expediat nouas leges inducere, ibi, Propter quod quidem non facile dicto, scilicet quod nouæ leges acceptandæ sint, velociter consentire, id est, consentiendum est. Et dat rationem, ibi, Siquidem non expedit amouere, supple, leges antiquas. Cuius ratio est. Autem, pro quia, contingit, supple, ex nouis legibus, inducere quosdam legum solutiones, antiquarum scilicet, aut politia, id est, totius ciuitatis, aut commune bonum, scilicet soluentibus: ciuitas enim semper adheret antiquitati: & idcirco non expedit recipere noua.

b Deinde cum dicit, Quoniam autem fecimus memoriam, &c. ostendit, quòd ista quæstio melius disputanda est ad vtramque partem, dicens. Quoniam autem fecimus memoriam modicum, supple, de quæstione ista, amplius de ipso, scilicet quæstio dilatate melius, vt scilicet ad vtramque partem disputetur. Et subdit rationem.

tionem. Habet enim, quemadmodum diximus, dubitationem, scilicet utrum sit melius adhaerere antiquis vel accipere noua. Et videtur, quod sit melius accipere noua, & dicit. Videbitur utique esse melius amouere, supple, antiqua, & accipere noua. Cuius ratio est. In aliis enim scientiis, omnibus scilicet sapientialibus, naturalibus & artificialibus hoc contulit semper, supple, accipere noua experimenta plusquam antiqua. Et dat exemplum: puta medicinali mora extra paterna, id est, supra paterna. Noua enim experta à nouis, extra paterna experimenta, meliora sunt: quia magis probata. Et in illis verum est quod dicit Priscianus: Cuius auctores quanto iuniores, tanto perspicaciores. Et quod dicit Arist. in 2. elench. quod sic adiuuentur sunt artes, quod scilicet priores quaedam inuenerunt, sed posteriores semper auxerunt vsque ad perfectum. Et inducit aliud exemplum de alia scientia quæ etiam experimentis perficitur, ibi, Et gymnastica, quæ est pugillatoria ars, in qua posteriores multas bonas plagas inuenerunt, quas ignorauerunt antiqui. Ex his vniuersaliter concludit. Et totaliter artes omnes & virtutes, & vocat virtutes, artes operatiuas sicut in Ethicis. In omnibus enim illis, & artes & virtutes experimento perficiuntur & meliores efficiuntur veteribus. Et vterius ex his concludit generalem conclusionem, ibi, Quare quoniam vnam harum ponendum etiam politicam, scilicet quæ per experimenta proficit, palam: quia etiam circa hanc similiter necessarium habere: & idem videtur ex hoc quod melius est nouas leges accipere quam antiquas retinere: quia nouæ magis expertæ sunt, quam antiquæ: habent enim nouæ quicquid antiquæ habuerunt, & præter hoc quædam adiuenerunt. Deinde cum dicit, Signum autem utique, &c. adducit ad idem adhuc rationem, dicens. Signum autem utique fieri dicit aliquis in ipsis operibus: antiquas enim leges valde simplices & barbaricas esse, supple, aliquis inueniet. Et quia ante dedit exemplum, quod de hominibus est, sicut de terra minerali, cuius quaedam pars portat aurum, quædam argentum, quædam ferrum, subdit: ferrum enim portabant tunc Græci, id est, nullam subtilem tunc habebant sapientiam, sed, supple, ferocitate vnus domabat alterum & subiiciebat eum, & vxores emebant ad inuicem: &, sicut Tullius in fine rhetoricæ dicit, Nemo sciebat quid essent honestæ nuptiæ. Et hoc quidem faciebant Græci, qui aliis præcellentiores videbantur esse in sapientia. Quæcumque autem reliqua antiquorum sunt alicubi legalium, barbarorum scilicet, stulta omnino sunt: & dat exemplum, Puta in Cumis circa homicidia lex est. Alia translatio, Puta in Hym circa Phœnicem lex est. Si multitudo quædam testium astiterit persequens homicidam, quæ suorum esset cognatorum, reum esse homicidij fugientem, id est, si quis fugerit qui viderit cognatum suum interfectum, reus reputetur homicidij: quod omnino iniustum est: quia ille nihil cooperatus est ad homicidium. Deinde cum dicit, Quærent autem totaliter, &c. ostendit, quod melius non est adhaerere veteribus, & disputat contra Hippodamum

ex iis qui nouas habitationes in terris inducunt, illos enim necesse est inducere nouas leges & tales habitationes sæpè necesse est fieri in mundo secundum reuolutiones orbis, quæ causant desolationem terrarum, secundum Philosophos. Dicit ergo. Quærent autem totaliter, id est, vniuersaliter, legislatores scilicet leges ponendo, non quod patrum, id est, quod non à patribus obseruatum, sed, quod bonum omnibus: oportet enim sæpè vetera mutare propter nouos casus emergentes. Propter quod etiam in iure scribitur, quodd vetus abrogatur per nouum. Et est ratio ad hoc quod noua scribenda sunt potius quam vetera tenenda. Deinde cum dicit, Verisimile quia primus, &c. ponit vterius ad hoc rationem dicens. Verisimile quia prius siue terrigenæ erant, siue ex corruptione quædam saluati sunt. Et tangit duo ex quibus sit terrarum noua habitatio secundum Philosophos astronomos, & præcipue secundum Socratem. Primum est de coniunctione Iouis & Saturni de triplicitate in triplicitatem, quæ sit in ducentis quadraginta annis semper, eod quod istæ duæ stellæ semper in triplicitate habent duodecim coniunctiones: coniunguntur enim de nono in nonum signum in quibuslibet viginti annis octaua parte anni minus, & duodecies viginti faciunt 240. Et dicit Albumasar in lib. de magnis accidentibus mundi & coniunctionibus planetarum, quod hac coniunctio de triplicitate in triplicitatem causat destructionem habitationum antiquarum ciuitatum & ædificationes & populationes nouarum in prouinciis. Et illos qui sic primi habitant nouas ciuitates, vocat terrigenas, quod necesse est primo rudes esse, eod quod experti non sunt. Sunt etiam in astronomia fabulæ vel tabulæ positæ quæ vocantur diluuiorum, maxime ignis & aquæ, sicut diluuium aquæ describitur in fabula de Pyrrho & Deucalione, & diluuium ignis in fabula de Phaëtonte ab Onidio: in quorum vtroque à corruptione vniuersali quidam saluati sunt, à quibus postea disseminati sunt habitatores & cultores terrarum: & hos vocat, eos qui ex corruptione quædam saluati sunt: & dicit illos similiter esse sicut terrigenæ, supple, & contingentes & insensatos, propter similem causam, scilicet inexperiencem. Et hoc est. Quemadmodum & dicitur de terrigenis, supple, ab antiquis, quod scilicet tales semper simplices & insensati fuerunt, sicut etiam ipse Aristot. in primo metaphys. dicit, quod experientia artem fecit, in experientia casum, sicut ait Polus rectè dicens. Ex iis concludit, Quare, id est, ergo inconueniens manere in horum dogmatibus: quia scilicet rudes & inexperti fuerunt. Et ex hoc concludit vterius melius esse nouas leges condere quam veteribus adhaerere. Deinde cum dicit, Adhuc autem nec scriptas, &c. ad idem adducit iterum aliam rationem dicens. Adhuc autem nec scriptas, si immobiles melius, id est, melius est quod leges scriptæ non teneantur, etiam si immobiles ex consuetudine. Cuius ratio est: Sicut enim & circa alias artes, scriptas scilicet à primis qui bene experti fuerunt, ita & circa politicum ordinem impossibile diligenter omnia scripta esse. Et dicit rationem, ibi,

ibi, Vniuersaliter enim necessarium scribere, id est, per vniuersales rationes, actus autem qui regulantur secundum leges, non de vniuersali, sed de particularibus sunt. Ex his infer sic. Ex his quidem igitur, supple, rationibus, videtur, quod amouenda quædam & quandoque legum sunt, scilicet propter nouos casus emergentes, quos non præuiderunt antiqui. Deinde cum dicit, Alio autem modo, &c. statim vadit in oppositum dicens: Alio autem modo considerantibus reuerentiæ utique videbitur esse multæ, scilicet quod leges antiquæ & paternæ maneat. Et ad hoc dat rationem, ibi, Cum enim fuerit quod quidem melius modicum, id est, cum paruum bonum adicit lex noua, tunc considerandum est utrum melius sit modicum, quod adicit lex noua, vel malum, quod inducit solutio veteris. Et ostendit quomodo hoc considerandum, ibi, Assuetudine autem facile solueret leges prauum, id est, prauum est, quod ciues assuescant facile soluere leges: propter quod & dicuntur leges sanctæ, sanguine scilicet confirmatæ: quia Romulus fratrem suum Remum occidit, quia soluit legem de non ascendendo super murum qui ascendit super murum, cum cautum esset in lege, quod nullus ascenderet super murum, ne ciues legem soluere assuescerent, videntes hoc in fratrem Regis esse indicatum. Et ex hoc concludit. Manifestam, supple, ex hoc est, quod sinendum, id est, indulgendum, supple, est quædam peccata, quæ, supple, in legibus esse videntur, & legislatoribus & principibus. Quædam autem dicit peccata: quia intelligit de peccatis paruis non impediendis Rempub. in ciuitate, & propter hoc melius esse ea dissimulare. Et ponit rationem, ibi, Non enim tantum proderit qui mutauerit, supple, antiquam legem pro-

pter paruum peccatum, quantum nocebit principibus rebellare assuescens: quia inde seditiones orientur. Rebellant autem: quia leges antiquas non tenent, quæ promulgatæ sunt à principibus.

k. Et quia Hippodamus leges nouas præferendas antiquis probabat per artes, eod quod per posteriores auctæ sunt & melius traditæ, idem responder ad hoc, ibi, Mendax quoque exemplum quod ab artibus sumptis, supple, Hippodamus. Cuius ratio est, Non enim simile mouere artem & legem. Et ostendit in quo, ibi, Lex enim robur nullum habet ad persuaderi præter consuetudinem: ars verò omne robur accipit ex persuasionem rationis, è contra autem lex nullum robur habet præter consuetudinem, ut dictum est. Hoc autem, scilicet consuetudo, non fit nisi per temporis multitudinem. Ex his concludit, Itaque facile mutare ex existentibus legibus antiquis, scilicet ad alteras leges nouas, facere est debilem legis virtutem, quod valde damnosum est ciuitati.

l. Deinde cum dicit, Adhuc autem si mutandæ, &c. infert vterius multas adhuc esse quæstiones de tali mutatione, dicens: Adhuc autem si mutandæ, supple, sunt leges, quæretur scilicet utrum omnes, & in omni politia, supple, sunt mutandæ vel non, & utrum à quocumque sunt mutandæ, quærendum est. Hæc enim habent magnam differentiam: propter quod nunc quidem dimittamus hanc considerationem: aliorum enim est temporum: in Pandecta enim, ubi tractatur de politia, quæ est legis positia, habet hoc determinari. Et sic finitur pars, quæ est de politia secundum operationes Philosophorum, Socratis scilicet, Platonis, Phalææ, Phidonis, & Hippodami.

CAPVT VII.

De Lacedæmoniorum republica quantum ad feruos, mulieres & possessiones.

DE ea autem quæ Lacedæmoniorum politia, fere autem de aliis politiis, duæ sunt considerationes. Vna quidem, si quid bene vel non bene ad virtutis ordinem lege statuum est. Altera autem, si quid ad modum & ad suppositionem contrariæ propositæ ipsis politiæ.

b. Quod quidem igitur oportet futuræ bene politicæ viuere necessarium existere scholam, confessum est. Quo autem modo existere, non facile accipere. Thessalorum enim inopes molesti fuerunt multoties Thessalis. Similiter autem Laconibus ferui, quasi enim insidiantes in infertuniis perseuerant, circa Cretenses autem nihil vnquam tale accidit. Causa autem forte vicinas ciuitates, quamuis pugnantibus adiuicem, neque vnam esse compugnantem distantibus propter non expedire, etiam ipsis possidentibus

D. Alb. Mag. Politic.

CAPVT VII.

DE Lacedæmoniorum autem Republica & Cretensium, fere autem & de aliis, duo sunt consideranda. Vnum, si quid recte, vel non recte ad optimam constitutionem in illis sit ordinatum. Aliud, si quid ad suppositionem & modum subcontrariæ sibi propositæ Reipub.

Quod igitur necessarium est in bene constituenda Reipub. necessarium adesse facultatem, omnes fatentur: sed quemadmodum id futurum sit, non facile est comprehendere: nam & Penestia Thessalorum, multoties in ipsos Thessalos insurrexerunt. Et Iloies Lacedæmoniorum in casibus eorum aduersis nunquam insidiari destiterunt, verum apud Cretenses nihil adhuc tale accidit. Causa forsitan est, quia vicine ciuitates, quamuis inuicem bellum gerant, tamen earum nulla rebelles recipit, quoniam id non conducit, quando & ipsa Periacos habent. At Lacedæmoniorum

I 2 prædia

prædia circa domos. Laconibus autem vicini inimici omnes erant Argij, & Messenij, & Arcades, quoniam & Thessalis à principio discedebant propter bellare. Adhuc cum Achaicis vicinis, & Perebiis, & Magnesibus: videtur autem & si nihil alterum, sed quod curæ quidem operosum esse, quo oporteat ad ipsos colloqui modo. Remissi quidem iniuriantur & æqualibus dignificant seipos dominis, & male ferendo viuentes, insidiantur & odium. Palam igitur, quod non ex inuenientibus optimum modum quibus hoc accidit circa feruitutem.

c Adhuc autem ad mulieres remissio & ad electionem politiæ nociua, & ad felicitatem ciuitatis: quemadmodum enim domus pars vir & mulier, palam quia & ciuitatem prope ei quod est, in duo diuidi oportet putare, ut ad viro- rum multitudinem & mulierum. Itaque in quibuscunq; politiis prauè habet quod circa mulieres, medium ciuitatis oportet putare esse inordinatum lege.

d Quod quidem ibi accidit, totam enim ciuitatem legislator esse volens perseveratiuam secundum viros talis est. In mulieribus autem neglexit. Viuunt enim voluptuose ad omnem in- temperantiam & delitiose.

e Itaque necessarium in tali politiâ honorari diuitias. Aliterque & si existant à mulieribus continentes, quemadmodum multa militarium & bellico- rum generum, vel etiam si quidem alteri honorauerunt cum qui ad masculos coitum: videtur enim qui fabulose loquutus est primus, non irrationabiliter coniunxisse Martem ad Venerem, aut enim ad eam quæ masculorum col- locutionem, aut ad eam quæ mulierum videntur inhiantes omnes tales: propter quod apud Lacones exitit, & multa dispensabantur à mulieribus in prin- cipatu ipsorum, quamuis quid differt mulieres principari, aut principes sub mulieribus regi? Idem enim accidit: virili enim existente audacia ad nihil circularium nisi ad bellum, maxime no- ciuæ etiam ad hoc quæ Laconum erât. Ostenderunt autem in eo qui Thebeo- rum congressu, viles quidem enim ni- hil erant, quemadmodum in aliis ciui- tatibus. Tumultum autem exhibebant plusquam inimici.

f A principio quidem igitur videtur accidisse Laconibus rationabiliter mu-

luitimi, omnes inimici erant, Argini, Mes- seni, & Arcades, nam & Thessalis ab in- itio rebellarunt, dum cum finitimis Achaicis, & cum Perrhabis, & Magnesibus gererent bellum. Videtur autem & si nihil aliud, attamen hoc ipsum esse perdifficile, quemadmodum cum eis sit conuersandum, nam si remisse erga illos te geras, superbiunt illi quidem ac se pares dominantibus exti- mant: sin aspere tractentur, insidiantur atque odio habent. Patet igitur non reperi- re optimum modum eos quibus ista contin- gunt, circa subiectos.

Præterea lenitas in mulieres, & ad pro- positum Reipublicæ nocet, & ad directio- nem ciuitatis: ut enim domus partes sunt vir & uxor, ita & ciuitatem bifariam di- uidi censendum est, in viro- rum multitudi- nem, ac mulierum. Quocirca in quacum- que Repub. male prouisum est circa mu- lieres, in ea putandum est mediocritatem ci- uitatis esse neglectam.

Quod ibi contingit, volens enim legis- lator totam ciuitatem esse duram, ac labo- rum patientem. In viris quidem id fecisse constat, in mulieribus autem non fecisse, viuunt enim molliter, ac in omnem licen- tiam dissolute.

Itaque necessarium in tali Repub. diui- tias haberi in pretio: præsertim cum viri sint mulieribus obnoxij, quod accidit om- nibus ferme militaribus, bellicis: si que gen- tibus, præterquam Celticis, aut si qui aliq- coitum masculorum palam receperunt. Vi- detur autem qui primus fabulatus est, non irrationabiliter, Venerem Marti coniun- xisse, quoniam omnes huiusmodi homines prouisi sunt ad venerem, illisque obnoxij: itaque apud Lacedæmonios hoc fuit, mul- taque in eorum principatu à mulieribus administrabantur. At enim quid refert, utrum mulieres ipse gubernent, an eos qui gubernant, à mulieribus gubernari? Ita enim accidit. Cumque insolentia ad nul- lum obsequium utilis sit, nisi forte ad bel- lum, maxime nociua etiam ad hoc ipsum Laconum mulieres erant. Patefecerunt hoc in Thebanorum aduentu, non enim magis viles præstiterunt se, quam aliarum ciui- tatum mulieres, & turbam inferebant magis quam hostes.

Ab initio igitur irrationabiliter cōtigisse Lacedæmonios videtur in mulieres indul- lierum

lierum remissio, extra domum enim propter militias peregrinabantur mul- to tempore, pugnant ad Argos bel- lum; & rursum ad Arcades & Messe- nios, vocantes autem se exhibebant legislatori præparatos factos propter militarem vitam, multas enim habet partes virtutis. Mulieres autem aiunt quidem conatum fuisse Lycurgum du- cere ad leges, ut autem resistebant, dis- cedere rursum. Causæ quidem igitur sunt hæc factorum quia palam, quia & huius peccati, sed nos hoc non consi- deramus cui oporteat veniam habere aut non habere, sed de eo quod recte aut non recte. Quæ autem circa mulie- res habentia non bene sicut dictum est, & prius, non solum indecentiam quan- dam facere politiæ ipsius secundum se, sed addere aliquid ad amorem pec- unia.

g Post ea enim quæ nunc dicta sunt, eos qui circa irregularitatem possessio- nis increpabit utique aliquis, iis qui- dem enim ipsorum accidit possidere multam valde substantiam, iis autem omnino modicam, propter quod qui- dem ad paucos venit ad regio.

h Hoc autem etiam per leges ordina- tum est prauè, emere quidem enim aut vendere existentem fecit non bonum, rectè faciens, dare autem & derelin- quere potestatem dedit volentibus, quamuis idem accidere necessarium illo modo, & isto. Sunt autem mulie- rum fere omnes omnis regionis quin- que partium duæ hæredibus multis factis, & propter dotes dare magnas, quamuis melius nullam, aut modicam aut mensuratum institutum esse. Nunc autem licet date hæreditariam cui- que voluerit, & si moritur non dispo- nens quem utique derelinquat hære- dem. Iste cuiunque voluerit dat.

i Igitur cum possit regio mille equi- tes mittere & quingentos, & viros ad arma triginta millia, neque mille mul- titudine erant, factum est autem per opera ipsorum, manifestum, quia prauè ipsis habebant, quæ circa institutio- nem hanc, nullam enim plagam pertu- lit ciuitas, sed periit propter hominum paucitatem: dicunt autem, quod sub prioribus regibus deiciebant politiâ ut non fieri tunc hominum paucitas bel- lantibus multo tempore, & aiunt fuisse aliquando Spartiatis, & decem millia, autamen siue sint vera ista, siue non,

D. Alb. Mag. Politic.

gentia, cum per militiam multum domo abessent. Argium primo, mox Arcadibus & Messeniis bellum inferentes. Irrefra- gantes enim seipos legislatori præstabant, assuesfacti, propter militarem vitam. Mu- lieres autem fertur Lycurgus deducere co- natus ad leges, at ubi repugnabant, absti- nuisse. Causa igitur factorum hæc sunt, itaque & huius admisi. Sed nos non id consideremus, cui venia danda sit, vel non danda, sed rectum, ne sit, vel non rectum. Quæ porro circa mulieres non bene se ha- bent, videntur, ut diximus ante, non solum ipsa per se indecentiam quandam fa- cere in Reipub. sed impellere quoque ad ca- piditatem pecunia.

Post illa enim, quæ nunc dicta sunt, in- aequalitatem rerum possessorum quis repre- hendat: nam eorum quibusdam hoc eue- nit, ut magnam nimum opulentiam ha- berent, aliis verò, ut penitus exiguam. Quapropter ad paucos deueniunt agri.

Hoc autem ex eo accidit, quia male fue- rat lege prouisum, emere quidem aut ven- dere, quod habeas, fecit non honestum, re- ctè id quidem, sed donare, ac testamento relinquere concessit. Atque idem accidat necesse est, per hunc modum, & illum. Sunt enim mulierum fere ex quinque par- tibus totius regionis duæ, multis hæredi- bus institutis, & traditione dotium ma- gnarum. Atqui melius erat, aut nullam, aut paruam, aut mediocrem esse constitu- tam. Nunc autem licet donare ex testamen- to cuiunque, etiam si nullo instituto hære- de decesserit.

Ex quo factum est ut regio sufficiens mille & quingentos equites alere, pe- ditum vero xxx. millia, nec mille qui- dem totos habeat. Probauit autem res ipsa prauè apud illos in hac parte fuisse prouisum. Quoniam uno modo plaga sus- cepta, ciuitas ea corruit, nec ultra per- tulit ob hominum paucitatem. Aiunt etiam per tempora priorum regum, nonos homines per multos ciuitate donatos, ob numerum ciuium, qui bello diminuti fuerant, ad au- gendum, & aiunt fuisse quâdoque Sparcia- tas decem millia, attamen siue sint ista vé- ra, siue non sint, melius est per adæquationē

melius per possessionem regulatam replere viris ciuitatem.
k Contraria autem, quæ circa filiorum procuracionem lex ad hanc directionem. Volens enim legislator ut plures sint Spartiæ, prouocat ciues quod plures faciant pueros. Est autem ipsis lex, eum qui genuerit tres filios Aphuron esse, eum autem qui quatuor sine vestigali omnium, quamuis manifestum quod multis factis, regione autem sic diuisa, necessarium multos fieri pauperes.

CAPVT VII.

Hic incipit determinare de Politis in principalibus ciuitatibus obseruatis, quæ sunt secunda pars huius libri. Et habet duas partes. In prima enim determinat politias in ciuitatibus obseruatas. In secunda politias eorum qui vixerunt vita solitaria, scilicet in ultimo cap. ibi, *Eorum autem quæ pronouentur, &c.* Prior harum diuiditur in tres secundum tres ciuitates. In prima enim determinat de politia Lacedæmoniorum. In secunda de politia Cretenfium, ibi, *Cretenfium quidem autem politia, &c.* In tertia de politia Calcedonorum, ibi, *Politiarum autem videntur, &c.* Prima pars diuiditur in tres. Primò enim ponit politiam Lacedæmoniorum, secundò disputat in contrarium, ibi, *Itaque in quibuscumque, &c.* Tertio ostendit cui principatui similis est, vtrum scilicet monarchiæ, vel aristocratiæ, vel democratiæ, ibi, *At verò & quæ circa Ephoriam, &c.* Circa primum tria facit. Primo ostendit qualis sit politia Lacedæmoniorum: secundò in quo conueniat & differat ab aliis, ibi, *Theffalorum enim inopes, &c.* Tertio quod inconueniens accidit in ea, ibi, *Circa Cretenfes autem, &c.* Circa primum duo facit, secundum duas consideraciones quæ sunt in ea. Primo ostendit quid bene aut non bene habeat ad virtutis ordinem. Secundò quid bene aut non bene habeat ad modum & suppositionem contrariæ politia, ibi, *Altera autem si quid ad suppositionem, &c.* Dicit ergo primo: De ea autem quæ Lacedæmoniorum politia, supple, est, ferè autem & de aliis politis, scilicet in aliis ciuitatibus obseruatis, duæ sunt consideraciones, in communi scilicet, vna quidem, supple, consideratio est, si quid bene aut non bene ad virtutis ordinem lege statutum est. Cuius ratio est: quia sicut vult Plato in politia sua, licet lex virtutem coactiuam habeat ad malos, tamen tota legislatoris intentio, est beatos facere ciues, quod sine virtutis actu fieri non potest: felicitas enim, ut dicitur in primo Ethic. est proprij & connaturalis habitus operatio non impedita. Altera, supple, consideratio est, si quid ad suppositionem, quam scilicet proponunt legislatores efficere per legem, & modum contrariæ propositionis ipsius politia, supple, statutum est & ordinatum. Et huius ratio est: quia omnis sapiens

possessionum replere hominibus ciuitatem.

Contraria etiam quodammodo est huic provisioni lex illa circa prolem. Volens enim legislator quam plurimos fore Sparciatas, inducit ciues ad multitudinem procreandam. Est enim illis lex, qui tres genuerit filios, eum esse immunem à custodia, qui vero quatuor, immunem esse ab omnibus. At qui patet, quod si multi gignantur, regione sic distributa, necessarium est multos fieri pauperes.

legislator supponit aliquid in ciuitate per legem suam ordinari, & contrarium suæ intentionis euacuare à ciuitate: & si hæc secundum effectum inueniantur in lege, lex conuenienter posita est: si autem non, lex erit reprehensibilis: & propter hoc dicitur in Timæo Platonis, quod Critias dixit de maximo virtutis & famosissimo titulo quem gessit hæc ciuitas, & dicit ibi commentator, quod hæc ciuitas Sayrica nuncupatur, & sicut ibidem dicitur, hæc ciuitas tota zelabat virtutem, & pacem, & scientiam, & ciues ordinare ad legis iustitiam & beatitudinem.

b Deinde cum dicit, Quod quidem igitur oportet, &c. ostendit qualiter politia conuenienter ordinetur: & dicit, Quod quidem igitur, supple, ad talem politiam ordinandam, oportet futuræ scilicet politia ordinandæ bene politicè viuere necessarium, id est, ministeriorum seruorum, mulierum & aliorum subseruientium, qui necessarii sunt in ciuitate, existere scholam, id est, disciplinam quandam, qua erudiantur ad politicam vitam, confessum est, supple, ab omnibus & notum. Quia nisi erudiantur ad politicam vitam, turbabunt ciuitatem. Quo autem modo existere, supple, oportet illam scholam, non facile est accipere: & hoc ideo est: quia diuersorum, supple, ministrantium tantum in politica communicatione diuersi sunt mores & officia, quæ vna vel simili lege ordinari non possunt. Deinde cum dicit, *Theffalorum enim, &c.* ostendit in quo politia Lacedæmoniorum conueniat & differat ab aliis, & ostendit esse necessarium, quod talis schola sit per contrarium, dicens, *Theffalorum enim, id est, Theffalonicensium inopes, id est, populares, molesti fuerunt multoties Theffalis.* Et huius causa fuit: quia popularibus disciplina non erat proposita, & ideo reputabant se opprimi à maioribus: & aliquando propter hoc maiores vel occidebant vel eiiciebant, sicut etiam nunc sæpius factum est, & hoc factum non fuisset si scholæ disciplinæ repressus fuisset populus. Et de hoc inducit aliud exemplum, ibi, *Similiter autem Laconibus, id est, Lacedæmonibus serui, supple, populares, sæpe molesti fuerunt.* Et subdit rationem, ibi, *Quasi enim insidiantes in infortunijs perseuerant, id est, populares siue inopes vel serui Lacedæmoniorum scholam disciplinæ non habentes, reputantes se opprimi à magnatibus, semper perse-*

perseuerant insidiantes si aliquid infortunium accidat magnatibus, & additi inimici eorum expellant eos de ciuitate. Deinde cum dicit, *Circa Cretenfes autem, &c.* ostendit quibus tale inconueniens non accidit, ex schola scilicet quam dederunt popularibus, & dicit, *Circa Cretenfes autem nihil tale vnquam accidit, scilicet propter contrariam politiam Cretenfium & Lacedæmoniorum.* Et subdit causam, ibi, *Causa autem fortè vicinas ciuitates, quamuis pugnantes adiuuicem, pro terminis scilicet territoriorum, pro quibus sæpe litigant vicinæ ciuitates: sicut etiam hoc tempore Episcopi pro terminis episcopatum: neque vnquam esse compugnantes distantibus, supple, Cretenfibus.* Cuius causa est: quia Creta insula est, nec habet ciuitates vicinas cum quibus litiget de terminis: & ideo populares eorum non inueniunt quibus addantur ad molestationem magnatum. Et ponit ad hoc antiquum dictum, ibi, *Propter non expedire, etiam ipsis possidentibus, terras scilicet, prædia circa domos, supple, habere: quia vicini eorum desiderantes eadem prædia, litigabant cum eis: & si addantur eis ministri eorum, efficiuntur: propter quod Cretenfibus expediebat vicina sibi prædia non habere.* Naturale est enim omni animali, ut dicit Arist. in lib. de animalibus pugnare pro cibo, domo, & pullis: & ideo vna avis pugnat cum alia, propter vicinitatem nidi. Sic etiam vna ciuitas cum vicina ciuitate pro terminis, quos prope se habet: quod si non habeat, remanebit cum pace. Et hæc fuit quidem in Crera causa pacis. Deinde cum dicit, *Laconibus autem, &c.* ostendit per oppositum, quod causa dissidij in aliis fuit vicinitas, dicens: *Laconibus autem, id est, Lacedæmonibus vicini, inimici omnes erant. Et enumerat eos, scilicet Argij, & Messenij, & Arcades: Argia enim & Messenia ciuitates erant Arcadiæ. Et vltia addit de aliis ciuitatibus, ibi, Quoniam & à Theffalis, id est, Theffalonicensibus à principio, fundationis scilicet istarum ciuitatum discedebant propter bellare, id est, ne propter vicinitatem cogerentur bellare cum eis: & est simile ei quod dicitur Gen. 14. de Abraham & Loth: Ne sit quæso iurgium inter me & te, & pastores meos & pastores tuos, fratres enim sumus: recede à me obsecro. Nota historiam. Deinde cum dicit, *Adhuc cum Achaicis, &c.* quia dixerat difficile esse accipere modum, quo teneantur ministri ne insurgant, ideo modum illum inuestigat, dicens: *Adhuc cum Achaicis vicinis & Perthæbis & Magnesibus pugnant, supple, propter eandem causam: & tanto malo occurrendum est per legem. Et hoc est. Videtur autem etsi nihil alterum, supple, eueniat, sed quod curæ quidem, id est, ad curam operosum esse, id est, vile, quo oportet ad ipsos colloqui modo, scilicet seruos & subministrantes, ut scilicet per disciplinam coerceantur. Remissi quidem enim, id est, si magnates remissi sint ad seruos colloquentes eis sicut amicis, & non sicut subditis, efficiuntur proterui, iuxta illud Prouerb. 78. Qui delicatè nutrit seruum, sentiet eum contumacem. Et hoc est. Iniuriatur & æqualibus dignificant se ipsos dominis, iuxta illud Prouerb. 38. Seruus verbis non potest eru-**

diri: quia quod dicitur, intelligit, & respondere contemnit. Et idcirco, supple, operosum est, quod talis disciplina imponatur, quod insurgere non possint nec addi inimicis. Et quia serui aliquando durius tenentur quam expedit, addit. Et male ferendo, id est, passionibus affecti, scilicet serui verberati & afflicti viuentes sub dominis, insidiantur & odiunt: & propter hoc si accidat infortunium dominis, adduntur inimicis. Ex hoc concludit. Palam igitur, quod non ex inuenientibus, supple, Lacedæmonum legislatores optimum modum quibus hoc accidit, scilicet vilis iniuria, circa seruitutem: si enim inuenissent optimum modum disciplinæ, non accidisset eis talis iniuria.

c Deinde cum dicit, *Adhuc autem ad mulieres, &c.* postquam reprehendit disciplinam quam habebant ad seruos Lacedæmones, reprehendit eam quam habebant ad mulieres, dicens: *Adhuc autem ad mulieres remissio & ad electionem. Alia translatio ad voluntatem, permittere scilicet viuere mulieres, politia noxia, supple, est, & ad ciuitatis felicitatem. Et subdit rationem, ibi, Quemadmodum enim pars domus (sicut dictum est in primo lib.) vir & mulier, palam quia ciuitatem prope ei, id est, domui. Alia tamen translatio habet sic: Prope ei quod est sine diuisione esse, id est, sine schismate. In duo diuidi oportet putare: & hoc neglexit Lacedæmonius legislator. Et hanc diuisionem oportet fieri, ut ad virorum multitudinem, supple, fiat & mulierum. Deinde cum dicit, *Itaque in quibuscumque, &c.* disputat contra politiam Lacedæmonum, & ostendit qualiter erat quantum ad aliqua, inordinata, dicens: *Itaque in quibuscumque politis, ciuitatum scilicet, si prauè habet quod circa mulieres, per disciplinam, supple, est ordinatum, medium ciuitatis oportet putare esse inordinatum lege, prauè enim ordinatum, inordinatum est. Dicit enim Boëtius, quod omnis ordo in ratione boni determinatur.**

d Et hoc probat, scilicet quod aliquid erat inordinatum in politia Lacedæmonum, ibi, *Quod quidem ibi accidit, in Lacedæmonia scilicet. Totam enim ciuitatem legislator perseuerantiam esse volens, in bono scilicet, secundum viros quidem talis est, scilicet ordinatius disciplina: in mulieribus autem neglexit, scilicet per disciplinam omittere. Et hoc probat, ibi, Viuunt enim voluptuosè, in Lacedæmonia, supple, mulieres, ad omnem intemperantiam, & delicias, epulis scilicet vacantes & dissolutionibus.*

e Et ex hoc concludit, hoc nociuum esse communicationi politicæ, ibi, *Itaque necessarium in tali politia honorari diuitias, scilicet à viris: quia aliter non sufficerent mulieribus ad deliciosam vitam. Et quia posset aliquis dicere, quod etiam dixit Theophrastus, quod philosophiæ & militaribus intendenti non expedit ducere uxorem, ostendit quod etiam hoc expedit politia, ibi, Et si existant, aliqui legislatores qui dixerunt, supple, à mulieribus continentes debere esse, supple, viros, quemadmodum multa militarium & bellicorum generum, sicut dixerunt Plato & Theophrastus, scilicet milites debere se continere à mulieribus. Et assi-*

CAPVT VIII.

De Lacedæmoniorum republica quæ ad principes, populum & bellatores.

AT vero quæ circa Ephoriam, praeue se habent, principatus enim dominus quidam maximorum ipsi est: fiunt autem ex populo omnes, ut & multoties incidant homines valde pauperes in locum principum, qui propter penuriam venales erant: ostenderunt autem multoties & prius, & nunc autem in Andriis, corrupti enim argento quidam, quantum in ipsis totam ciuitatem perdiderunt, & propter principatum esse valde magnum & æquityrannicum, regere populum se ipsos cogebant reges, ut & sic simul lædatur politia.

b Democratia autem ex Aristocratia accidebat: continet quidem igitur politiam principatus hic, quiescet enim populus, eò quod participet maximo principatu, itaque siue propter legislatorem, siue propter fortunam hoc euenit, vtiliter habet rebus. Oportet enim politiam saluandam omnes velle partes ciuitatis esse, & permanere has. Reges quidem igitur propter ipsis honorem sic habent, boni autem propter senatum: præmium enim principatus iste virtutis est, populus autem propter Ephoriam: constituitur enim ex omnibus. Sed eligibile oportebat principatum esse hunc ex omnibus quidem, non autem isto modo qui nunc, puerilis enim est valde. Adhuc autem & iudiciorum magnorum sunt domini existentes quicumque, propter quod quidem non propria sententia melius iudicare, sed secundum literas & leges. Est autem & diæta Ephorum non consona voluntati ciuitatis, hæc quidem enim remissa valde, in aliis autem magis accedit ad durum, ut non possint perseuerare, sed latenter legem transgredientes fruuntur corporalibus delectationibus.

c Habent autem & quæ circa seniorum principatum, non bene ipsis. Placidis enim existentibus & eruditis sufficienter ad andragathiam, id est, ad virilem bonitatem, forsitan vtiq; dicet aliquis expedire ciuitati: quamuis per vitam dominos esse iudiciorum magnorum formidabile sit: est enim quemadmodum & corporis & mentis senectus. Modo autem isto eruditus, ut legislator ipse diffidat, ut non bonis viris

CAPVT VIII.

AT enim & quæ circa Ephoros constituta sunt, praeue se habent, hic enim magistratus maximorum apud illos verum potestatem habet. Sumuntur autem ad eum ex plebe omnes, ut multoties contingat homines valde pauperes in hac potestate constitui, qui propter egestatem venales sunt. Ostenderunt id & saepe prius, & nunc in Andriis. Corrupti enim pecunia quidam, quantum in se fuit Rempub. emerterunt. Et propter eius magistratus nimiam potestatem, ac tyrannidi parem, reges ipsos populares fieri compulerunt, ut in hac quoque parte Respub. læderetur.

Popularis enim status ex optimate resultauit. Continet tamen Rempubli. magistratus iste, acquiescit enim plebs, ex eo quia maximi magistratus capax est. Ita, siue per legislatorem, siue per fortunam euenit hoc, vtiliter se habere. Oportet enim Rempubl. quæ duratura sit, velle, ut omnes ciuitatis partes consentiant, atque in statu suo permaneant. Reges ergo propter honorem suum ita se habebunt, præstantes autem viri propter senatum, nam ea dignitas virtutis est præmium. Plebs autem propter Ephoriam, nam constituitur ex omnibus. Sed oportebat hunc magistratum sumi quidem ex omnibus, non tamen per hunc modum, per quem nunc fit: est enim nimium puerile. Præterea & iudicandi de magnis rebus potestatem habent homines contingentes: itaque melius foret non secundum propriam mentem eos iudicare, sed secundum literas, & leges. Est autem Ephorum vita nequaquam conueniens proposito ciuitatis, nam Ephori quidem molliter viuunt. In cæteris autem tanta asperitas est vita, ut nequeant homines illam perferre, sed clam transgredientes legem, voluptatibus fruuntur.

Senatorum quoque potestas non recte apud illos constituta est. Nam quod sint viri boni ac sufficienter ad virtutem eruditi, dicet forsitan aliquis ciuitati conducere. Enimvero quod per omnem vitam magnis de rebus decernendi potestatem habeant, periculosum est. Est enim ut corporis, sic etiam & mentis senectus. Per hunc autem modum eruditus, ut legislator ipse diffidat, tamquam non bonis viris, nequaquam tutum. Videntur autem hi, qui in hac potestate

non

non securum. Videntur autem & velle videri datum & inutiliter tribuentes multa communium qui participes fuerunt principatus istius. Propter quod melius est ipsos non sine correctione esse, nunc autem sunt. Videbitur autem vtiq; Ephorum principatus omnes corrigere principatus. Hoc autem Ephoriarum magnam valde donum, & modo non hoc dicimus oportere dare correctiones.

d Adhuc autem & electionem quam faciunt seniorum secundum iudicium, est puerilis, & ipsum petere qui principatu dignificabitur, non recte habet. Oportet enim & volentem, & non volentem principari qui dignus est principatu. Nunc autem quid & circa aliam politiam legislator videtur faciens, amatorem enim honoris constituens ciues hic vsus est ad electionem senum. Nullus enim vtiq; principatu quæret non amator honoris existens, quamuis iniustitiarum voluntariarum plurima quidem accidant fere propter amorem honoris, & amorem pecuniarum hominibus.

e De regno autem siquidem melius existere ciuitatibus, aut non melius, alius sit sermo: sed etsi melius, non sicut nunc, sed per ipsius vitam vnumquemque iudicare Regum. Quod autem legislator neque ipse putat posse facere optimos, manifestum: diffidit enim ut non existentibus sufficienter bonis viris, propter quod quidem emittebant simul legatos inimicos & salutem putabant ciuitati esse diffidere reges.

f Non bene autem neque circa conuiuia vocata lege statutum est ab eo qui instituit primum. Oportebat enim de communi magis esse synodum, quemadmodum in Creta: apud Lacedæmonias autem oportet ferre etiam valde pauperibus quibusdam existentibus, & hoc consumpto non potentium expendere: quare accidit contrarium legislatoris voluntati, vult quidem enim Democraticum esse præparationem conuiuiorum: sit autem minime Democraticum sic lege statutum: participare quidem enim non facile valde pauperibus. Determinatio autem politiarum ista est ipsis patria, non potentem hoc tributum ferre non participare ipsa.

g Eam autem quæ circa nauigij

state constituti sunt, largiendi, gratificandi que permultam facultatem habere. Quapropter melius erat eos rationi reddenda subiectos esse, nunc autem non sunt. Videtur autem Ephorum magistratus omnes alios magistratus corrigere. In hoc autem nimium certe illis permissum, & non per hunc modum dicimus rationem reddere oportere.

Insuper creatio ipsa senatorum, quam per suffragia faciunt, perleuis est, ac ipsum petere qui eligendus sit, non recte se habet: oportet enim & volentem & non volentem ad magistratum assumere, si dignus sit eo magistratu. Nunc autem idem facere in hoc videtur legislator, quod in alia Rep. Ambitiosos enim faciens ciues, illis virtutem ad senatorum delectum. Nemo enim magistratum petet, nisi honoris sit affectator, atque pleraque eorum quæ homines iniuste faciunt, per ambitionem & auaritiam committuntur.

De regia vero potestate, utrum melius sit eam in ciuitatibus existere, necne, alia foret disputatio: attamen melius, non ut nunc quidem, sed pro vita cuiusque regis iudicare. Quod autem ne ipse quidem legislator credit se facere bonos & honestos, manifestum est: diffidit enim quasi non sint ad sufficientiam boni viri. Itaque legatos simul mittebant inimicos, ac salutem ciuitatis esse putabant seditiones regum.

Non bene etiam circa comestationes: quæ illi Phiditia nominant, constitutum est ab initio: oportebat enim magis ex publico esse conuentum, quemadmodum in Creta, sed apud Lacedæmonios unusquisque conferre habet, etsi sint quidam longe pauperissimi, qui huius sumptum nequeant conferre. Ex quo fit, ut legislatori contra eueniat, quam ipse voluerit. Voluit enim ciuitatem popularem facere per comestationes, sed contra accidit, cum sit non facile pauperibus comestationum esse participes. More enim maiorum sic apud eos diffinitur, ut qui comestationum participes esse nequeant, is ad Reipub. gubernationem non admittatur.

Legem vero, quæ est circa præfectos classis, principes

principes legem & alteri quidem increpauerunt rectè increpantes: seditionis enim fit causa, sub regibus enim existentibus militaribus temporibus nauarchia ferè alterum regnum.

b Et autem suppositionem legislatoris increpabit utique aliquis, quod quidem & Plato in legibus increpuit, ad partem enim virtutis omnis ordinatio legum est, scilicet & bellicam: hæc enim utilis ad dominari: igitur saluabantur quidem bellantes, peribant autem principantes propter nescire vacare, neque ad virtutem exercitari nulla exercitatione, altera principaliori quam bellica: hoc autem peccatum non modicum, putant enim fieri bona, quæ circa res bellicas per virtutem, magis quam per malitiam, & hoc quidem bene: quod tamen hæc meliora virtute suspicantur, non bene.

i Praue autem habet & circa communes pecunias Spartiatis, neque enim in communi ciuitatis est nihil, bella magna coactis præliari, inferuntque male: eò enim quod Spartiarum est plurima terra, non requirunt ab inuicem illationes: accidit autem contrarium legislatori quam expediebat. Ciuitatem quidem enim fecit sine pecuniis, idiotas autem amatores pecuniarum. De Lacedæmoniorum quidem igitur politia intantum dictum sit: hæc enim sunt, quæ maximè utique quis increpabit.

C A P V T VIII.

a Postquam Aristot. reprehendit leges Lacedæmoniorum de seruis, mulieribus, diuisione terrarum, & procreatione filiorum, hic reprehendit eas de institutione principatum. Et diuiditur in tres partes. In prima reprehendit institutionem Ephorum, & ostendit eam non esse consonam voluntati ciuitatis. In secunda ostendit talem electionem esse puerilem, ibi, *Adhuc autem electionem quam faciunt*, &c. In tertia reprehendit institutionem quam faciunt de regno, ibi, *De regno autem siquidem*, &c. Circa primum duo facit. Primum ostendit malam esse institutionem Ephorum, eò quod corrupta est & facile corruptibilis. Secundò ostendit, quòd contraria est voluntati ciuitatis, ibi, *Est autem & diæta Ephorum*, &c. Circa primum duo facit. Primum ostendit malam esse Ephoriam eo modo quo obseruabatur à Lacedæmoniis, licet vtilis esset secundum se. Secundò in comparatione eius laudat democratiam, ibi, *Democratia enim ex aristocratia*, &c. Dicit ergo primò: At verò & quæ circa Ephoriam, id est,

Et alij quidem improbarunt. Rectè quidem: est enim seditionis causa, nam cum reges sint belli duces, præfectura illa perpetua, ferè alterum est imperium.

Et sic suppositioni legislatoris succenseri potest, quod & Plato in legibus suis censuit. Ad partem enim virtutis tota ordinatio illarum legum contendit, scilicet bellicam. Hæc autem utilis ad victoriam consequendam: itaque salui erant bellum gerentes, peribant vero rerum potiti, quoniam nec ocium agere, nec quicquam aliud exercere sciebant præstabilius, quam rem militarem. Illud quoque erratum non sane minus, quod putant bona illa quæ ad bellum pertinent, ex virtute magis, quam ex vitio fieri, & in hoc quidem rectè, sed quod hæc potiora, quam virtutem ipsam putant, in hoc non rectè.

Male etiam circa pecunias publicas constitutum apud illos est, quia neque in publicos habent quicquam, & magna bella gerere coacti, pecunias agre conferunt, nam quia Spartiarum est plurimum agri, non examinant inuicem collationes, & euenit legislatori contra quam commodum est, publice inopiam, priuatiu avaritiam inducere. De Lacedæmoniorum igitur Repub. hæcenus dictum sit, nam hæc sunt, quæ maxime quis reprehendat.

institutionem procuratorum, qui procurabant publica negotia, sicut iudices & huiusmodi, prauè se habent. Et ponit rationem, ibi, Principatus enim proprius per se magnatorum ipsis est: quia magnates diuites & nobiles, non habent causam quare corrumpant iudicium vel ciuilitatem. Illi enim dederant, vt ex communi populo tales eligerentur: & hoc erat prauum. Et hoc est. Fiunt autem ex populo omnes, scilicet secundum leges Lacedæmoniorum, vt &, id est, etiam multoties incidant homines valde pauperes in locum principum, scilicet Ephorum, qui utique propter paupertatem, vel penuriam, secundum aliam translationem, venales erunt. Ostenderunt autem multoties & prius, scilicet multis propter paupertatem, & nunc autem, scilicet in ciuitate Lacedæmonum in atriis vel in andriis secundum aliam translationem, id est, in priuatis habitationibus, supple, sæpè ostendunt. Et ostendit modum, ibi, Corrupti enim argento, in priuato, supple, quidam, quantum in ipsis, fuit, supple, totam ciuitatem perdididerunt, nisi fortè proditum fuisset & ab aliis obuiatum. Et propter hoc principatum esse valde magnum, supple, Ephorium principatum

principatū & æquityrannicum, id est, æquabitur principatui tyrannico: quia etiam tyranni subici ipsi cogebantur & reges. Erant enim in ciuitate quasi principes, sine quorum consilio nihil potuit fieri, neque per regem, neque per tyrannos, qui propugnatores erant ciuitatis: vt & sic lædatur politia: quia potestate ad eos deuoluta, omnes alij opprimuntur.

b Deinde cum dicit, Democratia enim ex aristocratia, &c. in comparatione illius, scilicet Ephoriam, laudat democratiam, & incipit hic secunda pars primæ partis, & dicit. Democratia enim quæ est principatus populi, siue diuitum, ex aristocratia accidebat: aristocratica autem, sicut in antè habitis dictum est, principatus est virtuosorum, & accidebat ex aristocratia democratia: quia quando virtuosus non inueniebantur, eligebantur diuites loco ipsorum. Et ostendit vtilitatem illius principatus, subdens. Continet quidem igitur politiam principatus hic, democraticus scilicet. Et ostendit quomodo, Quiescit enim populus, scilicet sub democratico principatu: eò quod participet maximo principatu, id est, communissimo, democratico scilicet: itaque sine per legislatorem, qui scilicet hoc instituit, siue propter fortunam, quæ scilicet ad hoc prouexit, secundum eos qui fatum ponunt, hoc euenit. Alia translatio habet, Accidit vtiliter, rebus, id est, vtili est communitati ciuitatis. Et ostendit quomodo, ibi, Oportet enim politiam saluandam omnes velle partes ciuitatis esse, scilicet quod in ciuitate sint omnes politia, regnum scilicet, aristocratia, & democratia. Habitum est enim in præcedentibus, in disputatione contra Socratem, meliorem esse politiam compositam ex omnibus, & permanere has. Reges quidem igitur propter ipsius honorem sic se habent, vt scilicet reges sint calicagathi, id est, virtuosus, supple, debent permanere propter gerisiam. Et dicitur gerisiam à getos quod est gratum, hic autem ponitur pro honorabilitate: quia honor est præmium virtutis, vt dicitur in primo Ethic. propter quod etiam hic addit: Præmium enim, principatus iste, virtutis est: propter quod etiam in 8. Ethic. dicitur aristocratia, hoc est, principatus virtutis. Populus autem, supple, quiescit à seditione, propter Ephoriam, id est, quia assumitur ad procurationes publicorum negotiorum, & sic aliquo modo participant principatum, & sic tota ciuitas quiescit, quando quilibet participat principatu sibi debito. Vnde Tirus Linius scribit in gestis Romanorum, quòd Scipio dixit ad Domitianum qui insertus erat senatoribus: Consentias me esse Senatorem, & ego consentio te esse principem: & cum noller, à senatu iussus est Domitianus interfici, & præceptum, vt nomen infaustum è lignis & lapidibus eraderetur, iuxta illud Prouerb. decimo, Memoria iusti cum laudibus, nomen autem impiorum patrescet. Quare autem populus quiescit participando istum principatum, subdit rationem, ibi, Constituitur enim ex omnibus, scilicet Ephoricus principatus. Sed eligibile oportebat principatum esse hunc ex omnibus quidem, id est, quia ex omnibus tales eligebantur: non autem isto modo, supple, oportebat eos eligi, quoniam nunc, supple, eligunt, Lacedæmones scilicet

D. Alb. Mag. Politic.

ex pauperibus. Et subdit, quare: Puerilis enim est valde, supple, talis electio. Deinde cum dicit, Adhuc autem & iudiciorum, &c. adhuc assignat aliam rationem dicens. Adhuc & iudiciorum magnum sunt domini existentes: quia sententiæ non dabantur nisi secundum dicta eorum: & hoc fuit periculosum: quia facile erant corruptibiles, quicumque sic eligebantur de populo: & quia erant facile corruptibiles, ex hoc concludit. Propter quod quidem non propria sententia melius iudicare, supple, est, hoc est, non dictata sententia à quolibet Ephoro, sed secundum literas & leges, id est, secundum scriptas leges melius est iudicare. Et hoc est etiam lex domini Deuter. 6. In iudicio non acquiescas plurimorum sententiæ, vt à veritate denies. Deinde cum dicit, Est autem & diæta Ephorum, &c. arguit principatum Lacedæmoniorum, eò quod erat contrarius voluntati ciuitatis: & quia apud eos erat triplex principatus, idè hæc pars habet tres partes. Primum enim arguit malam institutionem Ephorum. Secundo quia etiam seniores eligebant pro consulibus, modum electionis illorum arguit, ibi, *Adhuc autem & electionem*, &c. Tertio quia habebant regnum & regem, modum illius reprehendit, ibi, *De regno autem siquidem melius*, &c. De Ephoris autem dicit, quod diæta Ephorum non consona fuit voluntati ciuitatis, eò quod erat nimis delicata & magnarum expensarum plusquam ciuitas posset sustinere. Et hoc est quod dicit. Hæc quidem remissa valde est. Ephori enim sibi indulgentes ordinabant magnas & sumptuosas diætas & expensas. In aliis autem qui etiam intendebant communitati & reipub. magis excedit ad durum: illis enim ordinabant durissimas diætas & paruarum expensarum, vt non possent perseuerare, sed laenter legem transgredientes fruuntur corporalibus delectationibus: & hoc erat iniquum sibi magnas & aliis paruas constituere expensas, qui equaliter communitati ciuitatis intendebant.

c Deinde cum dicit, Habent autem & quæ circa, &c. ponit aliam rationem dicens. Habent autem & quæ circa seniorum principatum, non bene ipsis. Eligebant enim seniores qui per totam vitam principarentur in consulari & essent proconsoles: & hoc dicit non esse tutum nec bonum. Primum tamen ponit rationem: quia id bene fieri videtur, ibi, Epiichis enim, id est, superiustis: dicit enim commentator super 5. Ethicor. quod Epiiches, est *Επιεικής*, superiustus, ab *επι* quod est supra, & *εικός* quod est iustus: & sunt illi qui sciunt quando lex tenenda & soluenda est: eò quod quandoque melius & vtilius sit ciuitati legem tenere, quandoque soluere. Dicit ergo, quòd talibus senioribus constitutis, Epiichis sic existentibus & eruditis sufficienter ad andragathiam, id est, ad virilem bonitatem, forsitan utique dicit aliquis expedire, quamuis ciuitati per vitam dominos esse, scilicet quia melius sciunt regere, quam aliqui noui experti (& hoc etiam mouit Lacedæmones ad constitutionem talis legis) iudiciorum magnum formidabile, sit, supple, per vitam dominos esse. Et de hoc ponit rationem ex parte senectutis, ibi, Sic enim est quemadmodum & corporis & mentis senectus, senescente enim corpore, necesse est & virtu-

K tem

tem debilitari in corpore existentem, ita quod Arist. in lib. de memoria & reminiscencia dicit, quod memoria senum est sicut ruinosa ædificiorum: & cum non permaueant in eruditione, sed corrumpantur per senectutem, formidabile est eis principatum ad vitam committere. Vnde etiam in multis terris Reges & Principes cedunt propter senectutem, eò quod deliri efficiuntur. Modo autem isto eruditus, supple, ad virilem bonitatem, & per senium mutatis tantum, vt & legislator ipse dissidat, vt non bonis viris, ad regimen scilicet, non securum, supple, est principatum committere ad vitam. Et ad hoc inducit aliam rationem, ibi, Videtur autem & velle videri, Ephori scilicet, datini esse & inutiliter tribuentes multa communium: & quando sciunt se non posse deponi à principatu, tunc largiuntur suis, quod communitati non expedit, qui participes fuerunt principatus istius, ad gissimè tribuant vitam scilicet durantis. Ex his concludit subdens. Propter quod melius est ipsos non sine correctione esse, scilicet quod deponi possint si ciuitati inueniatur inutiles. Alia translatio habet: Propter quod melius est ipsos non aneuinos esse, id est, sine correctione: nunc autem sunt sine correctione: quia scilicet principantur ad vitam. Deinde cum dicit, Videbitur autem vtiq; inducit iterum ad hoc tertiam rationem, dicens: Videbitur autem vtiq; Ephorum principatus omnes corrigere principatus, scilicet in ciuitate existentes, sicut aristocratiam, democratiam, & regimen. Ephori enim procuratores sunt communitatis, & ad ipsos pertinet cognoscere & dirigere principatus omnes. Et ex hoc inferit. Hoc autem, scilicet in Lacedæmonia, Ephoriæ magnum valde donum (intransitua constructio) id est, donum Ephoriæ valde magnum est, nec oportet dari nisi valde idoneis. Et hoc est. Et modo non hoc dicimus oportere dare correctiones. Alia translatio: Et modo non eodè dicimus dari directiones oportere, id est, dicimus, quod non oportet eodè modo dari directiones, id est, principatus alios dirigentes, sed valde circumspecto modo, vt scilicet sciatur cui & quāto tēpore & ad quid detur: quia aliter potest accidere inconueniens.

d. Deinde cum dicit, Adhuc autem & electionem, &c. arguit electionem seniorum non esse bonam, dicens: Adhuc autem electionem quam faciunt seniorum secundum iudicium, rationis scilicet, est puerilis. Et hoc idè fuit: quia non eligeant idoneum, sed volentem & ambientem principatum: & hoc dicit esse reprehensibile. Et hoc est. Et ipsam petere, scilicet Ephoriam eum, qui principatu dignificabitur, per ambitionem scilicet, non recte habet, iuxta illud Bern. ad Eugenium: Sit tibi suspectus omnis pro quo aliquis rogat: qui autem pro seipso petit, iam condemnatus est: ambitiosus est enim. Sequitur, Oportet enim & volentem & non volentem principari qui dignus est principatu. Deinde inducit ad hoc aliam rationem, ibi, Nunc autem quod & circa aliam politiam. Alia translatio: Contra aliam politiam. Politiam vocat communicationem ciuium bonam, & illa est, quod ciues non sint ambitiosi. Et quomodo legislator faciat contra illam, subdit. Amatores enim honoris constituens ciues, per hoc scilicet quod vident se posse adi-

pisci dignitates per propriam procuracionem, hic vsus est, modo scilicet ad electionem senum, scilicet quod posset quisque se promouere. Et quomodo fiat, subdit. Nullus enim vtiq; principari quæret non amator honoris existens, id est, non ambitiosus, quamuis iniustitiarum voluntariarum plurima accidant ferè propter amorem honoris & pecuniarum hominibus: corrupti enim ambitione & auaritia multa iniusta faciunt hominibus: propter quod dicitur 2. Mac. 5. quod Iason & Simon crescebant in malitia propter auaritia eorum, qui in principatu erant constituti.

e. De regno autem siquidem non melius est, &c. Hic reprehendit institutionem Lacedæmoniorum de regno: & hoc per tria, secundum quæ diuiditur hæc pars in tres partes. In quarum prima reprehendit, quod communes expensæ, quæ fiebant in festis & demonstrationibus, fiebant per contributionem pauperum parum habentium & non de communi. In secunda reprehendit in principatu nauali, qui fuit causa dissensionis, ibi, *Eam autem quæ circa nauigij, &c.* In tertia reprehendit, quod politiam non referebant ad debitam & perfectam virtutem, ibi, *Et hanc suppositionem legislatoris, &c.* In prima harum tria facit. Primum enim ostendit, quod quæstionem illam, qua quæritur, vtrum regnum vtilius sit ciuitatibus habere, vel non habere, differt disputandam in alium locum, scilicet in tertium librum. Secundò quod est bonum & vtile sit regnum ciuitatibus, ostendit quod non eo modo quo Lacedæmonij habebant regnum, ibi, *Sed etsi melius, &c.* Tertiò reprehendit expensas quæ fiebant in festis & demonstrationibus, sicut dictum est, ibi, *Non bene autem neque circa conuiuia, &c.* Dicit ergo primò: De regno autem siquidem melius est existere ciuitatibus, aut non melius, alius sit sermo, in 3. lib. scilicet: & hoc est primum primæ partis. Secundò, ibi, *Sed etsi melius, &c.* ostendit, quod non erat bonum habere regnum sicut habebant Lacedæmonij, dicens: Sed etsi melius, supple, sit habere regnum, non sicut nunc, est, supple, in Lacedæmonia. Et causa est: quia in Lacedæmonia sæpè instituebantur & deponbantur Reges, & non regnabant ad vitam, & ex hoc vilescibat apud subiectos potestas Regis, & non potuit ciues perfectè bonos facere. Et hoc est quod subdit: Sed, supple, melius est, per ipsius, scilicet Regis, vitam vnumquemque iudicare Regum. Et rationem, quæ dicta est, subdit, quod scilicet aliter ciues non potest bonos facere, ibi, *Quod autem legislator neque ipse putat posse facere calocagathos, id est, perfectè bonos, manifestum: calos enim bonum est in Græco, & agathos etiam bonum: & dicit Aristoteles in libello quodam de perfectò bono, quod in Græco bonum siue calocagathos, dicitur de perfectè bono. Et quod non possit, ostendit per id quod consuetum est apud Lacedæmonios, ibi, Dissidit enim, supple, de ciuib; suis, vt non existentibus sufficienrer bonis viris. De quibus, supple, sit plenè confidendum. Et hoc ostendit à signo, ibi, Propter quod quidem emittent simul legatos inimicos: & intendit dicere, quod quando pro negotiis publicis mittebant legatos ad diuersas terras & regna, non mittebant vnum nec duos amicos qui concordarent in legatione, sed inimicos: vt si vnus in lega-*

tione

tionem aliquid contra ciuitatem attentaret, alter ex inimicis renouaret: de nullo enim confidebant. Et addit aliud signum, ibi, Et salutem putabant ciuitatis esse dissidere reges. Ex hoc enim dicebant, quod si aliquid statutum esset ab vno rege nocivum ciuitati, ab alio ei dissidente renouaretur. Ex quo patet, quod de nullo vel sufficienter bono confidebant.

f. Tertio, ibi, Non bene autem, &c. reprehendit expensas quæ fiebant in festis & demonstrationibus dicens, Non bene autem neque circa conuiuia vocata Phiditia, id est, amabilia, à philos quod est amor: quia in amorem & fauorem populi instituta sunt, & fiebant in festis & institutionibus principum, & in demonstrationibus eorum qui fecerant pro communitate, quibus imagines statuebantur & laudes & acclamaciones, lege statutum est ab eo qui instituit primum. Et ostendit quomodo non bene, ibi, Oportebat enim, scilicet si bene statutum esset, communi, scilicet expensæ, magis esse synodum. Alia translatio habet, de communi, & illa melior est. Et vocat synodum congregationem populi ad epulationes in festo vel demonstratione: quia sicut dicit Arist. in quarto Ethic. cap. de magnificentia, quando tota ciuitas festat, magnifici est, profusione expensarum omnes excedere. Quemadmodum in Creta, vbi talia fiebant de communibus bonis, & non per contributionem singulorum. Sed apud Lacedæmonas oportet ferre, etiam valde pauperibus quibusdam existentibus, & hoc consumptio, supple, est, non potentium expendere, & tamen de ipsa paupertate oportet dare contributionem. Quare accidit contrarium legislatoris voluntati, scilicet qui instituit conuiuia. Et ostendit voluntatem legislatoris, dicens. Vult quidem enim democraticum esse, id est, in fauorem populi præparationem conuiuioꝝ: sit autem minimè democraticum sic lege statutum, quia contra populum est dare tantam contributionem, eò quod multi præ paupertate non possunt soluere. Et quia posset aliquis dicere, quod hoc non esset magnum damnum populo, ostendit quod sit, ibi, Participare quidem enim non facile valde pauperibus, ista scilicet lege obseruata: quia non possunt soluere; & sic nunquam possunt participare democraticum principatum: & hoc facit dissensionem in populo. Et hoc ostendit subdens. Determinatio autem politia ista est ipsa patria, id est, per totam patriam non potentem hoc tributum ferre, non participare ipsa, scilicet politia & democratico principatu: & sic dissensio erit in populo, vno participante, alio non.

g. Deinde cum dicit, Eam autem quæ circa nauigij, &c. prosequitur reprehensionem naualis principatus, dicens. Eam autem quæ circa nauigij principes legem & alteri quidem, scilicet Plato, increparunt, rectè increpantes. Et subdit causam, ibi, Seditioꝝ enim sit causa. Et ostendit in quo: Sub regibus enim existentibus militariibus sempiternis nauarchia ferè alterum regnum constituit, id est, si rex sit ad vitam in ciuitate, cuius potestas extenditur super totam ciuitatem, & principatur princeps nauigij qui nauali bello pugnat pro ciuitate, erunt duo regna in ciuitate: & sic diuidentur in se inuicem, & sic ciuitas desolabitur, sicut dicitur in Euangelio: Omne

D. Albert. Mag. Politic.

regnum in se diuisum desolabitur.

h. Deinde cum dicit, Et autem suppositionem legislatoris, &c. reprehendit, quia politiam non referebant ad debitam & perfectam virtutem, dicens. Et autem suppositionem legislatoris, Lacedæmoniorum scilicet, increpabit vtiq; aliquis. Et subdit propter quid, & in quo. Quod quidem & Plato in legibus increpuit, id est, in politicis suis: ad partem enim virtutis omnis ordinatio legum est, scilicet Lacedæmoniorum. Et quæ sit illa pars virtutis, subdit, scilicet bellicam. Et vocat partem virtutis militarem fortitudinem, quæ non est nisi secundum quid dicta fortitudo: sicut enim ipse dicit in 3. Ethic. vera fortitudo ciuilis est: Ciues enim gratia boni publici exponunt se periculis, & non cedunt, neque fugiunt superexhorecentibus periculis: est enim mors eis, tali salute eligentior. Milites autem confidentes in exercitio militari, superexhorecentibus periculis, proiectis armis, turpiter fugiunt: & idè veram fortitudinem non habent, sed secundum quid, quam hic vocat partem virtutis. Quare autem ordinauerint leges ad illam, subdit. Hæc enim utilis ad dominari, quæ tamen dominatio tyrannica est. Et concludit inconueniens quod sequitur, ibi, Igitur per virtutem, scilicet bellicam, saluabatur quidem bellantes, scilicet repellendo contraria: petibant autem principantes. Et subdit quomodo: Propter necesse vacare, neque ad virtutè exercitari nulla exercitatione altera principali quàm bellica (altera negatio superfluit) hoc autem peccatum non modicum. Et subdit rationem, ibi, Putant enim fieri bona, quæ circa res bellicas; supple, sunt per virtutem, fortitudinis scilicet, magis quam per malitiam, id est, inertiam timiditatis. Et hoc quidem bene (laudat eos in hoc) quod tamen hæc, scilicet bellica, meliora virtute suspicantur, non bene, supple, putant: exercitium enim ad virtutem, melius est quam bellicum, & maxime ad principalem virtutem, sicut est iustitia & temperantia.

h. Deinde cum dicit, Praue autem habet, &c. ponit reprehensionem expensarum circa militiam dicens. Praue autem habet & circa communes pecunias Spartiatis, id est, Lacedæmonii. Et ostendit in quo, ibi, Neque enim in communi ciuitatis est nihil, bella magna coactis præliari, quia malè inferunt, scilicet bella aliis. Eo enim quod Spartiatarum, id est, Lacedæmoniorum est plurima terra (dictum est enim in præcedentibus, quod latissima habent territoria, & propter hoc bellant cum omnibus) & idè non requirunt ab inuicem Lacedæmones, illaciones, id est, administrationes quæ bella faciunt, sed potius exercitium iustitiæ ad faciendum iudicia. Deinde cum dicit, Accidit autem contrarium, &c. ponit tertiam rationem reprehensionis dicens, Accidit autem contrarium legislatori quam expediebat ciuitatem quidem enim fecit sine pecuniis, scilicet ad expensas militum: idiotas autem, id est, plebeios & ignobiles amatores pecuniarum, supple, fecit: videntes enim, quod pecuniis adipisci poterant principatum bellicum, amabant eas & vnde quaque conquirebant etiam per rapinam. Et subdit epilogum, ibi, De Lacedæmoniorum quidem igitur politia intantum dictum sit: hæc enim sunt, quæ maximè vtiq; quis increpabit.

K 2 CAPVT

CAPVT IX.

De Cretensium re publica.

Cretensium quidem autem politia proxima quidem est huic, habet autem modica quidem non deterius, plurimum autem minus.

b Plane etenim videtur, & dicitur quidem in plurimis imitari Creticam politiam, quæ ad Lacedæmoniorum. Plurima autem antiquorum minus dearticulata sunt iunioribus. Aiunt enim Lycurgum cum procurationem Charillæ regis derelinquens peregrinatus est, plurimo tempore conuersatum esse circa Cretam propter cognationem. Domestici enim Cretenses Lacedæmonibus erant. Susceperunt autem qui ad familiaritatem venerant, institutionem legum existentem in tunc habitantibus: prupter quod & nunc incolæ eodem modo vtuntur ipsis, vt instituit Minos primus ordinem legum.

c Videtur autem insula & ad principatum Græcorum apta esse, & poni bene, toti enim supponitur mari fere, Græcis collocatis circa mare omnibus. Distat quidem enim à Pelopis insula modicum versus Asiam, ab eo autem loco qui circa Triopium & à Rhodo, propter quod & maris principatum obtinuit Minos, & insulas has quidem subegit, has autem habitari fecit, finaliter autem appositus Siciliæ vitam consummauit ibi circa Camerinam.

d Habet autem proportionaliter Cretensium institutio ad Lacedæmonicam. Agriculturæ enim opus faciunt, iis quidem serui, Cretensibus autem incolæ: & conuiuia apud ambos sunt, & antiquitus vocabant Lacedæmones non Phiditia, sed Andria, quemadmodum Cretenses: ex quo & manifestum, quia inde venit. Adhuc autem politix ordo. Ephori quidem enim habent eandem potentiam, iis qui in Creta vocantur Cosmi: veruntamen Ephori quidem quinque numero, Cosmi autem decem sunt. Seniores autem, senioribus quos vocant Cretenses consilium, æquales. Regimen autem primo quidem fuit, deinde dissoluerunt Cretenses, & ducatum Cosmi eum qui ad bellum habent. Ecclesia autem participant omnes, dominatio autem nullius est nisi sententiandi ea quæ videntur senioribus & Cosmis.

e Quod quidem igitur conuiuiorum

CAPVT IX.

Cretensium vero Respubl. huic finitima est, habet autem quadam non deterius, sed plurima minus nitide.

Videtur autem & fertur Lacedæmoniorum Respubl. in pluribus imitata Cretensem. Vetus autem pleraque rudiora sunt nouis. Ferunt enim Lycurgum post dimissam Charilli regis tutelam, cum longo tempore peregrinaretur, in Creta plurimum fuisse diuersatum, propter cognationem: erant enim Lycij Lacedæmoniorum coloni, susceperant autem hi, qui in eam coloniam venerant instituta legum, tunc in antiquis habitatoribus obtinentia. Quapropter & nunc Periaci eodem modo illis legibus vtuntur, quomodo eas Minos constituit primus.

Videtur autem hæc insula ad principatum Græcia esse nata ac præclare sita, cuncto namque imminet mari, cum fere Græci omnes circum mare sint positi: abest enim hinc modicum à Peloponneso, illic vero ab Asia circa Triopium & Rhodum. Quare imperium maris obtinuit Minos, ac & insularum alias subegit, alias vero dudum incultas habitari fecit. Tandem Siciliam aggressus, circa Camerinam defunctus est.

Habet autem conuenientiam Cretica institutio cum Laconica. Agriculturam exercent apud hos quidem Ilota, apud illos vero Periaci. Et comessationes sunt apud utrosque. Et antiquitus nuncupabant Lacedæmonij has non Phiditia, sed Andria, quemadmodum Cretes: ex quo palam est illas inde prouenisse. Insuper autem & Reipub. institutio. Ephori namque eandem vim habent, quam in Creta hi qui Cosmi appellantur, nisi quod Ephori quinque sunt, Cosmi autem decem. Senatores autem pares sunt Senatoribus quos vocant Cretes Consilium. Regia autem potestas fuit primo apud Cretas, postea illam sustulerunt, imperio in bello ad Cosmos translato. Concio autem omnibus communis est, sed aliam nullam habet auctoritatem, quam ea comprobandi, quæ à Senatoribus & Cosmis fuerint ante decreta.

Quæ igitur de comessationibus constituantur

habent

habent, melius Cretensibus, quam Lacedæmonibus. In Lacedæmonia quidem enim secundum caput vnusquisque infert constitutum, si autem non, participare lex prohibet politia quemadmodum dictum est & prius. In Creta autem communis, ab omnibus enim natis fructibus, aut pecoribus ex publicis & oblationibus, quas ferunt incolæ, constituta est pars, hæc quidem ad Deos & communia sacrificia, hæc autem ad conuiuia, vt & de communi nutriantur omnes & mulieres & pueri. Ad modicum autem cibum, vt proficuum multa philosophatus est legislator, & ad disiungationem mulierum vt non multos pueros faciant, eam quæ ad masculos facit collocationem, de qua si prauè aut non prauè, alias erit considerandi tempus. Quod autem quæ circa conuiuia, melius ordinata sunt Cretensibus quam Lacedæmonibus, manifestum.

f Quæ autem circa Cosmos, adhuc deterius quam quæ Ephorum principatus existit & iis: fiunt enim quicunque. Quod autem ibi expedit ad politiam, hic non est: ibi quidem enim propter electionem ex omnibus esse participans populus maximi principatus vult manere politiam, hic autem non ex omnibus eligunt Cosmos, sed ex quibusdam senibus, & senes ex quibusdam qui fuerunt Cosmi.

g De quibus eisdem vtique dicit aliquis sermones, & de iis, quæ in Lacedæmonia fiunt: quod enim sine correctione, & quod per vitam, maior senectus est dignitate ipsis, & non secundum literas principari, sed Autognomonas, infecurum.

h Quiescere autem non principantem populum, nullum signum eius, quod est ordinatam esse bene, neque enim sumptionis aliquid Cosmis sicut Ephoris: longe enim peregrinantur in insula differentium.

i Quam autem faciunt peccati huius medicinam, inconueniens, & non politica, sed oppressiua. Multotiens enim eiiciunt conuenientes quidam Cosmos, aut comprincipantium ipsorum, aut idiorum, licet autem & intermedie Cosmis abnegare principatum. Hæc vtique omnia melius fieri secundum legem, quam secundum hominum voluntatem, non enim securus canon.

D. Alb. Mag. Politic.

tuta sunt, melius apud Cretas, quam apud Lacedæmonios se habent: nam apud Lacedæmonios vnusquisque certum quid in singula capita taxatum soluit, quod nisi faciat, à rep. repellitur, vt prius diximus. At in Creta communis est, ex cunctis enim qua à terra proueniunt, vel armentis ex publicis, & his que afferunt Periaci diuisio fit, vt pars vna ad Deorum cultum & ad publica onera, pars ad comessationes deputetur, ac ita ex publico educari omnes, & mulieres, & pueros, & viros. Ad temperantiam autem cibi, quasi vtilis sit, multa legislator philosophatus est, & de mulierum diuortii, ne superfluam pariant multitudinem, prospexit, alio introducto vsu, quod vtrum prauè, vel non prauè constitutum sit, aliud erit considerandi tempus. Sed quod circa comessationes melius prouisum sit apud Cretas quam apud Lacedæmonios, manifestum est.

At circa Cosmos deterius quam circa Ephoros, quod enim mali habet Ephorum magistratus, idem est & in illis, sumuntur enim quibus. Sed quod in his prodest Reip. illic non est. Nam hic quia ex omnibus assumptio est, particeps populus amplissimi magistratus vult manere Reip. illic autem non ex omnibus sumuntur Cosmi, sed ex quibusdam familiis, & senatores ex his, qui Cosmi iam fuerunt.

De quibus idem dici potest, quod de his, qui apud Lacedæmonios fiunt, nam esse liberum magistratum atque perpetuum, maius est munus quam dignitas eorum mereatur, & non secundum legem scriptam indicare, sed secundum quod sibi videtur, periculosum est.

Quiescere autem plebem non participantem, nullum signum est bene constitutæ ciuitatis, nec quicquam susceptionis est Cosmis, quemadmodum Ephoris, abeuntque per insulam longe à contententibus.

Medicina vero, quam huic delicto adhibent, ridicula est, nec ciuilibus, sed tyrannicis. Sæpenumero enim aut collega illorum, aut priuati homines insurgentes, per seditionem Cosmos expellunt, licet etiam Cosmis seipos magistratu abdicare. Enim uero hæc omnia præstabat lege fieri quam pro hominum voluntate, non enim securus est regula.

K 3

k Causam

k Causam autem pessimam id, quod Acoſmiæ, quam conſtituunt frequenter, cum non ſententias velint dare potentum. Aut & palam, quod habet aliquid politiæ inſtitutio, ſed non politia eſt, ſed potentatus magis: conſueverunt autem aſſumentes populum & amicos Monarchiam facere, & ſeditiones mouere, & pugnare adinuicem: equidem quid differt, quod tale, aut quod poſt quoddam tempus, non iam ciuitatem eſſe talem, ſed ſolum politicam communionem: eſt autem periculofa valde ſic habens ciuitas, volentibus inuadere & potentibus, ſed quemadmodum dictum eſt, ſaluatur propter locum, ab expulſione enim quod longe facit: propter quod & incolarum manet Cretenſibus: miniſtri autem recedunt frequenter, neque enim extrinſeco principatu participant Cretenſes, nuperque bellum peregrinum tranſiit ad inſulam, quod fecit manifeſtam infirmitatem earum, quæ ibi legum. De hac quidem igitur politia tantum nobis dictum ſit.

CAPVT IX.

a IN iſto capitulo determinat Ariſtot. de politia Cretenſium, & diuiditur in tres partes, in quarum prima oſtendit qualiter Lacedæmoniorum politia orta eſt à politia Cretenſium. In ſecunda oſtendit in quibus conuenit cum illa, ibi, *Habet autem proportionaliter Cretenſium*, &c. In tertia in quibus eſt reprehendiſſibilis, ibi, *Quæ autem circa Coſmos*, &c. Circa primum duo facit. Primum oſtendit à quibus orta eſt politia Cretenſium. Secundò aptitudinem inſulæ ad principandum, ibi, *Videtur autem inſula & ad principandum*, &c. Dicit ergo primum: Cretenſium autem politia proxima quidem eſt huic, ſcilicet origine & conuenientia. Habet autem modica quidem, ſupple, propria, non deterius, ſed melius quam Lacedæmonica, plurimum autem minus planè, ſupple, tradita.

b Et oſtendit quomodo proxima, ibi, Etenim videtur, & dicitur quidem in plurimis imitari Creticam politiam, quæ Lacedæmoniorum. Et hoc idè eſt: quia Lacedæmoniorum politia proceſſit à Cretica. Et ponit rationem qualiter minus planè tradita, ibi, Plurima autem antiquorum, id eſt, tradita ab antiquis, minus benè dearticulata ſunt, id eſt, diſtincta & expreſſa ſunt iunioribus. Et huius cauſa eſt: quia quæ communiter tradita ſunt ab antiquis, nouis emergentibus caſibus, à iunioribus diſtincta & magis expreſſa ſunt. Et propter hoc etiam in iure veteri multa abrogantur per nouum. Et ſubdit oſtendendo qualiter Lacedæmonica politia proceſſit à Cretica, & ſupponit hoc ex communi fama, ibi, *Aiunt enim, ſcilicet hiſtoriæ,*

Omnium vero deterrimum eſt potentiorum deturbatio, quam ſape concitant, cum ſententias dare nolunt. Per quam manifeſtum eſt habere eam inſtitutionem aliquid Reip. ſed non eſſe Rempub. at potentatum magis. Conſueverunt autem concitata plebe & amicis, ad vnus arbitrium rem deferre, ſeditioneſque & prelia inter ſe miſcere. At vero id, quid differt ab eo, quod tandem ea ciuitas non ſit diſſoluta civili ſocietate? Eſt autem periculofus hic Reipubl. ſtatus, ſi qui velint poſſintque inuadere, ſed vt ſupra diximus, ſeruat propter locum, quia omnes aduenas excludit. Itaque Periaci manent Cretenſibus. Verum Ilores perſepe à Lacedæmonius defecere. Non enim erat in Creta potentia vlla externa, ſed nuperrime bellum peregrinum irrupit in eam inſulam, quod patefecit imbecillitatem legum ſuarum. De hac igitur Republica hac dixiſſe ſufficiat.

Lycurgum vel Lygurgum cum procurationem Charilla Regis derelinquens peregrinatus eſt. Hiſtoria eſt hæc, quod Charilla Rex fuit Lacedæmoniorum & procurationem regni ſub ipſo habuit Lycurgus vel Lygurgus, qui propter accuſationes, quibus accuſabatur apud Charillam, fugiens dereliquit procurationem & peregrinatus eſt à Lacedæmonia. Et addit plurimo tempore conuerſatum eſſe circa Cretam propter cognationem, ſcilicet quia inde oriundus fuit. Et ſubdit quare illuc fugit. Domestici enim Cretenſes Lacedæmonibus erant. Et ſubiungit, quod cum ſic ſuſceptus eſſet propter cognationem à Cretenſibus, ibidem formam politiæ & legum accepit, & cum rediret in Lacedæmoniam, eandem formam ibi tradidit. Et hoc eſt. Suſceperunt autem qui ad familiaritatem venerant, ſcilicet Lycurgus & ſui in Cretam. Alia tranſlatio ſic habet: Domestici enim Cretenſes Lacedæmonibus erant. Suſceperunt autem qui ad cohabitationem venerant, inſtitutionem legum exiſtentem tunc in habitantibus, ſcilicet Cretam: propter quod nunc incolæ, Lacedæmonia ſcilicet, qui de Creta, eodem modo vtuntur ipſis, ſcilicet legibus. Quot enim de Creta nati fuerunt, incolæ fuerunt in Lacedæmonia, alienam terram colentes: agricolæ enim fuerunt in Creta, incolæ autem in Lacedæmonia, iuxta illud: *Acicola quæ ſua ſunt colit, incola quæ ſua non ſunt.* Deinde ponit actorem illarum legum ſubdens: *Vt inſtituit Minos primus ordinem legum, cuius filius Crebatha fugiens nouerca, quæ Semiramis vocabatur, eundem ordinem legum inſtituit in ciuitate Cretenſi, quæ modo Crebathis vocatur, quam ædificauit & ſecundum ſuum*

ſuum nomen Crebathim vocauit, vt ibi ſe defenderet à nouerca, quæ poſtea à tribus viris, Agritio, Eucharis, & Valerio, qui eam ad finem conuerterunt, Crebathis dicta eſt.

c Deinde cum dicit, *Videtur autem inſula, &c.* deſcribit inſulam Cretam, oſtendens quam apta ſit Græcis ad principandum, dicens. *Videtur autem inſula & ad principatum Græcorum apta eſſe, & poni bene.* Et huius dat rationem. Toti enim ſupponitur mari, Græciæ ſcilicet: & hoc ferè Græcis collocatis circa mate omnibus. Et oſtendit qualiter, ibi, *Diſtat enim à Pelopis inſula modicum veſtus Aſiam, quæ eſt pars Græciæ, vbi eſt ciuitas Ephelus, ab eo autem loco qui eſt circa Triopium, ſcilicet aliam inſulam Græciæ, & à Rhodo inſula, in qua Ptolemæus obſeruationem fecit aſtrorum, vt ipſe dicit in Almageſto: propter quod & maris principatum obtinuit Minos, qui Rex fuit in Creta.* Et ſubdit quomodo, ibi, *Et inſulas has quidem ſubegit, ſcilicet bello, has autem habitari fecit, ſcilicet populando eas: qui rediens ad cultum, finaliter autem, idem ſcilicet Minos Rex appoſitus Sicilia, quæ ſupra mare eſt & contra Rhodum, vitam conſummavit ibi circa Camerinam. Alia tranſlatio habet, Camiron: Et eſt nomen ciuitatis vbi mortuus eſt Minos rex Cretenſis.*

d Deinde cum dicit, *Habet autem proportionaliter, &c.* oſtendit in quibus ſpecialiter conuenit Cretenſis cum Lacedæmonica politia, & ponit tria: duo in quibus conueniebant, primum in agricultura, ſecundum in electione conſulum, ibi, *Adhuc autem politia ordo, &c.* tertium differentia in celebritate conuiuiorum, ibi, *Quod quidem igitur conuiuiorum, &c.* Dicit ergo primo. Habet autem proportionaliter Cretenſium inſtitutio ad Lacedæmonicam, ſupple, inſtitutionem. Agricultura enim opus faciunt, ſupple, & iſta, & illa. Et ponit differentiam non magnā, ibi, *His quidem enim ſerui, ſcilicet Lacedæmonibus, vt faciant agriculturam, Cretenſibus autem incolæ, id eſt, ruſticani, qui colunt terras eorum pro pretio.* Et ponit adhuc aliam conuenientiam in conuiuiis, ibi, *Et conuiuium apud ambos ſunt quæ, ſicut in antè habitis dictum eſt, ſiebant in demonſtrationibus eorum qui forriter fecerant pro Repub. & in feſtis Deorum: & ponit in hoc etiam paruam differentiam, ibi, *Et antiquitus vocabant Lacedæmones, ſupple, conuiuium non Phiditia, ſed Andria, ab andros, quod eſt vir: quia virilitates eorum, qui pro Repub. fecerant, ibi celebrabantur: quemadmodum Cretenſes, ſupple, adhuc vocant andria.* Et ex hoc concludit tanquam ex ſigno ſubdens. *Ex quo & manifeſtum, quia inde venit, ſcilicet politia Lacedæmonica à Cretenſi.* Deinde cum dicit, *Adhuc autem politiæ ordo, &c.* oſtendit conuenientiam electionis eorum qui ordinauerunt rempub. in Creta & Lacedæmonia, & dicit, *Adhuc autem politiæ ordo, ſupple, conuenit cum ordine Cretenſium.* Et oſtendit quomodo, ibi, *Ephori quidem enim, id eſt, procuratores in Lacedæmonia eandem habent potentiam iis qui in Creta vocantur Coſmi: in Græco autem Coſmos idem eſt quod ornatus. Et quia ſapientes quibus committitur ordinatio reipub.**

ornatus ſunt ciuitatis, idè ab ornatu nomen acceperunt, & Coſmos appellati ſunt. Et ponit adhuc differentiam paruam ſicut & prius fecit in conuiuiis, ibi, *Veruntamen Ephori quidem, in Lacedæmonia ſcilicet, ſunt quinque numero, Coſmi autem, in Creta ſcilicet, decem ſunt.* Et ſubiungit aliam conuenientiam, ibi, *Seniores autem, canitie ſcilicet mentis, non corporis, ſenioribus, ſunt ſcilicet, æquales, quos vocant Cretenſes, Boulin, id eſt, conſilium: dicit enim Dama, quoddam bouliſis eſt voluntas conſiliaria, à qua illos boulin dicunt.* In vtraque enim, ſcilicet in Creta & Lacedæmonia eligebantur quidam, qui præſent conſilio communi. Et adiungit vterius aliam conuenientiam, ibi, *Regnum autem primum quidem fuit, ſupple, in Creta, deinde diſſoluerunt Cretenſes, regnum ſcilicet, ne vnus ſolus haberet poteſtatem: hoc enim videbatur eis periculofum: ed quod citius corrumpitur quam multi.* Et hoc eſt quod ſequitur. Et ducatum Coſmi eum qui ad bellum habent, ſcilicet loco regni: Coſmi enim elegerunt duces exercitus & ordinauerunt militiam, vt hoſtibus reſtiterent, & ex tunc ducatum habuerunt loco regni. Et adhuc dat conuenientiam aliam, ibi, *Eccleſia autem participant omnes, id eſt, conuocatione generali: hoc enim ſiebat & in Lacedæmonia & in Creta in conuocatione totius multitudinis. Dominatio autem nullius eſt, ſupple, Eccleſia, niſi conſentendi (ſicut adhuc eſt in ciuitatibus Lombardiæ, vbi propoſita ſententia populo, conſilium nihil facit niſi populus acclamet ſic, ſic ſit) ea quæ videntur ſenioribus & Coſmis.*

e Deinde cum dicit, *Quæ quidem igitur conuiuiorum, &c.* poſitis iſtis conuenientis oſtendit differentiam eorum in celebratione conuiuiorum, faciendo comparationem eorum ad inuicem: & primum agit de conuiuiis Lacedæmoniorum dicens. *Quod quidem igitur conuiuiorum ſtatutum eſt, ſupple, ſe habet melius Cretenſibus quam quod Lacedæmonibus, ſcilicet ſtatutum eſt.* Et oſtendit in quo, ibi, *In Lacedæmonia quidem enim ſecundum caput vnusquisque inſert, ſive pauper, ſive diues, conſtitutum, id eſt, conſtitutum contributionem.* Et ſicut dixit ſuprà, hoc eſt pauperibus valde oneroſum, & facit ciues amatores pecuniæ, vt ſcilicet habeant vnde poſſint contribuere, & ſic venire ad poteſtatem Ephorum, ad quam aliter venire non poſſunt. Et hoc eſt. Si autem non, ſupple, contribuunt, participare lex prohibet politia, quemadmodum dictum eſt & prius, ſcilicet in capitulo de politia Lacedæmonum Ephorum. Et quomodo ſe melius habeat lex Cretenſis ad conuiuium, oſtendit, ibi, *In Creta autem communius, ſupple, ſtatutum eſt de conuiuiis, ab omnibus enim natis fructibus & pecoribus ex publicis, hoc eſt, communibus, & oblationibus, quas ferunt incolæ, ſcilicet de terris quas colunt, conſtituta eſt pars, ſicut apud nos conſtituta ſunt decimæ, hæc quidem, ſcilicet pars, ad Deos, & communia ſacrificia (Alia tranſlatio, Et communes celebrationes) hæc autem ad conuiuium, celebranda ſcilicet: ita quod non oportet vnumquemque ſecundum caput offerre. Et*

tangit vsum illius constituti, ibi, Vt & de communi nutriantur omnes, in conuiujs scilicet, & mulieres, & pueri, & viri. Deinde cum dicit, Ad modicum autem cibum, supple, sumendum vt proficuum, naturæ scilicet, multa philosophatus est legislator, scilicet rationes dans quomodo proficuum & sanum sit modicum sumere, & parçè viuere. Et ad disungationem mulierum, scilicet quod viri non coniungantur mulieribus, multa philosophatus est, vt non multos pueros faciant, eam quæ ad masculos est fecit colloctionem: cum tamen hoc vitium sit contra naturam, contra rationem, contra morem, contra leges diuinas & humanas, vt probat Alanus in lib. de conquestione naturæ contra Sodomitas. Dicit etiam Auicenna, quod intensam delectationem natura ordinavit circa coitum mulierum: quia coitus est res diuina, quæ per generationem esse diuinum retinet, quod naturaliter ab omnibus desideratur. De qua, scilicet colloctione ad masculos, si prauè aut non prauè, supple, habet, alias erit considerandi tempus: hoc enim pertinet ad 7. Ethic. vbi de continentia & incontinentia agitur. Deinde facit comparationem quam paulò ante inceperat inter Cretenses & Lacedæmones, ibi, Quod autem quæ circa conuiuia, melius ordinata sunt Cretensibus quam Lacedæmonibus, manifestum est, supple, ex paulò antè dictis.

f Deinde cum dicit, Quæ autem circa Cosmos, &c. subdit reprehensionem istius politix: & est tertia pars principalis, & dicit, Quæ autem circa Cosmos, adhuc deterius, supple, ordinatio. Et ostendit in quo reprehensibilis est Cosmorum ordinatio plusquam Ephorum, ibi, Fiunt enim quicumque, id est, de communi populo Ephori. Et quia posset aliquis dicere, quod hoc expedit ad politiam, ostendit hoc non esse in Creta circa Cosmos, ibi, Quod autem ibi, id est, in Lacedæmonia expedit ad politiam, hic non est, scilicet in Creta. Et ostendit quomodo: Ibi quidem enim, in Lacedæmonia scilicet, propter electionem, Ephorum scilicet, ex omnibus esse, id est, ex communi populo, principans populus maximi principatus (quilibet enim potest eligi) vult manere politiam talem sicque non mouet seditionem, hic autem, scilicet in Creta non ex omnibus eligunt Cosmos, sed ex quibusdam senibus, quos paulò ante vocauit Boulin, id est, consiliarios, & senes, supple, eligunt, ex quibusdam qui fuerunt Cosmi, ante scilicet, & sic electio non potest ad populum peruenire, propter quod frequenter seditiones mouentur.

g De quibus, scilicet Cosmis, eosdem vtique dicit aliquis sermones, & de iis qui in Lacedæmonia fiunt: eadem enim inconuenientia sequuntur ad vtrumque. Et ostendit hoc, ibi, Quod enim sine correctione, est, supple, id est, quibus committitur potestas, ita quod populus non potest corrigere, non est securum. Alia translatio: Ingubernatum est. Et addit aliud inconueniens, ibi, Et quod per vitam senectus est maior dignitate ipsis. Alia translatio habet: Et per vitam maius senectus dignitatis ipsis. Sensus est, quod Cosmi qui ad vitam principantes eligebantur in Creta, maius periculum fuit, quam Ephori qui eligebantur adepta se-

nectute in Lacedæmonia. Et adiungit tertiam reprehensionem, ibi, Et non secundum literas principari, id est, scriptas leges, sed Autogmonas, id est, consentiantes, infecurum, id est, non est securum: quia lex peruerti non poterit, Cosmi autem peruerti possunt qui consentiantes sunt.

h Deinde excludit responsonem quæ posset fieri: posset enim dici, quod populus quiescit & silet sub tali politia: ergo bona est. Et respondet: Quiescere autem non partecipantem populum, nullum signum, supple, est, eius quod est ordinatum esse bene politiam. Et hoc idem est: Neque enim sumptionis aliquid Cosmi sicut Ephoris, longè enim peregrinantur in insula differentium. Alia translatio habet: Nihil enim manens Cosmis quemadmodum Ephoris: longè enim abeunt in insula corruptorū, id est, à corruptis qui corruptionem ingerunt: & est Græca constructio, genitiuus scilicet pro ablatiuo.

i Deinde cum dicit, Quam autem faciunt, &c. ostendit, quod inconueniens est medicina illius mali, quam quidam ponunt, dicens: Quam autem faciunt peccati huius medicinam, inconueniens & non politica, sed oppressiua siue tyrannica. Et quæ est illa dicit, ibi, Multoties enim eiiciunt conuenientes quidam, id est, conspirantes Cosmos, scilicet à Cosmica dignitate, aut comprincipantium ipsorum, scilicet quando aliquis Cosmicam habens dignitatem, conspirat contra alios, & eiicit eos: aut idiotarum, id est, popularium multos sibi aduocat, cum quibus conspirat & eiicit Cosmos de potestate, & hoc est tyrannicum. Et ponit adhuc aliam medicinam, ibi, Licet autem & intermedic, id est, tempore intermedio, scilicet ante mortem Cosmi abnegare principatum, cedendo scilicet. Et quia dixit, videtur esse medicina & finis iniuriæ, quam facit Cosmus, ex his omnibus accipit dicens. Et hæc omnia melius est fieri per legem. Et hoc est: Hæc vtique omnia melius est fieri secundum legem, quam secundum hominum voluntatem: non enim securus canon, id est, regula, vel lex, hominum voluntas. Quando enim crederetur velle cedere, forte nollet.

k Omnium autem pessimum Acofmiæ, ab a, quod est sine, & Cosmia, quod est violenta cessatio Cosmorum, quando scilicet cogebantur cedere: quam constituunt frequenter, conspirantes scilicet, cum non sententias velint dare potentum, id est, quando Cosmi, qui iudices sunt, nolunt dare sententias pro potentibus, & tunc conspirantes deiiciunt eos, & hoc vocatur Acofmiæ, id est, cessatio potentatus Cosmorum. Et hoc est. Aut & palam quod lex, hominum voluntas. Sed non politia est, verè scilicet, sed potentatus magis & oppressiuus & tyrannicus. Et subdit quod periculosum est hoc, ibi, Consueuerunt autem, supple, multi ambiciosi, assumentes populum & amicos, scilicet conspirantes cum eis, monarchiam facere, id est, principatum plurium scilicet quandoque ad vnum conuertere, & seditiones mouere, scilicet vt hoc possint facere, & pugnare adiuuicem: & hoc valde periculosum est ciuitati. Et quia posset aliquis dicere, quod hoc non statim fit,

fit, sed post magnum tempus, occurrit dicens. Equidem quid differt quod tale, aut quod post quoddam tempus, non iam ciuitatem esse talem, sed solum politicam communionem, supple, per talem conpirationem. Quasi dicat, Nihil differt: quia quod iam est in causa, post modicum erit in effectu. Et subdit ostendens esse periculum in hoc, ibi, Est autem valde periculosa sic habens ciuitas, volentibus inuadere & potentibus. Et huius causa est: quia ciuibus sic diffidentibus non vnanimiter occurreret hostibus, & sic patieretur periculum euerfionis. Et quia posset aliquis dicere, quod Creta hoc periculum non est passa, Respondet, ibi, Sed quemadmodum dictum est, saluatur propter locum, ab expulsiōe enim, scilicet ciuitatibus circumiacentibus in mare saluatur, ita quod impugnari non potest. Alia translatio sic ha-

bet: Zenelafias enim, scilicet primus fundator Cretæ, longè fecit Cretam à circumhabitantibus, ita vt impugnari non possit. Et ponit ex hoc contingens, ibi, Propter quod & incolarum manet Cretensibus: quia incolæ libenter manent ibi propter fertilitatem: ministri autem recedunt frequenter. Et quare hoc fit, subdit causam, ibi, Neque enim extrinsecò principatu participant Cretenses, quem scilicet ministris possent committere: & ided recedunt ab eis. Et de hoc inducit signum, ibi, Nuperque bellum peregrinum transiit ad insulam, quod fecit manifestam infirmitatem earum, quæ ibi legum: non enim inueniebantur concordēs ad resistendum, & ided victi sunt. Omnibus his subiungit clausulam finalem, ibi, De hac quidem igitur politia tantum nobis dictum sit.

CAPVT X.

Anciqua Carthaginensium res publica consideratur.

Politizare autem videntur & Carchedonij bene, & in multis abundantius ad alios, maxime autem quædam propinqua Lacedæmonibus: hæc enim politia tres ad inuicem propinquæ aliquid sunt, & ab aliis multum differunt, quæ Cretensium & Lacedæmonica, & tertia ab iis, quæ Carchedoniorum, & multa institutorum se habent apud ipsos bene.

b Signum autem politix coordinatæ populū habentem permanere, & institutione politix, & neque seditionem (quod indignum dici) fieri, neque Tyrannum.

c Habet autem similia Lacedæmonum politia, conuiuia quidem societatū, Phiditiorum, eum autem, qui centum & quatuor principatum Ephoris, veruntamen non deterius. Ij quidem enim ex contingentibus fiunt, hunc autem eligunt principatum virtuosum: reges autem & gerustan proportionatam iis quæ regibus & senibus etiam.

d Melius autem Reges, neque per se esse genus, neque hoc, quod contingens, sed quod differens, ex iis eligibiles magis, quam secundum ætatem. Magnorum enim domini constituti, si viles fuerint, multum lædunt, & læserunt iam ciuitatem Carchedoniorum. Plurima quidem igitur increpatorum, vtique propter transgressiones, communia existunt entia omnibus dictis politis.

e Eorum autem quæ ad suppositionem Aristocratix & politix, hæc quidem ad populū declinant magis,

CAPVT X.

Videtur etiam Carthaginensium Res bene constituta, multaque habere præter alias, quædam vero maxime similia Lacedæmonis. Tres enim istæ Res, quodammodo inter se proxime sunt, multumque distant ab aliis. Cretica dico, & Laconica, & Carthaginensis, multaque in ipsis prouisa sunt recte.

Signum est Reip. bene institutæ, quod populus in suo permanet loco, neque seditionem ullam (vt ita dixerim) vnquam fecit, neque Tyrannum.

Continet autem similia Lacedæmoniorum Res. Comestiones quidem sodalitiarum, Phiditiis, centum autem & quatuor virorum potestas, Ephoris: præterquam quod non deterius: nam illi ex contingentibus sunt, hanc autem potestatem suscipiunt optimates. Imperator vero & senatus conueniunt Lacedæmoniorum regibus, & senibus.

Melius autem, quod imperatorem non secundum genus, neque ex vili, aut præexcellenti magis eligunt, quam secundum virtutem, nam qui magnam habent potestatem, si ipsi nullius pretij sint, multum nocent, nocueruntque iam Lacedæmoniorum ciuitati. Plurima igitur reprehensorum, propter transgressiones, communia sunt omnibus antedictis.

Sed quantum ad intentionem optimatum attinet, & Reip. quædam ad popularem statum declinant, quædam ad pau-
hæc

hæc autem ad Oligarchiam. Eius quidem enim quod est hoc quidem adducere, hoc autem non adducere ad populum, Reges domini cum senioribus, si consenserint omnes: si autem non, & horum populus. Quæcunque autem intulerint, non audire solum attribunt populo, qui statuit principibus, sed domini de iudicando sunt, & volenti illatis contradicere licet: quod quidem in aliis politis non est. Pentarchias autem dominas existentes multorum & magnorum ab ipsis eligibiles esse, & eum, qui centum, hos eligere maximum principatum. Adhuc autem hos ampliori principari tempore aliis, etenim præteriti principantur, & futuri, Oligarchicum. Quod autem sine pretio & non fortiales, Aristocraticum ponendum, & si quid tale alterum: & sententias à principibus iudicari omnes, & non alias ab aliis, quemadmodum in Lacedæmonia.

f Transgreditur autem Aristocratia institutio Carchedoniorum maxime ad Oligarchiam, secundum quendam intellectum, ut videtur multis: non enim solum virtuosum, sed diuitem putant oportere eligi principem, impossibile enim egentem bene principari, & vacare. Siquidem igitur eligere diuitem Oligarchicum, secundum virtutem autem Aristocraticum: iste quidem igitur erit ordo tertius, secundum quem quidem ordinata sunt & apud Carchedonas, quæ circa politiam: eligunt enim ad duo hæc respicientes, & maximè maximos reges, & duces exercitus.

g Oportet autem putare, peccatum legislatoris esse transgressionem hanc Aristocratia: à principio enim videre hoc, necessarium est, qualiter optimi possint vacare, & nihil dehonestari non solum principes, sed neque singulariter viuentes.

h Si autem oportet aspicere & ad abundantiam, gratia vacationis, prauum, maximos principatum venales esse, regnum scilicet & ducatum exercitus: lex enim ista diuitias facit pretiosas magis virtute, & ciuitatem totam amatiuam pecuniarum: quodcunque autem existimat pretiosum esse, quod principale, necesse & aliarum politiarum opinionem assequi iis. Vbi autem non maxime virtus honoratur, hanc politiam non est possibile firmiter

corum potentiam. Nam referendi quidem ad populum, aut non referendi aliqui, imperatores una cum senatu domini sunt, si omnes concordent: si non concordent, populus ipsorum dominus est. Quæcunque reuulerint magistratus, de his non approbandi modo illorum sententias, potestas permissa est populo, verum etiam pro arbitrio constituendi prouidendique, & cuius contradicere relatis illorum licet, quod non est in aliis Rebuspub. Quinqueniratum vero, qui multarum ac magnarum rerum potestatem habet, ab illis eligi. Et Centumviratum hos eligere, qui est maximus magistratus, & hos longiori tempore, quam alios imperium retinere. Nam & perfuncti magistratu imperant, & designari ad magistratum, ad paucorum potentiam spectat. Esse autem sine mercede, & sine sortitione, optimatum est ponendum, & si quid aliud tale. Iudicia quoque omnia à cunctis magistratibus iudicari, & non ab aliis alia, ut apud Lacedæmonios.

Transgreditur autem maxime ab optimatibus ad paucorum potentiam institutio Carthagenensium, secundum aliquam intelligentiam in eo, quod etiam multi comprobant, non solum enim optimos, verum etiam ditissimos censent in magistratibus esse ponendos, quasi impossibile sit, qui egenus existat, eum bene magistratum gerere, aut quietem optare. Si igitur sumere diuitem, paucorum potentia est, per virtutem autem, optimatum, ista quedam esse species tertia, per quam constituta est apud Carthagenenses Respub. Creant enim magistratus ad hæc duo respicientes, & præsertim maximos, ut imperatores & prætores.

Putandum autem est, huiusmodi excessum ab optimatibus esse errorem legis conditoris, quem ab initio prauidisse valde necessarium fuit, ut optimi valerent quietem agere, nec quicquam indecorum facere, non solum in magistratu, sed etiam in vita priuata.

Quod si inspicere oportet ad opes gratia quietis, prauum est, maximos magistratus esse venales, imperium, & præturam. Hæc enim lex pretiosas magis facit diuitias, quam virtutes, ac ciuitatem totam ad studium pecuniarum conuertit. Nam quicquid apud ciuitatis principes habetur in pretio, necessarium est & aliorum ciuium opinionem subsequi. Vbi autem non maxime honoratur virtus, ibi non est possibile firmum optimorum esse in Rep. statum. Assuescere vero ad lucra rationabile est, quando per

secundum

secundum virtutem principari: rationabile autem assuescere lucrum hoc ementes, quando cum expenderit, principentur: inconueniens quidem, si pauper quidem existens, epiches autem volet lucrari, deterior autem vtiue non volet, cum expenderit: propter quod oportet eos, qui possunt aristocratizare, hos principari. Dignius autem, si & præferret penuriam epichorum legislator: sed & principantium curaret de vacatione.

i Prauum autem vtiue videbitur esse, & plures principatus principari eundem: quod quidem acceptatur apud Carchedonios: vnum enim opus ab vno optimè perficitur. Oportet autem hoc qualiter fiat, videre legislatorem, & non præcipere eundem fistulare, & coria incidere. Quare vbi non parua ciuitas, magis politicum est, plures participare principantibus, & magis democraticum. Commodius enim, sicut diximus, & pulchrius vnumquodque perficitur ab eisdem, & velocius. Palam autem hoc in bellicis & nauticis. In iis enim ambobus per omnes, ut est dicere, extenditur principari & subiici.

k Oligarchia autem existente politia, optimè effugiunt iudicando, semper aliquam populi partem emittentes super ciuitatem: hoc enim faciunt, & seruant mansuram politiam: sed hoc est fortunæ opus. Oportet autem in seditionales esse propter legislatorem. Nunc autem si infortunium aliquod eueniat, & multitudo abscesserit subiectorum, nullum est remedium quietis per leges. De Lacedæmoniorum quidem igitur politia, & Cretensium, & Carchedoniorum, quæ merito acceptantur, hoc habet modo.

CAPVT X.

h Ic agit de politia siue vrbantate Carthedoniorum, & diuiditur in tres partes. In prima ostendit in quo maximè conuenit cum politia Lacedæmoniorum. In secunda ostendit ad quam transgressionem declinat, ibi, Transgreditur autem aristocratia, &c. In tertia reprehendit ea quæ reprehensibilia sunt in ea, ibi, Oportet autem putare peccatum, &c. Circa primum tria facit. Primum enim commendat politiam Carchedonensem super alias. Secundò probat per signum, ibi, Signum autem politia, &c. Tertio ponit ea in quibus conuenit cum politia Lacedæmonia, ibi, Habet autem similia

largitionem adipiscuntur dignitates. Absurdum est enim, si pauper quidem aliquis verum bona mentis lucrari velit, improbius autem non velit, cum sumptus fecerit. Quocirca oportet eos, qui possunt optimè gerere magistratum, assumere ad magistratum. Probabiliusque fuit, si auctor legis opulentiam præstantium virorum abiecisset. ac eorum qui in magistratu forent, quieti prospexisset.

Præuam etiam videri potest plures magistratus ab vno homine geri: quod in honore est apud Carthagenenses. Vnicum enim ab vno optimè perficitur opus. Hoc autem ut fieret, prouidendum fuit à legislatore, neque cogendum eundem tibicinem esse atque sutorum. Quare vbi non parua est ciuitas, magis ciuile est, ut plures sint participes magistratum, magisque populare. Communius enim, ut diximus, & melius singula consueuntur, atque celerius. Patet autem hoc in bellicis rebus & nauticis. In his enim ambobus per omnes (ut ita dixerim) transit imperare & parere.

Sed cum ad paucorum potentiam vergat Respub. eorum, optimè illud effugiunt, ut semper aliqua plebis pars dicitur, ad oppida mittentes: per hoc illi arbitrantur, ac certe efficiunt, statum ciuitatis permanere: sed hoc est fortuna opus. Oportebat vero non per fortunam sine seditionibus esse, sed per legislatorem id fieri. Nunc autem si diuersa fortuna incidat, & plebs à gubernatoribus secedat, nullum est remedium legis ad quietem adhibitum. Lacedæmoniorum igitur, & Cretensium, & Carthagenensium Respubl. in hunc modum se habet.

Lacedæmonum politia, &c. Dicit ergo primo. Politizare autem videntur & Carchedonij bene. Alia translatio: Ciuilitate autem viuere videntur & Carchedonij bene & in multis abundantius, id est, melius, ad alios, id est, comparatione aliorum, maximè autem propinque Lacedæmonibus: hæc enim politia tres ad inuicem propinque aequaliter sunt, & ab aliis, politis scilicet barbarorum multum differunt, & multa institutorum, supple, per leges, se habent apud ipsos, scilicet Carchedonios, bene.

b Et hoc secundò probat per signum, ibi, Signum autem politia, bonæ, supple, est coordinatè populam habentem, id est, quod quilibet secundum suum officium habet se ordinatè ad alium, non supergrediens ipsum, nec se ditio-

nem

neti mouens, permanere in institutione politiæ, populum scilicet sic se habentem. Et addit secundum signum, ibi, Neque seditionem, quod indignum dici, fieri, id est, quod inter eos nunquam fuit seditio tanta, quod digna esset mentione, licet fortè vnus cum alio in causis aliquando ciuilitate contenderit. Et adiungit tertium signum, ibi, Neque tyrannum, id est, inter eos non surrexit tyrannus qui crudeliter opprimeret alios. Sicut in 8. Ethic. dicitur, tyrannis opposita optimæ vrbianitati, id est, regno, & pessima corruptio est.

c Deinde cum dicit, Habet autem similia, &c. ostendit in quibus assimilatur politiæ Lacedæmonum. Et circa hoc duo facit: primò ostendit, quòd in tribus similis est & imitatur eam. Secundò ostendit quomodo in iis excedit quantum ad bonitatem & virtutem, ibi, *Et melius autem reges*, &c. Dicit ergo: Habet autem similia Lacedæmonum politiæ, conuiuia quidem societatum, Phiditiorum, id est, sicut apud Lacedæmones sunt conuiuia quæ Phiditia vocantur, & primò vocabantur andriæ: ita apud Carchedones sunt conuiuia societatum per communem contributionem, quæ sunt in demonstrationibus honorabilium personarum & in festis. Et hoc primum in quo conuenit. Sequitur secundum, ibi, Eum autem qui centum & quatuor principatum Ephoris, supple, habet similem. Et vult dicere, quòd sicut apud Lacedæmones eligebantur Ephori qui procurarent tempore, apud Carchedones eligebantur centum & quatuor procuratores Reipub. & principes erant ciuitatis. Et subiungit paruum quandam differentiam in electione, ibi, Verumtamen non deterius, id est, non peiori modo eligunt Carchedonij quam Lacedæmones, sed meliori. Et ostendit in quo. Ij quidem enim, scilicet Ephori in Lacedæmonia ex cōtingentibus sunt, id est, ex quibuscumque de populo: & hoc malum est: hunc autem eligunt principatum, scilicet centum quatuor virtuosum: non enim illos centum quatuor eligebant nisi de virtuosis, & virtute perfectis. Et huius fuit causa: quia communicabant aristocratiæ, quæ est secundum virtutem & potestatem virtuosorum. Et ostendit tertium in quo conueniunt, ibi, Reges autem & Gerusiam, id est, principatum honorabilium, supple, habent Carchedonij proportionatam iis quæ, ibi, scilicet in Lacedæmonia, regibus & senibus. In antè habitis enim dictum est, quòd Lacedæmones regnum habebant & senes eligebant quos boulin, id est, consiliarios vocabant: & ad imitationem eorum Carchedonij eligebant reges & gerusios quos honoratos vocabant, ad assistendum regi.

d Deinde cum dicit, Et melius autem reges, &c. posita ista conuenientia ponit differentiam, scilicet quòd melius in tali electione habebant Carchedonij quam Lacedæmonij, dicens. Melius autem reges, neque per se esse genus, id est, quòd non de vno genere semper eligantur, neque hoc quòd contingens, id est, quòd ex quibuscumque de populo eligantur sicut Ephori apud Lacedæmones, sed quòd differens (alia translatio, siue differens) ex iis eligibiles magis quam secundum ætatem. Alia translatio, quam secundum staturam, id est,

melius est quòd reges eligantur ex differentiis & magis eligibilibus secundum virtutem sicut præcepit Carchedonius, quam secundum ætatem seniores, sicut legislator Lacedæmonius, eligi senes eos quos dicebant boulin, qui in Lacedæmonia regi assistebant, quem ex senioribus eligebant. Et subiungit rationem quòd ex contingentibus non expedit eligi regem, ibi, Magnorum enim domini constituti, supple, reges, si viles fuerint, sicut probabile est fore electos ex humili plebe, multum lædunt & læserunt iam in præterito ciuitatem Carchedoniorum: vnde versus.

Asperius nihil est humili, dum surgit in altum.

Et quia hæc politia similis est aliis duabus, eadem reprehensiones quas habent aliæ in transgressionibus, habet & ista. Et hoc est. Plurima quidem igitur quidem increpatorum vtrique propter transgressionibus communia existunt, conuenientia omnibus dictis politiis. Ratio dicti est, quòd non increpatur rationabiliter, nisi vitium, & non homo, vel ciuitas. Et si vnum vitium transgressoris est in pluribus, eadem erit ratio increpationis.

e Deinde cum dicit, Eorum autem quæ ad suppositionem, &c. ponit aliud in quo specialiter reprehenditur dicens. Eorum autem quæ ad suppositionem legislatoris, id est, quam ipse intendit aristocratiæ & politiæ, Carchedoniorum scilicet, hæc quidem ad demum, id est, populum siue democratiam declinant magis, hæc autem ad oligarchiam, supple, declinant. Etenim democratia principatus est populi, oligarchia autem principatus paucorum, sicut in antè habitis dictum est. Et ostendens in quo, subdit. Eius quidem enim quòd est hoc quidem adducere, ad populum scilicet, hoc autem non adducere ad populum, reges domini, supple, sunt cum senioribus, si autognomones omnes, id est, consentientes. Sensus est statuta esse apud eos, quòd quædam à regibus & principibus proponenda sunt populo, vt omnes simul consentiant & consentienter, & vna simul omnium sententia approbetur. Quæ autem sic sunt proponenda, reges domini sunt cum senioribus. In his autem, supple, quæ populo proponuntur sic, populus habuit potestatem consentiendi vel dissentiendi, Et hoc est. Quæcumque autem intulerint, isti scilicet populo sic ordinata à principibus, domini, supple, populares, de iudicando sunt, scilicet vtrum sint tenenda vel non: & volenti, populo scilicet talia obseruare, illatis, id est, propositis, populo contradicere licet. Et subdit quòd hoc habebat speciale Carchedonia, ibi, Quòd quidem in aliis politiis non est, Lacedæmoniorum scilicet, & Cretensium. Et hoc videtur etiam fuisse democraticum: quia in fauorem populi factum est. Et subdit quomodo declinat ad oligarchiam, ibi, Pentarchias autem, id est, principatus quinque vitorum, dominas existentes multorum & magnorum. Et ostendit quorum, ibi, Ab ipsis, scilicet pentarchiis, eligibiles esse, & eum, scilicet principatum, qui centum est, hos eligere maximum principatum: hunc enim principatum elegerunt pentarchi: & dicitur maximus, quia amplissimus est, & ad multos pertinens. Hoc est enim

enim oligarchicum: quia potestatem conuertit ad principatum paucorum. Et subdit aliud in quo etiam oligarchicum est, ibi, Adhuc autem hos ampliori principari tempore, scilicet pentarchos. Et ostendit quomodo ampliori, ibi, Etenim præteriti, eligentes scilicet futuros, cum futuris principabantur. Et hoc est. Etenim præteriti principabantur & futuri, oligarchicum: in hoc enim declinat in potestatem paucorum. Et ostendit in quo conuenit cum aristocratiæ, ibi, Quòd autem sine prætorio, supple, eligunt & non sortiales, qui clerotæ dicuntur Græcè, aristocraticum ponendum, supple, est. Sortiales enim sunt, qui pauperes existentes, non arte vel dignitate, sed qui forte vel fortuitò veniant ad principatum, & idèd principatu vtuntur in lucrum: & si quid tale alterum est, supple, simile illi, in hoc declinat ad aristocratiæ sicut & virtuosos eligunt & non alios. Et ponit tertium in quo iterum aristocraticum est, ibi, Et sententias à principibus iudicari omnes & non alias ab aliis, diuersis scilicet iudicibus, quemadmodum in Lacedæmonia, scilicet à diuersis iudicibus sit iudicium in eadem causa, supple, etiam est aristocraticum. Et propter hoc in iure prohibetur, quòd vna & eadem causa ad diuersos iudices non referatur.

f Deinde cum dicit, Transgredtur autem aristocratiæ, &c. ostendit in quo declinat ab aristocratiæ dicens. Transgreditur autem aristocratiæ (genitiuus pro ablatiuo), id est, ab aristocratiæ institutio Carchedoniorum maximè ad oligarchiam secundum quandam intellectum, vt videtur multis, in hoc scilicet quòd aristocratiæ potestas est virtuosorum, oligarchia autem principatus paucorum. Et ponit rationem, ibi, Non enim solum virtuosum, sed & diuitem putant oportere eligi principem. Et ponit rationem legislatoris, ibi, Impossibile enim egentem bene principari, & vacare, scilicet publicis negotiis. Et huius causam in præhabitis assignauit: quia egentem oportet intendere lucris pro necessitate vitæ: propter quòd etiam dicitur in 8. Topic. quòd tempore necessitatis melius est ditari quam philosophari, licet simpliciter sic melius philosophari quam ditari. Et ex hoc elicit inconueniens, quòd sequitur, ibi, Si quidem igitur eligere diuitem, oligarchicum est: quia oligarchia principatus paucorum & diuitem est: secundum virtutem autem, supple, principari & eligere principem, aristocraticum, supple, est. Ille quidem vtrique erit ordo tertius, scilicet qui est simul & secundum virtutem, & secundum diuitias eligere principes: secundum quem quidem ordinem ordinata sunt & apud Carchedonas, quæ circa politiam. Et ponit rationem, ibi, Eligunt enim ad duo hæc respicientes, diuitias scilicet & virtutem: & maximè, supple, sic eligunt maximos, scilicet principes, reges & duces exercitus.

g Deinde cum dicit, Oportet autem putare, &c. reprehendit ea quæ sunt reprehensibilia in politia seu vrbianitate Carchedoniam. Sed quia posset aliquis dicere, quòd respicere ad diuitias in eligendo principem, peccatum est in principatu aristocratiæ, præcipue cum in antè habi-

D. Alb. Mag. Politic.

tis dictum sit, quòd virtuosus pauper, etiam si nolit, cogendus est ad principatum, idèd dicit, quòd peccatum in hoc est legislatoris, non ciuitatis: & hoc est. Oportet autem putare peccatum esse legislatoris transgressionem aristocratiæ. Et ostendit quomodo, ibi, A principio enim institutionis politiæ, hoc videre est necessarium, qualiter optimi possint vacare reip. & nihil dehonefari, propter paupertatem, non solum principes, qui sunt personæ publicæ, sed nec singulariter, id est, priuatè viuentes: his enim legislator debuit providere de arario publico & publicis redditibus, vt in tantum abundarent, quòd non oporteret venales esse & in principatu, & priuatè viuentes.

h Et ostendit inconueniens quando secus sit, ibi, Si autem oportet aspicere, principes scilicet, & id est, etiam ad abundantiam, id est, vt abundent, gratia vacationis, prauum, id est, si principes propter hoc quòd vacant à negotiis propriis, & intendunt communibus, oportet respicere & intendere qualiter abundant, hoc prauum est & corruptum. Et dat rationem, ibi, Maximos principatum, supple, contingit venales esse, regnum scilicet & ducatum exercitus. Et ostendit quomodo hoc est prauum, ibi, Lex enim ista, scilicet vt diuites eligantur, diuitias facit pretiosas magis virtute, & etiam ciuitatem totam amatiuam pecuniarum. Videntes enim ciues, quòd propter diuitias adipsuntur principatus, inhiant diuitiis, qualitercumque & quibuscumque lucris, iuxta illud Sap. Existimabant ad lucrum vitam hominis esse compositam, & oportere vnde cumque etiam ex malo acquirere. Et hoc maxima corruptio est. Et hoc est quòd addit. Quòd cumque autem existimat pretiosum, id est, pretio suppositum, quòd principale, id est, principales, necesse, supple, est illud aliarum politiarum opinionem assequi his, id est, timocratiæ quæ propter lucrum est, tyrannicæ quæ est oppressiua propter prædam: & hoc pessimum. Et hoc est quòd addit. Vbi autem non maximè virtus honoratur, hanc politiam non est possibile secundum virtutem firmiter principari. Et ostendit hoc per inconueniens quòd sequitur, ibi, Rationabile autem assuescere lucrum hoc, id est, principatus ementes, quando cum expenderint, principentur, id est, quando expensas ad hoc quòd principentur, posuerint: voler enim rehabere quòd posuit. Et ostendit subdens. Inconueniens quidem, si pauper quidem existens, epiches autem, id est, superiustus secundum virtutem volet lucrari: hoc enim non est de iustitia, neque de virtute quòd vendat sententias & iustitias. Poner, enim sicut dicunt Theologi, impretiabile sub pretio. Deterior autem vtrique, ciuilitate scilicet, non voler cum expenderit: quia tunc & sua expendit, nec suppetunt aliena, & sic omnino inutiliter erit: propter quòd oportet eos qui possunt, & virtute & facultatibus scilicet, aristocratizare, hos principari, & non alios, supple. Et facit comparationem, ibi, Dignius autem si etiam præferret penuriam epichorum, supple, aliquis legislator, sed & principantium curaret de vacatione, id est, dignius esset, quòd legislator curaret de sumptibus

sumptibus communibus prouidere principibus qui vacant publicis, quam quod diuitibus, propter diuitias, conferat principatus. Minus enim damnum est de communi prouidere eis, quam totam ciuitatem fieri amatuam pecuniarum.

i Deinde cum dicit, Prauum autem utique, &c. reprehendit legislatorem de hoc quod plures principatus commisit vni gubernandos, dicens: Prauum autem videbitur esse, plures principatus principi eundem, quod quidem acceptatur apud Carchedonios, & male. Et ponit rationem, ibi, Vnum enim opus ab vno optimè perficitur. Cuius rationem reddit optimè Greg. in Past. sic dicens: Impar quisque inuenitur ad singula, dum confusa mente fertur circa multa. Et illud poetæ:

Pluribus intentus minor est ad singula sensus.

Et hoc est quod sequitur, ibi, Oportet autem qualiter fiat hoc videre legislatorem. Et dat simile in artibus, ibi, Et non præcipere eundem fistulare & coria incidere. Ex his concludit: Quare vbi non parua ciuitas, magis politicum est plures participare principantibus, supple, quam vnum plures principatus habere, & etiam est, supple, magis democraticum, id est, populare: fauor enim populi accedit, cum etiam seipsum posse promoueri ad principatus vident. Et huius dat rationem, ibi, Communis enim (alia litera, commodius enim) sicut diximus, & pulchrius vnumquodque perficitur ab eisdem & velocius: quia si plures sint, aliquando non concordant, & sic causæ protrahuntur. Hoc autem probat in exemplis, ibi, Palam autem hoc in bellicis & nauticis, id est, in naualibus bellis & equestribus. In iis enim ambobus per omnes, ut est dicere, extenditur principi & subici: & idèd, supple, sæpè negliguntur &

CAPVT XI.

De republica Solonis, & variis institutibus serumpularum.

Eorum autem qui pronuntiauerunt de politica quidem qui non communicauerunt à communibus politicis nullis, sed perseuerauerunt singulari vica viuentes: de quibus si quid sermone dignum, dictum est fere de omnibus. Quidam autem legiflatores fuerunt, ij quidem propriis ciuitatibus: ij autem & quibusdam extraneorum politicè conseruati ipsi: & horum quidem ij fuerunt conditores legum: ij autem & politica, pura Lycurgus & Solon. Isti enim & leges & politias instituerunt. De ea quidem igitur quæ Lacedæmoniorum, dictum est.

b Solonem autem aliqui quidem putant fuisse legislatorem studiosum. Oligarchiam enim dissoluisse valde in temperatam existentem, & seruientem populum liberasse, & Democratiã patriam instituisse, miscuissèque bene politiam, fuisse enim, quod in

protrahuntur & confusè aguntur.

k Oligarchica autem existente politia, id est, paucorum principatu, ita scilicet quod vnusquisque sit in officio suo, optimè effugiunt, iudicando semper aliquam populi partem: tunc enim expedite fit, quod fieri debet. Qualiter autem fiat, subdit. Emittentur super ciuitatem, sibi, supple, subiectam: vbi tangit modum imperij Romanorum, qui super ciuitates exteras sibi subiectas quosdam de suis emittebant in præfides & proconsules, qui dirigerent negotia prouinciarum & ciuitatum, ne dispendium esset in republ. propter longam distantiam Imperatoris. Et huius ordinationis vtilitatem subdit, ibi, Hæc enim seruant & faciunt mansuam politiam: quando enim vnusquisque in suo principatu opus suum perficit, seruat politiam à corruptentibus, & fit mansua sine seditione populi: sed hoc est fortuna opus, scilicet apud Carchedonios, qui nullum legis ordinem habent: & hoc imò totum fortunæ commiserunt. Et idèd hoc reprehendit subdicens: Oportet autem inseditionales esse, scilicet ciues, propter legislatorem, & non propter fortunam, supple. Nunc autem si aliquod infortunium accidat & multitudo abcesserit subditorum, ab obedientia scilicet Carchedonum, nullum est remedium quietis per leges: quia nullam legem dederunt de hoc quomodo rebelles redirent in subiectionem & quietem à seditione. Deinde ponit epilogum de omnibus dictis, ibi, De Lacedæmoniorum quidem igitur politia & Cretensium & Carchedoniorum, quæ merito acceptantur, hoc, scilicet quod dictum est, habet modo. Alia litera hoc habet: Notorium, id est, quod notum sit: fortè enim habebant aliqua occulta, de quibus non oportebat dicere.

CAPVT XI.

Eorum autem qui de Republ. aliquid tradiderunt, quidam nunquam versati sunt in gubernatione ciuitatis, sed in priuata vita ociosi vixerunt: de quibus si quid dignum relatum fuit, supra diximus. Quidam autem legiflatores fuerunt, gubernaueruntque vel in propriis ciuitatibus, vel in alienis: & horum quidam solummodo legum auctores fuerunt. Quidam etiam Reip. constituenda, veluti Lycurgus & Solon. Hi enim leges & Respub. condiderunt. Lycurgus quidem Lacedæmonius, ut dictum est, Solon autem Atheniensibus.

Existimant autem quidam, Solonem legislatorem fuisse præclarum. Nam & paucorum potentiam sustulisse, quæ nimis in temperans erat, & plebem à seruitute liberasse, ac statum popularem in patria constituisse, optimèque Remp. temperasse. Nam esse consilium Areopagi, paucorum Areopago

Areopago consilium Oligarchicum, quod autem principatus eligibiles, Aristocraticum, prætorium autem, Democraticum. Videtur autem Solon illa quidem existentia prius, non dissoluisse, consilium scilicet & principatum electionem, populum autem instituisse prætoria faciens ex omnibus.

e Propter quod & quidam accusant ipsum, soluere vero alteram, cum fecerit prætorium dominum omnium, cum sit fortiale. Cum enim hoc inualuit, sicut tyranno populo largientes politiam, in eam quæ nunc Democratiã instituti sunt, & id quidem, quod in Areopago consilium Ephialtes prohibuit & Pericles: & hoc itaque modo vnusquisque rectorum populi augens produxit in eam, quæ nunc Democratiã.

d Videtur autem hoc non secundum Solonis voluntatem factum fuisse, sed magis ab accidente. Nauarchiæ enim in Medis populus factus causa astute concepit, & rectores populi accepit prauos pro politice conuersantibus Epicheis. Quoniam & Solon videtur necessariam maxime potentiam attribuere populo, scilicet principatus eligere & corrigere, neque enim huius populus existens dominus, seruus utique esset, & aduersarius: principatus autem ex insignibus & abundantibus, instituit omnes ex quingentis Medimnis & Iugariis, & tertio sine vocato equestri: quartum autem quod mercenarium, quibus nullus principatus atinebat.

e Legiflatores autem fuerunt Zaleucus Locrensis Occidentalibus, & Charondas Cataneus suis ciuibus, & alii Calchidiæ ciuitatibus circa Italiam & Siciliam. Volunt autem quidam colligere, qualiter Onomacritus fuit primus industrius circa legislationem, exercitatum autem fuisse in Creta, cum esset Locrus, & præfectum populo secundum artem, huius autem fuisse socium Thaletem, Thaletis autem auditorem Lycurgum & Zaleucum, Zaleuci autem Charondam: sed hoc quidem dicunt inconsideratius tempore dicentes.

f Fuit autem & Philolaus Corinthius legiflator Thebeis, erat autem Philolaus de genere quidem Bacchidorum, amator autem factus Dioclis, qui vicit Olympiadem, ut ille ciuitatem reliquit

D. Alb. Mag. Politic.

gubernationis, delectus vero magistratum, optimatum, iudicia vero, populare. Sed videtur Solon illa duo, cum essent prius, non sustulisse, consilium Areopagi, & magistratum delectus, ac populum asseruisse, iudiciis ex omnibus constitutis.

Quapropter quidam illi succensens, quod alterum dissoluerit, cum auctoritatem omnem ad iudicium traduxerit, quod per sortitionem est. Nam cum hoc inualuit, tanquam tyranno, gratificantes populo, in eum, qui nunc est, popularem statum Remp. redegerunt, & consilium Areopagi Ephialtes inhibuit & Pericles. Iudiciis vero salaria Pericles induxit, ac per hunc modum vnusquisque eorum, qui apud plebem posse voluerunt, populi vim augere perseuerauerunt, donec in istam, qua nunc est, licentiam peruenit.

Apparet autem hoc non tam Solonis voluntate, quam casu euenisse. Naualis enim potentia aduersus Medos victor populus, maiora de sese sapere cepit, & accesserunt patroni seditiosi contra bonos & modestos ciues, qui Rempub. gubernabant. Cum videatur quidem Solon eam, qua maxime necessaria fuit, potestatem populo tradidisse, ut magistratus crearet, & male facta corrigeret, nisi enim populus hanc habeat potestatem, seruus erit & inimicus. At magistratus omnis constituitur ex nobilibus, ac locupletibus ex censu quingentorum Medimnorum & iugerum. Tertium ex equestribus. Quartum ex opificibus sordidis, quibus nullum magistratus assequendi ius erat.

Fuerunt etiam legum positores Zaleucus apud Locros Occidentales, & Charondas Catanensis ciuibus suis, ceterisque ciuitatibus Chalchidicis, que sunt circa Italiam & Siciliam. Tentant vero quidam inducere, quasi Onomacritus fuerit primus legum ferendarum peritus. Hunc vero exercitatum in Creta, cum esset Locrus, perfectum autem per artem diuinationis, ei familiarem fuisse Thaletem, Thaletis autem auditores fuisse Lycurgum & Zaleucum, Zaleuci autem Charondam. Sed qui ista dicunt, tempora non supputant.

Fuit etiam Philolaus Corinthius legiflator Thebanis. Erat autem Philolaus ex familia Bacchiadum, amicus vero Dioclis, qui Olympia vicit. Sed vbi ille ciuitatem deseruit, commotus ob amorem matris

L 2 recot

recordatus amorem matris Alcyones, abiit Thebas, & ibi vitam finierunt ambo, & nunc adhuc ostendunt sepulchra ipsorum, inuicem quidem facile complectibilia existentia: ad regionem autem Corinthiorum, hoc quidem conspectibili, hoc autem non conspectibili: fabulantur enim ipsos sic ordinasse sepulturam. Dioclea quidem propter abstinentiam passionis, quatenus non visibilis sit Corinthia à pulvere. Philolaum autem quatenus visibilis. Habitauerunt quidem igitur propter talem causam apud Thebeos. Legislator autem fuit ipsis Philolaus.

g De aliis quibusdam, & de puerorum procreatione, quas vocant illi leges positivas, & hoc est singulariter ab illo lege statutum, quatenus numerus saluetur fortium. Charondæ autem nihil est proprium, nisi vindictæ falsorum testium: primus enim fecit considerationem, diligentia autem est legum placentior, & his qui nunc legislatoribus. Philolai autem proprium & substantiarum irregularitas. Platonis autem mulierum & puerorum, & substantiæ communitas & conuiuia mulierum. Adhuc autem lex circa ebrietatem, scilicet sobrios symposiarchizare, & exercitium in bellicis, quatenus ambidexteri fiant, per studium, ut opportunum est, non hac quidem manu utile esse, hac autem inutile. Draconis autem leges sunt, politiæ autem existenti leges posuit: proprium autem in legibus nihil est quod sit memoria dignum, nisi sæuitia propter magnitudinem damni. Fuit autem & Pittacus legum conditor, sed non politiæ. Lex autem propria ipsius, ebrios, si percusserint, amplius damni ferre quam sobrios, quia pluries iniuriantur ebrii quam sobrii, non ad veniam respexit, quia oportet ebrios habere magis, sed ad conferens magis. Fuit autem & Androdamus Rheginus legislator Chalcidibus, qui in Thracia, cuius circa homicidialia & hæreditationes est. Attamen proprium ipsius nihil utique habebit dicere aliquis. Quæ quidem igitur circa politias principales, & circa dictas politias ab aliis, sint considerata hoc modo.

CAPVT XI.

In hac vltima parte secundi libri determinat Aristoteles differentiam politias insti-

Alciones, Thebas migravit. Atque ibi ambo defuncti sunt. Monstranturque etiam nunc illorum sepulchra, spectantia quidem sese. Verum ita constituta, ut ex Diocleis quidem sepulchro non sit prospectus in Corinthium agrum, ob animi infectionem. Ex Philolai autem sit prospectus. Habitatunt igitur ob huiusmodi causam apud Thebanos, legesque illis Philolaus descripsit.

Et de aliis quibusdam, & de sobole procreanda, quas illi leges proletarias appellant, & hoc est præcipue ab illo prouisum, ut numerus hereditatum conseruetur. Charondæ autem nihil est proprium, nisi iudicia falsorum testium: primus enim de his legem posuit, diligentia autem & claritate etiam elegantior quam hi, qui nunc sunt legum conditores. Philolai proprium est patrimoniorum disparitas. Platonis autem mulierum & natorum & patrimoniorum communitas, & comessationes feminarum. Et præterea lex circa ebrietatem: ut reges conuiuiorum sobrii sint, & in rebus bellicis exercitatio, per quam ambidexteri fiant, cum oporteat non alteram manum utilem, alteram inutilem habere. Draconis quoque leges sunt: sed iam constituta Republ. leges tulit. Proprium autem Draconis est nihil quod sit memoria dignum, nisi rigiditas ob magnitudinem peccatorum. Fuit quoque Pittacus legum conditor, sed non in Rep. versatus. Lex est propria illius, ebrios, si quem pulsauerint, minori pena damnari, quam si sobrii fecissent. Quod enim plures derelinquunt ebrii quam sobrii, non ad id respexit, quod magis est ebriis venia, sed ad utilitatem. Fuit etiam Androdamus Rheginus legum conditor Chalcidensibus, qui sunt in Thracia, de homicidio, & hereditatibus: nihil tamen huius proprium referre quis potest. De his ergo Rebus pub. que principales sunt, & de his que sunt ab aliquibus scriptæ, in hunc modum cognouisse sufficiat.

mentium. Determinat enim primò differentiam politiarum secundum seipsas. Secundò differentias earundem secundum ciuitates, in quibus obseruabantur. Et idèd nunc tertio non restat nisi

nisi determinare differentias earum secundum instituentes eas: sicut enim dicitur in Ethic. sermones morales magis acceptantur secundum auctoritatem eorum qui diligunt mores, quam secundum syllogismum. Qui enim diligit virtutem, vera dicit de virtute. Diuiditur autem istud capitulum in partes duas, in quarum prima determinat differentias legislatorum, & politiarum quas instituerunt. In secunda tangit diuersorum nomina legislatorum & legum quas instituerunt, ibi, *Legislatores autem fuerunt, &c.* Circa primum duo facit. Primò determinat differentiam legislatorum in modo vite. Secundò negotiatur circa legislationem Solonis, ibi, *Solonem autem aliqui quidem, &c.* Dicit ergo primò: Eorum autem qui pronuntiauerunt de politia, quidam quidem fuerunt qui non communicauerunt actionibus politicis nullis (altera negatio superfluit) sed perseuerauerunt singulari vita viuentes, & illi fuerunt qui philosophiæ intenderunt, sicut Socrates, Phaleas, Hippodamus & generaliter omnes qui in Brachmania sub Didimo rege fuerunt in antiris habitantes, sicut Diogenes, de quibus si quid est sermone dignum, dictum est ferè de omnibus, scilicet in præhabitis. Et accipit alteram partem subdens, Quidam autem legislatores fuerunt, scilicet qui politicis actibus communicauerunt. Et hos diuidit in duas differentias, ibi, *Ij quidem propriis ciuitatibus, supple, legem dantes tantum: ij autem, scilicet alij & quibusdam extraneorum ciuitatibus, supple, leges dantes: & huiusmodi potest esse Critias qui optimas leges nobilissimæ ciuitatis Ægypti per Solonem dedit Atheniensibus, ut in Timæo Platonis dicitur. Et de illis vtrique in communi subdit, Politicè conuersati ipsi, & non in singulari vita, supple, per hoc enim differunt à primis qui singulariter vixerunt: & hos diuidit vterius in duas differentias, ibi, Et horum quidem ij fuerunt conditores legum, sicut Phidon Corinthius: ij autem, id est, alij & politici fuerunt & conditores legum & ordinarores ciuitatis. Et dat exemplum, ibi, Pata Lycurgus & Solon. Quidam tamen Lycurgum, Lygurgum vocant: & hoc nomen dicunt ei ab euentu impositum esse, quia scilicet præfuit Lugurgiæ prouinciæ, sicut Africanus dicitur Scipio, quia deuicit Africam. Et subdit ostendens quid instituit vterque. Isti enim & leges & politias instituerunt, Lycurgus in Lacedæmonia, Solon autem apud Athenienses. Deinde excusat se de institutis in Lacedæmonia, ibi, De ea quidem igitur quæ Lacedæmoniorum, dictum est, scilicet in præhabitis.*

b Deinde cum dicit, Solonem autem aliqui, &c. negotiatur circa legislationem Solonis. Et circa hoc tria facit. Primò enim ponit laudem Solonis. Secundò quorundam accusationem contra eum, ibi, *Propter quod & quidam, &c.* Tertio excusationem ipsius, ibi, *Videtur autem hoc, non secundum Solonis voluntatem, &c.* Dicit ergo primò: Solonem autem aliqui quidem putant fuisse legislatorem studiosum, id est, valde bonum. Et addit rationem, ibi, *Oligarchiam enim, scilicet quæ fuit Athenis in potestate paucorum & diuitum, dissoluisse valde intemperatam existentem: quia per talem po-*

D. Alb. Mag. Politic.

testatem diuites valde opprimebant populum. Et hoc est quod sequitur. Et seruientem populum liberasse, id est, à seruitute & oppressione populum liberasse, & democratiam, id est, populi principatum, patriam instituisse. Et quia talis principatus est in fauorem populi, propter hoc populus ab oligarchico principatu liberatus est. Et addit vterius in laudem ipsius. Miscuisseque, scilicet dicunt Solonem, bene politiam: quia sicut in præhabitis dictum est, politia ex omnibus mixta, est melior. Et ut hoc bene intelligatur, dicit quæ politia erat antè Athenis, ibi, *Fuisse enim, supple, ante Solonem, quod in Areopago consilium oligarchicum. Areopagus autem idem est quod virtus vel vicus Martis. Athenienses enim colebant Martem propter militiam, in quo vico aræ Deorum constitutæ fuerunt: & diuites quidem habitabant & conueniebant principatu oligarchico dominantibus populo. Quod autem principatus eligibiles fecit, Solon, supple, sine pretio, aristocraticum, supple, fuit: prætorium autem, scilicet ad quod causæ deuoluebantur per appellationes, & populis conueniebat, democraticum, id est, populare & in fauorem populi factum fuit. Et sic videtur bene miscuisse politiam. Videtur autem Solon illa quidem existentia prius, scilicet de institutione Atheniensium, non dissoluisse, consilium scilicet, & principantium electionem, populum autem instituisse prætoriam, supple, præter intentionem Solonis, faciens ex omnibus. Intendit dicere, quod licet Soloni imponatur prætorium, tamen Solon non fecit, sed populus volens ad vnum reducere causas omnium principantium.*

c Deinde cum dicit, Propter quod & quidam, &c. ponit quorundam accusationem contra eum dicens: Propter quod & quidam accusant eum, scilicet Solonem. Quasi dicat: Propter hoc accusabatur Solon: hoc enim attribuebatur ei, quod populus fecerat. Et subdit accusationem, ibi, *Soluere enim, dicunt, supple, alteram, scilicet politiam quæ fuit prius aristocratica & oligarchica, cum fecerit prætorium dominum omnium: per hoc enim videtur alias potestates conuertisse in regnum. Quare autem hoc accusetur, subdit. Cum sit fortiale, id est, quod Græcè dicitur κληρωτόν, qui est principatus eorum qui ad luera principantur. Et ostendit hoc subdens, ibi, *Cum enim hoc inualuit, sicut tyranno populo largientes politiam, in eam quæ nunc democratiam instituti sunt. Et est hoc dicere, quod cum potestas per prætorium deuoluta esset ad populum, tyrannicè opprimebant nobiles: & remedium quærentes de hoc malo instituti sunt in democratiam, relictis aliis principatibus. Et subdit qualiter paulatim fuit mutatus principatus in democraticum, & per quos, ibi, *Et id quidem quod in Areopago consilium, supple, fuit de principatu oligarchico, nobilium scilicet, Ephialtes prohibuit & Pericles, stantes scilicet pro alio principatu. Et addit quomodo fuit continuatum, ibi, Et hoc itaque modo vnusquisque rectorum populi augens, produxit in eam quæ nunc, scilicet est, democratiam: quia tales rectorum de popularibus assumentur: & idèd principatum democraticum sustinebant.***

L 3

d Deinde

d Deinde cum dicit, Videtur autem hoc non &c. incipit excusare Solonem, dicens, Videtur autem hoc non secundum Solonis voluntatem factum fuisse, sed ab accidente. Et ponit illud accidens, ibi, Nauarchia enim in Medis populus factus, id est, cum nauali bello pugnarent contra Medos qui eos inuaserant, eam, scilicet politicam democraticam, astute concepit, & retores populi accepit prauos pro politicè conuersantibus epicheis, id est, concepit primò populus astute qualiter opprimeret nobiles, & aristocratiam conuerteret in democratiam: & idè in bello contra Medos acceperunt retores prauos qui ad hoc populum confortarent, pro epicheis, id est, superiustis qui principantur in aristocratia. Deinde dicit, quod accusabatur de hoc Solon, licet non esset culpabilis, ibi, Quoniam & ipse Solon videtur necessariam maximè potentiam attribuere populo. Et exemplificat, ibi, Scilicet principatus eligere & corrigere, id est, ut populus & eligat principes, & corrigat si delinquant: hanc enim potestatem dixit Solon attribuendam populo. Et dicit rationem Solonis ad hoc, ibi, Neque enim huius populis, id est, sic institutus, existens dominus, eò quod potestatem habet eligendi & corrigendi, seruus utique erit & aduersarius, id est, populus in tali potestate constitutus nunquam erit seruus, id est, seruiliter oppressus à talibus dominis, quos instituunt & corrigere possunt: nec erit aduersarius eorum, quia populus non opponet se talibus: & sic non fiet seditio in ciuitate. Deinde cum dicit, Principatus autem, &c. ostendit qualiter Solon instituit principatus, ut sciatur, quòd non fuerit intentione suà hoc malum, & dicit, Principatus autem ex insignibus & abundantibus instituit omnes, id est, quòd nullus principaretur nisi esset insignis virtute & abundans: quia sicut antè dictum est, quando viles accipiunt principatum, multa sunt in ciuitate & aliter: quoniam pauperes intendunt lucris & corrumpunt iudicia, & quia apud Athenas quingenti erant, qui Ephori dicebantur in Lacedæmonia, illos constituit ex quingentis Medimnis & Ingariis. Et dicuntur Medimni & Ingarij, qui principatum habebant in artibus, sicut fabri habent inter se principatum societatis suæ, & lanarij, & pistores, & huiusmodi. Solon non constituit hos ex medijs personis accipiendos, & tertio sine vocato equestri, id est, constituit, Solon, quod illi qui præfunt equestribus in ciuitate, acciperentur de tertio ordine ciuium, id est, de illis qui sunt in tertio gradu dignitatis in ciuitate: & illi sunt, qui apud nos berruarij vocantur siue ruptarij, qui custodiunt vias, ut securè deducantur ea quæ pertinent ad ciuitatem. Quartum autem genus, supple, est secundum Solonem, quod mercenarium, id est, illorum qui pro mercede seruiebant, quibus nullus principatus attrinebat, ex ordinatione Solonis scilicet. Et ratio suà fuit: quia tales de facili corrumpuntur, & faciunt dissensionem eis quibus seruiant pro pretio.

e Deinde cum dicit, Legislatores autem fuerunt, &c. tangit diuersorum nomina legislatorum, & legum quas instituerunt. Et dicit, Legislatores autem fuerunt. Et enumerat eos: Za-

leuchus Locrensis Occidentalibus (Loctis etaitas est Calabria, quæ respectu Græciæ est ad Occidentem, & est in ille parte Italiæ, quæ sicut dicit Hieronymus in prologo galeato, quondam magna Græcia dicebatur) & Charondas Cataneus, id est, Catanensis, qui fuit de ciuitate Catania, suis ciuibus, id est, Catanensibus, supple, dedit legem, & alijs Calchidiae ciuitatibus circa Italiam & Siciliam. Et subdit de alio qui fuit ante istos, ibi, Volunt autem quidam, historiographi scilicet, colligere qualiter Onomacritus fuit primus industrius circa legislationem, exercitatum autem fuisse in Creta, supple, volunt, cum esset Loerus natione, id est, de Locro ciuitate, & præfectum populo, supple, fuisse illius ciuitatis, secundam artem autem huius, legislatoris scilicet, fuisse sociam Thaletem, qui fuit multum peritus in legibus: quod ostendit nomen: telete enim in Græco dicitur ritus vel lex, sicut dicit commentum Maximi super Ecclesiasticam Hierarch. Dionysij, ut dicit Dionysius, Mysterium telete myri: ibi enim dicit sic. Teleta sunt ritus obseruati in sacrificijs Deorum: vnde Teletanus idem est quod legisa. Et subdit de disciplina istius. Thaletis autem auditorem Lycurgum, supple, dicunt fuisse, & Zaleucum. Lycurgus autem fuit, qui Lacedæmonibus dedit leges, quas accepit in Creta, ut in præhabitis dictum est, cum de Lacedæmonia fugeret in Cretà à facie Charillæ regis. Zaleuci autem dicunt fuisse auditorem Charondam. Et subdit de reprehensione ipsius dicti, ibi, Sed hoc quidem dicunt inconsideratius ipsi dicentes: quia non est multum inspicendum quis vel cuius fuerit legislator, dummodo lex fuerit bona.

f Fuit autem &, id est, etiam Philolaus Corinthius legislator: & dicitur Philolaus à Philo quod est amor, & laos quod est populus: quia leges dedit in fauorem populi: & fuit compatriota Phidonis, de quo in præhabitis dictum est. Et etiam subdit, quibus ipse dedit leges: Quia Phidon dedit Corinthijs, iste Thebeis, supple, dedit leges. Thebæ autem sunt ciuitates iuxta Athenas, de quarum legibus sæpè facit mentionem. Erat autem Philolaus de genere quidem Bachidorum, qui à Deo Baccho denominationem acceperunt. Et erant heriles sicut à Deo trahentes originem, & fortè heroicas habebant virtutes, sicut Aristot. in primo Ethic. inducens Homerum, sic inquit Homerus de Hectore: Quoniam valdè fuit optimus, & non videbatur viri mortalis filius, sed Dei. Totum autem hoc dicit ad commendationem Philolai. Et ad commendationem eius vterius dicit. Amator autem factus est Dioclis, qui vicit Olympiadem. Olympias est quinquennalis agon per modum quo torneamentum est apud Latinos, in quo probantur tyrones, id est, noui milites. Vt, id est, postquam ille, Diocles scilicet, ciuitatem reliquit, scilicet Corinthum, recordatus amorem matris Alcyones, vocatae scilicet, abiit Thebas (vnde etiam natus fuerat) & ibi vitam finierunt ambo, scilicet Philolaus & Diocles. Et nunc adhuc ostendunt sepulchra ipsorum quæ dicuntur esse ædificata & ornata imaginibus ipsorum, inuicem quidem facillè inspectibilia existentia, ut ipsa scilicet conspectibilia

inspectibilia sepulchrorum ostenderet amorem quem habuerunt ad inuicem. Et adhuc vterius infert ad laudes istorum, ibi, Ad regionem autem Corinthiorum hoc quidem, scilicet sepulchro Philolai, conspectibili, quia cum Corinthius fuisset, voluit quòd decor sepulchri versus Corinthum respiceret: fabulantur enim Thebei, ipsos sic ordinasse sepulchram. Dioclea quidem (accusarius Græcus), id est, Dioclem propter abstinentiam passionis, scilicet ne Corinthij spectantes sepulchrum paterentur tristitiam in amissione tanti cuius: & idè fecit, quòd sepulchrum non esset visibile eis. Et hoc est. Quatenus non visibilis sit Corinthia à puluere, scilicet ne, eis tristitiam ingereret. Philolaum autem dicit ordinasse sepulchrum versus Corinthum quatenus visibilis, supple, esset, & reuocarentur ipsi ad memoriam beneficia ipsius. Et sic vterque in ordinatione sepulchri piam habuit intentionem. Ex his infert de ambobus. Habitauerunt quidem igitur propter talem causam apud Thebeos. Legislator autem fuit ipse Philolaus, non Diocles.

g Deinde cum dicit, De alijs quibusdam, &c. determinat de alijs qui etiam leges dederunt, dicens. De alijs quibusdam, scilicet legislatoribus & legibus, supple, Philolai, & de puero- rum procreatione, scilicet de quibus dedit leges Philolaus, quas vocant illi, scilicet Thebei, leges politicas, & hoc est singulariter ab illo lege statutum, scilicet quod quilibet pueros procrearet. Et subdit causam quare hoc statuit, ibi, Quatenus numerus saluetur sortium: quia si multos generaret quilibet, oporteret hæreditates in paruis sortes, siue partes diuidi: & per hoc dissolueretur ciuitas. Et subdit de quodam legislatore, ibi, Charondæ autem nihil est proprium, nisi vindicta falsorum testium. Et subdit rationem: Primus enim fecit considerationem, supple, testium contra falsos testes, iuxta illud Prou. 9. Testis falsus, non erit impunitus. Deinde cum dicit, Diligentia autem est placentior, &c. facit comparisonem ad ea quæ nunc sunt, & dicit, Diligentia autem est placentior, id est, quod legislator circa singula diligenter inspicat, & id est, etiam eis qui nunc legislatoribus. Et huius causa est: quia actus humani sunt circa particularia in quibus diligenter oportet considerare, Philolai autem proprium est substantiarum irregularitas, Platonis autem mulierum & puero- rum & substantiæ communitas, supple, est proprium: hoc enim didicerat à magistro suo Socrate, sicut dictum est in præcedentibus, & coniuia mulierum, supple, etiam instituit Plato. Adhuc autem,

Platonis est, supple, lex circa ebrietatem, scilicet sobrios, esse ciues, supple, sympo- siarchizare, id est, qualiter sympo- siarchi ponantur. Sympo- siarchi autem dicuntur principes qui simul ponuntur ut regnent in ciuitate & præfint reip. Et qualiter instituantur aræ Deorum: & exercitium in bellicis, quatenus ambidextri fiant per studium, ut opportunum est, supple, ad bella: non hac quidem manuum vtile esse, hac autem inutile, sicut in libro iudicum dicitur de Aioth, quod vtraque manu vtebatur pro dextera, supple, hoc totum instituit Plato. Et postea inducit alium, ibi, Draconis autem leges sunt, politicae autem existenti iam posuit leges: proprium autem in legibus nihil est quod sit memoria dignum nisi sanctia propter magnitudinem damni, id est, quod ciues sani essent, acriter punientes eos, qui magna damna facerent, ut quilibet timeret alteri damna inferre, sicut & modo apud nos infligitur suspendium latronibus, cum tamen nulla lex diuina neque humana furtum præcipiat morte puniri, sed furem deprehensum reddere in quadruplum vel subicere in seruitutem. Et subdit adhuc de alio, ibi, Fuit autem & Pittacus legum conditor, sed non politicae, id est, non fuit ordinator ciuitatis alicuius. Lex autem propria ipsius, supple, est, ebrios, si percusserint, amplius damnum ferre quam sobrios, iuxta illud in tertio. Ethic. Ebrios si percusserint, duplices maledictiones meretur, & quia se inebriauit, & quia percussit. Et ratio est: quia non potest excusari per ignorantiam, qui causam dedit ignorantia. Et hoc est quod etiam hic addit: Quia plures iniuriantur ebrij quam sobrij, non ad veniam respexit: quia sicut dicit in Ethicis, venia non est danda iis qui dederunt causam ignorantia. Et hoc est. Quia oportet ebrios habere magis, veniam scilicet, quam alios propter ignorantiam ebrietatis: sed ad conferens, supple, respexit. Conferunt enim ciuitati ne ciues se inebrient: & idè fecit acriter puniri ebrietatem, ut magis vitetur. Et subdit de alio, ibi, Fuit autem & Andromachus Reginus legislator Chalcedibus, qui in Thracia, supple, sunt, Chalcedonia enim ciuitas Thracia est, cuius circa homicidia & hereditationes, id est, qualiter hæreditates diuidantur, studium, supple, est: attramen proprium ipsius nihil vtrique habebit dicere aliquis: quia nihil noui statuit, sed prius statuta obseruare fecit. Postea subiungit epilogum omnium dictorum in secundo libro, ibi, Quæ quidem igitur circa politias principales, & circa politias dictas ab aliquibus, sint consideratae hoc modo.



ARISTOTELIS POLITICORVM LIBER TERTIVS,

Cum Beati Alberti Magni præclarissimis Commentariis.

CAPVT I.

De ciuitate, & quot modis ciuis dicatur, deque vera eius definitione: & quâ notâ ciuitas eadē vel alia sit assignanda.

I qui de politia considerat, quid sit vnaquæque, & qualisque, quæ prima est consideratio de ciuitate videre, quid quidem sit ciuitas: nunc enim dubitant, ij quidem dicentes ciuitatem egisse actionem, ij autem non ciuitatem, sed Oligarchiam, vel tyrannum. Politici autem & legislatoris videmus omne negotium existens circa ciuitatem. Politia autem est ordo quidam habitantium ciuitatem.

b Quoniam autem ciuitas est compositorum, sicut aliud aliquod totorum quidem & constantium ex multis partibus, palam quod prius ciuis est inquirendus: ciuitas enim ciuium quædam multitudo est. Quare quem oporteat vocare ciuem, & quis sit ciuis, considerandum: etenim ciuis dubitatur sæpe: non enim eundem consentur omnes esse ciuem, est enim aliquis, qui in Democratia ciuis existens, in Oligarchia sæpè non est ciuis.

c Eos quidem igitur qui aliter qualiter sortiuntur hanc appellationem, velut poëtales ciues dimitte. Ciuis autem non per habitare alicubi ciuis est: etenim aduentij & serui communicant habitatione. Neque iustorum participes, ita vt & sententiam obtineant & iudicent: hoc enim inest & iis qui à contractibus communicant. In multis quidem neque iis perfectè aduentij participant, sed necesse tribuere astitorem. Quare imperfectè aliquantulum participant tali communione, sed sicut & pueros qui nondum propter ætatem inscripti sunt & senes dimissos dicendum esse aliquantulum quidem ciues, non simpliciter, aut valde,

CAPVT I.

V I de Repub. considerat, quæ sit vnaquæque, & qualis, fere prima illa consideratio occurrit videre, quid sit ciuitas: nam ea nonnunquam in controuersiam venit: cum alij dicant à ciuitate factum, alij non à ciuitate, sed à potentibus quibusdam, vel à tyranno. Gubernatoris autem Reip. ac legum positoris, totum negotium versari videmus circa ciuitatem. Est autem Respub. eorum qui in ciuitate degunt, institutio.

Cum vero sit ciuitas compositum quiddam, quemadmodum alia tota ex pluribus consistentiâ, manifestum est primo de ciue esse perquirendum. Nam ciuitas est ciuium multitudo quedam. Quare & quem oporteat ciuem vocari, & qui sit ciuis, est considerandum: nam & de ciue sæpe contenditur: nec eundem omnes esse fatentur ciuem, & qui in populari statu ciuis est, per sepe in paucorum gubernatione non erit ciuis.

Eos igitur qui alio quodam modo appellationem sortiuntur, seu eos, qui ciuitate donati sunt, omittamus. Nec habitatio ciuem facit: nam isto modo ministri qui circa nos habitant, & serui ciues essent. Nec rursus qui fori ac iudicij ius habent: nam hoc existit etiam illis, qui simul contrahunt, cum per contractum forum sortiuntur, quanquam multis in locis peregrini ne id quidem perfectè habeant, sed necesse est, vt patronum accipiant. Ex quo fit, vt imperfectè quodammodo sint fori iudiciorumque participes, sed vt pueri nondum ætate perfecti, & senes ob ætatem à muneribus publicis vacantes, non simpliciter ciues dicendi sunt, sed quodammodo ciues.

sed

sed apponentes hos quidem imperfectos, hos autem ultra perfectos, vel aliquod tale alterum, nihil enim differt, palam enim quod dicitur.

d Quærimus enim simpliciter ciuem, & nullam tamen habentem adiectionem opportunam directioni, quoniam & de vilibus & profugis est talia & dubitare & soluere. Ciuis autem simpliciter nullo aliorum determinatur magis, quam per participare iudicio & principatu. Principatum autem ij quidem sunt diuisi pro tempore, vt & quibusdam omnino non liceat eundem bis principari, vel per aliqua determinata tempora: alius autem indeterminatus, velut prætor & concionator. Fortè quidem igitur dicitur utique quis, neque principes esse tales, neque participare propter hoc principatu, sed differat nihil, de nomine enim ratio, in nominatum enim quod commune in prætor & concionatore, quid oporteat hæc ambo vocare. Sit itaque determinationis gratia indeterminatus principatus. Ponimus itaque ciues eos, qui sic participant. Qui quidem igitur maximè congruit utique ciuis ad omnes qui dicuntur ciues, ferè talis est.

e Oportet autem non latere, quod rerum in quibus supposita differunt specie, & hoc quidem ipsorum est primum, & hoc autem secundum, aliud autem habitum, aut omnino nihil est, secundum quod talia, quod commune, aut vix: politias autem videmus specie differentes ab inuicem, & has quidem posteriores, has autem priores existentes: vitiatas enim vt transgressas necessarium posteriores esse non vitiatas: transgressas autem quomodo dicimus, posteriorius erit manifestum: quare & ciues necessarium alterum esse eum qui secundum vnamquamque politiam. Propter quod quidem in democratia quidem maximè est ciuis, in aliis autem contingit quidem, non tamen necessarium: quibusdam enim non est populus, neque Ecclesiam purant, sed conuocatos, & sententias iudicant secundum partem, velut in Lacedæmonia, eas quæ contractuum iudicat Ephorum, alius alias, Senes autem homicidiales, fortè autem alius principatus alias. Eodem autem modo & circa Carchedonem: omnes enim sententias principatus aliqui iudicant.

At nos quærimus eum, qui simpliciter ciuis dicatur, nec habeat aliquam adiectionem, qua restringat & corrigat, cum & de infantibus & de exilibus eodem modo, vt supra, dubitari & responderi possit. Ciuis simpliciter nulla alia diffinitur magis, quam participatione potestatis publicæ iudicandi & decernendi. Potestates autem alia sunt determinate secundum tempus: ita vt non liceat interdum nisi semel eandem habere: aut per alia temporum spatia. Alia sunt indeterminata, seu illius qui in concione deliberat & decernit, quanquam fortasse diceret aliquis, tales non esse in potestate constitutos. At qui ridiculum foret, qui de maximis rebus deliberant, & decernunt, eos potestatem dicere non habere, sed nihil reserat cum de nomine sit quæstio: est enim absque nomine publica potestas iudicantis decernentisque in concione. Sed sit diffinitionis gratia indeterminata potestas. Ponimus autem eos esse ciues, qui huius potestatis vna cum aliis participes sunt. Maximè igitur proprie ciuis super omnes alios qui ciues dicuntur, fere talis est.

Nec latere nos debet, quod in rebus quarum subiecta differunt specie, & aliud eorum est primum, aliud secundum, aliud consequens, aut omnino nihil est, quia talia sunt, commune, aut vix. Respublicas autem videmus specie differre, & alias esse posteriores, alias priores: quæ enim aberrauerunt, ac prolapsæ sunt, necesse est, vt posteriores sint integris, & incorruptis: quomodo autem dicamus eas labi, postea patebit: quare esse ciuem quoque alium, necesse est secundum differentiam Rerum publicarum. Itaque ille de quo diximus, in populari quidem statu maxime est ciuis, in aliis vero speciebus esse quidem potest, non tamen necesse est: in quibusdam enim ciuitatibus, nec populus est, neque concionis usus, sed Senatium habent & iudicia, alij alia exercent, vt apud Lacedæmonios de contractibus cognoscunt hi, qui Ephoribus nuncupantur, de eadē autem Senatium, & forsitan alij de aliis ius dicunt. Eodemque modo apud Carthaginienses: de omnibus quidem causis magistratus quidam cognoscunt.

f Sed

f Sed habet directionem cuius diffinitio. In aliis enim politis non qui indeterminatus princeps, est concionator & prætor, sed qui secundum principatum determinatum: horum enim, aut omnibus, aut quibusdam attribuitur consiliari & iudicare, vel de omnibus, vel de aliquibus. Quis quidem igitur sit cuius, ex iis manifestum: cui enim potestas communicandi principatu consiliatio vel iudicatio, cuiem iam dicimus esse huius civitatis. Civitatem autem talium multitudinem sufficientem ad antarciam vitæ, ut simpliciter est dicere.

Αὐτῶν
καίαν.

g Determinant etiam secundum usum cuiem, eum qui ex ambobus civibus, & non ex altero solum, puta patre, vel matre: alij autem & hoc ad plus requirunt, puta ad alios duos vel tres, vel plures. Sic autem determinatis politicè, & celeriter, dubitant quidem tertium hunc, vel etiam quartum quomodo erit cuius. Gorgias quidem igitur Leontinus, hoc quidem fortè dubitans, hoc autem ironicè loquens, ait sicut mortariola esse ea, quæ à mortariolificis facta sunt, sic & Larissæos eos, qui à condentibus facti sunt: esse enim quosdam Larissæotinos. Est autem simplex: si enim participabant secundum dictam diffinitionem politica, erant ciues: neque enim possibile est adaptare, quod ex ciue matre, aut femina, ad primos qui habitauerunt, vel ædificauerunt.

h Sed fortè illis magis habent dubitationem quicumque participant transmutatione facta politice, velut Athenis fecit Clisthenes post tyrannorum electionem: multos enim ad tribus applicuit extraneos, & seruos aduentitios.

i Dubitatio autem ad hos est, non quis cuius, sed utrum iniuste vel iuste. Equidem & cum hoc adhuc aliquis dubitabit, utrum si non iuste cuius, non cuius, tanquam idem potente iniuste & falso. Quoniam autem videtur & principantes quosdam iniuste quos principari quidem dicimus, sed non iuste: cuius autem principatu quodam determinatus est: qui enim communicat tali principatu, cuius est, ut diximus: palam, quia ciues quidem esse faciendum & hos. De eo autem quod est iuste, vel non iuste, copulatur ad dictam prius dubitationem.

Sed recipit correctionem quandam diffinitio cuius: quod in aliis Rebus publicis non est indeterminata illa potestas, quæ in concione decernit & iudicat, sed determinata secundum iurisdictionem: horum enim, aut omnibus, aut quibusdam concessum est deliberare, ac iudicare, vel de omnibus, vel de quibusdam. Quis igitur sit cuius, ex his patet: cui enim habitus est participandi potestatis publica deliberativa & iudicaria, hunc cuiem esse dicimus eius civitatis. Civitatem vero talium multitudinem, quæ ipsa per se sufficiens sit, ut simpliciter dixerim ad vivendum.

Cosueverunt autem eum etiam dicere cuiem, qui ex duobus civibus ortus sit. & non ex altero solum, seu ex parte & matre: alij vero magis ultra requirunt, seu avos, & proavos, & attavos, vel plures. His ita diffinitis civiliter & succinctè, dubitant quidam, tertius ille, aut quartus quomodo erit cuius. Gorgias quidem Leontinus partim dubitans fortasse, partim ludens, inquit, quemadmodum mortariola sunt illa, quæ à factoribus mortariorum sunt, sic Larissæos esse, qui ab artificibus eorum sunt: esse namque aliquos Larissæorum factores. Est autem simplex: si enim participarent administrationis Reipublice secundum determinationem iam dictam, essent utique ciues. Etenim neque possibile est congruere diffinitionem illam primis conditoribus, aut habitatoribus, ut ex patre & matre civibus sint exorti.

Sed forsam de eo magis dubitari potest, cum facta mutatione recipiuntur quidam ad communionem Reipublice, quemadmodum Athenis fecit Clisthenes post tyrannorum electionem: complures enim in tribus descripsit peregrinos, & seruos, & inquilinos.

De his dubitari potest, non qui cuius, sed an iuste vel iniuste. Atqui & de eo insuper quis dubitabit, an si non iuste cuius, ne cuius sit, quasi idem valeat iniustus & falsus. Sed cum videamus quosdam iniuste se in magistratibus gerere, quos tamen magistratus esse dicimus, sed nequaquam iuste: cuius autem potestate quodam diffinitus sit: nam qui particeps est talis potestatis, est cuius, ut diximus, patet quod hos quoque ciues esse, dicendum est. Iuste autem vel iniuste pertinet ad primam illam questionem.

k Dubitant

k Dubitant enim quidem, quando civitas egit, & quando non civitas, puta quando ex oligarchia, vel tyrannide fiat democratia: tunc enim neque conventiones volunt quidem dissolvere, tanquam non civitas, sed tyrannus accepit, neque alia multa talium, tanquam quædam politiarum sunt in obrinendo, sed non propter communiter expediens. Siquidem igitur in democratiam veritè fuerint quædam secundum hunc modum, similiter dicendum civitatis huius esse eas, quæ huius politice actiones, & eas quæ ex oligarchia & tyrannide.

l Videtur autem sermo proprius esse dubitationis huius, qualiter quidem oporteat dicere civitatem esse eandem, aut non eandem, sed alteram. Superficialis quidem igitur inquisitio dubitationis circa locum & homines est: contingit enim disiungi locum & homines, & hos quidem alterum, hos autem alterum habitare locum: hanc quidem igitur minorem ponendum dubitationem: multipliciter enim civitate dicta, est aliquantulum alleviatio talis inquisitionis. Similiter autem & hominum eundem locum habitantium, quando oportet unam esse civitatem: non enim utique muris: erit enim utique Peloponneso circumponere unum murum. Talis autem fortè est & Babylon, & omnis quæ habet circumscriptionem magis gentis quam civitatis, qua quidem capta aiunt tertio die non sensitisse quandam partem civitatis. Sed de hac quidem dubitatione in aliud tempus opportuna speculatione: de magnitudine enim civitatis, scilicet quantum & utrum gens una vel plures expediant, oportet non latere politicum.

m Sed eisdem habitantibus eundem locum, utrum donec utique sit genus idem habitantium, dicendum eandem esse civitatem, quamvis semper iis quidem corruptis, iis autem generatis, sicut & fluvios consuevimus dicere eosdem, & fontes eosdem, quamvis semper hoc quidem superueniente fluxu, hoc autem recedente.

n An homines quidem dicendum esse eosdem propter talem causam, civitatem autem alteram: siquidem enim est communicatio quædam civitas, est autem communicatio civium politica facta altera specie, & differente

In qua queritur, nunquid à civitate factum sit, vel non à civitate, seu cum ex paucorum potentia vel ex tyrannide ad popularem statum sit mutatio: tunc enim neque mutuatam pecuniam solvere quidam volunt, quasi non civitas eam susceperit, sed tyrannus, nec alia huiusmodi permulta, quasi Respublica, vi ac victoria constet non publica utilitate. Si igitur per hunc modum quædam in populari statu sunt, esse similiter dicendum est huius civitatis acta, & paucorum potentia, & tyrannidis.

Videtur autem proprius huius questionis locus, quomodo aliquando dicamus civitatem esse eandem, & non eandem, sed aliam. Potissimè igitur inuestigatio dubitationis huius est circa locum & homines, fieri enim potest, ut separetur locus, & homines, & alios alibi habitare: sed hæc levis est dubitatio: nam cum multipliciter dicatur civitas, superficialis est huiusmodi questio. Similiter quoque eorum, qui eundem inhabitant locum, quod dicendum sit unam esse civitatem: non enim manibus diffinitur: liceret enim Peloponnesum totam unis manibus circumdari. Talis fortasse est Babylon, qua capta cum esset ab hostibus, servavit partem aliquam eius civitatis tertio die nondum aliquand sensitisse, similiter & quæcumque alia magis habet circumscriptionem gentis, quam civitatis: sed huius questionis alio loco utilis erit consideratio: nam de magnitudine civitatis, & quantum esse utile sit, & utrum unam, vel plures, latere non debet.

At manentibus eisdem habitatoribus eodem loco, utrum quoad sit idem genus habitantium, eandem esse civitatem dicendum sit: quamvis semper alij intereant, alij oriantur, ut & flumina solemus eadem dicere, & fontes eosdem, quamvis semper vnda nova superueniat, ac defluat.

An homines dicendum sit eosdem esse propter eandem causam, sed civitatem aliam? Nam si civitas est societas quedam, societas autem civium, variata Reipublice gubernanda forma, & alia effecta, necessarium utique videretur civitatem politica,

politica, necessarium esse videbitur, & ciuitatem esse non eandem, sicut & chorum, quandoque quidem Comicum, quandoque autem Tragicum alterum esse dicimus, eisdem sæpe hominibus existentibus. Similiter autem & omnem aliam communionem, & compositionem alteram, si species altera compositionis sit, velut Harmoniam eorundem sonorum alteram esse dicemus, si quandoque quidem sit Dorica, quandoque autem Phrygia. Si itaque hunc habet modum, manifestum quod maximè dicendum eandem ciuitatem, ad politiam respicientes, nomine autem vocare altero, vel eodem utique, & eisdem habitantibus ipsam, & omnino alteris hominibus. Si autem iustum dissoluere, vel non dissoluere, quando ad alteram politiam transmittatur ciuitas, ratio altera.

CAPVT I.

Aristoteles incipit hinc determinare de politia secundum seipsam, & in ipso proæmio quod præmittit, diuidit se in tria, scilicet quæ sit vnaquæque politia. Et ad hoc exiuntur duo. Primò quod enumerentur politie, & hoc facit in hoc tertio lib. Secundo ut ostendatur, quæ sit vnaquæque: & hoc incipit facere à principio quarti, ibi, *In omnibus artibus & scienciis*, &c. Tertio qualis sit, & hoc facit à principio septimi vsque in finem libri, vbi docet instituire optimam politiam. Istum tertium videtur diuidere in duas partes, ita quod prima sit de prima consideratione quæ quasi principium est ad alia. Secunda de enumeratione politiarum in generali, ibi, *Quoniam autem hæc determinata sunt*, &c. Adhuc primum diuidit in duas partes, in quarum prima determinat quid sit ciuis, & quid ciuitas secundum rectam rationem. In secunda, vtrum eadem sit virtus ciuis & boni hominis, vel non, ibi, *His autem quæ dicta sunt*, &c. Adhuc prima diuiditur in tertio. In prima determinat quid sit ciuis, & quid sit ciuitas secundum rectam rationem. In secunda, quid sit ciuis secundum vsum, ibi, *Determinant etiam secundum vsum ciuem*, &c. In tertia mouet quasdam dubitationes circa determinata, & soluit, ibi, *Dubitatio autem ad hoc etiam*, &c. Prima harum in tres diuiditur, eò quod à tribus accipit rationem determinationis. Primò enim accipit rationem ab eo qui est ciuis simpliciter, ibi, *Ciuis autem simpliciter*, &c. Tertio ab ordine politiarum, ibi, *Oportet autem non latere*, &c. Circa primum ponit tres rationes, quarum prima sumitur ex eo quod rationabiliter dubium est, quid sit ciuis propter diuersas politias. Secunda ex mala consideratione quorundam, qui determinauerunt ciuem

quoque non eandem permanere, ut & chorum alium esse dicimus, dum Tragicus est, quam dum Comicus, et si eisdem sint homines: eodemque item modo omnem aliam societatem & compositionem, si species compositionis alia fiat, seu harmoniam eorundem vocum aliam esse dicimus, & modo Doricam, modo Phrygiam vocitamus. Id si ita est, patet, quod maxime dicendum est eandem ciuitatem ad Rempub. respicientes, nomine autem vocari alio, aut eodem, licet eisdem habitantibus eandem, vel aliis penitus hominibus. Vtrum autem iustum sit reddere pecuniam mutuo sumptam, mutata Reipublica gubernanda specie, vel non iustum, alia est disputatio.

ex habitatione, ibi, *Ciuis autem non per habitare*, &c. Tertia sumitur ex considerationibus quæ conueniunt ciui propriè dicto, ibi, *Ciuis autem à nullo aliorum*, &c. Primo ergo ordinans & distinguens tractatum dicit sic: Ei qui de politia considerat, id est, considerare vult, quid sit vnaquæque, scilicet secundum speciem, & quot sunt numero, & qualis, secundum bonum statum ciuitatis. prima consideratio est de ciuitate videre, quid sit ciuitas. Et huius ratio est quæ in antè habitis posita est: quia in moralibus sermonibus ratio non sumitur ex persuasionem syllogismi vel rationis, sed sumitur ratio ex amantibus mores & honestatem morum, ut dicitur in Ethic. sicut etiam virtus moralis à voluntate & à perseverantia in operibus difficilibus magis accipit generationem, quam à scientia, ut docet in primo Ethic. Quod autem necessaria sit huiusmodi consideratio, probat subdens. Nunc enim dubitant ij quidem dicentes ciuitatem egisse actionem, sicut violentam oppressionem aliquorum bonorum operum, vel populi, ij autem, id est, alij non ciuitatem, supple, illam egisse actionem, sed oligarchiam vel tyrannum, quasi alia sit actio oligarchiæ & tyranni, & alia ciuitatis. Et sic dubium est, quid sit ciuitas, & determinatione indiget. Et est exemplum huius quod Athenienses occiderunt cicuta aquata Socratem, quod tamen ciuitas negauit se fecisse, sed dixit hoc fecisse oligarchicos quosdam & tyrannos in ciuitate qui tunc iudices erant. Et postea cum Aristotelem vellent occidere, fugiens Aristoteles dixit, sicut legitur in vita sua, Non fecerunt Athenis vnquam mali supra malos sicut pitum supra pitum: non consentiam Atheniensibus bis peccare in philosophiam: Socratem occiderunt, me non occident: & fugit ad Alexandrum. Et ex hoc accipitur, quod in alio determinatur ciuitas & ciuis, & in alio oligarchia

Et pira nata pira, sicque in sicibus extant.

hia & tyrannus: & necessarium est, quod determinetur secundum quod habet determinari ciuitas & ciuis. Et hoc est. Politici autem, id est, ciuilibus, & legislatoris videmus omne negotium existens circa ciuitatem: & idè oportet determinare quid sit ciuitas. Politia autem est ordo quidam habitantium ciuitatem: ordo autem ille determinatur lege, secundum quod lex est ius scriptum asciscens iustum prohibensque contrarium.

b Sed quia nullum compositum cognoscitur, nisi ex suis componentibus, idè subdit. Quoniam autem ciuitas est compositorum, id est, de numero compositorum, sicut aliud aliquod totorum & constantium ex multis partibus, palam est, quod prius ciuis est inquirendus: & hoc probat, ibi. Ciuitas enim quædam ciuium multitudo est, & sic ex ciuibus componitur: quare (concludit ex prædictis) quem oportet appellare ciuem, & quis sit ciuis, considerandum. Et ponit rationem, ibi, Etenim ciuis dubitatur sæpe, id est, ciuis ratio. Et huius dat rationem, ibi, Non enim eundem omnes confitentur esse ciuem. Et subdit rationem. Est enim aliquis qui in democratia ciuis existens, in oligarchia sæpe non est ciuis. Cuius ratio accipitur ex præhabitis. Quia democratia est principatus populi, ad quem quilibet de populo potest eligi. Oligarchia autem principatus paucorum diuitem, ad quem pauper non eligitur vel quilibet de populo.

c Et subdit de quo ciue intendit, ibi, Eos quidem igitur qui aliter qualiter quam, supple, per veram rationem, sortiuntur hanc appellationem, velut potestales ciues dimittendi. Potestales autem vocat, qui ex aliqua conuenientia ad veros ciues, & non per veram rationem, ciues dicuntur. Potestatem enim est sic fingere per conuenientiam, & fabulas componere. Deinde cum dicit, Ciuis autem non per habitare, &c. ponit secundam rationem, quæ sumitur ex mala consideratione quorundam, & dicit. Ciuis autem non per habitare alicubi ciuis est, sicut, supple, quidam dixerunt omnem habitantem in ciuitate ciuem esse. Et hoc probat, ibi, Etenim aduentitij & serui communicant habitatione, & tamen, supple, non sunt ciues: aduentitij enim non confidenter agunt in ciuitate, serui autem non habent liberum officium. Patet ergo, quod per habitationem non est determinandus verus ciuis. Deinde excludit aliam falsam ciuis determinationem, ibi, Neque iustorum participes, &c. vbi tangit quorundam opinionem, qui dixerunt, quod ciuis est, qui in iudiciis iustorum ciuitatis est participes, & dicit. Neque iustorum participes, ita ut & sententiam obtineant & iudicentur, supple, sunt ciues, qui sententias expectant iudicum ciuitatis. Vnde hoc improbat, ibi, Hoc enim inest & iis qui à contractibus communicant: Forenses enim contractus habentes cum ciuibus accipiunt iusta iudicia ciuitatis & sententias, & quantum contingit contractus suos: & tamen non sunt ciues. Et subdit instantiam in iis, ibi, In multis quidem, scilicet locis, neque iis, iustis scilicet & sententiis, perfectè aduentitij participiant, sed neceffe, aduentitij scilicet, tribuere actorem, id est, fideiussorem, qui ster pro

D. Albert. Mag. Politic.

ipsis, qui scilicet iuri pareant & sententiæ iudicum, quod non facit ciuis. Et adhuc hoc tenetur in ciuitatibus, quod habens hereditatem in ciuitate non dat fideiussorem de parendo iuri, eò quod certus est iudex de ciue, & non de aduentitio. Et ex his concludit, ibi, Quare imperfectè aliquantulum participiant tali communiione, ciuium scilicet, sed sicut & pueros qui nondum propter ætatem inscripti sunt, scilicet in ius & dignitatem ciuium, & senes dimissos, id est, emeritos absolutos ab oneribus ciuitatis & laboribus, dicendum esse aliquantulum quidem ciues, non simpliciter, aut valde, sed apponentes hos quidem imperfectos, supple, esse ciues, ut pueros: hos autem ultra prouectos, scilicet ut senes & emeritos, vel aliquod tale alterum, quod scilicet determinet secundum quid esse ciuem & non simpliciter: nihil enim differt, supple, quamecumque determinationem apponamus, palam enim quod dicitur, & huius ratio est: quia quælibet determinatio addita diminuit rationem ciuis, & facit ciuem secundum quid & non simpliciter.

d Et subdit, Quærimus enim simpliciter ciuem, & nullam talem habentem adiectionem opportunam directioni, id est, per quam nomen ciuis optimè ei aptetur. Et subiungit quare hoc necessarium est, ibi, Quoniam & de viliibus, seruis scilicet & profugis est, id est, contingit, talia dubitare & solvere, vtrum scilicet simpliciter sint ciues, vel secundum quid, sicut de pueris & senibus. Et soluitur, quod secundum quid possunt esse ciues, sed non simpliciter. Deinde cum dicit, Ciuis autem simpliciter, &c. ostendit secundum quid determinetur verè ciuis & dicit. Ciuis autem simpliciter nullo aliorum determinatur magis, quam per participare iudicio & principatu. Qui enim ex dignitate ciuilitatis potest esse iudex & princeps in ciuitate, verè ciuis est. Et distinguit etiam principatus, ibi, Principatum autem ij quidem sunt diuisi per tempus, ut &, id est, etiam quibusdam non liceat eundem bis principari, sicut in præhabitis dictum est: quod, inquam, quidam in Lacedæmonia principabantur per quinquennium, Ephori scilicet, & alij per per decennium, scilicet electores eorum qui principabantur cum electis. Alius autem indeterminatus est, supple, principatus per tempus, sicut in aliis qui principabantur ad vitam, de quibus etiam in antè habitis dictum est. Et statim soluit, ibi, Velut prætor & concionator, qui, supple, principantur ad vitam. Prætor enim est, qui in prætorio audit & iudicat causas & leges condit. Concionator verò, qui in conuentu populi conciones proponit. Deinde cum dicit, Fortè quidem igitur, &c. dubitationem quorundam ex hoc infert, dicens. Fortè quidem igitur dicit utique aliquis neque principes esse tales, prætores scilicet & concionatores, neque participare propter hoc principatu. Et respondet ibi. Sed differat nihil, à proposito, supple, de nomine enim ratio, non enim iis est nisi de nomine, vtrum scilicet oporteat prætorem & concionatorem principes vocari. Innominatum enim quod commune in prætore & concionatore, quid oporteat hæc ambo vocare. Sic enim in omnibus æquiocis est, vbi so-

M lum

lum nomen commune est & ratio substantiæ diuersa. Commune enim vtrisque non conuenit per vnam rationem. Quantum ad propositum sufficit sic determinare commune in prætoris & concionatore. Sic itaque determinationis gratia indeterminatus principatus: hoc enim conuenit tam prætori quam concionatori. Deinde inuestigat quis verus ciuis sit, ibi, Poniunt itaque ciues, supple, veros esse eos qui sic participant, iudicio scilicet & principatu simpliciter & non secundum quid. Et hoc est quod subdit. Qui quidem igitur maximè congruit, ad iudicia scilicet & principatus, vtrique ciuis ad omnes qui dicuntur ciues, ferè talis est: & dicit, ferè, quia iam distinxit inter eos qui dicuntur ciues.

e Deinde cum dicit, Oportet autem non latere, &c. accipit rationem determinationis ciuis ab ordine politiarum, & dicit: Oportet autem non latere, quod rerum in quibus supposita differunt specie, sicut, supple, in politiis differunt, & hoc quidem ipsorum est primum, hoc autem secundum, aliud autem habitum, id est, consequens ad secundum, aut omninò nihil est secundum quod talia, quod commune, aut vix, id est, secundum adiectionem determinationis: & ideo vna communis ratio non potest reddi de eis. Et ostendit, quod sic est in proposito, ibi, Politias autem videmus specie differentes ad inuicem, regnum scilicet, aristocratiam, democratiam & oligarchiam, & has quidem posteriores, has autem priores existentes. Et dat exemplum, ibi, Vitiatas enim & transgressas necessarium posteriores esse, non vitiatis prioribus. Et huius ratio terditur in Ethic. Regnum enim corrumpitur in tyrannidem, & transgreditur aristocratia in oligarchiam, democratia in timocratiam. Et subdit excelsans se à determinatione harum politiarum, ibi, Transgressas quomodo dicimus, supple, politias, posterius erit manifestum. Et ex hoc concludit, quod sicut multipliciter dicitur politia, ita necesse est multipliciter dici ciuem: quare ciuem necessarium alterum esse eum qui secundum vnamquamque politiam. Propter quod quidem dictus in democratia quidem maximè ciuis. Ratio enim ad democratiam maximè declinat: in aliis autem, supple, politiis, contingit quidem, supple, ciuem esse secundum aliquid, non tamen necessarium, supple, simpliciter ciuem esse. Et subiungit rationem, ibi, Quibusdam enim, supple, politiis non est populus, sicut in quibus principatur vnus vel pauci, neque ecclesiam putant, id est, totam congregationem, populi, debere principari, supple, sed conuocatos, ad hoc scilicet quod illi, supple, conuocati de populo & sententias iudicant secundum partem. Et dat exemplum, ibi, Velut in Lacedæmonia eas quæ contractuum, supple, sententias iudicant, Ephorum, alius alias, supple, & non vnus omnes. Senes autem, qui bouli, id est, consiliarij in antè habitis dicebantur, homicidiales iudicant causas. Fortè autem alius principatus alias, supple, iudicat causas. Et subdit ad exemplum, ibi, Eodem autem modo & circa Carchedonem: omnes enim sententias principatus aliqui iudicant. Alia litera: Omnis enim senatus principatus aliqui

iudicant. Et vocat senatus confraternitates & artificum societates, in quibus præest vnus semper tanquam iudicans eos, & dirigens.

f Deinde cum dicit, Sed habet directionem, &c. venatur veram diffinitionem ciuis, & dicit: Sed habet diffinitionem ciuis diffinitio. In aliis enim politiis, scilicet à democratia, non qui indeterminatus est princeps, concionator est & prætor, sed qui secundum principatum determinatus est, sicut Ephori & consiliarij: horum enim, id est, qui sunt de numero horum, attribuitur consiliari aut iudicare, aut omnibus, aut quibusdam, & vel de omnibus, vel de aliquibus. Et ex his concludit veram diffinitionem ciuis, ibi, Quis quidem igitur sit ciuis, ex his manifestum. Cui enim potestas, supple, est communicandi principatu consiliatio & iudicatio, ciuem iam dicimus esse huius ciuitatis, ciuitatem autem, supple, dicimus esse talium multitudinem sufficientem ad autarciam vitæ, id est, per se sufficientiam vitæ, vt simpliciter est dicere. Ostensum est enim in primo, quod non est per se sufficientia vitæ nisi in ciuitate: & sic finita est prima pars de partibus capituli, scilicet quis vere sit ciuis & ciuitas.

g Deinde cum dicit, Determinant etiam secundum vsum, &c. determinat quis sit ciuis secundum vsum, dicens: Determinat etiam secundum vsum ciuem, cum scilicet qui ex ambobus ciuibus natus est, & non ex altero solum, puta patre & matre: alij autem & hoc ad plus requirunt, puta ad auos duos, vel tres, vel plures. Et mouet dubitationem super hoc, ibi, Sic autem determinatis politicè, ciuibus, supple, & celeriter dubitant quidam, id est, statim, tertium hunc, vel quartum, ab auis scilicet ciuibus descendente, quomodo erit ciuis, id est, secundum quam rationem. Et ponit rationem vnus eorum qui hoc dubitant, ibi, Gorgias quidem igitur Leontinus, hoc quidem fortè dubitans, id est, hanc dubitationem mouens, hoc autem ironicè loquens, ait. Sicut mortariola esse ea quæ à mortariolificis facta sunt, sic & Larissios eos, qui à condentibus facti sunt, id est, generati: esse enim quosdam Larissios factuos, id est, condentes urbem Larissiam, & descendentes ab eis dicuntur Larissij, sicut descendentes à Romulo Romulci. Est autem simplex, supple, determinatio ciuis: si enim participabant secundum dictam diffinitionem politia, erant ciues. Et assignat rationem, ibi, Neque enim possibile est adaptare quod ex ciue mare vel fœmina, id est, qui nati sunt à ciue mare & fœmina, ad primos qui habitauerunt & ædificauerunt ciuitatem: quia secundum hoc illi non erant ciues: quia non erant filij ciuium.

h Et de transmutatione formali ciuitatis subdit, ibi, Sed fortè illi magis habent dubitationem quicumque participant transmutatione facta politia, id est, qui transmutatur de vna politia in aliam, vtrum sint ciues vel non. Et dat exemplum: Velut Athenis fecit Clisthenes post tyrannorum eiectionem (eiecit enim tyrannos qui in populo per violentiam principabantur) multos enim ad tribus applicuit extraneos, id est, de ciuibus non natos applicuit numero ciuium, & seruos aduentitios, supple, etiam

etiam applicuit in numerum ciuium sine quorum adiutorio non poterat expellere tyrannos, & ideo dedit eis ius & dignitatem ciuium.

i Dubitatio autem ad hos, &c. Postquam Aristoteles determinauit quis sit ciuis, hic mouet quasdam dubitationes circa determinata & soluit. Et diuiditur in tres partes. In prima corrigat dictam dubitationem de determinatione ciuis secundum vsum. In secunda mouet dubitationem de eo quod est ciuitatem quid agere vel non agere, ibi, Dubitant enim quidam, &c. In tertia mouet dubitationem, quæ sit eadem ciuitas vel non eadem, ibi, Videtur autem sermo proprius, &c. Dicit ergo primò: Dubitatio autem ad hos est, id est, qui sic per vsum determinant ciuem, non quis ciuis, secundum rationem veram scilicet, sed vtrum iuste vel iniuste, supple, aliquis sit ciuis: qui enim ex hereditate ciuis & per successionem parentum, iuste vocatur ciuis: & qui non, ciuis vocatur iniuste: tamen adhuc non sumitur ratio ciuis, sicut patet ex dictis: & subiungit rationem, ibi, Equidem & cum hoc adhuc dubitabit aliquis, vtrum si non iuste ciuis, supple, sit aliquis, non ciuis, supple, sit. Et ponit rationem dubitationis, ibi, Tanquam idem potente iniuste & falso, id est, quod sicut falsus ciuis non est ciuis, eò quod falsum diminuit rationem ciuis, & cum dicitur falsus ciuis, est oppositio in adiecto: ita cum dicitur iniuste ciuis, sit oppositio ad rationem ciuis, ita quod per hoc quod dicitur iniuste, destruat ratio ciuis. Hæc enim est vis dubitationis inductæ. Deinde cum dicit, Quoniam autem videmus, &c. soluit istam dubitationem dicens, ibi, Quoniam autem videmus & principantes quosdam iniuste, de quibus dicitur Isa. 1. Principes tui infideles, socij furum: quos principari quidem dicimus, sed non iuste: ita, supple, dicimus quosdam ciues esse, sed non iuste. Et ponit rationem istius solutionis, ibi, Ciuis autem principatu quodam determinatus est: vnde paulò antè dictum est in hoc eodem capitulo, quod cui est potestas communicandi principatu consiliatio & iudicatio, ciuem iam dicimus esse. Et ex hoc concludit quæstionis solutionem, ibi, Palam quia ciues quidem esse fatendum & hoc, scilicet iniuste ciues sicut & iniuste principes. De eo autem quod est iuste, vel non iuste, copulatur ad dictam prius dubitationem, scilicet quis sit ciuis vel non.

k Deinde cum dicit, Dubitant enim quidam, &c. mouet dubitationem de eo quod est ciuitatem quid agere vel non agere, & dicit. Dubitant enim quidam quando ciuitas egit, & quando non ciuitas. Et ratio dubitationis est, quod ciuitas est verorum ciuium multitudo, sicut dictum est, vnde si aliquid agant tyranni, videtur non egisse ciuitas. Et hoc est. Puta quando ex oligarchia & tyrannide fiat democratia, id est, principatus populi. Tunc enim neque conuentiones quidem volunt tenere, supple, sed dissoluere, tanquam non ciuitas, sed tyrannus acceperit, supple, huius conuentionem, neque alia multa talium, supple, volunt tenere, dicentes quod ciuitas non fecerit, sed tyrannus. Et subdit. Tanquam quædam politiarum sint in obtinendo vni alicui, sicut oligarchia & ty-

D. Alb. Mag. Politic.

rannis, sed non propter communiter expediens: & ideo dicunt istas esse ciuitatis, alias autem non. Et de hoc dar rationem, ibi, Siquidem igitur in democratiam versa fuerint quædam, scilicet politia, vt oligarchia & tyrannis, secundum hunc modum, similiter dicendam ciuitatis huius esse eas, quæ huius politia, id est, si oligarchia & tyrannis ab oligarchico & tyrannico principatu transferint in democratiam & fecerint in conuentiones aliquas, dicendum est, quod illæ conuentiones sunt huius ciuitatis, & quod tenetur ciuitas. Et exprimit quæ sunt illæ actiones scilicet contra reos, & eas, supple, conuentiones quæ ex oligarchia & tyrannide, supple, fiunt.

l Deinde cum dicit, Videtur autem sermo proprius, &c. mouet dubitationem de eo quod est, quæ sit eadem ciuitas, vel non eadem: & reducit hanc secundam dubitationem ad tertiam: quia sine ea non potest determinari. Dicit ergo: Videtur sermo proprius esse dubitationis huius, qualiter quidem oportet dicere ciuitatem esse eandem, vel non eandem, sed alteram. Et hanc quæstionem disputat superficialiter. Et hoc est. Superficiali quidem igitur inquisitio dubitationis circa locum & homines est, vt scilicet dicatur eadem ciuitas in eodem loco, & diuersa quæ in diuersis: & eadem quæ eorundem hominum, & diuersa quæ diuersorum. Et vocat hanc superficialem: quia non est nisi de vnitate & diuersitate materiali & non formali, quæ consistit in diuersitate communicationum & ciuitatum, quando scilicet ciuitas mutatur de aristocratia in democratiam vel oligarchiam: istæ enim mutationes sunt secundum formam communicationis, quæ sæpè fiunt in ciuitatibus manentibus iisdem in materia: sæpè enim diuersæ ciuitates vnâ habent formam communicationis, & sæpè vna diuersas. Et ponit rationes disputantium, ibi, Contingit enim disungi locum & homines, & hos quidem, supple, homines alterum, hos autem, id est, alios alterum habitare locum, sicut sæpè contingit quando aliqui de vna ciuitate egredientes ædificant in alio loco ciuitatem. Et quia leuis est talis inquisitio, subdit, Hanc quidem igitur mitiorem, id est, faciliorem ponendam dubitationem. Alia litera minorem quam illam, supple, quid agat vel non agat ciuitas cuius ponit rationem, ibi, Multipliciter enim ciuitate dicta, scilicet formaliter & materialiter, est aliquantulum attenuatio talis inquisitionis, & hoc distinguere non est difficile. Deinde cum dicit, Similiter autem & hominum, &c. ponit aliam dubitationem, & dicit, Similiter autem hominum eundem locum habitantium, quando oportet putare eandem esse ciuitatem, supple, quæstio est. Et ponit rationem, ibi, Non enim vtrique muris, supple, determinatur, vt scilicet dicatur eadem ciuitas, quam cingit idem murus. Et dat instantiam. Erit enim vtrique Peloponneso, quæ est provincia quædam, circumponere vnum murum. Et quia posset dicere aliquis, quod non habentur tales muri ita magni, subdit. Talis autem fortè est & Babylon, & omnis, supple, alia regio, quæ habet circumscriptionem magis gentis quam ciuitatis, qua quidem capta, per Titum scilicet

L 2 &c

f At verò laudatur posse principari, & subiici, & probati cuius virtus est posse principari & subiici bene. Si igitur eam quæ boni viri ponimus principatuum, eam autem quæ cuius, ambo, non utique erunt ambo laudabilia similiter.

g Quoniam igitur aliquando videtur utraque, & non eadem oportere principem discere, & subditum: ciuem autem ambo scire, & participare ambobus, & hinc utique considerabit aliquis. Est enim principatus despoticus, hunc autem quæ circa necessaria dicta scire facere principem, non necessarium, sed ut magis, alterum, aut seruire: dico autem alterum posse & seruire ministerialibus actionibus. Serui autem species plures dicimus, operationes enim plures, quarum vnam partem tenent manuales: isti autem sunt, sicut & nomen significat ipsos, qui viuunt de manibus in quibus banafus artifex est. Propter quod apud quosdam non participabāt principatus antiquitus artifices, antequā fuisset populus extremus. Opera quidem subditorum sic non oportet bonum, neque politicum, neque ciuem bonum addiscere, nisi quandoque gratia opportunitatis sibi ad seipsum: non enim adhuc accidit fieri hunc quidem despotem, hunc autem seruum: sed est quidam principatus secundum quem principatur similibus genere, & liberis, hunc enim dicimus esse ciuilem principatum, quem oportet principem subditum addiscere, velut equestribus principari eum, qui inter illos subditus fuit, & exercitum ducere in exercitu ductum, & qui ordini præfuit, & insidias disposuit. Propter quod dicitur, & hic bene, quod non est bene principari eum, qui non sub principe fuit.

h Horum autem virtus quidem altera, oportet autem ciuem bonum scire, & posse principari, & subiici, & hæc virtus cuius, scire principatum liberorum ad utraque & boni etiam viri ambo, etsi altera species temperantiæ, & iustitiæ principatuum. Etenim subiecti quidem, liberi autem boni, palam quia non vna utique erit virtus, puta iustitia, sed habens species secundum quas principabitur & subiicietur. Sicut enim viri & mulieris alia temperantia & fortitudo: videbitur enim utique timidus vir esse, si sic fortis fuerit, sicut mulier loquax, si sic ornata fuerit,

Sed nihilominus laudandum est posse imperare, & parere, ac præclari cuius virtus est posse præesse, & subesse laudabiliter. Si ergo virtutem boni viri posuimus præfidentem, cuius autem utramque, non utique forent amba similiter laude digna.

Cum ergo aliquando videatur utraque, sed non eadem, & eum qui imperat, & eum qui parat, addiscere debere. Ciuem autem utraque scire, & participare amborum, quid sequatur deprehendere quis potest. Est enim præfidentia dominatiua, hanc vero in his quæ necessaria vocantur, scire facere, nequaquam necessarium est ei, qui præfidet, sed ut magis, alterum vero seruire est: dico autem alterum posse exhibere eadem ministeria. Seruorum autem species plures, cum sint ministeria plura, quorum partem vnam obtinent manuales. Hi sunt, ut nomen significat, qui ex manibus viuunt, in quibus sunt opifices. Quapropter apud quosdam antiquitus huiusmodi homines excludebantur à Reipublica honoribus, antequam populus extremus fieret. Hæc igitur opificia eorum qui ita se habent, neque rectorem discere oportet, neque eum qui in Republica versatur: neque bonum ciuem, nisi fortasse quandoque sui ipsius priuatim gratia: non enim amplius contingeret esse alterum dominum, alterum seruum: sed est præfidentia quaedam, per quam præest similibus genere, & liberis hominibus, & hanc dicimus esse ciuilem præfidentiam, quam eum qui præest, didicisse parendo oportet, ceu præfectum equitum esse, cum ipse prius sub alio fuerit, & exercitum ducere, cum ipse in exercitu per inferiores militia gradus ductus sit. Quamobrem recte dicitur, neminem bene imperare posse, qui non ipse prius sub imperio fuerit.

Sed horum diuersa est virtus, & oportet bonum ciuem scire, ac posse præesse & subesse. Et hæc est virtus cuius, scire recte se habere in utraque parte, & boni viri quidem in utraque, quanquam alia est species eius prudentia & iustitia qua præest: nam eius qui subest, ac si liber sit, non vna profecto virtus esset, ut puta iustitia alia, species habere, cum præest, alias cum subest. Quemadmodum viri & mulieris alia temperantia, & fortitudo. Nam videretur utique timidus esse vir, si ita fortis esset, ut femina fortis, & mulier inhonestâ videretur, si sic honesta foret, ut vir honestus. Administratio quoque sicut

sicut vir bonus. Quoniam & œconomia altera viri & mulieris, huius quidem enim acquirere, huius autem seruare opus est. Prudentia autem principis propria virtus sola: alias enim videtur necessarium esse vel conueniens subditorum & principum. Subdi autem non est virtus prudentia, sed opinio vera: sicut enim fistularum factor subiectus, princeps autem fistulator qui vitur. Vtrum quidem igitur eadem virtus viri boni & ciuis studiosi, vel altera, & quomodo eadem, & quomodo altera, manifestum ex iis.

CAPVT II.

IN hoc secundo capitulo inquit vtrum eadem sit virtus cuius & boni hominis. Secundo mouet dubitationem circa hoc & determinat, scilicet in sequenti capitulo, ibi, *Circa ciuem autem*, &c. Prima pars diuiditur in quatuor, in quarum prima ostendit, quod non est eadem virtus cuius & boni hominis vniuersaliter. In secunda soluit quandam dubitationem quæ videtur esse instantia, ibi, *Sed forte erit alicuius*, &c. In tertia determinat qualiter serui & ministeriales se habent ad ciuilem principatum, ibi, *Dico autem alterum posse*, &c. In quarta ostendit, quod non bene principatur ciuiler, qui subiectus principi in subiectione & obedientia principari non didicit, ibi, *Sed est quidem principatus*, &c. Ad primum adducit quatuor rationes. Prima incipit in principio capituli. Secunda, ibi, *Siquidem igitur sunt plures*, &c. Tertia, ibi, *Quin imò & secundum alium modum*, &c. Quarta, ibi, *Quoniam ex dissimilibus est ciuitas*, &c. In prima ratione tria facit. Primum enim mouet quæstionem. Secundum dicit quid exigitur ad determinationem, ibi, *At vero siquidem*, &c. Tertium ponit simile, & concludit propositum, ibi, *Siquidem igitur sunt ciuis plures politia*, &c. Dicit ergo primum. His autem quæ dicta sunt, habitum, id est, consequens est considerare vtrum eandem virtutem, ponendum, supple, sic, boni viri & ciuis studiosi, vel non eandem. Ratio quæstionis est: quia sicut dixit in 2. Ethic. virtus est extremum in bono, licet sit in medietate quoad operationem & passionem quoad nos determinata ratione: & idem omnis habitus quo perficitur homo secundum partem intellectuam vel operatiuam, necesse est, quod habeat aliquid summum & extremum in bono ad quod perficit: & cum habitus illi secundum officia & operationes differant, necesse est etiam, quod virtus differat. Et hoc est. Sicut in membris hominis quia necesse est aliam esse virtutem oculi, aliam manus, aliam pedis. Virtus autem boni hominis est, quia disponit ad actum felicitatis secundum prudentiam, eod quod sicut dicitur in primo Ethic. bonum hominis felicitas est: nec habet prudentiam perfectè, ut dicit in quarto, qui non habet omnem virtutem. At verò siqui-

domus, alia mulieris, alia viri. Nam viri est acquirere, mulieris seruare. Prudentia verò propria virtus est præfidentis. Nam cetera quidem virtutes videntur communes, tam eorum qui præfunt, quam eorum qui subsunt. At prudentia non est virtus eius qui subest, sed opinio vera. Qui enim subest, ut is est qui fistulam facit: qui vero præest, ut is qui vitur fistula. Vtrum igitur eadem sit virtus viri boni, & ciuis studiosi, vel alia, & quomodo eadem, & quomodo alia, ex his patet.

dem oportet hoc fortiri inquisitione, id est, rationis inuestigatione eam quæ cuius, supple, virtutem, typo quodam primo sumendum. Totam enim ista scientia typica est & typo & signis tradenda: quia demonstratio in ea haberi non potest, sicut nec in rhetoricis. Et statim supponit typum à simili sumptum ad negatiuam partem quæstionis, ibi, *Sicut igitur nauta vnus aliquis communium est: multa enim sunt opera navigationis, omnia ordinata ad ipsius navigationis finem, qui est salus nauis & directio, quibus omnibus præest vnus nauta, qui perfectus est secundum virtutem nauigandi, quem Calypsum nominat in 2. Ethic. & particulares ministri sunt sub illo secundum particulares potentias, navigationi subministrantes. Et hoc est. Sicut igitur nauta, &c. ita & ciuem dicimus perfectam, supple, ad actum ciuilitatis. Nautarum autem quamuis dissimilium existentium potentia. Et ostendit quomodo dissimilium, ibi, *Hic quidem enim est remigator, impellens scilicet nauim per motum remi, hic autem gubernator, scilicet dirigens per gubernaculum, hic autem prorarius, scilicet remouens proram ab occurrentibus oppositis, hic autem aliam quandam talem habens denominationem, à puppi scilicet vel carina: palam, quod diligentissima vniuscuiusque ratio, propria virtutis erit: sicut enim si diligenter accipiantur & subtiliter, diuersæ sunt potentia præprietarum prorarij, remigatoris & gubernatoris ad actus: ita necesse est, quod vltima in bono vniuscuiusque potentia & actus sint diuersa, & illa sint virtutes eorum: sed quia hæc ordinantur ad vnum, idem subdit. Similiter autem & communis quædam congruet omnibus. Salus enim navigationis opus est ipsorum omnium. Et ponit rationem, ibi, *Hoc enim desiderat vniuscuiusque nautarum, supple, in quocumque sit officio: vnde ad illud est virtus omnium. Et adaptat. Similiter igitur ciuilem quamuis dissimilium existentium in diuersis officiis, opus est communitatis, supple, vnum, quod communitas salua sit. Et huius dat rationem, ibi, *Communitas autem est politica: propter quod quidem necessarium est esse ciuis virtutem ad politicam ordinatam, sicut nautarum ad salutem nauis. Ex his concludit propositum, ibi, *Siquidem igitur sunt plures politica species, palam quod non contingit studiosi cuius vnam*****

esse virtutem perfectam, sed alia & alia erit secundum gradum civilitatis. Bonum autem virum dicimus esse secundum virtutem perfectam ad hominis bonum quod est felicitas. Ex his infert propositum. Quod quidem igitur contingit civem existentem, studiosum scilicet secundum rationem civilitatis, non possidere virtutem secundum quam est studiosus vir, manifestum, scilicet est.

b Deinde cum dicit, Quin imò & secundum alium modum, &c. ponit ad idem secundam rationem, & dicit, Quin imò & secundum alium modum est, id est, contingit dubitantes venire ad eandem rationem de optima politica. Et ponit eam, ibi, Si enim impossibile est ex omnibus studiosis existentibus esse civitatem, oportet autem vnumquemque secundum ipsum opus benefacere: hoc enim à virtute propria, supple, est quod unusquisque opus suum bene faciat. Ex hoc arguit, ibi, Quoniam impossibile similes esse omnes ciues. Probatum enim est in primo, quod civitas nisi sit in ea sufficiens communicatio, in omnibus non est perfecta: non vtiq; erit virtus vna ciuis & viri boni. Et explanat, ibi, Eam quidem enim quæ est studiosi ciuis, supple, virtutem, oportet omnibus inesse, id est, vnicuique secundum suum officium sibi competit. Eam autem, supple, virtutem quæ viri boni, ad felicitatem, supple, impossibile est, si non omnes necessarium bonos esse, scilicet virtute morali, qui in studiosa civitate ciues. Et hoc esse non potest: quia non omnes possunt studere virtuti morali & operibus civilibus intendere.

c Deinde cum dicit, Adhuc quoniam ex dissimilibus est civitas, sicut animal ex anima & corpore, & anima ex ratione & appetitu, & domus ex viro & muliere, & possessio ex domo & seruo: eodem modo & civitas ex omnibus his & adhuc aliis dissimilibus speciebus. Et vult, quod inferatur, quod sicut omnia quæ ex dissimilibus speciebus in officiis componuntur, diuersas habent virtutes, id est, vltima potentiarum in bono secundum officia & gradus officiorum in quibus sunt: ita ciuis & bonus homo diuersas habeant virtutes. Et hoc est. Necessè est non vnam civium omnium esse virtutem, sicut neque chorizontium summi, qui vltimum in symphonia chorizontium attingit, & altantis. Altantis dicitur qui imitatur eum. Sicut enim ante dixit, in symphoniis secundam diuersam compositionem melodiarum diuersæ virtutes sunt: & ita sunt in politiis. Et infert conclusionem generalem ex omnibus his, ibi, Quod quidem igitur non eadem, supple, virtus sit ciuis & boni viri, manifestum ex his, scilicet est.

d Deinde cum dicit, Sed fortè erit, &c. ponit instantiam quandam quæ videtur occurrere, & soluit eam. Et ratio instantiæ est: quia prudentia quæ potissima virtutum est, est virtus boni viri, sine qua vir bonus esse non potest, & sine qua etiam ciuis esse non potest: ergo eadem erit virtus ciuis & boni viri, ut videtur, & sic habere instantiam doctrina præinducta. Responsio autem solutionis est, quod prudentia quam habet ciuis ad officium civilitatis, est prudentia siue disciplina quædam & ad quæ-

dam: prudentia autem quæ est virtus boni viri, simpliciter est ordinatrix passionum & operationum, in quibus est moralis virtus: & idem prudentia ciuis & boni viri non vnius & eiusdem rationis secundum rationem virtutis: propter quod etiam quæ videbatur instantia, non est: & sic remanet generalis veritas præinductæ doctrinæ. Et hoc est quod intendit in residua parte capituli per totum. Dicit ergo mouendo instantiam, Sed fortè erit alicuius eadem virtus ciuis studiosi & viri studiosi? Et hoc ipso quod dicit fortè, notat non esse instantiam nisi secundum apparentiam. Et subdit, Dicimus vtiq; principem studiosum esse bonum & prudentem: princeps autem ciuis est: & sic videtur prudentiam esse vnam virtutem ciuis & boni viri. Et addit vltimus, Politicum autem necessarium esse prudentem, supple, dicimus: & sic videtur, quod sit vna virtus politici & boni viri.

e Et statim subdit solutionem, ibi, dicens: Et disciplinam autem mox alteram esse dicunt quidam principis, supple, & boni viri: & sic nulla erit instantia. Et hoc probat per exemplum, ibi, Sicut & videntur Regum filij, scilicet qui in principatu succedere debent, equestrem & bellicam erudiri. Et hæc est disciplina quædam, non ea quæ est prudentia virtus boni viri. Et confirmat per Euripidem poetam, ibi, Et Euripides ait: Non mihi quæ vana altera, supple, disciplina sit, sed quorum civitati opus, id est, de quacumque alia disciplina non curo, sed de illa sola quæ utilis est civitati. Et hoc exponit subdens, quod hoc dicit Euripides, tanquam sit quædam principis disciplina propria. Et ex hoc concludit, ibi, Si itaque eadem principis boni & viri boni, supple, dicitur esse virtus, ciuis autem est & qui subditus, non eadem vtiq; erit, supple, virtus simpliciter ciuis & viri boni, supple, id est, ex præinducta instantia non sequitur, quod eadem sit virtus ciuis & viri boni simpliciter, sed quod quædam disciplina sit cuiusdam ciuis sicut principis, quæ secundum aliquid habet rationem prudentiæ. Et hoc est quod sequitur statim: Alicuius tamen, scilicet potentis principari solius ciuis, id est, ciuis talis, qui potest principari, & non simpliciter ciuis. Non enim, supple, eadem est virtus, principis & ciuis simpliciter. Cuius ratio est: quia non omnis ciuis est princeps, licet ut præhabitu est, omnis ciuis ex ipsa civilitate possit participare principatum consiliarium & iudicatum. Et hoc confirmat per Iasonem poetam, ibi, Et propter hoc Iason ait esurire quando non tyrannizat, tanquam nesciens idiota esse, supple, non principando. Et intendit dicere, quod esurit, id est, deficit & destituitur tanquam fame, id est, desiderio honorum virorum civitas, quando tyranni principantur in ea, & idiotæ, hoc est, rustici qui nusquam subiecti didicerunt in aliqua civilitate. Et hoc est quod dicit Horatius, quod fugere vltra Sauromas hinc liber, quando de moribus disponendis se intromittunt, qui de moribus nunquam curaverunt. Et est dictum Gregorij, quod qui subesse non didicit, præesse minime nouit.

f At verò laudatur posse principari & subiecti, & probati ciuis virtus est posse principari & subiecti

subiecti bene. Et ex his concludit, quod non eiusdem rationis prudentia est ciuis & boni viri, dicens: Si igitur eam quidem, scilicet prudentiam & virtutem, quæ boni viri, ponimus principatiam, quia ex cardinali virtute homo efficitur dignus principatu: eam autem quæ ciuis, supple, prudentiam & virtutem, ambo, scilicet ad subiecti & principari, sicut dictum est, non vtiq; erunt ambo laudabilia similiter: multo enim laudabilior prudentia boni viri quæ facit dignum principatu, & est prudentia simpliciter respectu prudentiæ cuiusdam ciuis, quæ non est prudentia nisi quædam: & sic iterum non valet instantia.

g Et hoc est quod concludit subdens: Quoniam igitur aliquando videtur vtraque, id est, subtiliter consideratur, & non eadem oportere principem discere & subditum, ciuem autem ambo scire, supple, oportet & participare ambobus. Et hoc est. Et hinc vtiq; considerabit aliquis, scilicet quod non instantia est, quæ inducta est pro instantia. Et subdit rationem considerationis. Est enim principatus, supple, quidem despoticus, id est, dominialis, de quo in primo libro satis dictum est, quomodo ad œconomiam pertinet, & qualiter ille principatus differt in domino & seruo per prudentiam: hunc autem, scilicet despoticum principatum, quæ circa necessaria dicta, ad usum domus scilicet, scire facere, supple, seruum, principem, non necessarium, scilicet scire facere, sed vti magis: dominus enim vtiur, & seruus perficit ministerium. Et subdit: Alterum aut seruile, supple, facit despotica: vnde despotica dominum docet vti seruis & seruum seruire: & sic in vno eodemque communicant dominus vt imperans, & seruus vt perficiens. Et exponit quid sit seruire, ibi, Dico autem alterum posse, scilicet seruum, & id est, etiam seruire ministerialibus actionibus, quibus, sicut in dictum est, dominus vtiur seruo. Serui autem species plures dicimus. Hic seruos vocat, non eos qui natura serui sunt, sed eos qui seruilibus intendunt, etiam si natura serui non sint: de illis enim questio est, vtrum ciues vel non ciues sint. Et subiungit rationem, ibi, Actiones enim plures, supple, seruiles sunt, quarum vnam partem tenent manuales. Et subdit determinando qui sunt isti. Isti autem sunt, sicut & nomen significat ipsos, qui viuunt de manibus, in quibus, id est, inter quos banausus, id est, coquus fuliginosus & retrus, artifex est, id est, vnus artificum. Et quia ciuis nomen est honoris & principatus, cum ciuis possit participare principatu consiliario & iudicatio, sicut prædictum est, subdit. Propter quod apud quosdam, supple, ciuiles, non participabant principatus antiquitus, id est, apud antiquos, artifices, antequam fuisset populus, id est, de principatu populi qui democratia dicitur, extremus, id est, de extremo principatu populi, ad quem quilibet de populo potest pertinere. Et subiungit propter quid, ibi, Opera quidem subditorum, supple, sunt: subditorum enim est, opera manualia facere, & non est decens hos principari: sic ad opera manualia non oportet bonum ciuem, supple, neque politicum, neque ciuem bonum addiscere, opera scilicet manualia & seruilia, nisi quandoque gratia op-

portunitatis sibi ad seipsum, id est, quando alio artifice non habito indiget ad seipsum: quando enim indiget ad seipsum, non habens alium, oportet quod faciat sibiipsum, conquinam scilicet & calceum, & sic de aliis. Et subdit rationem, ibi, Non enim adhuc accidit fieri, supple, quando nullum habet, hunc quidem despotem, id est, dominatum, hunc autem, id est, alium, seruum: quia nullum seruum habentem, oportet esse despotem & seruum ad seipsum. Deinde cum dicit, Sed est quidam principatus, &c. tangit quod in principatu in quo liber principatur, non est ita, & dicit: Sed est quidam principatus, secundum quem principatur similibus genere & liberis: hunc enim dicimus esse civilem principatum, ciues enim æque liberi sunt, quem, scilicet principatum, oportet principem subditum addiscere, vt scilicet ex subiectione sua discat qualiter oporteat eum alios regere. In hoc enim quo ipse subiectus est, discit quomodo ab subiectionem & obedientiam oportet eum alios cogere. Et dat exemplum: Velut equestribus principari, id est, militibus siue equitibus eum, qui inter eos subditus fuit. Et subdit ad exemplum. Et exercitum ducere in exercitu ductum, & qui ordini præfuit & infidias disposuit: ille enim per experimentum scit, & talia particularia aliter nesciunt. Et probat per antiquum dictum, ibi, Propter quod dicitur & hoc bene, quod non est, id est, contingit bene principari eum qui non sub principe fuit.

h Et ex omnibus his reuertitur ad propositum, ibi, Horum autem virtus quidem altera, scilicet principantis & subiecti. Iam enim habitum est, quod vniuscuiusque virtus est secundum proprium officium extremum in bono. Deinde reuertitur ad propriam virtutem ciuis, ibi, Oportet autem bonum ciuem scire & posse principari & subiecti: & hæc virtus ciuis, supple, scire principatum liberorum ad vtraque, id est, subiecti & principari: & boni etiam viri, est scire, supple, ambo, scilicet iam dicta, quamuis alio & alio modo. Et ostendit quomodo, ibi, Esti altera species, id est, quamuis altera species, supple, sit temperantiæ & iustitiæ principatiuæ: etenim subiecti quidem, liberi autem boni, palam quia non vtiq; vna erit virtus, puta iustitia, sed habens species, supple, diuersas, secundum quas principabitur & subiectetur. Et vocat species Aristoteles hic modos: alius est enim modus secundum quem subiectus debitum reddit principi, & alius secundum quem princeps tenetur regere subditum. Et dat simile. Sicut enim viri & mulieris alia temperantia & fortitudo. Et ostendit quomodo alia, Videbitur enim vtiq; vir timidus esse, si sic forti fuerit sicut mulier fortis: & similiter loquax mulier, supple, videbitur, si sic ornata fuerit, modestia scilicet loquelæ, sicut vir bonus, cuius est loqui pro necessariis domus. Vnde in præcedentibus habitum est, quod ornamentum mulieris taciturnitas est. Et probat per aliud simile. ibi, Quoniam & œconomia altera viri & mulieris, id est, dispensatio domus. Et ostendit quomodo diuersa, ibi, Huius quidem, scilicet viri, acquirere, supple, est œconomica prudentia: huius autem, scilicet mulieris seruire, opas est: vnde prudentia viri est acquirere,

acquirere, mulieris autem conseruare. Vnde ad idem referuntur prudentia viri & mulieris. Vnde Horatius :

Non minor est virtus, quam querere, paratiueri.

Deinde cum dicit, Prudentia autem principis, &c. reuertens ad propositum ostendit quæ sit propria virtus principis, & dicit, Prudentia autem principis est virtus sola: ille enim tenetur & sibi & subditis providere. Isa. 37. Non eritis quasi insipiens princeps. Alias enim, supple, virtutes videntur necessarium esse communes: vel conueniens, alia litera, id est, vtile subditorum & principum, scilicet fortitudinem, temperantiam & iustitiam. Subditi autem non est

CAPVT III.

An opifices sunt dicendi ciues.

Circa ciuem autem adhuc restat quædam dubitatio, vt vere enim vtrum ciuis est cui licet communicare principatu, aut banausos ciues ponendum. Siquidem igitur & hos ponendum quibus non interest principatum, non est possibile omnis ciuis esse talem virtutem, ipse enim ciuis. Si autem nullus talium ciuis, in qua parte ponendus vnusquisque? neque enim aduena, neque peregrinus. Aut propter hanc quidem rationem nullum dicemus accidere inconueniens, neque enim serui ditorum nullum, neque libertini: hoc enim verum, quod non omnes ponendum ciues, sine quibus non vtiq; erit ciuitas, quoniam neque similiter ciues pueri & viri, sed ij quidem simpliciter, ij autem ex suppositione, ciues quidem enim sunt, sed imperfecti. In antiquis quidem igitur temporibus apud quosdam erat seruum, quod banausum vel peregrinum.

b Propter quod multi tales & nunc. Optima autem ciuitas non faciet banausum ciuem. Si autem & hic ciuis sed ciuis virtutem quam diximus, dicendum non omnis vtiq; liberi solum, sed quicumque operibus necessariis sunt dimissi. Necessarios autem, qui quidem vni ministrantes talia, serui, qui autem communiter, banausi, & mercenarij.

c Manifestum autem hinc parum considerantibus, quomodo habet de ipsis, ipsum enim apparens, quod dictum, est facit euidentem. Quoniam enim plures sunt politiz, & species ciuis necessarium esse plures, & maxime subditi ciuis. Quare in aliqua quidem poli-

virtus prouidentia, scilicet qua prouideat quid faciendum sit, sed opinio vera, vt scilicet opinetur omnia vera quæ prudenter prouidet princeps. Et de hoc dat simile, ibi, Sicut enim fistularum factor subiectus, supple, sequitur fistulatore & supponit vera quæ fistulat, princeps autem, supple, fistulator, id est, qui ducit harmonias fistularum & vtitur inferioribus ad finem fistularum, & harmoniam: ita, supple, est in his princeps enim vtitur omnibus subiectis ad finem communicationis ciuitatis. Deinde subdit totius capituli epilogum, ibi, Vtrum quidem igitur eadem virtus boni viri & ciuis studiosi, vel altera, & quomodo eadem, & quomodo altera, manifestum ex his.

CAPVT III.

Restat adhuc vna dubitatio circa ciuem, vtrum re vera ciuis sit is solum, cui participatio est publica potestatis, vel opifices etiam, ac mercenarij, sint ciues nuncupandi. Nam si ponamus hos quoque esse ciues, qui magistratum sint expertes, nequaquam possibile est vnus cuiusque ciuis talem esse virtutem: si vero nullus horum est ciuis, in qua parte sunt huiusmodi homines reponendi? neque enim in eorum ministrorum loco, qui nobiscum habitant, neque rursus, vt peregrini. An secundum hanc rationem nihil dicemus euenire absurdum, neque enim serui supra ditorum quicquam, neque liberti. Illud autem verum, quod non omnes illi dicendi sunt ciues, sine quibus ciuitas esse non potest, cum neque pueri ita ciues sunt, vt viri: sed hi quidem simpliciter, hi vero ex suppositione, ciues enim sunt, sed imperfecti. Verus autem quidem temporibus apud quosdam opifices erant serui, aut peregrini.

Quapropter etiam nunc plerique tales sunt. Optima quidem ciuitas nunquam opificem faciet ciuem. Quod si hi ciues, ciuis autem virtus est, quam diximus, dicendum est non esse cuiusque ciuis, neque liberi modo, sed eorum qui à ministerijs necessariis sunt alieni: necessaria vero qui vni ministrat, seruus est, qui autem publice, viles & sordidi.

Patebit autem hoc paulo adhuc considerantibus, quemadmodum in his res se habeat. Hoc enim quod diximus, id ostendit, cum enim plures sint Rerumpublicarum species, plures quoque species ciuium sint necesse est, ac maxime eorum ciuium qui subditi sunt. Itaque in quadam Republica opifices

tia

ria necessarium esse banausum, & mercenarium ciues: in aliquibus autem impossibile, puta si qua est, quam vocant aristocratiam, & in qua secundum virtutem dantur honores, & secundum dignitatem: neque enim possibile est exhibere, quæ virtutis viuente vita banausa, vel mercenaria. In oligarchiis autem mercenarium quidem non contingit esse ciuem: ab honorabilitatibus enim longis participationes principatum: banausum autem contingit: ditantur enim multi artificum.

d In Thebis autem lex erat, eum qui decem annorum non abstinnisset à foro, non participare virtute. In multis autem politiis contrahitur & peregrinorum lex. Qui enim ex matre ciue in quibusdam democratiis ciuis est, eodem autem modo habent, & quæ circa spurios apud multos. Attamen quoniam propter indignitatem legitimum ciuium, faciunt ciues tales: propter paucitatem enim hominum sic videntur legibus, defectum habentes turbæ, paulatim eligunt eos, qui ex seruo primum vel serua, deinde eos qui ex mulieribus: tandem autem solum eos qui ex ambobus ipsis, ciues faciunt.

e Quod quidem igitur species plures ciuis, manifestum ex iis. Et quod dicitur maxime ciuis, qui participat honoribus, sicut & Homerus poetizauit, ac si quendam inhonoratum post exurgentem. Sed vbi quod tale occultum est gratia deceptionis cohabitantium est. Sicut aduena enim est, qui honoribus non participat.

f Vtrum quidem igitur alteram, vel eandem ponendum, secundum quam vir bonus est, & ciuis studiosus, palam, quia alicuius quidem ciuitatis, idem: alicuius autem alius, & ille autem non omnis, sed qui ciuis, & dominus, & potens esse dominus, vel secundum se, vel cum aliis curæ communium.

CAPVT III.

Hic incipit pars in qua mouet dubitationem circa prædicta: & habet duas partes, in quarum prima inquit, vtrum artifices seruili operum possint esse ciues. In secunda determinat qua necessitate aliquando fiunt ciues & accipiunt ciuilem dignitatem, ibi, In Thebis autem lex erat, &c. Circa primum tria

& sordidi ciues erunt. In quibusdam vero, impossibile est vt ciues sint, puta in optimatum gubernatione, si qua illa est, in qua secundum virtutem dantur honores, & secundum dignitatem. Neque enim virtutem exercere potest, qui vilibus opificiis occupatus est. In paucorum quoque gubernatione tenues homines ad Reipubl. non recipiuntur: ex magno enim censu ad honores Reipublica peruenitur. Artifices tamen ad hanc speciem peruenire possunt, etsi sordidi sunt, quoniam plerumque ditiis abundant.

Apud Thebanos lex fuit, vt nemo habilis esset ad honores Reipublica suscipiendos, nisi decem annis à mercatura destitisset. In multis autem rebus publicis attrahuntur lege ad ciuitatem etiam peregrini. Est etiam lex in quibusdam ciuitatibus, vt satis sit ex matre ciue esse genitum, & spurios quadam recipiunt: atque propter defectum legitimum ciuium tales faciunt ciues, paucitate enim hominum inducunt, his videntur legibus, quod si abundant multitudinem, paulatim excludunt, primo libertini generis homines, deinde eos qui ex matre solummodo ciues sint, nec nisi ex utroque parente natos ciues, pro ciuibus habent.

Quod igitur plures sint species ciuis, ex his patet. Et quod maxime dicitur ciuis ille, qui habilis sit ad honores suscipiendos, vt Homerus inquit. Sed vbi id occultum est, ex deceptione habitatorum, tanquam inhonoratum quendam reptitium repellunt: vt inquilinus enim est & auuena, qui honores capere non potest.

Vtrum igitur alia, an eadem virtus sit, per quam est vir bonus & ciuis studiosus, patet ex supra dictis, quod cuiusdam ciuitatis idem, cuiusdam vero alius, & ille non omnis, sed qui præest Reipublica & potestatem habet, aut solus, aut cum aliis gubernationem exercens.

facit. Primum enim proponit questionem. Secundum in ea procedit, ibi, Siquidem igitur & hos, &c. Tertium soluit, ibi, Quare in aliqua quidem politia, &c. Dicit ergo primum: Circa ciuem autem adhuc restat quædam dubitatio, id est, aliquid de numero dubitationum. Et ponit dubitationem, ibi, Vt verè enim vtrum ciuis, supple, sit aliquis queritur, vtrum ciuis est, cui licet communicare principatu, sicut habitum est: si enim ita est, tunc non nisi honorabiles

rabiles personæ ciues sunt. Et format quæstionem, ibi, Aut banaufos ciues ponendum. Sæpe autem dictum est, quod banaufi sunt mercenarij pro mercede seruientes in operibus seruilibus, & corpora pollutentibus, sicut sunt coqui terri & fuliginosi & purgatores cloacatum. Deinde cum dicit, Siquidem igitur & hos, &c. procedit in quæstione, & obiicit ad vnam partem, & dicit: Siquidem igitur & hos ponendum, supple, ciues quibus non interest principatum, scilicet propter inhonorabilitatem & vilitatem officij, non est possibile omnis ciuis esse talem virtutem ciuis, qui non est de communicatione ciuili: & constat, quod tales de communicatione ciuili sunt, quia sine operibus eorum non est sufficiens ciuitas: videtur ergo, quod sint ciues. Et hoc est quod sequitur. Iste enim ciuis. Et si non contigit huius esse virtutem quæ supra dicta est, ciuis, scilicet participare principatu consiliatio & iudicatio, tunc definitio ciuis posita non fuit generaliter vera: dictum enim est, quod ciuis est potens participare principatu consiliatio & iudicatio secundum autarchiam. Et statim obiicit in oppositum, ibi, Si autem nullus talium, &c. id est, si dicatur non esse ciuem vllum talium, & dicit: Si autem nullus talium est ciuis, dubium est, supple, in qua parte ponendus sit vnusquisque. Constat enim, quod pertinet ad familiam ciuitatis. Et excludit singula, ibi, Neque enim aduena, neque peregrinus, sed, supple, de habitantibus ciuitatem est. Deinde cum dicit, Aut propter hanc quidem rationem, &c. ostendit qualiter quidam instabant ad hanc rationem, & dicit: Aut propter hanc quidem rationem nulum dicemus accidere inconueniens. Et dat instantiam quam ferunt, ibi, Neque enim serui, dictorum nullum, sunt, supple, scilicet neque aduena, neque peregrini, & tamen non sunt ciues (& superfluit hic altera negatio) neque libertini, supple, contingit aliquem horum esse, non decrepitum vel puerum. Et propter hoc subdit, quod vniuersalis non est vera, ibi, Hoc enim verum, supple, est, quod non omnes ponendum ciues, sine quibus non vtiq; erit ciuitas. Et hoc probat, ibi, Quoniam neque similiter ciues pueri & viri. Et ostendit quomodo non similiter, ibi, Sed ij quidem, scilicet viri simpliciter sunt, supple, ciues: ij autem, scilicet pueri, ex suppositione. Et addit quomodo. Ciues quidem enim sunt pueri, sed imperfecti. Sed quia cum temporibus mutantur ciuitates & ciuitates, sicut in antè habitis dictum est, ideo dicit, quod de istis aliter est nunc, quam fuerit apud antiquos. Et hoc est. In antiquis quidem igitur temporibus idem erat seruum quod banaufum & peregrinum, id est, banaufi & peregrini antiquitus censebantur iure seruorum, quod etiam adhuc apud quosdam est.

b Vnde subdit, Propter quod multi tales, & nunc. Hoc tamen non est secundum optimam politiam: & ideo subdit. Optima autem ciuitas non faciet banaufum ciuem. Et ratio huius est: quia seruilibus operationibus & ciuilibus vrbaniatibus simul intendere non potest. Si autem & hic ciuis, supple, aliquo modo dicitur secundum quid & non simpliciter, tunc, supple, in optima ciuitate non attribuitur ei

virtus ciuis quæ supra dicta est. Et hoc est. Sed ciuis virtutem quam diximus, dicendum non omnis, supple, esse qui aliquo modo ciuis est, neque liberi solum, supple, est talis ciuis virtus. Et huius causa est: quia etiam quidam liberi coguntur propter paupertatem seruilibus intendere. Et hoc est quod sequitur. Sed quicunque operibus necessariis sunt dimissi, id est, absoluti, & intantum habentes, quod operibus necessariis non oportet intendere. Et hoc innuit subdens. Necessariorum autem, id est, illi de numero necessariorum, scilicet qui necessariis operibus intendunt, qui quidem vni ministrantes talia, supple, sunt, serui, supple, ad vnius seruitium deputati, & inde sunt serui dicti, scilicet à seruiendo: qui autem communiter, supple, talibus operibus intendunt in ciuitate, sunt banaufi & mercenarij.

c Et ex hoc iam incipit manifestari solutio, ibi, Manifestum autem hinc, id est, ex hoc, parum considerantibus, quomodo habet de ipsis, id est, vtrum tales ciues sint, vel non. Et ponit rationem, ibi, Ipsum enim apparens quod dictum est, scilicet in præhabitis de distinctione politiarum, facit euidentem, scilicet quod nunc quaeritur. Et subdit. Quoniam enim plures sunt politia & species ciuis, necessarium esse illius qui subiectorum operibus deputatus est. Deinde cum dicit, Quare in aliqua quidem, &c. ex hoc concludit solutionem dicens. Quare in aliqua quidem politia necessarium est banaufum & mercenarium ciues, sicut in democratia & timocratia. In aliquibus autem, supple, politis impossibile. Et dat exemplum, ibi, Puta si qua est politia quam vocant aristocratiam, & in qua secundum virtutem dantur honores, & secundum dignitatem, in illa, supple, impossibile esse ciues banaufos & mercenarios: & ponit rationem, ibi, Neque enim possibile est exhibere quæ virtutis, viuentem vita banaufa vel mercenaria. Et intelligit de virtute publica, quæ est iustitia publica, & prudentia quæ dirigit negotia communia ciuitatis secundum aliquem principatum, & de fortitudine militante pro republica: priuatas tamen virtutes secundum quod virtus est ordinatio vel ordo passionum & operationum, tales personæ habere possunt, sicut & ipse in primo docuit, vbi dixit, quod seruus habet aliam virtutem quam serui, in quantum homo est. In oligarchiis autem, quæ sunt principatus paucorum, mercenarium quidem non contingit esse ciuem. Et huius dat rationem, ibi, Ab honorabilitatibus enim longis participationes principatum: quia non dantur nisi honestis personis: mercenarius autem intendit seruilibus, & ideo virtutem ciuis quæ est participare principatu consiliatio & iudicatio in vrbaniatibus oligarchicis attingere non potest: banaufum autem contingit, esse, supple, ciuem in oligarchia. Et ponit rationem, ibi, Ditantur enim multi artificum, inter quos etiam ditantur banaufi. Vnde cum oligarchia sit principatus paucorum & diuitem, erunt in ea ciues participantibus principatum oligarchicum.

d Deinde cum dicit, In Thebis autem lex erat, &c. qua verò necessitate talibus aliquando datur

datur ius ciuim, determinat, & dicit. In Thebis autem lex erat, cum qui decem annorum, supple, spatij, non abstinuisset à foro, ad quod veniunt mercenarij, & operibus etiam banauficis, non participare virtute, supple, ciuis. In multis autem politis contrahitur, supple, tempus, & forte in breuiori tempore eis ius ciuis & dignitas addicitur, & peregrinorum lex, supple, etiam contrahitur, & variatur in diuersis politis. Et ostendit qualiter, ibi, Qui enim ex matre ciue est, in quibusdam democratias ciuis est: eodem autem modo habent, scilicet in quibusdam ciuitatibus, & quæ circa spuros apud multos, scilicet quod post aliquod tempus datur eis ius legitimorum ciuim. Qua autem necessitate hoc fiat, subdit, ibi, Attramen quoniam propter indigentiam legitimorum ciuim faciunt ciues tales, non sunt simpliciter ciues. Et subdit rationem, ibi, Propter paucitatem enim hominum, supple, ciuitatem habitantium, sic videntur legibus, id est, talibus legibus, defectum habentes turbæ, ciuim scilicet. Et ostendit quomodo processu temporis hoc inualuit, ibi, Paulatim eligunt eos, scilicet in ciues, qui ex seruo primum vel serua, deinde eos qui ex mulieribus, solutis, supple, sicut spuros: tandem autem solum eos qui ex ambo- bus ipsis, ciuibus, supple, patre scilicet & matre, ciues faciunt.

e Deinde cum dicit, Quod quidem igitur

CAPVT IV.

De prima ciuitatum origine, de que impetiorum di- scimine.

a Quoniam autem hæc determinata sunt, quod post hæc considerandum, vtrum vnam ponendum politiam, vel plures, & si plures, quæ & quot, & differentia quæ sunt ipsarum.

b Est autem politia ordo ciuitatis aliorum principatum, & maxime dominantis omnium. Dominans quidem enim vbique est politeuma ciuitatis: politeuma autem est politia: dico autem, puta in democraticis quidem dominans populus, pauci autem è contrario in oligarchiis. Dicimus & politiam alteram esse eorum, eundem autem hunc sermonem dicemus de alijs.

c Supponendum itaque primo, cuius gratia constructa est ciuitas, & principatus species quot, eius qui circa hominem, & circa communionem vitæ.

d Dictum est autem in primis sermonibus, in quibus de œconomia determinatum est, & de despotica, & quod natura quidem est homo animal ciuile, propter quod & nullo indigens eius, quæ ab inuicem politia appetunt conuiuere. Quin imò & commu-

D. Alb. Mag. Politic.

species, &c. subdit epilogum omnium dictorum in tribus capitulis huius tertij, & dicit: Quod quidem igitur species plures ciuis, manifestum ex his: & quod dicitur maxime ciuis, qui participat honoribus: hoc enim etiam patet ex secundo capitulo, vbi egit de virtute ciuis. Et hoc confirmat per Homerum, dicens: Sicut & Homerus poetizauit, ac si quendam inhonoratum vilem scilicet post exurgentem, per diuitias diceret, supple, honoratum ciuem. Sed quia talia occultantur propter verecundiam sic exurgentium, ideo subdit. Sed vbi quod talè occultatum est gratia deceptionis cohabitantium est: verecundum enim esset coram illis. Et ponit rationem, ibi, Sicut aduena enim est, qui honoribus non participat, ciuilibus scilicet.

f Et subiungit epilogum, ibi, Vtrum quidem alteram vel eandem ponendum, supple, virtutem, secundum quam vir bonus est & ciuis studiosus, palam, quia alicuius quidem ciuitatis idem est, scilicet quod est virtus ciuis studiosi & viri boni: alicuius autem alius, & ille autem, scilicet cuius idem est virtus ciuis & boni hominis, non omnis, sed qui ciuili & dominus, supple, est, vel potens esse dominus, vel secundum se, vel cum alijs curæ communium. De illo autem habitum est in præcedenti capitulo, quod eandem habet virtutem cum bono viro.

CAPVT IV.

Hæc ita determinatis, videndum iam est, vtrum vna sit Respublica an plures: & si plures, quæ & quot, & quantam differentia earum sint.

Est autem Respublica ordinatio ciuitatis, & circa magistratus alios, & maxime circa id, quod summam in ciuitate habeat auctoritatem, & sic principalissimum. Principalissimum autem est id, quod vbi- que gubernat & regit ciuitatem, seu in populari quidem populus, in paucorum vero potentia pauci. Diximus autem & Respublicam aliam esse ab istis, eodemque modo dicemus de alijs.

Supponendum est primo cuius gratia ciuitas sit constituta, & quot sint gubernandi species, circa hominem, & circa vitæ societatem.

In superioribus libris, ut de gubernatione rei domestica, ac de domino, & seruo determinauimus, dictum est naturam hominem esse ciuile animal, ex quo fit, ut si etiam nihil indigeant mutuo auxilio, nihilominus affectent vitæ societatem. Quin etiam & communis utilitas coniungit eos,

N nitex

niter conferens colligit in quantum adiacet & vnicuique pars, vt viuatur bene. Maximè quidem igitur hoc est finis & communiter omnibus & sigillatim. Conueniunt autem & ad viuere gratia ipsius, & continet politicam communionem: fortè enim inest aliqua boni particula, & secundum ipsum viuere solum, si non diris secundum vitam excedatur valde. Palam autem, quod perseverant multa mala sustinentes multi hominum inuiscati ad viuere, tanquam existente quodam solatio in ipso, & dulcedine naturali.

e At verò principatus dictos modos facile diuidere, etenim in extrinsecis sermonibus determinauimus de ipsis sæpè. Despotia quidè enim quamuis sit idem conferens secundum veritatem ei qui natura seruus, & ei qui natura despotes, tamen principatur ad conferens despotes nihil minus: ad id autem quod serui, secundum accidens. Non enim contingit corrupto seruo saluari despotiam. Principatus autem puerorum, & mulieris, & totius domus, quem vtiq; vocamus œconomicum, vel subiectorum gratia est, vel alicuius communis amborum: secundum se quidem subiectorum, vt videmus & alias artes, puta medicinalem & exercitiam: secundum accidens autem & vtiq; ipsorum erunt: nihil enim prohibet exercitia docentem pueros aliquando esse & ipsum eorum qui exercitantur, sicut gubernator est semper vnus nauarum. Puerorum quidem igitur exercitator vel gubernator considerat subiectorum bonum: quando autem vnus horum fuerit, & ipse secundum accidens participat utilitates, hic quidem enim natura, hic autem sic vnus eorum qui exercitantur, cum sit puerorum exercitator.

f Propter quod & politicos principatus quando fuerint secundum æqualitatem ciuium constituti, & secundum similitudinem, secundum partem significant principari, prius quidem qua aptum natum erat dignificantes in parte ministrare & considerare aliqua rursum quod ipsis bonum, sicut ipse principans considerabat quod illius conferens. Nunc autem propter utilitates quæ à communibus, vt eas quæ ex principatu, volunt continuè principari, veluti si accideret sanos esse semper principantes cum essent ægro-

in quantum confert singulis partem bene viuendi. Maximè igitur hic est finis, & publicè omnibus, & priuatim. Congregantur etiam ipsius vite gratia: forsitan siquidem inest sibi aliqua particula honesti, & continet ciuilem societatem etiam viuendi gratia solum, si non molestia in vita admodum exuperent. Patet autem, quod tolerant homines multa aspera, propter viuendi cupiditatem, vt existente in eo quadam naturali dulcedine.

Atqui & modos imperij facile est diuidere, cum sæpè sit de his à nobis in externis sermonibus determinatum. Dominatio enim licet re vera utilis existat natura seruo, & natura domino: nihilominus imperat pro domini utilitate, pro utilitate autem serui contingenter. Neque enim fieri potest, vt seruo deficiente, seruetur dominatio. Filiorum verò imperium, & vxoris, & domus totius, quam vocamus rei familiaris gubernationem, aut gratia est eorum qui gubernantur, aut gratia alicuius, quod sit vtrisque commune. Gratia eorum qui gubernantur, vt videmus & alias artes, cœu medicinam & gymnasticam, illorum quibus imperatur, utilitatem querere: contingenter tamen eorum qui precipiunt, esse potest: nihil quippe vetat magistrum ipsum gymnasiij esse vnum eorum, qui exercentur, quemadmodum gubernator semper est vnus ex his, qui sunt in nauis. Magister igitur gymnasiij, & gubernator considerant semper eorum utilitatem quos gubernant: sed quando horum vnus est, per accidens ipse quoque suscipit utilitatem, hic quidem nauis, ille autem vnus eorum qui in gymnasio exercentur.

Quapropter ciuilia quoque imperia, cum sint secundum æqualitatem ciuium constituta, & secundum paritatem, vicissim exigunt ea gerere, qua natura fert, censes inuicem munera subire, & considerare vicissim quoddam illius bonum, quemadmodum ille prius dum præesset, considerauit utilitatem istius. Nunc autem ratione commodorum ex Reip. gubernatione prouenientium, volunt continua in potestate esse, veluti si semper contingeret magistratum gerentibus, ex mala valetudine sanos fieri: nam forsitan ita magistratus amplecterentur.

tatiui:

tatiui: etenim sic fortè vtiq; perfecterentur principatus.

g Manifestum ergo, quod quæcunque quidem politicæ intendunt, quod communiter conferens, ipsæ quidem rectæ existunt entes secundum id quod simpliciter iustum. Quæcunque autem conferens principum solum, vitiata & omnes sunt transgressiones rectorum politicarum. Despoticæ enim: ciuitas autem communitas liberorum est.

CAPVT IV.

Hic incipit tractare de politis, & est secunda pars libri, quæ habet tres partes, in quarum prima determinat de politis in communi, scilicet in isto capitulo. In secunda enumerat eas in speciali, ibi, *Determinatis autem, his, &c.* In tertia determinat de quibusdam adiunctis, sicut de dominatio siue de politicarum regno, ibi, *Habet autem dubitationem quid oportet, &c.* Istud autem capitulum diuiditur in quatuor partes, in quarum prima ostendit, quod omnis politia bonum aliquod humanum intendit & commune. In secunda hoc per despotiam, de qua dictum est in primo libro, ibi, *At verò principatus dictos modos, &c.* In tertia idem probat per artes & scientias, ibi, *Prævidemus & alias artes, &c.* In quarta ostendit, quod utilitas & bonum politicæ licet per se referatur ad communitatem subiectam, tamen etiam per accidens referatur ad bonum eius qui principatur in politia, ibi, *Propter quod & politicos principatus, &c.* Circa primum duo facit. Primum mouet quæstionem. Secundum procedit ad eam determinandam, ibi, *Est autem politia ordo, &c.* Dicit ergo primum. Quoniam autem hæc determinata sunt, scilicet de ciue & ciuitate, quod fuit principium ad istud, quod post hæc, supple, secundum consequentiam rationis est in scientia de politis considerandum. Et dicit, quod est hoc. Vtrum vnam ponendum politicam, vel plures: & si plures, quæ & quot: & hæc erit secunda quæstio. Et tertiò, supple, quæremus, quæ sint differentiæ, ipsarum ad inuicem, supple. Et in hoc finietur iste tertius liber.

b Et procedit ad primum, scilicet ad quæstionem determinandam, ibi, *Est autem politia ordo ciuitatis aliorum principatum.* In ciuitate enim sunt diuersi principatus, vt habitum est, scilicet Ephorum, proconsulum qui bouli vocati sunt in antè habitis, & dignitas prætoris, & senatus, & huiusmodi, quorum omnium ordo per leges iustitiæ ad rempublicam, vocatur politia siue ciuitas. Nec est tantum ordo illorum principatum, sed & maximè dominantis omnium, supple, est ordo. Et ostendit, quod hoc pertinet ad politicam, ibi, *Dominans quidem enim vbiq; id est, in qualibet politia est politeuma ciuitatis: politeuma autem est politia: quia sicut habitum est in primo, in*

D. Alb. Mag. Politic

Constat igitur, quod quæcunque Respublica ad communem utilitatem intendunt, hæc rectæ sunt secundum simpliciter iustum: quæcunque vero ad propriam eorum qui præsumunt utilitatem solum, aberrant, suntque omnes rectorum Respublicarum transgressiones & labe: gubernantur enim quasi à dominis. Ciuitas autem est liberorum societas.

omni communicatione est vnus principans & alterum subiectum, & in illo referuntur ad idem in quo communicant. Et hoc est quod hic distinguendo subdit, *Dico autem, supple, exponendo, puta in democraticis quidem dominans populus: quia, sicut præhabuit est, democratia est principatus populi: pauci autem è contrario, supple, sunt dominantes in oligarchiis: sicut enim dictum est, oligarchia est principatus paucorum & diuitum ad utilitatem propriam omnia referentium. Dicimus autem politicam alteram esse eorum: alia enim politia democratia, & alia oligarchia, & aliud dominans in vna, & aliud in altera, & ita est in omnibus politis. Et hoc est. Eundem autem hunc sermonem dicemus de aliis, scilicet politis, aristocratia, & regno. In omnibus enim aliud est dominans, aliud subiectum.*

e Et quia in omnibus sic est, addit, *Supponendum itaque primum, quod ciuis est, cuius gratia constituta est ciuitas, & propter hoc, supple, præmissimus de ciue, & principatus species, supple: constitutæ sunt eius qui circa hominem & circa communionem vitæ, gratia, supple, propter bonum enim hominis & bonum commune inuentæ sunt species principatum.*

d Et de hoc remittit ad primum librum, ibi, *Dictum est autem in primis sermonibus, id est, in primo libro, in quibus de œconomia determinatum est, & de despotica, quod natura quidem homo est animal ciuile: hoc enim totum præhabuit est in primo libro, capitulo primo. Et hic etiam ponit de hoc signum, ibi, *Propter quod, quia natura ciuile est, & id est, etiam nullo indigens eius quæ ab inuicem politicæ appetunt conuiuere. Et dat vterius signum, ibi, *Quin imò & communiter conferens, id est, vtile ad vitam colligit quilibet homo, in quantum adiacet vnicuique pas vitæ, scilicet quam confert ad communem vitam in ciuitate, vt viuatur bene. Sicut enim probatum est in primo, perfecta sufficientia non est nisi in collatione omnium pertinentium ad ciuitatem. Maximè quidem igitur hic est finis, scilicet hominis & communiter omnibus & sigillatim, id est, singulariter, vt scilicet in communicatione viuatur bene. Et ponit rationem, ibi, *Conueniunt enim & ad viuere gratia ipsius, scilicet illius boni quod communiter continet politicam communionem, scilicet gratia talis boni.****

N 2 Et

Et idem dixit in primo in primo, quod qui docuit instituire ciuitatem, maximorum bonorum causa fuit. Et addit adhuc aliud signum huius, ibi, Fortè enim inest aliqua boni particula, & id est, etiam secundum desiderium naturale inest omnibus, vt uiuant in communicatione, nisi diris vel duris oppressionibus grauentur in ciuitate. Et ostendit subdicens. Palam autem, supple, est hoc, quod, id est, quia perseuerant multa mala sustinentes multi hominum inuiscati ad viuere, amore scilicet communitatis, tanquam existente quodam solatio in ipso, scilicet conuiuere, & dulcedine naturali. Et idem dicitur Eccl. 4. Melius est esse duos quam vnum: habent enim emolumentum suæ societatis. Vnus enim quomodo calefiet: si duo sunt, fouebuntur mutuo. Et de hoc in primo libro multa dicta sunt.

e Deinde cum dicit, At verò principatus, &c. ostendit, quod hæc omnia ad communitatem pertinentia, gratia communis boni & vtilitatis facta sunt, & dicit: At verò principatus, omnes scilicet, secundum dictos modos facile diuidere, supple, est in subiectum & dominatum quod politicum dicitur. Et subiungit rationem, ibi, Etenim in extrinsecis sermonibus determinauimus de ipsis sæpè. Extrinsecos sermones dicit sermones primi libri, qui sunt de economicis, & præambuli sunt ad politicos sermones, & sic extrinseci. Et resumit quadam in primo libro determinata, ibi, Despotia quidem enim, id est, scientia dominatiua, & vtendi seruis, quamuis sit idem conferens secundum veritatem ei qui natura seruus, & ei qui natura despotes, id est, natura dominus, de quo in primo libro dictum est, tamen principatur ad conferens despotis, id est, dominantis, nihil minus, supple, principatur semper ad conferens: ad id autem quod serui, supple, est conferens, principatur secundum accidens. Et ostendit, quod ad hoc conferens serui serui principatur, licet secundum accidens, ibi, Non enim contingit corrupto seruo seruari despotiam, id est, principatum dominatiuum: & idem, supple, oportet cogitare de saluantibus seruum & conferentibus ei. Et sic despoticus principatus ordinatus ad bonum commune, conferens est & domino & seruo. Et ostendit etiam in aliis principatibus, ibi, Principatus autem puerorum & mulieris & totius domus, quem vtique vocamus economicum, vel subiectorum gratia est, id est, propter vtilitatem subiectorum, vel alicuius communis amborum, & despotis siue domini & subiectorum. Deinde cum dicit, Vt videmus & alias artes, &c. probar, quod omnis principatus est ad vtilitatem & bonum commune, & hoc per artes & scientias, & dicit: Vt Videmus & alias artes, quæ scilicet semper sunt ad aliquod bonum commune, & artificis docentis, & eius qui instruitur. Et istæ sunt maximè artes operatiuæ, puta, exemplificat, medicinali & exercitiuam: & vocat exercitiuam sicut est palæstra, torneamentum, equestris & huiusmodi, quibus exercentur iuuenes ad artem bellicam & militarem: omnes enim hæc ad commune bonum sunt exercitantis & exercitati: exercitati per se, exercitantis autem per accidens. Et hoc est. Secundum accidens autem,

&, id est, etiam vtique ipsorum erunt. Et ostendit quomodo, ibi, Nihil enim prohibet exercitia docentem pueros aliquando esse & ipsum eorum qui exercitantur. Et hoc maximè manifestum est in docente & discente: quia in quo aliquis aliquem docet & prodest discenti, & in hoc prodest etiam sibi ipsi: vt discendo per inuentionem, vel confirmando habitum doctrinæ: & sic prodest alteri per se, sibi autem per accidens. Et quod dixit, ostendit exemplo, ibi, Sicut gubernator est semper vnus nauarum. Gubernator enim qui ordinat & docet remigantes & prorarios & vela erigentes cæteraque ad vsum nauigij pertinentia facientes, vnus est & ad vnã vtilitatem communem nauis & sibi gubernat nauem. Postea subiungit differentiam in talibus, ibi, Puerorum quidem igitur exercitator vel gubernator considerat subiectorum bonum, supple, per se: quando autem vnus horum fuerit, scilicet quando etiam ipse est in exercitio, & ipse secundum accidens participat vtilitates, eandem scilicet. Et ponit differentiam in participatione illa, ibi, Hic quidem enim, exercitatus scilicet, naua, supple, participat vtilitatem illam, scilicet per se: quia naturale est, quod discens exercitia participet vtilitatem exercitationis: hic autem, exercitator scilicet, sic, supple, participat eodem vtili, vnus eorum qui exercitantur, cum sit, secundum actum, supple, puerorum exercitator: quando enim in actu est puerorum exercitator, ipse exercitatur cum pueris, & sic secundum accidens eadem vtilitate communicat, qua communicant pueri.

f Deinde cum dicit, Propter quod & politicos principatus, &c. quæ duxit pro simili, adaptat ad propositum, dicens: Propter quod & politicos principatus, quando fuerint secundum æqualitatem ciuium constituti, id est, quando ea quæ constituta sunt, secundum æqualitatem ciuium constituta fuerint, & secundum similitudinem, id est, quod ciues secundum vnã similitudinem participant vtilitate principatum, secundum partem dignificant principari, id est, quod vnus principetur: sed quia necesse est, quod ab aliquo incipiat, idem subdit. Prius quidem quia aptum natum erat dignificant se, supple, moribus & virtute, in parte, scilicet temporis, ministrare, in principatu scilicet, talis enim principatur ad bonum commune & considerare aliqua. Rursum post illum, scilicet qui principetur & consideret, quod ipsius bonum, hoc est, prius principantis, sicut ipse prius principans considerabat quod illius conferens, id est, quod constituiebant principatus sibi succedentes in diuersis personis, vt sicut primò principans considerabat bonum subiectorum & damnum, ita repatiatur à posterius principante. Et ita quidem fuit in antiquis temporibus. Nunc autem propter vtilitates quæ à cõmunibus, id est, à communitatibus vt eas quæ ex principatu, volunt continuè principari, per totã vitam, supple. Et huius causa est. Veluti si accideret sanos esse semper principantes, id est, incorruptos, cum essent ægrotatiui, alia litera, congregatiui, lucrorum scilicet, non reputant sanum esse principatum qui multorum lucrorum est, cum tamen in hoc sit maximè corruptus. Et hoc est quod

quod sequitur. Etenim sic fortè vtique perfequerentur principatus, scilicet propter lucrum.

g Ex omnibus dictis in isto capitulo patet, quod omnis politia est ad commune bonum, & nulla ad priuatum: & hoc ex generali conclusione subinfert, ibi, Manifestum igitur, quod quæcumque quidem politia intendunt quod communiter conferens, ipsæ quidem rectæ exi-

CAPVT V.

Rerumpublicarum diuisio, siue, de rectis pariter & vitiosis.

Determinatis autem iis, habitum est politias considerare quot numero, & quæ sint, & prius rectas ipsarum: etenim transgressiones erunt manifestæ iis determinatis.

b Quoniam autem politia quidem, & politeuma significant idem: politeuma autem idem est, quod dominans ciuitatum: necesse autem esse dominans, aut vnum, aut paucos, aut multos. Quando quidem vnus, vel pauci, vel multi ad commune conferens principantur, has quidem rectas necessarium esse politias, eas autem, quæ ad proprium, vel vnus, vel paucorum, vel multitudinis, transgressiones: aut enim non ciues dicendum esse participantem, aut oportet communicare conferente.

e Vocare autem consueuimus Monarchiarum quidem eam, quæ ad commune conferens respicit, regnum: eam autem quæ paucorum quidem, plarium autem vno, aristocratiam, aut propter optimos principari, aut propterea quod ad optimum ciuitati & communicantibus ipsa. Quando autem multitudo ad commune conferens vituit, vocatur communi nomine omnium politiarum politia. Accidit autem rationabiliter, vnum quidem igitur differre secundum virtutem, vel paucos contingit, plures autem iam ad summum omnis virtutis peruenisse difficile, & maxime ad bellicam, hoc enim in multitudine fit: propter quod quidem secundum hanc politiam principatissimum, quod propugnatiuum, & participant ipsa qui possident arma.

d Transgressiones autem dictarum tyrannis quidem regni, oligarchia autem aristocratia, democratia autem politia. Tyrannis quidem igitur est monarchia ad conferens monarchiantis, oligarchia autem ad id quod abundantiam, democratia autem ad conferens egenorum. Ad id autem

D. Alb. Mag. Politic.

stunt entes secundum id quod simpliciter iustum, supple, est. Quæcumque autem, supple, intendunt conferens principum solum, vitiosa, sunt, supple, & omnes sunt transgressiones reatarum politiarum. Et ponit rationem, ibi, Despotica enim, id est, dominatiua & oppressiua sunt. Ciuitas autem communitas liberorum est: & idem, supple, non competit ei despoticus principatus.

CAPVT V.

His determinatis, consequens est Respublicas considerare, quot sunt, & quæ, & primo quidem eas quæ sunt rectæ: nam labe earum ex illis patescunt.

Cum verò gubernatio ciuitatis & regimen idem significant: regimen autem est potestas & arbitrium ciuitatis, necesse est potestatem & arbitrium huiusmodi, aut penes vnum esse, aut penes multos. Quando igitur vnus, vel pauci, vel multi communem vtilitatem in gubernatione sequuntur, has esse rectas rerumpublicarum species necesse est: quando autem ad propriam vtilitatem, vel vnus, vel paucorum, vel multitudinis gubernantur, transgressiones sunt, & labe: aut enim dicendum est non esse ciues, aut ad participationem vtilitatis sibi recipiendi.

Vocare autem consueuimus, cum vnus ad vtilitatem communem respiciens gubernat regiam potestatem. Cum vero pauci gubernant, plures tamen vno, optimatum gubernationem, vel ex eo quia optimi præsumunt, vel ex eo quia ad optimum publicum administrant. Cum tamen multitudo gubernat ad communem vtilitatem, vocatur communi nomine omnium Rerumpubl. Resp. Contingit autem rationabiliter, vnum enim excellere secundum virtutem, aut paucos datur: vt vero multitudo excellat ad omnem virtutem, difficile est, sed maxime ad bellicam, hæc enim in multitudine fit. Quare in hac Reipublica specie principatissimum ac potentissimum est id, in quo robur belli consistet, & in his ipsis illi sunt, qui sunt in possessione armorum.

Prolabuntur verò ac transgrediuntur huiusmodi species, ex regia quidem gubernatione, in tyrannidem: ex optimatibus vero, in paucorum potentiam: ex Republ. autem in popularem statum. Tyrannidem enim esse dicimus dominatum vnus ad proprium commodum intendentis. Paucorum autem potentiam, cum ad

N 3 quod

quod expedit communi, nulla ipsarum.

e Oportet autem paulo per longiora dicere quæ sit vnaquæque harum politiarum. Etenim habent quasdam dubitationes. Ei autem qui circa vnamquamque methodum philosophatur, & non solum aspiciat ad agendum, conueniens est non despiciere, neque prætermittere, sed declarare circa vnumquodque veritatem. Est autem tyrannis quidem Monarchia, sicut dictum est, despotica politicæ communitatis. Oligarchia autem, quando fuerint domini politicæ qui substantias habent. Democratia autem est contrario, quando qui non possident multitudinem substantiæ, sed egeni.

f Prima autem dubitatio ad diffinitionem est: si enim fuerint qui plures existentes diuites domini ciuitatis, democratia autem est quando fuerit domina multitudo, similiter autem rursum vti que si alicubi accidat egenos pauciores quidem esse diuitibus, meliores autem existentes dominos esse politicæ, vbi autem pauca multitudo domina, oligarchiam esse aiunt, non videbitur vti que bene diffinitum esse de politia.

g At verò si quis connectens abundantiam quidem paucitatem, penuriam autem & multitudinem sic appellet politias, oligarchiam quidem, in qua principatus habent qui diuites pauci multitudine existentes: democratiam autem, in qua qui egeni multi existentes multitudine: aliam habet definitionem. Quas enim dicemus modo dictas politias, eam in qua plures opulenti, & in qua pauciores egeni, domini autem vtrique politiarum, siquidem nulla alia politia est præter dictas.

h Videtur igitur ratio ista facere palam, quod paucos quidem vel multos esse dominos accidens est, hoc quidem oligarchiis, hoc autem democratiis: propterea quod opulenti quidem pauci, egeni autem multi sunt vbi que: propter quod etiam non accidit dictas causas fieri differentiam: quo autem differunt democratia & oligarchia ab inuicem, penuria & diuitia sunt, & necessarium quidem vbi queque principantur propter diuitias, siue pauciores, siue plures, hanc esse oligarchiam:

opulentorum commodum gubernantur, popularem autem statum cum ad commodum egenorum: harum enim nulla ad communem utilitatem respicit.

Oportet autem paulo uberius explicare, que sit vnaquæque istarum: habent enim dubietates quasdam. Philosophantis verò circa singulorum disciplinam, & non solum ad agendum respicientis, proprium est nihil negligere, neque prætermittere, sed demonstrare in singulis veritatem. Tyrannidem esse diximus vnius dominationem civili societate presidentis. Paucorum autem potentiam, quando Rempubl. tenent opulenti, & diuites. Popularem vero gubernationem, cum tenues homines, & non possidentes diuitias, gubernant.

Prima igitur dubitatio est circa diffinitionem. Nam si plures sint opulenti, & diuites, ac Rempublicam teneant, popularis autem gubernatio sit, cum multitudo regit, eodemque modo, sicubi contingat inopes esse pauciores, quam opulenti, sed potentiores, ac Rempublicam teneant, & vbi pauci Rempublicam obtinent, paucorum potentiam nuncupamus, non recte viderentur ista diffinitiones esse posite.

Enimvero si quis adiungens, opulentiæ quidem paucitatem, inopia verò multitudinem, sic appellet Rerumpublicarum species, ut dicat paucorum potentiam esse, in qua gubernationem Reipubl. habent opulenti, numero pauci: popularem vero, in qua inopes Rempubl. tenent, multi existentes: aliam habet dubitationem: quas enim dicemus eas Respublicas, eam videlicet in quibus plures opulenti, & eam in quibus pauciores inopes gubernant, siquidem nulla sunt Respublica præter supra dictas.

Videtur igitur ratio ista ostendere, quod paucos esse, vel multos, qui gubernant, contingens est, aliud paucorum potentia, alterum populari: propterea quod vbi que accidit, ut pauci sint opulenti, multi vero inopes. Ex quo fit, ut huiusmodi causa non faciant differentiam, sed in eo differat popularis gubernatio à paucorum potentia, quod alibi opulenti, alibi inopes Remp. obtinent, necessariumque est vbi queque per opes, ac diuitias præsumunt, siue hi pauciores sint, siue plures, hanc esse speciem illam, qua vocatur paucorum potentia:

vbi

vbi autem egeni, democratiam, sed accidit, sicut diximus, hos quidem paucos esse, hos autem multos: abundant enim pauci, libertate autem participant omnes: propter quas causas altercantur vti que de politia.

CAPVT V.

*H*ic incipit secunda pars istius partis, in qua distinguit politias & enumerat eas, & habet duas partes, in quarum prima enumerat politias, & ostendit differentias earum ad inuicem. In secunda ostendit, quod sicut differunt politicæ, ita differunt principatus, ibi, *Sed neque principatus omnibus communes, &c.* Prima harum diuitur in duas. In prima enumerat & distinguit politias per differentias in genere. In secunda prolixius exequitur, & mouet dubitationes & soluit eas, ibi, *Oportet autem paulo, &c.* Circa primum duo facit. Primo enim ordinat questionem de qua intendit. Secundo inducit differentiam eius quod dicitur politeuma, ibi, *Quoniam autem politia quidem & politeuma, &c.* Dicit ergo primo. Determinatis autem iis, scilicet quod omnis politia intendit bonum commune, habitum, id est, consequens est politias considerare, in specie scilicet. Et ponit problemata, ibi, *Quot numero, & que sint, per nomen scilicet & diffinitionem.* Et ponit ordinem in iis, ibi, *Et primo rectas ipsarum, id est, de numero ipsarum.* Et tangit rationem ordinis, ibi, *Etenim transgressiones, rectarum scilicet politiarum, sicut tyrannis, & oligarchia, & timocrata, erunt manifestæ, iis, scilicet, rectis, determinatis.* Et huius causa est: quia sicut dicit Aristoteles in primo de anima, rectum est iudex sui & obliqui: recto enim cognoscimus & ipsum & obliquum.

b Deinde cum dicit, *Quoniam autem politia, &c.* ponit differentiam inter politeuma & politiam, & dicit: *Quoniam autem politia quidem & politeuma significant idem, differenter scilicet: & ostendit differentiam, ibi, Politeuma autem idem est quod dominans ciuitatum: & ex hoc accipit differentiam politiarum, ibi, Necesse autem esse dominans, aut vnum, aut paucos, aut multos.* Et vterius distinguit rectas à non rectis per idem, ibi, *Quando quidem vnus, sicut rex, vel pauci, vel multi ad commune conferens principantur, & eis quibus principantur, has quidem rectas necessarium esse politias: eas autem, supple, politias, quæ ad proprium, vel vnius, sicut regis, vel paucorum, sicut in oligarchiis, vel multitudinis, sicut in timocratiis in quibus principatur populus, & generaliter loquendo quancumque principans intendit utilitatem propriam & non subiectorum, transgressiones. Quia in omnibus talibus transgressio est. Aut enim non ciues dicendum esse participantibus, tali scilicet politia, aut oportet communicare conferente. id est, quod conferens intentum in politia sit commune, & eius super quem principantur, & ipsius principantis.* Et ideo de Ierusalem corrupta à tali ciuilitate dicitur Isa. 1. *Quomodo facta est meretrix ciui-*

vbi que autem inopes hanc esse popularem gubernationem, sed accidit, ut diximus, hos quidem paucos esse illos, vti diximus. Opibus enim ac diuitiis pauci abundant, libertatis tantum omnes participes sunt: propter quas causas contendunt vtrique de Republica.

tas fidelis, plena iudicij. Iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ. Prou. 28. Leo rugiens & vrsus esuriens, princeps impius super populum pauperem.

c Deinde cum dicit, *Vocare autem consueuimus, &c.* ponit ex iis quæ dicta sunt, statim distinctiones politiarum, sicut posuit in octauo Ethic. & dicit. *Vocare autem consueuimus monarchiarum quidem eam, scilicet politiam, quæ ad commune conferens respicit, regnum. Monarchia autem dicitur principatus vnius: propter quod in octauo Ethic. dicit, quod rex est, qui ex suis sibi sufficiens est, & omnia ordinat & statuit ad utilitatem populi & non ad utilitatem propriam: si autem ex insufficientia suorum cogitur sollicitari de priuata utilitate, clerotes est, non rex.* Et Dionysius diffiniens regnum dicit, quod regnum est omnis finis & ornatus & legis & ordinis distributio. Talis igitur politia est regnum. Deinde cum dicit, *Eam autem quæ paucorum, &c.* ponit secundam politiam & dicit. *Eam autem, supple, politiam, quæ paucorum quidem, id est, ad paucos, supple, pertinet principantes, plurimum, supple, tamen est, vno. Aristocratiam, supple, consueuimus vocare.* Et subdit rationem quare sic vocatur, ibi, *Aut propter optimos principati, in ea scilicet (optimi enim sunt, qui ex dignitate virtutis eliguntur ad principatum, & hoc sonat aristocratia, scilicet principatus virtuosorum) aut propterea quod ad optimum ciuitati & communicantibus ipsa, scilicet politia, supple, principatur.* Dicitur enim est supra in secundo, quod nihil ita bonum est ciuitati & ciuibus, sicut prouocare ad studium virtutis. Deinde cum dicit, *Quando autem multitudo, &c.* distinguit tertiam politiam, & dicit. *Quando autem multitudo ad commune conferens viuunt, & non, supple, ad utilitatem alicuius propriam, vocatur communi nomine omnium politiarum politia, in specie quidem democratia, in genere autem politia. Et subdit rationem quare sic distinguuntur, ibi, Accidit autem rationabiliter, sic vocari, supple, quod scilicet vna regnum, altera aristocratia: vnum quidem igitur differre ab aliis secundum virtutem, vel paucos, supple, differre secundum virtutem contingit: & ideo vnius vel paucorum principatus dicitur regnum & aristocratia: plures autem iam ad summum omnis virtutis peruenisse difficile (Et ideo, supple, vnius vel paucorum principatus potest denominari à virtute, sed plurimum non, sed dicitur vel politia, vel democratia) & maxime ad bellicam quæ est fortitudo ciuili, hoc enim, bellica scilicet, in fortitudine fit: propter quod Plato in Timæo ad hanc iubet eligi electam iuuentutem. Et subdit: *Propter quod quidem secundum hanc politiam, scilicet militarem, principalissimum, supple, est quod pro-**

pugnatum, id est, quod artem habet pugnandi & fortitudinem militarem: & participant ipsa, id est, tali politia qui possident arma, id est, ex arte sciunt uti armis, scilicet defensionis & impugnationis.

d Deinde cum dicit, Transgressiones autem, &c. postquam sic dixit politias, distinguit transgressiones, dicens, Transgressiones autem dictarum, supple, politiarum sunt, scilicet tyrannis quidem regni, Oligarchia autem Aristocratia, Democratia autem politia. Tyrannis quidem igitur est monarchia ad conferens monarchizantis. Oligarchia autem ad id quod abundantium, id est, principatus paucorum diuitum abundantium transgressio, aut ad Aristocratiam. Democratia autem, supple, est ad conferens egenorum, id est, popularium, quæ non est transgressio, sed politia. Et hoc est. Ad id autem quod expedit communi, id est, communitati, nulla ipsarum: quia ad id quod expedit communi, nulla transgressio est, sed vera ciuitas.

e Deinde cum dicit, Oportet autem pauld, &c. prolixius exequitur, & mouet dubitationes contra inductas politiarum diffinitiones: & propter hoc pars ista diuitur in duas. In prima disputat contra diffinitionem inductam. In secunda venatur alias, ibi, *Sumendum autem primo*, &c. Circa primum, tria facit. Primo enim ponit rationem quare subtilius procedendum est quam vsque huc factum sit. Secundo inducit dubitationem de diffinitionibus dictis, ibi, *Prima autem dubitatio*, &c. Tertiò ostendit, quod connexio positiorum in definitione non facit differentiam politiarum nisi per accidens, ibi, *At vrrò si quis connectens*, &c. Dicit ergo primo. Oportet autem pauld, id est, modicum per longiora dicere, quæ sit vnaqueque harum politiarum. Et ponit rationem sumptam ex necessitate tractatus, ibi, Etenim habet quasdam dubitationes, supple, illud quod ante determinatum est, quas oportet determinare, si completus debet esse tractatus. Deinde ponit rationem ad idem ex perfectione philosophiæ, ibi, *Ei autem, scilicet Philosopho*, qui circa vnamquamque methodum, id est, artem, philosophatur, & non solum aspicit ad agendum, in operibus scilicet methodi (alia litera, ad regem) sed etiam, supple, aspicit ad veram determinationem singulorum, conueniens est non despiciere, distinetè scilicet singula, neque prætermittere aliquid, sed declarare circa vnumquodque veritatem. Deinde ut hoc fieri possit, resumit diffinitiones dictas, ibi, *Est autem tyrannis quidem*, id est, diffinitio, monarchia, sicut dictum est, despotica politia communitatis, & est quando vnus despotice, id est, dominaliter regit communitatem sibi subiectam. Oligarchia autem quando fuerint domini politia qui substantias habent, id est, diuites & pauci. Oligarchia enim est principatus paucorum diuitum, ut in octauo Ethic. dictum est: & non est politia sine ciuitas, sed corruptio siue transgressio aristocratia, sicut tyrannis regni. Democratia autem è contrario, scilicet oligarchia, quando qui non possident multitudinem substantia, id est, qui non sunt diuites, sed egeni, principantur, supple, communitati.

f Resumptis sic diffinitionibus politiarum, obiicit contra, ibi, *Prima autem dubitatio ad diffinitionem, &c.* Obiectio sua talis est. Quod ex quo democratia est, vbi dominantur plures, si contingat diuites esse plures quam pauperes, erit dominium diuitum dictum democratia, quod est contra diffinitionem præinductam. Similiter si contingat pauperes pauciores dominari in communitate, & dominium paucorum est oligarchia, ab *ὀλιγα* quod est paucum, & *ἀρχη* principatus, erit dominium paucorum dictum oligarchia, quod est tamen contra præinductam diffinitionem. Et hoc est. Si enim fuerit qui plures existentes diuites domini ciuitatis, democratia autem est, quando fuerit domina multitudo. Et hæc obiectio est ex parte democratia. Et ponit ex parte oligarchia, ibi, *Similiter autem rursus vtrique si alicubi accidat*, in aliqua scilicet ciuitate, egenos pauciores quidem esse diuitibus, meliores autem, id est, fortiores existentes dominos esse politia, supple, contingat, & assumit minorem, ibi, *Vbi autem pauca multitudo domina*, supple, est, oligarchiam esse aiunt. Et inducit conclusionem, ibi, *Non videbitur vtrique bene diffinitum esse de politia. Syllogismus ita formatur.* Quandocumque multitudo dominatur, est democratia, & paucitas oligarchia: sed contingit sæpè multitudinem diuitum dominari: contingit etiam paucos aliquando esse pauperes & dominari: ergo sæpè contingit democratiam esse principatum diuitum, & oligarchiam pauperum. Non ergo bene diffinita sunt politia, quando dictum est, quod democratia est principatus multorum egenorum, & oligarchia paucorum diuitum.

g Deinde cum dicit, *At vrrò si quis connectens*, &c. ostendit, quod connexio positiorum in definitione non facit differentiam politiarum, nisi per accidens: & obiicit aliter sic. *At vrrò si quis connectens abundantia quidem paucitatem, scilicet ut dicat pauci, pecunia autem multitudinem, supple, connectens, sic appellet politias, id est, ab hoc nominet eas sic, scilicet oligarchiam quidem in qua principatus habent qui diuites pauci multitudine existentes: democratiam autem, supple, dicat, in qua quidem egeni, supple, principantur multi existentes multitudine: aliam habet dubitationem. Quia ex hoc sequitur, politias non differere nisi secundum accidens, non autem differentis constitutiuis propriis. Et hoc ostendit subdens. Quas enim dicemus modo dictas politias, scilicet secundum diffinitiones præinductas, eam in qua plures opulenti, & in qua pauciores egeni: illas enim oportet nos nominare aliquam dictarum politiarum, ed quod nulla alia est: domini enim vtrique tam diuites quam egeni politiarum, oligarchia scilicet & democratia: siquidem nulla alia est politia præter prædictas: & sic diuites vel pauperes dicere dominari, & multos vel paucos, nullam per se facit politiam. Et hoc est.*

h Videtur igitur ratio, id est, consequentia rationis facere palam, quod paucos quidem vel multos dominos esse, supple, politia accidens est. Et distinguit, ibi, *Hoc quidem oligarchia, scilicet paucos esse dominos & diuites, hoc autem*

autem democratia, scilicet multos esse & pauperes dominos politia: propter quod opulenti quidem pauci, egeni autem multi sunt vtrique. Et quia hoc non differunt nisi secundum accidens, subdit. Propter quod &, id est, etiam non accidit, id est, non sequitur dictas causas fieri differentia, scilicet per se & constitutiuæ, & esse naturales: accidentia enim non conferunt esse specificum. Deinde cum dicit, *Quo autem differunt*, &c. resumit quaestionem & ostendit, quod argumentum sequitur, dicens: *Quo autem differunt & democratia & oligarchia ab inuicem, penuria & diuitia sunt, & necessarium quidem, scilicet secundum præinductas diffinitiones & differentias, quod vbiusque principantur propter diuitias, siue pauciores,*

siue plures, supple, sint, hanc esse oligarchiam vbi autem egeni, supple, principantur, democratiam, supple, esse. Et resumit assumptas minores, ut inferat consequentiam, ibi, *Sed accidit, sicut diximus, hos quidem paucos esse, hos autem esse multos. Et dicit rationem, ibi, Abundant quidem enim pauci, libertate autem participant omnes, scilicet diuites & egeni, ita scilicet quod assumi possunt ad democratiam & oligarchia principatum: propter quas causas altercantur vtrique de politia. Quia oligarchicus efficitur democraticus, & democraticus oligarchicus. Alia litera, Alterantur vtrique de politia. Definitiones ergo nullæ fuerunt non ostendentes differentiam specierum politiarum, nisi secundum accidens.*

CAPVT VI.

De iure democratico & oligarchico: de ciuitatis sine, virtute ac vizio.

a *Sumendum autem prius quos terminos esse* Sminos dicunt oligarchia & democratia, & quidem quod iustum est oligarchicum existens, & democraticum. *b* Omnes enim tangunt iustum quoddam, sed vsque ad aliquid procedunt, & dicunt non omne quod proprie iustum est, & est, sed non omnibus, sed æqualibus. Ij autem hoc auferunt, scilicet quibus, & iudicant male.

c *Causa autem, quia de seipsis iudicium: ferè autem plurimi sunt iudices prauis de propriis. Quare quoniam quod iustum aliquibus, & diuitum est, eodem modo in rebus, & quibus, sicut dictum est prius in Ethicis, rei quidem æqualitatem consententur, eam autem quæ quibus, dubitant maximè quidem propter dictum modum: quia iudicant de seipsis male.*

d Deinde autem & quia dicere vsquequo vtrouque iustum aliquid, putant iustum dicere simpliciter: hi quidem enim si secundum aliquid inæquales sint, puta secundum pecunias, totaliter putant inæquales esse: ij autem si secundum libertatem, totaliter æquales.

e Quod autem principalissimum non dicunt: siquidem enim possessionum gratia communicassent & conuenissent, tantum participant ciuitate, quantum & possessione. Quare oligarchiorum sermo videbitur vtrique inualefcere: non enim esse iustum aiunt participare centum minis vnum qui intulit minam vnam, cum eo qui dedit residuum totum.

CAPVT VI.

Sumendum est prius quos terminos esse Sdicunt paucorum potentia, & popularis gubernationis, & quid sit iustum in vtraque.

Omnes enim attingunt iustum quoddam, sed vsque ad aliquid, & aiunt non omne iustum proprie, puta, videtur æqualitas iustum quiddam esse, & est quidem, sed non omnibus, ac æqualibus. Et inæqualitas videtur iustum esse, & est quidem, sed non omnibus, ac inæqualibus. Alij vero hoc auferunt personis, & male iudicant.

Causa vero est, quia de seipsis iudicium fit: qui vero de seipsis iudicant, ut plurimum non rectè sunt iudices. Itaque cum iustum aliquibus, & diuitum sit, eodem modo in rebus & personis, ut diximus in Ethicis, æqualitatem rei consententur, sed de personis contendunt maxime, ut dictum est, quia de seipsis non rectè iudicant.

Denique quia vsque ad aliquid vtrique eorum iustum quoddam dicentes, putant se dicere simpliciter iustum: hi enim si in aliquo sint superiores, seu opibus, & diuitiis, alios omnino putant impares esse: hi vero si in aliquo sint pares, puta libertate, omnino putant esse pares.

Cæterum, quod est principalissimum, non dicunt: si enim possessionum gratia societatem iniissent, atque vna conuenissent, tantum caperent ciuitatis, quantum possessionis. Itaque ratio illa valeret, quæ est paucorum potentum, qui aiunt non esse iustum, ut qui vnum contulit, tantum percipiat de centum minis, quantum is qui contulit omne reliquum.

f Neque

f Neque iis qui à principio, neque post acquisitis. Si autem neque ipsius vivere gratia solum, sed magis ipsius bene vivere: etenim seruorum utique & aliorum animalium esset ciuitas, nunc autem non, quia non participant felicitatem, neque ipso vivere secundum electionem.

g Neque compugnationis gratia, quatenus à nullo iniustitiam patiantur, neque propter commutationes, ut eum usum qui adinuicem.

h Etenim utique Tyrreni & Carchedonij, & omnes quibus sunt contractus adinuicem, & vnus utique ciuitatis ciues essent. Sunt enim ipsi pacta de introducibilibus, & conuentiones de non iniustitia facienda, & scripturæ de compugnatione.

i Sed neque principatus omnibus communes in iis constituti sunt, sed alij apud utrosque.

k Neque quales quosdam esse oporteat alteros alteri curant, neque quomodo nullus erit iniustus eorum qui sub pactis, neque quomodo malitiam nullam habeant, sed solum quomodo nihil iniuste agant inuicem: de virtute autem & malitia ministrant, quicumque curant bonam legislationem. Quare manifestum, quod oportet de viuere sollicitam esse eam, quæ tanquam vere nominatur ciuitas, non sermonis gratia: fit enim communicatio & compugnatio de aliis loco differens solum ab iis, qui de longè compugnant: & lex pactum, sicut ait Lycophron sophista, fideiussor inuicem iustorum, sed non qualis faciat bonos, & iustos ciues.

l Quod autem hoc modo se habeant, manifestum. Si enim aliquis, & copulet loca in vnum, ut se tangant Megareorum ciuitas & Corinthiorum muris, tamen non vna ciuitas: neque si adinuicem connubia fecerint, quamuis hoc propriarum communicationum ciuitatibus sit: similiter autem neque si habitarent separati quidem, non tamen tantum de longè, ut non communicarent, sed si essent ipsis leges, ut non se ipsos iniuste molestant, circa mutuas dationes, puta si hic quidem esset faber, hic autem agricola, alius autem coriarius, alius vero aliud aliquid tale, & multitudine esse decem

Neque eorum qua ab initio, neque eorum qua postea superueniant. Quod si non viuendi solum gratia, sed magis bene viuendi. Nam sic seruorum & aliorum animalium ciuitas esse posset, quod non est ex eo, quia felicitatis non sunt capacia, nec viuendi secundum electionem.

Neque societatis gratia bellica, ne à quoquam iniuria afficiantur, neque propter commercia, ac mutuam utilitatem.

Nam sic Thuscij, & Carthaginenses, & omnes hi, quibus est commercium inuicem, tanquam ciues essent vnus ciuitatis. Sunt nempe illis fœdera circa res importandas, & pacta, ne iniuria afficiantur, & scriptura circa mutuam bellorum societatem.

Sed neque magistratus communes his deputati sunt, verum alij apud alios.

Nec quales esse oportet alteri de alteris cogitant, neque ut nemo eorum iniustus sit, qui sub fœdere comprehendantur, neque ut prauitatem nullam habeant, sed solum, ut non inuicem se iniuria afficiant. At enim de virtute ac de vitio publice cogitant, quicumque curam habent bene influendi ciuitatem. Ex hoc manifestum est de virtute curam esse habendam ei, quæ re vera ciuitas sit nominanda, non orationis gratia. Nam fit communicatio societatis aliorum ad bellum loco solum differens ab aliis sociis longè existentibus. Et lex pactio, ut ait Lycophron sophista, fideiussor inuicem iustorum, sed non talis, ut bonos & iustos ciues efficiat.

Et quod ita se habeat, patet, nam si quis coniungat loca in vnum, ut Megarensium Corinthiorumque ciuitates sese inuicem contingant manibus, nihilominus vna non erit ciuitas: nec si simul coniungantur, quamquam hoc vnum sit de his communibus, quæ proprie sunt ciuitatum. Eodemque modo si qui habitent separati quidem, non tamen ita longè, ut nequeant simul communicare, legeque habeant, iniuriam sibi inuicem in commerciis prohibentes, ceu si vnus faber, alter agricola, alter sutor, alter aliquis huiusmodi foret, essentque hi decem millia numero, nec alia eis foret communio, nisi talium rerum, puta contractuum bellorum & confœderationis, nec siquidem ciuitas adhuc foret.

millia,

millia, non tamen communicarent in alio nullo, quam in talibus, puta communicatione, & compugnatione, neque sic quidem ciuitas. Propter quam itaque causam? non enim utique propter non propinquum communitatis. Si enim sic & conuenirent sic communicantes, vnusquisque tamen uteretur propria domo tanquam ciuitate, & sibi ipsis auxiliantes sicut pugna existente ad iniuriantes solum, neque sic utique videbitur esse ciuitas diligenter considerantibus. Siquidem similiter colloquerentur congregati, & sigillatim.

m Manifestum igitur, quod non est ciuitas communio loci, & eius quod est non iniusta agere ad seipsos, & mutua dationis gratia, sed hoc quidem necessarium existere si erit ciuitas. Attamen neque existentibus omnibus iis, est iam ciuitas.

n Sed ipsius bene viuere communicatio, & domibus, & generibus gratia vitæ perfectæ & per se sufficientis, non erit tamen hoc nisi vnum & eundem locum habitantium & vrentium connubiis: propter quod affectiones factæ sunt in ciuitatibus, & fraternitates, & immolationes, & deductiones ipsius conuiuere. Quod autem tale amicitia opus, conuiuendi enim electio amicitia est.

o Finis quidem igitur ciuitatis bene viuere, hæc autem finis gratia. Ciuitas autem generum, & vicorum communitas vitæ perfectæ & per se sufficientis, hoc autem est, ut diximus, viuere feliciter & bene. Bonarum ergo actionum gratia ponendum esse politicam communionem, sed non ipsius conuiuere.

p Propter quod quidem quicumque adiiciunt plurimum ad talem communionem, iis ciuitatis attinet plusquam æqualibus secundum libertatem & genus, vel maioribus, secundum politicam autem virtutem inæqualibus; vel excedentibus secundum dinitias, secundum virtutem autem excessis. Quod quidem igitur omnes qui de politiis altercantur, partem quandam iusti dicant, manifestum est ex dictis.

Propter quam tandem utique causam? non enim quia non propinqua sit communicatio: nam si in vnum conuenirent ita communicantes, vnusquisque tamen uteretur propria domo, ut ciuitate, ac sibi ipsis ut confœderati auxilium ferant contra iniuriantes solum, nec sic quidem ciuitas esse videretur recte considerantibus. Siquidem eodem modo conuersarentur simul communiter & separatim.

Ex quo patet, quod ciuitas non est communicatio loci, & non iniuriandi sibi ipsis, & commercij gratia, sed ista quidem ut adsint necessarium est, siquidem futura sit ciuitas: nec tamen si ista adsint omnia, ciuitas adhuc erit.

At bene viuendi societas, & domibus, & generibus vitæ perfectæ gratia & per se sufficientis, hoc tamen non erit nisi vno eodemque loco habitantibus, & coniungia simul incuntibus: propter quod propinquitates in ciuitatibus extiterunt, & sodalitia, & sacra, & conuersationes familiarium. Idque est amicitia opus, nam simul viuendi electio amicitia est.

Finis est igitur ciuitatis, bene viuere, illa vero gratia finis. Ciuitas autem est generum pagorumque societas, vitæ perfectæ ac per se sufficientis, hoc est, ut diximus, bene ac beate viuere. Bene igitur agendi gratia, ponendum est esse civilem societatem, non autem gratia simul viuendi.

Quapropter, quicumque plus conferunt ad huiusmodi societatem, his plus iuris competit in ciuitate, quam his qui libertate ac genere pares sunt vel maiores, sed civili virtute sunt impares, & quam his qui diuitiis superant, sed virtute superantur. Quod igitur omnes qui de Republica contendunt, partem aliquam iusti dicunt, manifestum est ex supra dictis.

CAPVT VI.

Hic inuestigat seu venatur Aristoteles veras diffinitiones & essentielles differentias politiarum, & circa hoc tria facit. Primò enim ostendit quid præcipue assumendum sit ad diffinitionem politiarum. Secundò quid facit errorem, ibi, *Causa autem quia de seipsis iudicium*, &c. Tertio ostendit, quod dixit ex fine omnium politiarum, ibi, *Si autem neque ipsius*, &c. In primo intendit ostendere, quòd quia omnis politia dirigitur iusto aliquo, & iustum fundatur supra æquale secundum medietatem arithmeticam & geometricam, sicut dicit in 5. Ethic. idèd maximè attendendum est in diffinitione politiarum quòd iustum est. Et hoc est. Sumendum autem primò, id est, principaliter, quos terminos, diffinitionis scilicet, dicunt oligarchia & democratia, scilicet secundum essentialiam diffinitionem vtriusque, & supple, sumendum si debeat vera diffinitio dari, quidem quòd iustum est oligarchicum existens & democraticum, id est, quid est, iustum oligarchicum, & quid iustum democraticum.

b Et ponit rationem, ibi, Omnes enim, supple, politia, tangunt iustum quoddam; sed vsque ad aliquid procedunt, id est, vsque ad quandam terminum iusti, & non perueniunt ad simpliciter iustum. Et hoc est. Et dicunt non omne quòd proprie iustum. Et exponit, ibi, *Puta videtur æquale esse, quòd iustum est & est: iustum enim, vt dicit in 5. Ethic. æquale est luci & damni, in commutationibus quidem æquale secundum medietatem arithmeticam, in distributionibus autem æquale secundum medietatem geometricam: sed non omnibus, supple, est æquale, sed æqualibus, id est, proportionatis ad vnum secundum distributionem vel commutationem, quòd æquale est vtrique in lucro & damno.* Id autem, scilicet oligarchici hoc auferunt, scilicet æquale, scilicet quibus, id est, auferunt quibus debeant iudicare secundum æquale in politia, & supple, iudicant male.

c Deinde cum dicit, *Causa autem, &c.* ostendit quid facit errorem, ponendo causam, & dicit. *Causa autem, scilicet quare male iudicant, est quia de seipsis iudicium ferant: & idèd, supple, sibiipsis semper iudicant plus in lucro, & minus in damno: & alijs plus in damno, & minus in lucro: quòd principium est omnis iniquitatis & iniustitiae.* Et hoc est quòd subdit. *Ferè autem plurimi sunt iudices prauis de proprijs.* Vnde in legibus statutum est, quòd nullus in causa propria potest esse iudex. Et ex hoc inferit intentum, ibi, *Quare quoniam quòd iustum aliquibus est, supple, & non simpliciter, & diuitem est: quia quòd iis iustum est, alijs non est iustum: percutiens enim principem, magis punitur quam percutiens alium æquali ictu.* Eodem modo in rebus, supple, etiam æquale est attendendum, & quibus reddatur, scilicet est attendendum, sicut dictum est prius in Ethicis ibi in 5. Ethic. *Rei quidem æqualitatem confitentur, supple, omnes attendendam,*

eam autem quæ quibus dubitant maximè quidem propter dictum modum: quia scilicet iudicant de seipsis male: ad paria enim se cum alijs non iudicant, sed sibi plus in lucro & minus in damno, alijs autem è conuerso, vt dictum est.

d Deinde cum dicit, *Deinde autem & quia dicere, &c.* ponit ad idem aliam rationem, & dicit. *Deinde autem & quia dicere vsquequo, & non simpliciter. Non enim determinant simpliciter iustum, sed vsquequo (sicut in præhabitis dictum est) vtriusque iustum aliquid putant iustum dicere simpliciter.* Hi quidem enim, oligarchici scilicet, si secundum aliquod inæquales sint. Et explanat, *Puta secundum pecunias, totaliter putant inæquales esse, id est, oligarchici reputant, quòd si secundum pecuniam inæquales sint, totaliter sint inæquales & iniusti: quia semper iudicant sibi plus attribuendum de pecunia, alijs autem minus.* Hi autem, democratici scilicet, si secundum aliquid æquales, puta si secundum libertatem, totaliter æquales, supple, esse se reputant, cum in multis sint inæquales.

e Quòd autem principalissimum, supple, faciunt ad æqualitatem & inæqualitatem, non dicunt. Et ostendit quomodo, ibi, *Siquidem enim possessionum gratia communicassent & conuenissent tantum, tunc, supple, tantum participarent ciuitate, quantum & possessione: quia tunc non esset inter eos vlla communicatio nisi possessionis.* Et ostendit inconueniens quòd ex hoc sequitur, ibi, *Quare oligarchiorum sermo videbitur vtrique inualefcere.* Et ponit sermonem, ibi, *Non enim esse iustum, æquum, supple, videbitur, participare 100. talentis, scilicet ex æquo distribuendis, vnum qui intulit minam vnam cum eo qui dedit residuum totum, id est, centum talenta. Quia si secundum proportionem geometricam distribui debet, plus recepturus est qui plus intulit.*

f Neque iis qui à principio, supple, inæqualia intulerunt, neque post acquisitis, scilicet quæ etiam inæqualia sunt. Et huius ratio est: quia ratio iustitiae est in communicandis, quòd inæqualia inferentes ad communicationem, inæqualiter participent. Deinde cum dicit, *Si autem neque ipsius viuere, &c.* inducit alteram rationem ad idem ex ratione ciuitatis, & dicit. *Si autem neque ipsius viuere gratia solum, sed magis ipsius bene viuere, supple, constructa est ciuitas & politia.* Et hoc probat, ibi, *Etenim, si, supple, gratia ipsius viuere solum sit ciuitas & habitatio ciuitatis, seruorum vtrique & aliorum animalium esset ciuitas, quòd est inconueniens, nunc autem non, supple, talium gratia est ciuitas.* Et huius dar causam, ibi, *Quia non participant à felicitate, neque ipso viuere secundum electionem, scilicet seruus & alia animalia.*

g Et adhuc supponit aliam, ibi, *Neque compugnationis gratia est ciuitas, quantenus à nullo iniuriam patiantur.* Propter hoc enim sæpè iniucem coniurant ciuitates. Neque propter communicationes, supple, est communicatio ciuitatis, vt eum vsus, qui ad iniucem, supple, habeant in mercatione.

h Et ostendit inconueniens quòd sequeretur, ibi,

ibi, *Etenim vtrique Thyrrheni & Carhedonij & omnes quibus sunt contractus ad iniucem, vnius vtrique ciuitatis ciues essent, quòd non est: ergo communicatio ciuitatis non ad hoc.* Et ostendit, ibi, *Sunt enim ipsi pacta de introductibilibus, id est, quænam de vna ciuitate introducantur in aliam, & conuentiones, supple, sunt ipsi de non iniustitia facienda, quòd scilicet de hoc quòd vnus introducit in ciuitatem alterius, fiat ei iustitia sicut ciui, & scripturæ, scilicet per manum publicam rebellionum de confirmatione vnus cuiusque contractus, de compugnatione, id est, quòd se iniucem etiam compugnatione defendant. Non tamen propter omnia hæc sunt communia vnus ciuitatis.*

i Deinde cum dicit, *Sed neque principatus, &c.* volens inuestigare Aristot. definitionem politia, primò inuestigat per diuersitatem principatum qui diuersi sunt in diuersis politijs. Vnde circa hoc tria facit. Primò enim ostendit insufficientiam antiquarum politiarum, eò quòd de virtute & malitia nihil tractauerunt. Secundò ostendit, quòd cohabitatio non facit ciuitatem; ibi, *De virtute autem & malitia, &c.* Tertio ostendit quæ cohabitatio verè facit ciuitatem, ibi, *Sed ipsius bene viuere, &c.* Dicit ergo primò. *Sed neque principatus omnibus communes in iis, scilicet politijs, constituti sunt: sed alij apud vtriusque.* Quædam enim mixtae sunt ex duabus vel tribus, & illæ etiam mixtas habent principatus.

k Et subdit reprehendens eos de imperfectione, ibi, *Neque quales quædam esse oportet alteras, supple, politias, alteri curant, eò quòd principes vnus politia corrigunt ea quæ sunt in altera.* Et explanat quòd dixit, ibi, *Neque quomodo nullus erit iniustus eorum qui sub pactis, id est, non curant de confederatis ciuitatis vtrum iusti vel iniusti sint, dommodo pacta intra cum eis teneant. Vnde sequitur. Neque, supple, curant quomodo malitiam nullam habeant, scilicet confederati cum eis: sed solum, supple, curant quomodo nihil iniuste agant in iniucem.* Et vocant iniustum quòd est contra fœdus inicum, & nihil aliud. *Et politia non est perfecta: Politia enim ordo ciuium est in ciuitate: Ciuis autem non est ordinatus ad felicitatem, nisi in omni virtute ordinatus sit.* Et probat per dispositionem perfectæ politia, vbi ostendit, quæ cohabitatio non facit ciuitatem, ibi, *De virtute autem & malitia ministrant, principes scilicet, quicunque curant bonam legislationem, quæ scilicet secundum virtutem est, qua scilicet legitione. Quare manifestum, quòd oportet de virtute sollicitam esse eam, quæ tanquam verè nominatur ciuitas, non sermonis gratia. Illa enim quæ ciuitas vocatur sermonis gratia tantum, & cadit à nominis significatione secundum rem, non verè vocatur ciuitas: non enim est ciuium vnitas, nisi vniantur in studio virtutis. Vnde in præcedentibus dictum est de Lacedæmonibus, quòd nihil aded vile est ciuitati sicut prouocare ciues ad studium virtutis, non ad appetitum pecuniae.* Et vt hoc ostendat & probet, ostendit quòd alia communicationes non faciunt ciuitatem, ibi, *Fit enim communicatio, supple, in-*

D. Alberti. Mag. Politic.

ter ciuès compugnatio, id est, quæ dicitur compugnatio. Et hoc est. Ciues coniurant vt simul compugnent contra aduersarios, & hæc compugnatio est, supple, de alijs loco differens solum ab iis qui de longè compugnant: communicantes enim in vna eademque ciuitate, vt compugnantes sibi iniucem ferunt auxilia, non differunt ab iis qui à se iniucem longè distant in alijs ciuitatibus: vnde sicut coniuratio distantium non facit veritatem ciuitatis, ita nec habitantium in vna ciuitate facit vnitatem ciuitatis. Et talibus, scilicet fœdere communicantibus, pactum quòd faciunt inter se, est lex. Et hoc est. Et lex pactum. Et confirmat, ibi, *Et sicut ait Lycophron sophista, fideiusfor iniucem iustorum, id est, pacta, quæ ineunt, vt sibi iniucem assistant, sunt fideiusfor eorum quæ promittunt ad iniucem.* Et idèd sicut legitur in gestis antiquorum, quando duæ ciuitates vel plures talia pacta iniuerunt, lacerabatur in duo immundum animal, sicut porca, & latera cadaueris lacerati suspendebantur ex vtraque parte iuxta viam, & præcipiebatur partibus transire per medium diuisionum, vt scirent quemcunque contra pactum venientem, sic lacerandum, & ab hac fœditate sic lacerati cadaueris tale pactum primò fœdus dictum est: & hoc totum dicit Hieron. supra Ieremiam. Et subdit imperfectionem istius legis, ibi, *Sed non qualis faciat bonos & iustos ciues, id est, licet hoc pactum sit lex & fideiusfor ad iniucem iustorum, tamen non est lex quæ faciat bonos ciues, & idèd non facit ad communicationem ciuitatis.*

l Et hoc probat, ibi, *Quòd autem hoc modo se habeat, manifestum. Et ponit rationem. Si enim aliquis copulet loca, supple, diuisa in vnum, vt se tangant. Et exemplificat, ibi, Sicut Megareorum ciuitas & Chorthiorum muris, scilicet in vno muro cingat vtramque ciuitatem, tamen non vna ciuitas, supple, est. Per hoc intendit, sicut paulò antè dixit, quòd communicatio compugnationis & cohabitationis non est communicatio ciuili, quæ faciat verè vnam ciuitatem. Et ex hoc etiam excludit alias communicationes, subdens. Neque si ad iniucem connubia fecerint, supple, facient vnam ciuitatem: quamuis hoc, communicatio scilicet connubij, propriarum communicationum ciuitatibus sit, id est, vna de numero communicationum quæ sunt propriae ciuitatibus. Ciuium enim est sibi in connubijs communicare, non tamen propter hoc dicitur ciuitas, ciuium vnitas. Et excludit aliam communicationem. Similiter autem neque si qui habitarent separatim quidem, scilicet in locis diuersis, non tamen tantum de longe vt non communicarent. Et huius exemplum est sicut & nunc in diuersis villis habitantes, conueniunt ad vnam forensensem villam, in qua sibi communicant in rebus commutabilibus: quæ tamen communicatio non facit vnam ciuitatem. Et hoc est. Sed si essent ipsi leges vt non seipos iniuste molestarent circa mutuas dationes, scilicet quas ferunt ad forum, commutandas. Et dat exemplum: *Puta si hic quidam esset faber, fabrilis scilicet commutans, hic autem agricola, annonam & fructus ipse commutans,**

alius autem cotarius, & alius verò aliquid aliud tale, sicut lignarius, vel fullo, vel aliquid tale, & multitudine essent decem millia, non tamen communicarent in alio nullo quam in talibus (altera negatio superfluit) puta commutatione, rerum scilicet venalium, & compugnatione, scilicet quod simul pugnarent contra aduersarios, neque sic quidem ciuitas, supple, esset, propter talem communicationem. Propter quam utique causam, est ciuitas? supple Et excludit ea quæ possent dici causa, & non sunt, ibi, Non enim utique propter non propinquum, in loco scilicet, communitatis, id est, non potest dici quod non sit ciuitas, quia communitas ciuium non simul habitat in vno loco: & quod per contrarium, causa sit quod ciuitas sit: quia ciues in vnum habitant. Et hoc probat, ibi, Si enim sic & conuenirent, supple, in vnum locum sic communicantes, vnusquisque tamen vteretur propria domo tanquam ciuitate, singulari, supple, & sibi ipsis auxiliantes, sicut pugna existente ad iniuriantes solum, neque sic utique videbitur esse ciuitas diligenter considerantibus, propter tales scilicet communicationes. Et dat rationem, ibi, Si quidem similiter colloquerentur congregati & sigillatim, id est, non colloquantur nisi de commutatione rerum venalium & compugnatione, quod non facit ciuitatem.

m Ex omnibus his concludit, ibi, Manifestum est igitur, quod non est ciuitas communicatio loci, & eius quod est non iniuncta agere ad se ipsos, & mutue dationis gratia: nullum enim illorum est causa ciuitatis, sicut iam habitum est, licet sine his non sit ciuitas. Vnde sequitur: Sed hoc quidem necessarium existere si erit ciuitas: atramen neque existentibus omnibus iis, iam est ciuitas.

n Deinde cum dicit, Sed ipsius bene viuere, &c. est vltima pars capituli, in qua causam vere politice ponit, dicens: Sed ipsius bene viuere communicatio, & domibus, per cohabitationem scilicet, & generibus, & cohabitare scilicet per connubia, gratia vite perfectæ, & per se sufficientis, supple, est causa communicationis ciuitatis. Et licet hæc sit causa, tamen exiguntur alia quæ dicta sunt. Et hoc est. Non erit tamen hoc non vnum & eundem locum habitantium & vtentium connubiis. Et ideo sine communicatione connubiorum, & habitatione eiusdem loci non potest esse ciuitas. Et ponit signum, ibi, Propter quod affectiones factæ sunt, id est, amicitia, in ciuitate, per connubia scilicet, cohabitationes & fraternitates, id est, consanguineitates quæ fiunt per connubia, & immolationes, id est, festa con-

CAPVT VII.

Quæ oportet in ciuitate dominari, & nonnulla de repetendis rationibus.

Habet autem dubitationem quid oportet esse dominatum ciuitatis, aut enim multitudinem, aut diuites, aut epiches, aut optimum virum omnium, aut tyrannum.

b Sed hæc omnia videntur habere difficultatem. Quid enim si pauperes,

uiuantium, victimis immolatis, & deductiones ipsius conuiuere. Conuiuere enim simul cupientes inueniunt diuersos ludos quibus ducunt vitam in iucunditate. Quod autem tale amicitia opus, supple, est. Et hoc probat per distinctionem amicitia, ibi, Conuiuendi enim electio amicitia est. Propter hoc dicit Eustratius in Comment. super 8. Ethic. quod amicorum proprium velle conuiuere & in colloquiis & iocunditatibus conterere totos dies.

o Ex omnibus his concludit intentum, ibi, Finis quidem igitur ciuitatis bene viuere; est, supple. Hæc autem, scilicet ciuitas, finis gratia, huius scilicet qui est bene viuere & secundum virtutem. Ciuitas autem, supple, est generum, id est, consanguineorum & vicinorum communitas vite perfectæ, secundum virtutem scilicet, & per se sufficientis: quia sicut in primo dictum est, nullius necessarii debet esse defectus. Et explanat quæ sit talis vita, ibi, Hoc autem est, ut diximus, id est, sicut sermone determinamus nunc, feliciter & bene: feliciter, ut felicitatis actus attingatur, scilicet ut secundum propriam & connaturalem virtutem attingatur perfecta operatio in nullo impedita. Illi enim finem habent felicitatis. Ex his omnibus concludit. Bonarum ergo actionum gratia ponendum, supple, est esse politicam communionem, sed non ipsius conuiuere tantum.

p Et ex hoc quasi correlariè concludit, ibi, Propter quod & vterius quidem quicumque adiiciunt plurimum ad talem communionem, felicitas scilicet & bonæ vitæ, his ciuitatis attinet plus, id est, plus accedant ad causam & rationem ciuitatis & ciuium, quam æqualibus secundum libertatem & genus, id est, plus communicant vera communicatione ciuitatis quam alij qui æqualiter eis liberi sunt, & æquales genere, vel maioribus, id est, qui libertate & genere eis maiores sunt. Secundum politicam autem virtutem inæqualibus, id est, qui in politica virtute eis minores, vel excedentibus secundum diuitias, secundum virtutem autem excessis, id est, plus attrinet eis de politica communicatione, quam eis qui excedunt eos secundum diuitias, exceduntur autem ab istis secundum virtutem. Cuius ratio est: quia sicut dictum est, tota communicatio politica secundum virtutem est: & ideo plus excedens in actibus virtutis, plus communicat politicæ communicationi. Deinde ponit conclusionem generalem totius capituli, subdens. Quod quidem igitur omnes qui de politis altercantur, partem quandam iusti dicant, id est, dicere conantur, manifestum est ex dictis, scilicet in capitulo isto.

CAPVT VII.

Est autem dubitatio quid oportet dominans esse in ciuitate, nunquid populum, an eos qui diuitias habent, an bonos & æquos, vel vnum qui sit optimus omnium, vel tyrannum.

Verum hæc omnia videntur habere difficultatem. Quid enim inopes, quia plures

quia plures sunt, diripient ea quæ diuitum: hoc non iniustum est? Videbatur enim utique per Iouem dominatio iuste: iniustitiam igitur quid oportet dicere extremam?

c Rursumque omnibus acceptis, qui plures ea quæ paucorum, si diripiant, manifestum quod corrumpunt ciuitatem. At vero non quidem virtus corrumpet, quod ipsam habet, neque iustum ciuitatis corruptiuum. Quare palam, quod & legem hanc non est possibile esse iustam.

d Adhuc & actiones quasunque tyrannus egit, necessarium esse omnes iustas. Vim enim infert potentior existens, sicut & multitudo diuitibus.

e Ergone pauciores principari iustum & diuites? Si igitur & illi hoc faciant, & diripiant, & possessiones auferant multitudinis, hoc est iustum? Alterum ergo. Hoc quidem igitur, quod sint praua omnia, & non studiosa, manifestum.

f Sed Epichus principari oportet & dominos esse omnium. Igitur necesse alios omnes inhonoratos esse, qui non honorantur politicis, honores enim dicimus esse principatus: principantibus autem semper eisdem, necessarium esse alios inhonoratos.

g Sed vnum studiosissimum principari melius. Sed adhuc hoc magis oligarchicum. Qui enim inhonorati plures.

h Sed forte dicit utique aliquis, dominatum totaliter hominem esse, habentem occidentes passiones circa animam, sed non legem, prauum.

i Si igitur lex quidem, oligarchica autem vel democratica, quid differt de dubitatis? accident enim similiter dicta prius.

k De aliis quidem igitur altera sit aliqua ratio. Quod autem oportet dominans esse magis multitudinem, quam optimos quidem, paucos autem, videbitur utique solui, & alicuius habere dubitationem, fortè autem utique veritatem.

l Multos enim, quorum vnusquisque est studiosus vir, tamen contingit, cum conuenerint, esse meliores illis, non vt singulum, sed vt simul omnes, veluti comportare cœnam,

D. Alb. Mag. Politic.

sint, partiantur ea, quæ sunt opulentorum, hoc nonne iniustum est? Decreuerunt enim qui potestatem habent: iniuria igitur summa, quæ tandem dicenda est?

Rursumque omnibus acceptis, si plures ea sibi tribuant, quæ sunt paucorum, constat, quod ciuitatem corrumpunt. Aiqui virtus nunquam corrumpit id quod eam habet; neque iustum ciuitatis corruptiuum est. Ex quo patet legem istam non posse iustam esse.

Præterea illa quoque quæ facta fuerunt à tyranno, necessarium foret iusta esse omnia. Vim enim affert propter potentiam, quemadmodum multitudo diuitibus.

Sed an paucos & opulentos iustum est dominari? An ergo si & illi hæc agant, & rapinas exerceant, auferantque multitudinis bona, hocne erit iustum? Alterum ergo. Hæc igitur omnia constat esse praua.

Verum bonos & æquos dominari oportet, auctoritatemque habere omnium. Ergo alij omnes, cum magistratus non capiunt, inhonorati manebunt. Nam honores quidem magistratus potestatesque appellamus: quos si boni semper habeant, necessarium est alios excludi ab honoribus Reipublicæ.

Sed nunquid vnus, qui sit optimus, dominari debet? At enim hoc etiam grauius est, quoniam plures erunt ab honoribus exclusi.

Sed forsitan dicit aliquis, legem dominari debere, non autem hominem, in quem cadunt animi perturbationes.

Si igitur sit lex quidem, sed vel ad paucorum potentiam, vel ad multitudinis fauorem declinans, quid tandem refert in his de quibus dubitatum est? euenient enim eadem, quæ supra dicta sunt.

De his igitur sit alius quidem sermo. Quod autem magis penes multos debeat esse potestas, quam penes paucos, licet optimos, videtur solui posse, & quandam habere dubietatem, imo forte veritatem.

Nam si plures sint, quorum vnusquisque non sit studiosus, tamen fieri potest, vt in vnum conuenientes omnes meliores sint, quam illi, non vt singuli, sed vt omnes, quemadmodum cana,

iis, quæ ex vna expensa elargitæ sunt. Multis enim existentibus vnumquodque partem habere virtutis & prudentiæ, & fieri congregatorum quasi vnum hominem multitudinem multorum pedum, & multarum manuum, & multos sensus habentem, sic & quæ circa mores, & circa intellectum: propter quod & melius qui multi, & quæ musicæ opera, & quæ poetarum. Alij enim particulam aliquam, omnia autem omnes.

m Sed hoc differunt studiosi virorum ab vnoquoque multorum, sicut à non bonis bonos aiunt, & picta per artem à veris, eo quod collecta sint dispersa seorsum in vnum, quoniam separatim quidem pulchrius habere picto, hoc quidem oculum, aliquo autem altero alteram particulam.

n Siquidem igitur circa totum populum & circa totam multitudinem contingit hanc esse differentiam multorum ad paucos studiosos, immanifestum. Forte autem per Iouem, palam quod de quibusdam impossibile, eadem enim vtique ratio & in bestiis congruet: equidem quid differunt quidam à bestiis, vt consequens est dicere? sed circa aliquam multitudinem nihil prohibet, quod dictum est, esse verum.

o Propter quod & prius dictam dubitationem soluet vtique quis per hoc, & habitam ipsi, quorum oportet dominos esse liberos & multitudinem ciuium, tales autem sunt quicumque neque dignitatem habent virtutis nullam.

p Participare quidem enim ipsos principatibus maximis, non securum: propter iniustitiam enim, & propter imprudentiam, hoc quidem iniuste agere vtique, hoc autem peccare ipsos.

q Non tradere autem, neque participare terribile. Cum enim inhonorati multi, & pauperes extiterint, necessarium ciuitatem hanc esse plenam seditionis.

r Restat vtique, eo quod est consiliari & iudicare, participare ipsos. Propter quod quidem & Solon, & aliorum legislatorum aliqui statuunt, fieri electiones principatum & correctiones principum, principari autē singulariter

qua plures conferunt, quam ea, qua ex vnus erogatione fit: nam cum plures sint, vnusquisque partem habet virtutis ac prudentiæ, ac fiunt in vnum collati, quasi homo vnus, qui multos pedes habeat, multasque manus, multosque sensus, & eodem modo circa mores & intelligentiam. Quapropter melius iudicant multi, & in musica, & in poetarum operibus. Alij enim aliud, & cuncti cuncta discernunt.

Sed in hoc differunt studiosi viri ab vnoquoque aliorum ex multitudine, quemadmodum decoros à non decoris aiunt, & picta artificiosè à veris, eo quod seorsum distincta in vnum colliguntur, cum si separatio fiat, pulchrius se habebit, huius quidem picti oculi, alterius vero cuiusdam alia particula.

Si igitur de omni populo, omnique multitudine recipitur, hanc esse differentiam multitudinis ad paucos studiosos, incertum est: imo forsitan certum, quod de quibusdam est impossibile, nam eadem ratio de bestiis esset. Quanquam quid differunt quidam, vt ita dixerim, à bestiis? sed de aliqua multitudine nihil vetat esse verum.

Quapropter dubitationem illam primam per ista soluere quis potest ac similiter aliam subsequenter, quorum oportet potestatem habere, liberos homines, ac multitudinem ciuium, quales sunt quicumque, qui neque opes habent, neque virtutis ullam existimationem.

Etenim permitttere istis magno magistratus, nequaquam est tutum: propter iniustitiam & ignorantiam, per quas quibusdam iniuriarentur, in quibusdam errarent.

Rursus vere excludere illos penitus ab honoribus periculosum esset. Cum enim multitudo inopum est in ciuitate, eademque ab honoribus exclusa, necesse est eam ciuitatem esse plenam hostium Reipublica.

Restat igitur, vt ad consultandum & discernendum isti recipiantur. Quapropter & Solon, & alij quidam eorum, qui leges condiderunt, huiusmodi homines ad repetendas gestorum rationes, & ad suffragia, electionesque magistratum

non

non permittunt. Omnes quidam enim habent congregati sufficientem sensum, & admixti melioribus ciuitatibus profunt, sicut non purum alimentum cum puro totum facit vtilius paucis: sigillatim autem vnusquisque circa iudicare imperfectus est.

f Habet autem ordinatio hæc politiæ dubitationem: primum quidem, quia videbitur vtique eiusdem esse iudicare, quis recte medicatus est, cuius quidem & medicari, & facere sanum laborantem ab ægritudine præsentem. Iste autem est medicus. Similiter autem & hoc & circa alias experientias & artes: sicut enim medicum oportet dare correctiones in medicinis, ita & alios in similibus: medicus autem & qui operator, & qui architectonicus, & tertius qui eruditus circa artem. Sunt enim aliqui tales circa omnes, vt est dicere, artes: attribuimus autem iudicare nihil minus eruditus quam scientibus.

t Deinde circa electionem eodem se videtur modo habere: etenim eligere recte, scientium opus est, veluti geometram geometricorum, & gubernatorem gubernatorum. Etenim si de quibusdam operibus & artibus participant etiam idiotarum aliqui, sed non quidem scientibus magis.

u Quare secundum hanc quidem rationem non vtique erit faciendum multitudinem dominans, neque electionum principatum, neque correctionum.

x Sed forte non omnia hæc dicuntur bene, propter eam quæ olim rationem, si sit multitudo non nimis vilis: erit enim vnusquisque deterior iudex, omnes autem congregati meliores, aut non deteriores.

y Et quia de quibusdam neque solus qui fecit, neque optimè vtique iudicabit, quorumcunque opera cognoscunt & qui non habet artem, puta domum non solum est cognoscere eius qui fecit, imo melius, qui vitur ipsa, iudicat: vitur autem œconomus: & gubernaculum gubernator carpentario, & cibum epularis, sed non coquus. Hanc quidem igitur dubitationem forte videbitur vtique aliquis sic soluere sufficienter.

D. Alb. Mag. Politic.

admittunt, solis autem vt magistratus committantur, nequaquam permittunt: dum enim cum aliis vna decernunt atque consultant, capiunt omnes simul sufficientem sensum, & permixti melioribus profunt Reipublica, quemadmodum non purum alimentum vna cum puro, totum facit vtilius quam paucis: separati vero vtique imperfecti sunt ad iudicandum.

Sed habet dubitationem huiusmodi ordinatio Reip. primum, quia videretur eiusdem esse hominis scire iudicare, quis recte medelam attulit, qui ipse sciat etiam mederi, ac sanitatem agrotantibus afferre: hic autem est medicus. Eodem modo de aliis facultatibus & artibus: vt enim medicum rationem sua medela apud alios medicos reddere oportet, ita & alios apud similes. Medicus autem est & ille qui agit, & ille qui præcipit, & ostendit, & tertio loco ille qui à pueritia expertus est circa artem: sunt enim quidam tales in cunctis, vt ita dixerim, artibus. Tribuimus vero iudicium non minus expertis quam scientibus.

Deinde & circa electionem eodem se videtur modo habere: nam recte eligere, scientis est opus, ceu geometram in geometria, & gubernatorem in navigatione. Et si enim in quibusdam operibus & artibus concurrunt, alij quidam ignorantes, non tamen melius iudicant quam scientes.

Itaque secundum hanc rationem auctoritas multitudini danda non esset, neque in electionibus magistratum, neque in rationibus administratorum repositenda.

At enim forsitan hæc omnia non bene dicuntur, etiã propter superiorem sermonem, si sit multitudo non nimis seruilis: erit enim vnusquisque deterior iudex, quam hi qui sciunt, veruntamen simul omnes, vel melius iudicabunt, vel non deterius.

Et de quibusdam quidem non solum is, qui fecerit, recte iudicat, & qui habet artem, puta domum non solum is intelligit & iudicat, qui fecit, sed melius is qui vitur: vitur autem paterfamilias domo: & de clano gubernator, non faber: & de epulis conuua, non coquus. Hoc igitur dubium per hunc modum videtur sufficienter solui.

z Alia autem est habita huic, videtur enim inconueniens esse, maiorum esse dominos prauos quam epiiches. Correctiones autem & principatum electiones sunt maxima, quas in quibusdam politis, sicut dictum, & populis attribuunt. Ecclesia enim talium omnium domina est. Equidem ecclesiarum quidem participant, & consiliantur, & iudicant à parnis honorabilitatibus, & cuiuscunque ætatis. Præsent autem operibus, & exercitus ducunt, & maximis principatibus principantur à maioribus.

aa Similiter itaque soluet utique aliquis & hanc dubitationem: forte enim habent & hoc rectè, neque enim iudex, neque consiliator, neque concionator, princeps est, sed prætorium, & concilium, & populus. Dictorum autem unusquisque pars est horum. Dico autem partem, consiliarium & concionatorem & iudicem. Quare iustè dominans maior multitudo: ex multis enim populus, & concilium, & prætorium: honorabilitas autem amplior horum omnium, quam eorum, quæ secundum vnum & secundum paucos principantium magnis principatibus. Hæc quidem igitur determinata sunt hoc modo.

bb Prima autem dicta dubitatio facit manifestum, nihil sic alterum quomodo quod oportet leges rectè positas esse dominans, principem autem, siue vnus, siue plures sint, de iis esse dominos, de quibuscumque non possunt leges dicere certitudinaliter: propterea quod non facile sit vniuersaliter determinare de omnibus.

cc Quales tamen quasdam oportet esse rectè positas leges, nondum palam, sed adhuc manet olim dubitatum. Sed si simul politis necesse & leges prauas vel studiosas esse, & iustas vel iniustas. Veruntamen hoc manifestum, quod oportet ad politiam poni leges. At verò si hoc, palam, quod eas quidem quæ secundum leges rectas politias, necessarium esse iustas: eas autem quæ secundum transgressas, non iustas.

Est & alia dubitatio cum hac annexa, quia inconueniens videtur ut deteriores qui sunt, maiorum rerum habeant potestatem quam probi. Rationes verò administratorum à magistratibus repositæ, & magistratus ipsos deligere, maximum est: quæ duo in quibusdam ciuitatibus à populo sunt. Concio enim talium omnium domina est. At qui concionis quidem participes sunt, & deliberant & decernunt exigui census homines & cuiusque ætatis. Quæsturam vero & præturam, & maximos magistratus suscipiunt ex censu magno atque ætate.

Quæstio illa potest eodem modo solui: nam forsàn id se rectè habet: neque enim iudex, neque consiliator, neque is qui in concione existit, dominatur, sed iudicium, & senatus, & populus. Illorum vero unusquisque est particula istorum. Dico autem particulam esse consulatorem, & concionatorem, & iudicem. Itaque iustè domina maior est multitudo: ex multis enim populus constat, & senatus, & iudicium, maiorque census est vniuersorum quam singulorum per se, & quam illorum paucorum, qui magnos suscipiunt magistratus. Hæc igitur in hunc modum terminata sint.

Prima verò illa quæstio manifestum facit, nihil adeò ut leges rectè positas debere dominari, illum autem qui Reip. præst, siue vnus hic sit, siue plures, in his potestatem habere debere, in quibus leges expressè cauere non possunt: ex eo quia non facile sit generali sermone singulos casus comprehendere.

Quas tamen leges rectè positas dicamus, nondum apparet, sed adhuc superest anterior dubitatio. Atqui tales esse leges, quales sunt Reip. necessarium est, prauas vel studiosas, iustas vel iniustas, & hoc vnum manifestum est oportere ad speciem Reip. leges esse accommodatas. Quod si ita sit, patet, quod leges illas quæ ad rectas gubernationes accommodatæ sunt, necesse est esse iustas: illas vero, quæ ad eorum labores, esse non iustas.

CAPVT

CAPVT VII.

Hic incipit huius tertij libri quinta pars, in qua mouet dubitationes duas, secundum quas hæc pars diuiditur in duas. Primum enim mouet dubitationem de politeumate: & hoc in isto capitulo. Secundò de bono vniuersalisque politia in sequenti capitulo, ibi, *Quoriam autem in omnibus sciens*, &c. Prima, id est, præfens capitulum diuiditur in duas; in quarum prima ostendit qualia sunt pericula de dominantibus in singulis politis. In secunda, quod melius est dominari multitudinem, quam paucos, vel vnum, ibi, *De aliis quidem igitur*, &c. In prima harum tria facit. Primum enim ostendit quid periculi accedit si dominantur plures pauperes. Secundò quid si plures diuites, ibi, *Rursumque omnibus acceptis*, &c. Tertio quid si plures virtuosos, ibi, *Sed Epiiches principari*, &c. In prima harum duo facit. Primum enim ordinat quæstionem, & disputat eam ad partem primam. Secundò ponit quæstionem ad oppositam, & disputat eam, ibi, *Ergone pauciores*, &c. Dicit ergo primò: Habet autem dubitationem quid oportet esse dominatum ciuitatis, in singulis politis scilicet. Et diuidit secundum politias præinductas. Aut enim multitudinem, supple, oportet esse dominatam, sicut in democraticis, aut diuites, sicut in oligarchiis, & Epiiches, id est, virtuosos, sicut in aristocraticis, aut optimum virtum, sicut in regno, aut tyrannum, sicut in tyrannide, quæ est corruptio regni. Et non sunt plures politia: in præhabito capitulo enumerata.

b Et ostendit difficultatem quæ sequitur circa singulum horum, ibi, *Sed hæc omnia videntur habere difficultatem*. Et ponit primò rationem de democratia, in qua plures pauperes dominantur. Et ratio sua hæc est. Plures pauperes existentes quam diuites si in dominio sint, paupertate coacti diripient bona quæ sunt diuitum: sed diripere bona ciuium est iniustum: ergo plures pauperes dominari iniustum est & contra ciuitatem. Prima probatur ex hoc quod dixit in secundo libro, quod periculum est eligere pauperem ad principandum: quia omnia conuertet ad lucrum & supplementum suæ paupertatis. Secundam probat in litera per Iouem qui statuit dominationem debere esse iustam: sed iniustitia extrema est diripere ea quæ sunt ciuium. Et hoc est. Quid enim si pauperes, sunt dominaturi ciuitati scilicet. Et ponit rationem: Quia si plures sunt, diripient ea quæ diuitum: hoc non iniustum est: negatio superfluit in textu. Et probat, ibi, *Videbatur enim vtiq; per Iouem dominatio iustè, supple, debere fieri*. Vnde poeta:

Iupiter esse piùm statuit quodcumque iuaret.

Et per oppositum quod noceret, statuit esse impium. Iniustitiam igitur quid oportet dicere extremam, scilicet diripere aliena.

c Deinde cum dicit, *Rursumque omnibus acceptis*, &c. ostendit quid periculi accedit si dominantur plures diuites, & dicit: *Rursumque omnibus acceptis qui plures, pauperes scilicet, ea quæ paucorum, diuitum scilicet, si diripiant, sicut contingit pauperibus dominantibus, maxime in oligarchiis, manifestum quod corrup-*

punt ciuitatem. Et ponit rationem, ibi, *Quod id est, quia habet ipsam, id est, virtus habet ciuitatem, & saluat eam, & idè non corrumpit*. Neque iustum ciuitatis corruptiuum, supple, est. Et vult, quod ex his inferatur neque virtuosum, neque iustum esse pauperes super diuites principari vel dominari. Et ex hoc concludit conclusionem vltiorem, ibi, *Quare palam, quod, id est, quia & legem hanc non esse iustam, supple, manifestum est.*

d Et ponit de oligarchiis, ibi, *Adhuc & actiones quascunque tyrannus egit, necessarium esse omnes iniustas. Quod probat subdens*. Vim enim infert potentior existens. Vim autem inferre iniustum est. Sicut & multitudo pauperum, scilicet vim infert diuitibus.

e Ex hoc concludit intentum. Et hoc est quod intendit, scilicet quod si vim inferre iniustum est, sic pauperes multos diuitibus principari in ciuitate iniustum est. Deinde cum dicit, *Ergone pauciores*, &c. ponit quæstionem ad oppositam & disputat eam, dicens: *Ergone pauciores principari iustum & diuites? sicut, supple, fit in oligarchiis*. Et ostendit inconueniens quod etiam ad hoc sequitur, ibi, *Si igitur & illi, scilicet diuites pauci dominantes hæc faciant, & diripiant, & possessiones auferant multitudinis, hoc est iustum? Quasi dicat, non*. Et alterum, supple, à priori simile est illi. Et ex hoc concludit, ibi, *Hoc quidem igitur quod sint praua omnia & non studiosa, manifestum.*

f Deinde cum dicit, *Sed epiiches principari oportet & dominos esse omnium, si hoc, supple*. Et ostendit etiam inconueniens quod ex hoc sequitur. Igitur necesse alios omnes inhonoratos esse, qui non honorantur politis principatibus. Et ostendit hoc quomodo necesse est, ibi, *Honores enim dicimus esse principatus*. Et idè cui non datur principatus politicus, inhonoratus est. Principantibus autem semper eisdem, virtuosos scilicet, necessarium esse aliquos inhonoratos, scilicet non virtuosos. Et hæc, sicut dicit infra, contentiones generant & dissensiones.

g Deinde cum dicit, *Sed vnum studiosissimum, &c.* ex omnibus his concludit quartam partem quæstionis, dicens: *Sed vnum studiosissimum principari melius, sicut in regno: & disputat quare hoc, & circa hoc duo facit*. Primum enim excludit falsam responsionem quæ posset fieri de hoc. Secundò procedit in disputatione, ibi, *De aliis quidem igitur*, &c. Et hoc est. Sed adhuc magis oligarchicum, est, supple, cum tamen oligarchia fit iniusta dominatio. Est enim corruptio aristocratia. Et hoc est. Qui enim inhonorati plures. Et sic oligarchia simile est, quando vnus dominatur super multos, & videtur esse corruptio politia.

h Et excludit falsam responsionem, vbi duo facit. Primum enim ponit eam. Secundò destruit, ibi, *Si igitur lex sit*, &c. Dicit ergo: *Sed fortè dicit vtiq; aliquis, dominatum totaliter, id est, totius ciuitatis, hominem esse habentem occidentes passiones circa animam, sed non legem, prauum, id est, quod prauum est si in ciuitate dominetur homo qui sequitur passiones animi, scilicet gaudium & tristitiam, spem & concupiscentias, sed non legem*. Ille enim non

O 4 poreft

Lib. 1. me-
tro. 79

potest nisi malè dominari. Vnde Boëtius de consolatione Philosophiæ. Tu quoque si vis, Limpido visu, vel lumine claro cernere verum, Tramite recto Carpere callem. Gaudia pelle, Pelle timorem, Spemque fugato, Nec dolor adfit. Nubila mens est, Vincæque frænis, Hæc ubi regnant.

Consequenter cum dicit, Si igitur sit lex, &c. destruit hanc responsonem, & obicit Arist. in contrarium, scilicet quod si lex prava sit qua dominatur vnus, idem accidit inconueniens. Dicit ergo: Si igitur sit lex quidem, oligarchica autem vel democratica, quid differt de dubitatis? Quasi dicat, nihil. Et ponit rationem, ibi, Accident enim, id est, sequentur similiter dicta prius, scilicet inconuenientia. Et ita hæc solutio non valet.

Deinde cum dicit, De aliis quidem igitur, &c. procedit in disputatione, & ponit rationes inconuenientes valde quare multitudinem conuenientius sit dominari, quam paucos, vel vnum. Et habet duas partes, in quarum prima ostendit hoc per plures similitudines. In secunda autem per iudicium, quod semper est imperfectius in vno quam in multis, ibi, *Sigillatim autem vnusquisque*, &c. Circa primum duo facit. Primum ponit similitudinem. Secundò similitudinis adaptationem, ibi, *Sic & quæ circa mores*, &c. Dicit ergo primò: De aliis quidem igitur, scilicet dubitatis circa politias, altera sit ratio, quam inferius prosequitur in singulis, vbi de politis sigillatim ager. Quod autem oportet dominans esse magis multitudinem, quam optimos quidem, paucos autem, videbitur vti que solui, scilicet inconueniens quod videretur esse contra hoc, & supple, videbitur aliquam habere dubitationem, fortè autem vti que veritatem, id est, licet habeat quasdam dubitationes, tamen veritatem habet.

Et hoc probat per simile, ibi, Multos enim quorum vnusquisque est nõ studiosus vir, tamen secundum quod vir dicitur à vi mentis vel à virore virtutis contingit cum conuenerint esse meliores illis, scilicet paucis virtuosis, vel vno, non vt singulum, supple, contingit esse meliores paucis aut vno, sed vt simul omnes. Et dat simile, ibi, Veluti comportare cenam. (Alia litera, comportare censum) iis quæ ex vna expensa elargitæ sunt. Multis enim existentibus qui sic largiuntur & dant symbola, vnumquodque partem habere virtutis & prudentiæ, supple, contingit, & fieri congregatorum quasi vnum hominem multitudinem, id est, tota multitudo fit quasi vnus homo, multorum pedum, & multarum manuum, & multos sensus habentem. Et intelligit, quòd multitudo semper proficit ad sapientiam quasi multis pedibus, & multa adiutoria confert ciuitati quasi multis manibus, & multa concipit vtilia quasi multis sensibus. Deinde cum dicit, Sic & quæ circa mores, &c. adaptat similitudinem. In hac autem adaptatione duo facit. Primum enim adaptat quod dixit. Secundò monet super hoc dubitationem, ibi, *Habet autem ordinatio hæc politia*, &c. Circa primum tria facit. Primum enim adaptat per similitudinem. Secundò ostendit adaptationis differentiam, ibi, *Sed hoc differunt studiosi*, &c. Tertio circa hoc quandam mouet dubita-

tionem & soluit, ibi, *Siquidem igitur circa totum populum*, &c. Dicit ergo primò adaptando similitudinem: Sic & quæ circa mores, in moralibus scilicet scientiis, & circa intellectum, in physicis, sic habet, sicut habet in expensa à multis comportata, vbi (sicut dicit in elenchis) multi multas adinuenerunt partes: & in primo metaphysicæ dicit, quòd non tenemur tantum reddere gratias illis qui boni aliquid & veri adinuenerunt, sed etiam illis qui errauerunt, quia etiam errantes excitauerunt ingenia nostra ad inquisitionem veritatis, errorisque destructionem. Ex hoc concludit, ibi, Propter quod & melius, supple, iudicant qui multi, quam pauci, vel vnus solus. Et dat aliud exemplum, ibi, Et quæ musicæ opera, & quæ poetarum, supple, etiam melius iudicant multi quam pauci, vel vnus. Et subdit rationem, ibi, Alij enim aliam aliquam particulam, supple, inuenerunt, omnia autem omnes, supple, particulas inuenerunt: & sic tota musica totumque poemata inuenta

Deinde cum dicit, Sed hoc differunt studiosi virorum, ab vnoquoque multorum, scilicet quia illud quod in vno studio est virtutis & intellectus, hoc sparsim est in multis. Et de hoc dat similitudinem, ibi, Sicut à non bonis bonos aiunt, supple, differre, & picta per attem à veris, eò quod collecta sunt dispersa seorsum in vnum: quæ enim in populo dispersa sunt de similitudine boni, in vno perfecto viro collecta sunt & congregata. Et quæ in singulis de populo, quasi picta micant, hæc per veritatem sunt in studiosis & optimis viris. Et ponit rationem, ibi, Quoniam separatum quidem, quodlibet scilicet bonum in vno, pulchrius habere picto, dicimus, supple, hoc quidem oculum, aliquo autem altero, id est, quam alterum, alteram particulam, sicut nasum, vel aurem. Et intendit, quòd bona moris & intellectus quæ sparsa sunt in multitudine, resplendent in vno clarius, & in altero obscurius.

Deinde cum dicit, Siquidem igitur circa totum populum, &c. mouet circa hoc quandam dubitationem, & soluit. Vnde ostendit, quòd in aliqua multitudine hoc non est manifestum, eò quod nihil vnitatis micat in ea, sed tota est bestialis. Dicit ergo: Siquidem igitur circa totum populum, & circa totam multitudinem contingit hanc esse differentiam multorum ad paucos studiosos, immanifestum, id est, non manifestum. Et hoc idèd est, quod ratio inducta non bene probat. Et idèd ponit aliam magis probantem, ibi, Fortè autem per Iouem, palam. Et fabula est quæ ponitur à Seneca in lib. de naturalibus quæstionibus, vbi dicitur, quòd dij expulso saturno de regno per Iouem, ipsi Ioui commiserunt sceptrum regni & potestatem tonandi & fulgurandi: ordinauerunt tamen, quòd non tonaret nisi de consensu duodecim deorum qui singulis domibus duodecim distinctis in circulo cuiuslibet ascendens præ sunt, magis tamen respiceret ad eum qui est in vna, id est, qui dominatur septima, quæ indirectio est ascendens, sicut docet Ptole. in lib. qui dicitur Alarba siue quadripartitum. Si vero fulgurare veller Iupiter, non fulguraret nisi

nisi de consensu totius cæli omniumque deorum. Et intendit per hoc, quòd nullus quantumcumque perfectus, etiam vt Iupiter, siue pauci, æqualiter iudicant sicut multitudo. Et idèd non vni soli commiserunt deorum regnum, neque paucis, sed quod vnus haberet de consensu omnium, & nisi de illorum consilio non tonaret, neque fulguraret, tonaret comminando & terrendo, fulguraret puniendo. Et quod præinducta similitudo de picturis non conuenienter probet, ostendit, ibi, Quod de quibusdam, scilicet populis & multitudinibus, impossibile, scilicet quod melius iudicet multitudo, quam studiosus. Et dat rationem. Si enim illa ratio sequitur & consequentiam habet, tunc etiam tenet in bestiis: & in illis dat instantiam, ibi, Eadem enim vti que ratio & in bestiis congruet, id est, in bestialibus. Quod pater esse falsum: nam multi bestiales minus bene iudicant quam vnus studiosus. Et quia posset aliquis dicere hoc quidem verum esse in bestiis, non autem in hominibus, idèd infert, ibi, Equidem quid differunt quidam à bestiis, vt consequens est dicere? Quasi dicat, In bestiali sensu conueniunt, vt ipsæ nihil rectè iudicantes, sicut fabulæ dicunt de Mida rege, cui Iupiter dedit aures asininas, vt dicit Ouidius, quia in iudicio musicarum pro Miuerua contra totum deorum concentum prætulit musicam fistularem musicæ vocali & musicæ fidium siue chordarum, & etiam contra iudicium ipsius Iouis. Et cum crimen suum occultare voluisset, susfodiens fistulas ad paludes Meotidas, præcepit Iupiter vt arundines nascerentur de fistulis, quæ vento flante omnes cantarent, Mida rex habuit aures asininas: designans per hoc quod stultitiæ regum in omnium ore dilatantur. In tali ergo multitudine, quæ asinina est, non tenet dicta comparatio. Sed quia non omnes multitudines tales sunt, subdit. Sed circa aliquam multitudinem nihil prohibet, quod dictum est, esse verum, scilicet quæ rationabilium est.

11. metra-
mor.

Propter quod & prius dictam dubitationem soluet vti que quis per hoc, id est, per istam distinctionem, & habitat ipsi, id est, ipsi consequenter etiam soluet per istam distinctionem. Consequens autem dubitatio est (sicut infra patebit) quis sit optimus iudex in regimine politiarum. Et explanat, ibi, Quorum oportet dominos esse liberos & multitudinem ciuium, tales autem (scilicet quod sint ciues secundum superius inductam ciuis definitionem, id est, per autarchiam sibi sufficientes communicantes principatu consiliatio & iudicatio) sunt quicumque, ciuium, supple, neque dignitatem habent virtutis nullam. Altera negatio superfluit.

Participare enim quidem ipsos, tales, supple, principibus maximis, non securum, supple, est. Et ponit rationem, ibi, Propter iniustitiam enim & propter imprudentiam, est, id est, contingit, hoc quidem iniuste agere vti que, ad ciues, hoc autem peccare ipsos, supple, contingit, in actibus scilicet corruptis & operibus.

Consequenter cum dicit, Non tradere autem neque participare, &c. statim vadit in oppositum, dicens: Non tradere autem, supple,

ipsis principatus, & non participare ipsos principibus, terribile. Et subiungit rationem, ibi, Cum enim inhonorati, id est, principibus & dignitatibus destituti, multi & pauperes extiterint, necessarium ciuitatem hanc esse plenam seditionis, id est, seditione, genitius pro ablatiuo, more Græcorum. Et huius causa est: quia inhonorati plures existentes litigabunt cum iis de principatu & honoribus.

Et ex his concludit, ibi, Restat vti que, eò quod est consiliari & iudicare, participare ipsos, cum, supple, sint ciues, & ex hoc apti ad democraticum principatum, quod probatum est in præhabitis. Et hoc confirmat per Solonem Atheniensium legislatorem, ibi, Propter quod quidem & Solon & aliorum legislatorum aliqui statuerunt super electiones principatum & correctiones principum, principari autem singulariter non permittunt. Et ponit rationem eorum subdens: Omnes quidem enim habent congregati sufficientem sensum. Et dat simile, ibi, Et admixti melioribus ciuitatis profunt, sicut non purum alimentum cum puro, scilicet mixtum, totum facit vtilius paucis, scilicet nutrimento: sigillatim autem vnusquisque circa iudicare imperfectus est.

Habet autem ordinatio hæc politia, &c. Hic mouet dubitationem super ea quæ dicta sunt. Diuiditur autem hæc pars in duas partes. In prima ponit dubitationem de hoc quod dictum est. In secunda adiungit aliam dubitationem, scilicet vtrum melius sit dominari multos quam vnum vel paucos, ibi, *Alia autem est habitas*, &c. Circa primum tria facit. Primum enim mouet dubitationem. Secundò de aliis artificibus adducit similitudines, ibi, *Sicut igitur medicum*, &c. Tertio diuidit inter architectonicum & vsualem, ibi, *Sed fortè non omnia*, &c. Dicit ergo primò: Habet, id est, habita vel consequens dubitatio ad præcedentem, ordinatio hæc politia dubitatioem, quis videlicet casualiter politia sit optimus iudex, vtrum scilicet ordinator & compositor eius, quem vocat peritum, vel vsualis, qui vti que ea. Et similis quæstio est in omnibus scientiis artificialibus, secundum quod ars est (vt in 6. Ethic. dicitur) principium factiuum cum ratione recta. Politia enim est scientia practica ad vsualem & ordinem ciuium ordinata: & idèd necesse est, quòd duos habeat iudices, vnum qui componit secundum rationem rectæ legis, alium qui vti que ea secundum ordinem rectum politia siue ciuitatis. Et idèd quæritur hic, quis melius iudicet inter duos. Et quia multiplex est dubitatio, diuidit eam & ordinat, ibi, Primum quidem, supple, habet dubitationem: quia videbitur vti que eiusdem esse iudicare quis rectè medicatus est, id est, in omni arte eiusdem esse iudicare de bono & vtili artis, qui est peritus in ea. Dicit enim Arist. 6. Ethic. quòd vnusquisque eorum quæ nouit secundum artem, est optimus iudex. Et Boëtius super top. Marci Tullij dicit, quòd vni cuique in sua facultate credendum est, dummodo secundum facultatem dicatur. Et hoc est. Cuius quidem medicari & facere, id est, eiusdem est iudicare bene de omni re, cuius est principia artis medicina comprehendere, & secundum præcepta artis illius facere. Et dat exemplum, ibi,

ibi, Sicut sanum laborantem ab ægritudine præsentem, supple, est eiusdem facere, cuius est medicari principaliter artis medicinæ. Quis autem sit ille, subdit. Iste autem est medicus. Et ex hoc infert, quod hoc generale est in omnibus artibus, ibi, Similiter autem, & id est, etiam hoc & circa alias experientias & artes: quia, ut dicit in 3. Ethic. talia accipiunt generationem à doctrina, cum sint virtutes intellectuales: & idem, sicut ibidem dicit, indigent experimento & tempore. Ars enim, ut dicit Tullius in fine primæ Rhetorices, est collectio plurimum præceptorum siue principiorum ad vnum finem tendentium. Principij autem vniuersalitates non accipiuntur, nisi cum ex multis experimento acceptis sit vna memoria, & ex multis memoriis vnum vniuersale, quod, sicut dicit in primo metaph. est principium artis & scientiæ. Et hoc est quod explanando subdit. Sicut enim medicum oportet dare correctiones in medicinis, id est, in medicamentis, ita & alios, supple, correctiones oportet facere in similibus, id est, operabilibus artibus, sicut in architectonica, nautica, militari & similibus. Sed quia medicus qui iudicat circa talia, triplex est, idem subdit. Medicus autem, est, supple, & qui operator, id est, practicus, & qui architectonicus, id est, theoreticus, & tertius qui eruditus circa artem, id est, in singularibus expertus, qui proprio nomine vsualis vocatur. Et ostendit hoc esse generale in omnibus artibus, ibi, Sunt enim aliqui tales, supple, practici, theoretici, vsuales circa omnes, ut est dicere, artes, scilicet operatiuas. Et ex his format dubitationem, cuius ex his sit iudicare de iis quæ sunt artis, ibi, Attribuimus autem iudicare, de artibus scilicet, nihil minus eruditus, id est, vsualibus quam scientibus, id est, theoreticis.

r Et quod vniuersaliter dixit, applicat ad propositum de electione politiarum, ibi, Deinde autem circa electionem, politiarum scilicet, eodem vtique modo videbitur habere. Et hoc probat, ibi, Etenim eligere rectè, scientium opus est, scilicet qui theoreticè hoc nouerunt per rationem. Et dat exemplum, ibi, Veluti geometram geometricorum, supple, esse electorem, & gubernatorem gubernatiuorum, id est, instrumentorum ad naues pertinentium. Deinde cum dicit, Etenim si de quibusdam, &c. instat ad id quod dictum est, & postea soluit. Dicit ergo: Etenim si, id est, quamuis de quibusdam operibus & artibus participant etiam idiotarum, id est, imperitorum aliqui, quia fortè sciunt quædam de illis cognoscere, sed nunquid scientibus magis, supple, possunt cognoscere? Quasi dicat, non. Et idem iudicio & electioni idiotarum in talibus non creditur.

u Ex omnibus autem his infert, ibi, Quare secundum hanc quidem rationem non vtique erit faciendum multitudinem dominans, & corrigens politias: & hoc ideo quia oportet dominans esse expertam & scientem & eruditam, & hoc multitudini conuenire non potest, neque, supple, faciendum multitudinem dominans, electionum principiarum, neque correctionum, principiarum, supple.

x Ibi autem determinationi obuiat obiciendo, & soluit, ibi, Sed fortè non omnia hæc

dicuntur bene propter eam quæ olim rationem, id est, in præcedenti quæstione positam, hanc scilicet, si sit multitudo non nimis vilis, sed habeat in se boni & eruditionis in singulis: tunc enim erit vnusquisque quidem, de multitudine scilicet, deterior iudex scientibus, omnes autem congregari, supple, in vnum, meliores, aut non deteriores: & tunc iudicium multitudinis præualeat iudicio sapientis vel eruditi.

y Et ponit rationem, ibi, Et quia de quibusdam neque solus qui fecit, scilicet architectus, neque optimè vtique iudicabit. Et ostendit quæ sunt illa, ibi, Quorumcumque opera cognoscunt, & id est, etiam qui non habent artem, sicut vsualem. Et ponit exemplum, ibi, Puta domum, non solum est cognoscere eius qui fecit, id est, architecti, imò melius qui vitur ipsa, iudicat, sicut œconomus: & de gladio melius iudicat miles, quam faber, qui fecit eum. Et dat exemplum, ibi, Vitur autem œconomus: & gubernaculum gubernator, supple, melius iudicat carpentario, & saltitiam epulans, sed non coquus, quia epulans vitur ea, coquus autem ad artem coquinandi & salciandi facit eam. Vera autem solutio in his omnibus est, quod architectus melius iudicat de materia ex qua componitur vnumquodque, vsualis autem melius de vsu, eruditus autem siue expertus circa singula cautius operatur & eligit. Et hoc est quod subdit. Hanc igitur quidem dubitationem fortè vtique videbitur aliquis sic soluere sufficienter.

z Deinde cum dicit, Alia autem est habita, &c. Hic in vltima parte mouet dubitationem, & est, vtrum melius sit dominari multos quam vnum vel paucos. Et circa hoc tria facit. Primò enim ostendit, quod in multis politis dominata est multitudo. Secundo ostendit per quid est dominata, ibi, Similiter itaque soluet, &c. Tertiò mouet paruum dubitationem & soluit eam, ibi, Prima autem dicta dubitatio, &c. Dicit ergo: Alia autem est habita, id est, consequens huic, dubitationi scilicet dictæ: & ponit eam, ibi, Videtur enim inconueniens esse maiorum esse dominos prauos quam epiches. Et intendit, quod in multitudine multi prauis sunt, insti autem siue superiuiti, quos epiches vocat, non sunt de multitudine, sed excellentes: & multitudo iudicabit de politis, vel corrigat eas, multi prauis honorum & iustorum erunt domini, quod videtur esse inconueniens. Correctiones autem, transgressionum scilicet, & principatum electiones sunt maxima, scilicet quæ pertinent ad politias: quas, correctiones scilicet & electiones, in quibusdam politis (sicut dictum est, in secundo scilicet, hoc enim dictum est fuisse in Lacedæmonia) populis attribuunt. Et ostendit hoc per dicta in secundo, ibi, Ecclesia enim, congregatio multitudinis, talium omnium domina est, correctionum scilicet & electionum: & sic prauis quidem videntur esse domini honorum. Vnde subdit. Equidem ecclesiæ quidem participant & consulantur & iudicant à paruis honorabilitatibus, id est, qui parum honorabilitatis habent, ad maximos principatus sæpè per multitudinem eliguntur: & cuiuscumque ætatis, eligunt, supple, ad dignitates.

tes. Et subdit, quod tales aliquando præsent operibus, publicis scilicet ad ciuitatem pertinentibus, & exercitus ducunt, & maximis principibus principantur à maioribus, supple, instituti electi per populum.

aa Et nititur soluere hanc dubitationem, ibi, Similiter itaque soluet, &c. vbi ostendit per quid multitudo dominata est in aliquibus politis, & dicit: Similiter itaque soluet vtique aliquis & hanc dubitationem. Et dicit solutionis modum, ibi, Fortè enim habent & hoc rectè, quia talibus dominantibus populus dominatur, cum sine populo nihil possint facere. Et hoc est quod sequitur. Non enim iudex, neque consiliator, neque concionator princeps est, sed prætorium & concilium & populus, supple, dominantur. Et ponit rationem, ibi, Dictorum autem vnusquisque pars est horum. Et explanat, ibi, Dico autem partem consiliarium & concionatorem & iudicem. Ex his concludit propositum, ibi, Quare iuste dominans maior multitudo. Et huius dat rationem, ibi, Ex multis enim populus, supple, compositus est & concilium & prætorium. Prætorium enim est, ad quod omnes causæ per appellationem deducuntur. Et ad hoc ponit rationem, ibi, Honorabilitas autem amplior omnium horum, quam quæ eorum qui secundum vnum vel secundum paucos principantium magnis principibus. Et finem quæstionis sic concludit, ibi, Hæc quidem igitur determinata sint hoc modo.

bb Deinde cum dicit, Prima autem dicta dubitatio, &c. paruum in fine mouet dubitatio-

nem, & soluit eam, dicens: Prima autem dicta dubitatio, in qua dubitatum est si secundum politias oportet leges ponere, facit manifestum, nihil sic alterum quomodo quod oportet leges rectè politas esse dominans, principem autem, siue vnus, siue plures sint, de his, scilicet rebus esse dominos (princeps autem non debet esse dominus nisi secundum legem) de quibuscumque non possunt dicere leges certitudinaliter. Vnde quod lex dicit vniuersaliter, principis est adaptare ad particularia, quia eiusdem est condere & interpretari, sicut dicit lex. Et ponit rationem eam, quæ dicta est, ibi, Propterea quod non facile sit vniuersaliter determinare de omnibus. Et hoc est. Propter multos casus in particularibus emergentes.

cc Quales tamen quædam oportet esse rectè politas leges, nondum palam: hoc enim in legis posituâ determinandum est. Vnde subdit. Sed adhuc manet olim dubitarum. Sed, supple, palam est, si simul politis necesse, & leges prauas vel studiosas esse, & iustas vel iniustas. Quomodo autem hoc sit palam, subdit. Veruntamen hoc manifestum, supple, est, quod oportet ad politiam poni leges. At verò si hoc, palam, quod eas quidem quæ secundum leges rectas politas, necessarium, supple, est, esse iustas: eas autem quæ secundum transgressas, non iustas, supple, necesse est esse. Et idem Sapient. 2. illi qui dominabantur tyrannicè dicebant: Sit autem fortitudo nostra lex iustitia. Quod enim infirmum est, inutile inuenitur.

CAPVT VIII.

Quid maxime in cõferendis magistratibus, & condendis legibus spectandum, & de otia cõsino.

a Quoniam autem in omnibus quidem scientiis & artibus bonum finis, maximum itaque & maxime in principalissima omnium: hæc autem est politica potentia: est autem politicum bonum, quod iustum: hoc autem est, quod communiter confere-

b Videtur autem omnibus æquali aliquid esse quod iustum: & vsque ad aliquid quidem consentiunt iis qui secundum philosophiam sermonibus, in quibus determinatum est de moralibus: quod enim, & quibus iustum, & oportere paribus par existere. Quorum certe paritas, & quorum imparitas sit, oportet non latere: habet enim id dubitationem, & philosophiam civilem.

c Forte enim vtique dicit aliquis, secundum omnis boni præminentiam oportere impariter magistratus tribuere, si in aliis non differant, sed partes sint: differentiibus enim aliud esse iustum, & secundum dignitatem. Atqui si hoc verum sit, erit alterum esse quod iustum, & secundum dignitatem. At verò si hoc verum, erit

CAPVT VIII.

Cum vero in cunctis scientiis & artibus finis sit bonum, maximum autem & maxime principalissima omnium. Hæc autem est ciuile potestas: est autem ciuile bonum iustum, id autem communis utilitas.

Videtur autem omnibus æquum quoddam esse iustum: & vsque ad aliquid consentiunt philosophicis rationibus, in quibus determinatum est de moralibus: quid enim, & quibus iustum, & oportere paribus par existere. Quorum certe paritas, & quorum imparitas sit, oportet non latere: habet enim id dubitationem, & philosophiam civilem.

Forfan enim diceret aliquis, secundum omnis boni præminentiam oportere impariter magistratus tribuere, si in aliis non differant, sed partes sint: differentiibus enim aliud esse iustum, & secundum dignitatem. Atqui si hoc verum sit, erit & secundum colorem, & secundum ma-

& secundum colorem, & secundum magnitudinem, & secundum quodcumque bonorum, superabundantia quædam politicorum iustorum excedentibus.

d At hoc superficiale falsum: manifestum autem in aliis scientiis & potentiis. Similiter enim fistulatoribus secundum artem non dandam superabundantiam fistularum nobilioribus: neque enim fistulabunt melius. Oportet autem ei qui secundum opus excedit, dare & organorum excessum.

e Si autem nondum palam quod dicitur, adhuc magis ipsum producentibus erit manifestum. Si enim sit aliquis excedens quidem secundum fistulatiuam, multum autem deficiens secundum nobilitatem, vel pulchritudinem, etsi unumquodque bonorum illorum sit magis fistulatiua. (Dico autem nobilitatem & pulchritudinem) & secundum analogiam excedant plus fistulatiuam, quam ille secundum fistulatiuam, tamen huic dandum differentes fistularum: oportet enim ad opus comparari excessum, & diuitiis & nobilitati comparantur nihil.

f Adhuc secundum hanc rationem omne bonum ad omne utique erit comparabile. Si enim magis aliqua magnitudo, & totaliter magnitudo utique adæquabilis erit & ad diuitias & ad libertatem. Quare si plus hic differat secundum magnitudinem, quam hic secundum virtutem, & ampliorum virtutis magnitudo totaliter excedit, erunt utique * comparabilia omnia: tanta enim magnitudo si melior, valentior tanta, palam quod æqualis.

Συμβαλνται.

g Quoniam autem hoc impossibile, palam, quod in politicis rationabiliter non secundum omnem æqualitatem altercantur de principatibus: si enim ij quidem tardi, ij autem veloces, nihil propter hoc oportet hos quidem plus, hos autem minus habere, sed in exercitiis agonibus horum differentia accipit honorem.

h Sed ex quibus ciuitas consistit, in iis necessarium fieri altercationem. Propter quod quidem rationabiliter præparantur honori nobiles, & diuites, & liberi. Oportet enim liberos esse honorabilitatem ferentes: non enim utique erit ex egenis omnibus

gnitudinem, & secundum unumquodque bonorum plus tribuendum de civili iusto illis qui superexcellunt.

At hoc quidem falsum est: quod patet in aliis scientiis & artibus. Paribus enim fistulatoribus quantum ad artem, danda non est prerogatiua fistularum illi qui sit nobilior: nihil enim melius caneret: sed oportet his, qui in opere superexcellunt, tribuere fistularum prerogatiuam.

Quod si nondum patet quod dicimus, etiam magis deducendum erit manifestum. Nam si erit aliquis excellens fistulatoria arte, inferior tamen nobilitate generis, vel forma, etsi magis quodlibet illorum est bonum quam fistulatoria (Dico autem nobilitatem & formam) & secundum proportionem fistulatoria sunt anteponenda, tamen huic danda sunt meliores fistula: oportet enim in opus ipsum prerogatiuam conferre, diuitiarum vero & nobilitatis respectus nihil confert.

Præterea secundum istam rationem omne bonum ad omne bonum esset utique comparabile. Nam si magis aliqua magnitudo, & certe omnino magnitudo comparabilis foret & ad diuitias, & ad libertatem. Itaque si magis hic excelleret magnitudine, quam ille virtute, & magis superemineret omnino magnitudo virtuti, essent omnia conferenda. Quanto enim magnitudo huius illum superaret, tantò constaret esse ut parem.

Cum vero hoc sit impossibile, patet, quòd in rebus civilibus non secundum omnem imparitatem de magistratibus rectè contendunt: si enim sint hi quidem tardi, illi autem veloces, nihil ob hoc oportet alios plus, alios minus habere, sed in gymniciis certaminibus horum excellentia honorem capit.

At ex quibus constat ciuitas in his necesse est contentiones cadere. Quapropter rationabiliter sibi arrogant honorem nobiles, & ingenui, & opulenti. Oportet enim ingenuos esse, & censum habere ad onera perferenda: non enim ciuitas esse potest ex pauperibus omnibus, quemadmodum ciuitas,

ciuitas, sicut neque ex seruis. At verò si opus est horum, palam quia & iustitiæ, & bellicæ virtutis: neque enim sine iis habitari ciuitatem possibile est. Sed sine prioribus quidem impossibile esse ciuitatem, sine iis autem habitari bene.

i Ad ciuitatem quidem igitur esse, videbuntur utique vel omnia vel quædam horum rectè dabitari: ad vitam verò bonam disciplina & virtus maxime iuste utique dabitarentur, quemadmodum dictum est prius.

k Quoniam autem neque omnium æquale oportet habere æquales secundum unum aliquid solum existentes, neque inæquale inæquales secundum unum, necesse est omnes tales politias esse transgressiones.

l Dictum est quidem igitur & prius, quod altercantur modo quodam iuste omnes, simpliciter autem non omnes iuste: diuites quidem, quia plus regionis attinet ipsis: regio autem commune. Adhuc ad conuentiones, fideles magis ut in pluribus.

m Liberi autem & ingenui tanquam prope inuicem. Ciues enim magis qui generosi iis qui non generosi. Ingenuitas autem apud quoscumque habetur honorabilis. Adhuc quia verisimile est meliores ex melioribus: ingenuitas autem est virtus generis.

n Similiter autem dicemus iuste & virtutem altercari. Communicatiuam enim virtutem dicimus esse iustitiam, cui necessarium omnes alias assequi.

o At verò & plures ad pauciores. Etenim valentiores & ditiores & meliores sunt, ut acceptis pluribus ad pauciores.

p Ergo si omnes sint in vna ciuitate, dico autem puta boni, & diuites, & ingenui, adhuc autem multitudo alia politica, virum altercatio erit quas oporteat principari, aut non erit: secundum vnamquamque quidem igitur politiam dictarum indubitatum iudicium quos oporteat principari. Dominantibus enim differunt ab inuicem, puta hæc quidem eo quod per diuites, hæc autem eo quod per studiosos viros sit, & aliarum vnaquæque eodem modo. Attamen consideramus quando circa idem tempore hæc existunt quomodo determinandum, si itaque sint numero pauco valde qui virtutem

D. Alb. Mag. Politic.

dum nec ex seruis. Atqui si hac requiruntur, patet, quod & iustitia, & virtus bellica requiruntur: sine his enim stare ciuitas non potest. Hoc tantum interest, quod sine primis illis ciuitas esse non potest, sine his autem non bene permanere.

Ad hoc igitur ut sit ciuitas, videntur possunt vel omnia, vel quædam istorum rectè sibi honores vendicare: ad vitam tamen optimam, disciplina & virtus iustissime sibi vendicare honores utique viderentur, ut supra dictum est.

Cum verò nec omnium partium par habere debeant, qui in vno aliquo sint partes, nec impar, impares, secundum unum, necessarium est, omnes huiusmodi Rerumpubl. transgressiones esse, & labes.

Dictum verò est prius, quia inter se quodammodo omnes iuste contendunt, simpliciter autem non omnes iuste, opulenti quidem quod plus regionis possident. Regio autem commune est quiddam. Præterea in commercii magis creditur eis ut plurimum.

Ingenui autem & nobiles quasi prope inter sese. Ciues enim magis generosi, quam ingenerosi. Nobilitas autem apud omnes in honore habetur. Insuper consentaneum est ex melioribus ortos esse meliores, est enim generis virtus nobilitas.

Similiter quoque dicimus virtutem merito contentionem inducere. Sociabilem enim virtutem dicimus esse iustitiam, cui cetera omnes virtutes necessario consequuntur.

Atqui & plures ad pauciores, nam & potentiores, & ditiores, & meliores sunt, ut susceptis pluribus ad pauciores.

An ergo, si omnes isti forent in vna ciuitate, ceu boni, & diuites, & nobiles, essetque alia multitudo populi, utrum in dubium veniret quibus gubernatio Reipub. foret tribuenda, an non esset dubium? In vnaquaque igitur Reipub. earum quas diximus, indubitatum est iudicium, quoniam debeant gubernare. Principatibus enim inter se differunt, ceu alia per diuites esse, alia per virtuosos, & aliarum vnaquæque eodem modo. Sed tamen considerandum est quando circa idem tempus ista existunt, quomodo sit determinandum. Nempe si virtuosus sint in ciuitate admodum pauci, quomodo est agendum? An considerare oportet, si pauci ad opus gubernandi Rem-

P

habent,

habent, quo oportet diuidere modo: vel hoc quod pauci, ad opus oportet considerare, si possit habitari ciuitas, vel quod tanti multitudinem, ut sit ciuitas ex ipsis.

g Est autem dubitatio quædam ad omnes altercantes de politicis honoribus. Videbuntur enim nihil dicere iustum, qui propter diuitias volunt principari. Similiter autem & qui secundum genus. Palam enim rursus, quod si quis vnus ditior omnibus est, palam quod secundum idem iustum oportebit hunc vnum principari omnibus. Similiter autem & differentem ingenuitate altercantibus propter libertatem. Idem autem iis accidit & circa aristocracias de virtute. Si enim aliquis vnus sit melior vir aliis, qui sunt in politeumate studiosis existentibus, hunc oportet esse dominum secundum idem iustum. Igitur si & multitudo oportet dominans quia valentiores sunt paucis, & si vnus, vel plures quidem vno, pauciores autem multis, valentiores sunt aliis, hos vtique oportebit dominos esse magis quam multitudinem.

r Omnia itaque hæc videntur facere manifestum, quod horum terminorum nullus rectus sit secundum quem volunt ipsi quidem principari, alios autem omnes sub se subiici. Et enim vtique ad eos qui secundum virtutem volunt domini esse politeumatis, similiter autem & ad eos qui secundum diuitias, habebunt vtique dicere multitudines rationem quandam iustam: nihil enim prohibet aliquando multitudinem esse meliorem paucis, & ditioem, non vt secundum singulum, sed vt simul omnes. Propter quod & ad dubitationem, qua quæruntur & præmittunt quidam, contingit hoc modo obuiare.

f Dubitant enim quidam, vtrum legislatori volenti ponere rectissimas leges sit ponendum leges ad conferens meliorum, vel ad id quod plurimum, cum acciderit quod dictum est: quod autem rectum sumendum fortè.

t Rectum autem fortè ad conferens totius ciuitatis & ad commune ciuium. Ciuis autem communiter quidem est, qui participat eo quod est principari & subiici, secundum vnamquamque politiam, alter. Ad optimam autem qui potest & eligit subiici, &

publicam sufficiant. An tot esse oporteat, vt ex his ciuitas constet?

Est autem dubitatio quædam in cunctis qui de honoribus Reipublicæ contendunt. Nam qui vel propter diuitias, vel propter genus gubernationem sibi tribuendam putant, nihil iuste dicere videntur. Sequeretur enim, vt si quis vnus omnium ditissimus foret, is eodem iure gubernare alios omnes deberet. Eodem modo qui nobilitate antecelleret, eorum gubernator esset, qui cum ipsi sint ingenui, de honore contendunt. Hoc idem forsitan continget in optimatum gubernatione circa virtutem. Si quis enim vnus probitate antecellat aliis, qui in eadem Republ. versentur, hunc dominari oportebit secundum illam rationem. Ergo si multitudinem dominari oportet ex eo quia potentior est quam pauci, etiamsi vnus vel plures vno, pauciores tamen quam multitudo potentiores sint aliis, hos oportebit gubernare potius quam multitudinem.

Hæc itaque omnia videntur ostendere, quod harum determinationum nulla est reuera secundum quam censent sibi quisque gubernationem esse tribuendam, ceteros vero omnes sub eorum gubernatione esse debere. Nam profecto & ad eos qui per virtutem sibi arrogat gubernandi auctoritatem, & ad eos qui per diuitias, respondere possent multitudo iustum sermonem: nihil enim vetat multitudinem quandoque meliorem esse, quam pauci, ac ditioem, non secundum singulos, sed secundum vniuersos. Ex quo ad questionem illam quam afferunt, per hunc modum responderi potest.

Quæruntur enim quidam, ad quid respicere leges conditor debeat in legibus rectissimis constituendis, vtrum ad meliorum, vel ad plurimum utilitatem, quando contingat quod modo diximus: rectum quidem accipiendum est æquè.

Æquè vero rectum ad totius ciuitatis utilitatem & ad communem ciuium. Ciuis autem communiter est, qui participat eo quod est imperandi & parendi, licet alius secundum vnamquamque speciem rerum-publicarum. Secundum autem optimam speciem, qui potest & eligit parere & principari

principari ad vitam quæ secundum virtutem.

u Si autem est aliquis intantum differens secundum excessum virtutis, vel plures quidem vno, non tamen possibile complementum exhiberi ciuitatis, vt non sit comparabilis aliorum omnium virtus neque potentia ipsorum politica ad eam quæ illorum, siue plures, siue vnus, eam quæ illis solum, non adhuc ponendum partem huius ciuitatis.

x Iniuriabuntur enim dignificati æqualibus, inæquales tantum existentes secundum virtutem, & secundum politicam potentiam: sicut enim Deum inter homines verisimile esse talem.

y Vnde palam, quia & legislationem necessariam esse circa æquales & genere & potentia. De talibus autem non est lex: ipsi enim sunt lex: etenim deridendus vtique erit aliquis leges statuere tenens de ipsis. Dicentur enim vtique fortè quæ quidem Antisthenes ait, Leones condentibus lepisculis, & æquale volentibus, omnes habere.

z Propter quod & ponunt relegationem democratizantem ciuitates propter talem causam. Hæc enim vtique persequuntur æqualitatem maxime omnium. Quare eos qui videntur excedere potentia propter diuitias, vel multos amicos, vel propter aliquam aliam politicam potentiam, relegabant & transferunt extra ciuitatem temporibus determinatis.

aa Fabulantur autem & Argonautas Herculem dereliquisse propter talem causam: non enim voluisse ipsum ducere Argo, id est, nauem cum aliis, tanquam excedentem multum nauitas.

bb Propter quod vituperantes tyrannidem, & Periandri Thrasylulo consilium non simpliciter æstimandum recte increpare: aiunt enim Periandrum dixisse quidem nihil admissum præconem de consilio, sed auferentem excedentes spicarum, planasse aream. Vnde ignorante quidem præcone eius quod fiebat causam, proferente autem quod contigit, intellexisse Thrasylulū quod oportet excellentes viros perimere. Hoc enim nō solum expedit tyrannis, neque solum tyranni faciunt, sed similiter habet & circa oligarchias, & circa

D. Alb. Mag. Politic.

imperare ad vitam secundum virtutem degendam.

Quod si vnus sit vsque adeo superexcellens virtute, vel plures quam vnus, nec tamen tot numero, vt implere ciuitatem possint, vt neque comparanda sit aliorum omnium virtus, neque facultas gerendi Rempublicam, ad hanc plarium, si plures sint, vel vnus tantum, si vnus, non amplius hi ponendi sunt ciuitatis pars.

Fieret enim illis iniuria, si pariter atque alij censeantur, cum sint vsque adeo superiores secundum virtutem ac civilem potentiam. Putandum est enim, talem virum tanquam Deum in hominibus esse.

Ex quo manifestum est, positionem legum necessariam esse circa æquales genere & virtute. Sed in illos tales non est lex: ipsi enim lex sunt: etenim ridiculus foret, qui illos legi subiicere conaretur. Dicerent enim fortasse quemadmodum de Leone scribit Antisthenes, concionantibus lepisculis, ac censentibus æquum omnes habere debere.

Quapropter à ciuitatibus, que populariter reguntur, Ostracismus repertus est. Hæc siquidem ciuitates æqualitatem maxime complectuntur. Itaque qui superexcellere videtur, vel propter diuitias, vel propter amicos, vel propter aliquam aliam civilem potentiam, extra ciuitatem relegatur ad tempus aliquod terminatum.

Tradunt etiam fabula ob huiusmodi causam Herculem ab Argonautis fuisse relictum: non enim vna cum aliis nauem regere illum voluisse, vt nimium superexcellens inter nauigantes.

Quapropter qui vituperant tyrannidem, & consilium Periandri Thrasylulo datum, non simpliciter existimandi sunt recte dicere: ferunt enim Periandrum nihil respondisse ei, qui consilij petendi causa ad ipsum missus fuerat, sed superuenientes spicas demetendo segetem adæquasse, cuius causam cum non intelligeret nunciis, ac factum ab eo narraret, intellexisse Thrasylulū, quod oportebat super eminentes ciues auferre. Hoc autem nec prodest solum tyrannis, nec solum faciunt tyranni, sed & in paucorum potentia, & in populari statu similiter se habet.

P 2 demo

democratias. Relegatio enim eandem habet potentiam modo quodam, scilicet prohibere excellentes & fugare.

cc Idem autem circa ciuitates & gentes faciunt qui domini potentia, velut Athenienses quidem circa Samios, & Chios, & Lesbios. Cum enim magis imperialiter haberent principatum, humiliauerunt ipsos præter pacta. Persarum autem Rex Medos, & Babylonios & aliorum sagaces factos, qui fuerant aliquando in principatu, dispersit sæpe. Problema autem vniuersaliter est circa omnes politias etiam rectas: transgressæ quidem enim ad id quod proprium respicientes, hoc agunt non solum, sed cura commune bonum intendentes, eodem habent modo.

dd Palam autem hoc & in aliis artibus & scientiis: neque enim pictor sine vitæ animal habere pedem excedentem cemmensurationem, neque si differat pulchritudine: neque proram nauis factor, vel aliarum partium nauis: neque vtiq; magister chori eum qui altius & pulchrius toto choro cantat, sine simul chororum agere. Quare propter hoc quidem nihil prohibet monarchias concordare ciuitatibus, si proprio principatu proficuo ciuitatibus existente, hoc agunt.

ee Propter quod secundum excessas excellentias habet aliquod ciuile iustum, sermo qui circa relegationem. Melius quidem igitur legislatorem à principio sic instituere politiam vt non indigeat tali medicina. Secunda autem nauigatio si euenerit tentare dirigere tali aliqua directione: quod quidem non faciebant circa ciuitates: non enim respiciebant ad conferens propriæ politia, sed seditiosè utebantur relegationibus.

ff In transgressis quidem igitur, quod quidem singulariter expedit & iustum sit, manifestum. Forte autem & quod non simpliciter iustum, & hoc manifestum. Sed in optima politia habet multam dubitationem, non secundum aliorum bonorum excessum, puta roboris, & diuitiarum, & multitudinis amicorum, sed si quis fuerit differens secundum virtutem, quid oporteat facere. Non enim dicit vtiq; oportere eicere & transferre talem. At verò neque principari talem. Simile enim & vtiq; si Iouem principari velimus

Ostracismus enim eandem quodammodo vim habet tollendo eos qui supereminent, & in exilium pellendo.

Hoc idem & in ciuitatibus & in gentibus faciunt hi qui dominantur, velut Athenienses circa Samios, & Chios, & Lesbios. Quamprimum enim imperiū firmiter habuerit, eos in multis pessundarunt contra fœderis aequitatem. Persarum autem rex Medos, & Assyrios, & alios qui magnum aliquid de seipsis sapiebant, ob imperium prius habitum, sæpe contriuit. Quæstio autem proposita circa omnes est rerum publicarum species vniuersaliter, & quæ sunt recta: nã illa qua transgreditur, ad propriam respicientes utilitatem, hoc agunt: quinimo & illa quæ ad commune respiciunt bonum, eodem modo se habent.

Patet hoc in aliis quoque artibus & scientiis: neque enim pictor mensuram excedentem pedem animal habere pateretur, quamuis pulcherrimus ille pes esset: neque faber proram, aut aliam partem nauis: neque vero magister chori, eum qui pulchriorem ac meliorem toto choro vocem emittit, sineret in choro esse. Itaque ob hoc quidem nil prohibet eos qui domini sunt, conuenire cum ciuitatibus si propria dominationis gratia, quæ etiam ciuitatibus vitia sunt, agant.

Quare secundum eas quas confitemur superexcellencias quandam habet utilitatem ratio illa, per quam Ostracismus fuit repertus. Melius tamen foret sic ab initio per legis conditorem prouideri, vt resp. non indigeret tali medicina. Secundo autem loco, si quid tale accidat, comandum est tali aliquo remedio corrigere: quod tamen factum non est à ciuitatibus: non enim respererunt ad commodum publicum, sed per seditionem vsa sunt civili pulsione.

In his igitur speciebus gubernandi quæ lapsa sunt, quod ad priuatum commodum pertinet, ac iustum est, patet. Forsan autem non simpliciter iustum, & hoc est manifestum: sed in optima republica magnam habet dubitationem, non per excellentiam aliorum bonorum ceu virium, & diuitiarum & amicitarum, sed si quis excellat virtute, quid de eo sit faciendum: non enim dicendum est, vt talis vir sit de ciuitate pellendus. At qui neque gubernationi aliorum talis vir erit subiciendus: perinde enim est, ac si qui Iouem gubernare velint potestatem diuidentes. partientes

partientes principatus. Relinquitur igitur, quod etiam videtur, aptum natum esse tali obedire: omnes enim lætantur, vt reges sint tales perpetui in ciuitatibus.

CAPVT VIII.

Hic mouet dubitationem de bono vniuersali cuiusque politia: & sunt principales dubitationes duæ. Quia enim iustitia diffinitur, quod est virtus reddens vnicuique æquale ad dignitatem quod suum est: propter quod etiam Pythagoras dixit, quod iustitia est numerus pariter par: idè primò mouet quæstionem & disputat & soluit eam, scilicet si ad omne quod est in ciue, siue secundum corpus, siue secundum animam, reddendum sit æquale, vel ad quædam tantum. Secundò inducit quæstionem, si positione rectissimarum legum, ponendæ sint leges ad conferens meliorum, vel ad conferens plurium, ibi, *Dubitant enim quidam vtrum legislatori, &c.* Circa primum tria facit. Primò enim ponit quæstionem. Secundò disputat eam, ibi, *Fortè enim vtiq; dicit, &c.* Tertio adaptat & soluit, ibi, *Quoniam autem hoc impossibile, &c.* Dicit ergo primò ponendo quæstionem: Quoniam autem in omnibus quidem scientiis, practicis scilicet, quæ sunt secundum rationem, sicut prudentia, & artibus, quæ sunt factiue secundum rationem, vt dicit in 6. ethicorum, bonum finis, scilicet est. Omnes enim tales desiderant bonum quod est finis ipsarum. Et ex hac propositione arguit, quod si sic est in omnibus, quod maxime est in principalissima. Et hoc est. Maximum itaque, scilicet bonum, & maxime in principalissima omnium, supple, erit finis: hæc autem est politica potentia. Hanc rationem melius explicat in primo Ethic. sic dicens. Primum quidem oportet videre, quod omni scientia & potentia est quidam finis & hic bonus: nulla enim, neque scientia, neque potentia causa mali est. Si igitur omnium potentiarum bonus est finis, manifestum est, quod optima optimus vtiq; erit: at vero politica est optima potentia: quare finis ipsius vtiq; erit optimus. Sed quia non sufficit in moralibus generaliter dicere, propter hoc in specie ostendit quod sit illum bonum, ibi, Est autem politicum bonum quod iustum. Et determinat quod sit iustum in qualibet, ibi, Hoc autem est, quod communiter conferens, id est, quod ad communitatem politicam est conferens.

b Et vltius quid sit conferens communiter ostendit, ibi, Videretur autem omnibus æquale aliquid esse quod iustum: & vsque ad aliquid quidem consentiunt. Et hoc est quod dixit in 5. Ethic. quod iustum de quo est virtus iustitia distributiva & reddens vnicuique quod suum est, aut est secundum æquale medietatis arithmetice, aut secundum æquale medietatis geometricæ. In commutandis enim est secundum æquale medietatis arithmetice, in distribuendis autem secundum æquale medietatis geometricæ. Et subdit secundum quam rationem est

D. Alb. Mag. Politic.

Restat ergo, vt videtur, naturam huius talem esse, vt omnes sponte sua illi parere debeant: itaque huiusmodi quidem homines esse reges perpetuos in ciuitatibus.

hoc accipiendum, ibi, His qui secundum Philosophiam sermonibus, in quibus determinatum est de moralibus, id est, in 5. Ethic. Dicit enim 1. Ethic. quod negotium quod est circa mores, vt videtur, pars est & principium politia. Et rationem subiungit, ibi, Quod enim & quibusnam quod iustum, & oportet æqualibus æquales esse, aiunt, id est, commune dictum est, quod id quod est, oportet æqualibus esse æquale, secundum proportionem scilicet. Plato enim diffiniens iustitiam sic dicit. Iustitia est virtus vnicuique quod suum est tribuens, seruata vnicuique propria dignitate. Et ex hoc procedit ad disputationem quæstionis, ibi, Qualium autem, rerum scilicet & personarum, æqualitas est, & qualium inæqualitas, oportet non latere: quia aliter non redderetur vnicuique quod suum est secundum medietatem damni & lucri in distribuendis & commutandis, & sic non haberetur finis politia. Vnde subdit: Habet enim hoc dubitationem, & philosophiam politicam.

c Deinde cum dicit, Fortè enim vtiq; dicit, &c. procedit ad disputationem vtriusque partis, & primò, quod inæqualiter debent distribui principatus, dicens: Fortè enim vtiq; dicit aliquis, opponendo, supple, secundum omnis bonis excessum, scilicet quod est in anima vel corpore ciuis, oportere inæqualiter distribui principatus, vt scilicet maiori in corpore, & pulchriori in colore, & magis ingenioso melior detur principatus: si, id est, quamuis omnia reliqua nihil differant, sed similes ciues acciderit esse, in omnibus aliis scilicet. Et ponit rationem, ibi, Differentibus enim, alterum esse quod iustum, & quod secundum dignitatem, id est, in distribuendis, sicut aliud reddetur principi, aliud militi, aliud rustico: ita etiam aliud reddendum est magno, aliud paruo, aliud pulchro, aliud turpi, aliud diuiti, aliud pauperi. Et ponit rationem generalem, ibi, Et secundum quodcumque bonorum, corporis scilicet, vel animæ, vel fortunæ, superabundantia quædam politicorum iustorum excedentibus, supple, sic redderetur, id est, quod secundum distributionem politicam plus reddetur excedenti in quocumque bono quam qui non excedit.

d Secundò cum dicit, At hoc superficiale, &c. statim vadit in oppositum, scilicet quod hoc non sit iustum, dicens: At hoc superficiale falsum, id est, in prima superficie & primo aspectu hoc apparet esse falsum, quod hoc sit politicum iustum. Et probat, ibi, Manifestum, supple, est hoc in aliis scientiis & potentis. Et ponit exemplum, ibi, Similiter enim fistularibus secundum artem, id est, qui æqualem potentiam habent ad fistulandum artem, non dandum superabundantiam fistularem nobilioribus. Ratio talis est. Si duo sint vel plures inæquales secundum nobilitatem, æquales autem in

P 3 potentia

potentia artis fistulariæ, inæquales fistulæ vel plures non distribuuntur inter eos secundum inæqualitatem generis, sed potius æquales secundum æqualitatem artis fistulariæ: ergo similiter excellenti in aliquo non politico, sicut est magnitudo corporis, vel pulchritudo coloris. Et ponit rationem, ibi, Neque enim fistulabunt melius secundum hoc, scilicet quod magni sunt vel pulchri. Oportet autem & ei qui secundum opus excedit, dare & organorum excessum, scilicet ut melius fistulanti dentur meliores fistulæ & plures.

e Sed quia hoc vniuersaliter dicitur, & in vno tantum particulari propositum est, idem addit. Si autem nondum palam quod dicitur, adhuc magis ipsum producentibus, secundum alia particularia, erit manifestum. Et ponit quomodo, ibi, Si enim sit aliquis excedens quidem secundum fistulariam, multum autem deficiens secundum nobilitatem vel pulchritudinem, etsi vnumquodque illorum bonorum sit maius fistularia (dico autem, exponendo, nobilitatem & pulchritudinem, quorum scilicet vtrumque melius est quam fistularia) & secundum analogiam, id est, proportionem, excedat plus fistulariam, & in nobilitate scilicet & pulchritudine, quam ille secundum fistulariam, id est, quod plus excedat istum in nobilitate & pulchritudine, quam ipse eos in arte fistularia: tamen haec, scilicet excellenti secundum fistulariam, dandum differentes fistularum, id est, de numero fistularum, quod scilicet meliores dantur fistulari quam meliori, quia sic peruenitur melius ad finem fistulariæ. Et adaptat, ibi, Oportet enim ad opus comparari excessum, scilicet ut in opere politico plus excedat, cui plus dandum est de principatu politico, & diuitiis & nobilitati comparatur, scilicet opus politicum.

f Et subdit quid elici potest ex hac ratione, ibi, Nihil adhuc secundum hanc rationem omne vtiq; erit comparabile, id est, secundum hanc rationem patet, quod in distributione politicorum bonorum, nihil politicorum erit comparabile secundum quodlibet bonum, siue secundum excessum cuiuslibet boni, sed tantum illius quod excedit ad actum politicum, sicut meliori militi, vel meliori civi, vel meliori præfecto. Et ponit rationem, ibi, Si enim magis aliqua magnitudo, supple, est alicui bono politico comparabilis, & id est, etiam sequitur, supple, quod totaliter vtiq; magnitudo adæquabilis, supple, boni politici, erit, scilicet comparabilis, & ad diuitias & ad libertatem, supple, erit bonum politicum etiam comparabile. Et ex hoc infert inconueniens quod sequitur, ibi, Quare, id est, ergo si plus hic differat secundum magnitudinem, scilicet corporis & roboris corporalis, quam hic secundum virtutem, & ampliorem virtutis, id est, virtute (genitiuus pro ablatiuo) magnitudo, corporis scilicet & roboris totaliter excedit, id est, magnus corpore magnum virtute in politicis. Et hoc adhuc vterius infert, ibi, Erant vtiq; comparabilia omnia, scilicet politica, supple, distributa & ad proportionem magnitudinis. Et ponit causam, ibi, Tanta enim magnitudo,

proportionaliter scilicet, & sic tantum bonum politicum proportionatur ei & distribuitur. Et infert vterius ibi, Si melior, valentior, magnitudo scilicet, tanta, id est, quam tanta alia, magnitudo scilicet, illa iterum erit tanta, id est, in aliqua nota quantitate, palam quod æqualis, id est, quod illa etiam erit alicuius boni politici sibi proportionati & æqualis.

g Deinde cum dicit, Quoniam autem hoc impossibile, &c. reuertitur ab impossibili concluso ad veritatem soluendo, & dicit: Quoniam autem hoc impossibile, supple, est, palam quod in politicis rationabiliter non secundum omnem æqualitatem altercantur de principatibus, sicut nec in fistulariis secundum omnem æqualitatem altercantur de fistulis, sed potius qui præminet in potentia fistularia, præfertur in acceptione fistularum ei qui magis est ingenuus, vel magis fortis in corpore: sic etiam in politicis qui præminet in potentia politica, rationabiliter accipit politiam principatum. Et hoc probat adhuc aliter, ibi, Si enim hi quidem tardi, in currendo scilicet, ij autem veloces, cum nec tarditas nec velocitas aliquid disponant ad principatum, nihil propter hoc oportet hos quidem plus, hos autem minus habere, scilicet in politicis principatibus. Deinde cum dicit, Sed in exercitariis agonibus, &c. tangit ea quæ disponunt ad politicum principatum, & dicit: Sed in exercitariis agonibus, sicut est palæstra, & duellum, & alia quæ robore corporis & agilitate, horum differentia, scilicet roboris & magnitudinis, accipit honorem, ibi enim fortiores vincunt & honorantur demonstrationibus & coronis & statuis, quando pro repub. fortiter faciunt.

h Et simile quid dicit de ciuitate, ibi, Sed ex quibus ciuitas consistit, sicut, supple, ex politicis vel ciuilitatibus, in his necessarium fieri altercationem, ut scilicet is qui præminet potentia ciuili, maiorem accipiat principatus honorem. Et ex hoc concludit qui tales sunt. Propter quod quidem rationabiliter præparantur honori nobiles, maxime in politica quæ regnum est, & diuites, in politica quæ est oligarchia, & liberi, in politica ciuitatum, quia ciues oportet liberos esse. Et subdit causam, ibi, Oportet enim liberos esse & honorabilitatem ferentes, supple, ciues & principatum habentes in ciuitate. Et huius dat rationem, ibi, Non enim vtiq; erit ciuitas ex egenis omnibus, sicut neque ex seruis. Si enim sit ex omnibus egenis, nihil habebunt conferre, nec in communicationem, nec in distributionem, & sic peribit ciuilitas: si etiam omnes serui, cum virtus serui, sicut dictum est in primo, non sit agere ex proprio conceptu & libertate, sed domini, nullus eorum habebit aliquid agere ex proprio conceptu vel libertate, & sic iterum peribit ciuilitas. Ex hoc arguit à maiori, ibi, At verò si opus est horum, scilicet libertate & diuitiarum, quod minus videtur, palam, quia & iustitiæ & bellicæ virtutis, id est, fortitudinis, supple, est opus ad ciuilitatem. Et rationem subiungit, ibi, Neque enim sine iis, scilicet iustitiæ & fortitudine, habitari ciuitatem possibile est. Sed sine prioribus quidem, scilicet diuitibus & liberis, impossibile est esse ciuitatem, sicut paulo ante dictum

dictum est: sine iis autem, scilicet iustitiæ & fortitudine habitari bene, supple, impossibile est.

i Deinde cum dicit, Ad ciuitatem igitur quidem, &c. concludit hanc disputationem dicens: Ad ciuitatem quidem igitur esse, id est, ut ciuitas sit, videbuntur vtiq; omnia vel quædam horum rectè dubitari: quia, sicut habitum est, sine iis esse non potest: ad vitam verò bonam, virtutis scilicet, disciplina & virtus (& dicit disciplina pro omni intellectu & virtute, virtutem autem pro morali) maxime iuste vtiq; dubitentur, pertinere, supple, quemadmodum dictum est & prius: quia vita bona non est sine iis, sicut nec ciuitas sine diuitiis & libertate.

k Quoniam autem neque omnium æquale, &c. In parte ista ostendit Aristot. quod quicumque æquales sunt in vno solo, vel inæquales ad politicam communicationem non pertinente, secundum illud vnum non oportet accipere æqualia vel inæqualia in politico principatu: & si attribuantur eis æqualia vel inæqualia secundum illud vnum, non erit ciuilitas, sed transgressio ciuilitatis. Et hoc ostendit hic quatuor modis, videlicet in personis singularibus, scilicet in diuitibus, in fidelibus, in ingenuis, & in pluribus comparatis ad pauciores, & in virtuosus. In primo horum duo facit. Primum est, quod transgressio ciuilitatis est, si æqualibus vel inæqualibus in vno attribuatur æquale vel inæquale. Secundò ostendit, quod omnes ciues secundum vnum aliquid quod est in eis, altercantur de principatu, scilicet quod ipsi debeant principari iuste simpliciter, non autem altercantur iuste ibi, *dictum est quidem igitur, &c.* Dicit ergo. Quoniam autem neque omnium æquale oportet habere æquales secundum vnum aliquid solam existentes, id est, quod vnum aliquid sit in eis, in quo sint æquales, neque inæquale inæquales secundum vnum, scilicet quod inæqualiter sit in eis, sicut diuitiæ vel nobilitas, vel aliquid tale, sicut paulò ante dictum est. Et ex hoc concludit, ibi, Necessè est omnes tales politias esse transgressiones, in quibus scilicet, vel æqualibus in vno attribuatur æquale, vel inæqualibus in vno attribuatur inæquale de de politico principatu. Et hoc est intentum primæ partis.

l Et subdit de secundo, ibi, *dictum est quidem igitur & prius, scilicet in 2. lib.* quod altercantur modo quodam iuste omnes, supple, de principatu, simpliciter autem non omnes iuste, supple, altercantur. Et hoc ostendit quasi inducendo in multis, & primo in diuitibus, ibi, Diuites quidem, supple, altercantur se debere principari: quia plus regionis artinet ipsis. Regio autem commune, est, supple. Et est ratio talis. Ad quos plus pertinet de communi regione, ij debent in ea plus principari: ad diuites plus pertinet: ergo ipsi principabuntur. Secundò inducit in iis qui fideles vocantur patriæ, ibi, Adhuc ad conuentiones, fideles magis vt in pluribus. Et est ratio talis. Communicatio ciuium maxime est in conuentionibus & pactis: fideles maxime conseruant conuentiones & pacta: ergo principabuntur maxime.

m Tertio inducit in liberis, ibi, Liberi autem & ingenui tanquam prope inuicem, supple, al-

tercantur pro principatu. Et ponit rationem, ibi, Ciues enim magis qui generosi iis qui non generosi. Et est ratio talis. Quicumque propinquiores dispositionem habent ad ciues, maxime debent principari in ciuilibus siue politicis: liberi & ingenui maxime disponuntur ad ciues & ciuilitates: ergo maxime principabuntur. Et adhuc ad idem inducit aliam rationem, ibi, Ingenuitas autem, id est, liberorum nobilitas; apud quoscumque habetur honorabilis. Et est ratio talis. Honorabiles personas magis oportet principari, quam non honorabiles: ingenui magis honorabiles sunt apud omnes: eripios oportebit magis principari. Et ad idem adducit tertiam rationem, ibi, Adhuc quia meliores, supple, esse, verisimile est, eos qui ex melioribus nati sunt, supple: ingenuitas autem est virtus generis. Et accipitur virtus prout dicit extremum in bono: sic enim extremum in genere quod est nobilitas, est ingenuitas. Ratio autem talis est. Quicumque magis nobiles & meliores inter ciues, hos maxime decet principari: ingenui sunt huiusmodi: ergo, &c.

n Quarto inducit qua ratione iusti & boni & virtuosus altercantur de principatu, ibi, Similiter etiam dicemus iuste, & id est, etiam virtutem altercari, de principatu scilicet. Et ponit huius rationem, ibi, Communicatiuum enim virtutem dicimus esse iustitiam. Omnes enim iusti communicant in distributiuis vel communicatiuis secundum æquale iustitiæ, vel ad medietatem arithmetica, vel geometricam, vt dicitur in 5. Ethic. Sed quia iustitia specialis, est vna virtus, idem addit, cui, scilicet iustitiæ, necessarium est, supple, omnes alias assequi, supple, virtutes. Et huius rationem dat in 5. Ethic. Quia iustum est de quo lex præcipit: præcipit autem lex de omni virtute: ergo necessarium, quod iustitia assequatur omnes virtutes. Et est ratio sua hæc de altercatione. Quicumque dignior est principatu, maxime debet principari: iustus quem assequitur omnis virtus, est huiusmodi: ergo, &c.

o Quinto inducit de pluribus comparatis ad pauciores, ibi, At verò & plures ad pauciores. Et ponit huius altercationis rationem, ibi, Et enim valentiores & ditiores & meliores sunt vt acceptis pluribus, id est, in pluralitate, ad pauciores, id est, comparatione paucorum. Et ratio talis est. Quicumque valentiores & ditiores & meliores sunt, debent magis principari: multi, valentiores & ditiores & meliores sunt paucis: ergo magis principabuntur.

p Et addit, Ergo si omnes sint in vna ciuitate, dico autem, explanando scilicet, puta boni & virtuosus & diuites & ingenui, adhuc autem multitudo alia politica, sit in eadem ciuitate, supple, vtram altercatio erit, inter eos, supple, quos oporteat principari, aut non erit. Et statim respondet, ibi, Secundum vnamquamque quidem igitur politiam dictarum, in singulari, supple, scilicet aristocratiam, oligarchiam, & democrariam, indubitatum iudicium, supple, est quos oporteat principari. Quia in aristocratia constat debere principari virtuosos & bonos, in oligarchia paucos potentes & diuites, in democratia populi multitudinem, sicut ostenditur ex præcedentibus. Et hoc est quod

subdit, ibi, Dominantibus enim differunt ab iniuicem. Et ostendit quomodo, ibi, Pata hæc quidem, eò quòd per diuites, sicut oligarchia, hæc quidem, scilicet aristocratia, eò quòd per studiosos viros sit, & aliarum, scilicet politiarum, vnaquæque, sicut regnum & democratia, eodem modo, supple, diuidatur penes eos qui principantur in ea. Deinde cum dicit, Attamen consideramus, &c. quomodo paucos oportet principari, determinat, & dicit: Attamen consideramus quando circa idem tempus hæc existunt, supple, in ciuitate, quomodo determinandum: quia tunc singuli per suas differentias altercantur de principatu per rationes principales. Si itaque sint numero paucò valde qui virtutem habent, quo oportet diuidere modo? Et ponit modos speciales multos, ibi, Vel hoc, supple, considerandum est, quòd pauci ad opus, ciuitatis, supple, quòd est communicatio ciuium, oportet considerare si possit habitari ciuitas, à tam paucis, supple, sicut si esset ciuitas parua & pauci in ea viri, sicut dicitur Eccl. 9. Vel, supple, oportet considerare, quòd tanti multitudinem, vt sit ciuitas ex ipsis: quia aliter non sedabitur altercatio, nisi dicatur ratio qua debent dominari & qua multi.

g Deinde cum dicit, Est autem dubitatio, &c. mouet dubitationem ad singulas partes, & circa hoc duo facit. Primò enim ordinat dubitationem. Secundò inducit rationem contra singulos, ibi, Videbuntur enim nihil dicere, &c. Dicit ergo: Est autem dubitatio quædam ad omnes, id est, contra omnes altercantes de politicis honoribus, id est, principatibus. Et primò ponit contra primos, ibi, Videbuntur, supple, quidam nihil dicere iustum, qui propter diuitias volunt principari. Illi enim, vt in secundo habitum est, non principantur nisi ad diuitias, iusto neglecto, lucris intendentes. Secundò, ibi, Similiter autem & qui secundum genus, opponit contra secundos dicens: Similiter autem & qui secundum genus, supple, voluit principari: illi enim principantur inæqualiter, suos videlicet exaltantes & alios deprimentes. Tertiò, ibi, Palam enim rursus, &c. ad idem obiicit contra tertios dicens: Palam enim rursus, quòd si quis vnus omnibus ditior est, palam quòd secundum idem iustum oportebit hunc principari omnibus. Ratio talis est. Si iustum est diuites aliis principari secundum eandem rationem talis iusti, si vnus omnibus ditior fuerit, ille omnibus principabitur secundum illam rationem: sed hoc est falsum: ergo propter diuitias non debet aliquis de principatu altercari. Quartò, ibi, Similiter autem & differentem ingenuitate altercantibus, supple, de principatu propter libertatem: si enim vnus magis ingenuus omnibus est, si ingenuitas debet principari, ille vnus omnibus principabitur: sed hoc est falsum: ergo propter ingenuitatem non debet principari. Quintò, ibi, Idem autem iis accidet, &c. inducit de virtuosos, & dicit: Idem autem iis accidet & circa aristocracias de virtute. Si enim vnus sit melior vir aliis qui sunt in politeumate, studiosis existentibus, hunc oportet esse dominum secundum idem iustum: & sic vnus

omnibus dominabitur, quod est inconueniens. Sextò, ibi, Igitur si & multitudinem, &c. à simili obiicit de multis & paucis, & dicit: Igitur si multitudinem esse dominans: quia valentiores sint aliis, hos vtique oportebit dominos esse magis quam multitudinem, scilicet eadem ratione: hoc etiam reputatur inconueniens: quia sic peribit democraticus principatus, qui præcipuus est ciuitatibus.

r Ex omnibus his concludit intentionem propriam, ibi, Omnia itaque hæc videntur facere manifestum, quòd horum terminorum nullus rectus sit secundum quem volunt, ipsi quidem omnibus, supple, principari, alios autem omnes sub se subiici, scilicet nec diuitiæ, nec ingenuitas, nec virtus. Etenim ad eos, id est, contra eos qui secundum virtutem volunt domini esse politeumatis, similiter autem & ad eos qui secundum diuitias, habent multitudines dicere quandam rationem iustam. Hic dat rationem contra altercantes pro principatu de virtute & de diuitiis. Vna enim ratio est contra modos: quia multitudo si colligatur virtus existens in singulis in vnum, præualebit virtuti paucorum virtuosorum & vnus. Similiter multitudo eadem ratione præualeat in diuitiis vni vel paucis: & si propter virtutem dominium conceditur paucis, nunc multitudo præualeat in virtute, magis principabitur quam vnus vel pauci. Similiter si propter diuitias conceditur principatus, multitudo habens maiores diuitias, magis principabitur. Deinde cum dicit, Nihil enim prohibet multitudinem aliquando esse meliorem, secundum virtutem scilicet, paucis, id est, quam pauci sint, vel vnus: & sic multitudo magis principabitur quam vnus vel pauci. Et similiter obiicit de diuitiis, ibi, Et, supple, nihil prohibet multitudinem aliquando esse, ditioem, supple, vno vel paucis: & si tunc propter diuitias conceditur principatus, iterum principabitur multitudo. Et subdit qualiter debet fieri comparatio vt verum sit quod ponitur, ibi, Non vt singulum, id est, non vt singuli ad singulos comparentur secundum excessum, sed vt simul omnes, id est, vt omnes de tota multitudinem congregati virtutem & collectas habentes diuitias comparentur ad vnum vel paucos: quia scilicet multitudo excedit in virtute & diuitiis. Et ex hoc sumit occasionem alterius quæstionis, vnde subdit. Propter quod & ad dubitationem quam quærent & præmittunt quidam, contingit hoc modo obuiare: & ponit illam quæstionem immediatè.

f Dubitant enim quidam. Hic incipit secunda pars capituli, vbi inducit quæstionem, si positione rectissimarum legum, ponendæ sint leges ad conferens meliorum, vel ad conferens plurimum. Et diuiditur in tres partes. In prima ponit quæstionem. In secunda disputat, ibi, Iniuriabuntur enim dignificari, &c. In tertia determinat quæstionem, ibi, Intranseffas quidem igitur, &c. Dicit ergo primò: Dubitant enim quidam vtrum legislatori volenti ponere rectissimas leges sit ponendum leges ad conferens meliorum, vel ad id quod conferens plurimum, cum acciderit, quod dictum est, supple, talis casus in ciuitate. Et ratio quæstionis est, quod sicut sæpè dictum

dictum est, distributiones in ciuitatibus debent fieri secundum dignitates personarum & merita. Et constat, quòd virtuosus sunt digniores & melioris meriti sunt in ciuitate quam alij: & per hanc rationem videntur eis distribuendæ dignitates & principatus. Econtra sicut sapius habitum est, plures paucis & multi vno melioris meriti sunt & maioris virtutis, non singuli ad singulos comparati, sed vniuersi ad paucos, vel ad singulos: & per hanc rationem videtur ponenda lex multitudine vel pluribus. Deinde cum dicit, Quod autem rectum, &c. ponit vnã propositionem per se notam, ex qua vult procedere, & dicit: Quod autem rectum sumendum fortè. Et non dicit fortè, quia dubia sit propositio, cum legislator semper sumere rectum debeat, sed quia rectum in ciuitatibus est in particularibus voluntariis actibus, qui semper dabitur casibus subiacent: idèd aliquando lex non potest poni ad rectum simpliciter, sed ad rectum vt nunc & tunc quod pro tempore magis expedit.

t Vnde subdit. Rectum autem fortè ad conferens totius ciuitatis, supple, sumendum est. Et hoc vterius explanat, subdens, Et ad commune ciuium, id est, quòd communiter omni ciui conuenit. Et subdit quis sit ciuis, ibi, Ciuis communiter quidem est, qui participat eo quod est principari & subiici. Dicitur enim in 2. lib. cap. de ciue, quòd ciuis est, qui participat principatu iudicatio & consiliatio secundum autarchiam vitæ. Deinde cum dicit, Secundum vnãquamque, &c. ostendit, quòd in specialibus politiis aliter determinatur hæc quæstio, & aliter in optima, & dicit: Secundum vnãquamque autem politiam aliter (Alia litera, alter) In aristocratia enim determinatur conferens ad meliores, in oligarchia ad potentes & diuites, in democratia ad populi multitudinem. Ad optimam autem, optimus est, supple, qui potest & eligit subiici & principari ad vitam quæ secundum virtutem: ille enim vere est ciuis & optimus ciuis, & idèd ille meritò altercabitur de principatu.

z Deinde cum dicit, Si autem est aliquis, &c. statim vadit in oppositum per rationem de multitudine sapius inductam, dicens: Si autem est aliquis in tantum differens secundum excessum virtutis, vel plures quidem vno, non tamen possibile est, supple, complementum exhiberi ciuitatis, scilicet vt tantum de virtute secundum complementum sit in vno vel paucis, quantum est in omnibus totius ciuitatis: vnde sequitur, quòd non sit comparabilis aliorum omnium virtus, simul, supple, neque potentia eorum politica ad eam potentiam politicam & virtutem, quæ illorum, siue plures, siue vnus sit: quia, sicut dictum est sapius, potentia multitudinis semper præualeat vni vel paucis: & idèd videbitur principatus dandus multitudini. Et quod dixit, explanat, ibi, Eam quæ illius solum, id est, virtus politica & potentia vnus solum, non potest comparari virtuti & politicæ potentia totius multitudinis. Et subdit, quòd talis non debet esse pars ciuitatis qui sic excedit, ibi, Non adhuc ponendum partem huius ciuitatis, supple, esse taliter excedentem in politica potentia & virtute.

x Deinde cum dicit, Iniuriabuntur enim dignificati, &c. disputat prædictam quæstionem, & ostendit inconueniens quòd sequitur, si pars ciuitatis ponatur, dicens: Iniuriabuntur enim dignificati æqualibus, inæquales tantum existentes secundam virtutem & potentiam politicam, id est, tum excellentes personæ iniuriabuntur aliis ciuibus si iudicabuntur ad paria cum eis, cum tamen sint excellentiores. Et explanat de excellentia ipsorum, ibi, Sicut enim Deum inter omnes verisimile est esse talem, scilicet tam excellentem in politica potentia & virtute.

y Et ex hoc infert, quòd etiam legislatio debet esse æqualis, ibi, Vnde palam, quòd & legislationem, secundum quam regitur ciuitas, supple, necessarium esse circa æquales & genere & potentia. De talibus autem, scilicet tam excellentibus personis non est lex. Et dat rationem, ibi, Ipsi enim sunt lex. Quasi dicat, foli. Etenim deridendus vtique erit aliquis leges statuere tentans de ipsis, scilicet personis tam excellentibus. Et hoc est quòd dicit Plato, quòd leges positæ sunt propter malos, & non propter bonos. Et apostolus 2. Tim. 1. Iusto non est lex posita, sed plagiariis, homicidis, &c. & reddit rationem dicens: Eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum & subici. Dicitur enim in 2. lib. cap. de ciue, quòd ciuis est, qui participat principatu iudicatio & consiliatio secundum autarchiam vitæ. Deinde cum dicit, Secundum vnãquamque, &c. ostendit, quòd in specialibus politiis aliter determinatur hæc quæstio, & aliter in optima, & dicit: Secundum vnãquamque autem politiam aliter (Alia litera, alter) In aristocratia enim determinatur conferens ad meliores, in oligarchia ad potentes & diuites, in democratia ad populi multitudinem. Ad optimam autem, optimus est, supple, qui potest & eligit subiici & principari ad vitam quæ secundum virtutem: ille enim vere est ciuis & optimus ciuis, & idèd ille meritò altercabitur de principatu.

z Et hoc est. Propter quod & ponunt relegationem democratizata ciuitatis propter talem causam, scilicet quia nolunt sustinere, quòd excellentes personæ sint super se, & dominentur in ciuitate. Democraticus enim principatus popularis est, & in fauorem populi inductus, sicut sæpè dictum est. Et subdit. Hæc enim, ciuitates scilicet, vtique persequuntur æqualitatem maximè omnium. Quare, id est, propter quod, eos qui videntur excedere potentia propter diuitias, vel multos amicos, vel aliquam aliam politicam potentiam, relegabant & transtulerunt extra ciuitatem temporibus determinatis, scilicet quando potentia voluerunt opprimere alios.

aa Et hoc probat per fabulas antiquas Poëtarum, scilicet quod tales eiciendi sunt, ibi, Fabulantur autem & Argonautas * Heracleam dereliquisse, id est, quòd Heracleas dereliquit alios nautas, & expulsus ab eis propter talem causam. Et ponit rationem, ibi, Non enim voluisse ipsum ducere Argo, id est, nauem communi. Et ponit causam, ibi, Tanquam excedentem multum nautas.

bb Propter quod vituperantes tyrannidem, in qua vnus opprimit alium propter excellentiam aliquam, qua eminet aliis. Et Periandri metrum

metrum quoddam quod de vicilibus composuit, Thrasylulo, id est, à Thrasulo (est enim proprium nomen Poëta qui Periandria composuit) consilium, scilicet ciuitatum, non simpliciter existimandum rectè increpare. Ille enim increpauit consilium, quod eminentes personas de ciuitatibus eiecit. Aiunt enim Periandrum dixisse quidem nihil admissum præconem de consilio, id est, quod præco ciuitatis ad nullum consilium debet admitti, sed auferentem excedentes spicarum planasse aream. Metaphoricè loquitur, & vult dicere, quod excellentes personas eiiciens, ciuitatem fecit esse ex æqualibus. Et hoc totum inducit ad hoc quod leges ponendæ sunt per communi vtilitate plurium & æqualium & eminentium tantum. Vnde ignorante quidem præcone, eius quod fiebat (quod noluit aliquem ad consilium admittente faciendorum) causam, proferente autem, scilicet postea cum ab eo quaeretur causa facti sui, quod contingit, intellexisse Thrasylulum ex dicto suo metaphoricè, quod oportet excellentes viros perimere, scilicet ne super alios dominantur. Hoc enim non solum expedit tyrannis, scilicet ne ab eis in tyrannide impediatur, neque solum tyranni hoc faciunt. Sed similiter habet & circa Oligarchias, in quibus potentes & diuites principantur, & circa Democratias. In omnibus enim his ab excellentibus personis impediuntur aliquando. Et quia dixerat tales personas debere perimi, quod durum esse videtur, innuit quod sufficit relegare, ibi, Relegatio eandem habet potentiam modo quodam, scilicet cum peremptione, prohibere excellentes & fugare: hoc enim fit per relegationem.

cc Deinde cum dicit, Idem autem circa ciuitates, &c. ostendit hoc factum esse in ciuitatibus & gentibus vbiicumque timebatur oppressio maiorum vel oppositio, & dicit: Idem autem circa ciuitates & gentes faciunt qui domini potentia vel politica, supple, sunt: semper enim eiiciunt præcellere volentes. Et dat exemplum, ibi, Velut Athenienses quidem circa Samios & Chios & Lesbios, scilicet tres insulas quibus dominabantur. Et ostendit in quo, ibi, Cum enim magis imperialiter haberent principatum, supple, supra dictas insulas, humiliauerunt ipsos habitatores earum præter pacta: cum enim insula illa subderent se eis, pacta quædam fecerunt quæ Athenienses non seruauerunt, sed opprimebant eos præter pacta, ne rebellare possent. Et dat exemplum in gentibus, ibi, Perfarum autem Rex, scilicet Darius Medos & Babylonios, quibus dominabatur & aliorum sagaces factos, scilicet qui præeminebant sagacitate & industria, quia fuerant aliquando in principatu, dispersit sæpè, scilicet ne iterum eleuarentur contra eum. Ex hoc accipit, quod vniuersaliter sic faciendum sit, ibi, Problema autem, id est, prouerbium vniuersaliter est circa omnes politias etiam rectas, scilicet quod eminentes personæ semper deprimantur ne se eleuent contra ciuitatem. Transgressæ quidem enim, supple, politica, sicut est tyrannis, oligarchia, & timocrata, ad id quod proprium respicientes, hoc agunt, scilicet quod leges statuunt ad proprium conferens, & non

ad commune, non solum, sed circa commune bonum intendentes eodem habet modo, id est, simili modo in omnibus deprimuntur eminentes, ne eleuentur.

dd Et hoc probat per simile in aliis artibus, ibi, Palam autem hoc & in aliis scientiis. Neque enim pictor sinet animal, pictum scilicet, habere pedem excedentem commensurationem aliorum membrorum, supple, neque si differat pulchritudine, supple, sinet, sed semper vult commensurari & proportionari membra: neque proram nauis factor, supple, sinet excedere commensurationem aliarum partium nauis, vel aliarum partium aliquam, supple, sinet excedere: neque vti que magister chori, id est, symphonie cum qui alius & pulchrius roto choro cantat, sinet simul chorum agere: quia statim offuscarentur cantus aliorum, & non concordarent, & sic dissolueretur chorus. Sed quia posset aliquis dicere, quod sic periret monarchia, quæ tamen principalis politica est in ciuitatibus, idè obuiat subdens, ibi, Quare propter hoc quidem nihil prohibet Monarchias concordare ciuitatibus si proprio principatu proficuo ciuitatibus existente, hoc agunt: quia si agerent ad vtilitatem propriam, repellerentur.

ee Ex omnibus his concludit intentum, ibi, Propter quod secundum excessas excellentias vel concessas in quocumque habet aliquod ciuile iustum sermo qui circa relegationem, id est, lex de relegatione, scilicet quod melius est relegare excellentes, quam quod opprimant alios. Et si sic, tunc melius est ciuitatem à principio ex æqualibus institui: & non erit opus relegatione. Et hoc est. Melius quidem igitur legislatorem à principio sic instituere politiam, vt non indigeat tali medicina. Secunda autem, id est, prospera nauigatio si euenerit (loquitur de directione nauis) tentare dirigere aliqua tali directione, scilicet quæ maxime sit ad conferens ciuitati: quia per hoc ciuitas erit in pace: quod quidem non faciebant ciuitates antiquæ, scilicet sicut Athenienses & Reges Perfarum. Et hoc est. Quod quidem non fiebat circa ciuitates, scilicet antiquas: non enim respiciebant ad conferens propriæ politica, scilicet in bonum commune ciuitatis, sed seditiosè utebantur relegationibus, scilicet respicientes ad proprium conferens, & non ad commune, & idè seditiones oriebantur.

ff Deinde cum dicit, In transgressis quidem igitur, &c. Incipit determinare totam questionem, & circa hoc duo facit. Primum enim ostendit cui oportet ordinare conferens an communitati, vel vni in transgressis politiis, sicut sunt tyrannis & oligarchia. Secundò cui oportet ordinare conferens in optima politica, ibi, Sed in optima politica, &c. Dicit ergo primò: In transgressis quidem igitur politiis, quod quidem singulariter conferens expedit & iustum sit, manifestum, supple, est: ibi enim lex iustitiæ est oppressio & fortitudo, sicut dicitur Sap. 2. Sit fortitudo lex nostræ iustitiæ: quod enim innutile est, nociuum inuenitur. Et idè conferens in tali politica ordinatur tyranno & potentibus. Et de tali subdit iusto. Fortè autem & quod non simpliciter iustum, supple, est, tale

iustum, & hoc manifestum, supple, est, per se iustum enim deberet ordinari ad commune conferens, non vnius. Deinde cum dicit, Sed optima politica, &c. ostendit cui oportet ordinare conferens in optima politica. Et circa hoc duo facit. Primum ostendit qualiter fieri debet in optima politica. Secundò vadit in oppositum, ibi, At verò neque principari, &c. Dicit ergo: Sed in optima politica, quæ vt dicit in 8. Ethic. est regnum secundum virtutem ordinatum, habet multam dubitationem. Et subiungit causam, ibi, Non secundum aliorum bonorum excessum, id est, sed in talibus ponitur, non quia excessum habet in extrinsecis bonis, puta roboris & diuitiarum, & multitudinis amicorum, sed si quis fuerit differens secundum virtutem ab aliis, scilicet excedendo: & tunc secundum prædicta dubium est, quid oportet fieri. Secundum dicta enim Antisthenis & similitudines inductas oportet talem eiici à ciuitate: secundum veram autem rationem nullus vtilior est ciuitati quam talis, sicut dicitur Sapient. 6. Rex sapiens stabilimentum populi. Et, Multitudo sapientum sanitas est orbis terrarum. Et hanc rationem innuit hic subdens. Non enim dicent, ratione recta videntes, supple, vti que oportere eiicere, extra ciuitatem scilicet, & transferre talem, per relegationem, supple. Deinde cum dicit, At verò neque principari, &c. statim vadit in oppositum. Et primò opponit.

CAPVT IX.

De regno
& regni
speciebus.

Fortè autem bene habet post determinatas rationes transire & considerare de regno hoc: dicimus enim rectarum politiarum vnam esse hanc. Considerandum autem, vtrum expediat futura bene habitari ciuitati, & regioni, rege regi, aut non, sed alia aliqua politica magis, vel aliquibus quidem expedit, aliquibus autem non expedit. Oportet itaque primò diuidere, vtrum vnum aliquod genus est ipsius, vel plures habeat differentias.

b Facile itaque hoc addiscere quod plura genera continet, & principatus modus est non vnus omnium. Qui enim in Laconica politica, videtur quidem esse regnum maxime eorum quæ secundum legem, non est autem dominans omnium, sed quando exierit regionem, dux est eorum quæ ad bellum. Adhuc autem quæ ad deos, attributa sunt regibus. Hoc quidem igitur regnum velut ducatus quidam exercitus imperialis & perpetuus est. Occidendi enim non dominus, nisi in aliquo regno, quemadmodum sub antiquis in bellicis exercitiis promptus potens lege.

Secundò concludit in totam questionem solutionem; ibi, Relinquitur igitur, &c. Dicit ergo: At verò neque principari talem, supple, dicent debere: quia secundum prædicta excedens alios non debet principari, sed potius omnis populus. Et ad confirmationem inducit simile, ibi, Simile enim & vti que si Iouem principari velimus (& est sumptum ab Homero. Ioui enim commissum est regnum, ed quod benignissimum erat & ad vtilitatem populi omnia statuit. Vnde versus, Iupiter esse pium statuit quoddamque iuuaret) partientes principatus. Litera sic ordinatur. Nos partientes, id est, partiri debentes principatus, scilicet democraticos in populum, si dicimus talem debere principari, simile dicimus ac si diceremus Iouem principari. Et hoc non conuenit: quia principatus tales debent partiri, ed quod in fauorem populi inducitur sunt. Secundò ex his omnibus concludit totam questionis solutionem secundum veram rationem, ibi, Relinquitur igitur, quod etiam aptum natum esse, ex ordine virtutis scilicet, tali obedire, debere, supple. Et subiungit rationem, ibi, Omnes enim lætantur vt reges sint tales perpetui in ciuitatibus: sicut enim dicitur in 8. Ethic. Tales sufficiunt omnino sibi & suis: & idè nihil statunt ad vtilitatem propriam, sed omnia ad vtilitatem populi. Et idè in antiquis fausta clamabant tali regi, sicut Salomon 3. Reg. 1. Viuat Salomon Rex in æternum.

CAPVT IX.

Forsan verò post hæc congruum fuerit considerare de regia gubernatione: diximus enim hæc esse vnam ex rectis speciebus Rerumpublicarum. Considerandum est autem, vtrum conducatur ciuitati & regioni, quam rectè gubernari oporteat, regem habere, vel non, sed alia quadam species gubernandi magis conducatur, vel an quibusdam non. Antè omnia verò distinguendum est, an sit vnum genus eorum, vel differentias habeant plures.

b Et facile est intueri, quod plura genera sunt, nec est omnium regum modus vnus potestatis. In Lacedæmonio vni enim Rep. videtur rex esse maxime secundum leges, neque enim potestatem habet omnium, sed cum egreditur extra regionem, imperium habet eorum quæ pertinent ad bellum. Præterea sacrificia deorumque ceremonie ei commissa sunt. Hæc igitur regia potestas est, quasi auctoritatem belli perpetuam habere. Visa enim necisque alicuius non habet potestatem, nisi dum bellum gerit, vt etiam apud antiquos fuisse videtur.

Significat

c Significat autem Homerus. Agamemnon enim male quidem audiens deprimebatur in congregationibus: egressis autem & interficiendi dominus erat. Dicit enim: Quem ego videro fugientem in prælio, non sufficiens erit sibi fugere canes vel vultures, apud me enim est mors. Vna quidem igitur species huius regni ducatus exercitus per vitam. Horum autem ij quidem secundum genus sunt, ij autem eligibiles.

d Præter hanc autem alia monarchia species, qualia erunt regna apud quosdam Barbarorum. Habent autem hæc omnia potentiam similem tyrannidibus. Sunt tamen secundum legem & paterna. Quia enim magis feruiles moribus sunt natura barbari quidem Græcis. Qui autem circa Asiam, iis qui circa Europam, sufferunt despoticum nihil contristari. Tyranni quidem igitur propter tale sunt.

e Secura autem, quia patria & secundum legem sunt. Et custodia autem regalis & non tyrannica propter talem causam. Cives enim custodiunt armis reges, tyrannos autem extranei. Ij quidem enim secundum legem & voluntariis, ij autem inuoluntariis principantur. Quare ij quidem & ciuibus, ij autem super cives habent custodiam. Duæ quidem igitur species hæc monarchia.

f Altera autem, quæ quidem erat in antiquis Græcis, quos vocant Æsymnetas. Est autem hæc, vt simpliciter est dicere, electa tyrannis. Differens autem à barbarica, non eò quod non secundum legem, sed eò quod non patria sit solum. Principabantur autem ij quidem per vitam principatu hoc, ij autem vsque ad quædam determinata tempora vel actiones.

g Qualem elegerunt quandoque Mitylenæi Pittacum aduersus profugas, quibus præerant Antimenides & Alcæus poëta. Significat autem Alcæus, quod elegerunt Pittacum tyrannum, in quodam scholiorum versuum: increpat enim, quia malum patriæ Pittacum præfecerunt ciuitati sine felle, & grauis felicitatis, tyrannum quidem laudantes simul collecti. Hæc quidem sunt & erant: quia enim tyrannicæ erant, despoticæ: quia autem electæ & voluntariorum, regale.

h Quarta autem species monarchia

Quod ostendit Homerus. Nam Agamemnon in concionibus maledictis & iurgis vexabatur, sed cum à concione digressus in prælio erat, occidendi habebat potestatem. Itaque inquit: Quem ego procul à pugna fugientem conspexero, non sibi sat erit fugere canes & aues, nam penes me occidendi potestas. Vna ergo species regia est auctoritas belli perpetua. Et quandoque per genus, quandoque per electionem huiusmodi regnum obtinetur.

Est & alia insuper monarchia species, qualia sunt apud quosdam barbaros regna. Vna habentia proximam tyrannidi: licet sit legitima, & secundum morem patriæ. Ob id enim quia magis apta sunt ad seruiendum nationes Barbarorum, quam Græcorum, & eorum qui incolunt Asiam, quam eorum qui Europam, præferunt seruire iugum a quo animo. Et ob hoc tyrannica sunt huiusmodi regna.

Sed habent securitatem, quia more vt legibus consistunt. Et ea de causa custodiam habent regiam, non tyrannicam. Reges enim à ciuibus custodiuntur, tyranni verò ab externis mercede conductis. Et reges secundum leges, & volentibus, tyranni verò inuitis dominantur. Itaque alteri à ciuibus custodiuntur, alteri contra cives custodiam parant. Sunt igitur hæc, de quibus dictum est, duæ species monarchia.

Tertia est species, vt antiquitus in Græcia fuere, quos vocabant Æsymnetas. Est autem hæc, vt simpliciter dicamus, electa tyrannis, differens à barbarica, non eò quod non legitime, sed eò quod non consuetè. Potestas autem huiusmodi, aut uiuente eo durabat, aut tempore quodam præfinito, vel rebus gestis finiebat.

Qualem elegerunt quandoque Mitylenæi Pittacum aduersus exules suos, quibus præerant Antimenides, & Alcæus poëta. Ostendit hoc Alcæus in quodam loco suorum carminum: increpat enim, quod Pittacum hominem obscuri generis, & sine felle, laboranti ciuitati præfecerint tyrannum. Huiusmodi igitur species, quia tyrannica sunt, dominationem habent: quia verò electiua sunt & volentium, regia.

Quarta species regni est, quales erant regalis,

regalis, quæ secundum Heroica tempora voluntariæ & patriæ factæ secundum legem. Quia primi fuerunt benefactores multitudinis secundum artes, aut bellum, aut quia collegerunt, aut emerunt regionem, facti fuerunt reges voluntariorum, & successiuè sumentibus patrij.

i Domini autem erant præfulatus secundum bellum, & substantiarum quæcunque non sacerdotales, & cum iis sententias iudicabant. Hoc autem faciebant ij quidem non iurantes, ij autem iurantes. Iuramentum autem erat sceptri eleuatio.

k Qui quidem igitur in antiquis temporibus & super ea quæ penes ciuitatem & quæ popularia, & quæ circa confinia, continuè principabantur. Posterius autem hoc quidem permittentibus ipsis regibus, hoc autem turbis occupantibus, in aliis quidem ciuitatibus patriæ substantiæ remanserunt regibus solum: vbi autem dignum est dicere regnum in confiniis bellicorum, ducatum solum habebant.

l Regni quidem species hæc quatuor numero: vna quidem quæ circa Heroica tempora: hæc autem erat voluntariorum quidem, in quibusdam autem determinatis. Dux enim exercitus, & iudex, erat Rex, & eorum quæ ad Deos, dominus. Secunda autem quæ barbarica: hæc autem ex genere principatus despoticus, secundum legem. Tertia autem quam Æsymneticam appellant: hæc autem est electa tyrannis. Quarta autem quæ Laconica: hæc autem est (vt simpliciter est dicere) ducatus exercitus secundum genus perpetuus. Hæc quidem igitur hoc modo differunt ab inuicem. Quinta autem species regni, quando fuerit omnium dominus existens, sicut vnaquæque gens & ciuitas vnaquæque communium, ordinata secundum œconomiam: sicut enim œconomia regnum quoddam domus est, ita regnum ciuitatis, & gentis vnus, vel plurium œconomia.

m Ferè itaque duæ sunt (vt dicere) species regni, de quibus considerandum: hæc quidem, & Laconica. Aliarum enim multæ intermediae harum sunt: pauciorum quidem enim domini quam regnum, plurium autem sunt quam Laconicus. Quare consideratio ferè de duobus est. Vnum quidem,

heroicis temporibus spontanea & secundum morem, & legem. Propter beneficia enim à primis collata in populos, vel per artes, vel per bellum, vel per congregationem in vnum, vel per acquisitionem regionis, delatum fuit eis regnum de populorum voluntate, & successoribus id erat secundum patriam morem.

Hi & imperium habebant belli, & rei diuine cultum exercebant, nisi talia essent sacrificia, quæ sacerdotem requirerent, & præterea de controuersis iudicabant: & hoc faciebant alij iureiurando præstito, alij sine iureiurando. Erat autem illis iureiurandum per sceptri eleuationem.

Veteres igitur illi reges, antiquis temporibus, ciuitates, & gentes, & nationes externas, continuè gubernabant. Postea verò partim ipsis regibus dimittentibus, partim multitudine detractante, illud solum in quibusdam ciuitatibus relictum est regibus, vt ceremoniarum erga deos haberent facultatem, ac belli duces in externis essent.

Regia ergo potestatis tot sunt species, quatuor videlicet: vna qualis erat temporibus Heroicis, volentium scilicet, & in quibusdam determinatis rebus. Dux enim belli, & iudex controuersiarum erat Rex, & dominus ceremoniarum erga deos. Altera erat barbarica ex progenie, scilicet dominatio, secundum leges tamen. Tertia quam Æsymneticam vocant, quam esse diximus electiuam tyrannidem. Quarta Laconica: ea autem est, vt simpliciter dicam, imperium belli in quodam genere perpetuum. Ista quidem igitur per hunc modum inter se differunt. Quinta regni species est, quando vnus omnium habet potestatem, quemadmodum vnaqueque gens, & ciuitas vnaqueque publicè ordinata ad exemplar gubernationis domus. Vt enim gubernatio patrisfamilias est regia quædam potestas domi, ita regia potestas est ciuitatis, & gentis vnus, aut plurium, quasi domestica quædam gubernatio.

Ferè autem duæ sunt regni species, de quibus considerationem facere expedit: vna hæc de qua diximus, altera Laconica. Nam aliarum pleræque inter has media sunt: pauciorum enim domina quam omnimoda potestas regia, plurium verò quam Laconica. Itaque consideratio ferè circa duo versatur. Vnum conducatur ciuitatibus

utrum expediat civitatibus ducere exercitus perpetuum esse, & hunc, vel secundum genus, vel secundum partem, aut non expedit. Vnum autem, utrum quidem vnum expedit dominum esse omnium, vel non expedit.

De tali quidem igitur ducatu exercitus considerare habet magis legum speciem considerans quam politiam: in omnibus enim politiis contingit hoc fieri: quare dimittatur primum. Reliquus autem modus regni politiam species est: quare de hac oportet considerare, & dubitationes quæ insunt, transcurrere.

CAPVT IX.

Postquam Arist. determinavit de politiis in communi, determinat de eis in speciali, & primò de regno quod dicit esse optimam. Vnde circa hoc duo facit. Primò enim determinat quid sit regnum, & quot eius species, & hoc in isto capitulo. Secundò mouet dubitationes quæ sunt circa regnum, & soluit eas, ibi, *Principium autem inquisitionis*, &c. Istud autem capitulum diuiditur in duas partes. Primò enim diuisum & distinctè agit de quatuor generibus regnorum. Secundò colligit simul epilogaliter, ibi, *Regni quidem igitur species*, &c. Prima harum diuiditur in quatuor. In prima quarum determinat regnum quod est ducatus exercitus. In secunda regnum barbaricum, ibi, *Præter hanc autem alia monarchia*, &c. In tertia regnum despoticum, ibi, *Qui autem circa Asiam*, &c. In quarta regnum Æsymmetum, ibi, *Altera autem que quidem erat*, &c. & in eadem parte adiungit regnum heroicum, ibi, *Quarta autem species monarchia*, &c. In prima harum tria facit. Primò continuat se ad prædicta, & rationem dicit continuationis. Secundò mouet questionem subiungendo quandam diuisionem, ibi, *Considerandum autem utrum*, &c. Tertio ponit modum secundum quem vult procedere, ibi, *Oportet itaque primò*, &c. Dicit ergo primò. Fortè autem bene post determinatas rationes, de communi scilicet politia, transire, supple, est conueniens, & id est, etiam considerare de regno. Et ponit rationem, ibi, *Dicimus enim rectarum politiarum vnam esse hanc*: sicut enim dicit in 8. Ethic. Illa est optima politia & principaliter inter alias, & corruptio eius pessima. Deinde cum dicit, *Considerandum autem utrum*, &c. ordinat questionem per tria membra, dicens: *Considerandum autem*, supple, est, utrum expediat futuræ bene habitari civitati & regioni rege regi, aut non. Et hoc est primum membrum. Et si, supple, non expedit, sed aliqua alia politia magis, supple, expedit civitatem & regionem regi sicut democratia & aristocratia. Et hoc est secundum membrum. Et ponit tertium. Vel aliquibus quidem expedit, aliquibus autem non. Hæc enim tria tra-

perpetuum belli ducem habere, & hunc vel per genus, vel per electionem. Alterum, conducaturne vnum habere potestatem omnium, an non.

De duce igitur belli considerare ad leges potius pertinet, quam ad aliquam speciem Reipublicæ: nam in omni Republica id cadere potest: quare dimittamus hanc primam partem. De rege autem, quoniam hæc est vna gubernandi legitima species, considerare oportet, & dubitationes quæ in ea cadunt, percurrere.

Etanda sunt in hoc tractatu. Deinde cum dicitur Oportet itaque primo, &c. habita diuisione ponit modum procedendi, dicens, quod oportet considerare multipliciter regni. Et hoc est. Oportet itaque primò videre utrum vnum aliquod genus est ipsius, regni scilicet, vel plures habeat differentias, scilicet secundum diuersum modum regiminis.

Et statim determinat questionem, ibi, *Facile itaque hoc addiscere*, supple, est, quod plura genera continet, scilicet regnum, & principatus, supple, regni, modus non est vnus omnium, id est, in omni scilicet ciuitate & regione. Et dat exemplum, ibi, *Qui enim in Laconica politia*, supple, reguntur (Est autem Laconica prouincia pars Italia, quæ quondam magna Græcia dicebatur, ut dicit Hieronymus, in qua fuit palatium Memnonis Regis, cui successit Menelaus) videtur quidem esse regnum, hoc, supple, maximè eorum, id est, de numero eorum regnorum, quæ secundum legem, supple, regebantur: & idè etiam in primis ponitur inter regna. Et subdit, quod hoc regnum restrictam habuit potestatem, quia nec omni dominabatur, nec semper, ibi, *Non est autem dominans omnium*, sed quando exierit regionem, id est, mouerint forensibus bella distantibus, dux est eorum quæ ad bellum, id est, quæ exiguntur ad belli & exercitus dispositionem. Adhuc autem quæ ad Deos, id est, quæ ad sacra pertinent, sicut dispositio sacerdotum, sacrificiorum, & festorum, attributa sunt regibus, supple, in regione Laconica. Et super alia non habebat potestatem. Vnde sequitur. Hoc quidem igitur regnum vult ducatus quidam exercitus imperialis, id est, quo imperare potuit tantum, & perpetuus est, quia ad vitam talis Rex constituebatur. Et ostendit qualiter restrictam habuerit potestatem in puniendo forte facta subditorum, ibi, *Occidendi enim non dominus*, supple, nec puniendi, nisi in aliquo regno, id est, regno sui ducatus, quod scilicet dux erat exercitus, tunc enim & in illis occidendi habuit potestatem, sed non alibi, quemadmodum sub antiquis in bellicis exercitiis promptus, supple, ad ducendum exercitum, potens lege, id est, tunc poterat legem dare de puniendo vel occidendo transgressore sibi non obediens.

Et

Et hoc probat per Homerum, ibi, Significat autem Homerus, hoc scilicet quod dictum est. Agamemnon enim Rex male quidem audiens, id est, exaudiens statuta communis populi, deprimebatur in congregationibus, scilicet quia noluerunt eum regnare super se: egressis autem, supple, exercitibus ad bellum, quorum dux fuit, & id est, etiam interficendi dominus erat. Et hoc probat per comminationem quam fecit. Dicit enim: *Quem ego video fugientem è prælio*, non sufficiens erit sibi fugere canes vel vulvres. Et hoc idem etiam ponit in 4. Ethic. cap. de fortitudine. Et ponit rationem, ibi, *Apud me enim est mors*, id est, habeo potestatem occidendi. Deinde ponit epilogum de hoc regno, ibi, *Vna quidem igitur species hæc regni ducatus exercitus*, id est, quæ est ducatus exercitus per vitam: regnabant enim per totam vitam. Et tangit duos modos huius regni, ibi, *Horum autem hi quidem secundum genus sunt*, ita scilicet quod filij succedant patribus, in illo principatu: hi autem, scilicet alij, eligibiles, ita scilicet quod in quolibet bello noui duces exercituum eligebantur.

Deinde cum dicit, *Præter hanc autem alia*, &c. determinat de bello barbarico: sed quia potius transgressio est quam regnum, idè quatuor dicit de illo. Primò quale est. Secundò propter quid est. Tertio quomodo conseruatur. Quarto quomodo custoditur Rex in regno illo. Et hoc est. Præter hanc autem, scilicet monarchiam alia monarchiam species, supple, est. Monarchia est principatus in quo tantum vnus regnat. Et tangit qualitatem eius, ibi, *Qualia sunt regna apud quosdam barbarorum*. Habent autem hæc omnia, scilicet regna barbarica, potentiam similem tyrannidibus, id est, oppressiuam & coactiuam. Tyranni enim, sicut dicit in 8. Ethic. est opprimere subiectos ad vtilitatem propriam, non ipsorum subiectorum, sicut dicitur fuisse regnum Siciliae sub Dionysio tyranno, qui delectabatur nouis penis cruciare homines, & de craneis hominum scyphos facere, de quibus biberet. Sunt tamen secundum leges paternas. Hoc quod dicit paternas, diminuit rationem legis: quia, ut sæpius dictum est, lex est iustum asciscens honestum, prohibensque contrarium: & talibus legibus non vntur regna illa, sed paternis, id est, institutionibus patrum suorum ad oppressionem inductis, quæ vim legis non habent nisi ex antiqua consuetudine patrum. Et subdit causam, ibi, *Quia enim magis seruales moribus sunt natura barbari quidem Græcis*. Et vocat seruales mores oppressiuos, ed quod serui opprimantur: sicut etiam in iure dicitur communiter, quod seruorum genus non nisi per verbera corrigitur. Deinde cum dicit, *Qui autem circa Asiam*, &c. determinat de regno despotico, & dicit: *Omnium autem circa Asiam*, supple, sunt barbari, his qui circa Europam, supple, sunt magis seruales, idè, supple, sufferunt despoticum principatum (Est autem despoticum principatus domini in seruum, sicut in primo dictum est) nihil contristati: & hoc idè quia pro iure habetur quod ab institutione patrum descendit. Et dat causam, ibi, *Tyranni quidem igitur propter*

D. Albert. Mag. Politic.

tale sunt, scilicet quod vtuntur oppressiuâ potestate in subiectos.

Secura autem, supple, est talis monarchia, ita quod subditi seditiones non mouent: quia paterna & secundum legem sunt, id est, secundum institutiones paternas obseruata & consueta: aliter enim tyranno non esset securum dominari. Deinde ponit de custodia illius regni, ibi, *Custodia autem regalis & non tyrannica propter talem causam*. Et dat differentiam inter custodiam regalem & tyrannicam, ibi, *Ciues enim custodiunt armis reges, tyrannos autem extranei*. Reges etiam barbarorum custodiuntur à ciuibus, & in hoc sunt regales. Et subdit vterius differentiam. Hi quidem enim, scilicet reges barbari secundum legem, id est, paternas institutiones, & voluntariis, quia voluntariè subiiciunt se eis: hi autem, scilicet tyranni inuoluntariis principantur: & idè non esset eis secura custodia ciuium, sed oportet eos vti custodia extraneorum. Vnde sequitur. *Quare*, id est, propter quod, hi quidem à ciuibus, supple, reges, ij autem, supple, tyranni super ciues habent custodiam, supple, ne ab ipsis ciuibus interficiantur, quibus sunt infesti & inuoluntarij. Deinde ponit conclusionem epilogalè de duobus dictis regnis, ibi, *Dux quidem igitur species hæc monarchiam, supple, sunt, scilicet bellica, & barbara*. Deinde cum dicit, *Altera autem quæ quidem*, &c. determinat de regno Æsymmeto, & dicit: *Altera autem*, supple, monarchia, quæ quidem erat in antiquis Græcis, quos vocant Æsymneras. Et fuerunt primi duces Græciam inhabitantes, sicut in Timæo Platonis dicitur, quod Athen. docetur, quod prima militia electa iuuentute constituitur. Et hoc est quod etiam hic exponendo addit. Est autem hæc, scilicet monarchia, vt simpliciter est dicere, id est, vniuersaliter dicere, electa tyrannis: quia, vt dicit Plato, electa iuuentus eligebarur ad tales oppressiones exercendas & repellendas: & propter hoc etiam sedes in finibus regionis accipiebant, vbi primus est insultus hostium. Et ponit differentiam inter hoc regnum & barbaricum, dicens quod hoc regnum non differt à barbarico, ed quod sit secundum legem. Vtrumque enim secundum legem est, & illud & istud, ita quod lex vocetur institutio paterna. Et hoc est. Differens autem à barbarica, scilicet monarchia, non ed quod non secundum legem, sed ed quod non patria sit solum. Hoc enim regnum principabatur etiam extraneis quos subiicere potuit. Et dat differentiam in istis principatibus, ibi, *Principabantur autem*, supple, in tali regno, hi quidem per vitam principatu hoc: ij autem, id est, alij principes in eodem regno vsque ad quædam tempora determinata, qui erant quasi quidam præfecti in quibusdam locis constituti ad tempus, sicut & modo videmus fieri in Lombardia, vel actiones, id est, duces exercitus non principabantur, nisi quamdiu ducebant exercitum in bellis tanrû, sicut paulò antè dictum est de regno Agamemnonis. Et de hoc regno inducit exemplum, ibi, *Qualem elegerunt quandoque Mitylenæi* (& est Mitylenia insula iuxta Siciliam posita in mari) *Pirracum aduersus profugas, quibus præ-*

Q 2 erant

erant Antimenides & Alcæus poëta. Fuit autem Antimenides dux, Alcæus autem legislator: isti enim congregauerunt peregrinum exercitum profugatum, & infestabant insulam, contra quos repellendos elegerunt Mitylenæi Pittacum. Et dicit poëma Alcæi: Significat autem Alcæus, quoddam elegerunt Pittacum tyrannum in quodam scholiorum versuum. Scholium dicitur, ut dicit Maximus, quod in margine iuxta textum versuum ponitur, & exponit ea quæ in eo continentur, & dicitur à Græco ἀπολογία, quod est disciplina, sicut & Glossa dicitur à Græco γλώσσα, quod est lingua: quia textum loquitur. Et exponit quid dixerit Alcæus subdicens, Increpat enim, scilicet Alcæus Mitylenæos, quia malum patriæ Pittacum præfecerunt ciuitati sine felle: ciues enim ciuitatis sine felle erant, & fellicum hominem præferunt, ut refugas legum & patriæ fellicum repellerent. Et ulterius subdit verba Alcæi. Et grauis felicitatis tyrannum, scilicet Pittacum, quidam laudantes simul collecti, supple, præfecerunt ciuitati. Deinde subdit epilogalem conclusionem de tribus regnis, ibi, Hæ quidem sunt, supple, regna, & erant ab antiquo scilicet. Et ponit qualitatem eorum in communi, ibi, Quia enim tyrannicæ, scilicet erant tales monarchiæ, erant despoticæ, id est, seruilium dominiæ: quia autem electæ & voluntariorum, supple, erant, regales. Rex enim dominatur voluntariis & liberis.

b Deinde cum dicit, Quarta autem species, &c. determinat de regno heroico, quod est quarta regni species, & circa hoc quatuor facit. Primò enim describit heroicum regnum. Secundò ostendit qualiter instituebatur, & quid habebat pro possessione, ibi, Domini autem erant præsulatus, &c. Tertio quomodo dilatabatur, ibi, Qui quidem igitur in antiquis temporibus, &c. Quarto conclusionem epilogalem, ibi, Regni quidem species, &c. Dicit ergo primò: Quarta autem species monarchiæ regalis, supple, est, quæ secundum heroica tempora, scilicet Priami & Aeneæ & Hectoris, voluntariæ: voluntate enim libera subditi elegerunt tales reges. Et ponit causam, ibi, Et patriæ factæ, sunt, supple, secundum legem: quia secundum leges honestas principabantur. Et subdit rationem, ibi, Quia primi fuerunt benefactores multitudinis secundum artes aut bellum: secundum artes, quia primi viles artes docuerunt in ciuitatibus: secundum autem bellum, quia primi docuerunt mouere iustum bellum contra Colchos pro aureo velle, contra Græcos pro destructione Troiæ. Et ponit aliam causam quare regnabant tales, ibi, Aut quia collegerunt, supple, populum terræ in ciuitates, aut emerunt regionem, facti fuerunt reges voluntariorum, & successiuè summentibus, supple, principatus per successionem patris, supple, facti sunt, id est, paterni iuris successores.

i Secundò, ibi, Domini autem erant, &c. ostendit quam potestatem habebant, & dicit: Domini autem erant præsulatus secundum bellum, præfunt enim ut duces exercitus, & substantiarum, id est, facultatum facti sunt domini, quæcumque, scilicet substantiæ, non

sacerdotales, supple, erant. Et huius causam dicit in primo metaph. quia omnibus existentibus ad necessitatem & voluptatem, in scholam intrare concessa est sacerdotum gens, ut liberalibus intendere posset studium: propter quod etiam, ut dicit idem ibidem, scientiæ dicuntur liberales, quia scilicet propter se, non propter aliquod lucrum quæsitæ sunt: sicut enim dicit ibidem, liberum dicimus qui causa sui est. Deinde ponit in quo habebant potestatem tales reges, ibi, Et cum iis sententias iudicabant, scilicet in causis ad prætorium pertinentibus. Et determinat quod dupliciter constituebantur ad hoc, ibi, Hoc autem faciebant, scilicet sententias iudicantes i ij quidem non iurantes, quia sine iuramento: quia sicut dicitur in 5. Ethic. Iudex debet esse sicut iustum animatum: ij autem iurantes, quod iustas darent sententias. Iuramentum autem erat sceptri eleuatio, sicut & nunc quando iuramus, manus eleuamus.

k Tertio cum dicit, Qui quidem igitur in antiquis, &c. agit de dilatarione regni, dicens: Qui quidem igitur in antiquis temporibus, & super ea quæ penes ciuitatem, id est, in territorio ad ciuitatem pertinente, & quæ popularia, id est, ad populum pertinentia, & quæ circa confinia continuè, scilicet ciuitatis principabantur. Posterior autem hoc quidem permittentibus ipsis regibus, hoc autem turbis occupantibus, in aliis quidem ciuitatibus patriæ, supple, etiam principabantur, & sic dilatarum est regnum, & factum est imperium, & in talibus subiectis patriæ substantiæ, id est, facultates remanserunt regibus solum: ubi autem dignum est dicere regnum in consiniis bellicorum, quæ defendebant pugnantes pro eis, ducatum solum habebant.

l Quarto, ibi, Regni quidem species, &c. ponit epilogalem conclusionem, dicens: Regni quidem species hæc quatuor numero: vna quidem quæ circa heroica tempora. Et incipit hæc pars in qua summam recolligitur quicquid dictum est, & incipit ab vltima ponens eam primò: quia verius participat rationem regni: & addit vnam monarchiam quintam, quam prius non posuerat, & in summa reducit omnes ad duas: & hæc tria hæc dicuntur. Et hoc est. Vna quidem quæ circa heroica tempora: hæc autem erat voluntariorum quidem, voluntariè enim subiciebant se talibus dominis, in quibusdam autem determinatus, non in omnibus. Et addit in quibus, ibi, Dux enim exercitus, & iudex, supple, in causis, erat Rex, & eorum quæ ad Deos, dominus, sicut paulò antè dictum est. Secunda autem quæ barbarica, & illam describit in summa, dicens: Hæc autem est ex genere, id est, generaliter dicatur principatus despoticus, id est, dominius super seruales personas, secundum legem. Despoticus enim principatus legibus ordinatur, sicut dictum est in primo. Tertia autem quam Æsymneticam appellant, hæc autem est electa tyrannis, quod patet per antecedentia. Quarta autem quæ Laconica: & hæc etiam patet per prædicta. Hæc autem est (ut simpliciter est dicere) ducatus exercitus secundum genus perpetuus, id est, secundum generis successionem

à patre in filios & sic deinceps, & hoc fuit Agamemnonis, ut dictum est. Et subdit conclusionem generalem de iis quatuor, ibi, Hæ quidem igitur hoc modo differunt, ab inuicem scilicet, ut prius dictum est. Deinde cum dicit, Quinta autem species regni, &c. apponit quintam dicens. Quinta autem species regni quando fuerit omnium dominus existens, sicut vnaquæque gens, & ciuitas vnaquæque communium, id est, communitatum populi ordinata secundum œconomiam. Omnis enim communitas oportet quod ordinetur ad vnum caput: quia aliter esset acephala: quia non est corpus, cuius membra ad vnum caput non ordinantur, sicut dicit Canon, quòd grues sequuntur vnam ordine literato. Qualiter autem sit ordo secundum œconomiam, exponit subdicens, ibi, Sicut enim œconomia regnum quoddam domus est, ita regnum ciuitatis & gentis vnius vel plurium, supple, est œconomia: quia sicut familia ordinatur ad vnum, qui regit omnes, qui est paterfamilias: ita communitas ciuitatis ordinatur ad vnum, qui est Rex ordine legis.

m Deinde cum dicit, Ferè itaque duæ, &c. reducit omnes ad duas, dicens. Ferè itaque duæ sunt (ut est dicere) species regni de quibus considerandum, scilicet in hac scientia. Et tangit eas in communi, ibi, Hæc quidem, scilicet quæ communis vltro dicta est, & Laconica, quæ scilicet similis est ducatu exercitus. Illæ enim duæ sunt extremæ. Vnde sequitur. Aliarum

CAPVT X.

An ab optimo viro vel ab optimis legibus gubernari magis expediat. Et verum regnaturus potestatem habere debeat, quæcos qui parere non possunt, vi cogere possit. Et quid Regi congruat, quid optimatibus, quid reip.

Pincipium autem inquisitionis est hoc, utrum expediat magis ab optimo viro regi, vel ab optimis legibus.

b Videtur itaque putantibus expedire, à Rege regi, vniuersale solum leges dicere, sed non ordinare ad ea quæ eueniunt: quare in quacumque arte principari secundum literas, miserum. Et quidem in Ægypto post tertium diem mouere licet medicis: si autem prius, in suo periculo. Manifestum igitur, quòd non est quæ secundum literas & leges, optima politia propter eandem causam.

c At vero & illum sermonem vniuersalem oportet existere principibus: valentius autem cui non adest quod passionale omnino, quam cui connaturale. Legi quidem igitur hoc non inest, humanam autem animam necesse hoc habere omnem.

d Sed fortè dicit utique aliquis, ut contra hoc consiliabitur de singularibus melius.

e Quod quidem igitur necesse ipsum esse legislatorem, palam: & ponere leges, sed non dominos, quam trans-

D. Alb. Mag. Politic.

CAPVT X.

Caput verò huius questionis est, utrum expediat magis ab optimo homine regi, vel ab optimis legibus gubernari.

Qui gubernationem hominis præferunt, aiunt leges solum vniuersaliter providere, non autem ad singularia ordinari: itaque in quacumque arte literis præcipere fatuum esse. Et in Ægypto post tertiam diem, mouere licet medicis: quod si prius, periculo id agunt suo. Patet ergo propter eandem causam, non esse per literas & leges optimam gubernationem.

At qui & illam adesse oportet gubernantibus vniuersalem rationem: & melius certè, cui non adest turbatio aliqua omnino, quam cui naturaliter inest. Hac igitur turbatione lex caret, mens verò humana non caret.

Sed forsàn dicit aliquis, quod per huiusmodi rationem probabilius deliberabit circa singula.

Quod igitur necesse sit ipsum legis conditorem esse, ac leges poni, manifestum est, sed non inuolabiles, quatenus trans-

Q 3 gradium

grediuntur: quoniam de aliis oportet esse dominos: quæcumque verò non possibile legem iudicare, vel omnino, vel bene, virum vnum oportet optimum principari, vel omnes.

f Etenim nunc conuenientes disceptant, & consulantur, & iudicant. Hæc autem sunt iudicia omnia de singularibus. Secundum vnum quidem igitur comparatus quicumque fortè deterior: sed est ciuitas ex multis, sicut concœnatio comportata pulchrior vna & simplici: propter hoc & iudicat melius turba multa quam vnus quicumque.

g Adhuc magis in differens quod multum, quemadmodum aqua amplior, sic & multitudo paucis magis in differens. Vno autem ab ira obtento, vel ab alia aliqua passione tali, necessarium corrumpi iudicium. Ibi autem habent difficile simul omnes imperu ferri & peccare. Sit autem multitudo qui liberi nihii præter legem agentes, nisi de quibus necessarium deficere ipsam.

h Si autem non hoc facile in multis, sed si plures sint boni viri & ciues, vtrum vnus magis incorruptibilis princeps, vel magis plures quidem numero, boni autem viri? an palam quod plures?

i Sed ij quidem diuisiones facient, vnus autem sine seditione. Sed ad hoc contraponendum fortè, quod studiosi secundum animam sicut & ille vnus.

k Si itaque plurium principatum, bonorum autem virorum omnium Aristocratiam ponendum, cum autem qui vnus, regnum, eligibilior vtiue erit ciuitatibus Aristocratia, quam regnum (& cum potentia, & sine potentia existente principatu) si sit accipere plures similiter.

l Et propter hoc fortè rege regebantur prius: quia rarum erat inuenire viros multum differentes secundum virtutem, aliter & tunc paruas habitabant ciuitates. Adhuc autem à beneficio instituebant reges, quod quidem est opus bonorum virorum.

m Quoniam autem euenit fieri multos similes ad virtutem, non adhuc sufferebant, sed quærebant commune aliquid, & politiam instituerunt.

n Quoniam autem deteriores facti, opulenti facti sunt à communibus,

grediuntur. Nam in ceteris quidem inuolabiles esse oportet. At de quibuscumque lex, aut providere non potest omnino, aut non bene providere, vtrum in his vni viro optimo danda sit potestas, vel multis.

Etenim nunc plures simul cognoscunt de causis, & deliberant, & iudicant. Sunt autem huiusmodi iudicia de singularibus. Et cum vnusquisque per se fortasse deficiat, ciuitas autem ex multitudine consistet: ut conuiuium ad quod plures conferunt, melius est quam vna atque simplex mensa: sic iudicia multorum sæpè meliora sunt, quam vnus cuiusque.

Præterea multitudo minus subiacet corruptioni, quemadmodum aqua magna congeries, sic etiam plures quam pauci incorruptibiles sunt. At cum vnus iudicat, si ira, vel alia huiusmodi perturbatio vincat, necessarium est iudicium corrumpi. Sed in multitudine difficile foret omnes irasci atque errare. Sit autem multitudo liberorum hominum, qui nihil agant præter legem, nisi in quibus lex ipsa necessario deficiat.

Quod si hoc non facile in pluribus, si plures sint boni viri & ciues, vtrum incorruptior erit vnus in gubernando, vel cum erant plures, & boni omnes? An patet quod plures?

Enimvero plures inter se factionibus contendunt. Vnus autem non contendit, sed aduersus hoc forsitan ponendum est, quod studiosi viri sunt omnes ut ille vnus.

Si ergo plurium gubernatio, bonorum autem virorum omnium, optimatum dicitur, vnus autem regnum, optabilius esset ciuitatibus, ab optimis gubernari, quam à rege (Et cum potestate, & sine potestate) modo reperiri queant plures similiter.

Et ob hoc forsitan rex ab initio repertus esset, quod difficile erat viros plures excellenti virtute reperiri, præsertim cum tunc ciuitates parue forent. Præterea ob beneficia accepta reges creauere, quod opus est bonorum virorum.

Sed cum postea contingeret, ut plures pari virtute reperirentur, non amplius tolerarunt regem, sed commune quiddam querentes Respublicas constituerunt.

Cum vero deteriores facti, lucrum sibi quarent ex gubernatione Respublicarum hinc

hinc rationale factas esse oligarchias. Honorabiles enim fecerunt diuitias.

o Ex iis autem primò in tyrannides transmutabantur.

p Ex tyrannidibus autem in democratiâ. Semper enim ad pauciores ducentes propter turpe lucrum fortior rem ipsam multitudinem fecerunt, ut insurgerent & fierent democratiâ. Quoniam autem & maiores accidit esse ciuitates, fortè neque facile iam fieri politiam aliam præter democratiâ.

q Si vero aliquis ponat optimum ciuitatibus à rege regi, quomodo se habebunt quæ de natis? vtrum & genus oportet regnare? sed genitorum quales quidem contingunt, nocium. Sed non tradet dominus existens natis, sed non facile adhuc hoc credere. Difficile enim & maioris virtutis, quam secundum humanam naturam.

r Habet autem dubitatione & de potentia, vtrum oportet habere regnaturum robur aliquod circa ipsum, quo possit cogere non volentes obedire, aut qualiter contingit principatum dispensare. Si enim secundum legem sit dominus, nihil agens secundum suam voluntatem præter legem, tamen necessarium existere ipsi potentiam qua custodiet leges.

s Fortè quidem igitur quæ circa regem talem, non difficile determinare. Oportet enim ipsum quidem habere potentiam, esse autem tantam potentiam, ut sit ea quæ singulorum & vnus & simul plurium maior, ea autem quæ multitudinis, minor, quemadmodum antiqui custodias dederunt, quando præfecerunt ciuitati quendam, quem vocabant Æsymnetem vel Tyrannum: & Dionysio, quando petebat custodias, consuluit quidam Syracusanis dare tot custodias.

t De rege autem qui secundum suam voluntatem omnia agit, sermo instat nunc & facienda consideratio: qui quidem enim secundum legem rex, non est species regni, sicut diximus. In omnibus enim contingit esse ducatum exercitus perpetuum, puta in democratiâ & aristocratiâ, & multi faciunt vnum dominum dispensationis. Talis enim quidem principatus est & circa Epidamnum & circa Opunta, Opunta autem circa aliquam partem minor est.

rum, paucorum hinc potentiam exortans fuisse credendum est. Honorabant enim diuitias.

Ex his vero in tyrannides transire.

Ex tyrannis rursus ad plebem. Semper enim ad pauciores redigentes propter quæstus cupiditatem, multitudinem corrobauerunt, ut tandem insurgens multitudo ad popularem statum ciuitates redegerit. Factis nempe maioribus ciuitatibus, non facile est ad aliam quam popularem gubernandi speciem remanere.

Sua autem quis ponat optimum esse ciuitatibus à rege gubernari, quomodo fiet in filiis? vtrum per genus erit successio? At si natorum qualecumque, perniciosum est, sed non relinquet regnum huiusmodi natis rex, cum id in sua sit potestate: at non facile iam est in hoc fidem habere. Arduum enim ac maioris virtutis est, quam secundum humanam naturam.

Quæstio est etiam, vtrum habere debeat, qui regnaturus est, circa se potentiam quandam, qua possit compellere non parentes, vel quomodo gubernationem exercebit. Si autem habeat potestatem à legibus concessam, & nihil ex voluntate sua faciat præter leges, tamen necessaria erit sibi potentia, per quam leges tueri queat.

Forsan quidem de huiusmodi rege non difficile est determinare. Nam oportet ipsum viri habere, sed tales, ut vnoquoque separatim, & simul pluribus potentior sit, populo tamen sit impotentior, ut antiqui solebant custodiam ciuitatis tradere, quando aliquem Æsymnetam vocitabant, vel tyrannum: & Dionysio sic postulanti circa habere aliquos custodias causa, consulit quidam Syracusanus tot esse dandos.

Verum de eo rege qui cuncta ex voluntate sua gerit, consideratio nunc est facienda. Nam ille qui secundum leges dicitur rex, non facit ut diximus, regia gubernationis speciem: quia in cunctis Rebus publicis cadere potest, ut sit quidam ducendo exercitus, quoties ciuitas bellum gerit, perpetuo præfectus, puta in populari statu, & optimatum gubernatione, pluresque auctoritatem vni committunt belli gerendi. Est autem talis quaedam deputatio apud Dyrachium, & apud Sipontinos, licet apud Sipontinos paulo restrictior.

a De vocato autem omnimodè rege (hoc autem est in quo Rex principatur omnibus secundum suam voluntatem) dicendum. Videtur autem quibusdam neque secundum naturam esse quod dominus sit communium civium vnus, vbi consistit ex similibus civitas.

x Similibus enim natura idem iustum, necessarium, & eandem dignitatem secundum naturam esse. Quare siquidem inæquales æquale alimentum habere, vel vestimentum nocivum corporibus, sic habent & quæ circa honores, similiter & inæquales.

y Propter quod quidem nihil magis principari, quam subiici, iustum est, & vicissim igitur eodem modo, hoc autem iam lex, ordo enim lex. Legem ergo principari eligibilis magis, quam civium vnum aliquem.

z Secundum eandem autem rationem hanc utique, si aliquos principari melius, hos instituendum servatores legis, & ministros legum. Necessarium enim esse quosdam principatus, sed non hunc vnum esse autem iustum, similibus existentibus omnibus.

aa At verò quæcumque non videtur posse determinare lex, neque homo utique poterit nota facere, sed vniuersale lex instituit reliqua iustissima sententia iudicare, & disponere principes, adhuc autem omnia dirigere dant quodcumque videbitur tentantibus melius esse positus.

bb Qui quidem intellectum iubet principari, videtur iubere principari Deum, & leges: qui autem hominem iubet, apponit & bestiam: quando enim concupiscentia tale, & furor principatum habuerit, tandem & optimos viros interimet: propter quod quidem sine appetitu, intellectus lex.

cc Exemplum autem artium videtur esse falsum, quod secundum literas medicari sit prauum, sed & eligibilis vti habentes artes. Ij quidem enim propter amicitias nihil præter rationem faciunt, sed accipiunt mercedem ægroto curantes: ij autem in politicis principatibus multa ad affectum & gratiam consueverunt agere. Quoniam & medicos quando suspicantur persuasos ab inimicis perimere propter lucrum, tunc eam quæ ex literis curam quærunt utique magis.

Sed regia illa potestas plenissima, per quam rex omnia ex voluntate sua gubernat, videtur quibusdam non esse secundum naturam, ut vnus omnium dominus sit civium, cum ex similibus civitas constet.

Nam similibus natura idem ius esse necessarium est, & eandem dignitatem secundum naturam. Quare ut parem habere impares alimoniam, aut vestem, nocivum est corporibus: ita & in honoribus res se habet. Similiter ergo & inæquale æqualibus.

Ex quo non magis præesse, quam subesse iustum est, & per vicissitudinem eodem modo. Et hæc iam lex, nam institutio lex est. Melius igitur ut lex dominetur, quam aliquis civium.

Eademque ista ratione, si quos præesse oportet, ita sunt præficiendi, ut custodes legum atque ministri. Necessarium enim esse aliquos magistratus cum potestate, sed non vnum hunc debere adiungi in civium paritate.

Quæcumque tamen videntur per legem quidem terminari non posse, per hominem verò cognosci posse, prudenter cauens lex adiungit, cetera iustissima intentione iudicari debere per eos qui iudiciis præsent, ac insuper emendare permittit quod videatur conantibus, ut melius disponantur, quam sicut iacet.

Qui igitur legem præesse iubent, videntur iubere Deum præesse, & leges: qui autem hominem iubet præesse, adiungit ad bestiam seuam: libido quippe talis est, atque obliquos agit etiam viros optimos, qui sunt in potestate: ex quo mens absque appetitu lex est.

Videtur autem de artibus falsum esse exemplum, quod secundum literas medicari vanum esset, meliusque fore si possidentibus arte utatur. Nam illi quidem nihil contra rationem per amicitiam agunt, nisi quod recusant mercedem accipere cum sanos fecerint: at in magistratibus multa per affectionem & gratiam consueverunt delinquere, cum si de fide medici timeretur, ac suspicio foret, nec suscepto ab inimicis pretio necare velit, tunc ex literis curam magis optarentur.

dd At

dd At vero medici ægrotautes inducunt ad seipfos alios medicos, & exercitatores puerorū cum sint in exercitio, inducunt exercitatores disciplinæ, tanquam non potentes iudicare quod verum: quia iudicarent de propriis & in passione existentes. Quare palam quod iustum quærentes, medium quærunt, lex enim ipsum medium.

ee Adhuc principaliores & de principalioribus quam hæc quæ secundum literas leges sunt, quæ secundum consuetudines. Quare si iis quæ secundum literas homo princeps est securior, sed non iis quæ secundum consuetudinem.

ff At verò neque facile prospicere multa vnum. Oportebit igitur multos esse sub ipso constitutos principes. Quare quid distet hoc à principio mox existere, vel vnum consistere hoc modo?

gg Adhuc, quod & prius dictum est, siquidem vir studiosus, quia melior, principari dignius: vno autem duo boni meliores, hoc autem est quod dicitur, Simul duobus venientibus. Et oratio Agamemnonis, Tales mihi sodales, ut non iam principari iustum.

hh Sunt autem & nunc de quibusdam principatus dominantes iudicio, sicut iudex, de quibus lex non potest determinare: quoniam de quibus potuit, nullus dubitat de iis, tanquam non utique optimè lex præceperit, iudicabit. Sed quoniam hæc quidem contingit comprehendere legibus, hæc autem impossibilia, hæc sunt, quæ faciunt dubitare, & quærere, vtrum optimam legem principari eligibilis, quam optimum virum? De quibus enim consiliantur, sunt impossibilia lege constituta esse. Non igitur hoc contradicunt, tanquam non necessarium esse hominem iudicantem de talibus, sed quod non vnum solum, sed multos: iudicat enim vnusquisque princeps eruditus à lege bene.

ii Inconueniensque forte utique esse videbitur si melius percipiat quis duobus oculis, & duabus auribus iudicans, & agens duobus pedibus, & manibus, quam multi multis. Quoniam & nunc oculos multos Monarchæ faciunt sibi, & aures, & manus, & pedes. Eos enim qui principatum, & ipsius sunt amici, faciunt comprincipes. Non amici quidem igitur existentes non faciunt se-

Atqui ægrotautes medici alios ad se medicos vocant, & magistri palaestra alios magistros, quasi nequeant verum discernere, qui de se propriis iudicant, & in affectu constituti sunt. Quare manifestum est, quod iustum quærentes, medium quærunt, lex enim medium.

Præterea validiores & de validioribus rebus leges sunt illæ quæ ex moribus proveniunt, quam quæ ex literis. Quare si minus fallitur homo quam hi qui secundum literas, non tamen qui secundum consuetudinem.

Atqui nec facile est vnum discernere. Opus erit ergo ut plures sint sub eo iudicantes. Itaque quid refert hoc statim ab initio providere, vel expectare ut ipse vnus alius ista committat?

Insuper, quod prius dicebatur, siquidem vir studiosus, quoniam melior sit, præesse debet: vno autem duo boni meliores sunt, hoc enim est, quod Homerus ait: Duo simul euntes. Et oratio Agamemnonis, Utinam tales mihi decem consultores adessent.

Sunt autem etiam nunc magistratus cum potestate iudicandi de quibusdam, cui iudex, de quibus lex providere non potest: nam de quibus lex determinare potest, nemo dubitaret. Sed cum quædam comprehendere legibus possint, quædam non possint, & hæc sunt illæ quæ dubitationem & questionem faciunt, vtrum melius sit ab optima lege, an ab optimo viro gubernari? Nam quæ in consultationem ventunt, de eisdem ferri legem impossibile est. Non igitur hoc aiunt, quod necessarium sit hominem in huiusmodi rebus iudicare, sed quod non vnum solum, sed plures: iudicat enim vnusquisque in magistratu bene, si sit eruditus primo à lege.

Forfan verò absurdum videri posset, si melius cernat duobus oculis, & duabus auribus audiat, & duobus pedibus, duabusque manibus agat, quam plures pluribus: cum & nunc quidem reges & tyranni oculos plures sibi comparent, & aures, & manus, & pedes, præficiendo amicos, & curationem rerum eis committendo: qui nisi sint amici, non faciunt secundum illorum intentionem: si verò sint amici, & status eundem

eundem Monarchæ voluntatem : si autem amici , & illius principatus quoque amicos fortè , & similes . Quare si hos æstimat oportere principari æquales , & similes principari æstimat oportere similiter . Quæ quidem igitur dicunt dubitantes aduersus regnum , fere hæc sunt .

kk Sed fortè hæc in aliquibus quidè habent hoc modo , in aliquibus autem non sic . Est enim aliquid natura despoticum , & aliud politicum , & iustum , & conferens : tyrannicū autem non est secundum naturam , neque aliarū politicarum quæcumque transgressiones sunt : hæc enim fiunt , quæ præter naturā . Sed ex dictis manifestum , quod in similibus quidem & æqualibus , neque iustum , vnum dominum esse omnium , neque non existentibus legibus , sed ipsum , tanquam sit lex , neque legibus existentibus , neque bonum bonis , neque non bonis non bonum , neque si secundum virtutem melior sit , nisi modo quodam . Quis autem modus , dicendum . Dicitur autem æqualiter , & prius .

Primò autem determinandum quid sit regnabile , & quid sit Aristocraticum , & quid politicum . Regnabile quidem igitur talis est multitudo , quæ nata est ferre genus superexcellens secundum virtutem ad præsulatum politicum . Aristocratia autem multitudo , quæ nata est ferre multitudinem potentem regi principatu liberorum ab iis qui secundum virtutem præsidibus ad politicum principatum . Politica autem multitudo , in qua nata est fieri multitudo politica , potens principari & subici secundum legem , distribuentem principatus secundum dignitatem opulentis .

mm Cum igitur vel genus totum , vel aliorum vnum acciderit esse differentem secundum virtutem tantum , vt excedat quæ illius , eam quæ aliorum omnium , tunc iustum est genus hoc esse regale & dominans omnium , & regem vnum hunc . Sicut enim dictum prius , non solum sic habet secundum iustum quod proferre consueuerunt qui politias instituerint , & qui Aristocratias , & qui Oligarchias , & iterum qui Democratias : penitus enim secundum excessum volunt , sed excessum non eundem , imò secundum quod prius dictum est : neque enim occidere , vel fugare ,

illorum , & personarum , amicus autem par & similis . Quare si eos censet præficiendos , certè pares ac similes gubernationi præesse censet oportere . Quæ igitur contendentes contra regiam gubernationem aiunt , fere ista sunt .

Sed hæc forsam in quibusdam ita se habent , in quibusdam autem non ita . Est enim quoddam natura dominabile , aliud regibile : aliud populare , & iustum , & utile . Tyrannicum vero non est secundum naturam , nec vlla aliarum gubernationum , quæ rectam transgrediuntur formam : hæc enim fiunt præter naturam . Sed ex his dicta sunt , patet , quod in similibus & paribus , nec utile est , neque iustum , vt vnus sit dominus omnium , neque si non sint leges , neque bonus , bonorum : neque non bonorum , non bonus : neque si secundum virtutem sit melior , nisi per quendam modum . Quis autem iste sit modus , dicendum est . Diximus verò æqualiter & ante .

Sed primò determinandum est quid congruat regi , quid optimatibus , quid Reipublicæ . Regibus congruit huiusmodi multitudo , quæ natura apta sit ferre genus præstans virtute ad principatum civilem . Optimatibus verò congruens est multitudo liberorum , quæ nata sit ad ferendum gubernationem eorum , qui sunt secundum virtutem primarij . Ad civilem gubernationem autem Reipublica congruit ea multitudo , in qua populus innascitur bellicus , qui gubernari possit & gubernare secundum leges & æquitatem , impartiens tenuioribus honores & magistratus .

Quando igitur aut totum genus , aut inter alios vnum aliquem ita præcellere contingat , vt vnus ipsius virtus maior sit aliorum omnium virtute , tunc iustum est hoc esse regium genus , & omnium dominari , & hunc vnum ee regem . Vt enim dictum est prius , non solum id habet iustitiam , quam præferre solent Reipublicæ institutores , & qui optimatum , & qui paucorum potentiam , & qui popularem : omnes enim secundum excellentiam tribuunt , sed excellentiam non eandem , sed secundum prius dictam : neque interficere , neque in exilium agere , neque relegare hunc posse decet , neque dignari vt per vices gubernet .

est

neque relegare vti que talem decens est , neque vile vniuersale subiici secundum partem . Non enim nata est pars excellere ipsum omne : ei autem qui tantam excellentiam habet , hoc accidit . Quare relinquatur solum obedire tali , & dominum esse non secundum partem , sed simpliciter .

nn De regno quidem igitur quas habet differentias , & vtrum non expediat ciuitatibus , aut expediat , & quibus & quomodo , determinatum sit hoc modo .

oo Quoniam autem tres dicimus esse rectas politias : harum autem necessarium optimam esse eam , quæ ab optimis dispensatur : talis autem est in qua accidit vel vnum aliquem simul omnium , vel genus totum , vel multitudinem excedentem esse secundum virtutem , iis quidem subiici potentibus , iis autem principari ad dilectissimam vitam : in primis autem sermonibus ostensum est , quod eandem necessarium viri virtutem esse , & ciuis optimæ ciuitatis : manifestum , quod eodem modo , & per eandem sit vir studiosus , & ciuitatem instituet vti que quis aristocratizatum & regno gubernatum .

pp Quare erunt & disciplina & afuerudines eadem ferè , quæ faciunt studiosum virum , & quæ faciunt politicum , & regale .

qq Determinatis autem iis , de politica optima iam tentandum dicere , quo nata sit fieri modo , & institui quomodo . Necessè vti que facturum de ipsa conuenientem speculationem .

CAPVT X.

a IN hoc capitulo determinat dubitationes circa prædicta . Et diuiditur in tres partes , secundum tres dubitationes quas inducit . Primò enim querit , vtrum melius sit ciuitati regi Rège vel lege : Secundò , vtrum melius sit Regem totum habere ab cogenda inobedientes , vel non , ibi , *Haec autem dubitationem & de potentia , &c.* Tertio quid proprie regnabile sit in vnaquaque politia , ibi , *Primo autem determinandum , &c.* Circa primum duo facit . Primò enim ostendit , quod lege non potest gubernari ciuitas : ed quod vniuersalis & vniuersalis est . Secundò obicit in contrarium , ibi , *At verò & illum sermonem , &c.* Dicit ergo primò , quod homine non melius gubernatur ciuitas quam lege : quia homo passionibus subiaceret , & sæpè deducitur ira , amore , &

Non enim natura fit , vt pars superet totum : habenti vero tantam excellentiam hoc accidit . Restat ergo , vt huic suadenti pareatur , & potestatem eum habere non per vices , sed simpliciter .

De regia igitur gubernatione , & quas differentias habeat , & vtrum vile sit ciuitatibus vel non , & quibus & quomodo , in hunc modum determinatum sit .

Cum verò tres dixerimus esse rectas gubernandi species , harum verò necessarium sit eam esse optimam , quæ ab optimis gubernetur : talis autem est in qua contingit aut vnum aliquem omnium , aut genus totum , aut multitudinem virtute præstantem gubernare eos qui gubernari valeant , ad eam vitam , quæ sit maximè expetenda : & in primis libris ostensum sit necessarium esse , vt sit eadem virtus boni viri , & ciuis optima ciuitatis : patet quod eodem modo , & per eandem sit vir bonus , & ciuitatem statueret quis ab optimis gubernari , vel à rege .

Itaque eadem ferè disciplina & iidem mores facient studiosum virum , qui facient civilem & regium .

His determinatis , conandum iam erit de optima Republica dicere , quemadmodum fiat , & quomodo constituatur . Nam necesse est de illa conuenientem considerationem facere .

huiusmodi , quod gubernationi ciuitatis non competit . Et hoc est . Principium autem inquisitionis est hoc , vtrum expedit magis ab optimo viro regi , supple , ciuitatem , vel ab optimis legibus .

b Et ponit rationem , quod ab optimo viro , ibi , Videtur itaque putantibus expedire , à Rege regi , id est , ab optimo viro . Cuius dat rationem , ibi , Vniuersale solum leges dicere , supple , videntur , sed non ordinare ad ea quæ eueniunt , scilicet in particularibus casibus , tam in communicationibus , quam in distributionibus , in quibus quotidiana requiritur experientia , quam legislator considerare non potuit : vnde videtur , quod melius sit regi viro quam lege . Et concludit , ibi , Quare , id est , propter quod in quacumque arte , scilicet actiua , vel factiua , principari secundum literas , id est , scriptas leges , miserum . Et causam reddit in 5. Ethic. vbi dicit , quod humana ad vnam communem

communem

communem regulam redigi non possunt, sed est in eis sicut in regula ædificationis Lesbiz. Lesbia autem insula est, in qua lapides omnes indomabiles sunt ad regulam: propter quod incolæ adiuuenerunt, quod sit plumbæ regula, ut cum lapis non posset redigi ad rectitudinem regulæ, regula curuetur ad lapidem, ita quod non sit enormis excessus. Et quod dixit, probat per exemplum, ibi, Et quidem in Ægypto post tertium diem mouere licet medicis: si autem prius, in suo periculo, scilicet medici. Intendit dicere, quod sic est in regimine ciuitatis, sicut in regimine corporis: in infirmitate enim corporis si est infirmitas in sanguine qui putrescit continuè, intelligit medicus morbum omni die & omni hora: si ex phlegmate, intelligit ex putrefactione continua non interpolata: si ex cholera, mouebit infirmum in tertium diem: si ex melancholia, mouebit in quartum: & sic statuerunt Ægyptij, quod medico non liceret mouere infirmum ad aliquam diem per diætã & curam, nisi post tres dies: quia tunc expertus est motus omnium humorum: & si ante mouet eum secundum alterationem curæ & diætæ, facit hoc in suo periculo: quia tunc non operatur secundum artem. Similiter videtur esse in politiis: vnde sequitur. Manifestum igitur, quod non est quæ secundum literas, id est, scriptas leges, & leges scilicet vniuersales, optima politia, propter eandem causam, scilicet quia ut dictum est, actus humani sunt secundum particulares casus emergentes, in quibus sæpè oportet ciuitatem de regimine in regimen transferri.

c Deinde cum dicit, At verò & illum sermonem, &c. statim vadit in oppositum. Et est secunda pars primæ partis, in qua duo facit. Primò enim ponit rationes quibus probatur melius esse regi lege Regem. Secundò circa hoc obiectionem quorundam excludit, ibi, Sed fortè dicit vtiq; aliquis, &c. In primo ponit rationem prius dictam, scilicet quod homo vincitur & mouetur passionibus quibus impeditur à bene regendo. Et hoc est. At verò & illum sermonem vniuersalem oportet existere principibus, scilicet regibus & aliis. Sermo autem iste est. Valentius autem cui non adest quod passionale omnino, quam cui connaturale, est, supple, passionibus abduci. Legi quidem igitur non inest, scilicet quod passionibus abducatur, humanam autem animam necesse hoc habere omnem. Ratio talis est. Quodcumque à recto abduci est impossibile, rectius dirigit quam quod passionibus abducitur: lex passionibus non subiacer, & omnis humana animæ passionibus subiacer: ergo rectius dirigit lex quam homo.

d Deinde cum dicit, Sed fortè dicit vtiq; &c. excludit responsonem quorundam, dicens. Sed fortè dicit vtiq; aliquis, ut contra hoc consiliabitur, supple, Rex, de singularibus melius, quam lex: & sic melius est regi Rege quam lege.

e Et obiicit contra hoc, ibi, Quod quidem igitur necesse est ipsum esse legislatorem, scilicet Regem, & ponere leges secundum quas dirigit id quod consilio inuenit, palam, id est, manifestum, est, supple, & sic adhuc lege

gubernabitur ciuitas, sed non dominos, supple, oportet constituere reges: quia transgrediuntur sicut homines passionibus subiecti: quoniam de aliis oportet esse dominos. Et subdit quæ sunt illa, ibi, Quæcumque non possibile legem iudicare, vel omnino, vel bene. Cuius causa est: quia sunt circa particulares actus, qui nouis emergentibus casibus continuè occurrunt in ciuitate. Et sic determinatio redit ad hoc, quod ciuitas optimè regitur lege, nisi sint noui casus particulares, in quibus dominium confertur principi ad iudicandum secundum suum arbitrium. Et circa hanc determinationem statim mouet dubium, vtrum melius sit hoc committere communitati ciuitatis, vel vni alicui, & obiicit ad vtrumlibet, primò quod melius sit committere ciuitati: & ordinat sic quæstionem, ibi, Vtrum oportet vnum optimum principari, vel omnes.

f Etenim nunc convenientes, scilicet in ciuitate disceptant, & consiliantur ad inuicem, & iudicant, scilicet secundum consilia inter se inuenta: & hæc omnia videntur facere ad hoc quod melius sit committere communitati, quam vni. Et dat causam, ibi, Hæc autem sunt iudicia omnia de singularibus, quæ communitas ex consuetudine iudicat senatorum & consulum ciuitatis. Et ex hoc arguit, ibi, Secundum vnum quidem igitur comparatus quicumque fortè deterior, est communitate scilicet, quia multi prævalent vno, sicut in antè habitis probatum est. Et ponit rationem, ibi, Sed est ciuitas ex multis, sicut concœnatio, id est, cœna ex multis collecta, comportata, id est, à multis dantibus symbola, pulchrior, supple, est, vna & simplici: quia multis dantibus symbola multa congerunt in diuersis ferculis: sicut dicitur in cœna Regis Assueri, in qua vnusquisque dedit secundum suam dignitatem. Et infert, ibi, Propter hoc & iudicat melius turba multa, quam vnus quicumque: sicut & melius disputabitur omnis quæstio à multis, quam ab vno.

g Et de hoc ponit aliud exemplum, ibi, Adhuc magis in differens quod multum, quemadmodum aqua amplior: & est sensus. Id quod multum est, magis tendit in differens, id est, in differentes rationes & persuasiones. Et dat exemplum: Quemadmodum aqua amplior in plura diuiditur quam simplex. Et adaptat, ibi, Sic multitudo paucis magis in differens, id est, consilio & ratione plura inuenit differentia ex quibus colligitur optimum consilium. Deinde cum dicit, Vno autem ab ira, &c. ad idem inducit aliam rationem magis ex propriis: quia scilicet facilius corrumpitur vnus quam multi. Vno autem ab ira obtento, vel aliqua alia passione tali, necessarium corrumpi iudicium, est, supple. Vnde Poëta: Ira impedit animum ne possit cernere verum. Ibi autem, scilicet in multitudine, habent difficile simul omnes impetu, supple, iræ vel alterius passionis, ferri & peccare. Sed quia posset dici, quod in multitudine plures sunt iracundi, occurrit, dicens, ibi, Sit autem multitudo talis & talium, qui liberi, scilicet à passionibus sint, nihil præter legem agentes, nisi de quibus necessarium defendere ipsam, scilicet legem, & hoc in quibusdam particularibus casibus.

h Et

b Et obiicit ad hoc respondendo, & Voluit, ibi, Si autem non hoc facile, scilicet inuenire talem multitudinem, in multis, tunc, supple, queratur, si plures sint boni viri & ciues, in multitudine scilicet, qui secundum rectam rationem ciues sint, vtrum vnus magis incorruptibilis princeps, vel magis plures quidem numero, supple, sint incorruptibiles, boni autem viri, supple, sint magis incorruptibiles, quam vnus, an palam, quod plures, supple, sint magis incorruptibiles quam vnus.

i Et statim ostendit aliud periculum quod est in pluribus, ibi, Sed hi quidem, scilicet plures, seditiones facient, vnus autem sine seditione. Et sic iterum videtur melius vni committere quam multis. Et iterum contra hoc obiicit, ibi, Sed ad hoc, id est, contra hoc, contraponendum fortè, supple, est quod studiosi secundum animam, supple, sint illi plures, sicut & ille vnus, & non passionibus subiecti.

k Et ex hoc concludit, quod principatus plurium bonorum virorum, qui aristocratia dicitur, melior erit regno vnus. Et hoc est. Si itaque plurium quidem principatum, bonorum autem virorum omnium, aristocratiam ponendum, sit, supple, sicut dicitur in 8. Ethic. eam autem qui vnus, scilicet principatum, regnum, supple, sit ponendum, ut ibidem dicitur, eligibilior vtiq; erit in ciuitatibus aristocratia, quam regnum (& cum potentia & sine potentia existente principatu) cuius tamen contrarium in 8. Ethic. dictum est, scilicet quod optima politia sit regnum. Et contra hoc iterum opponit. Primæ enim ciuitates regebantur rege, & non aristocratia. Et huius assignat causas, ibi, Si sit accipere plures similiter, scilicet secundum virtutem difficile.

l Et propter hoc fortè Rege regebantur prius, ciuitates scilicet: quia rarum erat inuenire viros plures multum differentes secundum virtutem, ab aliis, supple, sed vnus facilius inueniebatur. Et huius assignat etiam aliam causam, ibi, Aliter, quia & tunc paruas habitabant ciuitates, ad quarum regimen sufficiebat vnus. Et tertiam causam ponit, ibi, Adhuc autem à beneficio instituebant reges, quod quidem, scilicet beneficium, opus est bonorum virorum. Et hoc videtur Dominus tangere Luc. 22. vbi dicitur, quod Reges gentium dominantur eorum: & qui potestatem habent, supple, benefici vocantur.

m Qualiter autem successu temporis ad hoc corrupti sunt, ostendit subdens, ibi, Quoniam autem euenit, supple, successu temporis fieri multos similes ad virtutem, non adhuc sufferebant, vnum regere, supple, sed quærebant commune aliquid, & politiam instituerunt, scilicet quæ vocatur aristocratia, id est, principatus virtuosorum.

n Deinde cum dicit, Quoniam autem deteriores, &c. ostendit ex hoc qualiter declinauerunt in oligarchiam, dicens: Quoniam autem deteriores facti, supple, postea opulenti facti sunt à communibus, id est, à rebus communitatis, hinc rationabile, supple, est factas esse oligarchias, id est, principatus paucorum & diuitum. Et ponit rationem, ibi, Honorabiles enim fecerunt diuitias.

D. Alb. Mag. Politic.

o Et subdit qualiter ex eis declinauerunt in tyrannidem, ibi, Ex iis autem, scilicet oligarchiis, primò in tyrannides transmutabantur: opprimebant enim populum, & deprimebant facultates, ut ditati dominarentur.

p Vterius dicit, quod ex tyrannidibus mutabantur in democratiam, ibi, Ex tyrannidibus autem in democratiam, supple, transmutabantur. Et ponit causam quomodo sic politia processerunt, ibi, Semper enim ad pauciores ducentes, scilicet principatum, propter turpe lucrum, primò, supple, fecerunt Regem, deinde paucos bonos, postea paucos diuites & potentes, deinde tyrannos non nisi turpis lucri gratia regnantes. Et ut hoc ciuitates à se excluderent, fortiore ipsam multitudinem fecerunt, scilicet ciuitates, ut confurgeret, scilicet ipsa multitudo contra tales, & sic, supple, fierent democratia, id est, principatus populi. Et subdit. Quoniam in hac politia plus perdurabant quam in aliis. Quoniam autem & maiores accidit esse ciuitates, scilicet postea quam in principio, fortè neque facile iam fieri politiam aliam præter democratiam. Et hoc quia populus gaudet esse in libertate.

q Deinde cum dicit, Si verò aliquis ponat, &c. in fine quæstionis primò ponit aliquam obiectionem contra eos qui dicunt regnum esse optimam politiam, & dicit: Si verò ponat aliquis optimum ciuitatibus à rege regi, quomodo se habebunt quæ de natis, id est, regum filiis? Vtrum etiam secundum genus oportet, & id est, etiam regnare, scilicet ut patri succedat filius? Et ostendit hoc nocuum, ibi, S. d genitorum, id est, filiorum quales quidem contingunt, supple, esse, nocuum, supple, est regnare. Secundò, ibi, Sed non tradet, &c. opponit etiam in contrarium ponens responsonem quorundam, & dicit: Sed, supple, dicit aliquis. Non tradet Dominus existens, scilicet Rex bonus, natis, supple, malis, regnum. Et huic responsoni obiicit, ibi, Sed non facile adhuc hoc credere. Et dat rationem, ibi, Difficile enim, supple, est hoc, & maioris virtutis quam secundum humanam naturam: naturale enim plus est diligere filium, etiam malum, quam extraneum, etiam bonum.

r Habet autem dubitationem, &c. Hic incipit secunda dubitatio, in qua querit, quam potentiam oportet dare Regi ad cogendum subiectos. Et diuiditur in tres partes. Primò enim querit, quæ potentia danda sit Regi cuicumque. Secundò, vtrum naturale sit Regem super æquales constitui, qui secundum voluntatem regat, ibi, De vocato autem omnimodè regno, &c. Tertio, vtrum melius sit principari secundum leges scriptas, vel vtrum secundum æqualissimas sententias inuentas à principibus, ibi, Secundum eandem autem rationem, &c. Est ergo prima quæstio, quam oportet adiungere Regi potentiam ad cogendum inobedientes. Et hanc soluit per distinctionem. Quod Rex aut regit lege, aut voluntate. Si lege, oportet ei dare potentiam qua quisque cogatur ad legis obseruationem: si voluntate, tunc periculum est dare tantam potentiam, quod possit occidere bonos quando veller: sed danda est ei tanta fortitudo ut vno vel pluribus plus possit, paucis

R tamen,

tamen, sed nullo modo tanta, quod possit plus in multitudine, propter periculum. Et hæc est tota sententia primæ partis. Dicit ergo primò: Habet autem dubitationem, & id est, etiam de potentia. Et explanat de qua potentia, ibi, Vtrum oportet habere regnaturum, scilicet in ciuitate, robur, ex militia scilicet, aliquod circa ipsum. Et subdit ad quid, ibi, Quo possit cogere non volentes obedire, aut qualiter contingit principatum dispensare. Hæc quæstio surgit ex fine decimi Ethic. vbi dicit Aristoteles, quod persuasius sermo in talibus non sufficit, sed oportet adesse coactiuum. Et concordat cum eo quod dicitur Eccl. 1. Noli querere fieri iudex, nisi valeas virtute irumpere iniquitates. Et quia dupliciter dispensatur regnum, scilicet secundum legem, & secundum voluntatem, subdit dicendo, ibi, Si enim, id est, quamuis enim secundum legem sit dominus, nihil agens secundum suam voluntatem præter legem, tamen necessarium existere ipsi potentiam qua custodiat, id est, custodiri faciat, leges: & hoc propter dictam causam, scilicet quia sermoni persuasio oportet adesse coactiuum, propter malitiam populi.

¶ Deinde cum dicit, Fortè quidem igitur, &c. incipit determinare quæstionem istam: & determinat, sicut dictum est, dicens: Fortè quidem igitur quæ circa regem talem, non est difficile determinare, scilicet in eo qui dispensat regnum secundum legem. Et dicit quomodo, ibi, Oportet enim ipsum habere potentiam coactiuam, scilicet qua cogat inobedientes: esse autem tantam potentiam, vt sit eâ, quæ singulorum & vnus & simul plurium maior: eâ autem quæ multitudinis minor. Et huius ratio est: Quia potest peruertere Rex, & tunc bonum est, quod multitudo præualeat ei: aliter enim peruerteret ciuitatem. Et hoc probat à consuetudine antiquorum, ibi, Quemadmodum antiqui custodias dederunt quando præferunt ciuitati quendam quem vocabant Æsymnerem, vel tyrannum, scilicet qui reprimeret insolentias Regum & maiorum. Quia sicut dicitur Esther 3. ad Assuerum qui optimè regnabat: Optimè nosti, quod non expediat regno tuo, quod insoleat per licentiam. Et propterea etiam dicendum, quia bene rexit, continè habuit circa se Cerethi & phelethi legiones, qui interpretantur occidentes & viuificantes: quia obedientes tuebantur in vita, transgressores autem puniebant. Rom. 13. Vis non timere potestatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illa. Si autem malè feceris, time: non enim sine causa gladium portat, ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum. Et hoc idem probat per aliud exemplum, ibi, Et Dionysio, scilicet siculorum tyranno & regi, quando petebat custodias, à Siculis scilicet, consuluit quidam sapiens, scilicet Syracusanis, quæ fuit principalis ciuitas regni sui, date tor, custodias scilicet, quod essent singulis, aut vno pluribus paucis fortiores, minus autem potentes multitudine.

¶ Deinde cum dicit, De rege autem qui secundum suam voluntatem, &c. accipit alteram partem, scilicet de Rege dispensante regnum secundum voluntatem: & determinat etiam de

illo, dicens: De rege autem qui secundum suam voluntatem omnia agit, sermo instat nunc, & faciendum considerationem, scilicet quæ custodia danda sit illi. Et quare oportet specialiter de hoc determinare, dat rationem, ibi, Qui quidem enim dicitur secundum legem Rex, id est, dispensans regnum secundum legem, non est species regni, sicut diximus, scilicet in 8. Ethic. vbi dictum est regnum esse optimam politiam, corrumpi autem in pessimam. In omnibus enim generaliter, supple, politiis, contingit esse ducatum exercitus perpetuum, & ille dicitur esse regnum, sicut in præcedenti capitulo de distinctione regnorum dictum est, puta in democratia & aristocratia. Et ponit in exemplo particulari, ibi, Et multi, scilicet in prouinciis & ciuitatibus, faciunt vnum dominum dispensationis, qui communi nomine dicitur rex. Talis enim quidam principatus est, & id est, etiam circa Epidamnium (prouincia quædam est in Græcia) & circa Epunta, quæ est pars quædam illius prouinciæ. Vnde sequitur. Epunta autem circa aliquam partem minor est, id est, minorem Epuntioni faciunt dominum dispensationis, qui tamen aliquo modo etiam rex dicitur.

¶ Deinde cum dicit, De vocato autem omnimodè regno, &c. secunda particula istius partis, in qua quærit, vtrum in quolibet modo regni, dominus dispensationis possit esse rex secundum voluntatem principans, & dicit. De vocato autem omnimodè regno, id est, quocumque modo dicatur regnum (hoc autem est in quo rex principatur omnibus secundum suam voluntatem) dicendum, scilicet quam potentiam & quod robur oportet eum habere. Et obiicit adhuc quod nullum robur debet habere talis rex, nec debeat esse dominus, ibi, Videtur autem quibusdam neque secundum naturam esse, quæ omnes fecit æquales, quod dominus sit communi ciuium vnus, vbi consistit ex similibus, id est, æqualibus ciuitas. Et hoc est quod dicit Gregorius, quod contra naturam est superbire, hominem homini velle præesse.

¶ Et ponit rationem, ibi, Similibus enim naturâ idem iustum necessarium, supple, esse, & eandem dignitatem secundum naturam, supple, esse: & idèd nullus inter tales dominari debet aliis. Et ad hoc inducit similia, ibi, Quare, id est, propter quod siquidem inæquales, scilicet in complexionem & compositionem corporum, æquale alimentum vel vestimentum habere nocium corporibus: sic habent & quæ circa honores, scilicet quod æqualibus naturâ inæquales dantur honores, supple, erit nocium. Similiter & inæquales, supple, naturâ, æquales accipere honores, erit etiam nocium & contra ordinem naturâ: æqualibus enim debentur æqualia, & inæqualibus inæqualia.

¶ Et ex hoc infert, ibi, Propter quod quidem nihil magis principari, quam subiici iustum est & vicissim, tales scilicet, æqualiter enim se habent ad inuicem & æquali iusto & dignitate pollent. Igitur eodem modo, supple, se habent ad inuicem, & idem est ordo inter eos ad principandum & subiiciendum. Hoc autem

autem iam lex: ordo enim lex, & inter eos non est ordo nisi æqualitatis. Et ex hoc concludit, ibi, Legem igitur principari eligibilius magis quam ciuium vnum aliquem.

¶ Deinde cum dicit, Secundum eandem autem rationem, &c. intrat in aliam quæstionem, scilicet vtrum melius sit principari secundum leges scriptas vel secundum æquissimas sententias inuentas à principibus, & est tertia pars huius. Dicit ergo: Secundum eandem autem rationem hanc vtique, si aliquis, scilicet de ciuibus principari melius, supple, est, cum omnes sint æquales, hos instituendum, scilicet ad principandum, seruatorum legis & ministros legum, scilicet qui legi obediunt & ministrant ad eius obseruantiam. Et ostendit necessitatem ad hoc compellentem, ibi, Necessarium enim esse quosdam principatus, scilicet qui sint domini dispensationis communicationum, sed non hunc vnum esse aiunt iustum similibus existentibus omnibus, id est, dicunt non esse iustum quod omnibus similibus existentibus vnus sit dominus.

¶ Secundò, ibi, At verò quæcumque, &c. aduersatur seu vadit in oppositum: quia multa sunt quæ lex non determinat, quæ emergunt continè: vnde dicit. At verò (aduersaria coniunctio) quæcumque non videtur posse determinare lex, neque homo vtique poterit nota facere: quia hominis non est æquali sibi posse legem ponere. Et quid debeat in talibus, subdit. Sed vniuersale lex instituit reliqua, scilicet quæ circa particularia variantur, iustissima sententia iudicare, & disponere principes, supple, habent. Propter quod etiam principes & legum obseruatores necessarij sunt. Et idèd in hac secunda parte huius secundæ partis quærit quid in talibus sit iudicarium vel dispensationum iusti, vtrum intellectus vel lex. Et hoc est. Adhuc autem omnia, de lege iudicanda, supple, dirigere dant, scilicet legi, quocumque videbitur tentantibus, scilicet quia diiudicare, melius esse secundum legem Potyfis, scilicet talis Philosophi qui hoc dixit.

¶ Et ponit dictum, ibi, Qui quidem intellectum habet principari Deum. Huius causa ponitur in 10. Ethic. vbi dicit, quod intellectus solus est diuinum in nobis. Et addit adhuc de dicto Potyfis, ibi, Qui autem hominem iubet, supple, principari, apponit & bestiam. Et subdit rationem. Quando enim concupiscentia tale, scilicet bestiale, & furor principatum habuerit, qui etiam est bestialis, tandem & optimos viros interimer, scilicet sicut bestia. Et ex hoc concludit, ibi, Propter quod quidem sine appetitu, bestiali, supple, intellectus, supple, adeptus, lex est, scilicet secundum quam quis debet principari.

¶ Et quia potest aliquis obiicere, quod in artibus operatiuis, sicut in medicina, aliquando vtilius est operari secundum experta quam secundum artem scriptam, obuiat, & dicit, ibi, Exemplum autem artium videtur esse falsum. Et dicit quid. Quod secundum literas, id est, scripta, medicari sit prauum. Vnde etiam actor medicinae dicit, quod non oportet multum attendere si aliquis præter rationem artis curatur, aliquando enim potius casu quam arte:

D. Albert. Mag. Politic.

sicut fit in experimentis, quæ vocantur experimenta. Deinde cum dicit, Sed & eligibilius, &c. probat per simile, quod licet æquale iustum sit inter ciues, & æquales sint in dignitatibus honorum, tamen eligibilius est eum in principatu ponere & ad regnum siue dominium dispensationis eleuare, qui scit & habet in promptu leges, quam alium: & quod eligibilius est tales plures ponere, quam vnum. Et hoc probat duobus exemplis, scilicet exemplo medicorum, & exemplo exercitia docentium pueros. Et circa hoc tria facit vsque in finem istius partis. Primum est quod eligibilius est vti habentibus artes. Secundò determinat in quibus hæc quæstio (scilicet vtrum melius sit ciuitatem regi lege vel viro bono) tenet, & in quibus non, ibi, Sunt autem & nunc de quibusdam, &c. Tertiò mouet dubium circa determinationem, ibi, Sed fortè in aliquibus, &c. Ratio quam primò inducit, est hæc. Eligibilius est vti habentibus artes: quia illi secundum rationem & intellectum artis operantur, & nihil faciunt propter passionem cupiditatis vel alterius passionis: quia in talibus, in omnibus dirigit diuinus intellectus. Et hoc maximè necessarium in politicis: quia in eis multa sunt propter amicitiam, vel propter cupiditatem, vel iram. Et hoc est. Sed & eligibilius vti habentibus artes. Et subdit dictam rationem, ibi, Hi quidem enim propter amicitias nihil præter rationem faciunt: quod fit, propter hoc quod intellectus adeptus diuinitus dominatur in eis. Et quia potest aliquis obiicere, quod medici tales, accipiunt mercedes, & sic etiam videntur facere vitium quantumcumque periti sint in legibus. Respondet, quod medici non accipiunt nisi curantes. Et hoc est. Sed accipiunt mercedem ægrotos curantes: hoc autem iustum est. Qui autem in politicis principantur, multa ad affectum & gratiam consueverunt facere. Et hoc intendit de principantibus secundum voluntatem, non secundum legem: & idèd necesse est, quod lege frænentur, ne imperia passionum peruertant iudicia. Et ostendit hoc in simili, ibi, Quoniam & medicos, quando suspicantur persuasos ab inimicis perimere propter lucrum, scilicet eos quos habent in cura, tunc eam quæ ex literis, id est, ex arte scripta, curam quærent vtique magis, & ex illa arguant medicos, quod artem non sequuntur.

¶ Quod autem plures tales assumendi sint ad iudicium, probat per duo dicta similia, ibi, At verò medici ægrotantes inducunt ad se alios medicos: & exercitatores puerorum cum sint in exercitio, inducunt exercitatores disciplinae, vt ad eorum eruditionem melius erudiant. Et dicit rationem, ibi, Tanquam non potentes, sufficienter, supple, iudicare quod verum, scilicet per seipsum. Et subdit, Quia iudicarent de propriis & in passione existentes: nemo autem de propriis bene iudicat, & maximè in passione existens. Imperus enim passionis, scilicet affectus ad seipsum, impedit ne videat verum, & abducit eum extra limites mentis. Ex hoc concludit, ibi, Quare palam, quod iustum quærentes, medium quærent: & sic dicit in Ethic. Medium inuenire difficillimum est, facillimum autem declinare à medio: & idèd assumendum

R. 2 esse

esse scientem leges. Et dicit, quod est illud medium, ibi, Lex enim ipsum medium: determinando enim iustum, determinat & medium: quia iustum, medium est, ut dicit in quinto Ethic.

ee Et adducit adhuc ratione fortiolem, quare plures assumendi sunt ad iudicium. Cum enim dispensatio politica sit in actibus particularibus, qui sunt in consuetudinibus hominum, magis attenditur circa eos consuetudo, quam lex: consuetudines autem melius sciunt plures quam vnus. Et hoc est. Adhuc principales & de principalioribus, negotiis scilicet, quam hæc quæ secundum literas leges, id est, quam scriptæ, quæ secundum consuetudines. Propter quod etiam dicit in 1. metaph. Quanta vis consuetudinis sit, leges ostendunt, in quibus consuetudo facit credi apologos, id est, falsas responsiones pro veris accipere. Quare si, id est, quamuis, iis quæ secundum literas, id est, scriptas leges, homo vnus, id est, princeps est securior, quia in particularibus melius dirigit, sed non in iis quæ secundum consuetudinem, supple, solus, securior est: quia multi melius sciunt consuetudines multorum.

ff Et quia hæc rationes inductæ per simile parum suadent, inducit fortiolem, ibi, At verò neque facile prospicere multa vnum, supple, est. Et ex hoc ulterius infert, ibi, Oportebit igitur multos esse sub ipso constitutos principes, scilicet qui vocentur ab ipso in partem sollicitudinis. Et hoc est consilium Iethro Exod. 18. qui videns iudicare Moysen totam multitudinem, dixit: Stulto labore consumeris. Prouide igitur ex omni plebe viros potentes & timentes Deum, in quibus sit veritas, qui oderint auaritiam: & constitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui indicent populum omni tempore. Quidquid autem maius fuerit, referant ad te, scilicet quod vires eorum excedit. Et ex hoc infert, quod si sic necesse est principem multos sub se ponere in partem suæ sollicitudinis, melius est ut hoc fiat à principio institutionis politicae. Et hoc est. Quare quid differt hoc à principio, scilicet institutionis politicae mox existere, scilicet quod multis committatur, & non vni, vel vnum consistere hoc modo, scilicet qui vocet multos in partem sollicitudinis?

gg Et hoc idem ostendit ulterius per rationem efficacem, ibi, Adhuc quod & prius dictum est, scilicet in præhabito capitulo de regno. Siquidem vir studiosus, quia melior, principari dignus, supple, est: vno autem, duo boni meliores: sequitur quod melius erit plures principari quam vnum. Et hoc probat per prouerbum communiter dictum, ibi, Hoc autem est quod dicitur, Simul duobus venientibus, supple, melius est adiutorium. Eccl. 4. Melius est esse duos quam vnum: habent enim emolumentum suæ societatis: si duo sunt, fouebuntur murus: vnus quomodo calefiat? Et adhuc ulterius adducit orationem Agamemnonis, ibi, Et oratio Agamemnonis, supple, hoc suadet. Agamemnon, autem fuit rex magnæ Græciæ, ut dicit Hieronymus, id est, illius partis Italiæ quæ quondam magna Græciæ dicebatur. Et ponit orationem, ibi, Tales mihi sodales, supple, dentur, ut non iam principari iustum, supple, mihi

sit super eos, hoc est, qui æqualiter mihi digni sint ad principatum.

hh Deinde cum dicit, Sunt autem & nunc de quibusdam, &c. quia hæc quæstio, scilicet vtrum melius sit principari legem vel bonum virum, non in omnibus tenet, sed in quibusdam, id est, in hac parte ostendit in quibus tenet, & in quibus non. Et est sententia, quod non tenet nisi iis quæ lege non possunt comprehendere: quæ enim comprehendere possunt lege, non est dubium, quin melius ea iudicentur, quam homine. Et hoc est, Sunt autem & nunc de quibusdam, supple, causis, principatus iudicio dominantes, sicut iudex, scilicet qui dominus est dispensationis, de quibus lex non potest determinare: quia in particularibus sunt, lex autem non respicit nisi vniuersale iustum. Quoniam de quibus potuit, supple, lex determinare, nullus dubitat de iis tanquam non vtrique lex optime præceperit & iudicauerit: & hæc etiam secundum legem optime iudicabuntur. Et subdit de aliis, ibi, Sed quoniam hæc quidem contingit comprehendere legibus, hæc autem impossibilia, hæc sunt, quæ faciunt dubitare & quærere, vtrum optimam legem principari eligibilius sit, quam optimum virum? Et ponit rationem dubitationis, ibi, De quibus enim consiliantur, in talibus, supple, sunt impossibilium lege statuta esse: & id est, supple, non est illa iudicare lege. Non igitur hoc contradicunt: quia quod iudicat bonus vir legis peritus, iudicat lex, tanquam non necessarium, supple, sit esse hominem, scilicet bonum, iudicantem de talibus, scilicet de quibus iudicat lex. Et huius ratio est: quia homo bonus in lege peritus applicat particularibus quod lex præcipit in vniuersali. Et subdit, quod in talibus tenet secunda quæstio, scilicet vtrum melius sit iudicari per vnum vel per plures. Et hoc est. Sed quod non vnum solum, supple, eligibilius est iudicare, sed multos. Et ponit rationem, ibi, Iudicat enim vnusquisque princeps eruditus à lege bene.

ii Inconueniensque fortè vtrique esse videbitur, si melius quis percipiat duobus oculis, & duabus auribus iudicans, & agens duobus pedibus, & duabus manibus tantum, quam multi multis, Et hoc probat in consuetudine iudicantium, ibi, Quoniam & nunc oculos multos monarchæ faciunt sibi, & aures, & manus, & pedes, supple, multos faciunt sibi. Et subdit quomodo, ibi, Eos enim qui principati, supple, congruunt, & ipsius, scilicet principis, amici sunt, faciunt comprincipes. Et quare amicos faciant, ponit rationem, ibi, Non amici quidem igitur existentes non faciunt secundum monarchæ voluntatem: & ideo non assumunt tales ad comprincipandum: si autem amici illius, scilicet monarchæ sint, & principatus, supple, etiam sint amici, ita scilicet quod diligant consuetudinem principatus, quoque amicos tales, supple, habet fortè, & similes, supple, tot habet. Dicit enim Tullius in lib. de amicitia, quod amicorum est idem velle & idem nolle: & prima lex amicitiae est, ut propter amicum non nisi honesta faciamus. Et quantum plures tales habet, tantò melius reget. Ex his concludit propositum & quæstionis determinationem, ibi, Quare si hos æstimat oportere principari æquales, & similes sibi, supple, principari æstimat oportere

tere similiter, sibi scilicet: & hæc recta existimatio est. Deinde cum dicit, Quæ quidem igitur sibi dicunt, &c. ponit epilogalem conclusionem omnium dictorum in hoc capitulo de dubitationibus regni, dicens, Quæ quidem igitur dicunt dubitantes aduersus regimen, scilicet regni, ferè hæc sunt. Et dicit ferè propter vnam dubitationem quam statim mouet circa determinata, & soluit. Et est tertia pars huius partis: & hoc est.

kk Sed fortè hæc in aliquibus quidem, scilicet politiis, habent hoc modo, scilicet sicut dictum est, in aliquibus autem non sic. Cuius ratio est, & etiam in litera tangitur. Quia in diuersis communicationibus diuersa sunt iusta & conferentia. Et hoc est. Est enim aliquid natura despoticum, quæ est communicatio domini ad feruum, ut in primo determinatum est, & aliquid politicum, scilicet communicatio æqualium & liberorum, & iustum & conferens, scilicet aliud in politico & aliud in despotico. Et ab hac communicatione remouet transgressionem, subdens, Tyrannicum autem non est secundum naturam, neque aliarum politiarum quæcumque transgressionem sunt, sicut oligarchia, & timocrazia. Et subdit quare sunt transgressionem. Hæc enim sunt, quæ præter naturam, scilicet quia sunt non secundum naturam rationis & intellectus hominis, nec sunt communicationes, sed oppressiones. Sed ex dictis manifestum, supple, est, quod in similibus quidem & æqualibus neque expediens est, neque iustum vnum dominum esse omnium, neque non existentibus legibus, sed ipsum, scilicet dominum, tanquam sit lex, supple, dominari, neque legibus existentibus. Et addit, Neque bonum bonis, supple, bonum vnum dominari, neque non bonis non bonum, neque si secundum virtutem melior sit, nisi modo quodam, scilicet ut cum multis aliis dominetur. Quis autem modus sit, scilicet in quo bonum est vnum dominari, dicendum in quarto. Dictum est autem aliquo modo, id est, vniuersaliter & prius.

ll Primo autem determinandum, &c. Hic incipit tertia pars huius capituli, & quærit hic, quid sit regnabile. Habet autem duas partes. In prima enim determinat, quid sit regnabile, quid aristocraticum, quid democraticum: & diffinit singula. In secunda determinat qualiter hæc sint in qualibet politica ad electissimam vitam, ibi, Quoniam autem tres dicimus esse, &c. Primb igitur diffinit quid sit regnabile, id est, regno aptum, dicens, Primb autem determinandum, est scilicet, quid sit regnabile, & quid aristocraticum, & quid democraticum. Et manifestat intentionem quæstionis, ut melius intelligatur quid intendit, ibi, Regnabile quidem igitur est talis multitudo, quæ nata est ferè genus superexcellens secundum virtutem ad præfularum politicum. Et dicitur hic regnabile non à rege, sed regno. Rex enim regnatorum est, non regnabilis: & cum regnum sit politia & ordo multorum scilicet, ut habitum est in capitulo de regno, quod regnum est politia multorum nobilium & ingenuorum genere, sub vno viro optimo ordinatum secundum virtutem, propter hoc dicit hic, quod est multitudo quæ nata

D. Alb. Mag. Politic.

est ferè genus superexcellens secundum virtutem ad præfularum politicum, id est, principatum. Princeps enim præsentiam habet super aliquos. Et dictum est in primo huius scientiæ libro, quod nobilis solo genere non est nobilis, nisi domi, nec est nobilis nisi secundum quid: nobilis autem virtute, vbique & simpliciter nobilis est: & id est superexcellens secundum virtutem. Et addit definitionem aristocratici, ibi, Aristocrazia autem secundum quod est politia multorum, est multitudo quæ nata est ferè multitudinem potentem regi principatu liberorum, ab iis qui secundum virtutem præsidibus ad politicum principatum. Aristocrazia componitur ab aris quod est virtus, & cratia quod est potestas: vnde multitudo quæ vult & nata est regi secundum virtutem & à virtuosus, talis institutio multitudinis & ordo, est politia quæ vocatur aristocrazia. Diffiniens autem politicum dicit, ibi, Politica autem multitudo, supple, est, in qua nata est fieri multitudo politica, ciuium scilicet, potens principari & subici secundum legem distribuentem principatus secundum dignitatem opulentis. Opulentis autem addit propter hoc quod in secundo lib. cap. de ciue, dixerat ciuem esse, qui ex dignitate & libertate potest participare principatu consiliario & iudicatio secundum autarchiam vitæ, id est, per se sufficientiam: per se autem sufficiens non est nisi opulentus sit: quia aliter propter indigentiam corrumperet iudicium.

mm Et quod dixit in vniuersali, per singula exequitur & exponit, & primò de regnabili, ibi, Cum igitur vel genus totum, vel aliorum, id est, aliorum, si non potest esse omnium, vnum acciderit esse differentem secundum virtutem, ut excedat illius, scilicet virtus eam, scilicet virtutem quæ aliorum omnium, tunc iustum est genus hoc esse regale & dominans omnium, & regem vnum hunc, scilicet qui optimus est in tali genere. Et ponit rationem, ibi, Sicut enim dictum est prius, scilicet capitulo de regno, & etiam in 5. Ethic. non solum sic habet secundum iustum, id est, secundum ordinem iustitiæ, scilicet quod talis regnet, sed etiam hoc proferre consueuerunt, qui politias instituunt, id est, non tantum ratio iustitiæ exigit hoc, sed etiam autoritas primò instituentium politias hoc probat. Dicunt enim propter virtutem excellentem, hanc politiam quæ regnum est, quibusdam attributam fuisse. Et qui Aristocracias, supple, instituerunt, idem dicunt: & qui oligarchias, supple, instituerunt, cum his concordant: & iterum qui democracias, exponit sicut prius. Et ponit rationem eos mouentem, ibi, Penitus enim secundum excessum volunt, supple, principari eos, sed excessum non eundem, imò secundum quod prius dictum est, hoc est, excessum virtutis. Et quia ante dictum fuit excellentes personas debere relegari, excludit hoc subdens, ibi, Neque enim occidere vel fugare, neque relegare vtrique talem decens est. Neque vile vniuersale subici secundum partem, id est, quod virtuosus vniuersaliter, subiciatur virtuosus secundum partem. Et ponit rationem, ibi, Non enim nata est pars excellere ipsum omne, id est, totum. Et autem qui tantam excellentiam habet, sup-

R 3 ple,

ple, virtutis, hoc accidit, scilicet quod vniuersalis sit secundum virtutem. Et ex hoc concludit propositum, ibi, Quare relinquatur solum obedire tali, debere scilicet, & dominum esse, supple, debere, non secundum partem, sed simpliciter.

nn Deinde subdit epilogum dictorum, ibi, De regno quidem igitur quas habet differentias, & vtrum non expediat ciuitatibus aut expediat, & quibus, & quomodo, determinatum sit hoc modo.

oo Deinde cum dicit, Quoniam autem tres dicimus, &c. determinat qualiter dominatio, sicut regnatio, in qualibet istarum politiarum contingit esse ad electissimam vitam. Secundò repetit quoddam dictum in præhabitis, scilicet quod eadem sit virtus ciuis & ciuitatis, ibi, *In primis autem sermonibus*, &c. Tertio continuat dicta dicendis, ibi, *Determinatis autem his*, &c. Dicit ergo primò: Quoniam autem tres dicimus rectas esse politias, scilicet Regnum, Aristocratiam, & Democratiam. Et dicit rectas: quia transgressiones non sunt rectæ. Et facit comparisonem inter rectas, ibi, Harum autem necessarium optimam esse, quæ ab optimis dispensatur, secundum virtutem scilicet. Et determinat quæ sit illa, ibi, Talis autem est, in qua accidit vel vnum aliquem simul omnium, supple, esse regem, sicut in regno, vel genus totum, sicut dictum est quod assumit sibi amicos & facit comprincipes, vt multos habeat oculos, multas aures, multas manus, multos pedes, quorum vtrumque sit in regno, vel multitudinem, sicut in aristocratia & democratia excedentem esse secundum virtutem, supple, contingit, iis quidem, ciuibus scilicet, subiecti potentibus, scilicet secundum omnem rationem ciuium, iis autem principari, supple, potentibus, ad electissimam vitam. Dictum est enim

in primo, optimam esse politiam, in qua vniuersalique viuunt ad votum ex politia, quæ est ordo principantium & subiectorum. Secundò, ibi, In primis autem sermonibus, &c. repetit ea quæ supra dicta sunt, scilicet quod tractatus vt sciatur, sit perfectus, & dicit: In primis autem sermonibus, id est, in secundo, in quo incipit agere de politia, ostensum est, quòd eandem necessarium, supple, est, viri virtutem esse & ciuis optimæ ciuitatis. Et concludit ex hoc, ibi, Manifestum est, quòd eodem modo & per eandem, scilicet politiam, sit vir virtuosus, & ciuitatem instituet vtique quis aristocratizantem, id est, virtute siue ad virtutem ordinatam, & regno gubernatam ad virtutem, scilicet quod optimum est ciuibus.

pp Postea conclusio sequitur ex præhabitis, ibi, Quare erunt & disciplina, scilicet ad mores, & assuetudines eadem ferè, quæ faciunt politicum, & regale. Quia sicut antè dictum est, politicum & regale non est, nisi ex institutione virtutis: & idèd dixit in magnis moralibus, quòd scientia virtutum quæ traditur in Ethicis, principium est ad scientiam politicam.

qq Tertio, ibi, Determinatis autem his, &c. his dictis vtitur transitu in quo continuat & ordinat dicta dicendis, dicens: Determinatis autem his de politia optima: iam tentandum dicere. Et quid de ea dicendum sit, subdit. Quoniam nata sit fieri modo & institui. Et explanat in speciali, ibi, Quomodo necesse, supple, sit vtique, scilicet tractantem de ipsa, facturum de ipsa conuenientem speculationem, id est, vt speculatiuè tractetur & perfectè & conuenienter, quomodo obseruetur in vltu ciuium secundum singulas differentias communicantium, & quibus legibus statuatur & regatur. Et in hoc terminatur sententia tertij libri.

ARISTO



ARISTOTELIS POLITICORVM LIBER QVARTVS,

Cum Beati Alberti Magni præclarissimis Commentariis.

CAPVT I.

Quæ & qualia, in constitucnda Republica, politicum considerare oporteat. Et quomodo sibi inuicem opponantur bonorum rerum publicarum formæ, ac malæ.

N omnibus artibus & scientiis iis, quæ non secundum particulam fiunt, sed circa genus vnum aliquod perfectè existentibus, vnius est considerare, quod congruit circa vnumquodque genus, pura exercitatio corporis qualis quali expediat, & quæ optima. Ei enim qui optimè aptus natus & proportionatus, optimam necessarium congruere, & quæ plurimis vna omnibus. Etenim hoc exercitatio opus est. Adhuc autem si quis non ardentem desideret, nec scientiam eorum quæ circa Agoniam, nihil minus exercitatoris disciplinæ & gymnastici est præparare, & hanc adhuc potentiam. Similiter autem hoc & circa medicinam, & nauificam, & circa vestitum, & circa omnem aliam artem videmus accidens.

b Quare palam, quod eiusdem scientiæ est politiam optimam considerare, quæ est & qualis quædam vtique existens, maximè erit secundum votum, nullo impediante extrinsecorum, & quæ quibus congruens. Multis enim valde forte impossibile fortiri optimam.

c Quare optimam simpliciter, & eam quæ ex suppositis optimam, non oportet latuisse bonum legislatorem, & eum qui est vt verè politicus: adhuc autem tertiam eam quæ ex suppositione. Oportet enim & datam posse considerare, & à principio quomodo vtique fiet, & facta quo vtique modo saluari plurimo tempore. Dico autem, puta si alicui ciuitati accidit neque optima politia disponi, non abundantemque esse, etiam necessariis, neque ea quæ

CAPVT I.

N cunctis artibus & scientiis, quæ non circa partem, sed circa genus aliquod perfectè existunt, vnius est considerare, quid cuique conueniat generi, seu exercitatio corporis qualis quali conueniat, & quæ sit optima. Optime enim natura disposito, & optime affluentem, optimam conuenire necessarium est, & quæ plurimis vna omnibus. Etenim hoc gymnastice est. Præterea verò si quis non exactam illam cupiat habitudinem, & scientiam circa certamina, nihilominus magistrum Gymnasiorum est hanc potentiam præparare. Eodemque modo in medicina, & in fabricatione nauium, & vestium, & in omni alio artificio videmus contingere.

Quare manifestum est, quod eiusdem est scientia videre, quæ optima Republica, & qualis maximè ad votum foret, nullo exterrorum eam impediante, & quæ quibus conueniat. Nam plures optimam assequi, forsitan impossibile est.

Itaque & ea quæ sit simpliciter optima, & ea quæ quantum fieri potest optima, latere non debet legis conditorem, ac verè ciuilem hominem, ac præterea tertiam, quæ sit ex suppositione. Nam oportet datam quoque considerare posse, quemadmodum ab initio constituatur, & constituta conseruetur quamplurimo tempore. Dico autem, seu si cui ciuitati contigerit neque optimam gubernationem habere, neque necessaria illi adesse, neque illis ipsis quæ adsint, rectè uti, sed aliis deterioribus.

R 4 contin

contingent ex existentibus, sed quædam peiori.

d Præter omnia autem hæc, eam quæ maximè in omnibus ciuitatibus congruit, oportet cognoscere.

e Quomodo plurimi pronunciantium de politia, etsi alia dicant bene, tamen in optimis peccant: non enim solum optimam oportet considerare, sed etiam possibilem. Similiter autem & faciliorem & communiorem omnibus. Nunc autem ij quidem summam & indigentem multis copiis quærunto solum, ij autem magis communem quandam, dicentes eas quæ sint interimentes politias, scilicet Laconicam, vel quam aliam laudamus.

f Oportet autem talem induci ordinem ad quem facilè existentibus persuadentur, & possint prosequi, tanquam non sit minus opus corrigere politiam, quam instituere à principio, sicut & post addiscere à principio.

g Propter quod cum dictis oportet, & existentibus politis posse auxiliari politicum, sicut dictum est, & prius. Hoc autem impossibile, ignorantem quot sunt species politiarum.

h Nunc enim vnã democratiã putant quidem esse, & vnã oligarchiam. Non est autem hoc verum. Quare oportet differentias politiarum non latere quot, & quot modis componantur.

i Cum eadem autem hac prudentia & leges optimas videre, & eas quæ unicuique politiarum congruunt. Ad politias enim legem oportet poni, & ponuntur omnes, sed non politias ad leges. Politia quidem enim est ciuitatis ordo, qui circa principatus quo modo distribuuntur, & quid dominans politia, & quid quod finis est communio- nis singulis. Leges autem separatæ significantiam politiam, secundum quas oportet principes principari, & obseruare transgressores ipsas. Quare palam, quod differentias & numerum necessarium habere politia vnus cuiusque, & ad legum positiones. Non enim possibile est eadem leges conferre oligarchiis neque democratiis omnibus, siquidem plures, & non vna democratiã, neque oligarchia solum est.

Præter hæc autem omnia eam gubernationem, quæ omnibus maximè congruat ciuitatibus, nosse oportet.

Vt tradunt plurimi eorum, qui de Republica tractant, & si de aliis rectè dicunt, de vtilibus certè aberrant: non solum enim optimam Rempublicam considerare oportet, sed etiam illam quæ in vsum cadere possit, & quæ sit facilior, & communiior omnibus. Nunc autem alij supremam quarunt solum, multis sanè adminiculis indigentem, alij magis communem aliquam tradentes, tollentésque eas quæ in vsum sunt, Laconicam, vel aliam quandam commendant.

At enim oportet talem institutionem Reipublica inducere ut velint, ac possint homines ex his, quæ sibi adsunt facilius eam recipere. Nam est non minus difficile corrigere Rempublicam iam institutam, quam ab initio instituere quemadmodum & post discere, quam ab initio didicisse.

Quapropter non solum his, quæ libris scripta sunt Respublica, verum etiam illis quæ reuera existunt auxiliari posse oportet civilem hominem, ut diximus. Hoc autem facere non potest, si ignoret, quod sint species earum.

Nam nunc quidam putant vnã esse popularem, & vnã paucorum potentium: quod non est verum. Itaque oportet non latere differentias omnium, & quot sint, & quotupliciter componantur.

Leges etiam simul cum his consideranda erunt quæ sint optime, & quæ conueniant unicuique gubernationi. Sunt enim leges omnes ad Rempublicam accommodanda: non autem Respublica ad legem. Est namque Respublica institutio ciuitatis circa magistratus honoresque publicos, quemadmodum debeant impertiri: & in quo potestas auctoritasque summa debeat consistere: & quid sit finis cuiusque societatis. Leges autem earum varie sunt, per quas modus Reipublice gubernanda significatur, secundum quas debeant illi qui sunt in potestate, imperare & prohibere transgressores. Ex quo patet, quod necessarium est differentias & numerum tenere singularum Rempublicarum etiam ad legum positiones. Neque enim fieri potest, ut eadem leges utiles sint paucorum potentia, ac popularibus omnibus, siquidem plures sunt, & non vna duntaxat popularis potestas, neque vna paucorum potentia.

k Quoniam

k Quoniam autem in prima methodo, politiarum diuisimus tres quidem rectas politias, regnum, Aristocratiam, politicam: tres autem harum transgressiones, tyrannidem quidem regni, Oligarchiam autem Aristocratia, Democratiã autem politia: & de Aristocratia autem quidem in regno dictum est. De optima enim politia considerare idem & de iis est dicere nominibus: vult enim vtrumque consistere secundum virtutem diffusam. Adhuc autem quid differant inuicem Aristocratia, & regnum, & quando oportet regnum putare, determinatum est prius. Reliquum de politia percurrere ea, quæ communi nomine appellatur, & de aliis politis, Oligarchia, & Democratiã, & tyrannidè.

l Manifestum quidem igitur & harum transgressionum quæ pessima, & secunda quæ. Necessè enim eam quidem quæ primæ & diuinissimæ transgressionem, esse pessimam. Regnum autem necessarium, aut nomen solum habere, non existens, aut propter multam excellentiam regis esse, & tyrannidem, pessimam existentem plurimum distare à politia. Secundo autem Oligarchiam: Aristocratia enim distat multum ab hac politia. Mensuratissimam autem Democratiã.

m Iam quidem igitur pronuntiauit & quidam priorū sic, non tamen in idem nobis aspiciens. Ille quidem iudicauit omnibus quidem existentibus Epiceis, puta Oligarchia bona, & aliis pessimam Democratiã, prauarum autem optimam. Nos autem totaliter has vitias esse dicimus: & meliorem quidem Oligarchiam aliam alia, non bene habet dicere, minus autem prauam. Sed de tali quidem iudicio dimittatur nunc.

n Nobis autem primò diuidendum est, quot sunt differentia politiarum: siquidem sunt species plures Democratiæ & Oligarchiæ. Deinde quæ communissima & quæ eligibilissima post optimam politiam, & vique siqua alia contigerit Aristocratia, & consistens bene, sed pluribus congruens ciuitatibus quæ sit. Deinde & aliarum quæ quidem eligibilis. Forte enim iis quidem necessaria Democratiã magis quam Oligarchia, iis autem hæc magis quam illa. Post hoc autem quomodo oportet instituere volentem has

Cum vero in præcedentibus dictum sit à nobis tres esse Rerumpublicarum species rectas: regnum, optimatum, & eam quæ appellatur Respublica. ac tres earum transgressiones, & labe: cum regnum in tyrannidem, optimorum autem gubernatio in paucorum potentiam, Respublica autem in popularem statum labatur: & de optimatum gubernatione & regia sit dictum. Nam de optima Respublica considerare, idem est ac de illis dicere: vult enim vtraque illarum per virtutem ceteris opportunius concurrentibus consistere. Et insuper quid inter se differant regia potestas, & optimorum gubernatio: & quando regia gubernatio putanda sit, determinauimus. Restat nunc, ut de illa quæ appellatur Respublica, dicamus, & de ceteris gubernandi formis, & de paucorum potentia, ac de populari statu, & de tyrannide.

Patet igitur harum transgressionum quæ deterrima sit, quæ ut secunda. Necessè est enim prima & diuinissima transgressionem esse deterrimam. Regiam quippe gubernationem necesse est, aut nomen habere solum, cum non sit, aut propter magnam illius qui regit excellentiam esse. Ex quo fit tyrannidem deterrimam existere, ac plurimum à recta specie gubernandi abesse. Secundo autem loco paucorum potentiam: nam optimorum gubernatio multum ab hac specie distat. Maximè verò mediocrem esse popularem statum.

Fuit & prius quidam qui isto modo tradidit, non tamen in idem aspiciens nobiscum. Ille enim existimabat specierum omnium, quæ recte seu paucorum potentia sane essent, & aliarum, deterrimam esse popularem. Improbaram vero, optimam. Nos autem eas quæ transgrediuntur, aberrare omnes dicimus: nec paucorum potentia, quod melior sit altera, quam altera, recte dicitur, sed quod minus improba. Verum de his nunc discutere omitiamus.

Est autem nobis primo distinguendum, quot sunt differentia Rerumpublicarum. Si quidem plures sunt species popularis gubernationis, ac paucorum. Deinde quæ communissima & optabilissima sit post optimam Rempublicam: & si quæ contingit alia ad optimatum naturam declinans rectè constituta, & quamplurimis congruens ciuitatibus, quænam ista sit. Deinde aliarum, quæ à quibus expectanda. Forsan enim quibusdam necessaria est popularis gubernatio magis, quam paucorum potentia. Quibusdam vero hæc magis, quam illa. Deinde quemadmodum dispositum esse conueniat politias.

politias. Dico autem democratas secundum vnamquamque speciem, & iterum oligarchias. Tandem autem post hæc omnia, quando fecerimus breuiter contingentem memoriam, tentandum superuenire quæ corruptiones, & quæ saluationes politiarum, & communiter & sigillatim vniuersaliumque, & propter quas causas hæc maximè fieri nata sunt.

CAPVT I.

Hic à quarto vsque ad septimum tria facit Aristoteles, secundum quæ, in tria diuiditur hæc pars. In hoc enim quarto exequitur diuisiones politiarum quas in genere ante determinauit, in species determinatas. Sed quia aliquando transmutantur politia, idè secundò determinat de transmutatione politiarum, scilicet in quinto qui incipit, ibi, *De aliis quidem igitur*, &c. Sed quia ad omnem politiam requiritur consiliatum dominans politia, & ordo principatus, & pratorum, idè exequitur de his in sexto qui incipit, ibi, *Quot quidem igitur differentia*, &c. Iste quartus diuiditur in tres partes. In prima tangit causas subdiuisionis in species politiarum in genere. In secunda dicit ordinem principatum, ibi, *Circa institutiones autem principatum*, &c. In tertia determinat de iudicatio & pratoris, ibi, *Reliquum autem dicere*, &c. Prima harum adhuc subdiuiditur in tria, ita quod prima parte dicit causas subdiuisionis politia in species specialissimas. In secunda ostendit quæ sit optima, ibi, *Quæ autem sit optima*, &c. In tertia determinat quæ politia quibus expediat, ibi, *Quæ autem politia quibus*, &c. Circa primum duo facit. Primò enim præmittit causam diuisionis in species in genere. Secundò hoc specialiter ostendit in democratiis, ibi, *Quod autem sint & democratia species*, &c. In hoc primo capitulo quinque dicit. Primum est subdiuio politia in species: hoc enim primò considerandum est. Secundum, quod oportet considerare, cui ciuitati quælibet politia congruat, ibi, *Præter omnia autem hæc*, &c. Tertium, quod oportet cognoscere, quæ leges cui politia conueniant, ibi, *Cum eadem autem hæc prudentia*, &c. Quartum est comparatio transgressionum ad politias, ibi, *Quoniam autem in prima methodo*, &c. Quintum est, quod licet omnes transgressiones vitia sint, tamen vna multò melior est quam alia, ibi, *Manifestum quidem igitur & harum*, &c. In prima parte primò vitur quadam generali propositione, scilicet quod in omnibus artibus & scientiis in quibus consideratur aliquod commune totum & non particulare indiuiduum, consideratio perfecta non est, nisi illud commune totum deducatur in vltimas partes, & consideretur quæ sunt propria accidentia vniuersaliumque partium. Quia sicut dicit in principio de anima, secundum quas diffinitiones non contingit cognoscere proprias passiones eius quod quid est, facile de ipsis manifestum, quòd logica &

Tex. 11.

illum, qui velit has gubernationes recipere. Dico autem popularem secundum singulas species, ac rursus paucorum potentiam. Tandem verò omnium istarum cum facta fuerit breuiter mentio, conandum erit referre quanam labes, & que conseruationes sint, & communiter omnium, & particulariter vnusquisque, & per quas causas illas maximè euenire contingat.

vanæ sunt omnes. Et idè cum politia in præhabitis determinata sint in communi, oportet subdiuidere in specialissimas partes quamlibet, & propria accidentia siue passiones vniuersaliumque considerare: sine hoc enim non erit perfectè tradita ars vel scientia. Et hoc est. In omnibus artibus & scientiis iis quæ non secundum particulam sunt: quia si secundum particulam fierent, non esset vterius diuidere: sed circa genus vnum aliquod, id est, commune subiectum perfectis existentibus, supple, scientiis & artibus, minus est considerare, id est, imperfectum est, quod congruit circa vnumquodque genus: quia per hoc non scitur nisi in vniuersali, hoc autem non est scire nisi in potentia & non in propria natura, sicut dicit in secundo priorum. Et idè oportet, quòd scientia vniuersaliumque ducatur vsque in propriam naturam. Et dat exemplum, ibi, *Putat exercitatio corpori qualis quali expediat & quæ optima, supple, non est considerandum in vniuersali. Et subdit rationem, ibi, Ei enim qui optimè aptus natus & proportionatus, supple, est, secundum naturalem potentiam, scilicet ad actum illius exercitationis, optimam necessarium congruere, supple, est. Sicut verbi gratia, qui longa & gracilia cura habet, ad curioriam: & qui dura ossa & brachia & agilia, ad pugillatorem & militarem. Et ex hoc vniuersaliter infert, ibi, Et quæ plurimis vna omnibus, id est, quando in aliqua potentia naturali ad vnum actum alicuius exercitationis multi conueniunt, vna exercitativa illis competit. Et subdit rationem, ibi, Etenim hoc exercitativa opus est, sicut nautica (vt dicit Eustratus super Ethic. Arist. lib. 1.) iis competit qui natura habent, quòd vias bene imaginentur secundum plagas cæli. Et sagittaria competit iis qui ad radium oculi secundum lineam directam sinem sagittæ sciunt dirigere ad metam tangendam, sicut dicitur de Domitiano Cæsare, quòd expansa manu in pariete sagittis repleuit omnes intercapedines digitorum absque tactu alicuius eorum. Et idè dicit Plato, quòd notanda sunt opera puerorum: quia frequentius dant se exercitationibus quarum habent naturalem potentiam: & si illis applicantur, in illis perfectiores efficiuntur. Et subdit, per oppositum confirmans rationem, ibi, Adhuc autem siquis non attinentem desideret, nec habitum, nec scientiam eorum quæ circa agoniam, supple, consequeretur frustra enim laborat, qui conatur contra potentiam naturalem. Et quod dixit, adaptat, ibi, Nihil minus exercitatoris disciplinae & gymnastici est præparare, scilicet vt cuique aptetur illa*

illa exercitatio ad quam naturali potentia dispositus est, & hanc adhuc potentiam. Et inducit hoc in aliis, ibi, Similiter autem hoc & circa medicatiuam, scilicet vt illa aptetur ei qui potentiam habet considerandi diuersitatem complexionum, & quæ medicamenta profunt vniuersaliumque secundum complexionem & locum & tempus, & nauicam, vt scilicet aptetur ei sciens considerare vias & remouere à Scylla & Charybdi & aliis periculis, sicut dicit in Ethic. quòd suadebat Calypso. Et inducit vterius, ibi, Et circa vestitum, sartoriam quæ optanda est ei qui scit aptare vestes decentes cuiuslibet, secundum figuram corporis. Et ex his accipit vniuersale, ibi, Et circa omnem aliam artem videmus accidens, illud idem scilicet, quòd quælibet ars & scientia aptatur habenti aptitudinem ad eam.

Lib. 2. c. 9.

b Ex omnibus his infert à simili, quòd etiam politia aptanda est cuiuslibet secundum sibi expediens & aptitudinem, ibi, *Quare palam, quòd eiusdem scientia est politiam optimam considerare quæ est secundum diffinitionem, & qualis quadam vtrique existens, maximè erit, scilicet secundum passiones & accidentia, secundum votum, supple, vniuersaliumque nullo impediendo extrinsecorum, id est, quod omnia in se contineat, quæ faciunt ad viuere secundum votum: & vterius, quæ quibus congruens, sit, supple. Et ponit rationem, ibi, Multis enim valde fortè, scilicet diuersarum ciuitatum, impossibile sortiri optimam, scilicet vnam & eandem: quia quæ congruit ciuibus vnius ciuitatis, non congruit ciuibus alterius, sicut infra dicit.*

c Ex his concludit, ibi, *Quare optimam simpliciter, scilicet politiam, & eam quæ ex suppositis optimam, non oportet latuisse bonum legislatores. Et vocat optimam simpliciter, quæ est secundum virtutem perfecta. Optima ex suppositis, quæ demonstratis & suppositis his ciuibus sic communicantibus est, sicut dicit in Ethic. quòd non bonus sutor, qui ex optimo corio facit optimum calceum: sed ille qui ex quolibet dato corio facit meliorem qui fieri potest. Et addit quis sit ille legislator. Et eum, scilicet legislatores qui est vt verè politicus, id est, politias perfectè sciens: sicut enim dicit in Ethic. Non omnia hæc possunt redigi ad perfectam regulam: & idè debent redigi ad regulam Lesbæ adificationis. Lesbia enim insula est, in qua omnes lapides indolabiles sunt: & idè vtuntur regula plumbea, vt si lapis non possit redigi ad rectitudinem regulæ, regula curuetur ad lapidem. Adhuc autem tertiam, supple, oportet eum considerare. Et dicit quæ. Eam quæ ex suppositione, id est, quæ competit his suppositis ciuibus sic communicantibus. Et ponit rationem, ibi, Oportet enim & datam posse considerare, scilicet ipsum legislatores. Et subdit quæ consideranda sunt in ipsa, ibi, Et à principio quomodo vtrique fiet, id est, instituarur, & facta quo vtrique modo saluabitur plurimo tempore, scilicet ne per seditiones corrumpatur. Et explanat quod dixit, ibi, *Dico autem, exponendo scilicet, puta si alicui ciuitati accidit neque optima politia disponi. Et ponit causam, ibi, Non abundantemque esse**

etiam necessariis, neque ea quæ contingent ex existentibus, supple, posse potiri: quia pauperes sunt, & victum laboribus quærunt: idè quæ communibus intendere non possunt: sed quadam peiori, scilicet politia pauperum, qui sine communicatione esse non possunt. Vnde oportet politicum intendere qualiter illam etiam ordinet vt in concordia viuant.

d Deinde cum dicit, *Præter omnia autem hæc, &c.* ostendit quod non sufficit etiam in singulis politis considerare commune, sed quid cuiuslibet expediat. Et circa hoc tria facit. Primò ostendit, quòd oportet considerare cui ciuitati quælibet politia congruat. Secundò arguit insufficientiam aliter considerantium & tractantium, ibi, *Quomodo plurimi pronuntiantium, &c.* Tertio enumerat species politiarum, ibi, *Nunc enim vnam democratiam, &c.* Dicit ergo primò: *Præter omnia autem hæc, quæ dicta sunt, supple, eam quæ maximè in omnibus ciuitatibus congruit, oportet cognoscere. Et intelligit in omnibus sigillatim, ita quod in qualibet: quia quæ congruit in vna, non congruit in alia ciuitate.*

e Secundò, ibi, *Quomodo plurimi, &c.* hic arguit sufficientiam tractantium de politis, & dicit: *Quomodo plurimi pronuntiantium, id est, tractantium de politia: & si, id est, quamuis, alia, id est, quædam dicant bene, tamen in optimis peccant. Et vocat optimas, magis ad propositum pertinentes, scilicet quæ suppositæ & data conueniunt ciuitati. Propter quod sequitur. Non enim solum optimam, simpliciter scilicet, oportet considerare: sed etiam possibilem, id est, quam possibile est inducere hos cines huius ciuitatis. Similiter autem oportet considerare & faciliorem & communiores omnibus: quia ad illam facilius inducuntur ciues. Et ex hoc sumit occasionem arguendi non sic considerantes, ibi, *Nunc autem ij quidem, scilicet legislatores, summam, scilicet politiam, & indigentem multis copiis quærunt solum, & in hoc peccant: quia multæ ciuitates sunt, quæ copiam habere non possunt tum ad militiam, tum ad sumptus principum. Ij autem, id est, alij legislatores magis communem quandam, scilicet politiam, dicentes eas quæ sunt interimentes politias, id est, docent in communi qualiter politia instituenda sit, & negligunt hanc vel aliam huius & illius ciuitatis, cum sermones vniuersales & communes in moribus hominum sint inutiles, vt præhabutum est, particulares autem magis viles & veri. Et dat exemplum in particularibus, ibi, *Scilicet Laconicam, id est, politiam Laconicæ ciuitatis, quæ ciuitas est Græciæ, quæ nunc Licæonica dicitur: vel quam aliam laudamus, scilicet alterius ciuitatis politiam, illam negligunt quia in particulari non tractant.***

f Et docet corrigere hoc vitium, ibi, *Oportet autem talem induci ordinem, scilicet politia, ad quem faciliè existentibus, id est, suppositis & datis facultatibus ciuim persuadentur, scilicet ciues, & possunt proficere, saluando eam scilicet, & continendo ne corrumpatur. Et huius dat exemplum, ibi, *Tanquam sit non minus opus corrigere politiam quam instituere à principio, id est, quod tantæ virtutis est politia**

tiam institutam corrigere & saluare continet, quantæ instituire primò & ordinare. Vnde Horatius:

Non minor est virtus quam querere, parta tueri.

Et dat exemplum, ibi, Sicut eiusdem virtutis est vel non minoris post addicere à principio, doctrinam acquirere, quam addicere à principio, id est, quam proficere in iis quæ aliquis didicit à principio. Eiusdem enim virtutis accipere primò principia per doctrinam, & ex principiis acceptis procedere ad conclusiones ipsa principia consequentes.

g Et hoc concludit, ibi, Propter quod cum dictis, scilicet in communi de principiis politiarum, oportet & existentibus politis, scilicet in qualibet data ciuitate, posse auxiliari politicum, sicut dictum est, & prius. Et intendit, quòd oportet politicum auxiliari, & scire qualiter saluetur politia instituta, & corrigatur corrupta. Qualiter autem fiat, subdit, ibi, Hoc autem impossibile est ignorare, supple, facere, quot sunt species politia.

h Et subdit causam erroris, ibi, Nunc enim vnam democratiam purant quandam esse, & vnam oligarchiam. Non est autem hoc verum. Quare oportet differentias politiarum non latere, quot scilicet sint, & quot modis componantur: & est finis secundæ partis capituli.

i Deinde cum dicit, Cum autem eadem hac prudentia, &c. ostendit quòd oportet cognoscere, quæ leges cui politia conueniant, & dicit. Cum eadem autem hac prudentia & leges optimas videre, supple, oportet politiarum, & eas, scilicet leges, quæ vnicuique politiarum congruunt: quia aliter ad particulare non congrueret sermo. Et ponit rationem, ibi, Ad politias enim oportet leges poni, & ponuntur omnes: quia (sicut præhabuit est) lex est ordo politia, & huius politia hæc lex: sed non politias ad leges, supple, oportet poni. Cuius ratio est. Politia quidem enim est ciuitatis ordo. Et subdit, Qui ordo circa principatus, quomodo distribuatur, & quid dominans politia, & quid quod finis est communicationis singulis politis. Et hoc totum est in particularibus. Leges autem separata, quæ de vniuersali sunt, sunt, supple, leges significantium politiam, secundum quas, scilicet leges, oportet principes principari, & obseruare transgredientes ipsas, scilicet leges, vt puniantur. Ex his concludit, ibi, Quare palam, quòd differentias & numerum necessarium, est, supple, habere politia vniuersali quæ & ad legum positiones, id est, qualiter ponantur ad legem. Et ponit rationem, ibi, Non enim possibile est eadem leges conferre oligarchiis neque democratias omnibus: siquidem plures, & non vna democratia, neque oligarchia solum est. Cuius ratio est: quia impossibile est plures principatus eisdem legibus regulari: & est finis tertie partis capituli.

k Deinde cum dicit, Quoniam autem in prima methodo, &c. agit de comparatione transgressionum ad politias, dicens. Quoniam autem in prima methodo politiarum, id est, in tertio diuisimus tres quidem rectas politias (&

enumerat eas) Regnum, Aristocratiam, & politiam: tres autem transgressionum harum, Tyrannidem quidem Regni, Oligarchiam autem Aristocratia, Democratiam autem politia, scilicet quæ democratia dicitur. Et de Aristocratia autem quidem in Regno, id est, in capitulo de regno dictum est. De optima enim politia, idem & de iis est dicere nominibus, id est, de diffinitione horum omnium. Quia tunc dicitur de optima politiarum. Et hoc totum dictum est in 4. Ethic. Et ponit rationem, ibi, Vult enim vtrumque, scilicet Regnum & Aristocratiam, consistere secundum virtutem diffusam in multitudinem, cuius scilicet est politia. Regnum enim est virtus infusa in multitudinem ingenuorum & nobilium. Aristocratia in multitudinem virtuosorum & honorabilium. Democratia autem in populum, cuius ordo est: & hæc sunt consideranda. Adhuc autem quod differant inuicem Aristocratia & Regnum, & quando oportet regnum putare, determinatum est prius, scilicet in tertio capitulo de Regno. Reliquum autem de politia percurrere, scilicet restat, ea quæ communi nomine appellatur, scilicet quæ in communitate sua colligit omnes politias, & de politis aliis, supple, restat considerare, Oligarchia scilicet, & Democratia, & Tyrannide.

l Deinde cum dicit, Manifestum quidem igitur, &c. enumeratis sic politis & transgressionibus facit comparationem, & dicit omnino eadem quæ dixerat in 4. Ethic. sic. Manifestum quidem igitur & harum transgressionum quæ pessima, & secunda quæ est, quæ secunda est in malo post illam. Et ponit rationem, ibi, Necessè enim quidem eam quæ primæ & diuinitissimæ transgressionem, esse pessimam. Et dat exemplum, ibi, Regnum autem necessarium aut solum habere existentem significationem nominis, aut propter multam excellentiam Regis, in virtute scilicet, esse, Regnum, supple, & Tyrannidem pessimam existentem plurimum distare à politia, scilicet inter omnes transgressionem. Aristocratia enim distat multum ab hoc politia. Mensuratissimam autem transgressionem, Democratiam. Et hoc totum dictum est in 8. Ethic.

m Et dicit quendam legislatorem hoc idem dixisse, ibi, Iam quidem igitur & quidam priorum pronuntiauit, scilicet legislator ante nos, scilicet quod talis est diuisio politiarum & transgressionum, non tamen in idem nobis aspiciens, id est, non per omnia nobiscum concordans. Et ostendit in quo, ibi, Ille quidem igitur, legislator scilicet, indicauit omnibus quidem existentibus, ciuibus scilicet, epiteis, id est, iustis & bonis, pura oligarchiam bonam esse politiam, quæ est principatus paucorum honorabilium, & supple, iudicauit aliis pessimam democratiam, omnibus scilicet existentibus bonis: tamen prauarum optimam, supple, dixit esse democratiam. Nos autem totaliter has vitiatas esse dicimus, scilicet transgressionem. Et subdit in alio reprehensionem, scilicet quod non bene fecit comparationem, ibi, Et meliorem quidem oligarchiam aliam alia, cum oligarchia sit corruptio aristocratia, non

non bene habet dicere, minus autem prauam: sed & de tali quidem iudicio dimitatur nunc. n Deinde cum dicit, Nobis autem primò dicendum, &c. ostendit per diuisionem, quomodo inducuntur capitula vsque in finem istius quarti, dicens. Nobis autem primò diuidendum, quot sint differentia politiarum. Et hoc statim facit in sequenti capitulo, ibi, Eius quidem igitur, &c. & determinat modum, ibi, Si quidem sunt species plures democratia & oligarchia, supple, de quibus determinandum est. Deinde quæ communissima, pluribus scilicet ciuitatibus, & quæ eligibilissima post optimam politiam, quod etiam quærit in sequentibus, & vtique si qua alia contingit aristocratia, scilicet quam quæ dicta est, illud, supple, etiam quærendum est. Et consistens bene, id est, bene conueniens ciuibus, sed pluribus congruens ciuitatibus quæ sit, quærendum est. De-

CAPVT II.

Quare tot diuersæ Re- rum publi- carum in- ueniuntur species, & quæ sint earum præ- cipue, tum ex aliorum, tum verò ex propria opinione.

EIus quidem igitur quod est esse plures politias, causa: quia omnis ciuitatis sunt partes plures numero. Primò quidem enim ex domibus compositis videmus omnes ciuitates: deinde rursus huius multitudinis, hos quidem opulentos, necessarium esse, hos autem egenos, alios autem medios: & opulentorum autem & egenorum hic quidem arma exercens, hic autem sine armis. Et hunc quidem populum videmus agricultores esse, hunc autem circa forum occupatos, hunc autem banausum.

b Et insignium sunt differentia, & secundum diuitias, & magnitudines substantia: pura secundum nutritiones equorum, hoc est non facile non diuites facere. Propter quod quidem in antiquis temporibus, quibuscumque ciuitatibus, in equis potentia erat, oligarchia apud istos erant: vtiebantur autem ad bella equis ad vicinos, velut Eretrij, & Chalcidij, & Magnetes qui sub Mæandro, & aliorum multi circa Asiam.

c Adhuc cum iis quæ penes diuites, differentiis sunt, hæc quidem secundum genus, hæc autem secundum virtutem, & siquid vtique tale alterum dictum est esse ciuitatis pars in iis quæ circa aristocratiam: ibi enim diuisimus ex quot partibus necessariis est omnis ciuitas.

d Harum enim partium aliquando quidem omnes participant politia, aliquando autem pauciores, aliquando autem plures.

D. Alb. Mag. Politic.

CAPVT II.

VT igitur sint plures Rerum publicarum species, illa est causa, quòd cuiusque ciuitatis partes sunt plures. Videmus enim primò ex domibus constare ciuitatem: deinde rursus ex hac multitudine, alios esse diuites, alios pauperes, alios medios: diuitumque & pauperum partem esse bellicam, partem imbellem. Et rursus ex plebe partem agrorum cultura esse deditam videmus, partem mercatura, partem opificis & sordidis ministeris.

Nobilitatis quoque differentia sunt secundum opulentiam & magnitudinem census. Sunt enim alij equites, quod munus nemo faciliter supportare potest, nisi sit diues. Itaque antiquis temporibus quacumque ciuitates equestri potentia excelebant, in his paucorum potentia gubernat. Equitatu autem bella contra finitimos exercebant, ceu Eretrienses, & Chalcidenses, & Magnetes qui sunt super Mæandro, & alia plures Asiaticarum ciuitatum.

Præterea sunt alia quam iuxta diuitias nobilium differentia: quosdam enim genus, quosdam virtus extollit, & si quid alium tale ciuitatis partem esse dictum est, ubi de optimatibus tractauimus: ibi namque distinximus quot ex partibus necessariis omnis constat ciuitas.

Et hæc quidem partes quandoque concurrunt omnes ad Rempublicam gubernandam, quandoque pauciores, quandoque plures.

S e Manifestum

e Manifestum igitur, quod pures necessarium est esse politias specie differentes abinvicem. Etenim hæ partes differunt specie à seipsis. Politia quidem enim principatum ordo est: hunc autem distribuunt omnes, vel secundum potentiam participantium, vel secundum quandam ipsorum communem æqualitatem, dico autem, puta egenorum vel opulentorum, vel communem quandam amborum. Necessarium ergo politias esse tot, quot quidem ordines secundum excellentiam sunt & secundum differentias partium.

f Maximè autem videntur esse duæ, quemadmodum de ventis dicitur, ij quidem Australes, ij quidem Boreales, reliqui autem horum prætergressiones, sic & politiarum duæ, populus & oligarchia: aristocratiam enim ponunt speciem oligarchiæ tanquam existentem quandam oligarchiam, & eam quæ vocatur politia, democratiam, sicut in ventis Zephyrum quidem Boreæ, Austri autem Eurum. Similiter autem habet & circa harmonias, ut aiunt quidam: etenim ibi ponunt duas species, Doricam & Phrygiam: alias autem coordinationes, has quidem Doricas, has autem Phrygias vocant. Maximè quidem igitur consueverunt ita existimare de politis.

g Verius autem & melius, ut nos diuisimus, duarum, aut vnus existentis bene institutæ, alias esse transgressiones, has quidem bene temperatæ harmoniæ, has autem optimæ politiæ. Oligarchias quidem eas quæ duriores & magis despoticæ: remissas autem & molles, democratias.

h Non oportet autem poni democratiam (sicut consueverunt quidam nunc) simpliciter ita vbi dominans multitudo. Etenim in oligarchiis & vbiq; amplior pars dominans. Neque oligarchiam, vbi domini politiæ pauci. Si enim essent qui omnes mille & trecenti, & horum ipsi mille diuites, & non iraderent de principatu ipsis trecentis & pauperibus liberis existentibus, & quantum ad alia similibus, nullus vtiq; diceret democratizare istos. Similiter autem & si pauperes quidem pauci essent, valentiores autem diuitibus pluribus existentibus, nullus vtiq; oligarchiam appellaret, neque talem, si aliis existentibus diuitibus non attinerent honorem.

Patet igitur, quod necesse est plures Respublicas esse inter se differentes specie. Nam & hæ partes earum in inter se specie differunt. Respublica est institutio gubernatorum: hanc verò distribuunt omnes, vel secundum potentiam eorum qui participes sunt, vel secundum aliquam æqualitatem communem, dico autem, veluti tenuiorum, & opulentorum, vel communem aliquam amborum. Necessarium est ergo Respublicas tot esse, quot sunt institutiones circa earum supereminencias, secundum differentiam partium.

Maximè verò dua videntur esse, quemadmodum de ventis dici solet, alios quidem esse Boreales, alios Australes, ceteros autem ventos horum esse excessus: sic etiam Respublicas duas esse, popularem scilicet & paucorum potentiam: nam optimates speciem esse paucorum potentium, posuere, & eam quæ vocatur Respublica, dicebant esse popularem, quemadmodum de ventis Zephyrum quidem Borealem, Eurum autem Australem. Eodemque modo in harmoniis, ut quidam tradunt: nam & in illis posuerunt duas species, vnã Doricam, alteram Phrygiam, ceteras vero omnes, vel ad Doricam, vel ad Phrygiam referri. Maximè quidem igitur consueverunt de Rebuspubl. sic existimare.

Sed certe verius ac melius est, ut nos diuisimus, duarum vel vnus recte constituta, ceteras esse transgressiones, ut probè temperata harmonia, sic etiam optima Respublica. Ad paucorum quidem potentiam inclinant, quæ duriores sunt ac magis violenta: quæ vero remissa, & molles, ad popularem statum.

Neque verò popularis ita simpliciter ponenda est, ut quidam ponunt, vbi multitudo dominatur. Nam & in paucorum potentiis, & vbiq; maior pars proualeat. Etenim si essent vniuersi mille trecenti, & horum mille forent opulenti, neque partem gubernationis darent trecentis illis pauperibus ingenuis, ac in ceteris paribus, nemo certe diceret hanc esse popularem. Eodemque modo si pauci quidem inopes in ciuitate plus possent quam multi & opulenti, nec honores illis impartirentur, nemo vtiq; diceret hanc esse speciem, quæ appellatur paucorum potentium.

i Magis

i Magis igitur dicendum, quod demos quidem est quando liberi fuerunt domini, oligarchia autem quando diuites: sed accidit hos quidem plures esse, hos autem paucos, liberi quidem enim multi, diuites autem pauci.

k Etenim vtiq; si secundum magnitudinem distribuetur principatus, sicut in Æthiopia aiunt quidam, vel secundum pulchritudinem, oligarchia vtiq; esset: pauca enim multitudo & pulchrorum & magnorum.

l Sed neque iis solum sufficienter habet determinare politias has. Sed quoniam partes plures & populi & oligarchiæ sunt, adhuc distinguendum, tanquam neque si liberi pauci existentes pluribus & non liberis principentur, demos, velut in Apollonia quæ in Ionio, & in Thera: in vtraque enim harum ciuitatum in honoribus erant, qui differebant secundum ingenuitatem, & primi obtinentes vicinias, pauci existentes multorum: neque vtiq; diuites propter excedere secundum multitudinem, demos, velut in Colophone antiquitus, ibi non possidebant magnam substantiam qui plures, antequam fieret bellum aduersus Lydos: sed est democratia quidem, quando liberi & egeni plures existentes domini fuerint, principantur. Oligarchia autem quando diuites & nobiliores, pauci existentes. Quod quidem igitur politiæ sunt plures, & propter quam causam, dictum est.

CAPVT II.

D Ictum est, quod sunt plures politiæ, hic autem facit quæstionem, quæ sit multiplicatis causa: & determinat eam per tria capitula: & secundum hoc diuiditur hæc pars in tres partes. In isto enim capitulo primò dicit causam multiplicatis politiæ. In sequenti ostendit, quod quælibet politia secundum speciem suam diuiditur in alias, ibi, *Quod autem & plures distis*, &c. In tertia determinat de democratia, quod habet plures species, ibi, *Quod autem sint & democratia*, &c. Istud capitulum diuiditur in duas partes. In prima ostendit quæ sit causa pluralitatis politiæ in vna & eadem ciuitate. In secunda ostendit duas esse principales, & alias sumi iuxta illas, ibi, *Maximè autem videntur*, &c. Determinatio primæ partis tota fundatur super vnã propositionem quæ talis est. Politia est ordo communicationis: & idè quot sunt differentiæ communicationum, tot erunt ordines communicationum, & tot politiæ: & hæc est tota sententia primæ

D. Alb. Mag. Politic.

Potius itaque dicendum fuerit, popularem quidem esse, cum penes ingenuos homines est gubernatio. Paucorum autem potentiam, cum penes opulentos, sed contigit, ut alteri multi sint, alteri pauci, plerique enim ingenui sunt, rari vero diuites.

Etenim si magistratus honoresque publici secundum dignitatem distribuerentur, ut in Æthiopia quidam tradunt fieri, vel secundum pulchritudinem, paucorum esset gubernatio, cum parua multitudo magnorum & formosorum.

Veruntamen, his solum non sat est Respub. istas determinasse. Sed cum pules sint partes & multitudinis & paucorum potentium, adhuc resumendum est, ut neque ingenui pauci existentes pluribus, neque multitudo ingenuis dominetur, ut in Apollonia quæ est Ionio, & in Thera: in vtraque enim istarum urbium honores dignitatesque erant illorum qui nobilitate præstabant, & qui primi in eas Colonias venerant, qui erant pauci: non autem diuitum, licet multitudine superaret populus, ut in Colophone antiquitus: ibi enim possidebat magna patrimonium multitudo antequam bellum gererent aduersus Lydos. Sed est multitudinis quidem gubernatio, quando ingenui homines & inopes multi existentes gubernant Respubl. Paucorum verò potentium quando opulenti & nobiliores pauci existentes, gubernant. Quod igitur plures sint Respubl. species, & quibus de causis, patet.

partis, excepto quod differentias communicationum enumerat in speciali, eò quod in moribus sermones vniuersales inutiles sunt, particulares autem necessarij. Dicit ergo primò: Eius quidem igitur quod est esse plures politias, causa. Et statim tradit hoc quod dictum est, ibi, Quia omnis ciuitatis sunt plures partes numero: & vocat partes differentias communicationum. Primò quidem enim ex domibus compositis videmus omnes ciuitates. Et dictum est in primo tres communicationes esse in domo, scilicet conugalibus, paternis & despotica. Et idè necesse est esse tres politias in domo. Et ponit secundam differentiam, ibi, Deinde rursus huius multitudinis hos quidem opulentos necessarium esse, supple, est: & inter illos necessarium esse communicationem quandam. Et ponit tertiam, ibi, Hos autem egenos, supple, necessarium esse, & hi etiam habent inter se specialem communicationem. Et ponit quartam, ibi, Alios autem medios, qui etiam inter se habent communicationem. Et inductos subdividit, ibi, Et opulentiorum autem & egenorum hæc quidem, supple, multitudo arma

S. 2. exercens.

exercens, sicut militaris, quæ etiam inter se habet communicationem: hæc autem, scilicet alia multitudo sine armis, sicut non deputati ad militiam. Et hunc quidem populum, supple, esse, videmus, id est, plebem, qui secundum plebilitatem communicant. Et subiungit illam: Et huius quidem quosdam videmus agricultores esse, qui inter se communicant secundum agriculturam: hunc autem, scilicet populum, circa forum occupatos: qui etiam inter se communicationem habent secundum leges ementium & vendentium, sicut inferius dicit: hunc autem, scilicet populum, banauum, qui sunt feruientes in operibus maculantibus, sicut terri & purgatores platearum in cophinis seruientes. Et istæ sunt quatuor communicationes communis plebis.

b Et de differentiis magnorum in ciuitate, ibi, Et insignium sunt differentiæ. Et dicit in communi circa quid, ibi, Et secundum diuitias & magnitudines substantiæ, scilicet in quibus communicant. Et dat exemplum, ibi, Pura secundum nutritiones equorum quos nutriunt ad lucrum. Et dicit rationem quare hoc sit insignium personarum, ibi, Hoc enim non facile non diuites facere: quia ad equos requiritur marescaltia quæ magnas impensas requirit. Et quod dixit, probat per antiquas consuetudines, ibi, Propter quod quidem in antiquis temporibus, quibuscumque ciuitatibus, in equis potentia erat, scilicet ex ordine politiæ, oligarchiæ apud istos erant. Oligarchia autem (vt sæpè habitum est) est principatus paucorum diuitum & potentum. Ad quem autem vsum equos habuerint, subdit, ibi, Vtebantur autem ad bella equis. Equus autem est animal bellicum. Vnde de eo dicitur Iob 38. Procul odoratur bellum: cum audierit sonitum buccinæ, dicit, Vah. Et subdit aduersus quos utebantur equis, ibi, Ad vicinos, id est, contra vicinos, de terminis scilicet litigantes. Et ponit exemplum in particulari, ibi, Velut Eretrij, id est, ciues Eretriæ ciuitatis, & Auhalidij, id est, Chalcedonij, & Magnetes qui erant sub Rege Mæandro (& hæc nomina sunt antiquarum ciuitatum Græciæ) & aliorum multi circa Asiam. Et intendit, quod singulæ harum communicationum speciales habent politias.

c Et vterius ponit communicationes diuitum, ibi, Adhuc cum iis qui penes diuitias, supple, communicant, differentiæ sunt. Et enumerat eas, ibi, Hæc quidem communicatio est secundum genus, scilicet existentium de nouo genere: hæc autem secundum virtutem, sicut virtuosus specialem habent communicationem. Et postea subdit in communi, Et si quid vtiq; talem alterum, scilicet in quo multi communicant, dictum est esse ciuitatis pars in iis quæ circa aristocratiam: ibi enim diuisus ex quot partibus necessarius est omnis ciuitas. Et videtur mittere ad octauum & nonum Ethic. vbi distinguit species amicitarum secundum species communicationum: & hos libros vocat aristocratiam: quia omnis species amicitia fundatur super virtutem.

d Ex his elicit plures esse species politiæ, ibi, Harum enim partium aliquando quidem omnes participant politia, aliquando autem pau-

ciore, aliquando autem plures.

e Et ex hoc concludit, ibi, Manifestum igitur, quod plures necessarium est esse politias specie differentes abinuicem. Et ponit rationem, ibi, Etenim hæc partes differunt specie à seipsis. Cuius causa est: quia communicationes differunt specie. Vnde subdit, Politia quidem enim principatum ordo est: hunc autem, scilicet ordinem, distribuunt omnes, scilicet legislatores, vel secundum potentiam principantium, vel secundum quandam ipsorum communem æqualitatem. Et huius ratio est: quia secundum differentias principantium necesse est differre leges quibus principantur, & secundum æqualitates communicantium necesse est differre leges & iura communicationum: aliis enim vtuntur communicantes in equis, aliis communicantes in mercatione, aliis communicantes in navigatione: cum (sicut paulò antè dictum est in hoc eodem libro) leges ordinentur ad politias, & non è conuerso politiæ ad leges. Et quod dixit, explanat, ibi, Dico autem pura egenorum, scilicet æqualitatem, vel opulentorum, vel communem quandam amborum, scilicet qualitarum videlicet & egenorum & opulentorum. Ex omnibus his concludit quod in principio capituli dictum est, ibi, Necessarium ergo politias esse tot, quot quidem ordines secundum excellentiam sunt, & secundum differentias partium, id est, partialium communicationum.

f Deinde cum dicit, Maxime autem videntur, &c. Positis istis differentiis reducit omnes in duas. Et dat exemplum in ventis & harmoniis musicis: & hæc tota sententia istius secundæ partis capituli. Dicit ergo primò: Maxime autem videntur esse duæ, scilicet politiæ extremæ, quemadmodum de ventis dicitur, ij quidem Boreales, id est, Aquilonares: ij autem Australes: & secundum hoc Boreales dicuntur omnes, qui accipiuntur secundum diuisionem zodiaci, & secundum ortum solis inter libram vsque in cancerum ascendendo: & Australes dicuntur omnes, qui accipiuntur inter finem libræ secundum ortum solis descendendo vsque in finem capricorni, secundum diuisionem ventorum quæ facta est in meteoris. Tamen ibi dicuntur quatuor esse principales, scilicet Aquilonaris, Australis, Orientalis, & Occidentalis: alij autem collaterales octo. Sed hic diuidit secundum diuisionem quæ est inter duo solstitia, scilicet ascendendo & descendendo. Reliqui autem horum, scilicet ventorum prætergressiones. Sic & politiarum duæ, sunt, supple, principales, populus, id est, democratia, & oligarchia. Et statim subdit qualiter aristocratia reducitur ad oligarchiam, ibi, Aristocratiam enim ponunt speciem oligarchiæ tanquam existentem quandam oligarchiam. Cuius ratio est: quia vtraque est principatus paucorum. Diuites enim & potentes & honorabiles pauci sunt in ciuitate. Vnde in hoc conueniunt, vt dictum est. Et eam quæ vocatur politia, id est, ciuitas populi, democratiam, ponunt esse, supple. Et adaptat simile, ibi, Sicut in ventis Zephyrum quidem Boreæ, supple, dicunt esse collateralem, Austri autem Eurum, supple, dicunt esse coniuictum. Et ponit secundum simile in musicis, ibi, Similiter

Similiter autem habet & circa harmonias, scilicet quod ad duas reducuntur, vt aiunt quidam: etenim ibi ponunt duas species, scilicet Doricam & Phrygiam, quæ sunt harmoniæ gratis & acuti: sicut enim in præhabitis dictum est, Dorica est consonantia primi & secundi toni, Phrygia autem septimi & octauæ: alias autem, scilicet harmonias, coordinantes, supple, dicunt, has quidem Doricas, quia primo & secundo tonò propinquiores, has autem Phrygias vocant, scilicet septimo & octauo propinquiores. Et adaptat simile, ibi, Maxime quidem igitur consueverunt, scilicet antiqui ita exultimare de politiis, scilicet quod omnes aliæ ita orientur à duabus dictis, videlicet oligarchiæ & democratia. Et hoc est quod dicitur in prima parte huius secundæ partis.

g Deinde cum dicit, Verius tamen & melius, &c. in hac secunda parte reprehendit dicta illorum: & habet duas partes. Primò enim reprehendit dictum eorum in communi: quia ad specialia non descenderunt. Secundò circa singulas politias reprehendit positionem eorum, ibi, Non oportet autem poni, &c. Circa primum dicit sic. Verius autem & melius, supple, quam antiqui dixerunt, vt nos diuisimus, supple, dicitur. Et ponit dictum suum, quod etiam præhabitum est, ibi, Duarum aut vnus existentis bene institutæ, politiæ scilicet, alias omnes esse transgressiones, harum scilicet. Et subdit quomodo, ibi, Has quidem bene temperatæ harmoniæ, id est, ad similitudinem harmoniæ mediæ, has autem optimè politiæ, supple, transgressiones esse. Et dat exemplum, ibi, Oligarchias quidem esse eas quæ duriores, id est, magis oppressiue & magis despoticæ, scilicet quæ subditis vtuntur vt feruis: remissas autem & molles, democratias, scilicet quæ subiectis vt liberis vtuntur.

h Deinde cum dicit, Non oportet autem poni, &c. in hac parte in speciali reprehendit antiquos, quod politias principales quæ multæ sunt, distinguebant differentiis accidentalibus, & non essentialibus quæ per se differentiæ sunt & specificæ. Et ostendit, quod duo inconuenientia ex hoc sequuntur. Vnum est, quod politiæ ex hoc transmutantur vna in aliam, ita quod aristocratia efficitur oligarchia, & oligarchia democratia, & è conuerso. Secundum est, quod differentia per accidens est per se & essentialiter & specie differentium, quod est valde inconueniens. Et, sicut partem post dicit, positio ista fuit Platonis in politiis suis. Et hæc est tota sententia huius partis in communi, in qua quatuor specialiter dicuntur. Primum est, quod non oportet totaliter diuidere politias, vt Plato diuisit, & talibus differentiis dicere differre. Secundum est probatio huius per deductionem ad inconueniens, ibi, Etenim in oligarchiis, &c. Tertium est, quod ostendit hæc esse accidentalitæ & accidentales differentias, ibi, Sed accidit hos quidem, &c. Quartum est, quod particularia maxime attenduntur in hac scientia, ostendit hoc in particularibus, ibi, Sed quoniam partes plures, &c. Ratio autem istius disputationis tota fundatur in vna ratione quæ talis est. Principatus politicus non distinguitur nec diuiditur per se, nisi per illud quod est

D. Alb. Mag. Politio.

essentiale principatum: & hæc secundum antè dicta quatuor sunt, scilicet libertas: quia non liber non potest principari, quia virtus sua ad alterum est, cuius nutu & voluntate oportet eum omnia operari sicut organum siue instrumentum. Secundum est potentatus, sine quo non potest irumpere iniquitatem, vt dictum est. Tertium est virtus, sine qua principatus abducitur in inconuenientias passionum. Quartum est diuitia, sine quibus non est sibi per se sufficiens, propter quod subuertet iudicium: & idè secundum autarchiam non potest principari consiliatio & iudicatio. Dicit ergo: Non oportet autem poni democratiam (sicut consueverunt quidam, scilicet Platonici) nunc simpliciter ita, id est, vniuersaliter, vt dicit Plato. Et ponit dictum Platonis, ibi, Vbi dominans multitudo, supple, sit ibi democratia. Et hoc probat, ibi, Etenim in oligarchiis, & vbiq; id est, in omnibus politiis amplior pars dominans: & si hoc contingit in omnibus, in omnibus erit democratia, quod falsum, sic enim confunderentur & permiscerentur politiæ, quæ specie differunt. Et idem ostendit in oligarchiis, ibi, Neque oligarchiam, vbi domini politiæ pauci, supple, oportet dicere. Et dat rationem, ibi, Si enim essent qui dominantur politiæ omnes mille & trecenti, & horum ipsi mille diuites, & non traderent de principatu ipsi trecentis, & pauperibus liberis existentibus, & quantum ad alia similibus, nullus diceret vtiq; democratizare istos, scilicet propter multitudinem, sed potius diceret oligarchizare propter potentiam & diuitias. Et vult, quod inferatur ergo per multitudinem & paucitatem non distinguantur politiæ. Deinde cum dicit, Similiter autem etsi pauperes, &c. ad idem inducit aliam rationem, dicens: Similiter autem etsi pauperes quidem pauci essent, valentiores autem, id est, potentiores, diuitibus pluribus existentibus, nullus vtiq; oligarchiam appellaret, neque talem, scilicet politiam. Et superfluit altera negatio. Et quod dixit, explanat, ibi, Si aliis existentibus diuitibus, pluribus scilicet, non attinerent, id est, non attribuerent honorem principatus.

i Ostenso inconuenienti quod sequitur talem distinctionem politiarum, emendat, determinans qualiter distinguendæ sunt substantialibus differentiis, ibi, Magis igitur dicendum, quod demos, id est, democratia, quidem est quando liberi fuerunt domini, politiæ scilicet: oligarchia autem quando diuites: sed accidit hos quidem plures esse, hos autem paucos. Et ponit rationem, ibi, Liberi enim multi, diuites autem pauci.

k Et hoc probat per simile, ibi, Etenim vtiq; si secundum magnitudinem, scilicet corporis, distribuere principatus, sicut in Æthiopia aiunt quidam, vel secundum pulchritudinem, oligarchia vtiq; esset: pauca enim multitudo & pulchrorum & magnorum, est scilicet. Et sic in Æthiopia non esset democratia neque aristocratia. Causa autem quare ibi sit pauca multitudo pulchrorum & magnorum, assignatur in libro de locis habitabilibus: quia scilicet Æthiopia est sub torrida cancri, in qua radij solis directè incidunt ad angulum perpendiculararem;

dicularem, & diu stant circa idem, propter reflexionem circuli: & idem exciccant humidum quod debet protendi in quantitate, & incendunt & in terrestriatem inducunt, & sic impediunt venulatem coloris luminis susceptiui, & deducunt ad nigredinem. Et idem dicunt Philosophi Messealach & Auicenna, quod vita Æthiopum vt in pluribus est 30. annorum, & non plus, & sunt nigri parui & crispi.

l Ex his elicit vterius, quod his non bene determinentur politia, scilicet paucitate & multitudine, sed neque iis solum sufficienter habet determinare politias has. Et subdit qualiter, ibi, Sed quoniam partes plures, & populi, & oligarchia sunt, adhuc distinguendum, supple, est, tanquam neque si liberi pauci existentes pluribus, & non liberis principentur, demos id est, democratia, sit, supple. Et dat exemplum in particulari, ibi, Velut in Apollonia, &c. & est quartum huius partis. Dicit ergo: Velut in Apollonia quæ est in Ionio. Et est Ionium prouincia Græciæ, in qua est Apollonia ciuitas. Et in Thera, quæ est aliqua ciuitas. In vtraque enim harum ciuitatum in honoribus erant, supple, principatum, qui differebant, ab aliis

CAPVT III.

De partibus ciuitatis.

a **Q**uod autem & plures dictis, & quæ, & propter quid, dicimus, principium sumentes dictum prius. Confitemur enim non vnam partem, sed plures habere omnem ciuitatem. Sicut igitur si animalis vellemus accipere species, primo quidem vtique segregaremus, quod quidem necessarium habere omne animal, velut quædam sensitiuorum, & quod alimenti elaboratiuum & susceptiuum, puta os & ventrem: adhuc autem quibus mouetur partibus vnumquodque ipsorum. Si itaque tot species, solum autem horum essent differentia, dico autem puta oris quædam plura genera, & ventris, & sensitiuorum, adhuc autem & motuarum partium, numerus coniugationis horum ex necessitate faciet plura genera animalium. Non enim possibile est idem animal habere plures oris differentias, similiter autem neque aurium. Quare quando acceptæ fuerint horum omnes contingentes combinationes, faciet species animalis, & tot species animalis, quot quidem coniugationes necessariorum partium sunt.

b Eodem autem modo & dictarum politiarum: etenim ciuitates non ex vna, sed ex multis partibus componuntur, sicut dictum est sæpè.

c Vna quidem igitur est, quæ circa

scilicet, secundum ingenuitatem, id est, qui erant nobiles, & primi obtinentes vicinas, id est, vicinas regiones, pauci existentes multorum, id est, respectu multorum: & tamen non propter hoc oligarchico principatu dominabantur, sed potius Aristocratico. Et similiter dicit de democratia, ibi, Neque vtique diuites propter excedere secundum multitudinem, demos, id est, principatu democratico principantes. Et dat exemplum in particulari, ibi, Velut in Colophone antiquitus: ibi enim possidebant magnam substantiam qui plures, antequam fieret bellum aduersus Lydos, à quibus per prædam accepta substantia ditati sunt, & tamen ante principabantur principatu oligarchico cum multi essent. Et subdit de democratia, quæ non sic distinguitur per multitudinem & paucitatem, ibi, Sed est democratia quidem quando liberi egeni plures existentes, quod est per accidens, domini fuerint principatus: & sic penes libertatem politematis distinguitur politia, quæ dicitur democratia, & non penes multitudinem & paucitatem. Vltimo apponit epilogalem conclusionem totius capituli, quæ est hæc. Quod quidem politia sunt plures, specie scilicet differentes, & propter quam causam, dictum est.

CAPVT III.

Quamobrem vero plures sint quam illa quas adduximus, & quamam ista sint, & propter quid, deinceps dicemus, principia inde prius assumpto. Fatemur enim non vnam partem, sed plures omnem habere ciuitatem. Vt igitur si animalis vellemus species capere, primo segregaremus id quod necessarium sit animal omne habere, seu quoddam sensus instrumentum, & quod cibum conficiat, atque receperet, puta os, & ventrem, & præterea illas quibus mouentur partes. Si itaque tot species solum, harum vero differentia forent. Dico autem seu oris genera plura, & ventris, & sensuum instrumentorum, & præterea earum quibus mouentur partium, harum coniugationis numerus necessariè efficiet plura genera animalium. Non enim fieri potest, vt idem animal habeat plures differentias oris, si etiam neque aurium. Itaque quando suscepta sint omnes combinationes istorum, facient species animalis, & tot quidem species, quot coniugationes sunt partium necessariorum.

Eodem modo de Rebus publicis: ciuitates enim non solum ex vna, sed ex multis partibus constant, vt sæpius dictum est.

Vna quidem pars est circa alimenta alimentum

alimentum multitudo, quæ vocatur agricolæ, secunda autem quæ vocatur banausa: est autem hæc quæ circa has artes sine quibus ciuitatem impossibile est habitari. Harum autem artium has quidem ex necessitate oportet existere, has autem ad delicias, vel bene viuere. Tertia autem quæ circa forum, dico autem foralem, quæ circa venditiones & emptiones, & negotiationes, & camporias demoratur. Quarta autem quod ad mercenarium. Quintum autem genus quod propugnans, quod iis nihil minus necessarium est existere, si debeant non seruire inuadentibus. Nihil enim minus impossibilem quam dignum esse vocare ciuitatem natura seruam. Per se sufficiens enim est ciuitas: quod autem seruam, non per se sufficiens.

d Propter quod quidem in politia leuiter hoc, non sufficienter autem dictum est.

e Ait enim Socrates è quatuor necessariissimis componi ciuitatem: dicit autem hos textorem, agricolam, coriarium, & edificatorem. Rursum autem apponit tanquam non necessariis iis, ærarium & eos qui supra necessaria pecora, adhuc autem negotiatorem & camporem. Et hæc omnia sunt complementum primæ ciuitatis, tanquam gratia necessariorum omnis ciuitas sit constituta, sed non boni, quasi magis æqualibusque indigeat ærariis & agricolis.

f Partem autem propugnantem non prius attribuit, antequam regione crescente, ac tangente vicinos, ad bellum instituantur.

g At verò & inter quatuor & quocumque communicantes necessarium esse aliquid reddentem & iudicantem quod iustum.

h Siquidem igitur & animam ponat vtique quis magis partem animalis quam corpus, & ciuitatum magis talia ponendum quam ea quæ ad necessarium vsum tendunt, scilicet bellicum, & quod participat iustitia disceptatiua. Adhuc autem quod consiliatur, quod quidem est intellectus politici opus: & hæc siue separatim existant aliquibus, siue eisdem: nihil enim differt ad rationem: etenim ditari & agros colere accidit eisdem sæpè. Quare siquidem & hæc & illa sunt ponenda partes ciuitatis, manifestum quod & qui ad arma necessaria ciuitatis pars est.

multitudo, quos agricolas dicimus. Altera vero pars circa ministeria, seu artifices, sine quibus ciuitas habitari non potest. Harum vero artium alia sunt necessaria, alia ad delicias pertinent, & ad vitæ cultum. Tertia pars est forensis multitudo, quæ circa emendum vendendumque, & circa mercaturam & nummulariam versatur. Quarta pars mercenarij. Quinta, propulsatores belli, quæ quidem pars non minus necessaria est ciuitati, quam aliqua superiorum, si velint tueri libertatem. Impossibile est enim vt quæ ciuitas vocari mereatur, si natura serua. Per se enim sufficiens ciuitas: seruus autem non per se sufficiens est.

Quapropter libri de Repub. ornate quidem hoc, sed non sufficienter dictum est à Secrate.

Inquit enim ex quatuor maximè necessariis ciuitatem constare: hos autem esse textorem, agricolam, coriarium, & edificatorem. Rursum vero adiungit quasi illi non sufficiant, fabrum ferrarium, & pastorem, & insuper negotiatorem, & nummularium. Et hæc omnia complent primam ciuitatem, quasi verò ciuitas omnis necessariorum gratia sit constituta, ac non magis gratia honesti, & quasi æquè indigeat corariis & agricolis.

Propulsatores autem belli non primam facit partem, antequam aucta regione, & vicinis coactis, ad bellum deueniatur.

Atqui & in quatuor illis & in quocumque communicantibus, necessarium est esse aliquem qui ius dicat ac decernat.

Siquidem ergo animam quis ponat animalis esse partem magis quam corpus, & ciuitatum magis talia ponendum esse partes, quam ea quæ pertinent ad necessarium vsum, propulsatores belli videlicet, ac iustitia iudisaria exhibitores. Ac præterea consultores, quod est civilis prudentia opus: & hoc siue separatim existat quibusdam, siue eisdem, nihil refert ad hunc sermonem: nam & in armis esse, & agros colere sæpè contingit eisdem. Quare si hæc & alia ponenda sunt ciuitatis esse partes, manifestum est, quod & propulsatores belli pars necessaria sunt ciuitatis.

j Septima autem quæ substantiis ministrat, quam vocamus opulentos. Octava autem demiurgica, scilicet populi institutiva, & quæ circa principatus administratiua: siquidem sine principatibus impossibile esse ciuitatem. Necessarium igitur esse aliquos potentes principari, & administrantes, vel continuè, vel secundum partem ciuitati, hac administratione.

k Reliqua autem, de quibus determinauimus perfectè, quod consiliabitur, & conuincat altercantibus de iustis: siquidem igitur hæc oportet fieri in ciuitatibus, & bene fieri, & iuste, necessarium, & aliquos politicorum esse principantes virtute.

l Alias quidem igitur potentias videtur multis contingere existere eisdem, puta eisdem esse propugnantes, & agricolas, & artifices, adhuc autem consiliantes & iudicantes: informantur autem & virtute omnes, & plurimis principatibus principari putant posse: sed pauperes esse & diuites eisdem impossibile est: propter quod hæc partes maximè esse videntur ciuitatis, diuites & egeni.

m Adhuc autem propterea quod ut in pluribus, ij quidem pauci sunt, ij autem multi, hæc videntur contrariæ partes partium ciuitatis, ut & politiæ secundum excessus harum consistant, & duæ politiæ videntur esse, democratia & oligarchia. Quod quidem igitur sint politiæ plures, & propter quas causas, dictum est prius.

CAPVT III.

a IN isto capitulo ostendit, quod quælibet politia secundum speciem suam diuiditur in alias: & habet tres partes. In quarum prima facit quod dictum est. In secunda tangit opinionem Socratis de diuisione politiarum, ibi, *Ait enim Socrates ex quatuor, &c.* In tertia docet accipere diuisionem politiarum in ciuitate ad modum diuisionis animæ, ibi, *Siquidem igitur & animam, &c.* Circa primum duo facit. Primum enim docet accipere partes politiarum ad modum diuisionis membrorum animalis. Secundò docet accipere quinque politias, ibi, *Eodem autem modo, &c.* Dicit ergo primò. Quod autem & plures dictis, & quæ, & propter quid, dicimus, principium sumentes dictum prius. Constat enim non vnâ partem, sed plures habere omnem ciuitatem, & quot sunt partes communicantium in ciuitate, secundum tot necesse est esse modos & species politiarum. Et quia dicit Tullius, quod omnis ciuitas ædifi-

Septima pars est eorum, qui magnâ patrimoniam habentes, Reipubl. onera sustinent, quos opulentos vocamus. Octaua eorum qui publicam operam exhibent, & qui in magistratibus gerendis occupati existunt: ciuitas enim absque magistratibus esse non potest. Necessarium igitur esse quosdam qui magistratus gerere valeant, & hoc munus sufferre, vel perpetuè, vel ad tempus.

Reliqua verò sunt illa, de quibus supra determinauimus in consulendo, & ius litigantibus reddendo versari. Si igitur hæc ciuitatibus adesse oportet rectèque fieri & iuste, necessarium est esse aliquos qui virtutem habeant rerum ciuilium.

Ceteras ergo potentias eiusdem adesse posse videntur pluribus, seu eisdem esse propulsores belli, & agricolas, & artifices. Et præterea consiliores & iudicantes: & arrogantes quoque sibi virtutem cuncti, & malifariam se idoneos existimant ad gubernandum. Verum pauperes ac diuites eisdem esse impossibile est. Quapropter hæc partes præcipuè videntur esse ciuitatis, imopes scilicet & opulenti.

Et præterea ex eo quod ut plurimum alij pauci sunt, alij multi maximè omnium contraria inter se partes iste apparent. Itaque & Respub. secundum earum præualentiam constituerunt, ac duæ videntur, scilicet popularis, & paucorum potentia. Sed quod sint plures, & ob quas causas, dictum est prius.

cata est ad modum corporis animalis, & maximè hominis, in cuius corpore caput omnibus superpositum est, quod est regens totum corpus: sic principatus in ciuitate omnibus superponitur: & cor quod principium est motus, est in medio positum, & munitum ossibus fortibus pectoralibus, & costis. Sic Regis ædificium in medio ciuitatis apud antiquos ponebatur, & muniebatur in circuitu habitatoribus principum, & consiliatorum, quorum consilio mouebatur & regebatur ciuitas: idè describitur hic ad modum diuisionis membrorum corporis animalis, & maximè hominis, ibi, Sicut igitur si animalis vellemus accipere species, membrorum scilicet, primò quidem vtique segregaremus, id est, per diuisionem acciperemus, quod quidem necessarium, supple, est habere omne animal, velut quædam sensiuorum, id est, organa sensitiua, vt oculos, & aures, quorum virtus descendit ab anteriori parte capitis, & supple, deinde acciperemus quod alimenti est elaboratiuum & susceptiuum: puta os & ventrem: os enim masticando elaborat alimentum, masticando

masticando vt vndique frangi possit à venis melaëraicis, quod fieri non posset, nisi per masticationem nimiam diuideretur: stomachus autem quem ventrem hic vocat, custodit alimentum & digerit, ac hepatis per venas melaëraicas administrat, quod ostendit nomen stomachi: componitur enim à Græcò stoma, id est, os, & chus quod per appocopen dicitur custos. Vnde stomachus quasi custos oris: quia custodit quæ per os traiciuntur in ipsum. Hepar autem chylum à stomacho per melaëraicas attractum, vt in lib. de nutrimento dicit Aristoteles, eleuat ad medium thalamum cordis, & ibi accipit virtutem: quia mouetur ad omnia membra: sic enim distribuitur ad venas, quæ ad singula membra deferunt ipsum: & idè necesse est esse communitatem inter os & ventrem & hepar & medium thalamum cordis: in quo principatur cor, & alia ministrantia deseruiunt. Et dat exemplum in motibus & in particularibus, ibi, Adhuc autem quibus mouetur partibus vnunquodque ipsorum, scilicet animalium: virtus enim motiua à posteriori parte capitis descendit in musculos vniuersiuique membri, scilicet oris & brachiorum & erurium: & idè necesse est esse communicationem inter omnes partes motiuas corporis, in qua communicatione principatur posterior pars cerebri, & cor, secundum quod in ipso est virtus motiua, vt dicit Aristoteles in lib. de huiusmodi motuum animalium: motiua autem quæ est in aliis musculis membrorum, continuè mouentur in corpore hominis, qui, sicut dicit Auicenna in lib. suo de animalibus, sunt quingenti decem & nouem. Vnde versus:

Mus quingentenus numeratur & vnde videtur.

Et necesse est inter ista motiua communicationem esse, in qua secundum Aristotelem principatur cor, & secundum Galenum posterior pars cerebri. Ex istis similitudinibus concludit dicens, ibi, Si itaque tot species, supple, sunt, membrorum scilicet officiorum animalium, solum autem horum, scilicet membrorum, essent differentia, scilicet in animali, dico autem, exponendo scilicet, puta oris quædam plura genera, ita scilicet quod vnun genus masticaret, & aliud glutiret, & tertium in stomachum traiceret, sicut facit cælophagus ori coniunctus. Et ventris, supple, essent plura genera, sicut in veritate sunt: os enim stomachi recipit, stomachi concuuitas tenet, & gurgulio ad concuuitatem continuè dirigit. Et sensiuorum, supple, sunt plura genera secundum organa quinque sensuum: adhuc autem & motiuorum partium, numerus, supple, est in corpore animalis, & maximè hominis, qui perfectum est animal (secundum quod paulò ante dictum est) in omnibus motiuis membris & musculis, coniugationis horum, scilicet membrorum, ex necessitate facit plura genera animalium. Et supponit rationem, ibi, Non enim possibile idem animal plures habere oris differentias, similiter autem neque aurium, supple, plures habere differentias. Quare, id est, propter quod (& est conclusio propositum concludens ex prædictis) quando acceptæ fuerint horum omnium coniungentes combinationes in qualibet secundum

principium vnun, sicut dictum est, perficiet species animalis, secundum quod etiam animal distribuitur in membra animalis, quæ sunt in corpore animalis, & maximè hominis, & tot species animalis, id est, tot species membrorum officiorum animalis, quot quidem coniugationes necessarium partium sunt ad sensum & motum & ad alia officia necessaria animalis.

b Deinde cum dicit, Eodem autem modo, &c. quod dixit de corpore animalis, adaptat ad ciuitatem, & dicit, Eodem autem modo & dictarum politiarum, supple, sunt species. Et supponit rationem, ibi, Etenim ciuitates non ex vna, sed ex multis partibus componuntur, sicut dictum est sæpè.

c Et dat exemplum subdens, & enumerat exempla secundum quod ciuitati sunt magis necessaria, ibi, Vna, id est, prima, quidem igitur est, quæ circa alimenta multitudo, quæ vocatur agricolæ, & elaborant alimenta. Secunda autem, supple, multitudo est, quæ vocatur banaui. Et explanat quæ sit illa, ibi, Est autem hac quæ circa artes, sine quibus, scilicet artibus, impossibile est habitari ciuitatem: quia sine artibus mechanicis impossibile est hominem viuere ad votum. Et subdiuidit illas, ibi, Harum autem artium, has quidem ex necessitate oportet existere, supple, in ciuitate, sicut domesticam, pistoricam, & lanificiam, & huiusmodi, sine quibus homo viuere non potest: has autem ad delicias, vel bene viuere, id est, ad iocunditatem, sicut est musica & saltatiua, quæ ad iocunditatem sunt. Tertia autem, supple, multitudo est, quæ circa forum. Et explanat quæ sit illa, ibi, Dico autem foralem, supple, multitudinem, quæ circa venditiones & emptiones, & negotiationes, & campfortias demoratur. Campfortes enim mutant pecuniam vendentibus & ementibus. Quarta autem, supple, multitudo est, quod mercenarium, id est, illi qui mercede conducti, necessarias operationes faciunt ciuitati. Quintum autem genus, supple, multitudinis est, quod propugnans, id est, militare. Et dat rationem, ibi, Quod iis, scilicet multitudinibus dictis, nihil minus est necessarium existere, si debeat non seruire inuadentibus ciuitas. Et supponit rationem, ibi, Nihil enim minus impossibile, id est, de numero impossibile, est, supple, quam dignum esse vocare ciuitatem natura seruam. Et huius dat rationem, ibi, Per se sufficiens enim est ciuitas, sicut in primo lib. monstratum est: seruam autem natura ad nihil sufficiens est. Et hoc est quod subdit. Quod autem seruam, non per se sufficiens: quia non mouetur nisi ad iurum & imperium domini.

d Et ex his dictis occasionem accipit reprehendendi Socratem, qui non in has quinque communicationes diuisit ciuitatem. Et hoc est. Propter quod etiam quidem in politia, quæ est ordo ciuitatis, leuiter, id est, parua consideratione, hoc, quod scilicet dictum de diuisione ciuitatis, non sufficienter autem dictum est.

e Deinde cum dicit, Ait enim Socrates, &c. reprehendit Socratem: quia ex quatuor solum dicit consistere ciuitatem. Et circa hoc duo facit.

Primo

Primò ponit ordinationes Socratis, ciuitatis scilicet. Secundò ponit rationem reprehensionis, ibi, Tanquam gratia necessariorum, &c. Dicit ergo primò. Ait enim Socrates ex quatuor necessarissimis componi ciuitatem. Et subdit ex quibus, ibi, Dicit autem hos, supple, esse, textorem, qui intendit scilicet lanificio pro indumentis: agricolam, qui scilicet intendit colendis alimentis: coriarium, qui scilicet intendit coriis parandis ad pellicia & calceos: & ædificatorem, qui scilicet intendit præparandis domibus, & aliis quæ ad habitationem necessaria sunt. Et hæc quatuor ponit necessaria, sine quibus non potest habitari ciuitas. Et subdit, quòd alia ponit non esse necessaria, sed ad bene esse ordinata, ibi, Rursum autem apponit tanquam non necessariis iis, sed, supple, ad bene esse ciuitatis ordinandis, ærarium, qui scilicet fabricat in ære & ferro ad diuersa utensilia ciuitatis: & eos, supple, apponit, qui super necessaria pecora, supple, sunt constituti, id est, pastores, à quibus habentur alimenta infantium, sicut lac, & casei, & huiusmodi. Adhuc autem, supple, apponit, negotiatorem, qui scilicet in communicationibus rerum negotietur, & campforem, qui scilicet pecuniam mutuet, quæ mensura est (vt dicit in 5. Ethic.) rerum venalium & commutandarum: sicut enim dixit in 1. lib. huius scientiæ, primò commutationes fiebant per res: sed quia hoc difficile fuit, inuentum est numisma, quod est mensura valoris vniuscuiusque rei commutandæ: & hoc paratum & promptum semper exhibent campfores. Et subdit in communi de his, ibi, Et hæc omnia fiunt, secundum Socratem, supple, complementum primæ ciuitatis, sine quibus scilicet non possit esse ciuitas. Deinde cum dicit, Tanquam gratia necessariorum, &c. ponit rationem reprehensionis, dicens. Tanquam gratia necessariorum, id est, sine quibus non potest esse vita, omnis ciuitas sit constituta, sed non boni magis (Et vocat bonum omne illud quod facit ciuem ad votum viuere, sicut à principio dixit, quòd bonum ciuitatis est hoc quod facit ciuem ad votum viuere) æqualibusque indigeat ærariis & agricolis, qui scilicet ad necessitatem deseruiunt.

f Et subdit, quòd ad primam constitutionem non ponit militares, ibi, Partem autem propugnans, id est, militares, non prius attribuit, ciuitati scilicet, antequam regione crescente & attingente vicinos, qui scilicet de terminis territoriorum litigant, ad bellum instituantur, sicut in prima parte Timæi Platonis dicitur, quòd Athenis instituti sunt milites in finibus territoriorum ad ciuitatem pertinentium, qui terminos ciuitatis defendant, & hostes inuadentes repellant.

g Et subiungit rationem in qua diminutus est Socrates, ibi, At verò & in quatuor, partes scilicet ciuitatis, & quotcumque communicantes, sicut militares, necessarium esse, supple, vnicuique aliquem indicantem & reddentem quod iustum, est, supple, vnicuique: quia aliter altercantibus ad inuicem dissoluetur politia, quæ est ordo communicationis ciuium. Et hanc partem ciuitatis non posuit Socrates, & propter hoc est diminutus. Causa autem propter quam

hanc partem ciuitatis non posuit Socrates, dicta est in 1. lib. quia dixit scilicet Socrates omnia debere esse communia & vxores & pueros & possessiones & omnia, vt se quasi fratres diligere ciues, & nulla lis posset oriri inter eos.

h Deinde cum dicit, Siquidem igitur & animam, &c. docet accipere diuisionem politicarum in ciuitate per similitudinem ad animam humanam, quæ est pars hominis principalis: & dicit. Siquidem igitur & animam ponat vtrique quis magis partem animalis quam corpus, quæ scilicet anima in corpore ab vnoquoque membro repellit contraria, & virtute regitiua distribuit vnicuique quod suum est, ad cuius similitudinem (vt prius dictum est) ædificatae sunt ciuitates. Et hoc est. Et ciuitatum magis talia ponendum, supple, est, magis esse partes, supple, quam ea quæ ad necessarium vsum tendunt, sicut agricola, coriarius, & ædificator. Et dicit quæ, scilicet bellicam, quod repellit contraria, sicut anima membris, & quod participat iustitia dilceptatiua, quod scilicet sicut virtus regitiua reddit vnicuique quod suum est, sic iudex in ciuitate. Adhuc autem, supple, necessarium esse in ciuitate, quod consiliatur, id est, quod consilium dat principi: quod quidem igitur intellectus est politici opus, id est, sicut intellectus in homine regit omnes vires inferiores, ita consiliarij in ciuitate dantes consilium politico principi, regunt omnes ciues. Et necessaria est pars ciuitatis, sine qua non potest esse ciuitas. Sed quia idem ciuis aliquando est consiliarius & miles, & sic diuersæ partes esse non videntur, dicit quòd hoc non obstat ad rationem: quia licet idem sint subiecto, tamen forma & specie differunt. Et hoc est quod sequitur. Et hæc siue separatim existant aliquibus, siue eisdem, nihil enim differt ad rationem: quia scilicet semper ratione & specie differunt ista, ex quibus scilicet componitur ciuitas, & sine quibus esse non potest. Et hoc est quod sequitur. Etenim ditari & agros colere accidit eidem sæpe: & tamen, supple, specie & ratione differunt. Ex omnibus his concludit propositum, quòd plures sunt scilicet partes ciuitatis, quam Socrates posuerit, ibi, Quare siquidem & hæc, supple, quæ nunc dicta sunt, & illa, supple, quæ dixit Socrates, sunt ponenda partes ciuitatis, manifestum, supple, est quod & qui, ad arma necessaria, supple, quædam pars populi, ciuitatis pars est, sine qua, supple, non potest esse ciuitas libera.

i Et quia sex partes dixit esse Socrates, scilicet textorem, agricolam, & coriarium, & ædificatorem, & rursum apposuit ærarium & pastorem & negotiatorem & campforem, idem subdit. Septima autem quæ substantiis ministrat, id est, lucris intendit, quam vocamus opulentos, qui scilicet lucris intendunt: quia sicut dicit Aristoteles in 1. Ethic. bona fortunæ organice ad felicitatem deseruiunt, sine quibus ciues viuere feliciter non possunt. Octaua autem, supple, pars ciuitatis, est demiurgica. Et subdit quæ sit illa, scilicet populi institutiua, quæ scilicet distribuit populum, ita quod vnusquisque sit in officio sibi congruo. Et quia hoc proprium est principis, subdit, ibi. Et quæ circa principatus administratiua. Et supponit rationem,

nem, ibi, Siquidem sine principibus, ordinantibus scilicet populum, impossibile est esse ciuitatem. Ex omnibus his concludit, ibi, Necessarium igitur, aliquos esse potentes principari, & administrantes, supple, rempublicam, vel continè, id est, per totam vitam, vel secundum partem, id est, ad quoddam tempus ciuitati, hac administratione, principatus scilicet, qui ordinat & distribuit populo officia congrua.

k Et subdit de aliis quæ adhuc necessaria sunt ciuitati, ibi, Reliqua autem officia ciuitatis de quibus determinauimus perfectè, supple, est, quod consiliabitur, sine quorum scilicet consilio non potest quicquam agere princeps. Et determinat quæ pars sit, ibi, Et conuincat altercantibus de iustis: sicut enim dicit Aristoteles in 5. Ethic. cum altercantur inter se ciues, ad iudicem confugiunt tanquam ad iustum animatum, qui consilio rationis & intellectus per æquale, quod est medium lucris & damni secundum rationem proportionis geometricæ in distribuendis, vel rationem proportionis arithmeticæ in commutandis, determinat inter eos, & sic est finis altercationis. Et hoc est quod concludit, ibi, Siquidem igitur hoc oportet fieri in ciuitatibus, & bene fieri, & iuste, necessarium, supple, est, & id est, etiam aliquos politicoꝝ esse principantes virtute, id est, potestate, qui scilicet talem habeant potestatem, iudicandi.

l Alias quidem igitur, supple, oportet esse, potentias multis, scilicet vel in militia, vel in campforia, vel alio officio. Sed quia multa talia officia aliquando coincidunt in vnam perso-

CAPVT IV.

De speciebus democraticæ & oligarchiæ, quæ sunt ex congregationibus.

Q uod autem sint & democraticæ & oligarchiæ, specie plures & oligarchiæ, dicamus. Manifestum autem hoc & ex dictis. Species enim plures populi, & dictorum insignium sunt. Puta populi quidem species, vna quidem agricolæ, altera autem quæ circa artes: alia autem foralis, quæ circa emptionem & venditionem versatur: alia autem quæ circa mare, & hæc quidem bellica, hæc autem pecuniatiua, hæc autem vectiua, hæc autem piscatiua. In multis enim locis circa singula horum multæ turbæ, puta piscatores quidem in Tarento & Byzantio: tricricale autem Athenis: negotiatium autem in Ægina & Chio: transuertiuum autem in Tenedo. Adhuc autem quod manuale, & quod modicum habet substantiam, vt non possit vacare. Adhuc quod quidem ex ambobus ciuibus liberum, & vtrique si qua talis alterius multitudinis species.

b Insignium autem, diuitiæ, nobilitas, virtus disciplina, & iis similia, dicta secundum eandem differentiam.

nam, idem subdit, Contingere existere eisdem. Et exponit, ibi, Puta eosdem esse propugnantes, & agricolas, & artifices, adhuc autem consiliantes & iudicantes, supple, contingit esse eosdem. Informantur autem & virtute omnes: quia necesse est, quòd vnusquisque in suo officio informetur ad extremum actum illius officij, cum virtus sit extremum in bono secundum vnamquamque potentiam habitus (vt dicit Aristoteles in 2. Ethic.) licet sit medium in passionibus & operationibus: & idem, supple, plurimis principatibus putant principari posse, supple, vnum solum: quia scilicet pluribus virtutibus secundum plures potentias & officia potest informari: sed pauperes esse diuites eosdem impossibile est. Propter quod hæc partes maximè videntur esse ciuitatis diuites & egeni: quia scilicet in eosdem non coincidunt.

m Et eiusdem subiungit aliam rationem, ibi, Adhuc autem propterea quod vt in pluribus, supple, ciuitatibus, ij quidem pauci sunt, scilicet diuites, ij, id est, alij, autem multi, scilicet pauperes vel egeni, hæc videntur contrariæ partes partium ciuitatis, id est, de numero partium ciuitatis, vt & politiæ, id est, ordines ciuitatum secundum excessus harum, in polireumate, supple, id est, in dominio ciuitatum, consistant, & duæ politiæ videantur esse, democratica, quæ est principatus populi pauperis, & oligarchia quæ est principatus diuitum & potentium. Et subiungit epilogum omnium dictorum in hoc capitulo & præcedenti, ibi, Quod quidem igitur sint politiæ plures & propter quas causas, dictum est prius.

CAPVT IV.

Q uod verò & popularis ipsius species sint plures & paucorum potentium ostendamus. Patet autem hoc ex his quæ dicta sunt. Nam & in plebe & in nobilitate plura sunt hominum genera. Plebis quidem vna species, agricola: alia, artifices: alia, negotiatores, qui emendis vendendisque rebus intendunt: alia circa rem maritimam, & horum alij bellatores, alij mercatores, alij nauata, alij piscatores. Multis enim locis horum omnium turba ingens, vt piscatores Tarenti & Byzantij: naualis multitudo Athenis: mercatores in Ægina & Chio: portitores in Tenedo. Insuper manuales & paruas facultates habentes, qui otiosi esse non possunt. Præterea qui non ex utroque parente ciues sunt orti, liberi tamen homines, & se qua huiusmodi plebeiorum hominum species altera.

Nobilitatis vero, diuitia, genus, virtus, disciplina, & his similia, que dicuntur secundum eandem differentiam.

c Demo

c Democratia igitur est prima quidem quæ dicitur maximè secundum æquale. Æquale enim ait lex talis democratia, nihil magis existere egenis, vel diuitibus, neque dominos esse utroscunque, sed similes ambos. Siquidem enim libertas maximè est in democratia, sicut existimant quidam, & æqualitas, sic utique erit maximè, communicantibus omnibus maximè politia similiter. Quoniam autem amplior populus, dominans autem quod visum fuerit pluribus, necesse democratiam esse hanc. Vna quidem igitur species democratia hæc.

d Alia autem quod principatus sint ab honorabilitatibus & breuius existentibus iis. Oportet autem ei qui possidet, potestatem esse participandi, & carentem non participare.

e Altera species democratia, omnes quidem esse principantium, si solum sit ciuis, principari autem legem.

f Altera autem species democratia, alia quidem esse eadem, dominans autem esse multitudinem & non legem. Hoc autem fit quando sententia fuerint dominæ, sed non lex.

g Accidit autem hoc propter demagogos. In quibus quidem enim quæ secundum legem democratizant, non fit demagogus, sed optimi ciuium sunt in præminencia. Vbi autem leges non dominantur, hic fiunt demagogi. Monarchus enim fit populus compositus vnus ex multis. Ipsi enim multi sunt domini, non ut vnusquisque, sed omnis. Quale autem dicat Homerus non bonam esse multi dominationem, vtrum hanc vel quando plures sunt qui principantur ut vnusquisque, incertum. Talis igitur populus veluti monarchus existens, quærit monarchizare: quia non subiicitur sub lege, & fit despoticus. Quare & adulescentes honorati. Et est populus iste proportionaliter tyrannidi monarchiarum. Propter quod & mos idem, & ambo despotica meliorum, & sententia sicut ibi præcepta.

h Et demagogus & adulator idem, & proportionaliter & maximè aut utique apud utroscunque valent, adulescentes quidem apud tyrannos, demagogi autem apud populos tales.

Popularis igitur prima species dicitur maximè secundum æqualitatem. Vult enim lex huius popularitatis pares esse diuites & pauperes, nec alteros plus posse, alteros minus, sed utroscunque esse æquales. Siquidem maximè libertas est in populari statu, ut putant quidam, & æqualitas certè esset maximè, pariter omnibus Reipub. participantibus. Cum verò populus sit multitudo, & id obtineat quod pluribus videatur, necesse est, ut hæc sit popularis gubernatio. Vna igitur species popularis est hæc.

Alia vero species, ut magistratus, honoresque in Republ. secundum censum patrimoniorum, & cum quidem parum, tribuantur: ita ut qui tanta possidet, habilis sit ad honores Reipubl. suscipiendos: qui verò non possidet, sit inhabilis.

Alia species popularis est, ut omnibus omnino ciuibus habitas sit, modo non sint aliqua ex causa obnoxij, dominetur autem lex.

Alia species popularis est, ut omnes omnino habiles sint ad magistratus gerendos, modo sint cives, & dominetur lex. Alia species eodem modo, nisi quod non lex dominatur, sed multitudo. Hoc autem fit, quando populi decreta prævalent legibus.

Accidit autem istud ob præpotentes quosdam qui populum ducunt. Nam in his Rebus, in quibus dominatur lex, præpotens aliquis non fit qui populum ducat, sed optimi ciuium Reipub. gubernant. At ubi leges non dominantur, ibi ductores populi oriuntur. Solus enim populus regit compositus vnus ex pluribus. Multitudo enim auctoritatem dominandi habet non ut singuli, sed ut omnes. Homerus autem cum dicit non esse bonum, ut plures regant, vtrum de hac dicit, vel de illa cum plures gubernant, ut singuli, incertum est. Talis ergo populus, utpote absolutam potestatem habens, dominari solus querit, nec ulli legi subesse, efficiturque dominator. Itaque assentatores eius in pretio habentur. Et est huiusmodi populus in gubernatione sua, tyranno per similis. Idem nempe mores, & utrobique meliores deprimuntur: & decreta huius populi perinde sunt ut tyranni præcepta.

Et ductores suosoresque huius populi sunt velut adulatores illi qui circa tyrannos versantur, & utrisque apud utroscunque potentia par, tam adulatores penes tyrannum, quam ductores suosoresque populi apud ipsum populum.

i Sunt

i Sunt autem ij causa ut sententia sint dominæ, sed non leges, omnia reducetes ad populum. Accidit enim ipsis fieri magis, propter populum quidem esse dominum omnium, opinio autem populi hos: suaderetur enim multitudo iis.

k Adhuc autem qui principatus accusant, aiunt oportere populum iudicare. Hic autem gaudenter recipit aduocationem. Quare dissoluntur omnes principatus.

l Rationabiliter autem utique videtur increpare, qui dicit talem esse democratiam non politiam. Vbi enim non principantur leges, non est politia. Oportet enim legem quidem principari omnium: de singularibus autem principatus & politiam iudicare.

m Quare siquidem est democratia vna politiarum, manifestum, quod talis institutio in qua sententia omnia dispensant, neque democratia proprie. Nullam enim sententiam contingit esse vniuersalem. Species quidem igitur democratia determinata sunt hoc modo.

n Oligarchia autem species, vna quidem esse principatus ab honorabilitatibus tantis, ut egeni non participent, cum sint plures: licere autem possidenti participare politia.

o Alia autem quando ab honorabilitatibus in mensis sunt principatus, & eligunt ipsi eos qui deficiunt. Siquidem igitur ex omnibus iis hoc faciant, videtur hoc esse magis Aristocraticum: si autem ex aliquibus determinatis, Oligarchicum.

p Altera species Oligarchia est, quando puer pro patre vnus fit.

q Quarta autem, quando extiterit quod nunc dictum est, & principetur non lex, sed princeps. Et est conuertibilis hæc in oligarchia, sicut tyrannus in monarchia, & de qua diximus vltima democratia in democratiis, & vocant talem Oligarchiam potentatum. Oligarchia quidem igitur species tot & democratia.

Hi auctores sunt ut decreta & leges infringant, & ad voluntatem populi cuncta referantur. Contingit autem illis fieri potentes, ex eo quia populus dominatur omnium. Ipsi autem voluntatem populi maximè ducunt: quoniam fides à populo eis adhibetur.

Præterea qui de magistratibus queruntur, ad iudicium populi negotia deferunt. Populus autem gratanter audit eorum prouocationes. Per hunc modum magistratus irritantur omnes.

Acritudinem autem reprehendere videntur, qui dicunt huiusmodi popularem non esse legitimam Reipublica speciem. Vbi enim leges non prævalent, non est Reipublica. Nam lex dominari omnibus debet: in particularibus autem magistratus & politia prouidere.

Itaque si est popularis vna specierum Reipublica, clarum est, quod talis gubernatio in qua decretis cuncta efficiuntur, non est proprie popularis. Nullum enim decretum recipit esse vniuersale. De popularis igitur speciebus in hunc modum determinatum sit.

Paucorum vero gubernationis species vna est, in qua magnum habentes censum, ad gubernationem Reipubl. recipiuntur, atque ita magnum, ut tenues homines ad eum peruenire non possint: is verò qui tanta possidet, habilis sit ad Reipub. gerendam.

Alia species est, cum à paruo censu est habitas, & eligunt ipsi eos quibus defunt. Si igitur ex omnibus hoc faciant, videtur hoc esse potius optimatum: si verò ex paruo numero, paucorum.

Alia species est, cum filius patri succedit.

Quarta species, cum hoc fit quod modo diximus & lex non dominatur, sed illi regunt. Et hæc est species in paucorum gubernatione ut est species in monarchia, & ut est in populari statu vltima illa species, de qua diximus, & vocant huiusmodi speciem paucorum potentiam. Gubernationis igitur paucorum hæc species sunt.

CAPVT IV.

Hic determinat Aristoteles species democratiæ: & primò illas quæ sunt ex diuersis congregationibus populi. Secundò eas quæ sunt ex assuetudinibus in sequenti capitulo, ibi, *Non oportet autem latere, &c.* Prima pars diuiditur in duas, in quarum prima determinat species democratiæ ex diuersis congregationibus populi creatas. In secunda autem determinat species oligarchiæ, ibi, *Oligarchia autem species, &c.* Circa primum duo facit. Primò determinat species multitudinis populi. Secundò determinat secundum quid principantur democratiæ in communi, ibi, *Alia autem quod principatus sint, &c.* Dicit ergo primò: *Quod autem sint & democratiæ species plures & oligarchiæ, dicamus.* Et subdit quare sunt species plures democratiæ in communi, ibi, *Manifestum autem hoc ex dictis: quia vna & eadem causa est, quare sint plures species politiæ, & quare sint plures species democratiæ.* Et hoc est. Species enim plures populi: quor enim societates populi communicantes in vno aliquo, tot necesse est esse democratiæ. Et subdit causam quare necesse est plures oligarchiæ, ibi, *Et dictorum insignium, sunt, supple, plures species.* Vnde cum oligarchia sit principatus insignium potentium & diuitem, quor sunt communicationes insignium sub vno aliquo principatu, tot necesse est esse oligarchiæ. Et dat exemplum de democratiis, ibi, *Putat populi quidem species, vna agricolæ: & idèd necesse est esse inter agricolas vnam democratiam sub vno aliquo ordinante agriculturam.* Altera autem, supple, species, democratiæ est, quæ circa artes, mechanicas, supple, & illa multiplicatur secundum multiplicationem artium mechanicarum: in quibuslibet enim necesse est esse vnum ordinatorem artificij illius artis. Alia autem foralis. Et exponit quæ sit illa, ibi, *Quæ circa emptionem & venditionem versatur.* Et hanc necesse est multiplicari secundum diuersitates specierum eorum quæ venduntur & emuntur, vt vinum, lana, panni, corium, & huiusmodi. In omnibus enim talibus necesse est vnum esse ordinatorem fori omnium illorum qui communicant in foro illius rei emendo & vendendo secundum æquale damni & lucri, secundum quod dicit Aristoteles in 5. Ethic. Alia autem quæ circa mare. Et hanc subdividit, ibi, *Et hæc quidem bellica, quæ scilicet piratæ vtuntur, nauibus bellicis vtentes, quæ dicuntur galeidæ: hæc autem pecuniaria, quæ scilicet vtuntur mercatoribus, merces suas per mare ducentes de loco ad locum, vt carius vendant, & sic pecuniam augeant: hæc autem, id est, tertia, vectiua, & sunt illi qui naues locant pro pretio, vt veniant hominibus res de loco ad locum per mare: hæc autem, id est, quarta, piscatiua, scilicet qua in mari piscantur & lucrantur in piscibus capiendis ad vendendum. Et ostendit hoc per diuersitates locorum in quibus illæ exercentur, ibi, *In multis enim locis, maritimis scilicet, circa singula horum sunt multæ turbæ communicantium, scilicet in vnum, quas necesse est circa singulas, aliqua ordinare**

politia democratica. Et dat exempla in singulis. Et hoc est. Putat piscatores quidem in Tarento & Byzantio, quæ duæ ciuitates sunt Italiæ, quæ quondam Græcia dicebatur, & abundant multum piscatoribus, quorum ordo communicationis, democratiæ facit species. Et subdit, Triericæ autem Athenis, supple, abundat. Trieres est magna nauis, quæ duos malos & duo vela habet & tres ordines remorum, propter quod triremis etiam dicitur, quæ vtuntur bellantes & piratæ, quorum communicatio ad vnum relata speciem facit democratiæ. Negotiatium autem in Ægina ciuitate, scilicet maritima abundat, & Chio quæ nunc ciuitas Tutia est, & Chioma vocatur, vnde veniunt negotiationes pellium variarum & tebalorum. Transuectiuum autem, supple, abundat in Tenedo, ciuitate scilicet maritima, sicut nunc dicimus, ad aquas mortuas, & in Massilia, & in Brandusio abundare multos qui accepto pretio transuehunt homines ultra mare: quorum communicatio ad vnum relata, ordinatorem scilicet communicationis, facit democratiæ specialem. Et supponit alias adhuc secundum diuersitates populi, ibi, *Adhuc autem quod manuale, multitudo scilicet quæ labore manuum lucratur, quos necesse est etiam communicare, & ordinari sub vno ordinante laborem manuum, & sic facit etiam ista multitudo democratiæ specialem.* Et hoc est quod sequitur. Et quod modicum habet substantiam, vt non possit vacare operibus, scilicet ciuilibus, sed necesse est quod opere manuum lucrum quærat: & ista multitudo democratiæ habet specialem sub vno ordinante, qui ordinator est communicationis. Et subdit aliam adhuc quæ vniuersalis est, ibi, *Adhuc quod quidem ex amobus ciuibus, patre scilicet & matre, liberum est: quia seruilis conditionis non potest esse ciuis, vt antè dictum est.* His inductis, vniuersaliter subdit de similibus, ibi, *Et vtiq; si qua talis alterius multitudinis species: quor enim talis multitudinis communicantium sunt species in ciuitate, tot necesse est esse species democratiarum.*

b Et subdit qualiter multiplicatur species oligarchiarum, ibi, *Insignium autem, supple, differentiæ sunt, diuitiæ, nobilitas, virtus, disciplina: secundum hoc enim differunt insignes personæ communicantes in ciuitate, & similia dicta his secundum eandem differentiam: secundum hæc enim differunt insignes personæ communicantes in ciuitate inter se oligarchico principatu.*

c Et subdit de ordine harum politiarum inter se, ibi, *Democratiæ igitur est prima quidem, supple, inter politias.* Et subdit rationem, ibi, *Quæ, id est, quia illa dicitur maximè secundum æquale.* Et hoc est quod etiam dicitur in principio instituta, quòd prima potestatis principandi fuit populi antequam illam ex voluntate transferrent in imperatorem. Et ponit dictum legis ad hoc, ibi, *Æquale enim ait lex talis democratiæ.* Et determinat quid sit æquale, ibi, *Nihil magis existere egenis & diuitibus, neque dominos esse vtroque, sed similes ambos.* In præhabitis enim ostensum est, quòd democraticus principatus est æqualiter liberorum, & non per-

tinet

tinet plus ad egenum quam ad diuitem. Et hoc est quod hic subdit. Siquidem enim libertas maximè est in democratiæ, sicut existimant quidam, & æqualitas. Et propter hoc diffinitur democratiæ, quod est politia populi, & principatus eius liberorum & æqualium. Et hoc est quod subdit, ibi, *Sic vtiq; erit maxime communicantibus omnibus maximè politia similiter.* Et subiungit qualiter causatur prima species democratiæ, ibi, *Quoniam autem amplior populus, dominans autem quod visum fuerit pluribus, id est, sententia plurium dominatur, necesse est democratiæ esse hanc.* Et est prima species. Et hoc est quod subdit. Vna quidem igitur species democratiæ hæc, id est, prima, supple, secundum quamlibet multitudinem communicantem inter se. Species autem democratiæ, quas ante diuiserit secundum materiam, hæc diuidit secundum formam. Et prima est quæ dominatur secundum formam sententiæ plurium.

d Deinde cum dicit, *Alia autem quod principatus, &c.* determinat secundum quid principantur democratiæ in communi ponendo alias species democratiæ, & dicit, *Alia autem, supple, est, quod principatus sint, supple, distributi ab honorabilitatibus, id est, honorabilibus personis.* Et subdit quibus, ibi, *Et breuibus, id est, paucis existentibus iis & sic paruam potestatem habentibus in ciuitate.* Oportet autem ei qui possidet, principatum scilicet, potestatem esse participandi, & carentem, supple, tali potestare, non participare, supple, principatum. Et idèd in antè habitis probauit, quòd regi, siue secundum voluntatem, siue secundum legem principetur, oportet adiungere tantam potestatem, per quam possit compellere rebelles ad obediendum, secundum illud Eccl.7. *Noli querere fieri iudex, nisi valeas virtute disrumpere iniquitates.*

e Et ponit tertiam iterum secundum formam acceptam, ibi, *Alia quidem, supple, est, species democratiæ, omnes quidem esse principatum, si solum sit ciuis, supple, secundum quod supra ciuis diffinitus est in capitulo de ciue, vbi sic diffinitur. Ciuis est qui secundum autarchiam, id est, per se sufficientiam, potest participare principatu consiliatio & iudicatio.* Et hæc est tertia species secundum formam acceptam, in qua etiam quia ciuis potestatem sufficientem non habet coercendi, necesse est principari legem & non sententiam. Populus enim iuuat semper ad obseruationem legis, & non ita ad obseruationem sententiæ voluntatis principantis.

f Et subdit quartam, ibi, *Altera autem species democratiæ, supple, est ista quæ dicta.* Et supponit adhuc aliam, ibi, *Alia quidem esse eadem, scilicet quod dominans sit non lex.* Et hoc est quod dicit, *Dominans autem esse multitudinem & non legem.* Hoc autem sit quando sententiæ, supple, multitudinis fuerint dominæ, sed non lex.

g Et dicit qualiter hoc inducitur, ibi, *Accidit autem hoc, scilicet democratiæ, propter demagogos, id est, propter conciones congregantes populorum, *δημαγωγία* enim in Græco est populus, *δημαγωγία* autem conductio.* Vnde demagogus idem est ac conciones & congregationes faciens in

D. Alb. Mag. Politic.

populo. Et hanc distinctionem ponit subdens, ibi, *In quibus quidem enim, supple, ciuitatibus, quæ secundum legem democratizant, non fit demagogus: eò quod lex in talibus dirigit in omnibus: sed optimi ciuium sunt in præminencia, supple, constituti, qui secundum legem dirigunt populum, & non est necessarius demagogus.* Vbi autem leges non dominantur, hæc sunt demagogi. Et dicit rationem, ibi, *Monarchus enim fit populus, id est, ad modum monarchæ principans, compositus vnus ex multis.* Et ponit rationem, ibi, *Ipsi enim multi sunt domini, non vt vnusquisque, supple, per se sit dominus, sed vt omnes, simul, supple: qui modus est in ciuitatibus Lombardiæ, vt in Ianua.* Quia autem Homerus increpat huiusmodi dominatum plurium, responderet Homero subdens, ibi, *Qualem autem dicat Homerus, non bonam esse multi dominationem, vtrum hanc, scilicet quando multi dominantur vt vnus, vel quando plures sunt qui principantur vt vnusquisque, scilicet sigillatim, incertum, est, supple: & idèd discernendum.* Vnde non increpat dominatum quando omnes dominantur vt vnus, sed quando diuidunt inter se principatum, & vnus vult succedere alteri, & sic omnes principatum appetere. Et hoc est quod subdit, ibi, *Talis igitur populus veluti monarchus existens, id est, vnus princeps, querit monarchizare, id est, vt vnus principari: quia non subiicitur sub lege, & fit despoticus, id est, subditis vt seruis vtens.* Et hoc probat per signum, ibi, *Quare & adulatores honorari sunt, supple, à tali populo.* Et ponit aliud signum, ibi, *Et est populus iste proportionaliter tyrannidi monarchiarum: quia sicut in tyrannide vnus principatur ad vtilitatem propriam, non communem (vt dicit Arist. in 8. Ethic.) ita talis populus dominatur.* Et hoc est quod sequitur. Propter quod & mos idem, scilicet tyranno & tali populo. Et ostendit in quo, ibi, *Et ambo despotica meliorum, id est, seruiliter vtentia melioribus, & sententiæ, supple, dictatæ secundum voluntatem & secundum legem, sicut ibi præcepta, scilicet in tali populo & in tyrannide.*

h Et ponit tertium in quo iterum conueniunt, ibi, *Et demagogus & adulator idem.* Et exponit qualiter, ibi, *Et proportionaliter, id est, in vna proportione se habentes ad vnum apud tyrannum & apud talem populum.* Et hoc vltimè exponit qualiter sit, ibi, *Maximè autem vtiq; apud vtroque valent.* Et subdit quomodo diuisum, ibi, *Adulatores quidem apud tyrannos, demagogi autem apud populos tales.* Vnde Hieronymus dicit, quòd adulatores fecerunt credere Nabuchodonosor, quòd conuertendus esset in Deum: propter quod diuina vox venit super eum, dicens Dan.4. *Tibi dicitur Nabuchodonosor Rex, quòd ab hominibus eicient te, & cum feris erit habitatio tua, & septem tempora mutabuntur super te donec scias, quòd habet potestatem Altissimus in regno hominum, & quemcumque voluerit etiam humillimum hominem, ponit super illud.*

i Et subdit quid faciunt adulatores & demagogi, ibi, *Sunt autem scilicet adulatores & demagogi, ij, tyrannidum scilicet in tali populo,*

T 2

pulo,

pulo, causa, ut sententiæ sint dominæ, sed non leges. Qualiter autem hoc faciant, subdit, ibi, Omnia reducens ad populum, id est, ad talis populi principatum & tyrannorum. Et quod hoc faciant, subdit, Accidit enim ipsis, adulatoribus scilicet & demagogis, fieri magnos, scilicet viros, propter populum quidem esse omnium dominum, opinionis autem populi hos, supple, esse dominos. Et dicit quomodo, ibi, Suadet enim multitudo his, scilicet adulatoribus & demagogis.

Et subdit ulterius qualiter hoc perficiunt, ibi, Adhuc autem qui principatus accusant, adulatoribus scilicet & demagogis, aiunt populum oportere iudicare, & non honorabiles personas. Hic autem gaudenter recipit, supple, populus, aduocationem, supple, illorum. Quare dissoluntur omnes principatus insignium & honorabilium personarum.

Et deinde concludit, ibi, Rationabiliter autem videbitur utique increpare qui dicit talem esse democratiam non politiam, id est, rationabiliter increpat talis populi politia. Et ponit rationem, ibi, Vbi enim non principantur leges, non est politia. Et ponit causam, ibi, Oportet enim legem principari quidem omnium, id est, in vniuersali: de singularibus autem, id est, specialibus casibus, principatus & politiam iudicare, supple, oportet, ut in antè habitis dixit in 3. lib. ubi quæsiuit, utrum melius sit legem principari, vel bonum vitum: ubi dixit, quod legislator non potuit considerare de nouis casibus quotidie emergentibus.

Et ex his concludit, ibi, Quare, id est, propter quod siquidem est democratia vna politiarum ad quam, sicut in præhabitis dictum est, leges ordinantur, manifestum, supple, est, quod talis institutio, scilicet populi, in qua sententiæ, id est, ad voluntatem principum, omnia dispensant, neque democratia, supple, est, propriè. Et reperit rationem in communi, ibi, Nullam enim sententiam contingit esse vniuersalem, sed, supple, de casibus particularibus emergentibus quotidie. Et ponit epilogum post omnia, ibi, Species quidem igitur democratia determinatæ sunt hoc modo.

Deinde cum dicit, Oligarchia autem species, &c. Tangit species oligarchia quæ est principatus diuitum & potentum: & videtur tangere quatuor species: vnam qua possidentes multa bona participant, & qua non licet participari egenis, sed quod egeni propter paupertatem frequenter subuertunt iudicium. Secunda, qua participant splendidi in mensis, & in cœnis illos sapè eligunt ad principatus illi qui nascuntur ab eis. Tertia species est, quando potentum & diuitum pueri vel filij eliguntur ad principatum ob gratiam patrum. Quarta species est, quando pauci diuites principantur, non secundum legem, sed secundum voti sententiam. Dicit ergo primò. Oligarchia autem species, supple, hæc sunt. Vna quidem, id est, prima, esse principatus ab honorabilitatibus (id est, ab his quos vulgus honoratos consuevit appellare, & illi sunt diuites, sicut etiam Seneca dicit, quod nobilitas nihil aliud est quam antiquæ diuitiæ) tantis, scilicet honoribus, ut egeni non participant, tali scilicet principatu,

cum sint plures, id est, etiam si sint plures egeni quam diuites. Licere autem, dicunt, supple, possidenti participare, id est, diuiti, politia, tali scilicet: quia sicut in antè habitis in 2. lib. dictum est, pauper subuertit iudicium propter paupertatem, & in iudicio est suspectus: diues autem sibi sufficiens, non habet necesse ut propter munera subuertat iudicium: sicut etiam dicitur Deut. 16. Ne accipias munera: quia munera excæcant oculos iudicum, & subuertunt verba iustorum.

Alia autem, id est, secunda species, quando ab honorabilitatibus in mensis sunt principatus, id est, quando splendidi in panibus & mensis eliguntur in principatus, & eligunt ipsi eos qui reficiunt, id est, quia reficiuntur ab eis: sicut etiam dicitur Eccl. 13. Splendidum in panibus benedicent labia multorum. Hæc ergo est secunda species oligarchia: & istam emendat distinguens eam, ibi, Si quidem igitur ex omnibus his hoc faciant, id est, si indifferenter ex omnibus honorabilibus personis eligantur principes, cum verè honorabiles personæ non sint nisi ex virtute, videtur hoc magis esse aristocraticum, quod est principatus virtuosorum: si autem ex aliquibus determinatis personis, supple, hoc faciant, scilicet diuitibus, oligarchicum, id est, species oligarchia: quia hic est principatus paucorum diuitum, quod sonat oligarchia: dicitur enim oligarchia ab oligon, quod est paucum, & archi, quod est regnum vel principatus.

Altera autem species oligarchia, id est, tertia, quando puer pro patre vnus sit, id est, vnicus princeps: talis enim eligitur ad principatum propter diuitias patris.

Quarta autem, species, supple, oligarchia, cum à paucis diuitibus principes constituuntur, & principatur non lex, sed princeps, ad votum scilicet suum. Et huius ratio est: quia lex semper principatur ad virtutem. Dicit enim Tullius in fine primæ Rhetorices, quod lex est ius scriptum asciscens honestum prohibensque contrarium. Oligarchicus enim princeps secundum potestatem coactiuam principatur. Et hanc determinat per accidentia propria, ibi, Et est conuertibilis hæc, scilicet oligarchia, in oligarchiis, id est, in speciebus oligarchia: sicut Tyrannus in monarchiis. Quia sicut Tyrannus est, qui in regno siue monarchia principatur ad voluntatem, & non ad legem. Et hoc est: conuertibilis est, supple, & cum ea de qua diximus vltima democratia in democratiis, id est, in speciebus democratia: & hoc dictum est in hoc eodem capitulo parum in antè habitis, quando scilicet per demagogos populus compositus vnus ex multis fit principans, non vt vnusquisque, sed omnes vt vnus, & principatur despótico principatu sicut paulò antè dictum est. Quod autem sic fit conuertibilis cum monarchia & tali democratia, probat à nomine, ibi, Et vocant, communiter scilicet loquentes, & talem oligarchiam potentatum: quia potestate plus vitur quam lege. Deinde ponit epilogum de omnibus dictis in primo capitulo, ibi, Oligarchia quidem igitur species tot, supple, sunt, & democratia, etiam supple, species tot, quot paulò antè enumeratæ sunt.

CAPVT

CAPVT V.

De speciebus democratia & oligarchia, quæ sunt ex moribus.

Non oportet autem latere, quod in multis locis accidit, vt politia quidem quæ secundum leges non sit democratia, propter assuetudinem autem & modum politizet & democratizet. Similiter autem rursum apud alios eam quidam quæ secundum leges politiam esse magis democraticam, assuetudinibus autem & modo oligarchizare magis.

Accidit autem hoc maximè post transmutationes politiarum. Non enim statim transmutantur, sed amant in primis paulatim rapientes ex inuicem, vt leges quidem permaneant quæ prius extiterunt, obtineant autem quæ transmutant politiam.

Quod autem sint tot species democratia & oligarchia, ex ipsis quæ dicta sunt, manifestum. Necesse enim, aut omnes dictas partes populi communicare politia, aut has quidem, has autem non. Quandoquidem igitur quod agriculturum, & quod possidet mediocrem substantiam, fuerint dominantes politia, politizant secundum leges. Habent enim viuere laborantes, non possunt autem vacare. Quare legem scientes conuocant necessarissimas congregationes. Aliis autem participare licet, eum possideant honorabilitatem determinatam à legibus. Propter quod omnibus possidentibus licet participare. Vniuersaliter quidem enim non licere omnibus, oligarchicum. Licere autem vacare impossibile non existentibus prouentibus. Hæc quidem igitur vna species democratia propter causas has.

Altera autem species propter consequentem electionem. Est enim & omnibus licere non refutatis secundum genus, participare tamen potentibus vacare. Propter quod quidem in tali democratia leges principantur propter non esse prouentum.

Tertia autem species est, omnibus licere quicumque liberi fuerint participare politia, non tamen participare propter prædictam causam. Quare necessarium & in hac principari legem.

D. Alb. Mag. Politic.

CAPVT V.

Nec latere nos debet, quod multis locis accidit Reipub. quæ secundum leges non sit popularis, more tamen & gestione populariter gubernari. Similiter autem è conuerso apud alios contingit Remp. secundum leges esse popularem, moribus tamen & gestione ad paucorum gubernationem magis referri.

Contingit autem hoc maximè post mutationem Rerumpubl. Non enim statim mutantur, sed contenti sunt ab initio homines parua accessione potentia. Itaque leges quidem manent vt prius erant, praualent tamen qui Rempublicam mutantur.

Quod autem tot sint popularis & paucorum gubernationis species, ex ipsis patet. Necesse est enim, aut omnes partes populi, quas supra enumerauimus, Reipublica gubernationem habere, aut quasdam habere, quasdam non habere. Cum igitur & agricolæ, & mediocria possidentes, Rempublicam gubernant, secundum leges est gubernatio. Victum enim ex opera sua querere habent, nec otiosi esse possunt. Itaque lege constituta solummodo, necessariis concionibus intendunt. Aliis autem recipi ad Rempublicam licet, cum tanta possidebunt, quanta determinat lex. Omnino enim non licere omnibus, paucorum potentia est. Otiosi autem eum qui non redditus habeat, impossibile. Hæc igitur est vna species popularis gubernationis.

Altera verò species est, omnibus licere, qui prohibiti non sint per genus, potentibus tamen in otio esse. Quapropter in huiusmodi quidem populari administratione leges praualent & gubernant, quia redditus non est.

Tertia species est, omnibus omnino licere Rempublicam gerere, qui liberi sint: non tamen licere ob supra dictam causam. Quare necessarium est in hac quoque legem dominari.

T 3 f Quarta

f Quarta autem species democratix temporibus vltimò in ciuitatibus facta. Quia enim factæ sunt ciuitates maiores multò quam à principio & prouentus existunt, & opulentix, participant quidem omnes politia propter excessum multitudinis. Communicant autem & politizant, quia possunt vacare, etiam egeni accipientes mercedem. Et maximè autem vacat talis multitudo. Neque enim impedit ipsos neque priorum cura. Diuites autem impedit, vt sæpè non communicent congregationi, neque ei quod est iudicare: propter quod fit multitudo egenorum, dominans politix, sed non leges. Species quidem igitur democratix tot & tales propter has necessitates sunt.

g Oligarchix autem quandoquidem plures habent substantiam, minorem autem, & non multam valde. Primæ oligarchix species est: faciunt enim potestatem principandi possidenti, & propter multitudinem esse principantium politeumate, necesse non homines, sed legem esse dominans. Quantò enim vtiq; plus distant à monarchia, & neque tantum habeant substantiam, vt vacent negligentes: neque tamen modicam, vt nutriantur à ciuitate: necesse legem velle ipsi principari, sed non ipsos.

h Si autem vtiq; pauciores sunt, qui substantias habent, quam qui prius, ampliorem autem, secundæ oligarchix fit species. Magis enim potentes supergredi volunt. Propter quod ipsi quidem eligunt ex multi eos, qui ad politeuma admittuntur. Quia autem nondum sic fortes sunt, vt sine lege principentur, legem ponunt talem.

i Si autem inualuerint pauciores existentes habere maiores substantias, tertius gradus fit oligarchix, scilicet per seipfos principatus habere: secundum legem autem præcipientem morientium filios succedere.

k Quando autem iam plus inualuerint substantiis & multis amicis, prope talis potentatus monarchia est, & domini sunt homines, sed non lex, & quarta species oligarchix hæc est conuertibilis vltimæ democratix.

Quarta vero species est illa, qua posteris temporibus in ciuitatibus esse capit. Maioribus enim factis ciuitatibus quam ab initio fuerant, & redditibus facultatibusque abundantibus, participant omnes Reipublica propter multitudinis praualentiam. Versanturque in Republica gubernanda ex eo, quia possunt otiosi esse, etiam inopes mercedem capientes. Maxime huiusmodi multitudo otiosa est. Non enim cura rei familiaris propria eos impedit, qua diuites ita occupat, vt sæpè à concionibus absint, & à iudiciis. Ex quo fit, vt multitudo pauperum dominetur in Republica, non autem leges. Species igitur popularis gubernationis tot ac tales sunt, ob necessitates suprâ dictas.

Paucorum autem gubernationis prima species est, quando plures habent patrimonia, sed non admodum ampla: faciunt enim potestatem participandi ei qui tanta possidet, & propter multitudinem eorum qui ad Rempublicam recipiuntur, necesse est non hominem, sed legem dominari. Quanto enim magis distant à monarchia, neque tam amplas habent facultates, vt eas negligendo otiosi valeant: neque ita exiguas, vt à ciuitate victum querant: necesse est, vt legem velint dominari, non autem ipsos.

Quod si pauciores sint, qui possident patrimonia, siquidem plura quam prius, secunda species fit gubernationis paucorum. Magis enim potentes plus habendi se dignos putant. Quapropter ipsi sumunt ex aliis, qui ad Rempublicam se conferunt. Præterea, quia nondum ita robusti sunt, vt absque lege gubernare possint, legem huiusmodi posuere.

Quod si eo deueniant, vt ipsi pauciores numero maiores facultates habeant, tertia cumlatio fit gubernationis paucorum, ipsi enim per se magistratus & imperia retinent: secundam legem iubentem, vt parentum defunctorum loco filij succedant.

Quod si magis etiam submissi sint opibus & amicis, prope est talis potentia ad monarchiam, & dominantur homines, non autem lex, & est hæc quarta species gubernationis paucorum, correspondens vltimæ speciei popularis.

CAPVT V.

IN isto capitulo determinat species democratix quæ sunt ex assuetudine & etiam oligarchix. Et idè diuiditur in duas partes. Primò enumerat species democratix ex assuetudine factas, ibi, *Oligarchia autem quandoquidem plures, &c.* Prima diuiditur in partes tres. In quarum prima dicit, quod assuetudinibus mutantur democratix & oligarchix. In secunda ostendit qua arte multiplicatur, ibi, *Quod autem sint tot species, &c.* In tertia enumerat quatuor species democratix quæ ex assuetudinibus sunt, ibi, *Quandoquidem igitur quod agriculturam, &c.* Sententia primæ partis est hæc, quod volentem scire politias oportet non latere, quod frequenter democratix, quæ secundum leges sunt, assuetudinibus populi mutantur: & hoc est in omnibus, in quibus non iudicatur secundum leges, sed secundum assuetudines. Habitus enim assuetudinis efficitur quasi naturalis. Propter quod dicit Tullius, quod virtus est habitus per consuetudinem perfectus in modum naturæ consentaneus. Sicut enim dicit Aristoteles in 2. Ethic. Innati sumus virtutes quidem suscipere, perficere autem est ex assuetudine. Dicit ergo. Non oportet autem latere, politicum scilicet, quod in multis locis accidit, vt politia, id est, ciuitas quidem quæ secundum leges non sit democratia, sed, supple, secundum voluntatis dominantium, propter assuetudinem autem & modum, supple, quem consuevit tenere populus, politizer & democratizer, id est, principatu populi. Similiter etiam est in oligarchia, quod scilicet transmutetur per assuetudinem. Et hoc est. Similiter autem rursum apud alios eam quidem quæ secundum leges politiam esse magis democratiam, id est, apud quos consuevit esse politia democratica secundum leges, assuetudinibus autem & modo oligarchizare magis, supple, accidit.

b Et subdit causam vnde hoc accidit, ibi, *Accidit autem hoc maximè post transmutationes politicarum, id est, quando nouis emergentibus casibus & nouis principibus & politeumate dominantibus, necesse est mutari politias. Et dicit rationem subdicens, ibi, Non enim statim transmutantur, vt scilicet vnam politiam omnino deserant, & aliam simpliciter assumant, sed amant in primis paulatim rapientes ex inimicem, id est, modum & leges vnus politix, quam scilicet prius habuerunt, rapientes & trahentes, in aliam politiam scilicet. Et dicit modum, ibi, Vt leges quidem permaneant quæ prius extiterunt, in priori scilicet politia: quia dicit Tullius, Difficile est à consuetis recedere. Obtineant autem, supple, consuetudines, quæ transmutant politiam vnam specialem, in aliam, sicut democratiam in oligarchiam, vel è conuerso. Et hæc est prima pars primæ partis istius capituli.*

c Deinde cum dicit, *Quod autem sint tot species, &c.* ostendit qua arte multiplicatur politia in tot species, quot dictæ sunt, dicens. *Quod autem sint tot species democratix & oligarchix, quot scilicet in præhabitis enumeratæ*

sunt, ex ipsas quæ dictæ sunt, manifestum est. Et ponit rationem quam etiam in præhabitis posuit, ibi, *Necesse enim aut omnes dictas partes populi, id est, in præhabitis numeratas communicare politia, quæ est ordo communicationis: & sic tot erunt politix, quot sunt partes populi: aut has quidem, has autem non: & tunc illæ quæ communicant vnâ politia, vnam faciunt politiam, id est, vnum ordinem communicationis: & tot erunt politix, quot sunt ordines communicantium. Deinde cum dicit, *Quandoquidem igitur quod agriculturam, &c.* dat artem accipiendi politias, enumerando quatuor species democratix quæ sunt ex assuetudinibus, & dicit. *Quandoquidem igitur quod agriculturam, & quod possidet mediocre substantiam, fuerint dominantes politix, quæ scilicet, non ex amicis, nec ex facultatibus potest cogere rebelles, politizant secundum leges, vt scilicet leges cogant eos quos ipsi compellere non possunt. Et ponit rationem, ibi, Habent enim, supple, tales viuere laborantes, id est, ex labore victum querere: non possunt autem vacare, iudiciis scilicet. Et qualiter disponant ciuilitates siue politias, ostendit, ibi, *Quare legem scientes, sapientes scilicet & senatores conuocant necessarissimas congregationes, vt scilicet per illos possint compellere rebelles, quos per seipfos non possunt. Aliis autem, supple, multitudinibus hominum participare licet, politico scilicet principatu, cum possideant honorabilitatem determinatam à legibus, scilicet quod non licet egenis participare politicum principatum, ne scilicet propter paupertatem subuertant iudicium. Et ex hoc inferit. Propter quod omnibus possidentibus, id est, diuitibus licet participare, principatu scilicet oligarchico. Et distinguit in illo modo, ibi, *Vniuersaliter quidem enim non licere omnibus, sed, supple, paucis & diuitibus oligarchicum, supple, est: quia oligarchia est principatus paucorum & diuitum. Et subdit rationem talis politix, ibi, Licere autem vacare, studiis scilicet iudiciorum & dispositioni vrbaniarum, impossibile, est, supple: quia tales oportet intendere qualiter victum acquirant. Vnde dicit in 1. Metaph. quod omnibus existentibus ad necessitatem & voluntatem, Sacerdotum gens concessa est in scholas intrare, & liberalibus scientiis intendere. Et hoc est quod sequitur. Non existentibus prouentibus: quia liberalibus artibus intendere non potest, cui prouentus non suppetunt. Et inferit consequenter, ibi, *Hæc quidem igitur vna species est democratix, consuetudinalis scilicet, propter has causas, quæ scilicet dictæ sunt.*****

d Deinde cum dicit, *Altera autem species, &c.* ponit secundam, & dicit. *Altera autem species, id est, secunda est, supple, propter consequentem electionem, populi scilicet. Est enim, id est, contingit, & id est, etiam omnibus licere, supple, participare democratico principatu, non refutatis secundum genus: seruis enim de seruis parentibus natis non licet participare, sed liberis solis. Causa autem quare licet participare liberis potentibus vacare, hæc est. Quia possunt vacare, studiis scilicet iudiciorum & vrbaniarum siue ciuilitatum: quia sicut dixit Socrates,*

& in præhabitis primi libri ostensum est, seruus non habet virtutem nisi à domino. Isti autem licet pauperes sint electi, tamen liberi sunt & liberum consensum habent faciendi quod volunt. Et hoc est quod sequitur. Propter quod quidem in tali democratia leges principantur propter non esse prouentum, id est, quia non habent diuitias vel amicos, ex quibus possint compellere rebelles: & idè oportet inuocare auxilium legis.

e Deinde cum dicit, Tertia autem species, ponit tertiam speciem, dicens. Tertia autem species, supple, democratia consuetudinalis, est omnibus licere quicumque utique liberi fuerint participare politia, propter prædictam causam scilicet, non tamen participare propter prædictam causam, id est, propter electionem populi: quia aliter hæc species tertia coincideret in idem cum secunda. Et subdit. Quare necessarium, &, id est, etiam, in hac principari legem. Licet enim liberi sint, virtutem tamen coactiuam rebellium non habent, nisi ex lege: & idè ex sententia vortua dominari non possunt.

f Deinde cum dicit, quarta autem species, &c. ponit quartam speciem democratia politica ex consuetudine, dicens. Quarta autem species democratia temporibus vltimis in ciuitatibus facta, supple, est. Et hæc est mercenariorum, quibus constituitur salarium sui dominatus, vt dominantur in politia. Et hoc est quod subdit, ibi, Quia enim factæ sunt ciuitates maiores multo quam à principio, & prouentus existunt & opulentia, participant quidem omnes politia, id est, politico principatu propter excessum multitudinis, quæ cogit alios subici sibi: in talibus enim multitudo dominantur vt vnus, non vt singuli, vt in præhabitis dictum est. Communicant autem & politizant, id est, politico principatu participant, qui possunt vacare, iudicis scilicet & studio ciuilitatum, etiam egeni accipientes mercedem, pro salario scilicet. Et maxime autem vacat talis multitudo, egenorum scilicet ad politias. Et subdit rationem, ibi, Neque enim impedit ipsos neque propriorum cura. Altera negatio superfluit more Græcorum qui duas negationes ponunt pro vna. Et subdit quare hoc plus competit egenis quam diuitibus, ibi, Diuites autem impedit propriorum cura, vt sæpè non communicent, id est, communicare non possint, congregationi, id est, communi populo siue politia, neque ei quod est iudicare, id est, qualiter iudicia exercentur, quia propriis intenti, omnibus intendere non possunt: propter quod fit multitudo egenorum dominans politia, quæ semper dominantur ad sententiam voti: quia leges ignorant. Et hoc est quod addit, ibi, Sed non leges, supple, dominantur. Post omnia hæc ponit epilogum, ibi, Species quidem igitur democratia tot & tales & propter has necessitates sunt. Et in hoc finita est prima pars capituli.

g Deinde cum dicit, Oligarchia autem quandoquidem, &c. enumerat species oligarchia factas ex assuetudine, & dicit. Oligarchia autem, sunt, supple, quandoquidem plures habent substantiam, scilicet de populo, sed tamen mino-

rem, supple, substantiam, seu diuitias, & non multam valde: propter quod non assumuntur ad principatum, sed diuites & potentes, qui habent multas diuitias. Et ponit quatuor species oligarchia. Primam, ibi, Prima autem oligarchia species est, prima scilicet quæ per consuetudinem fit: faciunt enim potestatem principandi possidenti, scilicet diuiti, & propter multitudinem esse participantium politeumate, id est, politia dominio, necesse non homines, sed legem esse dominans. Et huius ponit rationem, ibi, Quando enim utique plus distant à monarchia, in qua scilicet dominatur vnus, sicut in regno rex, & neque tantam habeant substantiam, diuitiarum scilicet, vt vacent, id est, vacare possint, negligentes, supple, curam propriorum: neque tam modicam, supple, habeant substantiam diuitiarum, vt nutriantur à ciuitate, salario scilicet sibi exhibito: necesse legem velle ipsis principari, sed non ipsos. Tales enim ad sententiam voti non possunt compellere subiectos, sed oportet inuocare legis & communis populi auxilium. Hæc est ergo prima species oligarchia consuetudinalis.

b Et ponit secundam, ibi, Si autem utique pauciores sint qui substantias habent, id est, diuitias, quam qui prius, supple, dominabantur in politia, ampliorem autem, supple, communi populo habeant substantiam (sicut sæpè factum est Romæ, vbi post dominium senatorum & nobilium paucis & diuitibus commissum est dominium) secundæ oligarchia fit species. Et ponit rationem, ibi, Magis enim potentes supergredi volunt, id est, suppressere eos. Propter quod & ipsi quidem, id est, populus, eligunt ex multis eos qui ad politeumate, id est, dominium politia admittuntur. Quia autem nondum sic fortes sunt, diuitiis scilicet & potentia, vt sine lege principentur, id est, principari possint, legem ponunt talem, id est, statuta ciuitatis faciunt talia, vt tales sic de populo eligantur.

i Et ponit tertium gradum seu speciem oligarchia, ibi, Si autem inualuerint habere diuitias, scilicet pauciores existentes, numero, supple, maiores substantias, diuitiarum scilicet, tertius gradus fit oligarchia. Et exponit illum, ibi, Scilicet per seipsos principatus habere: quia tunc per seipsos possunt compellere subiectos. Et ponit quartam speciem, ibi, Secundum legem autem præcipientem morientium filios succedere, supple, quartum gradum seu speciem facit oligarchia.

k Et subdit in quo ille gradus differt ab aliis, ibi, Quando autem iam plus inualuerint substantiis, id est, diuitiis, & multis amicis, prope, id est, ferè talis potentatus monarchia, id est, regno in quo dominatur vnus, & domini sunt vel sunt homines, sed non lex: tales enim dominantur ad sententiam voti, & non secundum leges. Et quarta species oligarchia hæc est conuertibilis vltimæ democratia. Superius enim dictum in hoc eodem capitulo, quod vltima democratia consuetudinalis est, quando dominantur egeni ad sententias voti & non secundum leges. Conueniunt ergo in hoc quod neutra dominantur secundum leges, sed ad sententiam voti.

Quor sint Respublicarum species, & de aristocratia variis speciebus.

ADhuc autem sunt duæ politia præter democratiam & oligarchiam, quarum alteram quidem dicunt omnes, & dicta est quatuor politiarum species vna. Dicunt autem quatuor, Monarchiam, Oligarchiam, Democratiam, quartam verò vocatam Aristocratiam. Quinta autem est, quæ appellatur communi nomine omnium: politiam enim vocant. Sed quia non sæpè fit, latet tentantes enumerare species politiarum, & vtuntur quatuor solum, sicut Plato in politia.

b Aristocratiam quidem igitur bene habet vocare, de qua pertractauimus quidem in primis sermonibus. Eam enim quæ ex optimis simpliciter politiam secundum virtutem, & non ad hypothesim aliquam bonorum virorum, solum iustum appellare aristocratiam. In sola enim simpliciter idem vir & ciuis bonus, bonus est. Qui autem in aliis boni ad politiam ipsorum sunt.

c Sed sanè sunt aliqua quæ ad oligarchizatas habent differentias, & vocantur aristocratia, & ad vocatam politiam, vbi non solum respectu diuitiarum, sed & respectu virtutis eligunt principatus. Hæc politia differt ab ambabus, & aristocratica vocatur. Etenim in non facientibus communem causam virtutis, sunt tamen quidam approbati, & qui videntur esse epiches.

d Vbi igitur politia respiciat ad diuitias, & virtutes, & populum, velut in Carchedonia, hæc aristocratia est. In quibus ad duo solum, vt quæ Lacedæmoniorum ad virtutem & populum, & est mixtio horum duorum democratia & virtutis. Aristocratia quidem igitur præter primam optimam politiam, hæc duæ species, & tertia quæcumque eius quæ vocatur politia, inclinatur ad oligarchiam magis.

Sunt insuper duo alia genera Respublicæ præter eas, in quibus aut multitudo, aut pauci gubernant, quarum alteram aiunt omnes speciem esse vnam ex quatuor. Dicunt autem eas quatuor, monarchiam, paucorum gubernationem, popularem, & quartam quam vocant optimatem. Est & quinta, quam communi nomine omnium appellant Rempubicam. Sed quia non sæpè fit, latet numerare volentes: & ita suscipiunt, quasi sint quatuor solum, vt Plato in libro de Republica facit.

Optimatem igitur se recte habet appellare illam, de qua tractauimus in primis libris. Quæ enim ab optimis viris simpliciter per virtutem est gubernatio Respublica, & non ad suppositionem quandam bonorum virorum, eam solum iustum est optimatem appellari: in sola enim ista simpliciter idem est vir bonus, & ciuis: in aliis autem boni sunt ad speciem gubernandi suam.

Sunt tamen quadam quæ differentiam habeant à paucorum gubernatione, & appellantur optimates, & ab ea, quæ vocatur Respublica, vbi non solum respectu diuitiarum, sed etiam respectu virtutis ad gubernationem Respublica sumuntur. Hæc Respublica differt ab illis, & naturam optimatis sapere videtur. Nam in his ciuitatibus quæ non faciunt publicè curam virtutis, sunt tamen quidam præstantiores, qui videntur esse boni viri.

Vbi ergo Respublica respicit ad diuitias, & ad virtutem, & ad populum, vt est apud Carthagenenses, ea naturam optimatum sapere videtur. Et vbi ad duo illorum solum, vt Lacedæmoniorum, ad virtutem, & ad populum, & est hæc mixtura popularis ac virtutis. Optimatum igitur præter illam primam optimam Rempub. gubernandi formam, hæc duæ species sunt, & tertia quæcumque illius quæ appellatur Respublica, inclinatur ad paucorum gubernationem.

CAPVT VI.

Diuisis omnibus politis quæ sunt sub democratia & oligarchia, quas antè dixit extremas politias & simplices, sicut in harmoniis Doricam & Phrygiam, & in ventis Boream & Australem: addit hinc duas, & ostendit hinc diuisionem earum, scilicet eam quæ communi nomine dicitur politia, & Aristocratiam. Et idè istud capitulum diuiditur in tres partes: in quarum prima dicit, quod istæ duæ politia addendæ sunt tribus aliis, vt quinque efficiantur in vniuerso. In secunda determinat quæ sit vera Aristocratia, ibi, *Aristocratiam quidem igitur, &c.* In tertia determinat politias mixtas, ibi, *Sed sanè sunt aliqua quæ ad oligarchias, &c.* Sententia primæ partis hæc est, quod scilicet sunt adhuc duæ politia præter democratiam & oligarchiam, & dicit, quod altera illarum nominata est, quam scilicet omnes ponunt: quinta autem later tentantes ponere politia species, eò quod non sæpè fit nec in multis ciuitatibus obseruatur. Dicit ergo primò. Adhuc autem sunt duæ politia præter democratiam & oligarchiam, quarum alteram quidem dicunt omnes, scilicet aristocratiam: & dicta est, supple, in 8. Ethic. à nobis, quatuor politiarum species vna, supple, esse. Et determinat quæ sint illæ quatuor quæ communiter dicuntur esse politia, ibi, Dicunt autem quatuor communiter, supple, Monarchiam, id est, Regnum, in quo principatur vnus: Oligarchiam, in qua principantur pauci & diuites: Democratiam, in qua principatur populus sicut vnus ex multis, & non sicut singuli: quartam autem vocatam Aristocratiam, in qua scilicet principantur virtuosus & boni viri. Quinta autem est, quæ appellatur communi nomine omnium: politiam enim vocant, generali scilicet nomine. Et rationem reddit quare illa nomen generale obrinuit, & speciale non habuit, ibi, Sed quia non sæpè fit, later tentantes enumerare species politiarum. Causa autem quare later, hæc est: quia non determinatur finis aliarum politiarum, vt scilicet in ea vnus dominetur ad vtilitatem populi, sicut in Regno: vel vnus dominetur ad vtilitatem propriam, sicut in Tyrannide, vel multi potentes & diuites non ad rectitudinem legum, sed ad voti sententiam dominantes sint, sicut in oligarchia: vel quod dominetur in ea populus vt vnus non vt singuli, sicut in democratia: sed est simpliciter ordo communicantium in ciuitate vel secundum plebiscita, vel secundum statuta communia: & idè later in specie, & nomen generis obtinuit. Et hoc est. Et vtuntur quatuor, supple, politis, sicut Plato in politis, supple, tantum quatuor species politiarum enumerauit. Et hic est finis primæ partis capituli.

b Deinde cum dicit, Aristocratiam quidem igitur, &c. dererminat quæ sit vere aristocratia, & mitit ad 8. Ethic. & dicit. Aristocratiam quidem igitur bene habet vocare, de qua pertrastauimus quidem in primis sermonibus, id est, in 8. Ethic. & vocat illos primos sermones: quia

sicut dicit in libro magnorum Ethic. Sermones Ethici de virtute, principaliter sunt ad sermones politicos. Et hoc est quod subdit in ratione nominis, ibi, Eam enim quæ ex optimis, scilicet virtis, simpliciter, id est, qui secundum virtutes simpliciter sunt optimi, & non huic vel illi, politiam secundum virtutem, supple, iustum est appellare. Et hoc est quod sequitur. Et non ad hypotesim aliquam bonorum viorum. solum, id est, ad positionem, vt scilicet sit iustus his vel illis, vel hic vel ibi, vel nunc vel tunc, sed simpliciter, id est, vniuersaliter semper & vbique bonus sit secundum virtutem, iustum appellare aristocratiam, in qua scilicet simpliciter virtuosus dominantur. Et supponit rationem, ibi, In sola enim aristocratia, supple, simpliciter, idem vir & ciuis bonus est secundum virtutem: qui autem in aliis, scilicet politis, boni, supple, dicuntur, ad politiam ipsorum sunt, solum, supple, boni: & hoc est bonum ad hypotesim & non simpliciter, sicut paulò antè dictum est.

c Deinde cum dicit, Sed planè sunt aliqua, &c. determinat politias mixtas & dicit. Sed sanè sunt aliqua, supple, aristocratia, quæ ad oligarchizatas, supple, politias, habent differentias, constitutiuas scilicet, & vocantur aristocratia, & ad vocatam politiam, id est, in comparatione ad illam, quæ simplici nomine politia dicitur, tamen mixta est ex oligarchia & aristocratia. Et hoc est quod sequitur. Vbi verò non solum respectu diuitiarum, sed etiam respectu virtutis eligunt principatus, hæc politia differt ab ambabus, id est, ab oligarchia & aristocratia: quia mixta est, & aristocratia vocatur, communiter, supple. Et dicit causam, ibi, Etenim, id est, quia in non facientibus communem virtutis causam, electionis, supple, principum, sunt tamen quidam approbati, & qui videntur esse epices & illi in electione principum respiciunt ad virtutem: & idè talis politia mixta est ex oligarchia & aristocratia. Et hoc est quod sequitur.

d Vbi igitur politia respicit, in electione scilicet principum, ad diuitias & virtutem & populum, vel in Carchedonia, quæ est ciuitas Græciæ, in qua fuit Concilium Chalcedonense, hæc aristocratia est, supple, quædam, sed mixta ex oligarchia & aristocratia & democratia. In quibus, scilicet politis, ad duo solum, supple, respicitur in electione principum, vt quæ Lacedæmoniorum ad virtutem & populum, supple, respicitur in electione principum, & est mixtio horum duorum democratia & virtutis, id est, aristocratia. Et post subiungit epilogum de speciebus aristocratia, ibi, Aristocratia quidem igitur præter primam optimam politiam, in qua scilicet ad nihil respicitur in electione principum, nisi ad virtutem, hæc etiam duæ species, supple, sunt, mixta scilicet, & tertia, scilicet species est, quæcunque, supple, species eius, quæ vocatur politia simpliciter, sed inclinatur ad oligarchiam magis, scilicet in quibus cum virtute respicitur ad honorabilitatem diuitum & potentum: & hæc est etiam mixta ex oligarchia & aristocratia, sicut paulò ante dictum est.

CAPVT

CAPVT VII.

De ea quæ nomine generis Refpublica peculiariter appellatur.

Reliquum autem est nobis de nominata politia dicere, & de tyrannide. Ordinauimus autem sic non existentem, neque hanc transgressionem, neque assignatas aristocracias: quia secundum veritatem quidem omnes sunt vitia: à rectissima politia: deinde dinumerantur cum iis, suntque ipsarum hæc transgressiones, sicut in iis quæ à principio diximus. Vltimò autem de tyrannide rationale est facere mentionem: quia omnium minimè politia hæc est.

b Nobis autem est methodus de politia. Propter quam quidem igitur causam & ordinatum est hoc modo, dictum est. Nunc autem ostendendum est nobis de politia.

c Manifestissima enim potentia ipsius determinatis iis, quæ de oligarchia & democratia. Est enim politia, vt simpliciter est dicere, mixtio oligarchia & democratia.

d Consueuerunt autem vocare declinantes quidem vt ad democratiam, politias: declinantes autem ad oligarchiam, magis aristocracias: quia magis assequitur disciplina & nobilitas opulentioribus. Adhuc autem videntur habere opulenti, quorum gratia iniusta agunt iniusti. Vnde & Calusagathos & insignes hos appellant. Quoniam igitur aristocratia vult excellentiam attribuere optimis ciuibus, & oligarchias esse aiunt ex Calusagathis magis.

e Videtur autem esse impossibilem ciuitatem aristocratizantem non bene legibus disponi, sed malè gubernatam: similiter autem & aristocratizari eam, quæ non bene legibus disponitur.

f Non est autem bona legum dispositio, bene poni leges, non obedire autem. Propter quod vnã quidem bonam legum dispositionem existimandum esse, obedire positis legibus: alteram autem bene poni leges, quibus immaneat. Est enim obedire, & bene positis. Hoc autem contingit dupliciter: aut enim optimis contingentium ipsis, aut simpliciter optimis.

g Videtur autem aristocratia quidem esse maximè honorem distribuere secundum virtutem, aristocratia quidem

CAPVT VII.

Reliquum est, vt de ea quæ Respublica appellatur, dicamus, & de tyrannide. Ordinauimus autem ipsam nos, cum prius non esset, neque hac transgressio, neque illa, de quibus modo diximus, optimates: quia reuera omnes aberrant à rectissima gubernandi forma: postmodum cum istis numerantur, & sunt harum transgressiones & labes, vt in superioribus circa principium diximus. Merito autem postremo loco tyrannidem reseruauimus propterea quod ista minime est Respublica.

Nostra vero materia est de Republica tractare. Quæ igitur de causa sic ordinauimus, dictum est. Nunc autem est à nobis de illa, quæ communi nomine appellatur Respublica, ostendendum.

Nam clarius eius vis apparebit post determinationem eorum, quæ ad paucorum gubernationem & ad popularem spectabant. Est enim Respublica, vt simpliciter dicamus, mixtura paucorum gubernationis ac popularis.

Consueuerunt autem eas quæ inclinant ad popularem, vocare Respublicas: eas vero quæ ad paucorum gubernationem, vocare optimates: ex eo quia opulentioribus doctrina atque nobilitas magis adesse consueuerunt. Præterea qui diuitias habent, ea videntur habere, propter quæ ceteri iniurias faciunt: unde & honestos & bonos & nobiles istos appellant. Cum ergo optimatum gubernatio velit excellentiam tribuere optimis ciuibus, & paucorum gubernationem esse dicant ex bonis & honestis magis,

Videtur impossibile, quæ ciuitas non ab improbis, sed ab optimis gubernetur, eam non bene gubernari: eodèque modo, quæ leges non habeat, gubernari ab optimatibus.

Habere autem leges bonas non id est, si recta sint posita nec eis pareatur. Itaque vna recta legum institutio putanda est, legibus parere: altera, vt rectè sint leges posita, quibus parere oportet. Fieri enim potest, vt pareant ciues malè positis legibus. Id autem dupliciter accidit: aut enim optimis quantum datur ipsis, aut simpliciter optimis.

Videtur autem optimatum esse maximè honores tribuere secundum virtutem. Finis enim optimatum, virtus: paucorum enim

enim terminus, virtus: Oligarchiæ autem, diuitiæ: Democratæ autem, libertas.

h Hoc autem quodcumque videatur pluribus, in omnibus existit. Etenim in oligarchia, & in aristocrata, & in democratia, quodcumque videatur maiori parti participantium politia, hoc est dominans.

i In plurimis quidem igitur ciuitatibus politia species vocatur. Solum enim mixtio coniecturat diuitum & pauperum diuitias & libertatem. Ferè enim apud plurimos qui opulenti caloncagathon videntur tenere regionem.

k Quoniam autem tria sunt, quæ altercantur de æqualitate politia, libertas, diuitiæ, virtus (Quartum enim, quod vocant ingenuitatem, assequitur duobus: ingenuitas enim est virtus & diuitiæ antiquæ manifestum, quod mixtionem quidem duorum, scilicet opulentorum & egenorum, politiam dicendum: trium autem aristocratiam maximè aliarum præter veram & primam.

l Quod quidem igitur sint & aliæ species politia præter monarchiam & democratiam, & oligarchiam, dictum est, & quales hæ, & quid differunt inuicem aristocratia & politia ab aristocrata, & quod non ab inuicem longè, manifestum.

m Quo autem modo fit præter democratiam & oligarchiam, quæ vocatur politia, & qualiter ipsam oportet institui, dicemus consequenter dictis. Simul autem palam erit & quibus determinant democratiam & oligarchiam. Sumendum enim horum diuisionem. Deinde ex iis ex vtraque velut symbolum accipientes, componendum.

n Sunt autem termini tres compositionis & mixtionis. Aut enim vtrumque sumendum, quæ vtraque lege statuunt, puta de eo quod est iudicare, in oligarchiis quidem enim opulentis damnum ordinant, si non disceptent, egenis autem nullam mercedem: in democratiis autem egenis quidem mercedem, opulentis autem nullum damnum. Commune autem & medium horum ambo hæc. Propter quod & politicum, mixtum est enim ex ambobus. Vnus quidem igitur iste combinationis modus.

verò gubernationis, diuitia: popularis autem, libertas.

Quod autem pluribus videtur, commune est omnium. Nam in paucorum, & in multitudinis gubernatione, & in optimorum, quod videtur maiori parti eorum, qui in Republica versantur, id obtinet.

In plerisque igitur ciuitatibus hæc species gubernandi Respublica vocatur. Sola enim mixtio coniecturam facit opulentorum, & inopum, diuitiarum & libertatis. Ferè enim apud plurimos illi, qui diuitiis polent, honorum & honestorum locum obtinere videntur.

Cum verò tria sint, quæ circa æqualitatem Respublicæ contendunt, libertas, diuitia, virtus (Nam quartum illud, quæ appellatur nobilitas, duobus consequens est: nobilitas enim est antiqua diuitia, & virtus) manifestum est, quod duorum mixtura, diuitum & pauperum, est Respublica appellanda: trium verò, optimatum gubernatio maximè aliarum præter illam veram & primam.

Quod igitur sint alia Respublicæ præter monarchiam, & popularem, & paucorum potentiam, dictum est, & quales istæ, & in quo differant inter se, & optimatum gubernatio, & aliæ species, quæ ad optimates declinant, & quomodo non longè distant inter se, manifestum est.

Quomodo autem fiat præter popularem & paucorum potentiam illa quæ appellatur Respublica, & quo in ordine reponenda sit, deinceps dicemus: & simul apparebit, quibus differant popularem & paucorum gubernationem. Sumenda est enim horum distinctio. Postea ex his ab vtraque tanquam regulam sumentes, componere oportet.

Sunt autem diffinitiones tres compositionis ac mixturae. Aut enim ambo sumenda, quorum vtraque leges ponunt, ceu circa iudicia, in paucorum enim potentia diuitibus penam constituunt, nisi in iudicando adsint, pauperibus verò mercedem nullam: in popularibus autem pauperibus mercedem, diuitibus autem penam nullam. Commune ac medium istorum ambo hæc. Itaque & civile, mixtum est enim ex ambobus. Vnus igitur modus hic est combinationis.

o Alterum

o Alterum autem accipere medium eorum, quæ vtrique statuunt, puta congregationes fieri, ij quidem ab honorabilitate nulla, vel parua omnino, ij autem ab immensa honorabilitate. Commune autem neutrum, sed media honorabilitas vtriusque horum.

p Tertium autem ex duabus institutionibus, hæc quidem ex oligarchica lege, hæc autem ex democratica. Dico autem, puta videtur democraticum quidem esse, fortiales esse principatus, eligibiles autem, oligarchicum. Et democraticum quidem qui non ab honorabilitate, oligarchicum autem qui ab honorabilitate. Aristocraticum igitur & politicum ex vtraque vtrumque accipere: ex oligarchia quidem eligibiles facere principatus, ex democratia autem quod non ab honorabilitate.

q Modus quidem igitur mixtionis iste. Eius autem quod est bene misceri, democratiam & oligarchiam, terminus, quando contingit dicere eandem politiam democratiam & oligarchiam.

r Palam enim, quod hoc patiuntur dicentes propter mixtas esse bene. Patitur autem hoc & medium: apparet enim vtrumque extremorum in ipso, quod quidem accidit circa Lacedæmoniorum politiam: multi enim conantur dicere tanquam democratia existente, quia democratica multa ordo habet, puta primò, quod circa alimentum puerorum: similiter enim qui diuitum nutriuntur iis, qui pauperum, & erudiuntur hoc modo vtrique quo possent & pauperum pueri. Similiter autem & in habita ætate, & cum viri fuerint, eodem modo. Nullo enim distinctus diues & pauper. Sicque circa alimentum eadem omnibus in conuiuiis, & vestimentum tale diuites, quæle vtrique præparare possent & pauperum aliquis quicumque. Adhuc eo quod duos maximos principatus, hunc quidem eligat populus, hoc autem participet. Senes quidem enim eligunt, ephoria autem participant. Alij autem oligarchiam, quia multa habet oligarchica, puta quod omnes sunt eligibiles, & nullus fortialis, & quod pauci sunt domini mortis & fugæ, & alia multa.

D. Alb. Mag. Politic.

Alius autem medium capere eorum, quæ ab vtrisque iubentur, ceu concionari, hæc quidem à nullo censu, vel exiguo penitus, hæc vero à magno censu, commune certe neutrum, sed medium vtriusque census.

Tertius vero ex duobus iussis, hoc quidem ex populari lege, illo autem ex paucorum gubernatione. Dico autem tale aliquid, videtur populare quidem magistratus sortiri: paucorum autem gubernationis, eligere. Et populare non ex censu tribuere, paucorum autem ex censu. Optimum igitur ac civile ab vtraque vtrumque accipere, ex paucorum quidem gubernatione electiuos facere magistratus, ex populari autem sumere non per censum.

Modus igitur admiscendi talis: bene autem admiscuisse popularem, & paucorum gubernationem, finis est, quando eadem Respublica dici potest popularis, & paucorum gubernatio.

Patet enim hoc accidere dicentibus eas bene esse commixtas. Accidit hoc etiam medio. Conspicitur namque in eo vtrumque extremorum, quod contingit Lacedæmoniorum Respublica. Sunt enim permulti, qui aggrediuntur dicere eam esse popularem, propterea quod populariter complura in illa sunt constituta, ceu præmium circa educationem puerorum. Pari modo diuitum filij educantur & pauperum, & erudiuntur per eum modum, per quem valeant pauperum filij erudiri. Similiterque in sequenti ætate, cum viri facti sunt. In nullo enim magis conspicuus diues quam pauper. Cibi quoque iidem vtrisque in comestationibus. Vestitu etiam tali diuites vtuntur, qualem & pauperum quibus habere potest. Præterea duorum maximorum magistratum, alterum eligit populus, alterum gerit. Senatores enim per populum eliguntur, ephori autem ex popularibus constituuntur. Alij verò dicunt esse illam paucorum gubernationem, quoniam multa habeat, quæ paucorum potentiam asserunt, ceu omnes dignitates per electionem conferri, per sortem verò nullam, & insuper apud paucos potestatem esse necandi, & in auxilium pellendi, ac cetera huiusmodi permulta.

V. s Oportet

f Oportet autem in politia mixta bene videri utraque esse & neutrum, & saluari per seipsam, non eò quod plures extrinsecus sint, qui volunt (erit enim utique & prauæ politia hoc existens) sed eò quod neque utique velit politiam alteram nulla partium politia totaliter. Quo quidem igitur modo videtur consistere politia, similiter autem & putare aristocratia, nunc dictum est.

CAPVT VII.

a Post diuisionem specialium politiarum, incipit tractare de ea quæ communi nomine politia dicitur, & determinare diuisiones eius. Et incipit hinc secunda pars libri quarti principalis. Et habet duas partes. In prima enim parte tractat de politia, scilicet in isto capitulo. In secunda de Tyrannide quæ est transgressio politia pessima, ibi, *De Tyrannide autem erit, &c.* sequenti capitulo. Prima pars diuiditur in duas partes. In prima ostendit qualiter politia fit, & quare politia communi nomine vocatur. In secunda ostendit qualiter oportet ipsam institui, ibi, *Quo autem modo fit, &c.* Prima pars adhuc diuiditur in quatuor partes, in quarum prima ostendit ordinem ad alias politias. In secunda ostendit potentiam ipsius & conuenientiam ad aristocratiam & oligarchiam, ibi, *Manifestissima enim potentia ipsius, &c.* In tertia ostendit qualiter leges ipsius ponendæ sunt, ibi, *Videtur autem esse impossibile, &c.* In quarta determinat de terminis politiarum, ibi, *Videtur autem aristocratia, &c.* Circa primum duo facit. Primum enim determinat rationem ordinis, quare scilicet vltimò cum Tyrannide ordinatur inter politias. Et ratio huius est ex parte tyrannidis, quæ omnium transgressionum pessima est, sicut ostensum est in 8. Ethic. & idem vltimò ordinanda. Secundò ponit rationem ex parte politia: quia politia quæ communi nomine vocatur, fit ex mixtione aliarum, maximè aristocratia & democratia: idem prius oportuit cognoscere de aliis quam de ipsa. Et hoc, ibi, *Nobis autem est methodus, &c.* Dicit ergo primò. Reliquum autem est nobis de nominata politia dicere, id est, de illa quæ simplici nomine politia dicitur, non determinata ad aliquam speciem, & de Tyrannide. Et determinat rationem istius ordinis, ibi, *Ordinamus autem sic non existentem, neque hanc, scilicet politiam, transgressionem, neque assignatas aristocratias, quia politia simpliciter neque transgressio est, neque simpliciter aristocratia. Et subiungit rationem ex parte Tyrannidis, ibi, Quia secundum veritatem quidem omnes, scilicet transgressiones, sunt vitia: à rectissima politia, quæ est Regnum & aristocratia. Deinde enumerantur cum iis propter rationem scilicet disciplina: quia oppositorum eadem est disciplina: suntque ipsarum politiarum hæ transgressiones: & idem, supple, cum politiis determinandæ, sicut in iis quæ à principio diximus, id est, in 8. Ethic. & hoc, supple, deter-*

Oportet enim in Republica bene temperata utrumque videri inesse, & neutrum, & conseruari per seipsam, non aliunde, & per seipsam, non per alios multos extraneos, qui velint. Nam & praua Reipublica hoc potest contingere: sed nec velle quidem gubernationem alteram quoque modo partium ciuitatis omnino. Quemadmodum igitur oporteat Rempublicam constituere, & similiter illas quæ appellantur optimates, dictum est.

minatum est. Ibi enim determinat quæ sunt simpliciter politia, & quæ transgressiones earum. Et subdit rationem quare vltimò de Tyrannide tractat, ibi, *Vltimo autem de Tyrannide rationale est facere mentionem: quia omnium politiarum optima, quæ est Regnum, Tyrannis transgressio est: idem omnium transgressionum pessima est, & minimè habens rationem politia.*

b Secundò ponit rationem ex parte politia, quare vltimò Tyrannis ponitur, ibi, *Nobis autem est methodus de politia, id est, tractatus, quæ scilicet simpliciter politia est, cuius scilicet pessima transgressio Tyrannis est: & idem immediatè post eam, de Tyrannide est tractandum. Et ponit epilogum istius ordinis, ibi, Propter quam quidem igitur causam & ordinatam est, hoc modo, dictum est, quod scilicet vltimò ponitur tractatus de politia, & Tyrannide. Et hoc est quod sequitur, ibi, *Nunc autem ostendendum nobis de politia, id est, tractandum.**

c Deinde cum dicit, *Manifestissima enim potentia, &c.* Potentiam ipsius politia & conuenientiam ad aristocratiam & etiam oligarchiam dicit, ponendo rationem. Manifestissima enim potentia ipsius, supple, est, determinatis iis quæ de oligarchia & democratia, supple, dicenda erant. Et rationem, quare post illas de ipsa tractat, dat, ibi, *Est enim politia, vt simpliciter, id est, vniuersaliter, est dicere, mixtio oligarchia & democratia. Et omne compositum ex componentibus cognoscitur, & idem, supple, prius erat tractandum de democratia & oligarchia, & postea de politia, quæ mixta est ex utraque, tamen aliquando declinat plus ad vnam, & aliquando plus ad aliam. Et hoc est quod sequitur.*

d Consueuerunt autem vocare declinantes quidem vt ad democratiam, politias, quia illa est principatus populi: declinantes autem ad oligarchiam, democratias, supple, magis, aristocratias, supple, consueuerunt appellare. Et ponit huius rationem, ibi, *Quia magis assequitur disciplina & nobilitas opulentioribus: opulenti enim & diuites consueuerunt esse magis disciplinati & nobiles, & idem principatus eorum qui propriè oligarchicus est, quasi à digniori, id est, à disciplina & nobilitate aristocratia vocatur. Et de hoc ponit aliam rationem, ibi, *Adhuc autem videntur habere opulenti, id est, diuites, ea scilicet quorum gratia iniusta agunt iniusti: iniusti enim iniuste agunt, vt diuitias acquirant, & illas habent iam opulenti: & idem, supple, non est necesse illis iniuste agere.**

agere. Et probat hoc à signo, ibi, *Vnde & calocagathos, id est, insignes homines appellant, scilicet opulentos. Calocagathos autem componitur à Græco, scilicet à καλός quod est bonum, & ab ἀγαθός quod etiam est bonum: vnde calocagathos est bonum bonum, id est, perfectum bonum: sicut ipse Aristoteles dicit in capitulo de per se bono. Et nota, quod libri communiter habent calocagathos: est enim corrupta litera à vitio scriptorum. Et hoc est quod subiungit, ibi, *Quoniam igitur Aristocratia, id est, principatus virtuosorum, vult excellentiam attribuere optimis ciuium, & Oligarchias esse aiunt, supple, communiter loquentes, ex calocagathis magis, propter hoc, supple, politias declinantes ad Oligarchias, id est, principatus diuitum, vocant Aristocratias: quia scilicet diuites non habent necesse iniuste agere sicut pauperes. Et in hoc finitur secunda pars primæ partis capituli.**

e Deinde cum dicit, *Videtur autem esse impossibile, &c.* determinat de legis positione, scilicet qualiter leges ipsius ponendæ sunt, & dicit. *Videtur autem esse impossibile, id est, de numero impossibilem ciuitatem aristocratizantem, id est, principatu aristocratico gubernatam, non bene legibus disponi, sed malè gubernatam: hoc enim impossibile est, propter hoc quod in præhabitis dixit, quod scilicet leges ad politiam, non politia ad leges ordinatur: vnde cum Aristocratia sit optima politia, necesse est, quod optimæ leges ponantur ad ipsam. Similiter autem, supple, impossibile est, & id est, etiam Aristocratizari eam, scilicet ciuitatem, quæ non bene legibus disponitur, propter eandem causam quæ dicta est.*

f Et subdit quid exigatur ad hoc quod sit bona legum dispositio, ibi, *Non est bona autem, &c.* Duo enim exiguntur ad hoc, scilicet quod leges iustæ sint, & quod obediatur eis. Et hoc est. Non est autem bona legum dispositio bene poni leges, non obedire autem, supple, legibus positis. Propter quod vnam quidem bonam legum dispositionem existimandum esse, obedire positis legibus: alteram, scilicet dispositionem, bene poni leges, quibus immaneat, scilicet ciues, & per quas regantur. Et qualiter hoc contingat, subdit. *Est enim obedire, id est, contingit obedire, & id est, etiam bene positis, supple, legibus, scilicet ad hypothesim huius vel illius politia. Et est obedire optimis legibus simpliciter, non ad hypothesim. Et hoc est quod sequitur. Hoc autem contingit dupliciter: aut enim optimis contingentium ipsius, aut optimis simpliciter.*

g Deinde cum dicit, *Videtur autem Aristocratia, &c.* determinat de terminis sue finibus politiarum, dicens. *Videtur autem Aristocratia quidem esse maximè honores, scilicet principatum, distribui secundum virtutem, vt scilicet virtuosus principentur. Et hoc est quod sequitur. Aristocratia quidem enim terminus virtus, id est, finis: oligarchia autem, supple, terminus est, diuitia: quia oligarchia est principatus diuitum & paucorum. Demi autem, id est, populi cuius principatus est democratia, terminus est libertas.*

h Et quis dominans sit in omnibus istis politia. *D. Alb. Mag. Politic.*

tiis, ostendit, ibi. *Hoc autem quodcumque videatur pluribus, in omnibus existit, supple, politiis. Et hoc probat, ibi, Etenim in oligarchia & aristocratia & in demis, id est, in democratia, quodcumque videatur maiori participantium politia, hac scilicet, vel illa, hoc est dominans. Et hoc adhuc obseruatur apud gentes, quæ iudicant secundum sententias, & non secundum leges: licet hoc sit contra legem Domini dicentis Deuter. 21. In iudicio non acquiesces plurimorum sententia vt à veritate deues.*

i Ex omnibus his concludunt. In plurimis quidem igitur ciuitatibus politia species vocatur ista, quæ mixta est ex oligarchia & democratia. Et dicitur simpliciter politia, vt iam habitum est. Et ponit rationem, ibi, *Solum enim mixtio coniecturatur, in iudiciis scilicet, quod iustum est, mixtio diuitum & pauperum, diuitias & libertatem. Et ponit rationem, ibi, Ferè enim apud plurimos qui opulenti, supple, sunt, calocagathos, id est, de numero bonorum videntur tenere regionem, & sic tenere principatum.*

k Et subdit de mixtura politiarum, ibi, *Quoniam autem tria sunt in politiis, quæ alterantur de æqualitate politia, libertas, diuitia, virtus. De libertate democratia alteratur, de diuitiis oligarchia, de virtute aristocratia. Et quia posset esse quaestio de nobilitate, vt de illa posset esse quarta politia, subdit. Quartum enim, quod vocant ingenuitatem, assequitur duobus, id est, sequitur duo. Et ostendit quomodo, ibi, *Ingenuitas enim est virtus & diuitia antiqua. Vnde Seneca: Nobilitas est diuitia antiqua: & esse aliquem nobilem magis est laus parentum, quam propria. Ex his concludit, ibi, Manifestum, quod mixtionem quidem duorum, scilicet opulentorum, quorum est oligarchia, & egenorum, quorum est democratia, politiam dicendum, simplici scilicet nomine: trium autem, supple, mixtionem, aristocratiam, maximè aliarum, supple, est dicendum (Et huius ratio est: quia in mixtis à digniori sit denominatio) præter veram & primam, quæ scilicet simpliciter est aristocratia: illa enim verius dicitur aristocratia, quam mixta.**

l Post hæc ponit epilogum omnium dictorum, ibi, *Quod quidem igitur sunt & alia species politia præter monarchiam, & democratiam, & oligarchiam, dictum est. Et, supple, etiam dictum est, quales hæ, supple, sunt: & etiam dictum est, quod differunt inuicem aristocratia, & politia, simpliciter scilicet dictæ, ab aristocratia, & quod non ab inuicem longè, supple, distant, manifestum est.*

m Deinde cum dicit, *Quo autem modo fit, &c.* determinat qualiter illa, quæ simpliciter dicitur politia, mixta ex democratia & oligarchia, instituat. & quibus legibus regatur. Et circa hoc quatuor facit. Primum docet eam misceri ex oligarchia & democratia. Secundò docet accipere medium eorum quæ utrique statuunt, ibi, *Alterum autem accipere medium, &c.* Tertio docet electionem principis fieri secundum institutionem vtriusque politia, scilicet oligarchia & democratia, ibi, *Tertium autem ex duabus institutionibus, &c.* Quarto docet qualiter

qualiter bene commixta oligarchia & democratia constituunt politiam, quæ simpliciter dicitur politia, ibi, *Eius autem quod est bene misceri*, &c. Sententia primæ partis in communi est hæc, quod si politia mixta ex oligarchia & democratia debet institui, quod oportet accipere, quæ vtraque politiarum illarum statuit, & ex illis oportet apponere, & symbolum accipere, qualiter politia, quæ simpliciter dicitur, miscetur ex vtraque. Et ponit tres terminos compositionis & mixtionis. In oligarchia enim quæ est principatus diuitum, cum sit corruptio vrbianitatis, quæ dicitur aristocrata, statuunt minus in damno semper habere, diuitibus, & pauperibus statuunt, quod non habeant plus in lucro: in democratia autem fit è conuerso, quod scilicet in omnibus iudiciis pauperes minus habeant in damno, & plus in lucro, & diuites è contrario. Dicit ergo primò. Quo autem modo fit præter democratiam & oligarchiam illa quæ vocatur politia, simplici nomine scilicet, & qualiter oportet ipsam institui, dicemus consequenter dictis. Et quia compositum non cognoscitur nisi ex componentibus, idè addit, quod etiam compositum simul cum hoc cognoscimus, ibi, Simul autem palam erit, & id est, etiam quibus determinat democratiam & oligarchiam, ex quibus componitur politia simpliciter dicta. Et tangit modum, ibi, Sumendum enim horum diuisionem, oligarchicorum scilicet & democraticorum. Et docet modum qualiter sumendum, ibi, Deinde ex his ab vtraque, scilicet oligarchia & democratia velut symbolum accipientes, id est, conuenientiam, componendam, qualiter scilicet componatur ex vtraque: quia sicut dicit in secundo de generatione & corrupt. habentium symbolum facilius est transmutatio.

Et tangit modum in communi, ibi, Sunt autem termini tres compositionis & mixtionis. Et tangit primum, ibi, Aut enim vtrumque sumendum, quæ vtraque lege statuunt, in iudiciis scilicet. Et dat exemplum, ibi, Puta de eo quod est iudicare, id est, in causis in quibus recurritur ad iudicem sicut ad iustum animatum, sicut dicitur in 5. Ethic. Et dat iterum exemplum, ibi, In oligarchia quidem enim opulentiis damnum ordinant, supple, restituendum, id est, damnum ordinatur à iudice, scilicet quod restituatur & satisfiat de damnis, si non disceptent iudices, scilicet inter se: si enim disceptant in iudicio oligarchico, tunc fortè aliud ordinabunt. Egenis autem nullam mercedem, supple, id est, nullum lucrum. Oligarchicum enim est, quod pauper semper minus habeat in lucro & plus in damno. In his enim verum est quod dixit Poëta:

Dives ubique placet, pauper ubique iacet.

In democratia autem, supple, est è conuerso: quia egenis quidem mercedem, id est, lucrum, supple, ordinant dandam iudices, opulenti autem, id est, diuitibus, nullum damnum, supple, iudicant super restitutionem. Et idè, supple, in politia quæ componitur ex vtraque, medium compositum ex vtraque ambo hæc, vt scilicet vnicuique fiat æquale damni & lucri. Commune autem & medium horum ambo hæc. Propter quod & politicum, supple, est hoc, vt scilicet

& pauperi & diuiti fiat in damnis & lucris æquale, sicut dicitur Deuter. 1. Ita parum vt magnum audieris, scientes quia Domini est iudicium. Quod autem sit politicum, ostendit subdens. Mixtum enim est ex ambobus. Et iam prius dictum est, quod simpliciter politia miscetur ex ambobus illis. Et subdit conclusionem istius partis sine compositionis, qui primus terminus est, ibi, Vnus quidem igitur iste combinationis modus.

Deinde cum dicit, Alterum autem accipere medium, &c. docet accipere medium eorum quæ vtrique statuunt: & est sententia: quia in oligarchia congregationes sunt ad principes constituendos ab immensa honorabilitate, vt scilicet non habeant potestatem constituendi principes nisi qui eximia sunt honorabilitatis in potentia & diuitiis. In democratia autem nullam attendunt honorabilitatem, sed libertatem, quæ communis est omnibus ciuitatibus & egenis & diuitibus: sed in politia in qua commune bonum attenditur, neutrum eorum est considerare, sed medium honorabilitatem attendere, vt ex illa principes constituantur. Dicit ergo primò. Alterum autem quod considerandum est in politia quæ ex vtraque componitur, supple, est accipere medium eorum, quæ vtrique statuunt, ad principatus scilicet constituendos. Et dat exemplum, ibi, Puta congregationes fieri, ad principatus scilicet constituendos vel distribuendos; ij quidem scilicet democratici statuunt ab honorabilitate nulla, vel parua omnino, ij autem, scilicet oligarchici, statuunt scilicet, ab immensa honorabilitate. Commune autem, quod scilicet politia attendit, neutrum, supple, est: sed media honorabilitas vtriusque horum, vt scilicet principes constituantur ex mediis personis, quæ sunt in ciuitate: quia sicut dicit infra in sequenti parte istius libri, ex mediis personis securissima & optima componitur ciuilitas.

Deinde cum dicit, Tertium autem ex duabus, &c. docet electionem principis fieri secundum institutionem vtriusque politia, & dicit. Tertium autem, supple, quod attendendum in mixtione, est ex duabus institutionibus, hæc quidem ex oligarchica lege, hæc autem ex democratica, supple, accipere medium. Et dat exemplum, ibi, Dico autem, exponendo scilicet, puta videtur democraticum quidem esse, sortiales esse principatus, vt scilicet sorte succedant in principatu: quia æqualiter liberi sunt & pauperes & diuites. Eligibiles autem, supple, esse, oligarchicum, supple, est. Et docet in his accipere medium quod est politia simpliciter dicta, ibi, Et democraticum quidem, supple, est, qui non ab honorabilitate, supple, constituuntur principes, oligarchicum autem, est, supple, qui ab honorabilitate. Aristocraticum igitur & politicum ex vtraque vtrumque accipere. Et dicit modum, ibi, Ex oligarchia quidem eligibiles facere principatus, vt scilicet digni eligantur: ex democratia autem, supple, accipere, quod non ab honorabilitate, eximia scilicet eligantur principes, sed æquè digni pauperes etiam eligantur.

Post hos tres terminos mixtionum, ponit epilogum, ibi, Modus quidem igitur mixtionis iste, supple, est, qui dictus est. Deinde cum dicit, Eius

Eius autem quod est bene misceri, &c. docet qualiter bene mixta oligarchia & democratia constituunt politiam, quæ simpliciter dicitur politia: & dicit. Eius autem quod est bene misceri democratiam & oligarchiam, terminus supple, mixtionis est, quando contingit dicere eandem politiam democratiam & oligarchiam, propter conuenientiam cum vtraque: ista enim duæ politia, sicut in antè habitis dictum est, extremæ sunt, & omnes alia quasi mediæ sunt inter illas. Er quia posset aliquis dicere, quod ista politia non patiuntur talem mixtionem, quod mixta denominentur ab vtraque, occurrit, dicens, ibi, Palam enim quod hoc patiuntur dicentes, id est, denominantes medium ab extremis, propter mixtas esse bene, id est, quia extrema in medio bene mixta sunt. Et hoc est quod sequitur, ibi, Patitur autem hoc, scilicet talem mixtionem, & id est, etiam medium. Et subdit rationem huius, ibi, Apparet enim vtrumque extremorum in ipso, scilicet medio. Et hoc est in omnibus mediis, in quibus medium dicitur per compositionem extremorum, & non per abnegationem, sicut in grammaticis per abnegationem neutrum genus dicitur inter masculinum & femininum, istud enim medium, sicut in antè habitis dictum est, imitatur medium in harmoniis & in ventis: in harmoniis enim medium dicitur inter acutum & graue, & mixtum est ex vtroque: in ventis medium est inter Boream & Austrum, qui conuenit cum vtroque & remissius habet qualitates extremorum quam sint in extremis. Et quia in ciuilibus sermones vniuersales inutiles sunt, idè ostendit hoc in particulari, scilicet in qua ciuitate hæc politia obseruetur, ibi, Quod quidem accidit circa Lacedæmoniorum politiam, de qua satis in 2. lib. superius dictum est, capitulo de ea quæ Lacedæmoniorum politia, &c. Et ponit hic rationem quare illæ duæ in illa mixtae sunt, ibi, Multi enim conantur dicere, scilicet quod Lacedæmoniorum politia, tanquam democratia existente: quia democratia multa ordo, scilicet illius politia, habet. Puta primò, quod circa alimenta puerorum. Et ostendit in quo, ibi, Similiter enim, id est, simili cibo diuitum nutriuntur, supple, pueri, his, scilicet pueris, qui pauperum: & oportet, quod hoc alimentum sit lactis alimentum: & erudiuntur, supple, in disciplinis & exercitiis hoc modo quo vtrique modo possent, scilicet pauperum pueri, eruditi, supple. Et adiungit vterius quod democraticum est, ibi, Similiter autem & in habita ætate, & cum viri fuerint, eodem modo, supple, erudiuntur & instituuntur. Et ponit in quo, ibi, Nullo enim distinctus diues & pauper. Sicque circa alimentum eadem omnibus, diuitibus scilicet & pauperibus, in conuiuiis communibus, quæ scilicet solent facere ciuitates in festis (Non enim permittebant, quod diues lautiora præpararet quam pauper, timentes ex hoc oriri seditionem) Et vestimentum tale, supple, diuites habebant, quale vtrique præparare posset & pauperum aliquis quicumque, cauentes sapienter ne gloria & splendor in vestibus diuitum pauperes concitaret in seditionem. Deinde cum dicit, Adhuc èd

quod duos, &c. ostendit etiam in constitutione principum, mixtionem politiarum, & dicit. Adhuc èd quod duos maximos principatus, hunc quidem eligat populus, hoc autem participet: supra enim in 2. lib. determinatum est, quod in Lacedæmonia duo principatus erant sub Rege, scilicet principatus senum, qui plus à canitie mentis, quam corporis dicebantur senes: & erant consiliarij, ad quorum consilium omnia fiebant: secundum quod etiam dicitur Sap. 4. Senectus venerabilis diuturna, nec numero annorum computata. Cui enim sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. Et in secunda parte Timæi Platonis Critias Ægyptius inducitur dixisse ad Solonem Græcum legislatorem: Græci pueri estis, & non est in vobis villa cana sapientia. Secundus principatus fuit quem vocabant Ephoriam, id est, procuratores publicorum negotiorum. Lacedæmones ergo, qui optima politia regebantur, in fauorem populi constituerunt, quod populus eligeret senes consiliarios & participarent Ephoria, id est, quod illi de populo possent eligi in Ephoros, id est, in publicorum negotiorum procuratores. Et hoc est quod dicit, ibi, Senes quidem enim eligunt, ephoria autem participant. Et hoc totum est democraticum, quia in fauorem populi inducitur. Alij autem dicunt, supple, illam politiam oligarchiam. Et supponit rationem, ibi, Quia multa habet oligarchica. Et ostendit quæ, ibi, Puta quod omnes sunt eligibiles, & nullus fortialis, id est, qui sorte successione hæreditarie constituarur ad principatum, & quod pauci sint domini mortis & fugæ: constituerunt enim paucos, ad quorum præceptum occiderentur qui occidendi erant, & expellerentur de ciuitate, qui expellendi erant: cauentes ne fortè si multi tales essent, quod multi etiam innocentes occiderentur & expellerentur. Et subiungit de alijs vniuersaliter, ibi, Et alia talia multa, supple, hæc oligarchica Lacedæmoniorum politia.

Deinde cum dicit, Oportet autem in politia, &c. docet qualiter oportet misceri has duas politias, & dicit. Oportet autem in politia mixta bene videri vtraque, scilicet, mixta, ita scilicet quod vtraque mixta appareant in ipsa, esse autem neutrum, simpliciter, supple. Et hoc est. Et saluari per seipsam, scilicet mixtam politiam, & non ab extra, sed & per seipsam, non èd quod plures, scilicet politia extrinsecus sint, qui volunt, politia scilicet participare. Et supponit rationem, ibi, Erit enim vtrique & prauæ politia hoc existens, si multi desiderant aliam politiam: èd quod in ista non possunt ad votum viuere. Sed èd quod neque vtrique velint politiam alteram, & nullam partem politia, supple, alteram velint: èd quod in ista & in partibus eius quilibet potest ad votum viuere. Et post hæc adiungit epilogum continentem omnia quæ dicta sunt de politia simpliciter dicta, ibi, Quod quidem igitur modo videtur consistere politia, supple, simpliciter dicta & putatæ aristocratia, nunc dictum est. Dixit enim, quod eligere principes ex immensa honorabilitate, vergit ad aristocratiam: & idè reperit hoc in epilogo.

CAPVT VIII.

De tyrannide eiusque speciebus.

DE tyrannide autem erat reliquum nobis dicere, non quasi sit multa fermocinatio circa ipsam, sed ut accipiat quis methodi partem, quoniam & hanc ponimus politiarum quandam partem.

b De regno quidem igitur determinauimus in primis sermonibus, in quibus de eo quod maximè dicitur regnum, fecimus considerationem, utrum inexpediens, vel expediat ciuitatibus, & quem & unde oportet constituere & qualiter.

c Tyrannidis autem species duas quidem diuisimus, in quibus de regno considerauimus, propter potentiam ipsarum vergere aliquantulum & ad regnum, propter secundum legem esse ambos hos principatus. In quibusdam enim Barbarorum eligunt Imperatores monarchas, & olim apud antiquos Græcos fiebant quidam monarchæ isto modo, quos vocabant Æsymnetas. Habent autem hæc quaedam ad inuicem differentias. Erant autem propterea quod secundam legem regales, & quia monarchizabant voluntariis, tyrannicæ autem propter despotice principari, & secundum suam sententiam.

d Tertia autem species tyrannidis, quæ quidem maximè videtur esse tyrannis conuertibilis existens ei quæ omnimode regnum. Tale autem necessarium tyrannidem esse monarchiam, quæ est incorrigibilis principatus similitudo, & meliorum omnium ad proprium sine conferens, sed non ad id quod subiectorum: propter quod inuoluntarius. Nullus enim voluntarius liberorum sustinet talem principatum. Tyrannidis quidem species hæc & tot propter dictas causas.

CAPVT VIII.

DEinde cum dicit, De tyrannide autem erit, &c. determinat de tyrannide quæ est transgressio politię pessima. Licet enim tyrannis non sit politia, sed corruptio: tamen quia imitatur in multis regnum quod est optima politia, pauca interponit de diuisione tyrannidis: & in vniuersali sententiâ est, quod pauca dicenda sunt de tyrannide: quia plura de ea dicta sunt in 3. lib. cap. de Regno. Et diuidit tyrannidem in species. Et hoc est totum quod

CAPVT VIII.

Restat nunc, ut de tyrannide dicamus, non quod multis verbis indigeat, sed ut habeat in hoc tractatu locum suum. Quandoquidem hanc quoque posuimus partem esse aliquam publicæ gubernationis.

De regno igitur determinauimus in superioribus libris, ubi tractatum est à nobis, nunquid regia gubernatio utilis foret ciuitatibus an inutilis? & quam & unde constituere oportet & quomodo.

Tyrannidis vero species duas ibidem distinximus. Propterea quod earum potentia quodammodo alteratur ad regiam gubernationem, ex eo quia amba potestates istæ sunt secundum leges. Nam & apud quosdam barbarorum eliguntur aliqui ad gubernandum soli, cum absoluta omnimodaque potestate. Et apud Græcos olim eodem modo quidam eligebantur, qui soli gubernarent, quos vocabant Æsymnetas. Habent vero hæc inter se differentias quasdam. Erant enim regie ex eo quia voluntariis imperabant, tyrannicæ autem ex eo quia pro arbitrio dominationem exercebant.

Tertia species tyrannidis, quæ maximè proprie videtur id nomen habere, opposita est regie potestati absolute. Nam necesse est tyrannidem, illam vniuersi gubernationem esse, quæ nullis subiaceat legibus, & dominetur per vim equalibus ac melioribus ad propriam utilitatem, non ad utilitatem subditorum. Quapropter inuoluntaria est, cum nemo liber sponte sua ferat huiusmodi seruitutem. Species igitur tyrannidis tot & tales sunt, propter dictas causas.

dicitur hic. Dicit ergo primò. De tyrannide autem erit reliquum nobis dicere, non quasi sit multa fermocinatio circa ipsam, quia pauca restant dicenda, sed ut accipiat quis methodi, id est, artis politię partem: quoniam & hanc ponimus politiarum quandam partem: & ideo, supple, nisi differentias eius tractaremus, esset methodus imperfecta.

b Et subdit qualiter hæc perfectius in 3. lib. cap. de Regno, tractata sunt, ibi, De Regno quidem igitur determinauimus in primis sermonibus, in 3. lib. huius scientię, & in 8. ethic. In quibus, scilicet sermonibus, de eo quod maximè dicitur

dicitur Regnum, fecimus considerationem, & determinauimus, utrum inexpediens, sit, supple, vel expediat ciuitatibus, & quem, scilicet oportet constituere, & qualiter, id est, ex quo genere hominum, & secundum quas leges regnantem.

c Tyrannidis autem species duas quidem diuisimus, ibidem scilicet in sermonibus, in quibus de Regno considerauimus propter potentiam ipsarum, scilicet tyrannidem, vergere aliquantulum, & id est, etiam ad Regnum. Et ostendit in quo, ibi, Propter secundum legem esse ambos hos principatus, id est, Regnum & Tyrannidem. Et subdit qualiter, ibi, In quibusdam enim Barbarorum eligunt Imperatores monarchas, & olim apud antiquos Græcos fiebant quidem monarchæ isto modo, quos vocabant Æsymnetas, id est, Tyrannos. Habent autem hæc, Tyrannides scilicet, quaedam ad inuicem differentias. Et subdit, quod propter duo sunt regales. Erant autem propterea quod secundum legem, electionis scilicet instituebantur, regales. Et secundum, propter quod etiam erant regales, est: quia monarchizabant voluntariis: Regis enim est voluntariis imperare, & non seruis, sed nobilibus. Et ostendit propter quid tyrannicæ dicebantur, ibi, Tyrannicæ autem, propter despotice principari (Despoticus principatus dicitur,

CAPVT IX.

De mediocritate in Republica: atque ubi plures sunt ciuitates, summiorem esse Reipublicam statum.

Quæ autem sit optima politia, & quæ optima vita plurimis ciuitatibus, & plurimis hominum, neque ad virtutem comparandum esse super idiotas, neque ad disciplinam, quæ natura indigent & successu fortuali, neque ad politiam secundum votum factam, sed ad vitam possibilem communicari plurimis, & ad politiam qua plurimas ciuitates contingit participare: etenim quas vocant aristocratias, de quibus nunc diximus, hæc quidem magis extra cadunt plurimis ciuitatum, hæc autem appropinquant ei, quæ vocatur politia. Propter quod de ambabus, ut de vna dicendum. Iudicium enim de omnibus iis, ex eisdem elementis est.

b Si enim bene in ethicis dictum est, felicem vitam esse eam, quæ secundum virtutem non impeditam, mediocritatem autem virtutem, necessarium medium esse vitam esse vitam optimam, mediocritatis autem contingentis fortiri à singulis.

c Eisdem autem terminos hos necessarium esse, & ciuitatis virtutis & malitiæ. Politia enim vita quædam est ciuitatis.

d In omnibus itaque ciuitatibus sunt tres partes ciuitatis, ij quidem opulenti valde, ij autem egeni valde, ij autem

sicut in 1. lib. dictum est, quo vititur dominus ad seruum) & secundum suam sententiam principari & secundum legem: sic enim dominatur tyrannus. Istæ ergo sunt duæ species, Barbarorum scilicet & Græcorum.

d Tertia autem species Tyrannidis est, quæ quidem maximè videtur esse Tyrannis conuertibilis existens ei quæ omnimode regnum, supple, dicitur, id est, secundum perfectam rationem regni, cuius corruptio est Tyrannis. Et eam describit, ibi, Tale autem necessarium Tyrannidem esse monarchiam, quæ incorrigibilis est principatus similitudo & meliorum omnium, id est, sibi similes & meliores subiiciat ad proprium suum conferens, sed non ad id, supple, conferens, quod subiectorum. Dicitur enim in 8. ethic. quod Rex qui verè Rex dicitur, & non Clerotes, omnia ordinat ad conferens subiectorum, sed non ad utilitatem propriam: Tyrannus autem nihil ad conferens subiectorum, sed ad utilitatem propriam. Propter quam inuoluntarius est, supple, principatus Tyranni. Et subdit rationem, ibi, Nullus enim voluntarius liberorum sustinet talem principatum: quia oppressiuus est & coactiuus. In fine ponit epilogum dictorum, ibi, Tyrannidis quidem igitur species hæc & tot, scilicet sunt, propter dictas causas.

CAPVT IX.

Quæ vero sit optima Respubl. & quæ vita optima pluribus ciuitatibus, & hominibus, neque per virtutem indicant, quæ supra vulgus emergat, neque per doctrinam, quæ ingenio indiget & adiumentis externis, neque per gubernationem, quæ ad votum fiat, sed vitam eam probant, quam plurimi consequi possint, & gubernationem eam quam plurima ciuitates valeant recipere, nam quas vocant optimates, de quibus modo diximus, partim exterius cadunt plurimis ciuitatibus, partim appropinquant illi, quæ Respubl. vocatur. Quamobrem de ambabus, tanquam vna sit, dicendum est. Iudicium autem de omnibus istis, ex eisdem principiis est.

Si recte dictum sit in Ethicis vitam beatam esse secundum virtutem non impeditam, virtutem autem ipsam esse mediocritatem, necesse est medium esse vitam optimam eius, quam singuli adipisci valeant mediocritatis.

Et hæc omnes definitiones necesse est esse circa ciuitatis virtutem, virtutum & Republicam. Est enim Respublica vita quædam ciuitatis.

In cunctis autem ciuitatibus partes sunt tres: nam alij diuitiis excellunt, alij paupertate nimia deprimuntur, alij sunt inter

tertij qui medijs horum. Quoniam igitur conceditur, quod mediocre, optimum, & quod medium, manifestum, quod bene fortiorum possessio, quæ medijs optima omnium.

e Facillima enim rationi obedire. Superpulchrum, aut superfortem, aut superingenuum, aut superdilectum, aut contraria iis superregnum, aut superdebilem, aut valde vile, difficile rationem sequi. Fiunt enim, ij quidem iniuriosi, & in magnis iniqui magis: ij autem astuti, & in parvis iniqui valde. Iniuriarum autem hæ quidem fiunt propter iniuriam, hæ autem propter astutiam.

f Adhuc autem isti minimè amant principes, & volunt esse principes. Hæc autem ambo nociva civitatibus.

g Adhuc autem qui quidem sunt in excessibus eufortiorum potentia, & diuitiarum, & amicorum, & aliorum talium, subici neque volunt, neque sciunt. Et hoc statim à primordio existit pueris existentibus. Propter delicias enim neque Doctoribus subici consuetum ipsis.

h Qui autem secundum excessum in indigentia horum, humiles valde: ut ij quidem principari nesciant, sed subici feruili principatu: ij autem subici quidem neque vno principatu, subici autem secundum despoticum principatum. Fit igitur seruorum & despotorum ciuitas, sed non liberorum. Et horum quidem invidentium, horum autem contemptentium, quæ plurimum distant ab amicitia & communione politica. Communio enim amicabile: neque enim in via volunt communicare cum inimicis.

i Vult autem ciuitas ex æqualibus esse & similibus quam maximè: hoc autem existit maximè medijs. Quare necessarium optimè politizare hanc ciuitatem, ex quibus dicimus esse naturam constitutionem ciuitatis.

k Et saluantur autem in ciuitatibus isti maximè ciuium: neque enim ipsi aliena desiderant sicut pauperes, neque horum substantiam alteri, quemadmodum pauperes eam quæ diuitem concupiscunt. Et propterea quod neque insidias patiuntur, neque fraudes moliantur, sine periculo degunt.

hos medijs. Cum igitur confessi simus mediocritatem & medium esse optimum, palam quod bonorum fortunæ mediocritas possessio est optima omnium existimanda.

Hæc enim facilis est ad obedientiam mandatorum. At enim si modum excedant in alterutram partem (ceu si forma, si viribus, si nobilitate generis, si diuitiis, vel his contrariis, ceu si paupertate nimia, si imbecillitate egregia, si ignominia multa) difficile est ut rationi obediant. Fiunt enim istorum alij superbi & delinquentes aperte in rebus magnis, alij occultè prauis, & in rebus exiguis fraudatores. Iniuria verò inferuntur quandoque per contumeliam, quandoque per dolum.

Insuper hi minimè circa gubernationem Republicæ afficiuntur, minimèque consulunt. Hæc autem utraque damnoosa sunt ciuitatibus.

Præterea qui bonis fortuna superabundat, ceu opibus, diuitiis, amicis, & aliis huiusmodi, nec imperium cuiusquam pati volunt, neque sciunt, & hoc statim domorum natis existit. Propter delicias enim nec in scholis quidem præceptoribus obedire consueverunt.

Qui autem eorum sunt in indigentia nimia constituti, deiecto nimium animo vilesque existunt. Ex quo fit, ut alij magistratum gerere nesciant, sed ad parendum seruiliter sint apti. Alij vero sibi imperari nullo modo patiantur, sed ipsi aliis tanquam domini volunt imperare. Efficitur ergo seruorum & dominorum ciuitas, non autem liberorum: & aliorum invidentium, aliorum spernentium, quod plurimum abest ab amicitia & civili societate. Nam societas amicabile quiddam est: cum inimicis enim ne viam quidem communicare volunt homines.

Vult quidem ciuitas ex paribus ac similibus esse, quantum fieri potest. Hoc autem maxime existit medijs. Itaque necessario fit ut huiusmodi ciuitas optimè gubernetur, ex quibus diximus naturam constare ciuitatem.

Conseruantur quoque in ciuitatibus isti maxime ceterorum ciuium. Neque enim aliena concupiscunt, ut faciunt pauperes, neque eorum bona concupiscunt ab aliis, ut accidit diuitibus. Et quia nec insidiantur aliis, nec alij ipsis, sine periculo degunt.

l Propter

Esse volo medijs, medijs sunt commoda multa. Propter hoc bene optauit Phocylides multa medijs optima, medijs volo in ciuitate esse.

m Palam ergo, quod & communio politica optima per medios. Et tales contingit bene politizare ciuitates, in quibus utique multum quod medium, & valentius maximè quidem amborum, si autem non, alterius partis. Appositum enim facit inclinationem, & prohibet fieri contrarios excessus.

n Propter quod quidem eufortiorum maximum, politicantes substantiam habere medijs & sufficientem, tantum ubi ij quidem multa valde possederint: ij autem nihil, aut populus extremus sit, aut oligarchia intemperata, aut tyrannis propter ambos excessus. Etenim ex democratia maximè iuuenili, & ex oligarchia fit tyrannis: ex medijs autem, & ex iis qui propè multo minus, causam autem posterius in iis quæ circa transmutationes politiarum, dicemus.

o Quod autem quæ medijs optima, manifestum: sola enim sine seditione. Vbi enim multum quod intermedium, minimè sunt conturbationes & dissensiones politiarum. Et magnæ ciuitates sunt magis sine seditionibus propter eandem causam, quia multum quod medium. In paruis autem facile diuidere omnes in duo, ut nullum relinquatur medium: & omnes ferè egeni, vel opulenti sunt.

p Et democratia autem securiores sunt oligarchiis & durabiliores sunt propter medios. Plures enim sunt & magis participant honoribus in democratia, quam in oligarchiis: quoniam quando sine iis multitudine inualuerint homines, mala operatio fit, & pereunt cito.

q Signum autem oportet putare, & quod optimi legiflatores fuerunt de medijs ciuibus. Solon enim fuit de iis, significat autem ex posse, & Lycurgus (non enim fuit Rex) & Charondas, & ferè plurimi aliorum.

r Manifestum autem ex iis, & quod plurimæ politia, hæ quidem democratia sunt, hæ autem oligarchia: quia enim sæpè in iis patium est, quod medium, semper quicumque excefferint, siue qui substantias habent siue populus, qui medium egrediuntur, secun-

Quapropter bene optauit Phocylides, mediocribus optima, mediocritas esse volens in ciuitate.

Patet igitur, quod civilis societas optima est, quæ per mediocres fit: easque ciuitates recipere, ut optime gubernentur, in quibus mediocres plurimi sunt, ac plus possunt, maximè quidem ambabus, vel saltem altera parte. Hæc enim addita præualere facit, & prohibet contrarios excessus fieri.

Quapropter valde optandum est, ut hi qui in Repub. versantur, facultates habeant mediocres ac sufficientes. Nam ubi alij nimis multa possident, alij nihil, vel plebs infima insurgit, vel paucorum potentia illa extrema, vel tyrannis, propter utrumque sexum. Ex populari enim statu nimium superbo, & ex paucorum potentia, ad tyrannidem deuenitur: ex mediocribus autem, ac prope paribus, multo minus. Cuius rei causam postea, ubi de mutationibus tractabitur, dicemus.

Quod autem media sit optima, manifestum est: sola enim seditionibus caret. Vbi enim permultum est mediocre, minimum seditiones & discordia ciuium innascuntur: magnæque ciuitates ob hanc ipsam causam minus seditionibus subiacent: quia magna in his est mediocritas hominum multitudo. Paruas autem ciuitates facile est in duas partes diuidi omnes, ita ut nihil medium relinquatur: & ferè cuncti vel inopes sunt, vel opulenti.

Populares quoque gubernationes tutiores sunt & diuturniores quam paucorum potentium propter medios. Plures enim sunt, & magis honoris participant in populari gubernatione, quam paucorum. Nam quando sine his multitudo inops plus potest, malè res se habent, ac cito pereunt.

Signum vero huius putandum est, quod qui optimè leges considerunt, ex mediocribus ciuibus fuerunt. Nam & Solon huiusmodi fuit, ut apparet ex eius carminibus. Et Lycurgus, non enim erat Rex. Et Charondas, & plurimi aliorum.

Patet autem ex his, & quia plurimæ Republicæ, aut populares sunt, aut paucorum gubernationes. Quod enim in his frequenter pauci sunt medijs, semper qui prævalent, siue hi sunt, qui facultates habent, siue populares, qui medium transgrediuntur, per seipsos gubernationem agunt.

dum

dum se ducunt politiam. Quare aut democratia fit, aut oligarchia.

f Adhuc autem propter seditiones fieri & pugnas adinvicem populo & diuitibus, quibuscunque euenerint obtinere magis contrariis, non instituunt commnem politiam, neque æqualem, sed victoriæ præmium excessum politiæ accipiunt, & ij, quidem democratiam, ij autem oligarchiam faciunt.

r Adhuc autem & eorum qui in præ- eminentia fuerunt Græciæ, ad eam quæ apud ipsos politiam utriusque respicientes, ij quidem democratiam in ciuitatibus instituerunt, ij autem oligarchiam, non ad conferens ciuitatis intendentes, sed ad id quod sui ipsorum, ut propter has causas, aut nunquam media sit politia, aut raro, & apud paucos: vnus enim vir solus eorum qui prius in præsidatu fuerunt, persuasus fuit hunc ordinem assignare. Iam autem & in iis qui in ciuitatibus, extat consuetudo, neque velle quod æquale, sed aut principari quærere, aut obtentos sufferre. Quæ quidem igitur sit optima politia, & propter quam causam, ex iis manifestum.

u Aliarum autem politiarum, quoniam plures democratas & plures oligarchias diximus esse, qualem ponendum primam & secundam, & hoc modo consequentem, per esse hanc quidem meliorem, hanc autem deterio- rem, determinata optima, non difficile videre. Oportet autem necessariò esse meliorem quæ propinquissima huic, deterio- rem autem plus distantem à medio, si non ad hypothesim: quia sæpè existente alia politia magis eligibili, quibusdam nihil prohibet expedire magis esse alteram politiam.

CAPVT IX.

Hic incipit secunda pars primæ partis istius quarti libri, in qua determinat quæ sit optima politia. Et diuiditur in duas partes, in quarum prima determinat de optima politia, quæ ex mediis personis constituitur. In secunda ostendit, quod de politis aliis, quæ huic magis appropinquat, est melior, & quæ magis recedit, peior, ibi, *Aliarum autem politiarum quamplures*, &c. Circa primum tria facit. Primum enim ostendit, quod politia, quæ ex mediis personis, melior est, & quietior. Secundò ostendit, quod etiam personæ mediæ securius viuunt in ciuitate, ibi, *Et saluantur autem in ciuitatibus*, &c. Tertio probat per signa, ibi, *Et democratia*

Itaque aut multitudo populi insurgit, aut paucorum potentia.

Præterea ex eo quia seditiones sunt & pugna inter multitudinem & opulentos quibuscunque vincere contingit, hi neque communem amplius habent Rempub. neque æqualem: sed quasi victoriæ præmium reportant, Rempublicam obtinere, & alteri popularem statum, alteri paucorum potentiam faciunt.

Præterea qui principatum Græciæ habuerunt, hi ad propriam respicientes Rempublicam, aut popularem statum ciuitatibus constituerunt, aut paucorum gubernationem, non ad ciuitatum illarum commoda respicientes, sed ad sua. Atque ita per istas causas effectum est, ut vel nunquam mediorem illa gubernatio extiterit, vel admodum raro. Vnus enim vir consensit solus ex his, qui antiquitus in principatu fuere, hunc gubernandi modum constituere. Iamque in ciuitatibus consuetudo obtinuit, non velle æquale, sed aut imperare quærere, aut victos obedire. Quæ igitur optima sit Respub. & quam ob causam, ex his patet.

De aliis autem, cum plures populares, & plures paucorum gubernationes esse dixerimus, quæ prima ponenda sit, & quæ secunda, & quæ deinceps, quia potior sit, aut deterior, determinata optima, non erit difficile inueniri. Necessè est enim meliorem esse, quæ proximè huic accedat, deterio- rem vero, quæ plurimum distat à medio, nisi ad suppositionem quis indicet. Dico autem ad suppositionem: quia multoties alia Respublica forma eligibiliore existente, nil vetat aliam quibusdam magis vilem esse.

autem securiores sunt, &c. Sententia primæ partis est hæc, quod ex mediis personis optima constituitur politia. Et ponit rationem ex hoc sumptam: & est hæc. In 1. Ethic. dictum est, quod felicitas, quæ est totum bonum hominis, est operatio perfecta secundum connaturalem virtutem hominis non impeditam. Virtus autem circa medium consistit. Cum ergo optima politia sit secundum operationem virtutis, optima politia est quæ consistit ex mediis personis. Dicit ergo primò. Quæ autem sit optima politia, & quæ optima vita plurimis ciuitatibus, & plurimis hominibus, neque ad virtutem comparandum esse super idiotas, sicut principes, supple, sunt super populum: neque ad disciplinam, sicut, supple, faciunt qui summum bonum ponunt, quæ, scilicet politia, natura, id est, naturali ratione,

ratione, & id est, etiam indiget successu fortu- nali: neque, supple, respicit ad politiam secundum votum factam, in qua, supple, summum bonum ponit, alius in diuitiis, alius in honoribus, alius in deliciis: sed, supple, respicit, ad vitam possibilem communicari plurimis, id est, in qua potest homo securè plurimis communicare, & supple, respicit ad politiam qua plurimas ciuitates contingit participare. Et quia posset aliquis dicere, quod talis politia esset aristocratia, occurrit & dicit, ibi, Etenim quas vocant aristocratias, de quibus nunc, id est, paulò antè diximus, hæc magis extra cadunt plurimis ciuitatum, ita scilicet quod plures ciuitates non tenent eas, hæc autem appropinquant ei quæ vocatur politia, simplici scilicet nomine. Et hoc totum patet per diuisionem de aristocratiis in præcedenti capitulo positam. Propter quod de ambabus, politia scilicet simpliciter, & politia optima, ut de vna dicendum. Et ponit rationem, ibi, Iudicium enim de omnibus iis ex eisdem elementis est, id est, principiis propriis & proximis, ex quibus qualibet res habet determinari, sicut dicit Aristot. in 1. Metaph.

b Ethici autem sermones elementales sunt ad sermones politicos: & idè de Ethicis sumit principium determinationis. Si enim bene in Ethicis, in 1. lib. dictum est, felicem esse vitam eam, quæ secundum virtutem non impeditam, supple, est, medietatem autem, supple, esse, virtutem, ut, supple, dictum est in 2. Ethic. Ex his concludit necessarium esse, mediam vitam optimam esse. Qualiter autem hæc fiat, subdit, ibi, Medietatis autem contingentis, scilicet quæ contingit singulis ciuitatibus & hominibus. Et hoc est. Sortiri à singulis, supple, contingit.

c Et quia omnis medietas est inter abundantiam & defectum, idè subdens ostendit terminos huius medietatis, ibi, Eisdem autem terminos hos necessarium esse, est, supple, & ciuitatis virtutis & malitiæ. Et ponit rationem, ibi, Politia enim vita quædam est ciuitatis secundum virtutem, supple, & idè in præhabitis probatum est, quod eadem est virtus boni viri & boni ciuis.

d Et sumit medium ex extremis quæ sunt in ciuitate, ibi, In omnibus itaque ciuitatibus sunt tres partes ciuitatis. Et dat exemplum, ibi, Ij quidem enim opulenti valde, ij autem egeni valdè, ij autem tertij qui medij horum, supple, neque valde opulenti, neque valde egeni, sed medio modo se habentes ad bonum fortunæ. Ex his concludit propositum, ibi, Quoniam igitur conceditur, quod mediocre, optimum, & quod medium, manifestum, supple, est, quod bene fortunorum possessio, quæ media optima omnium.

e Et ponit rationem, ibi, Facillima enim rationi obedire, supple, ad quietissimam politiam & optimam. Et hoc ostendit per excessum extremorum, ibi, Superpulchrum autem, id est, qui splendore volunt in gloria super alios, aut superforte, in potentia scilicet, aut superingenuum, scilicet qui se extollunt de nobilitate, aut superdiuitem, qui scilicet extolluntur de diuitiis. Et ista sunt quæ ponuntur excessiua in ciuitatibus. Et ponit contraria iis, quæ dicunt diminutionem horum omnium, ibi, Aut con-

traria iis, superingenuum, quod est contrarium ad superdiuitem, aut superdebile, quod est contrarium ad superforte, aut valde vile, quod est contrarium ad superingenuum, difficile, supple, est rationem sequi, scilicet ad bonam & quietam politiam tenendam. Et dat rationem, ibi, Funt enim, ij, scilicet excedentes in quatuor dictis, iniuriosi & in magnis nequam magis, sunt, supple: ij autem, scilicet deficientes in quatuor dictis supra, sunt astuti, & in parnis nequam valde, supple, sunt: & sic, supple, iniuria replebitur ciuitas. Et hoc est. Iniuriarum enim hæc siquidem sunt propter iniuriam, quam scilicet faciunt excellentes in quatuor dictis, hæc autem, supple, iniuriæ sunt propter astutiam.

f Et ponit aliam rationem, ibi, Adhuc autem isti minimè amant principes, qui scilicet politæma tenent in ciuitate, & volunt esse principes, supple, per ambitionem. Hæc autem ambo nociua ciuitatibus, supple, sunt.

g Et subdit ostendens quomodo non obediunt rationi, ibi, Adhuc autem qui quidem sunt in excessibus eufortuniorum, id est, bonæ fortunæ, potentia, & diuitiarum, & amicorum, & aliorum talium subiecti neque volunt neque sciunt. Et vnde contingat eis hoc, subdit. Et hoc statim à primordio existit pueris existentibus. Et exponit causam, ibi, Propter delicias enim, in quibus nutriuntur, neque Doctoribus subiecti consuetum ipsi, supple, est.

h Et ponit ab altera parte in deficientibus, ibi, Qui autem secundum excessum, sunt, supple, in indigentia horum, humiles valde, supple, sunt: ut ij quidem deficientes principari nesciant, sed subiecti seruili principatu: ij autem subiecti quidem, supple, sciunt tales, scilicet deficientes, neque vno principatu, qui scilicet bonus & dignus sit. Subiecti autem secundum despoticum principatum, supple, sciunt. Despoticus autem principatus est, quo dominus vitur ad seruos, sicut sæpè supra dictum est. Fit igitur (supple, si ex talibus sit ciuitas) seruorum & despotorum ciuitas: quod est contra rationem ciuitatis. Et hoc est quod sequitur, ibi, Sed non liberorum, ex quibus scilicet debet esse ciuitas. Politicus enim principatus debet esse æqualium & liberorum, sicut antè dictum est. Et horum quidem inuidentium, horum autem contemnentium, supple, si sit ex excedentibus ciuitas, quæ ambo plurimum distat ab amicicia & communionem politica: quæ ambo scilicet debent esse inter ciues eiusdem ciuitatis. Et ponit rationem, ibi, Communio enim amicabile, supple, est. Et hoc probat à signo, ibi, Neque enim in via, id est, in via communi volunt, homines scilicet commu- nicare cum inimicis.

i Vult autem ciuitas, secundum rationem scilicet ciuitatis, ex æqualibus esse & similibus quam maximè: hoc autem existit maximè mediis, inter diuitias scilicet excellentes & paupertatem nimiam. Ex omnibus his concludit, ibi, Quare necessarium optimè politizare hanc ciuitatem, constitutam scilicet, ex quibus diximus esse naturam, id est, naturali ratione constitutionem ciuitatis. Ethica enim & naturalis ratio, hoc persuadet, sicut dictum est.

k Deinde cum dicit, Et saluantur autem in ciuitatibus, &c. ostendit quod mediæ personæ inter

inter diuites & pauperes maximè saluantur in ciuitatibus. Et ad hoc vtitur tribus rationibus. Prima est, quòd tales minimè patiuntur insidias. Secunda est ab autoritate aliquorum legislatorum & incipit, ibi, *Propter hoc bene optauit, &c.* Tertia, quòd si aliquando mutantur politia ab vna in aliam cum periculo ciuitatis, sicut ex democratia in oligarchiam, vel è conuerso, maximè succurritur per medias personas, & incipit, ibi, *Propter quod quidem eufortunium, &c.* Sententia primæ rationis est, quòd personæ mediæ in ciuitatibus maximè saluantur: quia nullas patiuntur insidias, nec etiam fraudes moliantur: quia non habent necesse vt concupiscant aliena, sicut pauperes: neque habent necesse, quòd eorum substantiam aliquis concupiscat: quia non habent nisi quod sufficit sibi. Dicit ergo. Et saluantur autem in ciuitatibus isti maximè ciuium, id est, inter ciues. Et ponit rationem, quæ inducta est, ibi, *Neque enim ipsi aliena desiderant, id est, necesse habent desiderare, sicut pauperes, qui paupertate compellente semper desiderant aliena, & insidiantur furtis & rapinis: neque substantiam horum (cum non habeant superflua) alteri, supple, desiderant, quemadmodum pauperes eam, scilicet substantiam, quæ diuitum, supple, est, concupiscunt.* Ex his elicit conclusionem, ibi, *Et propterea quod neque insidias patiuntur, vt diuites, supple, neque fraudes moliantur, vt pauperes, supple, sine periculo degunt, id est, viuunt in ciuitate.* Et propter hoc dictum est ad Dædalum, Medio turissimus ibis.

l Secundam rationem ab autoritate quorundam legislatorum ponit, ibi, *Propter hoc bene optauit, &c.* Et dicit, quòd propter hoc bene optauit Phocylides multa mediis optima, euenire, supple: & dixit optando. Medius esse in ciuitate volo, nec scilicet prædiues, nec minimum pauper. Propter hoc dicit Salomon Proverb. 3. Duo rogauit te ne deneges mihi antequam moriar, mendicitatem & diuitias ne dederis mihi: tribue tantum victui meo necessaria, ne fortè saturatus alliciar ad negandum, & dicam, *Quis est Dominus?* aut egestate compulsus, furer & perireum nomen Dei mei.

m Ex his elicit conclusionem quam intendit, ibi, *Palam ergo, quod & communio politica optima, per medios, id est, per medias personas inter diuites & pauperes.* Et vterius elicit conclusionem vniuersaliorem tanquam ex correlatio, ibi, *Et tales ciuitates, supple, contingit bene politizare, id est, quietè, in quibus vtrique multum quod medium, id est, in quibus multi ciues sunt medij inter diuites & pauperes: & valentius maximè quidem amborum, id est, quod valeant super ambas partes, scilicet excellentes & nimis pauperes.* Et subdit rationem, ibi, *Si autem non, supple, politizet bene aliqua ciuitas, alterius partis, id est, diuitum, propter excessus, vel fraudem pauperum, statim, supple, reducitur per medias personas ad bonam politiam.* Et subdit rationem, ibi, *Appositum enim, supple, medium ad alteram partem, diuitum scilicet & pauperum, facit inclinationem, & prohibet fieri contrarios excessus, diuitum scilicet & pauperum: quia cuiusque apponuntur medij, illa pars vincit & reprimuntur aliam, quæ*

facit iniuriam & seditionem.

n Tertiam rationem, qualiter succurritur in mutatione politiarum per medias personas, ponit, ibi, *Propter quod quidem eufortunium maximum, id est, maxima bona fortunæ, supple, est, politizantes substantiam habere mediam & sufficientem, non, supple, excellentem & nimiam.* Et ostendit, quòd si non ita sit, quòd corrumpitur politia, ibi, *Tanquam vbi ij quidem multa possederint, id est, excellenter diuites sint: ij autem nihil, sed in extrema, supple, paupertate sint, aut demos extremus sit, id est, democratia pessima, scilicet si vincunt pauperes: aut oligarchia intemperata, scilicet si vincunt diuites: aut Tyrannis propter ambos excessus, scilicet si excedant pauperes & diuites contra principes.* Et ostendit per rationem, ibi, *Etenim ex democratia, id est, principatu populi maximè iuuenili, id est, in qua stultitia iuuenum dominatur, & ex oligarchia, in qua principantur potentes & diuites ad votum, non ad legem, sit tyrannis, quæ pessima corruptio est ciuitatis, vt dicit Aristoteles in 8. Ethic. Ex mediis autem, supple, inter diuites & pauperes, & ex iis qui prope, scilicet medios, multo minus, supple, sit Tyrannis.* Causam autem, quare hoc, supple, fiat, posterius, scilicet in 5. lib. in his quæ circa transmutationes politiarum, dicemus, scilicet vbi agemus de transmutatione politiarum.

o Et subdit rationem confirmationis dictorum, ibi, *Quod autem, quæ media, optima sit, manifestum, supple, est.* Et ponit causam, ibi, *Sola enim sine seditione, supple, est: vbi enim multum quod intermedium, id est, in ciuitate vbi multæ personæ sunt mediæ inter pauperes & diuites, minimè sunt conturbaciones & dissensiones, id est, transmutationes politiarum.* Et ponit aliam rationem, ibi, *Et magnæ ciuitates sunt magis sine seditionibus, propter eandem causam.* Et ponit causam, ibi, *Quia multum quod medium, id est, mediæ personæ: & quia multæ mediæ personæ sunt, reprimunt diuites à violentia, & pauperes à fraude.* In paruis autem ciuitatibus facile est omnes diuidere in duo, vt nihil relinquatur medium: & omnes ferè egeni, vel opulenti sunt: & idèd, supple, in paruis ciuitatibus frequenter est discordia.

p Deinde cum dicit, *Et democratia autem securiores, &c.* probat hoc quod dictum est à tribus signis. Primum signum scilicet ad hoc est: quia democratia securiores sunt oligarchia & durabiliores: eò quod multas habent medias personas. Secundum signum est, quòd optimi legislatores, sicut Solon, & alij quidam, fuerunt filij mediarum personarum, & non diuitum, vel pauperum. Tertium est, quòd medij qui constituerunt politiam in Græcia, ad hoc respicientes, constituerunt democratias & politias: & si qui aliter instituerunt, hoc non fecerunt ad conferens ciuitatis, sed ad conferens proprium. Dicit ergo primò. Et democratia autem securiores sunt oligarchia & durabiliores propter medios. Plures enim sunt, supple, in democratia medij, & magis participant honoribus in democratia, medij scilicet quam in oligarchia, in quibus scilicet non principantur nisi diuites & potentes. Et ponit rationem, ibi, *Quoniam*

Quoniam quando sine iis, id est, mediis, multitudine inualuerint homines, diuites scilicet vel pauperes, mala operatio fit, & pereunt citò. Et huius causa est. Quia si diuites inualuerint, opprimunt pauperes: si autem pauperes inualuerint, fraudes moliantur contra diuites.

q Et ponit secundò secundum signum, ibi, *Signum autem oportet putare, scilicet quod ex mediis personis optima sit, & id est, etiam cum signo iam dicto, quod optimi legislatores fuerunt de mediis ciuitatibus nati.* Et inducit res, ibi, *Solon enim, legislator Athenarum, fuit de iis.* Et inducit signum, ibi, *Significat autem ex Poëti, id est, ex Poëtica quam scripsit, & Lycurgus, vel Lygurgus, supple, se fuisse de mediis his: non enim fuit Rex, sed, supple, de medio populo natus, & fuit legislator in Lacedæmonia, vt in secundo libro habitum est.* Et Charondas, & ferè plurimi aliorum.

r Quod autem sic fuerit, probat ex politiis quas instituerunt, ibi, *Manifestum autem ex iis, supple, est, & id est, etiam, quod plurimæ politia, quas scilicet instituerunt, hæ quidem democratia sunt, hæ autem oligarchia.* Et ponit rationem, ibi, *Quia enim sæpè in iis paucum est, quod medium, id est, mediæ personæ, semper quicumque excefferint, siue qui substantias habent, id est, diuites, siue populus, id est, pauperes, qui medium egrediuntur, secundum se ducunt politiam, & sic, supple, corrumpunt politias.* Quare, id est, propter quod aut demos sit, id est, democratia, si scilicet vincit populus: aut oligarchia, si scilicet vincunt diuites.

f Et ad hoc inducit aliam rationem, ibi, *Adhuc autem propter seditiones fieri & pugnas ad inuicem populo, & diuitibus, quibuscumque euenerit obtinere magis contrariis, diuitibus scilicet & pauperibus, non instituant communem politiam, neque æqualem, vtrique parti scilicet, sed victoriæ præmium excessum politia accipiunt, & ij quidem democratiam, scilicet si populus vincit: ij autem oligarchiam faciunt, scilicet si diuites vincunt.* Et propter hoc in præhabitis dixit, quòd extremæ politia sunt oligarchia & democratia, ex quibus componitur media, quæ simplici nomine dicitur politia.

t Tertio ponit tertium signum, ibi, *Adhuc autem, & id est, etiam, eorum, id est, de numero eorum, qui in præeminentia fuerunt Græcia, vbi præ aliis terris abundant sapientes, ad eam quæ apud ipsos politiam vtrique respicientes, hi quidem democratiam in ciuitatibus instituerunt, hi autem oligarchiam.* Et ostendit peccatum vtrorumque, ibi, *Non ad conferens ciuitatis intendentes, sicut, supple, debuerant, sed ad id quod sui ipsorum, id*

est, ad vtilitatem propriam, vt hæc politia, scilicet media, de qua hic loquimur, propter has causas, vtilitatis scilicet priuatæ, aut nunquam sit politia, aut rarè, & apud paucos: quia scilicet priuata vtilitas ex se non surgit, sed communis: vnus enim vit solus eorum, qui in præfidatu fuerunt, persuasus fuit, recta scilicet ratione, hunc ordinem assignare, politia scilicet mediæ & compositæ ex oligarchia & democratia, sicut dicunt. Et iste vnus videtur fuisse Critias Ægyptius, qui instruxit Solonem qualiter regenda esset optima ciuitas. Et dicit, quòd sicut antiqui ita moderni attendentes vtilitatem propriam seu priuatam, sequuntur antiquos. Et hoc est. Iam autem & in iis qui in ciuitatibus, supple, sunt, extat confuetudo, propter priuatam scilicet vtilitatem, neque velle quod æquale, quod comperit scilicet mediis personis: sed aut principari quærere, democratico principatu scilicet, aut obtentos sufferre, supple, oligarchico principatu principantes. Postea ponit epilogum omnium dictorum in hac parte, ibi, *Quæ quidem igitur sit optima politia, & propter quam causam, ex his, id est, ex dictis manifestum, supple, est.*

n Deinde cum dicit, *Aliarum autem politiarum, &c.* breui documento docet eligere inter alias politias, quas diuisit superius quæ melior, aut quæ peior sit: & dicit. Aliarum autem politiarum: quoniam plures democratias & plures oligarchias diximus esse, supple, in præcedenti capitulo, qualem ponendum primam & secundam, & hoc modo consequentem, id est, tertiam & quartam, & deinceps, per esse hanc quidem meliorem, quæ scilicet composita est mediarum personarum, hanc autem deteriore, determinata optima politia, non difficile videre, supple, est. Et ponit rationem, ibi, *Oportet enim necessariò esse meliorem quæ propinquissima huic, meliori scilicet, deteriore autem plus distantem à medio.* Sed quia aliquid est non bonum simpliciter, sed bonum huic, idèd addit. Sed non ad hypotesim, id est, ad positionem, conferentis priuatæ personæ iudicet aliquis. Et exponit. Dico autem ad hypotesim, exponendo, supple, quia sæpè existente aliqua politia magis eligibili, simpliciter, supple, quibusdam nihil prohibet, propter particulares scilicet casus, expedire magis esse aliam politiam, supple, quam illa quæ simpliciter eligibilis est. Propter hoc dicit Hieronymus, quòd Plato cum literas quasi toto orbe fugientes prosequitur, captus à pratis, tyranno crudelissimo paruit. Et Salustius versu.

Consulo quisquis erit, qui pacis fœdera queris:

Consonus esto lupis, cum quibus esse cupis.

Et adhuc inducit sequens capitulum, quod est tertia pars primæ partis istius quarti libri.

CAPVT X.

Quæ Res-
publica qui-
bus, & qua-
lis qualibus
sit accom-
modata.

Quæ autem politia quibus & qualis qualibus expediat, habitum est dictis pertransire.

b Sumendum itaque primò de omnibus vniuersaliter idem. Oportet enim valentiorum esse partem ciuitatis volentem, non volente manere politiam. Est autem omnis ciuitas ex quali & quanto. Dico autem quale quidem libertatem, diuitias, disciplinam, ingenuitatem, quantum autem multitudinis excessum. Contingit autem quale quidem existere alteri parti ciuitatis, ex quibus partibus consistit ciuitas, alij autem parti quod quantum, ut plures esse in numero nobiles ignobiles, & diuitibus pauperes: non tamen tantum excedere quanto, quantum deficere quali. Propter quod hæc & alia comparandum.

c Vbi quidem igitur excedit egenorum multitudo, secundum dictam analogiam, hic nata est esse democratia. Si quidem enim agricolæ excedunt, fit agriculturalum democratia: & vnaquæque species democratia secundum excessum populi vniuersi, puta si quidem agriculturalum inualuerit multitudo, primam democratiam: si autem multitudo banauorum & mercede agentium, vltimam: similiter autem & alias intermedias harum.

d Vbi autem multitudo diuitum & insignium superat quali quoniam deficit quanto, hic oligarchiam: & oligarchia eodem modo vnaquæque species secundum excessum oligarchia multitudinis.

e Oportet autem semper legislatorem in politia coassumere medios. Siue enim oligarchicas leges ponat, oportet coniecturare medios: siue democraticas adducere legibus hos. Vbi autem mediocrium superat multitudo, quoniam simul amborum extremorum, aut etiam alterius solum, hic contingit politiam esse legalem.

f Nihil enim timendum, ne fortè consentiant diuites pauperibus super hoc. Nunquam enim alteri volunt serui esse. Communiorum autem si quærant, nullam inuenient aliam ab hac. In parte enim principari, non utique sustinebunt, propter discredentiam adinuicem. Vbi autem dieteres

diuinitis.

CAPVT X.

Quæ autem Respublica quibus, & qualis qualibus conferat, consequens est tractare.

Sed capiendum prius est vniuersaliter de cunctis. Oportet enim partem illam ciuitatis, quæ Rempublicam stare vult, potentiorum esse, quam illa pars, quæ non vult Rempublicam manere. Est autem omnis ciuitas ex quali, & quanto. Dico autem quale, ceu libertatem, diuitias, disciplinam, nobilitatem: quantum vero ceu multitudinem populi praualentem. Fieri autem potest, ut quale existat vni ciuitatis parti, alteri vero quantum, ceu maiorem esse numerum ignobilium quam nobilium, & pauperum quam diuitum: neque tamen tantum superare quantitatem, quantum superari qualitate. Propter hoc adinuicem conferenda sunt.

Vbi ergo superat pauperum multitudo, eam quam diximus, proportionem, hic popularis gubernatio exoritur, ac species singule popularis status secundum multitudinis exuperantiam, ceu si agriculturalum multitudo plus possit, prima species: si multitudo tenuiorum, ac mercenariorum, vltima species, & sic de aliis quæ sunt harum media.

Vbi autem ea pars in qua sunt opulenti & nobiles, magis superat qualitate, quam deficit quantitate, hic paucorum potentia gubernatioque exoritur: ac eodem modo singule species huius, secundum exuperantiam istiusmodi hominum.

Debet autem qui legem ponit in Republica, semper ad medios respicere. Siue enim ad paucorum gubernationem dirigantur leges, de mediis est coniectandum, siue ad popularem statum, hos respicere debet. Vbi enim mediocrium superat multitudo, vel utrumque extremum, vel alterum tantum, hic Respublica recipit stabilitatem.

Non est metus, ne quandoque diuites cum pauperibus conspirent contra mediocres, nunquam enim alteri seruire alteris velent. Quod si communiorum aliquam quarunt, nullam aliam quam istam reperirent. Nam per vices gubernare non poterentur, propter discredentiam qua inter eos existit. In cunctis vero locis arbiter est fidelissimus,

fidelissimus, dieteres autem qui medius. Quanto enim utique melius politia miscetur, tanto magis mansua.

g Peccant autem multi, & eorum qui aristocraticas volunt facere politias, non solum in plus attribuere diuitibus, sed in præter audiendo populum. Necessesse enim tempore aliquando ex falsis bonis verum euenire malum. Supergressiones enim diuitum destruunt magis politiam, quam quæ populi.

h Adhuc autem quæcunque prolocutionis gratia in politia sapienter loquuntur ad populum, sunt quinque numero, circa congregationem, circa principatus, circa prætoria, circa armationem, circa exercitia.

i Circa congregationem quidem, licere omnibus congregationi interesse: damnum autem imponi diuitibus, si non intersint congregationi, vel solum, vel multò maius.

k Circa principatus autem habentibus quidem honorabilitatem, non licere abiurare, egenis autem licere.

l Circa prætoria diuitibus quidem esse damnum, si non discutiant, egenis autem licentiam, vel iis quidem magnum, iis autem paruum, sicut in legibus Charondæ. Alicubi autem licet quidem omnibus scriptis, congregationi adesse & discutere. Si autem scripti neque conuenerint, neque discuterint, imponuntur iis magna damna, ut propter damnum quidem fugiant scribi: propter non scribi autem, neque discutiant, neque conueniant.

m Eodem autem modo & de possidendo arma & de exercitari leges ferunt: egenis quidem enim licet non possidere, diuitibus autem damnosum non possidentibus: & si non exercitantur, iis quidem nullum damnum, diuitibus autem damnosum: quatenus ij quidem propter damnum participant: ij autem propter non timere, non participant. Hæc quidem igitur sunt oligarchica sophismata legislationis.

n In democratiis autem aduersus hæc sapienter obsistunt: egenis quidem enim mercedem acquirunt congregationi præsentibus & discutientibus, diuitibus autem nullum statuunt damnum.

o Quare manifestum, quod si quis vult miscere iuste, oportet quæ apud utrosque colligere, & iis quidem mercedem acquirere, iis autem damnum.

D. Alb. Mag. Politic.

fidelissimus, arbiter autem medius. Quantoque melior est gubernatio temperata, tanto durabilior.

Aberrant etiam plerique illorum, qui optimates Reipub. gubernationes efficere volunt, non solum in tribuendo nimium diuitibus, verum etiam in excludendo plebem. Necessesse enim procedente tempore, ex falsis bonis verum malum euenire. Diuitum enim cupiditates plus habendi, magis destruunt Rempubl. quam multitudinis.

Sunt autem illa circa quæ simulant ac fallaciter prætexerunt ad populum, quinque numero, concio, magistratus, iudicium, armatura, exercitatio.

Circa concionem quidem, licere omnibus adesse: sed pœna apposita diuitibus, si non adsint, vel solis, vel maior quam multitudini.

Circa magistratus autem, non licere his qui censum habent magnum, renunciare magistratui, pauperibus autem licere.

Circa iudicia vero, pœnam esse diuitibus, nisi iudicent, pauperibus autem impunitatem: aut illis magnam, his paruum pœnam, ut est in Charondæ legibus. Quibusdam vero locis, omnibus licet descriptis in concionibus iudicijque adesse. Quod si descripti sint, & non exerceant, in pœnas incidunt permagnas, ut metu pœna vitent descriptionem: & per non descriptionem, neque iudicia, neque conciones exerceant.

Eodem modo circa arma, & circa gymnasia legibus statuunt. Pauperibus enim licet non habere arma, diuitibus autem pœna constitutum est, nisi habeant. Et si in gymnasio se non exerceant pauperes, nulla pœna est. Diuitibus autem est pœna, ut alij metu pœna se exerceere compellantur, alij quia nullam formident pœnam, non faciant. Hæc igitur paucorum potentia machinamenta.

In populari autem statu contra hæc, alia excogitant: pauperibus enim salaria statuunt concionantibus, atque iudicantibus, diuitibus autem nullam pœnam imponunt.

Itaque manifestum est, si quis velit iuste hæc temperare, quod oportet utrinque assumere, & his quidem salaria constituere, his autem pœnam. Sic enim omnes

X 2 Sic

Sic enim communicabant omnes, illo autem modo politia fit solorum alterorum.

p Oportet autem politiam esse quidem ex habentibus arma solis. Honorabilitate autem secundum multitudinem simpliciter quidem determinata, non est dicere tantum existere: sed considerantes, quod quale adiicit longissimum, ut participantes politia sint plures non participantibus, hoc ordinare.

q Volunt enim pauperes etiam non participantes honoribus, quietem habere, si neque aliquis molester ipsos, neque auferatur aliquid substantiæ. Sed hoc non facile: non enim accidit semper gratiosos esse eos qui participant politice: & consueverunt autem quando bellum fuerit mouere, si non accipiant alimentum, pauperes autem sunt: si autem acquirat aliquis alimentum, votum bellare.

r Est enim politia apud aliquos non solum ex iis qui sunt ad arma, sed etiam ex iis qui fuerunt ad arma.

s Malensium autem politia quidem erat ex eis: principatus autem eligebant ex militantibus. Et prima autem politia in Græcis fuit post regna ex præliantibus: quæ quidem à principio ex equestribus (robur enim & excellentiam ex equestribus prælium habebat: sine coordinatione autem enim inutile quod ad arma: experientia autem de talibus, & ordinationes inter antiquos non erant, quomodo in equestribus esset robor) Crescentibus autem ciuitatibus, & iis qui in armis inualescentibus magis, plures participabant politia. Propter quod quidem quas nunc vocamus politias, priores vocabant democratas.

t Erant autem & antiquæ politia rationabiliter oligarchicæ, & regales. Propter paucitatem enim hominum non habebant multum quod medium. Quare pauci existentes multitudine & secundum coordinationem, magis sufferebant subiici.

u Propter quam quidem igitur causam sunt politia plures, & propter quid præter eas quæ dicuntur, aliæ. Democratia autem non vna numero est, & aliarum similiter. Adhuc autem, quæ differentia, & propter quam causam accidit, adhuc autem quæ sit optima politiarum, dictum est.

communicarent, nam illo quidem modo Respublica fit alterorum solum.

Oportet quidem Remp. esse ex his solum qui arma possident. Censuram autem magnitudo diffiniri simpliciter non potest: sed considerata qualitate adiungatur largissimis, ut qui participant Respublica, sint plures quam hi qui non participant, hoc instituire.

Volunt enim pauperes, & bonorum expertes, quietem agere, si neque contumelia eos quis afficiat, neque bona illis auferat. Sed hoc non facile: non enim semper contingit, ut qui Remp. gubernant, sint mites, & humani: & consueverunt quoties bellum est graniter ferre, nisi suscipiant alimenta, nam sunt egeni: & si quis alimenta porrigat, cupiunt bellum.

Apud quos gubernatio Reipub. existit non in his qui ad armaturam sunt habiles, sed in his qui exercebant arma.

In Malensibus quidem gubernatio Reip. erat in istis: & magistratum creabant ex his qui militabant. Primæque Resp. apud Græcos constituta est ex his qui bellum gerebant, postquam deserunt regna ab initio quidem ex equitibus (nam robor belli tunc in equitibus habebatur: pediatas enim nisi ordo ac disciplina adsit, inutilis est: huiusmodi autem disciplina & ordo antiquis illis temporibus nondum erat, ex quo fiebat, ut equitatu robor belli haberetur) Sed auctis ciuitatibus, que in armis potentiam habebant, plures ad communionem Reip. recepti sunt. Ex quo factum est, ut quas nunc Resp. vocamus, tunc popularis status diceretur.

Fuerat enim antiqua ciuitatum gubernatio rationabiliter paucorum, & regia: propter paucitatem enim hominum non erat magnus numerus mediocrium. Itaque pauci cum essent multitudine & institutione, magis ferebant ab aliis gubernari.

Quam igitur ob causam plures sint Remp. forma, & quamobrem præter eas quæ dicuntur, aliæ sint. Neque enim popularis gubernationis vna est species, neque aliarum similiter. Ac præterea quæ differentia sint inter eas, & quare accidat, & insuper quæ sit optima Resp. (ut plurimum dici potest) & aliarum qualis, & quilibet congruat, dictum est.

CAPVT

CAPVT X.

*H*ic determinat Aristoteles quæ politia quibus & qualis qualibus expedit. Et diuiditur hæc pars in duas partes. In prima ostendit quæ politia expedit, ex quali & quanto. In secunda docet qualiter proloquendum sit in politia ad quinque, quæ sunt in politia, ibi, *Adhuc autem quacunque prolocutionis gratia, &c.* Circa primum tria facit. Primum enim dicit quali & quanto differunt politia. Secundum ostendit qualiter differunt democratia secundum omnem speciem & etiam oligarchia, ibi, *Siquidem enim agricola excedunt, &c.* Tertium ostendit, quod legislatorem tam in democratiis quam in oligarchiis oportet semper coassumere medias personas in ciuitate, ibi, *Oportet autem semper legislatorem, &c.* Sententia primæ partis hæc est, quod scilicet omnes politia duobus differunt, scilicet quali & quanto: & vocat quale, quo scilicet personæ differunt inter se fortuna, nobilitate, & disciplina. Fortuna, sicut quod vnus est diues, & alter pauper. Nobilitate, sicut quod vnus est ingenuus, & alter seruilis conditionis, siue ignobilis. Disciplina, sicut quod vnus est virtuosus, & alter non. Quanto autem differunt, quod vna, scilicet politia multitudine excedit alteram & altera exceditur: & illa quæ excedit, vincit in ciuitate, & cogit alteram vel ad mutandam politiam, vel pro conferuanda eadem. Dicit ergo primum. Quæ autem politia quibus, ciuitatibus scilicet, & qualis qualibus expedit habitum est, id est, consequens dictis, id est, post dicta pertransire, tractando scilicet.

b Et subdit, quod oportet in hoc ut generali documento in omnibus politiis, ibi, Sumendum itaque primum de omnibus politiis vniuersaliter idem, scilicet documentum. Et ponit hoc, ibi, Oportet enim valentorem esse partem ciuitatis volentem manere politiam, scilicet antiquam, non volente, id est, quod fortior sit illa pars quæ vult manere politiam, quam illa quæ vult mutari eandem. Et subdit ostendendo qualiter omnis ciuitas diuiditur quali & quanto, ibi, Est autem omnis ciuitas ex quali & quanto, supple, diuisa. Et exponit, ibi, Dico autem quale quidem, libertatem, diuitias, disciplinam, ingenuitatem: quia scilicet vnus diues, & alter pauper: vnus disciplinatus secundum virtutem, & alter non: vnus ingenuus, & alter ignobilis. Et istæ sunt differentia eius quod est quale. Et ponit, quantum, ibi, Quantum autem, supple, dico, multitudinis excessum, quod vna scilicet pars excedat alteram multitudinem. Et hoc est quod subdit, ibi, Contingit autem quale quidem existere alteri parti ciuitatis, id est, vni parti ciuitatis, ex quibus partibus consistit ciuitas: alij autem parti, quod quantum, supple, contingit existere. Et dat exemplum, ibi, Puta, supple, contingit plures esse in numero nobilibus ignobiles, cum tamen nobiles qualitate superent ignobiles: & supple, contingit plures esse, diuitibus pauperes: non tamen tantum excedere, supple, contingit, quanto, quantum deficere quali, supple, politiam, id est, non contingit vnam partem tantum proficere exceden-

D. Alb. Mag. Politi.

do scilicet quanto, id est, in numero, quantum deficere quali, id est, quod alia deficiat coram ipsa & succumbat. Propter quod hæc ad alia comparandum, id est, quod vna pars ad alteram comparetur, & videatur quæ excedat & quæ deficiat.

c Et dat exemplum in particulari, ibi, Vbi quidem igitur excedit egenorum multitudo secundum dictam analogiam, id est, proportionem, hæc nata est esse democratia: quia scilicet populus vincit: & si non consentiunt diuites, interficiuntur à populo: & quia multæ sunt democratia, sicut dictum est in hoc eodem libro 4. cap. ibi, Quod autem & democratia plures, &c. idem subdit, ibi, Secunda pars. Siquidem enim agricola excedunt, sit agriculturum democratia, quæ in præinducto capitulo dicta est prima esse. Et subdit similiter de aliis, ibi, Et vnaquæque species democratia, supple, fit, secundum excessum populi vniuersi. Et exponit, ibi, Puta siquidem agriculturum inualuerit multitudo super alios, primam democratiam oportet esse, id est, democratiam quæ in prædicto capitulo prima est assignata. Si autem multitudo banauorum & mercede agentium, id est, qui laborant mercede conducti, vltimam, supple, necesse est esse democratiam: quia talium democratia in prædicto capitulo dicta est esse vltima. Et subdit generaliter de omnibus similibus, ibi, Similiter autem & alias intermedias harum, sicut scilicet piscatorum, trapezarum, siue camporum: cuiuscunque enim artificij multitudo inualuerit super alios, cogunt alios tenere democratiam suam.

d Et sicut dictum est de democratiis, ita subdit de oligarchiis, ibi, Vbi autem multitudo diuitum & insignium superat, id est, vincat quali, quoniam deficit quanto, alia, supple, multitudo, hæc oligarchiam, supple, necesse est esse: quia cogunt alios ad tenendum suum principatum. Et quia etiam supra assignauit oligarchia multas species, in quarum qualibet est multitudo quedam, quæ si vincat, alios omnes cogit ad suum principatum, idem generaliter subdit, ibi, Et oligarchia eodem modo vnaquæque species secundum excessum oligarchia multitudinis.

e Sed quia legislatorem oportet conferuare politiam, quæ est in ciuitate, & non potest per deficientes vel excedentes, idem cum dicit, Oportet autem semper legislatorem, &c. ostendit, quod oportet illum inuocare personas medias in ciuitate, tam in democratiis, quam in oligarchiis, dicens, Oportet autem semper legislatorem in politia, quacunque, supple, coassumere medios, per quos scilicet alios compellat ad legem tenendam. Et hoc est quod subdit, ibi, Siue enim oligarchicas leges ponat, oportet coniecturare medios, quibus scilicet leges firmantur: siue democraticas adducere legibus hos, medios scilicet quibus legibus confirmantur. Et ponit causam, ibi, Vbi autem mediorum supergreditur multitudo, quoniam simul amborum extremorum, diuitum scilicet & egenorum, aut etiam alterius partis, diuitum scilicet vel egenorum, solum, hæc contingit politiam esse legalem.

X 3

f Et

f Et subiungit rationem, ibi, Nihil enim timendum, supple, legislatori, ne forte consentiant diuites pauperibus super hoc, id est, super mediorum ordinationem. Nunquam enim alteri volunt serui esse, scilicet diuites pauperum, vel pauperes diuitum. Communiorum autem si querant, supple, politiam, nullam inuenient aliam ab hac, scilicet quæ est mediorum, quæ scilicet respicit æqualiter ad diuites & ad pauperes. Et subdit rationem, ibi, In parte enim principari, id est, vel quod diuites vel quod pauperes principentur, non utique sustinebunt propter discredentiam ad inuicem, id est, quia diues non credit pauperi, nec pauper diuiti. Vbiq; autem fidelissimus dietetes, & componitur à No, quod est duo, & bens quod est positio, quasi positus medius inter duos. Et hoc est quod sequitur. Dietetes autem, supple, est qui medius. Et ex hoc inferit, quod politia quæ ad medium deducta est, magis est mansua, ibi, Quam enim utique melius politia miscetur, supple, ad medium, tantò magis mansua, supple, est.

g Et quia rectum est iudex sui & obliqui, id est subdit reprehendendo alios qui sic rectam politiam non inducunt ex medio, ibi, Peccant autem multi, &, id est, etiam eorum qui aristocraticas volunt facere politias, licet aristocratia sit optima. Et ostendit in quo, ibi, Non solum in plus attribuere diuitibus, id est, quia plus de principatu attribuunt diuitibus quam pauperibus: sed in præter audiendo populum, id est, quia non audiunt de constitutione principatus quid velit vel consulat populus. Et subdit rationem, ibi, Necessè enim, supple, est, tempore aliquando, id est, in aliquo tempore ex falsis, quæ scilicet aliquis audit ab aliquo, bonis, verum euenire malum: & idè bonum est ut malum audiatur ut cauere possit. Vnde Boëtius: Scientia mali bono deesse non potest: non enim vitatur malum nisi cognitum. Et subdit rationem huius, ibi, Supergressiones enim diuitum, quæ, supple, per experimentum sentit populus, destruunt magis politiam, mediam scilicet, quam quæ populi: & idè de his bonum est audire populum.

h Deinde cum dicit, Adhuc autem quæcumque prolocutionis gratia, &c. docet quid oportet concionando vtiliter proferre ad populum. Et circa hoc, duo facit. Primò enim enumerat quinque quæ sunt proferenda populo. Secundò ostendit, quod vniuersaliter regens politicam, debet colligere quæ sunt apud utrosque, diuites scilicet & pauperes, ibi, Quare manifestum, quod si quis vult, &c. Quinque autem quæ primò enumerat, de quibus debet esse prolocutio concionis in populo, sunt hæc, scilicet de congregatione, de principatu, de prætoris, de armatione, de exercitiis: hæc enim quæ ad totam pertinent multitudinem, omnibus proponi debent. In concione tamen dissimulari debet, si aliqui aliquando desint ad quos non multum pertinet, & maximè pauperes, quos oportet esse occupatos circa alia propter indigentiam vitæ. Dicit ergo primò. Adhuc autem quæcumque prolocutionis gratia, id est, concionis gratia in politis sapienter loquuntur ad populum, sunt quinque numero. Et enumerat ea.

i Primam est circa congregationem, id est, quando congreganda est multitudo propter aliquid quod omnes tangit. Vnde Dominus ad Moysen dixit Num. 11. Fac tibi duas tubas ductiles argenteas, quibus possis conuocare populum in die quando mouenda sunt castra. Et hoc est. Circa congregationem quidem licere omnibus congregationi interesse: damnum autem imponi diuitibus, si non interfint congregationi, id est, sub pœna damni præcipi debet diuitibus, ne subtrahant se à congregatione: quia ad illos magis pertinet: & addit, vel solum, vel multò maius, id est, vel solum diuitibus debet præcipi sub pœna damni vel pauperibus, vel si præcipiatur omnibus sub pœna damni, tunc diuitibus debet præcipi sub pœna multò maioris damni quam pauperibus.

k Secundum est, ibi, Circa principatus autem, supple, sit concio communitatis & tractatus, habentibus quidem honorabilitatem non licere abiurare. Et causa huius est: quia habentes honorabilitatem, magis apti sunt ad principatus, & vtilius præfunt: & idè non licet eis abiurare, quod non interfint tractatui de principatu. Egenis autem licere, scilicet abiurare.

l Tertium ponit, ibi, Et circa prætoris, vbi scilicet iudicantur causæ qualiter puniantur rei, & præmientur bene meriti, diuitibus quidem esse damnum, id est, debet præcipi sub pœna damni, quod veniant ad discussionem: & hoc damnum debet eis esse, si non discutiant. Egenis autem licentiam, dandam, supple, quod non interfint, quia non vacat eis: vel iis, id est, diuitibus quidem magnum, supple, debet ordinari damnum, si non interfint, supple, & si non discutiant causas prætoriales: iis autem, id est, egenis, paruum, supple, debet imponi damnum. Et hoc confirmat autoritate, ibi, Sicut in legibus Charondæ. Nomen est legislatoris, qui sic ordinavit. Et subdit specialem obseruantiam talium in diuersis locis: quia in aliquibus ciuitatibus per nomina scribuntur illi qui debent venire ad tractatus communes. Et hoc est. Alicubi autem licet quidem omnibus, scilicet concioni interesse & conuentibus, scriptis autem per nomina, supple, licet congregationi interesse, vel adesse, & discutere, de causis scilicet. Si autem scripti neque venerint, neque discussierint, imponuntur iis magna damna. Et ostendit quomodo, ibi, Ut propter damnum quidem fugiant scribi, id est, ut excusent se ne scribantur, neque incurrant magna damna: propter non scribi autem neque discutiant, neque conueniant.

m Quartum ponit, ibi, Eodem autem modo & de possidendo arma, ut scilicet arma habeant, & parati sint ad militiam. Quintum ponit statim. Et de exercitari. Exercitium vocat sicut palæstram, & torneamenta & alia quædam, de quibus scribit Negenus in lib. de re militari. Et hoc est. Leges ferunt, concionatores scilicet. Et ostendit quas, ibi, Egenis quidem licet non possidere, arma secundum leges, supple, diuitibus autem damnosum, id est, in pœna damni præceptum, non possidentibus, id est, si non possideant. Et hoc adhuc seruatur in multis ciuitatibus, in quibus præfectus ciuitatis ordinat

ordinat equos & arma secundum facultates ciuium: & si non exercitantur in militaribus, iis quidem, id est, egenis nullum damnum, supple, ordinant leges: iis autem, id est, diuitibus, damnosum, supple, ordinant esse leges, si non exercitentur. Quare autem hoc faciant leges, subdit, ibi, Quatenus ij quidem, id est, diuites propter damnum, quod scilicet timent incurrere, participent, armis scilicet & exercitiis militaribus: ij autem, id est, pauperes propter non timere, non participent, quia ad talia vacare non possunt, egestate impediente scilicet. Et quia omnia quæ dicta sunt de oligarchico. principatu, scilicet diuitum, vera sunt, idè subdit generaliter, ibi, Hæc quidem igitur sunt oligarchica sophismata legislationis. Et vocat sophismata apparentem sapientiam, & etiam existentem, quæ ostendere intendunt legislatores in oligarchiis.

n Sed quia duæ sunt politia extremæ, oligarchia scilicet & democratia, ex quibus alia omnes, ut in præhabitis determinatum est. Et quia iam dixit de oligarchiis, subdit de democratiis, ibi, In democratiis autem aduersus hæc, quod scilicet quidam sunt in congregatione, quidam autem non, sapienter obstitunt. Et ostendit quomodo, ibi, Egenis quidem enim mercedem acquirunt, id est, statuunt, congregationi præfentibus & discutientibus, causas scilicet, ut scilicet accipiant pro rara laboris stipendium, diuitibus autem nullam statuunt damnum: & sic, supple, sapienter occurrunt seditioni quæ possit esse inter diuites & pauperes.

o Secunda pars. Deinde cum dicit, Quare manifestum, &c. concludit qualiter debet misceri media politia, quæ simpliciter vocatur politia. Et habet duas partes. Primò enim ostendit qualiter media politia miscetur ex duabus extremis. Sacundò ostendit, quod omnes antiquæ politia erant ex militaribus, qui utebantur armis, ibi, In Malienfibus politia quidem erat, &c. Sententia prima partis est hæc, quod qui bene vult miscere politias extremas in media, debet attendere in legislatione, quod nullum damnum fiat diuitibus, & lucrum pauperibus: tunc enim quietissimè habitabunt. Dicit ergo primò concludendo. Quare manifestum, supple, est, quod si quis vult miscere iuste, politias extremas ad mediam, oportet quædam apud utrosque, diuites scilicet & egenos colligere. Et docet quomodo, ibi, Et iis quidem mercedem acquirere, scilicet egenis, his autem, id est, diuitibus non damnum: sic enim communicabunt omnes, illo autem modo, scilicet in simplici oligarchia vel in simplici democratia, politia sit solorum alterorum, scilicet vel diuitum, vel egenorum.

p Et ostendit quomodo, ibi, Oportet autem, supple, in oligarchia, politiam esse quidem ex habentibus arma solis, id est, ex diuitibus, qui arma habere possunt, honorabilitate autem secundum multitudinem, id est, secundum democratiam, simpliciter quidem determinata, politia, supple, non est dicere tantum existere, determinatè scilicet, sed considerantes, quod quale adiciit longissimum, id est, si vult determinare mediam politiam, quod adiciat hoc, quod scilicet æquale est, & quod longissimè facit stare politiam, Et hoc est. Ut scilicet consideret

ut participantes politia sint plures non participantibus, hoc ordinare, id est, hoc oportet eum ordinare, quod sic stabit quando si participantibus politia, resistere non possunt non participantibus.

q Et subdit causam, ibi, Volunt enim pauperes etiam non participantes honoribus, principatum scilicet, quietem habere, si neque aliquis molester ipsos, in corpore scilicet iniuriam faciendo, neque auferatur aliquid substantiæ, ab eis, supple. Sed hoc non facile. Et ponit causam, ibi, Non enim accidit semper gratiosos esse pauperibus, supple, eos qui participant politeumate, id est, dominio politia. Et de hoc ponit aliam causam, ibi, Et consueuerunt autem quando bellum fuerit mouere, si non accipiant alimentum, id est, expensas, pauperes autem sunt, scilicet illi qui sic in politeumate spoliunt pauperes. Si autem acquirat aliquis, supple, talium alimentum, id est, expensas, volunt bellare: quia scilicet stipendiarij sunt.

r Et subdit rationem, ibi, Est autem politia apud aliquos non solum ex iis qui sunt ad arma, ut nunc, supple, sed etiam ex iis qui fuerunt ad arma, in præterito scilicet, id est, qui longo vsu didicerunt exercitium bellorum & armorum: & illi sine stipendiis nihil voluit facere.

s Deinde cum dicit, In Malienfibus autem politia, &c. ostendit, quod antiquæ politia ex militaribus erant, dicens. In Malienfibus autem politia quidem erat antiquitas ex eis, id est, ex militibus. Et hoc probat adducens signum, ibi, Principatus autem eligebant ex militantibus. Sicut Antonius Imperator apud Coloniam à Romanis militibus fuit electus, sicut legitur in gestis Romanorum. Et Phocas, Cæsare interfecto à Mauritio oprimo Imperatore, etiam à militibus est electus. Et quia aliquis possit dicere, quod hoc fuit apud Barbaros, ostendit quod etiam apud Græcos, ibi, Et prima autem politia in Græcis fuit post regna, quæ super regiones erant, & non tantum super ciuitates, ex præstantibus, supple, fuit. Et ostendit ruditatem illorum ab antiquo, ibi, Quæ quidem, scilicet militia à principio ex equestribus, supple, fuit: robur enim & excellentiam ex equestribus prælium habebat. Sine coordinatione enim præliabantur, nec sciuerunt ad hoc ordinare acies. Et hoc est. Sine ordinatione autem enim inutile quæ ad arma. Experimentia autem de talibus, id est, militaribus & ordinationes inter antiquos non erant, quomodo in equestribus esset robur. Crescentibus autem ciuitatibus, & iis qui in armis inualescentibus magis, plures participabant politia. Propter quod quidem quas nunc vocamus politias, priores vocabant democratias, id est, populi principatus.

t Et subdit qualiter primò fuerunt oligarchicæ, ibi, Erant autem & antiquæ politia rationabiliter oligarchicæ & regales. Et ponit rationem, ibi, Propter paucitatem enim hominum, supple, quæ tunc erat in ciuitatibus, non habebant multum quod medium, id est, personas medias & medias politias. Et ex hoc concludit, ibi, Quare pauci existentes multitudine, secundum coordinationem etiam, supple, pauci

pauci existentes. Et vocat coordinationem partes communicantes in ciuitate, vt agricolos, piscatores, & banafos, & huiusmodi, quales supra nominauit. Et quia tales pauci erant, magis sufferebant subitici, supple, diuitibus, qui scilicet dominabantur eis oligarchico principatu.

¶ Vltimò ponit epilogum omnium dictorum in hoc & in præcedenti capitulo, & in ante habitis à principio quarti libri, ibi, Propter quam quidem igitur causam sunt politia plures, &

CAPVT XI.

De tribus Reip. partibus, quæ in constituenda Reipub. præcipue spectantur, cõsiliis scilicet, magistratibus & iudiciis.

Rursus autem cum dixerimus & communiter & sigillatim de vnaquaque, dicamus de iis quæ deinceps, accipientes ipsorum principium conueniens. Sunt itaque tres partes omnium politiarum, de quibus oportet considerare studiosum legislatorem, conferens vnicuique: quibus se habentibus bene, necesse politiam habere bene, & politias ab inuicem differre in differendo vnumquodque horum.

b Est autem trium horum, vnum quidem aliquid quod consiliatur de communibus: secundum autem, quod circa principatum, hoc autem est, quos oportet esse, & quorum dominos, & qualem quandam oportet fieri electionem ipsorum. Tertium autem aliquid quod iudicatur.

c Dominans autem est, quod consiliatur de bello, & pace, & compugnatione, & dissolutione, & de legibus, & de morte, & fuga, & populatione, & de electione principatum, & correctionum.

d Necessarium autem, aut omnibus dare omnia hæc iudicia: aut quibusdam omnia, velut principati alicui vni, aut pluribus, aut aliis alia: aut quædam quidem ipsorum omnibus, quædam autem quibusdam.

e Omnes quidem igitur & de omnibus, democraticum: talem enim æqualitatem quærit populus.

f Sunt autem modi eius, quod omnes, plures. Vnus quidem secundum partem, sed non omnes simul, sicut est in politia Teleclei Milesij (& in aliis autem politis consiliantur comprincipatus conuenientes) ad principatum autem vadunt omnes particulariter ex tribubus & minimis partibus omnino, donec utique pertranseat per omnes. Conuenire autem solum de legum positione & de iis quæ de politia, & responsa audientes à principibus.

propter quid præter eas quæ dicuntur, politia simplices, alia, supple, sunt politia composita. Et ponit rationem, ibi, Democratia enim non vna numero, sed multæ valde, vt præhabuitum est, & aliarum similiter nulla vna numero est. Adhuc autem quæ differentia, supple, sunt inter eas, & propter quam causam accedit, tales scilicet differentias esse inter eas, adhuc autem quæ sit optima politiarum, dictum est.

CAPVT XI.

Rursus autem & communiter & separatim de vnaquaque dicemus eorum quæ post hoc sequuntur, conuenienti sumpto principio. Sunt ergo tres partes omnium Rerumpublicarum. in singulis, quarum studiosus legis positor considerare debet utilitatem: quibus bene se habentibus, necesse est Reipub. bene se habere, & gubernandi formas inter se differre in eo quod singula istarum differunt.

Harum trium partium vna est quæ versatur in publicis consiliis: altera in magistratibus, hoc est, quos esse oportet, & quam potestatem habere, & quemadmodum debeant creati. Tertia pars in iudiciis consistit.

Ea pars quæ consulit, auctoritatem habet de bello & pace, de societate inuenda vel dissoluenda, de legibus ferendis vel abrogandis, de morte, de exilio, de publicatione honorum, & rationibus reposcendis.

Necesse est enim, vel omnibus ciuibus hæc omnia decernenda tribuere: vel quibusdam, ceu vni cuidam magistratui, aut pluribus, vel aliis alia: vel quadam illorum omnibus, quadam quibusdam.

Omnes igitur & de omnibus, populare est: talem enim equalitatem affectat populus.

Sunt autem plures modi. Vnus si singulariter & non simul omnes, vt est in Reipub. Teleclei Milesij (& in aliis Reipub. deliberant magistratus simul collecti) ad magistratum vero vadant omnes singulariter ex tribubus, partibus etiam minutis, donec transeat per omnes. Congregatur autem populus solummodo pro legibus ferendis & pro his quæ pertinent ad Reipub. statum, & pro his audiendis quæ à magistratibus annuntiantur.

g Alius

g Alius autem modus, quod omnes simul, conuenire autem solum ad electiones principatum electuros, & ad legitationes: & de bello, & de pace, & ad correctiones: alia autem consiliari principatus, in singulis instituens eligibiles existentes ex omnibus, vel fortiales.

h Alius autem modus circa principatum & correctiones occurrere ciues: & de bello consiliarios, & compugnatione: alia autem principatus disponere eligibiles existentes quoscunque contingit: tales autem sunt, quoscunque principari necessarium scientes.

i Quartus autem modus, omnes de omnibus consiliari conuenientes, principatus autem de nullo iudicare, sed solum referre: quo quidem modo nunc democratia vltima dispensatur, quam proportionalem dicimus esse oligarchia, potestatiæ & monarchia tyrannicæ. Isti quidem igitur modi sunt democratici.

k Quosdam autem de omnibus, oligarchicum. Habet autem & hoc differentias plures. Quandoquidem enim ab honorabilitatibus mediocribus eligibiles sunt, & plures propter mediocritatem honorabilitatis, & de quibus lex vetat ne moueant, sed sequantur, & liceat possidenti honorabilitatem participare, oligarchia quidem, politia autem est talis propter moderare. Quando autem non omnes eo quod est consiliari, participant, sed electi, secundum legem autem participant sicut & prius, oligarchicum. Quando autem ipsos eligunt ipsi qui domini eius quod est consiliari, & quando puer pro patre ingreditur, & domini legum sunt, oligarchicum necessarium esse ordinem hunc.

l Quando autem quorundam, puta belli quidem, sicut & pacis, & correctionum, omnes: aliorum autem principes, & isti eligibiles, vel fortiales, aristocratia est, vel politia. Si autem quorundam quidem eligibiles, quorundam autem fortiales, vel simpliciter, vel ex præiudicatis, vel communiter eligibiles, & fortiales, hæc quidem horum sunt politia aristocratica, hæc autem ipsius politia. Diuisum est quidem igitur quod consiliatur ad politias hoc modo: & disponitur quælibet politia secundum dictum modum.

Alius modus est, omnes simul conuenire, aut solummodo ad magistratus creandos, aut ad ferendas leges: & pro bello, vel pace, & ad rationes reposcendas: in cæteris vero eos qui magistratum gerunt decernere ad singula deputatos, vel per electionem, vel per sortem.

Alius modus est, vt ad magistratus creandos, & ad rationes reposcendas, & conueniant omnes ciues, & ad deliberationem belli suscipiendi, vel societatis inuenda: cætera vero magistratus exequantur per electionem creati quod fieri potest: tales vero sunt, quot exercere necessarium est eos qui sciunt.

Quartus modus est, vt omnes de omnibus conuenientes deliberent: magistratus vero de nullo statuunt, sed tantum primo loco sententiam dicant: quemadmodum fit in extrema illa gubernatione populari, quam in paucorum gubernatione species illi violenta, & in gubernatione vnius tyrannidi correspondere diximus. Hi ergo modi populares.

Quosdam vero de omnibus, paucorum potentia. Habet autem & hoc differentias plures. Quando enim à mediocri censu fiet assumptio, & multi assumentur, propter eam census mediocritatem, & que lex vetat, non moueant, sed sequantur, & liceat possidenti censum habere, paucorum est huiusmodi gubernatio, sed tamen ciuilibus propter eius mediocritatem. Quando vero non omnes participes, sed qui eliguntur, & secundum leges gubernant vt prius, paucorum potentia est. Quando autem ipsi se eligunt, qui deliberandi auctoritatem habent, & quando filius patri succedit, ac domini sunt legum, necesse est huiusmodi gubernationem esse paucorum potentiam.

Sed quando aliquorum aliqui, ceu cum de bello & pace, & repetendis rationibus, vniuersi: de aliis autem magistratus electi, vel sorte assumpti, optimatum id est, vel eius quæ appellatur Respublica. Quod si de quibusdam electi, de quibusdam vero sortiri, & sortiti, vel simpliciter vel ex prelatiis, vel communiter electi ac sortiti, partim optimatum est, partim Reipub. ipsius. Distinguitur ergo ea pars, quæ in consulendo, deliberandove consistit, in hunc modum pro natura Reipub. Et administratur vnaquaque Respub. secundum huiusmodi terminationem.

m Expedit

m Expedi autem democratia, quæ maxime esse videtur democratia, quæ nunc (Dico autem talem, in qua dominus populus & legum est ad consiliari) meliusque ipsum facere, quod quidem in prætoriiis, in oligarchiis. Statuunt enim damnum iis qui nolunt iudicare, ut iudicent: demotici autem mercedem egenis. Hæc autem & circa congregationes facere: consiliantur enim melius communiter consiliantes, omnis populus quidem cum insignibus, isti autem cum multitudine.

n Expedi autem & eligibiles esse consiliarios, vel sortiales æquales ex partibus.

o Expedi autem, si excedant multum secundum multitudinem demotici super politicos, aut non omnibus dare mercedem, sed quot commensurati ad multitudinem insignium, aut ex sorte facere plures.

p In oligarchiis autem aut præeligi quosdam ex multitudine, aut præparantes principatum, velut in quibusdam politiis est, quos vocant præmissos, vel legis seruatores, & de iis negotiari de quibus utique isti præconsiliauerint. Sic enim participabit populus eo quod est consiliari, & solvere nihil poterit eorum quæ circa solitiam.

q Adhuc eadem sententia populum, aut nihil contrarium iis qui inferuntur, aut consiliariis quidem tradere omnibus, consiliari autem principes.

r Et oppositum autem eius quod fit in politiis, oportet facere. Absoluentem quidem enim per sententiam, dominam oportet facere multitudinem, condemnantem autem per sententiam, non dominam, sed referatur rursus ad principes. In politiis enim contra faciunt: pauci enim absolventes quidem domini, condemnantes autem non domini, sed reduceretur ad plures semper. De consiliante quidem igitur & dominante utique politica, determinatum sit hoc modo.

CAPVT XI.

*H*ic incipit secunda pars principalis huius quarti lib. Quia enim in nulla scientia sufficit determinare subiectum & partes subiecti secundum se, nisi etiam determinentur accidentia propria, ideo determinata politia & partibus eius per diuisiones partium, hæc de-

Consert autem & gubernationi illi, quæ nunc maxime videtur esse popularis (Dico autem ei in qua populus dominus est etiam legum in deliberando ac melius disponendo) hoc idem facere in concionibus. quod fit circa iudicia in paucorum potentia. Imponunt enim pœnam illis quos iudicare volunt, ut iudicent: populares vero mercedem statuunt pauperibus. Consert & hoc idem circa conciones agere: melius enim deliberabunt, si omnes consilio intersint, populus quidem cum nobilioribus, isti autem cum populo.

Consert etiam per electionem assumi eos qui deliberaturi sunt, vel per sortem equaliter ex partibus ciuitatis.

Consert etiam, si plurimum excedat multitudo plebis eos qui sunt in gubernanda Repub. peritiores, vel non omnibus mercedem tribuere, sed quantum respondet numero nobilitatis, vel sortiri plures.

In paucorum vero gubernatoribus, aut eligere quosdam ex multitudine, aut tale aliquid constituere, quale est in quibusdam ciuitatibus, quos appellant præconsultores, ac legum custodes, ac de his solummodo rebus ad consilium referre, de quibus isti ante deliberauerunt. Per hunc enim modum populus interueniet in deliberando, nec tollere quicquam de Repl. valebit.

Insuper illa decernere poterit populus, aut nihil contrarium illis, quæ præponuntur, vel consultandi quidem omnes participes facere, deliberandi vero magistratibus potestatem relinquere.

Et oppositum eius facere, quod fit in populi statu. Populi autem decretum in condemnando ratum non sit, sed ad magistratus rursus referatur: quod contra fit in popularibus: magistratus enim absoluendi domini sunt omnino, condemnandi vero non sunt, sed ad populum habetur recursus. De consultando igitur & deliberando, eiusque potestate in hunc modum determinatum sit.

terminat de accidentalibus, quæ in sunt ei per se. Et habet tres partes, scilicet de consiliatiuo, & hoc determinat in isto capitulo, de principatum diuisione, in sequenti capitulo, ibi, *Habitum iis est*, &c. de principatum institutione in ultimo capitulo istius quarti libri, ibi, *Circa institutiones autem principatum*, &c. Istud capitulum diuiditur in tres partes, in quarum prima ostendit, quod tria sunt quæ etiam iam dicta sunt,

sunt, & secundum quæ est diuisio, circa quæ oportet intendere legislatorem studiosum. In secunda ostendit, quod istud, scilicet consiliatiuum, quod tractatur in hoc capitulo, habet quatuor modos diuersos, ibi, *Sunt autem modi eius*, &c. In tertia ostendit quid expedi secundum quemque modum, ibi, *Expedi autem democratia*, &c. Circa primum tria facit. Primum enim continuat dicenda dictis. Secundo enumerat tria quæ attendenda sunt, ibi, *Est autem trium horum*, &c. Tertio ponit diuisiones de modis, quos postea exequitur in sequenti parte capitulo, ibi, *Necessarium autem aut omnibus*, &c. Dicit ergo primum: Rursus autem cum dixerimus, in præcedenti scilicet parte, & communiter & sigillatim de vnaquaque, scilicet politica. Et vocat communiter quod dictum est de quatuor politiis, quas posuit Plato in communi, scilicet de regno, aristocratia, oligarchia, & democratia. Et vocat sigillatim quod dictum est de partibus earum, & de partium partibus. Et hoc est. Dicamus de his quæ deinceps, cum ista dicta sunt iam. Et tangit modum quomodo dicendum est de his quæ deinceps, ibi, *Accipientes ipsorum principium conueniens*. Et hoc est. Per diuisionem eorum quæ accidunt singulis politiis. Et tangit illa, ibi, *Sunt itaque tres partes politiarum omnium, quæ singulis politiis conueniunt, de quibus oportet considerare studiosum legislatorem*. Et quid considerandum sit in quolibet, subdit, *Considerare dico, conferens vnicuique, politica scilicet*. Et ponit rationem, ibi, *Quibus, scilicet tribus, se habentibus bene, necesse est, supple, politica habere bene, & politias ab iniicè differre, supple, necesse est, supple, secundum bene habere vel male, in differendo vnumquodque horum.*

b Deinde cum dicit, *Est autem trium horum, vnum quidem aliquid quod consiliatur de communibus, & illi vocantur proconsules*. Secundum autem quod circa principatus sicut Ephori, & illi, qui in ciuitatibus, singulis partibus præfunt. Et dicit quid considerandum sit de eis. Et ponit tria quæ consideranda sunt, ibi, *Hoc autem est, quos oportet esse, scilicet principes, & quorum, scilicet subiectorum dominos, & qualem quandam oportet fieri electionem ipsorum, id est, quod statuatur ad quem pertineat electio ipsorum*. Tertium autem, supple, quod considerandum est, aliquid esse quod iudicat, id est, cui committitur iudiciu in prætoriiis & causis.

c Et ostendit, quid conuenit vnicuique istorum trium, ibi, *Dominans autem est, &c.* Et dicit, quod consiliatiuo conueniunt nouem, Et enumerat ea per ordinem, de quibus requirendum est consilium ipsorum, & quicquid consulerint, est tenendum. Dicit ergo: *Dominans autem est, quod consiliatur de bello, mouendo scilicet, vel non mouendo, & pace obseruanda, vel non obseruanda, & compugnatione ineunda, vel non ineunda*. Et est compugnatio inter vicinos & propriè seditio vocatur. Vnde Gregorius: *Bella quippe ad hostes, seditiones ad ciues pertinent*. Et dissolutione, fœderis scilicet, vel pacis initæ cum aliquibus. Et de legibus, quibus regatur ciuitas. Et de morte, quis vel qua de causa vel occidendus vel non occidendus sit. Et fuga, quis scilicet, vel qua de

causa effugandus sit de ciuitate, vel non. Et depopulatione, & vocatur depopulato quando bona alicuius publicantur & traduntur diripienda populo. Et de electione, principatum, supple, qui habent consulere & diffinire. Et correctionum, qualiter scilicet quælibet persona corrigatur in ciuitate: & hoc etiam habent consiliarij, supple, corrigere & diffinire.

d Deinde cum dicit, *Necessarium autem aut omnibus ciuibus, &c.* ponit diuisionem de modis trimembrem. Sententia hæc est, quod ista multis modis possunt fieri, ut eligatur conuenientior modus. Vnde diuisio trimembris talis est. Aut enim hæc iudicia committuntur omnibus, ita scilicet quod omnes habeant simul cognoscere de omnibus istis: aut omnia ista committuntur quibusdam, ita quod alij non habeant se intromittere de eis: aut quædam istorum committuntur omnibus, & quædam quibusdam. Dicit ergo primo: *Necessarium autem, supple, est, aut omnibus scilicet ciuibus, supple, simul dare omnia hæc iudicia: aut quibusdam omnia*. Et exemplificat, ibi, *Velut principatum alicui vni, aut pluribus, ut scilicet committantur hæc iudicia vni vel pluribus, sicut verbi gratia, Regi, vel Senatoribus, vel Ephoris: aut aliis alia, supple, committantur, & non quibusdam omnia, sed diuersis diuersa*. Et ponit tertium modum, ibi, *Aut quædam quidem ipsorum, scilicet modorum, omnibus, supple, committantur, quædam autem quibusdam, scilicet committantur*.

e Et subdit ostendens quid in his est democraticum, & quid oligarchicum, ibi, *Omnes quidem igitur & de omnibus, iudicare scilicet, democraticum, supple, est*. Et subdit rationem, ibi, *Talem enim æqualitatem querit populus, id est, quod ad omnes æqualiter pertineat*. Democratia enim est principatus populi, sicut sæpè dictum est.

f Talis autem modus ad omnes pertinet quinque vel quatuor modis, quos enumerat consequenter, cum dicit, *Sunt autem modi eius, &c.* vbi ostendit, quod istud, scilicet consiliatiuum, habet quatuor modos diuersos. Dicit ergo de primo modo. *Sunt autem modi eius quod est omnes, plures, quia scilicet quatuor*. Vnus quidem, id est, primus secundum partem, id est, quod ab vnoquoque particulariter quaratur, sed non omnes simul, supple, cognoscant. Et dat exemplum, ibi, *Sicut est in politia Milesij. Thales autem Milesius, qui fuit vnus de septem sapientibus, cum secretis Appollonis vacaret in Milesia insula talem instituit politiam, quod quicquid de præinductis nouem esset iudicandum, quod hoc à singulis requiretur: & si aliquis contemneretur à quo non requiretur, quod hoc præiudicaret omnibus aliis*. Et hoc adhuc obseruatur in electione prælatorum Ecclesiasticorum. Et ponit alium modum, ibi, *Et in aliis autem politiis, id est, oligarchia & aristocratia, consiliantur, supple, de talibus compincipatus, sicut Rex & Senatores & Ephori conuenientes & tractantes inter se qualiter iudicandum sit*. Qualiter autem conueniunt, subdit, ibi, *Ad principatum autem vadunt omnes particulariter ex tribus & minimis partibus, scilicet ciuitatis, omnino, id est, vniuersaliter,*

uersaliter, donec utique pertranseat per omnes, id est, quod omnes ierint ad principatus, & audiant responsa eorum. Conuenire autem solum, supple, totam ciuitatem, de legum positione, & de iis quæ de politia, supple, communi tractanda sunt. Ad quid autem conueniant, subdit, ibi, Et responsa audientes à principibus, quid scilicet de singulis supra dictorum diffinierint.

g Et ponit secundum modum, ibi, Alius autem modus, supple, est, quod omnes simul, supple, iudicent de supra dictis. Et intelligit, quod omnes simul principes, non populus. Et subdit de conuentu populi, ibi, Conuenire autem solum, supple, populum ciuitatis ad electiones principatum electuros, id est, quando debent eligere quosdam, quibus committitur ulterius electio principum, & ad legilationes, id est, quando debent poni leges & publicari, hoc enim communiter pertinet ad populum. Et de pace, seruanda scilicet vel non seruanda, & ad correctiones, ciuium scilicet, qualiter malefactores corrigantur. Et subdit de aliis indicandis, ibi, Alia autem consiliari principatus, id est, qui sunt de principatu consiliariuo, sicut proconsules, in singulis, supple, ciuitatibus, instituent eligibiles existentes. Hoc dicit: quia si serui essent, non essent eligibiles. Iterum si non sufficerent sibi ex suis, non essent eligibiles, propter definitionem quam supra in 2. lib. cap. de ciue, posuit, ubi sic dixit. Quod ciuis est qui secundum autarchiam, id est, per se sufficientiam potest participare principatu consiliariuo & iudicariuo. Et idem dicit hinc, Eligibiles existentes ex omnibus, vel fortiales, id est, quibus forte conuenit eligi ad principatus, siue quos irregularitas non impedit, quin possint eligi.

b Et ponit tertium modum, ibi, Alius autem modus, supple, conueniendi, circa principatus & correctiones est occurrere ciues, id est, conuenire ad hoc. Et de bello consiliarios & compugnatione: hæc enim ad omnes ciues pertinent: & idem quando tractatur de iis, omnes debent conuenire. Et subdit, quod alij alia tractare debent, ibi, Alia autem, supple, negotia ciuitatis, principatus disponere, supple, habent, eligibiles existentes, id est, qui nullum habent impedimentum quin eligi possint in principes. Et ideo addit, Quoscumque contingit, supple, esse principes. Et exponit qui sunt illi, ibi, Tales autem sunt, quoscumque principari necessarium est scientes, id est, scientiam principandi habentes, ex scientia iuris & legum. Quia sicut dicitur Isa. 31. Non erit is qui insipiens est, princeps, nec fraudulentus vocabitur maior.

i Et ponit quartum modum, ibi, Quartus autem modus, supple, conueniendi est, omnes de omnibus consiliari conuenientes, principatus autem de nullo iudicare, sed solum referre, populo scilicet: quo quidem modo nunc democratia vltima dispensatur, quam proportionalem diximus esse oligarchiam, potestatiuæ, & monarchiæ tyrannicæ. Vltima autem democratia, sicut supra dictum est in capitulo de diuisione democratia, est quando totus populus vt vnus non vt singuli despotico principatu principatur. Et ibidem dictum est, quod hoc est

prauum & tyrannicum. Consequenter cum dicit, Isti quidem modi, &c. Post hæc omnia, ponit epilogum de modis consiliariuo democratici, dicens. Isti quidem igitur modi sunt democratici, supple, consiliariuo omnes, qui dicti sunt.

k Deinde cum dicit, Quosdam autem de omnibus, &c. ponit modos oligarchiæ & aristocratia: & circa hoc duo facit. Primum enim ponit modos principatus consiliariuo & oligarchici. Secundum consiliariuo aristocratici, ibi, Quando autem quorundam, &c. Circa primum duo facit. Primum ponit duos modos principatus consiliariuo oligarchici. Secundum adiungit tertium, ibi, Quando autem ipsos eligunt, &c. Ponit ergo primum modum, qui est quando eliguntur consiliarij à mediocri honorabilitate, & plures eliguntur, eod quod mediocri honorabilitatis plures sunt in ciuitate, & tales eliguntur: lex tamen vetat ne eligantur, eod quod talibus expedit ne moueant alios sicut principes: quia sequuntur alios, eod quod forte non satis sapientes sunt ad consilium, & principatu consiliariuo non participant, nisi propter honorabilitatem, & non propter sapientiam: talis modus est oligarchicum consiliariuum, & nihil habet de politia ratione, nisi quod moderatur in ciuitate quid faciendum vel non faciendum sit. Dicit ergo primum: Quosdam autem modos, supple, de omnibus, qui sunt scilicet in ciuitate, consiliariuo esse, supple, oligarchicum, supple, est. Habet autem & hoc, scilicet consiliariuum, differentias plures. Et ponit primam differentiam, ibi, Quandoquidem enim ab honorabilitatibus mediocribus eligibiles sunt, supple, consiliarij, & plures propter mediocritatem honorabilitatis, supple, eliguntur, quia multi tales sunt in ciuitate, & de quibus lex vetat, eod quod periti non sunt, ne moueant, alios, supple, consiliarij, sed sequantur, consilia aliorum scilicet, & liceat possidenti honorabilitatem, ea ipso, supple, quod possidet, participare principatu, scilicet consiliariuo, oligarchia quidem, est, supple, politia autem est talis, scilicet ordo ciuilitatis, propter moderare, id est, quia quædam moderantur in ciuitate consiliarij suis, & sic attingunt rationem politia. Et iste est modus primus oligarchicus. Secundum modum ponit, ibi, Quando autem non omnes, &c. & illum diuidit in duos. Primus est quando non omnes, mediæ scilicet honorabilitatis, participant consiliariuo: sed quidam electi ad hoc quod consiliarij sint. Dicit ergo: Quando autem non omnes, mediæ scilicet honorabilitatis, eo quod est consiliarij, participant, id est, principatu consiliariuo, sed electi, ad hoc, supple, secundum legem autem participant, & non secundum votum, sicut & prius, oligarchicum, supple, est istud: & est secundus modus oligarchici consiliariui. Tertium modum adiungit, ibi, Quando autem ipsos eligunt, consiliarios scilicet, ipsi qui domini eius quod est consiliariuum, id est, principes, qui ponuntur super ordinem consiliarij & ordinant consiliarios, & quando puer pro patre ingreditur, tanquam hæres scilicet in principatu consiliariuo, & domini legum sunt, pueri scilicet, eod quod consiliarij domini sunt legum, oligarchicum necessarium esse ordinem hunc.

hunc. Isti verò sunt tres modi oligarchici principatus consiliariui.

l Deinde cum dicit, Quando autem quorundam, &c. ponit modos principatus consiliariui aristocratici. Et sunt duo in vniuerso. Primus est, quando domini eius quod est consiliarij, id est, quorum est ordinare consilium, eligunt quosdam quorum consilio quædam agantur, sicut bellum & pax & correctiones, & omnes aliorum principes, & isti, supple, soli, eligibiles sint, vel fortiales, id est, qui forte accipiant principatum consiliariuum, aristocratica est, vel politia: quia tales eliguntur ad virtutem. Et ponit secundum modum, ibi, Si autem quorundam quidem eligibiles, id est, si quidam de numero quorundam, qui secundum virtutem eligibiles sunt, ad talem principatum, supple, quorundam autem fortiales, id est, eliguntur quidam de numero fortialium ad virtutem. Et istum modum subdiuidit, ibi, Et fortiales vel simpliciter, quia scilicet simpliciter virtuosus sunt, & idem dignè principatum consiliariuum fortiuntur, aut ex præiudicatis, quia scilicet probati sunt virtuosus fuisse. Et iste est secundus modus. Et ponit tertium modum, ibi, Vel communiter, supple, eligantur, eligibiles & fortiales, id est, quod ad principatum consiliariuum eligantur vicissim eligibiles ex virtute, & fortiales, id est, qui dignè fortiuntur talem principatum. His positis breuiter ponit epilogum, ibi, Hæc quidem horum, scilicet modorum, consiliariui scilicet, sunt politia aristocratica: hæc autem, quæ prius dicta sunt, de modis scilicet democratia & oligarchia, ipsius politia, supple, sunt modi. Et subdit communiter epilogando de hoc, ibi, Diuisum est quidem igitur quod consiliarij ad politia hoc modo: & disponitur quælibet politia, scilicet in suo consiliariuo, secundum dictum modum.

m Deinde cum dicit, Expedit autem democratia, &c. ostendit quid expedit cuilibet politia secundum quemque modum. Et circa hoc tria facit. Primum ostendit, quod vtile est democratia, quod consilium simul faciant & populi & insignes. Secundum ostendit, quod in oligarchia oportet quosdam præeligi ex multitudine, qui cum insignibus tractent quæ tractanda sunt, ibi, In oligarchia autem aut præeligi, &c. Tertio dicit, quod in absolutionibus reorum oportet facere dominam multitudinem, ibi, Et oppositum autem eius, &c. Sententia primæ partis est hæc, quod in democratia consiliarij sit populus dominus, & etiam legum sit dominus populus. Et quod huius oppositum sit in pratoris & in oligarchia: quia in illis vt quosdam cogant iudicare, statuunt pœnam damni iis qui iudicare nolunt, vt iudicent. In democratia autem egenis statuitur merces, vt faciant congregationem ad consilium habendum: & idem vtilius est, quod consiliarij sint omnes, & populus scilicet & insignes, id est, egeni & pauperes. Et si pars populi multitudine excedat super partem insignium qui dicuntur politici, tunc expedit, quod non omnibus detur merces, vt per hoc quidam retrahantur à consilio: sed detur merces tot de egenis, quod commensurati esse possint multitudini insignium, vel quod plures ex populo extorres fiant principa-

D. Alb. Mag. Politic.

tus, scilicet consiliarij, & relinquuntur tot, quod commensurati sint insignibus. Et causa huius est: quia si pars potentior erit insignibus & numerosior, seditio orietur in ciuitate: eod quod potentior pars vult excludere minus potentem à principatu consiliariuo. Dicit ergo primum. Expedit autem democratia. Et quia multiplex est democratia, determinat cui expedit, ibi, Quæ maximè videtur esse democratia, quæ nunc, scilicet obseruatur in ciuitatibus. Et exponit quæ sit illa, ibi, Dico autem talem, in qua dominus populus & legum est, id est, in qua in potestate est populi leges condere ad consiliarij, meliusque ipsum facere, id est, quod ipse populus faciet consilium & participet principatu consiliariuo. Et ponit rationem, ibi, Quod quidem in pratoris in oligarchia, id est, quod populus hoc faciat quod in oligarchia faciunt in pratoris, quod scilicet populus hoc faciat & non committat insignibus. Quid autem in pratoris in oligarchia faciunt insignes, subdit, ibi, Statuunt enim damnum, id est, pœnam damni, iis qui nolunt iudicare, vt iudicent, id est, sub pœna damni præcipiunt, vt ij qui sunt electi in iudices, exerceant iudicia: democratia autem mercedem egenis, supple, statuunt, vt iudicia exerceant: quia sine mercede hoc facere non possent. eod quod egeni sine mercede coguntur intendere propriis, & non communibus iudiciis. Hoc autem, supple, expedit, & id est, etiam circa congregationes facere, id est, quod diuitibus statuatur damnum si non conueniant ad congregationes. Et subdit rationem, ibi, Consiliantur enim melius, id est, vtilius ciuitati, communiter consiliantes omnes. Et exponit qualiter omnes, ibi, Populus quidem cum insignibus. Et hoc est quod dicit Psal. Simul in vnum diues & pauper. Et hoc est quod addit, ibi, Isti autem, insignes scilicet, cum multitudine.

n Et addit ulterius quid expedit in talibus, ibi, Expediat autem & eligibiles esse consiliarios, vel fortiales, qui scilicet forte prudentia fortiuntur principatu consiliariuo. Quid autem expediat subdit, ibi, Aequales, supple, esse, ex partibus, insignium scilicet & populi. Et huius causa est: quia si altera pars excedat, orietur dissentio.

o Et subdit quid expedit si altera pars excedat, ibi, Expedit autem si excedant multum secundum multitudinem democratia, id est, populares super politicos, id est, super insignes, aut non omnibus dare mercedem, popularibus scilicet, vt sic aliqui retrahantur à congregatione consiliariua, sed tot, supple, dare mercedem, quod commensurati, supple, sunt ad multitudinem insignium, aut ex forte facere plures, id est, quod plures de populo ex parte sint de congregatione consiliariua, & non veniant nisi tot, quod proportionari possint esse multitudini insignium. Et sic finita est prima pars huius partis.

p Deinde cum dicit, In oligarchia autem aut præeligi, &c. determinat quid expedit in oligarchia. Et dicit, quod ibi expedit eligere quosdam ex multitudine, qui cum diuitibus tractent & præparati sunt, id est, præparantes congregationes, & participant principatu consiliariuo.

Y &c

& negotientur de iis de quibus insignes præconſiliari erant. Dicit ergo primò: In oligarchiis autem aut prælegi quòdam ex multitudine, ſupple, oportet, aut præparantes principatum, oportet eſſe, ſupple, participantes congregationi & conſilio. Et dat exemplum quod hoc alicubi obſeruat, ibi, Velur in quibusdam politiis eſt, quos vocant præmiſſos, id eſt, præpoſitos, vel legis ſeruatores, ſupple, vocant, qui ſcilicet in diuerſis partibus populi, leges faciunt obſeruare. Quid autem poteſtatis habeant hi, oſtendit, ibi, Et de iis negotiari, ſupple, habent poteſtatem, de quibus utique iſti, ſcilicet insignes, præconſiliauerint. Et huius ponit rationem, ibi, Sic enim participabit populus, in oligarchia ſcilicet, eo quod eſt conſiliari, id eſt, principatu conſiliatiuo, & ſolueret nihil poterit eorum quæ circa politiam, oligarchicam ſcilicet, in qua ſoli potentes & insignes principantur: & tunc, ſupple, ex hoc ſeditio orietur. Et idèd ulterius eſt, quod populus nihil poteſtatis habeat de conſilio oligarchico, ſed quidam de populo.

q. Et dicit ulterius quid expediat in oligarchia, ibi, Adhuc, ſupple, expedit eadem ſententiare populam, cum inſignibus ſcilicet, aut nihil contrarium iis qui inferuntur, ab inſignibus ſcilicet, aut conſiliariis quidem tradere omnibus, id eſt, exponere, & rogare quid conſulant. Conſiliari autem principes ſolos, ita quod principes de poteſtate ſua dimittant populo:

CAPVT XII.

De magistratuum diuisione.

Habitum iis eſt, quæ circa principatus diuiſio. Habet enim & hæc pars politiæ multas differentias, quot principatus, & quorum domini, & de tempore quantum vniuſcuiusque principatus: ij quidem enim ſex menſium, ij autem per minus, ij autem annuales, ij autem diurniores faciunt principatus perpetuos, vel multi temporis, vel neutrum, ſed ſæpè eodem, vel non eundem bis, ſed ſemel ſolum. Adhuc autem circa inſtitutionem principatum, ex quibus oportet fieri, & à quibus, & qualiter: de omnibus enim iis oportet poſſe diuidere, ſecundum quod contingit fieri modos, deinde coaptare qualibus quales politiæ expediant.

b. Eſt autem neque facile hoc determinare, quales oportet vocare principatus: multis enim præceptoribus politica communitas indiget. Propter quod quidem omnes, neque electos, neque ſortiales ponendum principes, puta ſacerdotes primò. Hoc enim alterum quid præter politicos principatus, ponendum. Adhuc & diſtributores, & præcones, eliguntur autem &

quia per populam diſſolueretur oligarchicus principatus.

r. Deinde cum dicit, Et oppoſitum autem eius, &c. oſtendit quòd in abſolutionibus reorum oportet facere dominam multitudinem, dicens: Et oppoſitum autem eius quod fit in politiis, oportet facere in oligarchiis. Et vocat politiæ, eas quæ ſimpliciter dicuntur politiæ, & commixtæ ſunt ex democratia & oligarchia, ſicut dictum eſt in antè habitis. Quid autem ſit hoc, ſubdit, ibi, Abſoluentem quidem enim per ſententiam, dominam oportet facere multitudinem: ſic enim fit in politiis omnibus, ſcilicet quod nullus reorum abſoluitur per ſententiam, niſi in qua dominans eſt multitudo. Condemnantem autem per ſententiam, non dominam oportet facere multitudinem, ſed referatur rurſum ad principes, qui in oligarchiis ſententiarum domini ſunt. In politiis enim, quæ ſcilicet ſimpliciter ſunt politiæ, vel è conuerſo faciunt: pauci enim abſoluentes quidem domini, ſupple, ſunt ſententiæ abſolutionis: condemnantes autem non domini, ſupple, ſunt pauci ſententiæ condemnationis, ſed reduceretur ad plures, ſupple, ad multitudinem populi. Pauci enim nullum poſſunt condemnare, niſi condemnentur ex multitudine. Poſtea ponit epilogum de omnibus dictis in hoc capitulo, ibi, De conſiliante quidem igitur & dominante utique politiæ: determinatum ſit hoc modo.

CAPVT XII.

Conſequens hiſ eſt circa magistratus diſtinguere. Habet enim & hæc pars differentias multas, quotque magistratus eſſe, & quarum rerum auctoritatem habere oporteat, & pro quo tempore ſingulos: nam alij ſemestres, alij breuiores, alij annuos, alij diurniores ſtatuumt magistratus. Et vtrum magistratus oporteat eſſe perpetuos, an ad longum tempus, aut neutrum, ſed multotiens eodem, aut non eundem bis, ſed tantum ſemel. Et præterea circa conſtituendum magistratus, ex quibus oportet creari, & à quibus, & quomodo. De hiſ enim omnibus oportet poſſe diſtinguere, quot modis valeant fieri, ac deinde accommodare quibus conferant gubernationibus Reipublicæ.

Eſt autem ne hoc quidem facile determinare, quales magistratus ſint nuncupandi. Indiget enim ciuilibus ſocietas multis præſidentibus. Quapropter non omnes qui vel eliguntur, vel aſſumuntur ſorte, ſunt magistratus exiſtimandi, ut puta ſacerdotes: hoc enim aliud quiddam ponendum eſt à ciuilibus magistratibus. Præterea qui pompas ducunt, & præcones, & legati qui eliguntur. Huiusmodi enim curæ ciuiles, aut legati.

legati. Sunt autem hæc quidem politica curarum, vel omnium ciuium ad quandam operationem, velur dux exercitus militantium: vel ſecundum partem gyneconomus, vel pueronomus: hæc autem œconomice, ſæpè enim eligunt frumenti menſuratores: hæc autem miniſteriales, & ad quas utique abundauerint, ordinant ſeruos.

e. Maximè autem, ut ſimpliciter eſt dicere, principatus dicendum hos, quibuscumque attribuitur conſiliari de aliquibus, & iudicare, & præcipere, & maximè hoc: præcipere enim magis principatum eſt.

d. Sed hæc differunt ad opportunitates quidem nihil, ut eſt dicere. Non enim vnquam iudicium fuit altercantium de nomine: habent autem quoddam aliud intellectuale negotium.

e. Quales autem principatus, & quot neceſſarij, ſi erit ciuitas, & quales neceſſarij quidem, non opportuni autem ad ſtudioſam politiam, magis utique quis dubitat ad omnem politiam, & etiam ad paruas ciuitates.

f. In magnis enim utique contingit & oportet vnum ordinari ad vnum opus: multoſque enim contingit ire ad principatus, propter multos eſſe ciues, ut ſit hos quidem intermittere multo tempore, hos autem ſemel principari. Et melius vnumquodque opus ſortitur cura circa vnum intentam, quam circa multa.

g. In paruis autem neceſſe congregare in paucos multos principatus: propter paucitatem enim hominum non facile eſt in principatibus multos eſſe. Qui enim erunt, qui hos ſucceſſiue ſuſcipiunt iterum? Indigent autem aliquando eiſdem principatibus & legibus parue cum magnis: veruntamen hæc quidem indigent ſæpè eiſdem, aliis autem in multo tempore hoc accidit: propter quod quidem nihil prohibet multas curas ſimul præcipere, non enim impediunt: & ad paucitatem hominum neceſſarium principatus velut obeliſcolychnia facere.

h. Si igitur habeamus dicere, quot neceſſarium exiſtere omni ciuitati, & quot non neceſſarium quidem, oportet autem exiſtere, facile autem quis ſciens hæc, colligit quales principatus congruit congregare in vnum principatum.

D. Alb. Mag. Politic.

omnium ciuium ſunt ad vnã actionem, puta dux eorum qui militant: aut ſecundum partem, ut mulierum, puerorumque curatores: alia diſpenſatiua, ſæpè enim eliguntur quidam ad diſtribuendam annonam: alia miniſtratiua, ad quas ſi opulenti eligantur, ſubſtituunt ſeruos.

Maximè verò, ut ſimpliciter dicamus, illi ſunt magistratus appellandi, quibus datum eſt deliberare de quibusdam, & ſtatueret, & iubere, & maximè hoc extremum. Nam iubere imperioſus eſt.

Verum iſta quantum ad uſum nihil differunt, ut ita dixerim. Nondum enim determinata eſt huiusmodi de nomine controuerſia. Habet autem quandam aliam intellectualem conſiderationem.

Sed quales magistratus, & quot neceſſarij ſunt ciuitati, & quales neceſſarij quidem, inutiles verò ad Reipub. gubernationem, magis utique quiſpiam dubitabit, & ad omnem Remp. & præſertim ad paruas ciuitates.

Nam in magnis quidem licet, & debent ſinguli magistratus ad ſingula opera deputari. Sufficit enim multitudo ciuium ad magistratus gerendos, & alios cum intermiſſione magna temporis, alios ſemel duratæ gerunt. Meliusque ſingula curantur, quam ſi in multis cura noſtra diſtrahatur.

Sed in paruis ciuitatibus neceſſe eſt in paucos magistratus plures conferre. Nam cum ſit paucitas hominum, non facile eſt multos in magistratibus eſſe. Quinam poſtea forent ſucceſſores horum? Indigent quandoque magistratibus eiſdem, & legibus parue magnæque ciuitates, niſi quod hæc quidem ſæpè indigent eiſdem: hiſ verò multo tempore intermiſſo id accidit. Quapropter nihil prohibet multa ſimul hiſ demandare, non enim ſe impediunt: & propter hominum paucitatem neceſſarij ſunt magistratus quidam quaſi luminaria obeliſcis impoſita.

Si ergo dicere poſſumus, quot neceſſarij ſunt omni ciuitati, & quot non neceſſarij quidem, ſed opportuni, facile quis ſciens iſta, coniungat quot coniungere congruat in ciuium magistratus.

i Congruit autem & hoc non latere quales oportet secundum locum principatus de multis curare, & qualium vbiq; vnum principatum esse dominum, puta boni ornatus esse, vtrum in foro quidem fori præfectum, alium autem in alio loco, vel vbiq; eundem: & vtrum secundum rem oportet differre, vel secundum homines. Dico autem, puta vñ boni ornatus, vel puerorum, alium & mulierum. Et secundum politias autem, vtrum differt secundum vnamquamque etiam genus principatum, vt nihil, puta in democratia, & oligarchia, & aristocratia, & monarchia, vtrum iidem sint principatus quidem domini, non ex æqualibus, neque ex similibus, sed alij in aliis, puta in aristocratia quidem ex eruditis, in oligarchia autem ex diuitibus, in democratia verò ex liberis.

k Aut existunt quidem quidam existentes secundum has differentias principatum. Est autem vbi conferunt iidem, & vbi differunt propter hoc: hic quidem enim congruit magnos, hic esse paruos eisdem. Non solum, sed & singulares quidem sunt, velut qui præconsulunt: hic enim non democratia, consilium autem democraticum. Oportet enim quidem esse aliquid tale, cui cura erit populi præconsilari, quatenus non vacans erit: ij autem cum pauci numero sint, præconsules autem paucos necessarium esse multitudinem: quare oligarchicum. Sed vbi ambo iidem principatus, præconsules instituantur super consiliarios. Consiliarius quidem enim democraticum, præconsul autem oligarchicum.

l Dissoluitur autem & consilij potentia in talibus democratia, in quibus ipse propter conueniens tractat de omnibus. Hoc autem accidere consuevit, quando penuria aliqua fuerit, vel merces conuocatis. Vocantes enim colliguntur sæpè, & omnia ipsi iudicant.

m Pueronomus autem, & mulieronomus, & si quis alius principans dominus est talis curæ, aristocraticum, democraticum autem non. Quomodo enim possibile prohibere exire eas quæ egenorum? neque oligarchicum: delitiantur enim quæ oligarchizantium. Sed de iis quidem intantum dictum sit nunc.

Debet etiam hoc non latuisse, quales conueniant secundum locum magistratus plurium curam habere, & qualium vbiq; vnum magistratum potestatem habere, seu honestatis: vtrum in foro præfectum anno-na, & alium alibi, aut vbiq; eundem: & vtrum secundum negotia partiendum est, an secundum personas. Dico autem seu vnum curam honestatis, alium puerorum, & alium mulierum: & in Rebus publ. vtrum differant secundum vnamquamque, & magistratum genus, vel nihil, seu in populari statu, & paucorum gubernatione, & optimatum, & monarchia, vtrum iidem sint magistratus potestatem habentes, sed non ex æqualibus, aut similibus, sed alij in aliis, veluti in optimatibus quidem ex hominibus doctis, in paucorum autem potentia ex opulentis, in populari statu ex ingenuis.

Vel existant quidam secundum istas differentias magistratum, & alicubi conferat eisdem esse, alicubi diuersos: alicubi enim congruit magnos esse, alicubi paruos eisdem magistratus. Veruntamen sunt aliqui proprii, seu eorum qui ante deliberant. Hac enim potestas non est popularis, consilium vero populare. Oportet enim esse aliquid tale, cui cura sit populum consilio præuenire, ne otiosus sit. Hi autem si pauci sunt numero, paucorum potentia est. Est autem necesse, vt illi sint pauci, qui ante deliberant: itaque paucorum potentia est. Sed vbi sunt ambo hi magistratus, illi qui ante deliberant, consiliarios constituunt. Consiliarius enim popularis: qui vero ante venit in consulendo & deliberando, paucorum potentia.

Dissoluitur etiam potestas consilij in huiusmodi gubernationibus, in quibus populus ipse conueniens de omnibus constituit. Hoc autem accidere consuevit, cum est utilitas quadam, aut merces constituta his qui concionem conueniunt. Otiosi enim conueniunt persæpè, & de cunctis ipsi statuunt.

Qui autem puerorum curam habent, & qui mulierum, & si quis alter est, qui potestatem habet & curam huiusmodi, optimatum id est, & non populare (Fieri enim non potest, vt prohibere pauperum mulieres, alterius sit quam paucorum potentia) cum mulieres ipsorum in deliciis viuunt. Sed de his quidem eatenus dixisse nunc satis sit.

CAPVT

CAPVT XII.

IN isto capitulo tractat Arist. de diuisione principatus. Et habet quatuor partes. In quarum prima ponit diuisionem principatus in generali. In secunda ostendit quot & qui principatus necessarij sint in ciuitate magna, vel parua, ibi, *Quales autem principatus, &c.* In tertia ostendit in quibus ciuitatibus expediat, quòd sint per successiones, ibi, *Qui enim erunt qui hos, &c.* In quarta ostendit diuisionem principatus secundum locum & secundum curas quæ committuntur principi, ibi, *Congruit autem & hoc non latere, &c.* Sententia primæ partis est hæc, quòd primò dicenda dictis, id est, quòd diuisio principatus tractanda est post prædicta: quia multas diuisiones habet secundum officia & secundum tempus, quæ attribuuntur aliquando eis qui fortialiter & quasi ex hæreditate sibi succedunt in eis, sicut officij Sacerdotum circa sacra Deorum. Aliquando eliguntur sicut eliguntur distributores, præcones & legari. Aliquando sunt ad curas omnibus ciuibus conuenientes. Aliquando sunt ad vnam singularem operationem, & aliquando sunt æconomica, & aliquando sunt ministeriales siue seruales. Et quædam earum sunt simpliciter principatus, quædam autem ministeria siue obsequia. Et hoc est totum quod in summa continetur in prima parte. Dicit ergo primò: Habitum autem, id est, consequens iis, supple, quæ dicta sunt, est quæ circa principatus diuisio, vt principatus largè sumatur ad quodlibet officium, in quo constituitur aliquis vnus ordinator, qui ordinat ea quæ pertinent ad officium illud. Et tangit rationem quare oportet tractare de hoc, ibi, *Habet enim & hæc pars politia multas differentias, quot principatus, & quorum domini, id est, præpositi, qui sunt ordinatores eorum, quæ ad officium illud pertinent. Et tangit aliam differentiam secundum tempus, ibi, Et de tempore, supple, oportet considerare, quantum vniuscuiusque principatus, supple, duret: quia quidam ipsorum principantur per sex menses, quidam minus, & quidam per annum, & quidam diutius, & quidam etiam perpetuos faciunt principatus, vel multi temporis. Et hoc est quod sequitur, ibi, Ij quidem enim, in ciuitate, supple, sex mensium, supple, habent principatum, ij autem, id est, alij, per minus, ij autem annuales, faciunt, supple, principatus, ij autem diuturniores faciunt principatus, perpetuos scilicet, vel multi temporis. Et vocat perpetuos durantes ad vitam, & multi temporis vocat durantes per successionem filiorum & nepotum: & tales videntur esse principatus Senatorum Romæ, & potestatum qui sunt in ciuitatibus Lombardiæ. Ad vitam autem fuit semper principatus Imperatorum Romæ. Et ponit aliam diuersitatem, scilicet quod quidam alijs faciunt principes, neutrum istorum considerantes. Et in hoc ponit duas diuersitates: quia quidam scilicet eundem eligunt bis, quidam autem non eundem eligunt bis, sed semel. Et hoc est quod sequitur, ibi, *Vel neutrum, supple, horum considerant, quia nec perpetuum, nec longi temporis faciunt principatum, sed**

D. Alb. Mag. Politic.

sæpè eosdem, destituendo scilicet & reeligendo: vel non eundem bis, sed semel solum, supple, faciunt principem. Et subdit aliam diuisionem secundum principantes, ibi, *Adhuc autem circa institutionem principatum, supple, oportet considerare, ex quibus oportet fieri, scilicet principes, vtrum scilicet ex insignibus vel medijs scilicet populo: & à quibus, supple, oportet eos eligi, vel institui: & qualiter, vtrum scilicet cum plenitudine potestatis, vel non. Et ponit rationem, ibi, De omnibus his enim oportet posse diuidere, supple, politicum, secundum quot contingit fieri modos, scilicet ad utilitatem ciuitatis: deinde, supple, oportet etiam politicum scire, coaptare qualibus, scilicet ciuitatibus, quales politia expediant, sicut in antè habitis huius libri cap. Quæ autem politia quibus, &c. determinatum est.*

b Et ostendit difficultatem huius determinationis, ibi, *Est autem neque facile hoc determinare, quales oportet vocare principatus, & qualia ministeria, non principatus, supple. Et ponit rationem huius, ibi, Multis enim præceptoribus politica communitas indiget. Et vocat præceptores magistros præpositos operibus. Propter quod quidem omnes, neque electos, id est, per electionem constitutos, neque fortiales, id est, hæreditate succedentes, ponendum principes. Et dat exemplum, ibi, *Putat sacerdotes primò. Hoc enim, sacerdotium scilicet, alterum aliquid, supple, esse, præter politicos principatus, ponendum. Et huius causa est: quia sacerdotes circa sacra occupabantur, & idè politia ordinationi non subiacebant. Adhuc &, id est, etiam distributores & præcones, eliguntur autem & legari. Et vocat distributores, qui ea quæ distribuenda erant ciuitatibus quantum ad specialem iustitiam secundum æquale medietatis geometricæ ciuibus distribuiebant secundum vniuscuiusque dignitatem, sicut spolia accepta ab inimicis, & huiusmodi: præcones autem, qui statuta publica principum populo nunciabant: Legatos verò qui à latere principis missi solemniter negotia agebant. Et ponit adhuc alia negotia, in quibus etiam diuersi principabantur apud antiquos, ibi, *Sunt autem hæc quidem politia curarum, vel omnium ciuium, id est, quæ ad omnes ciues æqualiter pertinent, & sunt ad quandam operationem, sed tamen ad omnes pertinent, velut dux exercitus militantium: vel secundum partem, supple, pertinet ad quosdam, velut ginetonomus vel puerotonomus: & componitur ginetonomus à ginot quod est labor, & to quod est articulus præpositus in Græco, & nomos, quod est regula: & sic dicebantur præpositi laborantium, qui regulam dabant laborantibus. Similiter componitur puerotonomus, à puero & to, articulo, & nomos regula: & sic dicebantur præpositi pueris, qui regulam dabant pueris, in quibus oporteret eos exercitati, & ad quæ artificia applicari secundum naturales potentias consideratas in ipsis. Et de his generaliter subdit, ibi, *Hæc autem, supple, operationes æconomicae sunt, id est, ad curam domus & familiae pertinentes. Et istæ, sicut dictum est in primo, ad paternum pertinent principatum. Et sunt alia quæ pertinent ad despoticum, de quibus subdit, ibi,****

Y 3 Sæpè

Sæpe etiam eligunt frumenti mensuratores. Hæc autem ministræ, id est, illæ curæ sunt despoticæ & ad despoticum principatum pertinentes. Et ad quas, scilicet res, vtrique abundauerint, sicut scilicet ad vinum & oleum mensurandum, ordinant seruos, magistros scilicet illarum curarum.

c Deinde subdit qui istorum dicuntur principatus, & qui non, ibi, Maxime autem, vt simpliciter est dicere, id est, vniuersaliter est dicere, principatus dicendum hos quibuscunque attribuitur cõsiliari de aliquibus & iudicare & præcipere. Illorum enim est ex consilio ordinare, ex iudicio sententiam dare diffinitiuam, & ex auctoritate præcipere: & idem tales principes dicuntur & sunt. Et maxime hoc, scilicet præcipere, facit principem. Et ponit rationem, ibi, Præcipere enim magis principatum est: hoc enim indicat auctoritatem.

d Et ostendit in quo differunt ista, ibi, Sed hæc differunt ad opportunitates quidem nihil, vt est dicere. Vnumquodque enim istorum ministeriorum ad aliquam est opportunitatem ciuitatis, vel domus: vnde in hoc non differunt. Sed quia propter hoc posset aliquis dicere, quod tunc non differunt, sed vnum sunt, & vnum nomen habent. Respondet, quod ista obiectio penitus nulla est: quia apud sapientes nusquam fuit altercatio de nomine, sed illa iudicantur diuersa, quæ secundum intellectualem negotium, quod subest nomini, diuersa sunt. Et hoc est. Non enim vnquam iudicium fuit altercantium de nomine. Habent autem, supple, ipsa nomina, quoddam aliud intellectualem negotium, & per diuersitatem, supple, huius iudicantur diuersa. Et sic finita est prima pars huius capituli, in qua diuisionem posuit principatum.

e Deinde cum dicit, Quales autem principatus, &c. ostendit quot & qui principatus necessarii sint in ciuitate magna, vel parua. Et est sententia in communi istius partis, quod politico considerandum est quales principatus & quot necessarii sint ad ciuitatem, quæ verè sit ciuitas. Sicut enim dictum est in vltimo capitulo primi libri, non est verè ciuitas, quæ non in omnibus sufficit sibi, & quod in magnis ciuitatibus, propter hoc quod multi sunt ciues in illa, qui æqualiter idonei sunt ad principatus, oportet vnum ciuem ordinari ad vnum, & sic omnes possint principari. In paruis autem propter oppositum oportet multa committi vni: quia non habent ciues, qui in singulis possint principari. Dicit ergo primò. Quales autem principatus, & quot necessarii, si erit ciuitas, supple, secundum rationem ciuitatis, quæ assignata est in fine primi libri, quod ciuitas est, quæ in omnibus sibi sufficit & in nullo deficit. Et quales, scilicet principatus necessarii quidem, supple, sunt in ciuitate, non opportuni autem ad studiosam politicam, id est, virtuosam ciuitatem (hoc dicit: quia non in omnibus ciuitatibus studium est ad virtutem) magis vtrique quis, id est, aliquis dubitat: hoc enim magis est ad propositum ad omnem politicam, scilicet aristocraticam, oligarchicam, democraticam: & etiam, supple, dubitat hoc ad paruas ciuitates.

f Et assignat rationem differentie inter magnas & paruas, ibi, In magnis enim vtrique, supple, ciuitatibus, contingit & oportet vnum ordinari ad vnum opus. Et assignat causam, ibi, Multa enim, id est, quia multos contingit ire ad principatus, æqualiter scilicet dignos principatu. Et supponit causam, ibi, Propter multos esse ciues, in magnis scilicet ciuitatibus, qui æqualiter scilicet digni sunt principatu. Et huius assignat causam, ibi, Vt sit hos quidem intermittere multo tempore, ne principentur, hos autem semel principari: quia, supple, aliter non possent omnes æqualiter digni principari, si quidam semper, & alij nunquam principarentur. Et huius etiam ponit aliam causam, ibi, Et melius vnumquodque opus sortitur cura circa vnum intentam, quam circa multa. Vnde Poëta Ozorius:

Pluribus intentus minor est ad singula sensus.

Et Eccles. 28. Fili non sint in multis actus tui: quia qui minoratur actus, induit sapientiam. Sic ergo est in magnis ciuitatibus.

g Et subdit de paruis, ibi, In paruis autem, supple, ciuitatibus, necesse, supple, est in paucos congregare multos principatus. Et assignat causam, ibi, Propter paucitatem enim hominum, id est, ciuium, non facile est in principatibus multos esse. Deinde cum dicit, Qui enim erunt qui hos, &c. assignat causam, per interrogationem, in quibus ciuitatibus expedit, quod sint per successiones: & dicit. Qui enim erunt qui hos successiue suscipiant, supple, cum pauci ciues sint in parua ciuitate: autem, id est, sed indigent, in paruis scilicet ciuitatibus, aliquando eisdem principatibus & legibus parue, scilicet ciuitates, cum magnis. Verumtamen hæc quidem, scilicet parue indigent sæpe eisdem, principibus scilicet, aliis autem, in magnis scilicet ciuitatibus, vbi multi sunt ciues, in multo tempore hoc accidit, scilicet quod iidem ciues ad eosdem principatus resumantur: propter quod quidem, in paruis scilicet ciuitatibus, nihil prohibet multas curas præcipere, supple, vnum. Et assignat causam, ibi, Non enim impediunt inuicem, quin vnus possit scilicet de omnibus curare: quia parue curæ & paucorum sunt in paruis ciuitatibus. Et de hoc ponit aliam rationem, ibi, Et ad paucitatem hominum, id est, ciuium, necessarium, supple, est, principatus velut obeliscolychnia facere, & componitur obeliscolychnia ab obelisco quod est verum, & lychnia quod est amputatio: vnde etiam dicitur licet qui ferit amputando, sicut dicit Hieronymus, qui obelis, id est, verubus, & astericis, id est, figuris ad modum stellarum compositis distinxit bibliam, vt obelis signarentur amputanda, quæ scilicet de veritate Hebraica non essent, astericis autem signarentur ponenda, quæ scilicet deficientia illucescerent de veritate Hebraica. Et intendit dicere, quod in paruis ciuitatibus necesse est amputare vel mutilare multa negotia, eò quod procuratores eorum non habentur.

h Ex omnibus his concludit, ibi, Si igitur habeamus dicere, secundum artem politicam scilicet, quot necessarium existere omni ciuitati, negotia scilicet, & quot non necessarium quidem, oportet autem, id est, optimum est existere,

existere, id est, vtile, facile vtrique quis sciens hæc, supple, quæ dicta sunt, colliget quales principatus congruit congregare in vnum principatum, in parua scilicet ciuitate.

i Deinde cum dicit, Congruit autem & hoc non latere, &c. ostendit diuisionem principatus secundum locum, & secundum curas, quæ committuntur principi. Et habet duas partes, secundum quod illa permiscet ad inuicem, scilicet quid in talibus est secundum locum congruum, & quid oligarchicum, quid democraticum: vnde circa hæc duo facit. Primò enim ponit quasdam diuersitates circa principatus, quæ rationes mouendo. Secundò ad vtramque partem disputat veritatem determinando, ibi, Est autem vbi conferunt, &c. Sententia autem in communi est, quod congruit politico ordinanti ciuitatem, scilicet quæ secundum diuersitatem loci congruit habere negotiorum curas, & quales in istis sunt secundum diuersitatem politicarum adhibendi principes siue præpositi: quia aliquando congruit hoc in foro, quod non alibi congruit: & aliquando congruit mulieribus, quod non pueris congruit: & aliquando congruit procuratores esse magnos, & aliquando paruos, & aliquando medios, & aliquando ex democratia, & aliquando ex oligarchia, & aliquando ex aristocratia. Et hoc est quod dicit in summa. Dicit ergo primò. Congruit autem, & id est, etiam hoc non latere, quales oportet secundum locum, id est, loci diuersitatem principatus, supple, esse & de multis curare, id est, de multis qualiter oportet curare, & qualium vbiq; vnum principatum esse dominum. Et dat exemplum, ibi, Puta boni ornatus, vtrum in foro quidem fori præfectum, supple, oportet esse dominum, alium autem in alio loco, supple, oportet esse dominum boni ornatus, sicut in festis & theatris, vbi homines procedunt ad spectaculum, vel vbiq; eundem, supple, oportet esse dominum. Et in hoc ponit aliam diuersitatem, vtrum scilicet illum bonum ornatum oportet differre secundum rem, vel secundum consuetudinem hominum, ibi, Et vtrum secundum rem oportet differre vel secundum homines. Dico autem, supple, exponendo, puta vnum boni ornatus, supple, esse principem, vel puerorum, id est, saltem puerorum, ita quod vel non notet diuisionem, sed diminutionem, id est, aliam autem & mulierum, scilicet oportet esse principem ornatus. Et ponit aliam differentiam quæ consideranda est in principibus, ibi, Et secundum politiam autem, supple, considerandum est, vtrum differt secundum vnamquamque politicam etiam genus principatum, vel nihil, supple, differt. Et dat exemplum, ibi, Puta in democratia, & oligarchia, & aristocratia & monarchia: hæc enim sunt quatuor politie secundum Platonem. Et inde, supple, querendum est, vtrum iidem sint quidem principatus domini, non ex æqualibus, supple, politis, neque ex similibus, supple, simpliciter, sed alij in aliis, supple, politis. Et dat exemplum, ibi, Puta in aristocratia iidem, supple, principes ex eruditissimis sumpti (& intelligit eruditos, doctos ad virtutem principari) in oligarchia autem ex diuitibus, in democratia verò ex liberis, supple,

sumpti sunt principes. Et hæc est vna pars quæstionis.

k Et inducit aliam, ibi, Aut existunt quidem quidam, supple, principes existentes secundum has differentias principatum, & supple, alij accepti non secundum has differentias. Deinde cum dicit, Est autem vbi conferunt, &c. disputat quæstionem ad vtramque partem, dicens. Est autem vbi conferunt iidem, in aliqua scilicet ciuitate: & vbi differunt, in alia scilicet ciuitate, propter hoc, hic quidem enim congruit magnos, supple, habere principes, hic autem, in alia scilicet ciuitate, esse paruos eosdem, scilicet principes. Non solum autem, supple, hoc est secundum diuersitatem ciuium, sed & id est, etiam singulares, scilicet personæ quidem sunt velut qui proconsulum, id est, de numero proconsulum, vnde proconsules sunt qui à latere Imperatoris mittebantur ad gubernationem prouinciarum: hic enim, scilicet principatus, non democraticus: quia tales non ex populo, sed ex magnis sumebantur. Consilium autem, supple, commune consiliarium, democraticum, supple, est: quia tales consilij ex populo eligebantur. Et tangit necessitatem huius principatus, ibi, Oportet quidem enim esse aliquid tale, principatus scilicet, cui cura erit populi. Et subdit ad quid, ibi, Præconscripti, id est, ad præconscriptandum, quatenus non vacans erit, supple, populus, sed vnusquisque ad proprium negotium dirigatur. Hoc autem, supple, quod tales sint proconsules, cum pauci numero sint, erit oligarchicum. Et vt melius exprimat, addit, ibi, Proconsules autem paucos necessarium esse multitudine: quare oligarchicum: quia politia oligarchica est paucorum. Et subdit vbi, ibi, Sed vbi ambo, scilicet proconsules & consilij, sunt iidem principatus. Et ponit rationem, ibi, Proconsules instituuntur super consiliarios: & idem ex magnis. Et ponit rationem diuersitatis politie, ibi, Consilij quidem enim democraticum, quia scilicet ex populo eligitur. Proconsul autem oligarchicum, quia scilicet eligitur ex magnis.

l Et ostendit necessitatem talis electionis, proconsulum scilicet, & consiliarium, ibi, Dissoluitur autem & consilij potentia in talibus democratia, in quibus ipse populus conueniens tractat de omnibus, sine scilicet proconsule: & hoc idem: quia non est, qui dominetur & ordinet consilium. Et subdit vbi hoc consuevit accidere, quando penuria aliqua fuerit, id est, pœna damni, vel merces conuocatis, vt scilicet venientes mercedem accipiant, & non venientes pœnam incurrant. Et subdit rationem, ibi, Vocantes, id est, vocati colliguntur sæpe, & omnia ipsi iudicant, sine proconsule scilicet: & idem potentia consilij dissoluitur.

Et subdit ponens principatum aristocraticum, ibi, Pueronomus, & mulieronomus, & si quis alius principatus dominus est talis curæ, aristocraticum, supple, est, democraticum autem non. Et causa est, quod pueri scilicet & mulieres gubernantur ad virtutem, & non ad libertatem: finis enim aristocratia est virtus, & democratia libertas. Et ostendit rationem, ibi, Quomodo enim possibile, supple, est, prohibere exire, supple, secundum libertatem, eas,

scilicet mulieres quæ egenorum? illæ enim propter necessitatem sæpè exeunt ad lasciviam: unde ex talibus meretrices fiunt, à mercede dictæ, quia prostituuntur pro mercede. Neque oligarchicum, supple, est talis principatus. Et ponit rationem, ibi, Deliciantur enim, supple, mulieres, quæ oligarchizantium, id est, diuitum & magnorum, supple, sunt: quia illæ in deliciis sunt, & ad virtutem ordinari non possunt: unde Proverb. 7. Mulier vaga & garrula, quietis impatiens, non valens in domo consistere pedi-

CAPVT XIII.

De magistratuum constitutione.

Circa institutiones autem principatuum, tentandum à principio pertransire.

a Sunt autem differentiæ in tribus terminis, quibus compositis necessarium omnes acceptos esse modos. Est autem trium horum vnum quidem qui sunt instituentes principatus, secundum autem ex quibus, reliquum autem quomodo.

c Vniuscuiusque autem horum trium sunt tres differentiæ: aut enim omnes ciues instituunt, aut quidam, aut ex omnibus, aut ex aliquibus determinatis, puta vel honorabilitate, vel genere, vel virtute, vel tali aliquo alio, sicut in Megaris ex condescendentibus & compugnantibus ad populum, & hoc electione aut sorte.

d Rursum hæc combinata. Dico autem hos quidem quidam, hos autem omnes, & hos quidem ex omnibus, hos autem ex aliquibus: & hos quidem electione, hos autem sorte. Horum autem vniuscuiusque differentiæ erunt modi quatuor: aut enim omnes ex omnibus electione, aut omnes ex omnibus sorte: & aut ex omnibus simul, aut diuisim, puta secundum tribus, & populos, & societates, donec utique pertranscat per omnes ciues: aut semper ex simul omnibus, & aut hoc quidem sic, aut autem illo modo.

e Rursum si quidam instituentes, aut ex omnibus electione, aut ex omnibus sorte: aut ex quibusdam electione, aut ex quibusdam sorte: aut hoc quidem sic, hoc autem illo modo. Dico autem hoc quidem ex omnibus electione, hoc autem sorte. Quare duodecim modi fiunt, exceptis duabus combinationibus.

f Harum autem duarum quidem institutiones demoticæ, secundum omnia ex omnibus electione, vel sorte fieri:

bus suis, nunc in plateis, nunc in angulis platearum. Et tales secundum Hieronymum proprie vocantur ganæ, & analogi earum vocantur nepotes. Unde patris nepos est filius filij. Nepos est luxuriosus. Unde Hieronymus super Oseam, in principio. Quid dicemus de Plotino Philosopho, quem inter ganæ & nepotes Socrates assumptum probatissimum Philosophum fecit? Postea ponit epilogum breuem de omnibus dictis in hoc cap. ibi, Sed de his quidem tantum dictum sit nunc, id est, ad propositum.

CAPVT XIII.

De constituendis autem magistratibus conandum est iam transgere.

Consistunt autem differentiæ in tribus definitionibus, quibus compositis, necesse est omnes modos esse comprehensos. Vnum ex tribus est, qui sint illi, qui magistratus constituent. Alterum, ex quibus constituentur. Tertium, per quem modum.

Cuiuscumque vero istorum sunt differentiæ tres. Aut enim ciues omnes constituunt, aut quidam: & vel ex omnibus, vel ex quibusdam determinatis, seu per censum, vel per genus, vel per virtutem, vel per aliud quiddam tale, quale apud Megareses, ex quibus una cum populo ad bella coniuncti redierunt, & hoc aut per electionem, aut per sortem.

Rursum autem hæc simul conduplicata. Dico autem hæc, seu quosdam aliqui, quosdam omnes: & quidam ex omnibus, & quidam ex quibusdam: & quidam electione, quidam sorte. Vniuscuiusque istorum differentiæ modi erunt quatuor: aut enim omnes ex omnibus per electionem, aut omnes ex omnibus per sortem. Et vel ex cunctis, vel quasi diuisim per tribus, & conuentus, & societates, quousque transcat per vniuersos ciues: aut semper ex omnibus, & partim sic, partim illo modo.

Rursum vero si pauci sunt illi qui constituent magistratus, aut ex omnibus per electionem, aut ex omnibus per sortem: aut ex quibusdam per electionem, aut ex quibusdam per sortem: vel partim isto modo, partim illo. Dico autem, quosdam ex omnibus per electionem, quosdam per sortem. Atque ita duodecim modi efficiuntur, seorsum duobus conduplicatis.

Horum autem duarum constitutiones sunt populares, hoc est, omnes ex omnibus electione, vel sorte: vel partim sorte, partim electione.

aut

aut ambarum hos quidem sorte, hos autem electione principatum.

g Non omnes autem simul quidem instituere ex simul omnibus, vel ex quibusdam, aut sorte, aut electione, aut amborum: aut hos quidem ex omnibus, hos autem ex quibusdam amborum (Dico autem amborum, hos quidem sorte, hos autem electione) politicum.

h Et quosdam ex omnibus, hos quidem electione instituere, hos sorte, aut amborum, hos quidem sorte, hos autem electione, oligarchicum, magis oligarchicum autem, quod ex ambo-

i Sed hos quidem ex omnibus, hos autem ex quibusdam, politicum aristocraticè, aut hos quidem electione, hos autem sorte.

k Quosdam autem ex quibusdam, oligarchicum, & quosdam ex quibusdam sorte, non factum autem similiter: & quosdam ex quibusdam amborum, quosdam autem ex similibus omnibus, non oligarchicum: ex quibusdam autem electione omnes, aristocraticum. Modi quidem igitur eorum, quæ circa principatus, tot numero sunt, & diuisi sunt secundum politias sic.

l Quæ autem quibus expediant, & quomodo oportet fieri institutiones simul cum potentis principatum quæ sunt, erit manifestum. Dico autem potentiam principatus velut eam quæ domina prouentuum, & dominam custodiæ: aliæ enim species potentiae velut ducatus exercitus, & dominæ eorum qui circa forum contractuum.

CAPVT XIII.

Hic in vltima parte quarti lib. agit de institutione principatum, & habet duas partes. In prima enim parte agit de institutione principatum. In secunda de iudicatio in prætoriis, ibi, *Reliquum autem dicere, &c.* Circa primum tria facit. Primum enim ostendit quot requiruntur ad hoc quod principes instituantur, ita quod nullus modus omitatur, quo possunt institui principes. Et dicit, quod tria sunt in hoc considerando, scilicet qui instituant, qui instituantur & quomodo. Secundò docet hos modos multiplicare per combinationem in duodecim, ibi, *Rursum si quidam instituentes, &c.* Tertio docet qui principatus, quibus expediant, & quomodo, ibi, *Quæ autem quibus expediant, &c.* Sententia primæ partis

At enim non omnes simul, sed ex omnibus constituere, vel ex quibusdam sorte, vel utroque modo: aut partim ex omnibus, partim ex quibusdam utroque modo (Dico autem utroque modo, partim sorte, partim electione) illius species est, quæ appellatur Respublica.

Quosdam vero ex omnibus constituere, partim electione, partim sorte, paucorum potentia est, multoque magis si ex ambo-

Sed quosdam ex omnibus, quosdam ex quibusdam, ciuile optimatum est, vel quosdam electione, quosdam sorte.

Quosdam vero ex quibusdam, paucorum potentia, etiam si per sortem fiat, vel non fiat: & quosdam ex quibusdam utroque modo: quosdam autem ex omnibus, & ex quibusdam omnes per electionem, optimatum. Modi igitur circa magistratus tot sunt, & distinguuntur ita secundum Rerumpub. formas.

Qui autem quibus conducant & quomodo constitutiones eorum faciendæ sint, una cum potestatibus magistratum, & qui sint, manifestum erit. Dico autem potestatem magistratus, seu circa redditus auctoritatem habere, & circa custodiam: aliæ enim potestatis species, quemadmodum circa bellum, & circa contractus forenses.

hæc est, scilicet quod primò tentandum est dicere de institutione principatum ad perfectionem istius tractatus. Et dicit, quod ad hoc sumendi sunt tres termini, scilicet qui instituant, ex quibus instituant, & tertium quomodo instituant: & quod horum trium terminorum quilibet habet tres differentiæ. Verbi gratia, qui instituant, vniuersaliter omnes, vel quidam: & si quidam, qui sunt illi, utrum scilicet sint honorabiles personæ, vel nobiles, vel virtute excellentes. Et iidem termini sunt ex quibus constituuntur, vel quomodo constituuntur: aut enim accipiuntur vel ex honorabilibus, vel nobilibus, vel excellentibus virtute. Et quodlibet istorum combinatur per duo: quia vel instituantur per electionem, vel per sortem: & hoc est totum quod continetur in prima parte. Dicit ergo primò: Circa institutiones autem principatum tentandum à principio pertransire.

fire. Et vocat principium illud, ex quo habetur constitutio principatum: & dicit pertransire, quia non requiritur hic subtilis inquisitio, vel proluxa: sed in transitu ista determinanda sunt.

b Et statim ponit principium à quo incipiendum est, ibi, Sunt autem differentie acceptationis, scilicet principatum, in tribus terminis, quibus compositis, scilicet per combinationes, necessarium, supple, est, omnes acceptos esse modos, scilicet constitutivos principatum. Et ponit tres terminos, ibi, Est autem trium horum, terminorum scilicet, vnum quidem, id est, primum, qui sunt instituentes principatus: secundum autem ex quibus, per illud enim scitur, qui instituantur: reliquum autem, id est, tertium quomodo.

c Et subdit qualiter vnusquisque eorum sunt tres differentie, ibi, Vnius cuiusque autem horum trium sunt tres differentie. Et ostendit quales, ibi, Aut enim ciues omnes instituunt, aut quidam: & si quidam, qui sunt illi. Et sic primus terminus habet tres differentias. Et ponit secundum, ibi, Et aut ex omnibus, supple, instituuntur principes indifferenter, aut ex aliquibus: & si ex aliquibus, determinatis scilicet, qui sunt illi, puta vel honorabilitate, supple, ciuitatis, vel genere, id est, generis nobilitate, vel virtute, sicut in aristocratiis scilicet ex virtute constituuntur. Et subdit generaliter, ibi, Vel tali aliquo alio, sicut scilicet potentia, vel diuitiis, sicut fit in oligarchiis. Et dat exemplum, ibi, Sicut in Megaris. Megara in Græco idem est quod eximium & magnam: vnde etiam vsque hodie in Græco Imperator vocatur Megaris. In illis ergo ex magnis constituuntur principes ex condescendentibus & compugnantibus ad populum: & vocantur condescendentes, qui in mansuetudine gubernant ciues: compugnantes autem, qui tempore belli pugnant pro ciuibus, sicut & Plato dicit duas facies habere militem, scilicet blandam ad ciues, & ferocem ad hostes. Omnes autem istos modos institutionis sub duobus modis ponit in genere, ibi, Et hoc aut electione, aut sorte. Et vocat electionem, quæ fit per communem consensum eligentium & consentientium in electione de se. Et vocat sortem, quæ fit per indagacionem dispositionis astrorum, quis scilicet idoneus sit ad electionem principatus, sicut dicit in regimine dominorum ad Alexandrum, quod omnia faciat de consilio periti astronomi. Hoc autem non imponit necessitatem, sicut dicit etiam Ptolemæus in quadripartito, sed inclinationem aliquam. Sors enim non potest accipi pro indagacione fortioria à volatu auium, vel garritu, vel ab extis animalium in sacrificiis Deorum, quod vocatur auspiciam. Quia licet modi illi tunc consueti fuerint idololatriis, tamen, vt dicit Ptolemæus in quadripartito, omnis Philosophus semper tales modos abhorruit: quia fallaces & mendaces sunt in pluribus.

d Et hos modos docet subdividere vterius, ibi, Rursum hæc combinata, &c. Et ponit exemplum. Dico autem hos quidem, principes scilicet, quidam, supple, eligant: hos autem, id est, alios, omnes, supple, eligant. Et hoc secun-

dum combinationem primi termini. Et ponit combinationem secundi, ibi, Et hos quidem electione, supple, ponant siue instituunt, hos autem, id est, alios, sorte. Et subdit, quod vnusquisque harum differentiarum erunt quatuor modi, ibi, Horum autem vnusquisque differentiarum erunt modi quatuor. Et dat exemplum, ibi, Aut enim omnes ex omnibus electione, aut omnes ex omnibus sorte, qui sunt modi duo. Et ponit alios duos, ibi, Et aut ex omnibus simul, vt vnus scilicet pro omnibus eligat, aut diuisim, vt singuli eligant. Et ponit diuisionis modos tres, ibi, Puta secundum tribus, vt scilicet contribules simul eligant: & populos, vt scilicet, qui sunt de vno populo siue communicatione populi, vnam habeant electionem: & societates, vt scilicet qui sunt de vna societate vnus artificij, vnam habeant electionem, donec vtrique pertranscat per omnes ciues, personas scilicet in ciuitate, electio omnium. Et adiungit adhuc duos modos quantum ad electos, ibi, Aut semper ex simul omnibus, eligant, supple, omnes principes. Et aut hoc quidem, scilicet electio, sic, supple, fiat, hoc autem, id est, alia, illo modo, id est, alio modo fiat. Et sic finita est prima pars huius capituli.

e Deinde cum dicit, Rursum si quidam instituentes, &c. docet hos modos multiplicare per combinationem. Et circa hæc duo facit. Primum enim ostendit qualiter multiplicatio modorum peruenit vsque ad duodecim, exceptis duabus combinationibus quæ sunt in singulis, scilicet sorte & electione. Secundum ostendit quid in his electionibus & combinationibus est democraticum, & quid politicum simpliciter, quid oligarchicum, quid aristocraticum, ibi, Harum autem duæ, &c. Et secundum has differentias diuiditur hæc pars secunda in quatuor partes. Et hoc est quod dicit in summa. Dicit ergo primum: Rursum si quidam instituentes, supple, sint, aut ex omnibus electione, aut ex omnibus sorte: aut ex quibusdam electione, aut ex quibusdam sorte: aut hoc quidem sorte sic, hoc autem illo modo. Et subdit explanans. Dico autem hoc quidem, principatum scilicet, ex omnibus electione, hoc autem sorte. Quare duodecim modi sunt, exceptis duabus combinationibus, quæ sunt scilicet electione vel sorte: & illæ duodecim iam enumeratæ sunt in antè habita parte: omnes enim eligentes multiplicantur secundum singulos, vel tribus, vel populos, & societates. Dicitur autem, quod tres termini sunt in electione, quorum quilibet multiplicatus in quatuor, facit duodecim.

f Secundum cum dicit, Harum autem duæ, &c. ostendit quid democraticum est in istis, dicens. Harum autem, supple, institutionum, duæ quidem institutiones democratiæ, supple, sunt: & dicit, quæ sunt illæ, ibi, Scilicet omnia ex omnibus electione, vel sorte fieri. Et hoc idem est: quia democratia respicit communiter populum, & est principatus populi. Aut ambarum hos quidem sorte, hos quidem electione principatum.

g Et subdit de aliis combinationibus, ibi, Non omnes autem simul quidem instituere ex simul omnibus,

omnibus, vel ex quibusdam, supple, diuitibus, aut sorte, aut electione, aut ambarum: aut hos quidem, eligentes scilicet & electos, ex omnibus: hos autem ex quibusdam ambarum, diuitum scilicet & communis populi. Et exponit subdens. Dico autem ambarum, hos quidem sorte, supple, institui, hos autem, id est, alios electione, institui, supple, politicum, supple, est de mixta politia ex oligarchia & democratia.

h Tertio cum dicit, Et quosdam ex omnibus, &c. ostendit quid in istis sit oligarchicum, dicens. Et quosdam ex omnibus, hos quidem, principatus scilicet, electione instituere, aut forte, aut ambarum: hos quidem sorte, hos autem electione, supple, institui, magis oligarchicum, supple, est: hoc enim respicit quosdam & non omnes: & oligarchia est principatus paucorum.

k Quarto cum dicit, Et quod ex amobus, &c. ostendit quid est in istis aristocraticum, & dicit. Et quod ex amobus, omnium scilicet & quorundam, hos quidem ex omnibus, supple, institui: hos autem ex quibusdam, politicum, supple, est de mixta politia, aristocraticæ, id est, ad modum aristocratiæ: aut hos quidem electione, hos autem sorte, supple, instituere, etiam est aristocraticum. Et hoc idem est: quia quidam ex quibusdam non eliguntur, nisi ex determinatione virtutis & honorabilitatis.

l Et subdit adhuc secundum eundem modum diuisionis, quid ad quam politiam pertinet, ibi, Quosdam autem ex quibusdam, oligarchicum, supple, est: quia est potestas paucorum. Et quosdam ex quibusdam sorte, supple, institui, oligarchicum: non factum autem similiter, id est, indifferenter de personis: & quosdam ex quibusdam, ambarum, omnium scilicet, vel quorundam: quosdam autem ex simul omnibus, non oligarchicum, supple, est: quia oli-

garchia respicit potestatem quorundam diuitum vel potentium. Ex quibusdam autem electione omnes, principatus scilicet constituere, aristocraticum, supple, est. Et huius ratio est: quia per electionem ex quibusdam instituuntur in circuitu, qui in eminentia virtutis conspiciuntur. Deinde vltimo ponit epilogum, ibi, Modi quidem igitur eorum, quæ circa principatus, tot numero sunt, & diuisi secundum politias sic.

m Deinde cum dicit, Quæ autem quibus expendant, &c. docet qui principatus, quibus, & quomodo expendant: quia enim in iam antè habitis determinatum est, pauca & breuiter dicit: quia in antè habitis eiusdem capituli istius quarti libri quod incipit, Quæ autem politia quibus, & qualiter, & qualibus expediat, sufficienter determinatum est de hoc. Dicit ergo primum. Quæ autem, politia scilicet, & quibus expediat, & quomodo oportet fieri institutiones, politiarum scilicet, cum potentis principatum quæ sunt, erit manifestum, in sequenti libro, vbi agetur de transmutatione & saluatione politiarum. Et quia dixit diuersas esse potentias principatum, exponit, ibi, Dico autem potentiam principatus velur eam, quæ domina prouentuum, supple, est. Constituebatur enim princeps, qui quemlibet defenderet in prouentibus suis: & illa potentia dicebatur domina prouentuum. Et dominam custodiam, quam potentiam habebat princeps, qui super ciuitatis custodes constituebatur, ne ciues ex improviso ab hostibus lædi possent. Alia enim species potentie, id est, diuersa, supple, est, in diuersis, supple, principatibus. Et dat exemplum, ibi, Velur ducatus exercitus, & domina, supple, est alia eorum, quæ circa forum contractuum, supple, est alia: quia scilicet diuersi principatus diuersas habent potentias, ordinantes ea, quæ committuntur eis.

CAPVT XIV.

De iudiciis, & quæ ratione in singulis creandi sunt rebus publicis.

Reliquum autem trium dicere, quod iudicium de prætoriiis. Sumendum autem & horum modos secundum eandem hypothesim. Est autem differentia prætoriorum in tribus terminis, ex quibus, & de quibus, & quomodo. Dico autem ex quibus quidem, vtrum ex omnibus, aut ex quibusdam. De quibus autem quot species prætoriorum. Quomodo autem, vtrum sorte, aut electione. Prius igitur diuidatur, quot species prætoriorum.

b Sunt autem numero octo. Vna quidem correctiua: alia autem, si quis iniuste læserit aliquid communium: alia quæcunque in politiam ferunt: quarta & principibus, & idiotis, quicunque de damnificationibus altercantur: quinta de propriis commutationibus & ha-

CAPVT XIV.

Reliquum ex tribus est, de iudiciis dicere. Capiendi verò sunt istorum modi per eandem viam. Est enim differentia iudiciorum in tribus terminis, ex quibus, & de quibus, & quomodo. Dico autem ex quibus, vtrum ex omnibus, vel ex quibusdam. De quibus quot species iudiciorum. Quomodo, vtrum per sortem, vel per electionem. Primum igitur distinguamus, quot sint iudiciorum species.

Sunt autem octo. Vnum, rationes repossere: alterum, si publicè quis, cui iniuriatus sit: aliud, quot ad statum ciuitatis pertinent: quartum, ex & magistratibus & priuatis hominibus, quacunque circa penas versantur: quintum, de priuatis contractibus, & habentibus ma-

bentibus magnitudinem. Et propter hoc, quod homicidiale, & quod peregrinum. Homicidiale quidem igitur species siue inter eosdem iudices, siue inter alios, sed de iis quæ ex præmeditatione, & de inuoluntariis, & quæcunque consententur quidem, altercantur autem de iusto. Quartum autem quæcunque fugientibus in descensu feruntur homicidia, velut Athenis dicitur, & quod in puteum compulsi iudex.

*Φρασις
δικαστηριον.*

Accidit autem talia in præfenti tempore pauca, & in magnis ciuitatibus. Peregrinalis autem, vnum quidem extraneis ad extraneos: aliud extraneis ad ipsos.

Adhuc autem præter omnia hæc de paruis commutationibus quæcunque punctualia, & quinque drachmarum, & paulo amplioris. Oportet enim & de iis fieri iudicium: non incidunt autem in iudicium multitudinem. Sed de iis quidem dimittatur, & de homicidialibus, & de peregrinalibus.

c De politicis autem dicamus, de quibus non factis bene seditiones fiunt & politicarum motus.

d Neceffe itaque, aut omnes de omnibus iudicare, diuisis electione, aut sorte: aut omnes de omnibus ij quidem sorte, ij autem electione: aut de quibusdam eisdem, hos quidem sorte, hos autem electione. Isti quidem igitur modi quatuor numero, tot autem & alteri qui secundum partem. Rursum enim ex quibusdam & iudicantes de omnibus electione, aut ex quibusdam de omnibus sorte: aut hoc quidem sorte, hoc autem electione: aut quædam prætoria de eisdem ex fortialibus & electis. Isti quidem igitur sicut dicti fuerunt modi dictis. Adhuc autem eadem combinata, dico autem puta, ij quidem ex omnibus, ij autem ex quibusdam, ij autem ex ambobus: velut si prætorij essent, ij quidem ex omnibus, ij autem ex quibusdam, & aut sorte, aut electione, aut ambobus. Quot quidem igitur contingit esse modis prætoria, dictum est.

e Horum autem prima quidem democratica, quæcunque ex omnibus, aut de omnibus. Secunda autem oligarchica, quæcunque ex quibusdam de omnibus. Tertia autem aristocratica & politica, quæcunque ij quidem ex omnibus, ij autem ex quibusdam.

gnitudinem. Ac præterea de homicidiis, & de peregrinis. Homicidij rursus species siue in ipsis iudiciis, siue in aliis, ex prouidentia fecerit, vel inuitus, & quocunque consententur quidem facta, sed de iure controuersiam facimus. Et quot pro homicidio exulantibus, circa reditum statuuntur, ut Athenis dicitur & in Phreatti iudicium. Contingunt autem talia & in omni tempore pauca, & in magnis ciuitatibus. De peregrinis autem una pars est, si peregrinus contra peregrinum agat: altera, si peregrinus contra ciuem. Est insuper ultra hæc omnia de paruis rebus cognitio, quæ drachmas quinque aut non excedant, aut parum. Oportet enim de his ius dici: nec incidit in iudiciorum multitudinem. Sed omittamus de his, & de homicidiis, & de peregrinis.

Dicamus autem de ciuilibus, in quibus, si non recte indicetur, seditiones gignuntur, ac Rerumpublicarum motus.

Neceffe est enim, vel omnes de omnibus supra dictis iudicare, electione vel sorte: vel omnes de omnibus, partim sorte, partim electione: vel de quibusdam eorum aliquos partim sorte, partim electione assumptos. Hi ergo modi sunt quatuor, totidem alteri, qui secundum partem. Rursum enim ex quibus, & qui iudicant de omnibus per sortem, vel partim sorte, partim electione, vel quædam iudicia ex eisdem, ex sortitis & electis. Isti ergo, ut dictum est, sunt modi in prædictis. Insuper eadem conduplicata, ut quædam ex omnibus, quædam ex quibusdam, quædam ex utrisque: ceu si eiusdem iudicij essent alij ex omnibus, alij ex quibusdam, & vel per sortem, vel per electionem, vel ex ambobus. Quot igitur modi iudiciorum esse possint, dictum est.

Horum autem prima, popularia sunt quæcunque ex omnibus, vel de omnibus. Secunda vero paucorum potentia, quæcunque ex quibusdam de omnibus. Tertia optimatum & ciuilia, quæcunque partim ex omnibus, partim ex quibusdam.

CAPVT

CAPVT XIV.

Dictum est enim in antè habitis, quod tria consideranda erant in isto ultimo tractatu, scilicet principatus diuisio, quod iam habitum est, & principatum institutio, & hoc etiam habitum est: & reliquum trium quod iudicatum est in prætorio, de quo oportet iam pertractare. Et diuiditur hæc pars in tres partes. In prima dat modum tractandi. In secunda distinguit octo prætoria, ibi, *Sunt autem numero octo*, &c. In tertia dicitur quot prætoria, ad quam politicam pertinent, ibi, *De politicis autem dicamus*, &c. Sententia primæ partis hæc est, quod reliquum est dicere quid iudicatum sit in prætoriis: & quod hoc determinandum est secundum eandem hypothesim, id est, posteriorem, qua alia duo præcedentia determinata sunt: & quod differentia prætoriorum est in tribus terminis, scilicet quod sumantur ex quibus sumendi sunt iudices prætorij, & de quibus, scilicet causis, & quomodo, vtrum scilicet forte vel eligendi sint. Dicit ergo primò. Reliquum autem trium dicere, supple, restat, quod iudicatum de prætoriis. Et dicit modum qualiter tractandum de eis, ibi, *Sumendum autem & horum modos, prætoriorum scilicet, secundum eandem hypothesim*. Et ponit modum, ibi, *Est autem differentia prætoriorum in tribus terminis (& enumerat terminos) ex quibus, scilicet iudicibus, & de quibus, scilicet causis, & quomodo, scilicet institutis iudicibus*. Et hoc est quod subdit explanando, ibi, *Dico autem ex quibus quidem, vtrum ex omnibus, aut ex quibusdam*. De quibus autem, quot species prætoriorum. Quomodo autem, vtrum sorte aut electione electis iudicibus. Inter hæc primò dicit species prætoriorum, ibi, *Primò igitur dicamus quot species prætoriorum*.

b Deinde cum dicit, *Sunt autem numero octo, &c.* distinguit octo prætoria, enumerando species prætoriorum: & dicit. *Sunt autem octo, scilicet species. Vna quidem, scilicet prima, correctiua, transgressionum scilicet: alia autem, supple, species secunda, si quis iniuste læserit aliquid communium: alia, scilicet tertia, quæcunque in politiam, id est, contra ciuilem communicationem, ferunt, id est, committunt aliquid. Quarta, species, supple, & principibus & idiotis, supple, communis, quæcunque de damnificationibus altercantur, quod scilicet alteri damnum vnus fecerit, siue princeps, siue idiota. Quinta, species scilicet de propriis commutationibus, quando scilicet vnus vendit alteri, quod emit ab altero. Et determinat hoc ad legem. Et hoc est. Et habentibus magnitudinem, ut scilicet si decipiat eum ultra dimidium iusti pretij: tunc enim vocatur ad iudicem. Et præter hoc, scilicet est sextum, quod homicidiale, & quod peregrinum, id est, si compellit eum peregrinari in exilium. Et quia homicidium potest fieri multis modis: aliquando enim est incertum & casuale, sicut dicit Dominus Deuteronom. 19. Si duo iuerint in syluam ad secunda ligna, & vno secante, euaserit ferrum de manibus, & interfecerit alium, in cuius mortem nihil iste machinatus fuerat: ille*

D. Albert. Mag. Politic.

enim non est reus homicidij. Et propter hoc determinat subdens, ibi, *Homicidiales quidem igitur species, siue inter eosdem iudices, siue inter alios, agatur scilicet (hoc ideo dicit: quia aliquando interfector est de foro vnus iudicis, & interfector de foro alterius) sed, supple, prætorium est de iis, homicidiis scilicet, quæ ex præmeditatione, supple, fiunt, quando vnus scilicet machinatus est in mortem alterius: & de inuoluntariis, id est, homicidiis quæ inuoluntaria sunt, & casualia: & quæcunque, scilicet homicidia consententur, actor scilicet & læsus, altercantur autem de iusto: dicit enim læsus se iniuste esse læsum: alter autem dicit, quod iuste læserit: sicut si vim vi repellendo cum moderamine inculpatæ tutelæ occiderit: hoc enim omni homini licet, & est de iure naturali. Et quia tria genera homicidij computauit, addit quartum, ibi, *Quartum autem, supple, genus homicidij est, quæcunque, scilicet homicidia, fugientibus de carcere communi in descensu feruntur homicidia, & dicuntur fieri homicidia*. Et dat exemplum, ibi, *Velut Athenis dicitur, quod in puteum compulsi iudex quosdam, supple, descendere, qui ibi mortui sunt*. Et est simile quod adhuc fit, quod quidam in duris carceribus occiduntur. Accidit autem talia in præfenti tempore pauca, supple, esse, & in magnis ciuitatibus. Et causa huius potest esse, quod homines modo sunt mansuetiores & ciuiliores quam antiquitus, & in magnis ciuitatibus maiores quam in partibus. Hæc igitur sunt septem prætoria. Et addit octauum de peregrinali: & diuidit hoc in duo. Ponit ergo primò peregrinale, ibi, *Peregrinalis autem, prætorij, supple, vnum quidem, est, supple, extraneis ad extraneos, quando scilicet vnus extraneus cogit exulare alium extraneum. Aliud, supple, peregrinale, extraneis ad ipsos, scilicet ciues, quando scilicet extraneus ciuem vel ciuis extraneum compellit exulare*. Ista ergo sunt octo prætoria. Et patet, quod sumitur numerus eorum secundum numerum causarum magnarum, in quibus appellatur ad prætorem. Secundò ponit nonum paruam adiunctum omnibus his, ibi, *Adhuc autem præter omnia hæc de paruis commutationibus, supple, est prætorium*. Et ponit exemplum, ibi, *Quæcunque punctualia, id est, secundum pauca momenta statæræ decipit alium, & quinque drachmarum, & paulo amplioris ponderis, scilicet decipit alium*. Et ponit rationem, ibi, *Oportet enim, & id est, etiam de his fieri iudicium*. Sicut enim in 5. Ethic. dicitur, de omni inæquali damni & lucri recurrunt ad iudicem tanquam ad iustum animatum: non incidunt autem, supple, altercantes de paruis commutationibus, in iudicium multitudinem: quia inferior potest sufficienter sententiarum: & non oportet, quod à sententia lata per eum, ad superiorem appelletur. Postea subdit, quod in præfenti fati dictum est de istis, ibi, *Sed de his quidem dimittatur, & de homicidialibus, & de peregrinalibus, supple, etiam dimittatur*.*

c Deinde cum dicit, *De politicis autem dicamus, &c.* ostendit quid de istis, ad quam politicam pertinent, scilicet quid ad democraticam, quid ad oligarchiam, & quid ad aristocraticam.

Z

Et

Et facit combinationes omnium eodem modo, quo prius, scilicet quod vel omnes de omnibus iudicant, & hoc sorte, vel electione instituti: vel omnes de quibusdam, vel quidam de quibusdam, & hoc de eisdem, vel diuersis: & vtrumque ex electione scilicet, vel sorte. Dicit ergo primò, De politis autem dicamus, de quibus non factis bene, seditiones fiunt & politiarum motus, id est, transmutationes.

d Et ponit diuisiones in combinatione sicut prius, ibi, Necessè itaque aut omnes de omnibus iudicare, diuisis, supple, quantum ad modum institutionis, electione, aut sorte, aut omnes de omnibus, ij quidem sorte, ij autem electione: & hoc fit quando sorte constituti iudicant quædam, & electi per consensum iudicant alia. Et ponit aliam diuisionem, ibi, Aut de quibusdam eisdem, supple, iudiciis, hos quidem sorte, supple, contingit iudicare, hos autem electos. Et idè hoc dicit: quia in eadem causa sæpè iudicum verba variantur. Et subdit generaliter modos, qui circa istam partem dicti sunt, ibi, Isti quidem igitur modi quatuor numero, supple, sunt, tot autem & alteri qui secundum partem, quatuor scilicet. Et enumerat etiam istos modos, ibi, Rursum enim ex quibusdam, non omnibus scilicet, & iudicantes de omnibus, causis scilicet, electione, aut ex quibusdam de omnibus sorte: aut hoc quidem sorte, hoc autem electione: aut quæ prætoria de iisdem, causis scilicet iudicant, ex fortialibus & electis. Et subdit generaliter, ibi, Isti quidem igitur

sicut dicti fuerunt, supple, tot, modi dictis. Adhuc autem eadem combinata: quatuor enim sunt, quando omnes de omnibus, aut omnes de quibusdam, & semper ad quælibet, vel sorte, vel electione. Et hoc est quod sequitur, ibi, Dico autem puta, ij quidem ex omnibus, ij autem ex quibusdam, ij autem ex ambobus. Et dat exemplum, ibi, Velut si prætorij essent, supple, iudices, ij quidem ex omnibus, ij autem ex quibusdam, & aut sorte, aut electione, aut ambobus, sorte scilicet & electione. Deinde cum dicit, Quot quidem igitur contingit, &c. subiungit epilogum, dicens, Quot quidem igitur contingit esse modis prætoria, dictum est.

e Et ponit breuem adaptationem ad politias. Horum autem, prætoriorum scilicet, prima quidem demorica, id est, democratica: & est ibi figura. Et dicit quæ, ibi, Quæcumque ex omnibus & de omnibus, illa scilicet communiter respiciunt principatum populi. Secunda autem, prætoria scilicet, oligarchica. Et dicit quæ, ibi, Quæcumque ex quibusdam de omnibus. Et in talibus est respectus ad quasdam personas eximias potentia vel diuitiis. Tertia autem, prætoria scilicet, aristocratica & politica, simul scilicet. Et dicit quæ sint illa, ibi, Quæcumque ij quidem ex omnibus, supple, iudicant, & quantum ad hoc est politicum: ij autem ex quibusdam, & quantum ad hoc est aristocraticum: quia illa fiunt ex potentia quorundam virtuosorum. Et in hoc terminatur sententia quarti libri.



ARISTOTELIS POLITICORVM LIBER QVINTVS,

Cum Beati Alberti Magni præclarissimis Commentariis.

CAPVT I.

*De causis
mutationū
Rerump. &
quæ hic
considerā-
a.*

DE aliis quidem igitur, quæ prælegimus, ferè dictum est de omnibus: ex quibus autem transmutantur politia, & ex quot, & ex qualibus, & quæ sint vnus cuiusque politia correctiones, & ex qualibus ad quales maximè referuntur: adhuc autem saluationes quæ sint vnus cuiusque & communiter & sigillatim: adhuc autem per quæ vtrique maximè saluatur politiarum vnaquæque, considerandum consequenter.

b Oportet autem primo suscipere principium, quia multæ factæ sunt politia, omnibus quidem consentibus quod iustum, & quod secundum proportionem æquale: adhuc autem peccantibus, sicut dictum est & prius. Demos quidem enim factus est ex eo quod est æquales in quocunque existentes, putare simpliciter esse. Quia enim liberi similiter omnes simpliciter æquales esse putant.

c Oligarchia autem ex eo quod est inæquales in quocunque existentes, existimare totaliter esse inæquales. Secundum substantiam enim inæquales, simpliciter inæquales existimant esse. Deinde quidem ij tanquam æquales existentes, omnibus æqualibus volunt participare: ij autem tanquam inæquales existentes, supergredi quærunt: quod enim plus, inæquale. Habent quidem igitur politia omnes aliquid iustum, vitia autem sunt simpliciter. Et propter hanc causam, quando non secundum existimationem, quam fortè vtrique habent, participant politia, seditiones faciunt.

D. Alb. Mag. Politic.

CAPVT I.

DE aliis quidem omnibus, de quibus dicere proposuimus, ferè dictum est: ex quibus autem mutantur Respublica, & quot ea sint, & qualia, & quænam sint singularum Rerumpublicarum corruptiones & labe, & ex qualibus in quales maximè mutantur: præterea, quæ remedia generaliter & specialiter cuiusque, & per quæ maximè conseruari possit vnaquæque Respublica, considerandum deinceps erit.

Oportet autem prius illud principium assumere, quod plures sunt forma Respublica, & in his consentitur quidem omnes iustitiam, & conuenientem equitatem: sed aberrant ab ea, ut est antè dictum. Nam populus constat ex his, qui cum sint secundum quid pares, putant se simpliciter pares.

Paucorum verò potentia ex his, qui cum præstene aliquare, se in cunctis præstare arbitrantur. Opibus enim superantes, simpliciter existimant se superare. Deinde verò illi quasi pares existentes, in cunctis dignum putant se parem porttionem habere. Hi autem quasi superiores sint, maiora sibi competere arbitrantur. Maius enim inæquale. Habent vero omnes aliquid iustum, sed simpliciter aberrant. Et ob eam causam, quando non pro opinione sua vtrique reportent de Respublica, seditiones concitant.

Z 2 d Om

d Omnium autem iustissimæ quidem utique seditiones facerent, minime autem hoc agunt, qui secundum virtutem differunt. Maximè enim rationabile inæquales simpliciter esse hos solū.

e Sunt autem quidam, qui secundum genus excellentes, non dignificant æqualibus seipos propter inæqualitatem hanc. Nobiles enim esse videntur, quibus existunt progenitorum virtus & diuitiæ. Principia quidem igitur, ut est dicere, hæc & fontes seditionum sunt, unde seditiones mouent.

f Propter quod & transmutationes fiunt dupliciter. Quandoque quidem enim ad politiam, ut ex instituta aliam constituant, velut ex democratia oligarchiam, aut democratiam ex oligarchia, aut politiam & aristocratiam ex iis, aut has ex illis. Quandoque autem neque ad constitutam politiam, sed institutionem quidem eligunt eandem, per ipsos autem esse volunt hanc, velut oligarchiam & monarchiam.

g Adhuc de eo quod est magis & minus velut oligarchiam existentem ad magis oligarchizari vel ad minus: aut democratiam existentem, ad magis democratizari, vel ad minus. Similiter etiam & in reliquis politiis, ut aut intendantur, aut remittantur.

h Adhuc ad partem aliquam politia mouere, puta principatum aliquem instituire, vel destruire, sicut in Lacedæmonia aiunt quidem Lysandrum conatum fuisse dissoluere regnum: & Pausaniam regem, Ephoriam: & in Epidamno autem transmutata fuit politia secundum partem, pro Philarchis enim consilium fecerunt. Apud Ælienses autem in prætorio eorum necesse est adhuc qui in politeumate, ire principatus, cum eligitur aliquis principatus. Oligarchicum autem & princeps vnus in hac politia.

i Vbique enim propter inæquale seditio, non solum inæqualibus existit proportionale. Perpetuum enim regnum inæquale, si sit in æqualibus: totaliter enim æquale quærentes, seditiones faciunt.

k Est enim duplex quod æquale: hoc quidem enim numero, hoc autem secundum dignitatem est. Dico autem numero quidem, multitudine, aut magnitudine idem: & æquale secundum dignitatem autem, quod ratione, ut puta excedunt secundum numerum

Omnium vero iustissime hoc facerent, qui virtute præcellunt, qui tamen minime omnium id faciunt. Nam hi simpliciter rationabile est, ut soli præferantur.

Sunt autem quidam, qui præstantes genere, plus habere se dignos putant. Videntur nobiles esse illi, quorum maiorum virtute & diuitiis præditi fuerunt. Hinc principia & fontes, ut ita dixerim, seditionum oriuntur.

Quapropter & mutationes merito fiunt, quandoque ex presenti statu ad alium, seu ex populari gubernatione ad paucorum potentiam, vel ad popularem ex paucis, vel ad Republicanam & optimatam ex illis, vel ad illas ex istis. Quandoque presentem gubernandi formam non querunt mutare, sed in ea permanentes, pro se illam suscipiunt, ut paucorum potentiam, vel monarchiam.

Insuper circa magis & minus, seu vel paucorum potentiam existentem, magis extendere, vel coercere: vel popularem statum ampliare, vel restringere. Eodemque modo de aliis speciebus ampliandis, vel restringendis.

Vel in aliqua parte Reipublica mouenda, seu magistratum quendam de nouo inducere, vel remouere, ut apud Lacedæmonios ferunt Lysandrum tenuisse regiam potestatem tollere: & Pausaniam regem, Ephoros: & Epidamni mutata est Reipublica in parte, cum pro tribuum præfectis senatores creauerunt. Apud Ælienses vero necessarium est illorum etiam qui versantur in Repub. dignitates inuadere, quando creatur magistratus aliquis. Paucorum autem potentia erat in hac Republica, quod vnus solus ad magistratum sumebatur.

Vbique enim propter inæqualitatem oritur seditio, disparibus tamen non existit proportio. Perpetua enim potestas regia iniqua foret, si esset in paribus: omnino enim quærentes æquum, in seditiones incidunt.

At enim duplex est æquum: vnus numero, alterum dignitate. Numero quidem, seu multitudine, ac magnitudine, idem & æquum. Dignitate autem dico id quod est secundum rationem, seu tria excedunt duo, secundum æqualem numerum, & hoc vnus. Dico autem quatuor excedunt æquali

æquali, tria duo, & hoc vnus: ratione autem quatuor duo & hoc vnus: æqualis enim pars duo ipsorum quatuor, & vnus duorum: ambo enim dimidium.

l Contententes autem simpliciter esse iustum, quod secundum dignitatem, differunt, sicut dictum est prius: ij quidem, quia si secundum aliquid æquales sint, æquales totaliter esse putant: ij autem, quia secundum aliquid inæquales, omnibus inæqualibus dignificant seipos.

m Propter quod & maximè duæ fiunt politia, demos & oligarchia. Nobilitas enim & virtus in paucis, hæc autem in pluribus. Nobiles enim & boni nusquam centum, egei autem in multis locis.

n Simpliciter autem omnino secundum vtrambilibet æqualitatem ordinatum esse, prauum. Manifestum autem ex eo quod accidit: nulla enim ex talibus politiis mansua manifesta est. Huius autem causa: quia impossibile à primo, & eo quod in principio vitiatum, non occurrere in finem malum aliquod. Propter quod oportet hoc quidem arithmetica æqualitate vti, hoc autem ea quæ secundum dignitatem.

o Attamen securior magis & minus seditiosa democratia quam oligarchia. In oligarchiis quidem enim fiunt duæ, quæ ad inuicem seditio, & adhuc quæ ad populum. In democratiis autem, quæ ad oligarchiam solum: ipsi autem populo ad seipsum, quod & dignum dicere, non fit seditio.

p Adhuc autem quæ ex mediis politiis propinquior populo, quam quæ paucorum, quæ quidem est securissima talium politiarum.

CAPVT I.

a IN hoc autem quinto lib. intendit Aristoteles de transmutationibus & corrigentibus & saluantibus politiis. Et idè diuiditur in tres partes. In quarum prima transmutantia politiis. In secunda ponit accidentia politiarum, ibi, *Secundum vnamquamque enim speciem politia, &c.* In tertia determinat de saluatione politiarum, ibi, *De saluatione autem communiter & sigillatim, &c.* Prima harum partium habet duo capitula, in quorum primo determinat quæ sit causa transmutationis. In secundo ex quibus fiunt seditiones per quas politiis transmutantur, ibi,

D. Alb. Mag. Politic.

dere duo, & in hoc vno: æqua enim pars duo ex quatuor, & vnus ex duobus: ambo enim medietates.

Fidentes autem simpliciter esse iustum id, quod est secundum dignitatem, contentunt, ut prius dictum est: alij, quia si in aliquo sint pares, se penitus pares existimant: alij, quia si in aliquo præstant, in cunctis se superare arbitrantur.

Quamobrem duæ præcipue fiunt gubernandi forma, populus scilicet & paucorum potentia. Nobilitatem enim ac virtutem in verbis quidem omnes fere usurpant. At enim qui reuera nobiles, ac boni sunt, nusquam centum reperiuntur: diuites autem multis in locis.

Simpliciter vero omnino secundum alterutra statuere æqualitatem, improbum est. Patet autem ex eo quod contingit: nulla enim huiusmodi Reipublicarum recipit stabilitatem. Causa vero huius, quia impossibile est ex primo errore in principio commisso, non euenire ad extremum aliquid mali. Quare opus est partim arithmetica æquitate vti, partim ea qua est secundum dignitatem.

Veruntamen tutior est ac minus seditioni subiacet popularis gubernatio, quam paucorum. Nam in paucorum gubernatione duæ gignuntur seditiones: vna inter seipos, alia ad populum. In gubernationibus autem populi vna tantum seditio fit ad paucorum potentiam: ipsi vero inter se, quod quidem nigrum dictu fit, non accidit seditio populi.

Insuper mediocrium hominum gubernatio propinquior est populari gubernationi, quam illi qua paucorum, quæ quidem est magis tuta, quam aliqua huiusmodi Reipublicarum.

Quoniam autem consideramus, &c. Adhuc hoc capitulum diuiditur in duas partes, in quarum prima determinat quæ sit causa transmutationis politiarum in communi. In secunda quæ sit causa transmutationis principatus, ibi, *Adhuc ad partem aliquam politia, &c.* Circa primum tria facit. Primum enim ostendit quale iustum est in democratia, circa quod peccatur, ex quo politia transmutatur. Secundum ostendit unde oligarchia transmutatur, ibi, *Oligarchia autem ex eo, &c.* Tertium ostendit, quod aristocratia quæ maximè habet causam seditionis ex inæquali, minimè hoc agit, ibi, *Omnium autem iustissime quidem, &c.* Sententia primæ partis est hæc, quod primum dicit quid considerandum,

& quid inquirendum sit in toto isto libro 5. Secundo docet quid consideratur specialiter in democratia, & dicit esse æquale secundum libertatem: & quando contendunt de hoc, transmutatur politia. Dicit ergo primo. De aliis quidem igitur quæ prælegimus, quantum scilicet ad species politiarum & partes, ferè dictum est de omnibus. Et ponit statim de quibus numerandum est quantum ad proprias passiones politiarum, ibi, Ex quibus autem transmutantur politia, & quot, & ex qualibus, & quæ sint vniuersusque politia corruptiones, & ex qualibus ad quales maximè transferuntur: adhuc autem saluationes quæ sint vniuersusque & sigillatim: adhuc autem per quæ vtiq; maximè saluabitur politiarum vnaquæque, considerandum consequenter dicitis. Penes ista quæ hic enumerat, est accepta diuisio in principio istius quinti lib. postea.

b Sicut autem in præhabitis sæpè dictum est, ista tractare impossibile est, nisi à principio conuenienti. Et huius causa est: quia modus omnium scientiarum & finis est scire, qui non potest saluari in hac scientia: quia finis istius est operari & non scire, sicut in primo de anima dicit, quod practica demonstrationes stant ad opus, scibiles autem ad causam. A tali ergo principio inchoans tractatum, dicit, quod multæ factæ sunt politia, vt in quarto lib. habitum est: sed in hoc conueniunt, quod omnes consistunt aliquod iustum: & hoc iustum consistit in eo quod secundum proportionem æquale est, contra quod peccantes, in politia peccant. Et ostendit quid sit illud iustum in democratia, dicens, quod æquale secundum libertatem est iustum quod attenditur in democratia: & peccatum quod fit in democratia, est putare, quod æquales secundum libertatem in omnibus debeant esse æquales. Dicit ergo primo, à quo principio est inchoandum, ibi, Oportet autem primo suscipere principium, supple, conueniens, à quo procedamus. Et ponit illud principium, ibi, Quia multæ factæ sunt politia, omnibus quidem, supple, politis, consistentibus quod iustum hoc, supple, est aliquod iustum. Et determinat quid sit illud iustum, ibi, Et quod secundum proportionem æquale. Et debet intelligi æquale secundum proportionem in democratia, æquale secundum medietatem proportionis arithmetica, quod est æquale rei: & peccare in politia, est peccare contra hoc æquale. Et hoc est quod dicit, ibi, Demos enim quidem factus est, id est, democratia, ex eo quod est æquales in quocumque existentes, sicut scilicet in libertate, putare simpliciter æquales esse. Et ostendit rationem, ibi, Quia enim liberi similiter omnes simpliciter æquales esse putant: democratici enim in ciuitate omnes liberi sunt, sicut sæpius habitum est: quia ex seruis non potest esse ciuitas, cum seruis in nullo sufficiat sibi: ciuitas autem in omnibus sit sibi sufficiens. Peccatum autem est quando similes in libertate, simpliciter æquales se esse putant. Et hoc non est verum: quia ex aliis conditionibus & fortunis inæquales esse possunt: & ex his inæqualiū digni sunt. Et sic finita est prima pars primæ partis.

Deinde cum dicit, Oligarchia autem ex

eo, &c. ostendit vnde oligarchia transmutatur, & vnde oritur peccatum transmutans eam: quia enim inæquales sunt in aliquo, sicut scilicet secundum substantiam, in qua diuites, egenis inæquales, putant & male, quod in omnibus commutandis & distribuendis debeant esse inæquales: & ex hoc oritur seditio dissolvens politiam. Dicit ergo primo, vnde oligarchia facta est. Oligarchia autem, supple, fit, ex eo quod est inæquales in quocumque existentes, existimare totaliter inæquales, supple, debere esse. Et dat exemplum, ibi, Secundum substantiam enim inæquales, id est, secundum diuitias existentes, simpliciter inæquales existimant esse, & hoc non est. Et hoc est quod addit, quod ex hoc oritur contentio, ibi, Deinde ij quidem, egeni, supple, tanquam æquales existentes, in libertate scilicet, in qua omnes ciues sunt æquales, omnibus æqualibus volunt participare, scilicet & in commutandis & in distribuendis: ij autem, id est, diuites tanquam inæquales existentes, in diuitis scilicet, supergredi quærunt. Et subiungit generaliter, ibi, Quod enim plus, scilicet habet vnus super alium, inæquale, id est, hoc facit inæquales esse ciues. Et ex his concludit, ibi, Habent quidem igitur politia omnes aliquid iustum. Et hoc est, sicut dicit in 5. Ethic. iustum quod accipitur secundum æquale medietatis arithmetica, non secundum æquale geometrica. Et ostendit de vitiatas vnde oritur contentio, ibi, Vitiatas autem sunt simpliciter. Et, id est, etiam propter hanc causam. Et ostendit modum, ibi, Quando enim secundum æstimationem, quam fortè habent de seipsis vtiq; participant politia, id est, in politia distribuendis & commutandis, seditioes faciunt. Vult enim magnus plus habere in lucro, & minus in damno: & contra hoc contendit alius æqualis sibi in libertate secundum democraticum principium: & ex tali contentione dissoluitur politia.

d Deinde cum dicit, Omnium autem iustissimè, &c. ostendit, quod aristocratia quæ videtur habere causam seditiois, minimè hoc agit. Et dicit, quod nulli ita iuste contenderent de inæqualitate sicut virtuosus, & tamen minimè contendunt. Et huius causam dicit esse: quia virtus maximè est secundum rationem: & idè licet inæquales sint aliis, tamen vitant contentiones, propter mala sequentia. Dicit ergo primo. Omnium autem iustissimè quidem vtiq; seditioes facerent, minimè autem agunt, qui secundum virtutem differunt, in aristocratia scilicet. Et ponit rationem, ibi, Maximè enim rationale, supple, est, inæquales simpliciter hos esse solum, virtuosos scilicet. Et rationem dicit Seneca: quia scilicet virtus sola est, quæ confert magnitudinem dignitatis.

e Et ratione istius subdit de his conferentibus magnitudinem, ibi, Sunt autem quidam qui secundum genus excellentes, non dignificant æqualibus seipsos propter inæqualitatem hanc: videtur enim eis, quod maioribus digni sint quam alij. Vnde dicit, Nobiles enim esse videntur, quibus existunt progenitorum virtus & diuitia: & propter virtutem progenitorum, quam tamen non habent, dixit Aristoteles in primo libro huius scientia, quod tales nobiles sunt.

sunt domi & non vbique. Propter diuitias dicit Seneca, quod nobilitas non est nisi antiqua diuitia. Et ex his concludit, ibi, Principia quidem igitur, vt est dicere, hæc, supple, in vniuersali (& intelligit de principis politiarum) & fontes seditiois sunt, supple, & hæc sunt principia, vnde seditioes mouentur.

f Ex his elicit, quod seditioes sunt causæ transmutationis politiarum: & quia duplex dicitur mutatio politiarum, oritur ex illis duplex seditio: quia aliquando transmutatur politia vna ad aliam ab antiquis tamen constitutam: aliquando ad nouam quam ipsi contendentes inter se constituunt. Et hoc est quod dicit, ibi, Propter quod & transmutationes sunt dupliciter. Quandoque quidem enim ad politiam, supple, prius constitutam, vt ex instituta aliam constituunt. Et dat exemplum, ibi, Velut ex democratia oligarchiam, aut è conuerso ex oligarchia democratiam aut politiam, quæ supra dicta est mixta ex oligarchia & democratia, aut aristocratiam ex his, aut has ex illis, è conuerso scilicet. Quandoque autem, supple, transmutantur neque ad constitutam politiam, ab antiquis scilicet, sed institutionem quidem eligunt eandem, id est, in communi. Et ponit causam, ibi, Per ipsos autem esse volunt, id est, per seipsos hanc, scilicet politiam institutam esse volunt. Et dat exemplum, ibi, Velut oligarchiam, & monarchiam, quæ est Regnum.

g Et subdit, quod aliquando miscnt duas in vnam, ibi, Adhuc de eo quod est magis & minus: quia commiscnt duas: tamen magis volunt habere de vna quam de alia. Et hoc ostendit, ibi, Velut autem oligarchiam existentem ad magis oligarchizari, vel ad minus: aut democratiam existentem ad magis, supple, volunt, democratizari, vel ad minus. Similiter autem in reliquis politis, ad quas scilicet transmutantur, vt aut intenduntur, ad magis scilicet, aut remittantur, ad minus scilicet.

h Deinde cum dicit, Adhuc ad partem aliquam, &c. ostendit, quod aliquando mouentur principatus de vno principatu ad alterum. Et circa hoc duo facit. Primo enim ostendit quomodo mouentur principatus de vno in alium. Secundo ponit causam, ibi, Est enim duplex quod æquale, &c. In prima parte dicit tria. Primum est, qualiter mouentur diuersi principatus. Et dat exemplum in Lacedæmonia, vbi Lyfander conatus fuit dissoluere regnum, & Pausanias Rex conatus fuit dissoluere ephoriam, & in Epidamno transmutata fuit politia secundum partem principatus pro philarchis, id est, principatum ambientibus & amantibus. In prætorio autem necesse est adhuc per eos qui politeumate, id est, in politia dominio, mutari principatum de vno in alium. Et subiungit generaliter causam: quia scilicet æquale quærentes, seditioes faciunt in omni politia. Et hæc est sententia primæ partis in summa. Dicit ergo primo. Adhuc autem ad partem aliquam politia mouere, supple, contingit politiam, puta principatum aliquem instituere vel destruere. Et dat exemplum, ibi, Sicut in Lacedæmonia aiunt quidam Lyfandrum qui se eleuauit contra Regem, conatum fuisse dissoluere regnum. Et aliud exemplum dat, ibi, Et Pausaniam regem,

qui successit Lyfandro, supple, conatum fuisse dissoluere ephoriam. Ephoria est (sicut dictum est) principatus procuratorum negotiorum communium. Et in Epidamno, quæ est ciuitas Græcia, transmutata fuit politia secundum partem. Et ostendit in quo, ibi, Pro philarchis enim, id est, amantibus principatus, consilium fecerunt, id est, consules elegerunt. Et ratio fuit: quia philarchæ ambiciosi fuerunt amantes principatum, propter quod populum oppresserunt. Consules autem sapientes, sub quibus populus in pace & quiete vivebat. In prætorio autem eorum, Epidamnorum scilicet, necesse est adhuc qui in politeumate, id est, in dominio politia, supple, sunt, ire principatus per successionem scilicet, cum eligitur aliquis princeps. Et ostendit de qua politia sint hæc, ibi, Oligarchicum autem & princeps vnus in hac politia, Epidamnorum scilicet. Et sic patet, quod in multis locis mutantur principatus, pars politia.

i Et subiungit generalem causam, ibi, Vbiq; enim propter inæquale seditio, supple, fit. Et ratio est: quia si æquales inæqualia accipiant, statim compugnant. Et subiungit rationem, ibi, Non solum in æqualibus proportionale existit, sed etiam, supple, existit proportionale in iis quæ sunt inæqualia. Et dat exemplum, ibi, Perpetuum enim regnum (quia regnum est principatus ad vitam vel successionem generis in filios & nepotes) inæquale si fit, id est, quamuis sit, in æqualibus, supple, contingit: quia pauperes non sufficientes sibi, non sunt apri regno. Et subiungit rationem, ibi, Totaliter enim æquale quærentes, seditioes faciunt. Et vocat totaliter æquale secundum arithmetica medietatem: hoc enim quærentes secundum dignitatem inæquales, statim faciunt seditioes.

k Deinde cum dicit, Est autem duplex quod æquale, &c. gratia huius quod dictum est immediate, distinguit æquale per omnem modum, sicut in 5. Ethic. & ex hoc infert causam seditiois. Dicit ergo. Est autem duplex quod æquale: hoc quidem numero est æquale, sicut duo & duo, quatuor & quatuor: hoc autem secundum dignitatem, supple, est æquale. In commutationibus oportet attendi æquale numero, vt scilicet tantum pro tanto commutetur in distribuendis autem oportet attendi æquale secundum dignitatem, vt scilicet principi distribuatur quantum dignum est, & militi secundum dignitatem suam, & sic de aliis. Et explanat vtrumque æquale, sicut fecit in 5. Ethic. ibi, Dico autem numero quidem, scilicet æquale, multitudine, aut magnitudine idem. Et dicit, multitudine, propter numerum pretij: magnitudine autem, propter magnitudinem valoris & ponderis: hoc enim attenditur in commutandis quod est mensura commutabilium, vt dicit in 5. Ethic. Et exponit æquale secundum dignitatem. Et æquale secundum dignitatem, supple, dicitur æquale, quod ratione, id est, quod proportione geometrica æquale, in æqua proportione: aliud autem proportionale principi, & aliud est militi. Per omnem eandem modum sicut Theologi distinguunt necessarium personæ & necessarium homini. Multo enim maius est necessarium principi quam militi, & Episcopo quam Sacerdoti. Et exponit vtrumque, sicut

in Ethic. per exempla, ibi, Ut puta excedunt, secundum numerum quidem, aequali, tria, duo: & hoc, duo scilicet, vnum, supple, excedunt. Ratione autem, id est, proportione, quatuor, duo, scilicet excedunt, & hoc, scilicet duo, vnum. Et ponit rationem, ibi, Aequalis enim pars, duo ipsorum quatuor, & vnum duorum. Et exponit. Ambo enim dimidium, scilicet vnum duorum, & duo quatuor.

7 Deinde ex his quæ dicta sunt, infert quid est causa seditionis, ibi, Contententes autem simpliciter, id est, vniuersaliter, esse iustum, quod secundum dignitatem, supple, tantum, est iustum, differunt, sicut dictum est prius. Et subdit differentiam, ibi, Ij quidem, quia si secundum aliquid æquales sunt, scilicet secundum libertatem, æquales totaliter esse putant: & hoc non est verum: hi autem, alij scilicet, quia si secundum aliquid inæquales, supple, sunt, omnibus, id est, in omnibus inæqualibus, in damno scilicet & lucro dignificant seipsos, ut scilicet in omnibus debeant minus habere in damno, & plus in lucro.

m Et ex his elicit causam duarum politiarum, quæ extremæ sunt, ibi, Propter quod & maximè duæ sunt politia, demos, id est, democratia, & oligarchia. Et ostendit rationem nominum, ibi, Nobilitas enim & virtus in paucis. Et tangit hoc quod in antè habitis dixit, quod duæ sunt extremæ politia, oligarchia scilicet & democratia. Et ibidem dixit, quod aristocratia quædam oligarchia est: quia paucorum est principatus, democratia autem multitudinis siue populi. Et rationem horum nominum assignat, ibi, Nobilitas enim & virtus in paucis: & idèd, supple, potestas eorum dicitur oligarchia, hæc quidem in pluribus, scilicet democratia: & idèd dicitur principatus populi. Et ponit causam, ibi, Nobiles enim & boni nusquam centum, supple, faciunt, quia pauci: egeni autem in

CAPVT II.

De origine
seditionum
ac causis.

QVONIAM autem consideramus, ex quibus seditiones fiunt & transmutationes circa politias, sumendum vniuersaliter prima principia, & causas ipsorum. Sunt autem ferè (vt est dicere) tres numero, quas determinandum secundum se typo primum. Oportet enim accipere, qualiter se habentes seditiones mouent, & quorum gratia, & tertio, quæ principia fuerint ciuiliū turbationum & seditionum ad inuicem.

b Eius quidem igitur, quod est ipsos se habere aliquantulum ad transmutationem, causam vniuersaliter maxime ponendum, de qua iam existimus dicentes. Ij quidem enim æqualitatem appetentes, seditiones mouent, si putant minus habere, æquales existentes supergradientibus: ij autem inæqualitatem

multis locis, supple, faciunt centum, quia multi.

n Deinde subiungit causam contentionis cum dicit, ibi, Simpliciter autem omnino, id est, vniuersaliter, secundum vtramlibet æqualitatem, scilicet arithmetica & geometricam, ordinatum esse, prauum. Et ponit signum ex quo hoc probat, ibi, Manifestum autem, supple, est, ex eo quod accidit: nulla enim ex talibus politia mansua manifesta est. Huius autem causa: quia impossibile, supple, est, à primo, & eo quod in principio vitiatum, non occurrere in fine malum aliquod: vitiatum autem est in primo æquale secundum numerum, esse æquale secundum dignitatem, vel è conuerso: quia ista se non comparantur. Et ex hoc concludit, ibi, Propter quod oportet hoc quidem arithmetica æqualitate vti, democratia scilicet, hoc autem, oligarchia scilicet, ea quæ secundum dignitatem, id est, geometrica oportet vti, supple.

o Attamen securior magis & minus seditiosa democratia, quam oligarchia. Et ponit rationem, ibi, In oligarchiis quidem enim fiunt duæ, supple, seditiones. Et dat exemplum de vtraque, ibi, Quæ ad inuicem seditio, quando scilicet diues cum diuite altercatur: & adhuc quæ ad populum, supple, quando diuites cum populo altercatur: in democratia autem quæ ad oligarchiam solum, supple, fit seditio, id est, quando populus contra diuites seditiones mouet: ipsi autem populo ad seipsum, quod & dignum est dicere, in fauorem scilicet, non fit seditio.

p Et quia antè dixit, quod politia quæ simpliciter dicitur politia, mixta est ex oligarchia & democratia, addit. Adhuc autem quæ ex mediis politia propinquior populo, id est, democratia, quam ei quæ paucorum, id est, oligarchia, quæ quidem est securissima talium politiarum: huius causa est, quod nullam habet causam seditionum.

CAPVT II.

CVm vero consideremus, quibus de causis seditiones, mutationesque Rerum-publicarum euenerint, capiendæ sunt primo vniuersaliter principia, & causa earum. Sunt autem ferè tria, de quibus ipsis primo succinè determinandum est. Videre enim oportet quemadmodum dispositi ad seditiones deueniunt, & quarum rerum gratia, & tertio, quæ sint initia ciuiliū turbationum ac seditionum inter cines.

Quod quidem igitur disponantur ad res nouas appetendas, illa est potissima causa, de qua iam diximus. Quia alij pares esse volunt his qui plus possunt, & nisi hoc fit, non acquiescunt. Alij verò se præstare dignos putantes, indignè ferunt, nisi plus habeant. Hæc autem quandoque iniuste capiuntur, quandoque iniuste. Inferiores quidem &

& excessum, si existimant inæquales existentes non plus habere, sed æquale, vel minus. Hæc autem est quidem appetere iuste, est autem & iniuste: minores enim existentes, vt æquales sint, seditiones faciunt, & æquales existentes, vt maiores. Qualiter quidem igitur se habentes seditiones faciunt, dictum est.

c De quibus autem dissident, sunt lucrum & honor, & contraria iis. Etenim dehonorationem fugientes, & damnum, vel pro seipsis, vel pro amicis, seditiones faciunt in ciuitatibus.

d Causæ autem & principia motuum, vnde ipsi disponuntur dicto modo, & de dictis, sunt quidem vt numero septem existentes, sunt autem vt plures: quorum quidem duo sunt eadem dictis, sed non eodem modo: propter lucrum enim & propter honorem exacerbantur ad inuicem, non vt obtineant sibi ipsis, sicut dictum est prius: sed alios videntes, hos quidem iuste, hos autem iniuste plus habentes in his. Adhuc propter iniuriam, propter timorem, propter excessum, propter despectionem, propter excrescentiam, propter proportionem. Adhuc autem alio modo propter verecundiam, propter paruipensionem, propter paruitatem, propter dissimilitudinem.

e Horum autem iniuria quidem & lucrum, quam habeant potentiam, & qualiter causa, ferè fuit manifestum. Iniuriantibus enim iis, qui in principatibus & supergradientibus, seditiones mouent & ad inuicem, & ad politias, dantes potestatem: superacceptio autem fit quandoque quidem à propriis, quandoque autem à communibus.

f Palam autem & honor, & quid potest, & quomodo causa seditionis. Etenim ipsi inhonorati, & alios videntes honoratos, seditiones faciunt. Hæc autem iniuste quidem fiunt, quando præter dignitatem aut honorantur aliqui, aut inhonorantur: iuste autem, quando secundum dignitatem.

g Propter excessum autem, quando aliquis potentia maior aut vnus, aut plures, aut penes ciuitatem & potentiam politeumaris. Ex talibus enim fieri consuevit monarchia vel potentatus. Propter quod alicubi consueverunt relegare, velut in Argo & Athenis: quauis melius à principio videre qualiter non inessent intantum excedentes, quam

vt pares sint, res nouas exoptant, & pares qui sunt, vt præsent. Quemadmodum igitur dispositi sunt, qui res nouas quarunt, dictum est.

Res autem pro quibus contendunt, sunt lucrum, & honor, atque his contraria. Dedecus enim & damnum, vel ipsorum, vel amicorum fugientes, seditiones agunt.

Causa verò ac principia motus vnde ipsi ita disponuntur, & pro his de quibus diximus, sunt vt septem, sunt etiam plura: quorum duo sunt eadem cum illis quæ dicta sunt, non tamèn eodem modo. Propter lucrum enim & propter honorem irritantur inuicem, non vt acquirant sibi ipsis, sed quia vident alios partim iniuste, partim iuste plus habere. Insuper propter contumeliam, propter metum, propter præpotentiam, propter contemptum, propter incrementum excessuum, & alio modo propter verecundiam, propter negligentiam, propter pusillanimitatem, propter imparitatem.

Ex quibus contumelia & lucrum, quam habeant vim, & quot causa, ferè manifestum. Superbia enim & auaritia eorum qui gubernant, homines prouocant contra se, & contra statum eius Reipublicæ, quæ ista fieri patiatur: auaritia verò quandoque ex priuatis rebus fit, quandoque ex publicis.

De honore etiam clarum est, & quod valeat, & quomodo causa sit contendendi. Ipsi enim inhonorati, & alios honoratos cernentes, seditionem aggrediuntur. Hæc autem iniuste quidem fiunt, cum præter dignitatem honorantur quidam, vel inhonorantur: iuste vero cum secundum dignitatem.

Propter præpotentiam autem, quando quis maior sit & potentior, vel vnus, vel plures, quam secundum dignitatem Reipublicæ. Consuevit enim ex talibus fieri vnus dominatio vel gubernatio violenta. Quapropter quibusdam in locis ostracismo vtuntur, ceu Argis & Athenis. Atqui melius erat ab initio prouidere, ne in huiusmodi potentiam augeri homines permitterent postquam

postquam permiserunt fieri, sanare posterius.

b Propter timorem autem seditiones mouent & qui iniusta fecerunt, timentes ne dent vindictam: & qui iniusta passuri volentes præuenire antequam iniusta patiantur, sicut in Rhodo conuenerunt insignes contra populum propter sententias, quæ superferebantur.

i Propter despectionem & seditiones mouent & insurgunt, velut in oligarchiis, quando plures fuerint, qui non participant politia: valentiores enim putant esse: & in democratiis opulenti contemnentes eos qui sine ordine & sine principatu, velut in Thebis post eam quæ in Oenophytis pugnam, male politizantibus, democratia corrupta est, & quæ Megareorum propter victoriam in ordinationem & defectum principatus: & in Syracusis ante tyrannidem Gelonis: & in Rhodo populus ante inurrectionem.

k Fiunt autem & propter excrescentiam quæ propter proportionem transmutationes politiarum. Sicut enim corpus ex partibus componitur, & oportet augeri proportionaliter vt maneat commensuratio (si autem non, corrumpitur, quando pes quidem quatuor cubitorum, aliud autem corpus duorum palmorum, aliquando autem vtique & in alterius animalis formam transmutabitur, si non solum secundum quantitatem, sed & secundum quale crescat præter proportionem) sic & ciuitas componitur ex partibus, quarum sæpè latet aliqua excrescens, velut egenorum multitudo in democratiis & politis.

l Accidit autem aliquando hoc & propter fortunas, velut in Tarento, victis & pereuntibus multis insignibus ab Iapygiis, paulò post in Medis, democratia facta est ex politia. Et in Argo, iis qui in septima, pereuntibus à Cleomene Lacedæmone, compulsi admittere vernaculorum aliquos. Et in Athenis, infortunatis in campo, insignes pauciores facti sunt, quia militabant supplicati sub Laconico bello. Accidit autem hoc & in democratiis, minus autem: pluribus enim egenis factis, vel substantiis augmentatis, transmutantur in oligarchias & potentatus.

ur, quam post contra auctos remedium querere.

Propter metum enim ad seditionem deueniunt, qui pœnas formidant, ob maleficia commissa: & hi, contra quos paratur violentia, præuenire volentes, priusquam malum patiantur, vt apud Rhodum nobilitas contra plebem insurrexit, metu iudiciorum, quæ sibi parabantur.

Propter contemptum vero ad seditiones deueniunt, ceu in paucorum potentia, quando plures sunt illi, qui à Republica excluduntur: potentiores enim se putant, & in populari statu opulenti contemnentes inordinationem & incuriam eorum, qui Rempublicam gubernant, ceu apud Thebanos post pugnam in Oenophytis commissam, mala gubernatione popularis status interit: & in Megarensibus cum per inordinationem & negligentiam superati sunt: & Syracusis, ante Gelonis tyrannidem: & Rhodi populus, antequam contra insurgeretur.

Fiunt etiam propter incrementum mutationes Rerumpublicarum. Vt enim corpus ex partibus suis constat, & oportet eas simul pro modo quamque suo crescere, vt conuenientia permaneat (ac nisi hoc fiat, corrumpitur: ceu quando pes quatuor cubitorum sit, ceterum verò corpus duarum palmarum longitudinem habeat, interdum verò & in alterius animalis figuram transiret, si non solum quantitate, verum etiam qualitate immoderatum fieret incrementum) ita & ciuitas ex partibus constat, quarum interdum aliqua pars paulatim subcrefcit, ceu egenorum hominum multitudo in popularibus gubernationibus, & Rebuspublicis.

Contingit verò quandoque id per fortunam, velut apud Tarentum, cum superati pralio ab Iapygensibus, nobilitatis magnam partem amisissent (Fuit autem id pralium paulò post id tempus quo Medi Graciam inuascent) ad popularem statum ex Republica est facta mutatio. Et Argini post cadem suorum in Hebdoma à Cleomene Spartiata factam, coacti sunt inquilinos quosdam ad Rempublicam recipere. Et Athenis, cum terra male pugnaretur aduersus Lacedæmonios, nobilitas attenuata est, cum ex descripto submittere se ad bellum cogeretur. Contingit autem hoc & in popularibus gubernationibus, rarius tamen: pluribus enim diuitibus existentibus, vel diuitiis in pluribus

m Transmu

m Transmutantur autem & politia, & sine seditione propter verecundiam, sicut in Hærea. Ex eligibilibus enim propter hoc fecerunt fortiales, quia eligebant verecundiam passos. Et propter paruipensionem, quando permittunt principatus intrare non amicos politia, sicut in Hæreo dissoluta fuit oligarchia principum, facta Heracleodoro, qui ex garchia politiam & democratiam instituit.

n Adhuc propter id quod penes paruum. Dico autem penes paruum: quia sæpè latet magna facta transgressio legitimorum, quando negligunt quod paruum, sicut in Ambracia, paruum erat honorabilitas, tandem autem nullius principabantur, tanquam propinquum, sit vel nihil differens ab eo quod nihil, id quod paruum.

o Seditonale autem & quod non eiusdem tribus, donec vsque simul spirauerint. Sicut enim neque ex quacumque multitudine ciuitas fit, ita neque in quocumque tempore.

p Propter quod quicumque iam cohabitatores susceperint, vel superuenientes, plurimi seditione diuisi sunt, velut cum Træzeniis Achæi cohabitauerunt Sybarin, deinde Achæi plures facti eiecerunt Thæzenios: vnde odium accidit Sybaritis: & in Thuriis Sybaritæ iis, qui ibi cohabitauerunt. Exigentes enim plus habere tanquam sua regione, exciderunt. Et Byzantiis aduenæ insidiantes, deprædati exciderunt per pugnam. Et Antiflæi, profugas de Chio susceptos per pugnam eiecerunt. Zanclæi autem Samios suscipientes, exciderunt ipsi. Et Apolloniata, qui in Euxino Ponto adnenas superinducentes, seditiones passi sunt. Et Syracusani post tyrannica, extraneos & merces portantes ciues cum fecissent, seditiones passi sunt, & ad pugnam deuenierunt. Et Amphipolitæ suscipientes Chalcideorum expulsos, exciderunt ab iis plurimi ipsorum.

q Seditiones autem mouent in oligarchiis quidem qui multi, tanquam iniusta sustinentes, quia non participant æqualibus, sicut dictum est prius, æquales existentes: in democratiis au-

antibus, mutatio fit in paucorum potentiam.

Mutantur etiam Respubl. absque seditione propter verecundiam, vt in Hærea. Cum enim per electionem sumere magistratum solerent, postea sortiti sunt, ex eo quod electiones eorum in homines turpes, pudendosque cadebant. Et propter negligentiam, quando sinunt ad summam potestatem eos assumi, qui non sunt amici status eorum. Per quem quidem modum apud Hæreum euerfa est paucorum gubernatio per Heracleodorum, qui magistratum nactus, gubernationem ciuitatis ex paucorum potentia ad popularem statum eraduxit.

Insuper propter paruipensionem. Dico autem paruipensionem, quando latet paulatim subcrefcens Respublica mutatio, qua ad magnitudinem latenter euadit, si negliguntur, quemadmodum apud Ambracios à paruuo censu prius erant magistratus, tandem vord à nullo fuerunt, quasi nihil aut prope foret inter paruum & nihil.

Seditiones quoque concitat peregrinitas, donec in eandem simul conspirationem deuenierit. Vt enim non ex quauis multitudine constituitur ciuitas, ita, etiam neque in quouis tempore.

Quapropter, quicumque adhuc inquilinos susceperunt, vel aduenas, omnes ferè seditionibus iactati sunt, ceu apud Sybarin vna cum Træzeniis incoluerunt Achæi. Postea maiorem in numerum crescentes Achæi Træzenios populauerunt: vnde politio illa exorta est Sybaritis: & in Thuriis idem fecerunt Sybaritæ contra eos quos illos receperant. Nam plus habere volentes quasi de suis agris, pulsati sunt. Et apud Byzantium peregrini in oppressionem ciuium coniurati, cognita re, pralio & armis expulsi sunt. Et Antiflæi, exules ex Chio susceptos, tandem armis deicere coacti sunt. Zanclæi verò qui Samios receperunt, mox ab eis sunt propria ciuitate deiecti. Apolloniata qui sunt in Ponto, incolis recepti, seditione agitati sunt. Et Syracusani post tyrannos expulsos, cum hospites & conductos milites fecissent ciues, in seditionem & pralium inciderunt. Et Amphipolitæ receptis Chalcidensium colonis, pulsati tandem ab illis sunt fere omnes.

Seditionem autem concitant in paucorum quidem potentia, multitudo indigne ferens, quod cum ipsi sint pares, non pariter honorantur: in populari verò statu, nobilitas quod par fiat ceteris, cum ipsi

sunt

tem qui insignes, quia participant æqualibus non æquales existentes.

r Seditioes autem sustinent aliquando ciuitates & propter loca, quando non benè aptè habet regio ad hoc quod sit vna ciuitas: velut vt in Clazomeniis, qui in Chytro, ad eos qui insula: & Colophonij & Notij: & Athenis non similiter sunt, sed magis demotici sunt, qui inhabitant suburbium quam qui municipium. Sicut enim in bellis penetrationes aperturarum etiam valde paruorum distrahunt acies, ita videtur omnis diuersitas facere dissidionem. Maximum quidem igitur fortè dissidentia virtus, & malitia: deinde diuitiæ & paupertas: & sic vtrique altera magis quam altera, quarum vna est, quæ dicta est.

f Fiunt quidem igitur seditioes non de paruis, sed ex paruis: seditioes autem faciunt ad magnis. Maximè autem & paruæ inualescunt, quando inter dominos fiunt, velut accidit in Syracusis in antiquis temporibus. Transmutata enim fuit politia ex duobus inuenibus dissidentibus in principatibus, qui erant circa amorosam causam. Altero enim absente, leno quidam existens anticum ipsis finxit: rursus autem ille huic indignatus est, uxorem ipsius persuasit tanquam ipsum venire: vnde coassumentes eos qui in politicumate, diuiserunt omnes.

z Propter quod quidem subditos vereri oportet talia, & dissoluere præsidium & potentum dissensionem. In principio enim fit peccatum, principium autem dicitur esse dimidium totius. Quare & quod in principio paruorum peccatum, proportionale est ad ea quæ in aliis partibus.

u Totaliter autem insignium dissensionem coassumere faciunt & totam ciuitatem.

x Velut in Hestiaz accidit post Medica, duobus fratribus de paterna hæreditate dissidentibus: pauperior quidem enim, tanquam non proferente alio substantiam, neque thesaurum quem inuenit pater, adduxit populares: alius autem habens substantiam multam, opulentos.

y Et in Delphis, differentia quæ facta est ex cura, fuit principium omnium

sint præstantiores.

Incidunt etiam quandoque in seditioem ciuitates propter situm, quando talis est locus, ut non ad vnam eandemque gubernationem sit aptus: ut Clazomeniis accidit, qui in Chytro habitant, contra eos qui habitant in insula: & Colophonis erga Notios: Athenis quoque non eodem modo, sed multò magis populares sunt, qui in Pyrao habitant, quam qui in urbe. Vt enim in praliis transitus fossarum, etiam si admodum parua sint, interrumpunt ordines militum, ita & in ciuitate dissidentia omnis videtur dissensionem facere. Maxime forsitan dissident virtus & vitium: deinde paupertas & diuitia: & alia magis quam alia, quarum vna est illa de qua diximus.

Oriuntur autem seditioes non pro paruis rebus, sed ex paruis ad magna perueniunt. Maximè verò etiam paruæ corroborantur, quando in principalibus fiunt, ut contingit Syracusanis antiquitus. Mutatus est enim ciuitatis status propter duos adolescentes, qui in magistratu constituti, simultatem inter se habuerunt ex amatoria causa. Altero enim absente, alter puerum quem amabat, sibi conciliauit: at ille reuersus cum id grauitè ferret, uxorem illius habere studuit: ex hoc omnes qui versabantur in Republica, diuerso fauore se diuiserunt.

Quamobrem ab istis principiis cauendum est diligenter, ac dissoluenda statim sunt eorum discordia, qui multum in Republica possunt. In principio enim peccatur, principium autem dicitur esse dimidium totius. Itaque paruorum in principio erratum, correspondens est ad alias partes.

Omnino enim excellentium virorum discordia totam post se trahunt ciuitatem.

Vt contingit apud Hestiaz post popularem statum. Duobus enim fratribus de diuisione patrimonij contententibus, vnus eorum qui erat pauperior, quasi non exhibente altero fratre bona omnia, neque thesaurum quem pater inuenerat proferente, querebatur, ac populum in suos fauores pertraxerat: alter verò qui diuitiis pollebat, locupletes sibi ascinerat.

Et in Delphis ex fauore partium contentione exorta, principium fuit seditioem

seditioem

feditioem posteriorum. Hic quidem enim auguratus quoddam symptoma, vt venit ad sponsam, non accipiens, abscellit: hi autem tanquam iniuriam passi, iniecerunt sacrarum rerum sacrificatorem, & deinde tanquam sacrorum violatorem interfecerunt.

z Circa Mitylenam autem ex hæreditate diffensione facta, multorum fuit principium malorum, & belli quod aduersus Athenienses, in quo Pachus cepit ciuitatem ipsorum. Timophane enim egenorum quodam relinquente duas filias, Doxander coarctatus, & non accipiens, filiis suis incepit seditioem, & Athenienses exacerbauit, aduena existens ciuitatis.

aa Et Phocæis ex hæredatione facta seditioe circa Mnaseam patrem Mnasonis & circa Euthycratem Onomarchi, seditio hæc principium fuit sacri belli Phocæis.

bb Fuit autem transmutata & in Epidamno politia ex nuptialibus. Cum desponsasset enim quidam filiam, & læsisset ipsum desponsati pater factus principantium, alter comprehendit eos qui extra politiam, tanquam delusus.

cc Transmutantur autem & in oligarchiam, & in demum, & in politiam, ex eo quod est approbati aliquid vel augeri, vel principatum, vel partem ciuitatis.

dd Velut in Ariopago consilium bene complacens in Medicis videbatur fortioem facere politiam.

ee Et rursus naualis turba facta causa victoriæ circa Salaminam, & per hanc præsulatus propter eam quæ in mari potentiam, democratiam fortioem fecit.

ff Et in Argo insignes acceptati circa eam quæ in Mantinea pugnam ad Lacedæmonios, conati sunt dissoluere demum.

gg Et in Syracusis populus cum effect causa victoriæ belli, quod ad Athenienses, ex politia in democratiam transmutatio facta est.

D. Alb. Mag. Politic.

omnium, quæ postea fuerunt in ea ciuitate secuta. Hic enim cum sibi triste augurium incidisset, vt venit ad sponsam, suscipere illam noluit: parentes verò puella quæ spretæ atque contemptæ, sacrarum quiddam eo sacrificante, iniecerunt, atque vt sacrilegum accusantes, capite damnari fecerunt.

Mitylena quoque seditio ex hæreditate exorta, magnorum malorum fuit origo: indeque bellum Atheniensibus contra Mitylenæos susceptum, in quo urbs eorum à Pachete duce, capta fuit. Timophane enim quodam opulento homine vita sumcto, cum dua filia superstites fuissent, Doxandrus quidam dari illas filiis suis in matrimonium concupuit: quod cum assequi non potuisset, alios sibi prælatos dolens, res nouas moliri aggressus, Atheniensibus quibus erat publicè hospes, bellum suscipere persuasit.

Et apud Phocenses seditio exorta est ex hæreditate inter Mnaseam Mnasonis patrem, & Euthycratem Onomarchi, hæc seditio Phocensibus initium fuit eius belli, quod sacrum appellauerunt.

Mutatus est etiam Epidamni ciuitatis status ex nuptiis. Desponderat enim quis filiam. Cum verò pater sponsi magistratum gerens, illi multam irrogasset, quasi despectus, omnes qui præsentis ciuitatis statui infensi erant, per factionem ad se recepit.

Fiunt etiam mutationes & in paucorum potentia, & in populari statu, & in ea quæ appellatur Respublica, ex eo quod aliquod collegium, vel aliqua pars ciuitatis famam sit vel augmentum maiorem in modum consecuta.

Vt apud Athenienses Arcopagi consilium per tempora belli Persarum, famam consecutum, seuerioem Reipub. gubernandi formam videtur fecisse.

Et rursus naualis turba, quod causa victoriæ Salaminensi bello fuisse videbatur, & ob eam victoriæ principatum maris acquisisse ciuitati, popularem statum magis asseruit.

Et apud Argiuos nobilitas, quod in prelio contra Lacedæmonios apud Mantineam urbem commisso, magnam famam consecuta erat, popularem statum delere tentauit.

Et apud Syracusanos multitudo urbana, quod causa victoriæ belli aduersus Athenienses videbatur fuisse, Respublicam mutauit ad popularem statum.

A a

b b Et

bb Et in Chalcide populus cum insignibus Phoxum tyrannum perimens, statim habebat politiam.

ii Et in Ambracia rursus similiter, populus coëficiens Periandrum tyrannum iis qui infesti erant, in seipso constituit politiam.

kk Et vniuersaliter etiam oportet hoc non latere, quod qui potentia causa facti, & idiotæ, & principatus, & tribus, & totaliter pars, & qualiscumque multitudo seditionem mouent: aut enim qui iis honoratis inuident, inchoant seditionem: aut isti propter excessum non volunt manere in æqualibus.

ll Mouentur autem politia & quando quæ videntur esse contrariae partes ciuitatis, æquantur inuicem, velut diuites & populus: medium autem sit nullum, aut valde paruum. Si enim excedat alterutra partium ad manifestè valentius, reliqua non vult periclitari. Propter quod & qui secundum virtutem differant, non faciunt seditionem, ut est dicere: pauci enim fiunt ad multos. Vniuersaliter quidem igitur circa omnes politias principia & causæ seditionum & transmutationum, hunc modum habent.

mm Mouent autem politias quandoque quidem per violentiam, quandoque autem per fallaciam: per violentiam quidem aut mox à principio, aut postea cogentes. Etenim fallacia duplex. Qui quidem enim cum deceperint primò, voluntariorum transmutant politiam: deinde postea violentia detinent inuoluntariorum, velut in recentis, qui populum deceperunt, dicentes regem daturum pecunias ad bellum aduersum Lacedæmonicos: & cum mentiti fuissent, conabantur retinere politiam. Aliquando autem à principio cum persuaserint, & postea iterum persuasis ipsis voluntariis principantur. Similiter quidem igitur circa omnes politias, ex dictis accidit fieri transmutationes.

Et apud Chalcidenses, quod simul cum nobilitate ad opprimendum Phoxum tyrannum plebs insurrexisset, statim Reipublica gubernationem suscepit.

Et apud Ambraciam eodem modo, populus una cum aggressoribus, Periandro tyranno expulso, in seipsum gubernationem conuertit.

Et omnino hoc latere non oportet, quod qui potentia causa fuerunt, siue privati homines, siue collegia publica, siue tribus, siue & pars aliqua ciuitatis, siue quæcumque multitudo, seditionem commouent: aut enim qui honori illorum inuident, seditionem faciunt: aut ipsi propter preuentiam partem habere cum ceteris non acquiescunt.

Mouetur quoque Respublica quando partes illa ciuitatis quæ contraria videntur esse, parificatur: ceu diuites & plebs. Medium autem parum, nihil omnino sit. Si enim quævis pars ita robusta fiat, ut ad illam quæ predominabatur, proximè accedat, non tolerat posthac discrimina subire. Quapropter & qui virtute præcellunt, nullam (ut ita dixerim) faciunt seditionem, pauci vero sunt, alij vero permulti. Vniuersaliter ergo in cunctis Rebus publicis initia causæque seditionum ac mutationum in hunc modum fiunt.

Mutatur autem Respublica quandoque per vim, quandoque per dolum: per vim autem statim, aut postea compellendo. Nam & fraus duplex est. Nonnunquam enim decepti ab initio, sua demum sponte recipiunt alium gubernandi modum: deinde postea violenter conseruant, ut accidit, cum quadringenti illi Atheniensium Rempublicam suscepissent: affirmantes enim, quod Persarum rex pecunias ad bellum contra Lacedæmonios subministraret, ac in eo mentiti, nihilominus postea vi retinere gubernationem conati sunt. Interdum autem ab initio persuadentes, ac postea rursus persuasis sponte ac volentibus retinent gubernationem. Simpliciter ergo circa omnes Respublicas, ex his quæ dicta sunt, contingit mutationes fieri.

CAPVT

CAPVT II.

Hic incipit secunda pars primæ partis huius quinti libri, vbi ponit causas seditionis: & habet decem partes secundum decem causas, quas ponit. Dicit enim, quod illas oportet accipere typo, id est, per signa. In prima dicit, quod æqualitatem appetentes maximè seditiosi sunt. In secunda dicit, quod appetentes lucrum & honorem, & contraria his fugientes, seditionem mouent, ibi, *De quibus autem dissident, &c.* In tertia dicit, quod multi seditiones faciunt propter timorem & excessum & despectionem, *Propter excessum autem quando aliquis, &c.* In quarta dicit, quod multi faciunt insurrectiones in se inuicem propter excessum vnius super alium, ibi, *Fiunt autem propter excessum quæ præter proportionem, &c.* In quinta dicit, quod mutantur politia frequenter: quia scilicet in principatu ponuntur non amici politia & non diligentes communia, ibi, *Transmutantur autem politia & sine seditione, &c.* In sexta dicit, quod seditiones fiunt: quia principes non sunt eiusdem tribus, ibi, *Seditione autem & quod non, &c.* In septima dicit, quod quandoque fit seditio in ciuitate propter loca: quia scilicet locus non est aptus ut sit vna ciuitas, sed distincta est per loca. ibi, *Seditiones aliquando sustinet ciuitas, &c.* In octaua dicit, quod aliquando seditio fit quando dissensiones insignium à tota ciuitate assumuntur, ibi, *Totaliter autem insignium, &c.* In nona dicit, quod seditio aliquando fit in ciuitate ex contrariis partibus, ibi, *Transmutantur autem in oligarchiam, &c.* In decima dicit, quod dissensio fit aliquando in ciuitate per violentiam, aliquando per fallaciam, ibi, *Mouent autem politias, &c.* Sententia primæ partis est hæc: dicit enim, quod oportet considerare ex quibus fiant seditiones & transmutationes circa politias: quia hoc ordinatè non potest fieri, nisi primò sumantur principia & causæ transmutationum seditionum. Et subiungit, quod hæc primò sumenda sunt vniuersaliter, & quod in vniuersali sunt tres numero, & quod illæ determinandæ sunt typo, id est, per signa. Primò quia in humanis maximè voluntariis, causa necessaria haberi non potest: & idè oportet, quod probeur typo, id est, signo. Et in vniuersali dicit tria. Dicit enim, quod oportet primò accipere qualiter se habentes ciues, seditiones mouent. Secundo quorum gratia mouent seditiones, id est, propter quæ. Et tertio quæ principia sunt ciuilium turbationum. Deinde dicit, tunc primum, scilicet qualiter se habentes ciues mouent seditiones. Et dicit duo. Si enim æquales sunt, sicut in democratiis, & inæqualia accipiant in commutandis & distribuendis vel in damno & lucro, seditiones mouent. Si inæquales sunt, sicut in oligarchiis, & accipiant æqualia in commutandis & distribuendis, mouent seditiones. Dicit etiam, quod hoc aliquando fit iuste, aliquando iniuste. Secundum distributionem arithmetica medietatis iustum est ut æquales æqualia accipiant in commutandis: secundum distributionem geometricæ medietatis iustum est, ut inæquales inæqualia accipiant in

D. Alb. Mag. Politic.

distribuendis: & sic dictum est in vniuersali de primo, scilicet qualiter se habentes ciues faciunt seditiones. Litera sic ordinatur. Quoniam autem consideramus ex quibus fiunt seditiones & transmutationes circa politias, sumendum vniuersaliter primò principia & causas ipsorum, scilicet seditionum & transmutationum. Et determinat vnde sumantur, ibi, *Sunt autem fere, ut est dicere, tres numero, supple, causæ, quas determinandum secundum se, id est, sigillatim typo, id est, probabili signo, primò.* Et enumerat illa tria in communi, ibi, *Oportet enim accipere qualiter se habentes, supple, ciues, seditiones mouent (hoc est primum) & quorum gratia, id est, propter quæ (hoc est secundum)* Et tertio quæ principia fuerint ciuilium turbationum & seditionum ad inuicem.

b Et exponit primum, ibi, *Eius quidem igitur quod est ipsos, scilicet ciues se habere æqualiter ad transmutationem, id est, ad causam transmutationis, causam maximè ponendum, scilicet turbationum & seditionum, de qua iam exitimus dicentes, id est, iam diximus. Ij quidem enim æqualitatem appetentes, in distribuendis scilicet & commutandis, seditiones mouent, si putant minus habere æquales existentes supergradientibus, id est, quam illi qui plus accipiunt cum sint æqualis dignitatis cum ipsis: ij autem, id est, alij inæqualitatem & excessum appetentes, supple, in distribuendis & commutandis, si existimant inæquales existentes, inferioribus scilicet, non plus habere, sed æquale, vel minus. Et causa est, quia in eadem proportionem qua maiores sunt alijs, etiam maiora deberent accipere. Et subdit, quod hoc aliquando fit iuste, aliquando iniuste, sicut dictum est, ibi, *Hæc autem est quidem appetere iuste, est autem & iniuste.* Et subdit quomodo, ibi, *Minores enim existentes, ut æquales sint, seditiones faciunt, & hoc iuste: & æquales existentes ut maiores, supple, fiant, mouent seditiones, & hoc iniuste.* Et sic finita est prima pars. Et idè ponit epilogum istius partis, ibi, *Qualiter quidem igitur se habentes seditiones faciunt, dictum est.**

c Secundam causam seditionis scilicet, ponit, ibi, *De quibus autem dissident, &c.* Et est sententia huius partis, quod maximè dissident propter lucrum, & honorem, & propter contraria eorum, scilicet damnum & inhonorem, in quæ incidere timent, vel in se, vel in amicis: & idè hoc præuenientes mouent aliquando seditiones. Dicit ergo primò. De quibus autem dissident, sunt lucrum, & honor, & contraria his. Etenim dehonorationem fugientes & damnum, vel pro seipsis, vel pro amicis, seditiones faciunt in ciuitatibus.

d Causæ autem & principia motuum talium, id est, supple, sunt, vnde, id est, ex quibus ipsi disponuntur dicto modo, scilicet amore lucri vel timore damni, & de dictis, scilicet ipsorum & amicorum. Et dicit, quod hæc multiplicentur in septem, ibi, *Sunt quidem ut numero septem existentes, supple, causæ. Et hoc est. Sunt autem ut plures, supple, causæ, quam septem, supple: quorum duo sunt eadem dictis, sed non eodem modo. Et exequitur, ibi, Propter lucrum enim & propter honorem exacerbantur ad inuicem*

A a 2 uicem

uicem. Et ostendit quomodo non eodem modo, ibi, Non vt obrineant sibi ipsis, luctum scilicet, vel honorem, sicut dictum est prius: sed alios videntes, hos quidem iuste, hos autem iniuste plus habentes in eis, iucro scilicet vel honore. Et enumerat vterius vsque ad septem, ibi, Adhuc propter iniuriam (hoc est tertium) propter timorem (hoc est quartum) propter despectionem (hoc est quintum, quia vident se despici in ciuitate) propter excrecentiam præter proportionem (hoc est sextum idem: quia aliquis excrecit in ciuitate supra proportionem suæ dignitatis) Adhuc autem alio modo, septimo scilicet, propter verecundiam, quia non potest confusionem tolerare: propter impensionem, id est, quia plura impenduntur vni quam alij: *ὀλιγαρχία*, vel secundum aliam literam propter paruipensionem, quia scilicet ab aliis despiciuntur & quasi modicum reputantur propter paruitatem quantum ad personas siue statum: propter dissimilitudinem, id est, quia in iis dissimilia sunt, & ad dissimilia iudicant.

His habitis dicit qualiter ista sunt causæ dissensionum, ibi, Horum autem iniuria quidem & luctum, quam habeant potentiam, in faciendo scilicet dissensiones, & qualiter causa, ferè fuit manifestum, in principio scilicet istius partis, vbi dictum est qualiter hæc duo faciunt dissensiones. Et subdit modum qualiter omnia alia enumerata faciunt dissensiones, ibi, Iniuriantibus enim iis, &c. Et est sensus. Quando scilicet hi qui in principatu sunt, supergrediuntur & opprimunt subditos plusquam debent. Dicit ergo. Iniuriantibus enim iis qui in principatibus & supergredientibus, seditiones mouent, supple, alij, ad iniucem, id est, contra se iniucem, & ad politias, id est, contra politias: quia scilicet nolunt sustinere talem ordinem ciuilitatis. Et hoc est. Tantas potestates, id est, nolunt sustinere potestates quæ inferuntur eis. Alia litera habet, dantes potestatem, qua scilicet iniuriatur. Et quia hoc fit per superceptionem principum, distinguit superceptionem, quod scilicet superceptio fit aliquando à propriis, quando scilicet auferuntur hominibus sua: aliquando à communibus, quando scilicet communiter distribuenda ciuibus, vsurpant sibi. Et hoc est. Superceptio autem fit quandoque quidem à propriis, quandoque autem à communibus. Talem igitur potestatem faciendi dissensiones habet luctum.

Et subdit consequenter qualem potestatem habet honor faciendi dissensiones, ibi, Palam autem & honor, &c. Et est sententia, quod quidam inhonorati in ciuitate videntes alios honoratos, ex inuidia dissensiones suscitant. Dicit etiam, quod hoc aliquando iniuste fit, quando scilicet præter dignitatem aliqui honorantur: iuste autem, quando secundum dignitatem honorantur. Dicit ergo. Palam autem & honor, & quid potest, & quomodo, supple, est, causa seditionis. Et ponit rationem, ibi, Etenim ipsi, id est, quidam inhonorati, & alios videntes honoratos, seditiones faciunt, ex inuidia, supple. Et distinguit, quod hoc aliquando fit iuste, aliquando iniuste, ibi, Hæc autem iniuste quidem sunt, quando præter dignitatem, aut honorantur aliqui, aut inhonorantur:

iuste autem, quando secundum dignitatem.

Tertiam causam seditionis ponit, ibi, Propter excessum autem, quando aliquis, &c. vbi ostendit qualiter excessus est causa dissensionis. Et est sententia. Quando scilicet vnus vel plures potentia sunt maiores in virtute & potentia politeumatis, id est, dominio politia: propter hoc alij timentes ne faciant Monarchiam, id est, Regnum, vel alios potentatus, scilicet sicut ducem exercitus, vel Ephoriam, vel Senatum, qui dicuntur proconsules, insurgunt, & seditiones mouent. Et addit, quod hæc est causa quare tales potentes in ciuitatibus, alij ciues consueuerunt aliquando relegare. Et nominat duas ciuitates, in quibus hoc factum est, Argum scilicet, & Athenas. Et addit, quod melius fuisset à principio occurrere, ne ita crescerent in ciuitate, quam postea mederi per relegationem. Dicit ergo primò. Propter excessum autem, supple, fit seditio, quando aliquis fuerit potentia maior, aut vnus, aut plures, aut penes ciuitatem & potentiam politeumatis: tunc alij, supple, timentes quod insurgant ad principatum obtinendum, mouent seditiones contra eos. Et assignat rationem, ibi, Ex talibus enim fieri consuevit Monarchia, quando scilicet tales vsurpant sibi Regnum, vel potentatus, quando scilicet alios principatus vsurpant. Et addit signum per quod hoc probatur, ibi, Propter quod alicubi, id est, in aliquibus ciuitatibus, consueuerunt relegare, supple, sic crescentes in ciuitate, velut in Argo & Athenis: quamuis melius, supple, esset, à principio videre, id est, præcauere, qualiter non inessent, supple, in ciuitate intantum excedentes, quam postquam permiserint fieri in excessu scilicet, sanare posterior, supple, per relegationem.

Et subdit ponens qualiter timor est aliquando causa seditionis, quod supra immediate in secunda causa enumerauit inter septem. Et est sententia, quod aliqui malefactores timentes sententiam contra se dari, præueniunt seditione. Et hoc dicit factum esse in Rhodo insula, vbi insignes qui iniuriam intulerant populo, timentes sententiam contra se dari, præuenierunt, & seditionem mouerunt populo. Dicit ergo. Propter timorem autem seditiones mouent & qui iniusta fecerunt, timentes ne dent, id est, soluant vindictam: & qui iniusta passi, supple, erant, volentes præuenire antequam iniusta, id est, mala patiantur, supple, mouent seditiones. Et dat exemplum, ibi, Sicut in Rhodo, insula, supple, conuenient insignes, id est, magni contra populum, cui scilicet intulerant iniuriam, propter sententias quæ superferrebantur, insignibus scilicet. Per seditionem enim voluerunt tales sententias impedire.

Et iuxta illum modum sumit alium modum, scilicet quod propter despectionem, &c. & fuit supra quartum enumeratum in secunda causa. Et est sententia, quod propter timorem despectionis quidam mouent seditiones, & etiam insurgunt. Et dat exemplum, ibi, Sicut in oligarchiis, quando multi fuerint, qui non participant politica dignitate, & putant esse valentiores eis qui participant, mouent seditiones: & in democratiis, opulenti, qui contemnunt eos qui sine

sine ordine, id est, gradu politia: & sine principatu sunt, tunc illi contempti insurgunt & mouent seditionem: aliquando etiam transmutant politiam. Et dicit, quod hoc factum est in Thebis & in Syracusa, quæ est ciuitas Sicilia. Dicit ergo. Propter despectionem autem & seditiones mouent & insurgunt. Et dat exemplum, ibi, Velut in oligarchiis, quando plures fuerint, qui non participant politica, id est, politica dignitate. Et dat rationem, ibi, Valentiores enim putant esse, supple, cum plures sint, & idem mouent alii seditiones. Et dat aliud exemplum, ibi, Et in democratiis opulenti contemnentes eos qui sine ordine, id est, sine gradu politia:, & sine principatu, supple, seditionem mouerunt. Et dicit vbi hoc factum est, ibi, Velut in Thebis post eam, scilicet seditionem, quæ in Homofites pugnam, male politizantibus, id est, à male politizantibus, & dicuntur Homofites ab hominis quod est vnum, & situs. Et dicuntur populares, qui æquales & vnum sunt in populo per similitudinem, quorum est democratia proprie. Et hoc est quod addit, ibi, Democratia corrupta est. Et huius causa est: quia alij male politizantes mouerunt eis bella, & corruerunt democratiam ipsorum. Et quæ Megareorum (Megarea dicebatur magna ciuitas, quorum politia corrupta est propter victorum inordinationem, qui secum seditionem mouerunt) & defectum principatus, democratici scilicet vniuersalem. Corruerunt enim principatum democraticum, id est, populi. Et dat aliud exemplum, ibi, Et in Syracusa, supple, corrupta est democratia, & mutata in tyrannidem Gelonis: & in Rhodo, insula scilicet, populus habebat democraticum principatum ante insurrectionem, tyrannorum scilicet, qui democratiam & regnum corruerunt in tyrannidem.

Quartam causam transmutationis politiarum siue seditionis ponit, ibi, Fiant autem & propter excrecentiam, &c. & dicit in summa, quod illa excrecentia alicuius vel aliquorum ciuium præter proportionem, est causa transmutationis politia:. Et dat simile, quod sicut in corpore hominis excrecentia alicuius membri præter proportionem dissoluit compositionem corporis, sicut si pes sit quatuor cubitorum, vel etiam figuram alterius animalis accipiat, sicut si accipiat quantitatem pedis cameli, vel equi, dissoluitur compositio corporis hominis: ita in ciuitate dissoluitur politia, & transmutatur ordo ciuilitatis, quando aliquis vel aliqui permittuntur crescere diuitiis, gloria, & potentatu, ita quod non sint proportionales aliis ciuibus. Et hoc est in summa quod continetur in litera. Dicit ergo primò, ordinando literam. Fiant autem & propter excrecentiam, quæ præter proportionem, supple, est, transmutationes politiarum. Et causa est: quia in omni ordine multorum ad vnum necesse est saluari proportionem, vel confusio inducet solutionem. Et hoc est quod inducit per simile, ibi, Sicut enim corpus, humanum scilicet, ex partibus componitur, & oportet augeri proportionaliter, vt scilicet maior sit quæ debet esse maior, & minor quæ debet esse minor, vt maneat commensuratio, partis scilicet ad partem, &

D. Alb. Mag. Politic.

omnium partium ad totum: si autem non, supple, talis commensuratio maneat, corrumpitur, corpus scilicet. Et subdit quomodo. Quando pes quidem quatuor cubitorum, supple, est, aliud autem corpus duorum palmorum, supple, est: in tali enim proportionem non potest esse opus hominis, & sic dissoluitur corpus hominis: quia actus humanos exercere non potest: aliquando autem non dissoluitur secundum quantitatem, sed secundum qualitatem, quando scilicet in alterius animalis formam transmutatur. Et hoc est quod dicit, ibi, Aliquando autem vtique & in alterius animalis formam transmutabitur, si non solum secundum quantitatem, sed secundum quale crescat præter proportionem. Et huius simile fit in ciuitate, quando permittuntur in ea multiplicari serpentes homines, scilicet per astutiam, vel leonum, scilicet per ferocitatem. Et hoc quod induxit, adaptat, ibi, Sic & ciuitas componitur ex partibus, & maxime ex pauperibus & diuitibus, quarum, scilicet partium, capè later aliqua excrecens. Et dat exemplum, ibi, Velut egenorum multitudo in democratiis & politiis. Et vocat politias illas quæ commixtæ sunt ex democratia & oligarchia, sicut in præhabitis dictum est.

Et subdit causam vnde hoc frequenter accidit, ibi, Accidit autem aliquando hoc, & id est, etiam propter fortunas: quia scilicet vna pars ciuitatis per eufortunium vel infortunium humiliatur sub altera. Et dat exemplum in particulari vbi hoc accidit. Velut in Tarento, quæ est ciuitas Apulia, quæ quondam magna Græcia dicebatur, victis & pereuntibus multis insignibus, de ciuitate scilicet, & infortunium à Iapygiis scilicet, id est, à ciuibus illius ciuitatis quæ sic dicta est, paulo posterior à Miditis, id est, ciuibus Midia: ciuitatis, democratia facta est ex politia, id est, postquam victi sunt insignes in Tarento & à Iapygiis & Miditis, conueniunt ciues Iapygiae & Midia: ciuitatum, & reordinantes ciuilitatem in Tarento, vbi prius fuit politia commixta, scilicet ex oligarchia & democratia, fecerunt democratiam simplicem, in fauorem populi scilicet, vt magis quietè viueret populus cum insignibus. Et dat aliud exemplum, ibi, Et in Argo, id est, in bello Argeti, iis qui in Septima pereuntibus. Septima autem hic proprium est nomen ciuitatis, cuius ciues perierunt in bello campestri: & tunc, supple, à Cleomene Lacedæmone compulsi sunt admittere vernaculorum aliquos. Vernaculus autem dicitur seruus intra domum natus & nutritus. Et intendit dicere, quod postquam occisi sunt ciues qui liberi erant in Septima scilicet ciuitate, compulsi sunt admittere vernaculos, & illis dare ius ciuium: vt ex illis ciuitas numerostrate ciuium consueta repararetur. Et adhuc dat aliud exemplum, ibi, Et in Athenis (quæ est ciuitas Græcia, vbi fuit studium Philosophorum) infortunatis, id est, infortunium patiensibus in campo, id est, in campestri bello, insignes pauciores facti sunt: quia, supple, occisi sunt. Et ponit causam, ibi, Quia militabant supputati, id est, ad certum numerum computati, sub Laconico bello, quos iuuabant, & interfecti sunt. Accidit autem hoc & in democratiis,

A a 3 cratiis,

cratiis, ubi est fauor populi, & minus occiduntur insignes. Pluribus enim egenis factis, vel substantiis augmentatis, transmutantur, scilicet democratiae (quæ est principatus popularium) in oligarchias & potentatus, quæ est principatus paucorum & diuitem.

m Quintam causam transmutationis politiarum ponit, ibi, Transmutantur autem & politiae & sine seditione, &c. Et dicit in summa, quod propter electionem quorundam aliquando transmutantur politiae: quia scilicet propter impensionem pretij, scilicet alicuius fauoris, eligunt in principatus politiarum, qui non sunt amici politiae: & illi, quia honestatis non habent amorem, transmutant politias. Et dicit etiam, quod apud tales aliquando honorabilitas reputatur parum, & sic paulatim declinando tandem nihil reputatur: & tunc principatus & politia tandem ad nihilum rediguntur. Et hæc est tota sententia istius partis. Litera sic ordinanda est. Transmutantur autem, & id est, etiam sine seditione, propter electionem. Et non intelligit de electione simpliciter, sed de malo modo electionis: quia scilicet inidonei eligebantur. Alia litera, Propter verecundiam, scilicet passiois. Et dat exemplum, ibi, Sicut in Hærea, scilicet ciuitate. Et dat rationem. Ex eligibilibus enim, quia primò consueuerunt principes eligere ad principatus, propter hoc fecerunt fortiales, vt scilicet non electione vitiosa, sed forte principes ad principatus instituerentur. Et dat rationem: quia eligebant, supple, indignos & verecundiam passos, & id est, etiam, propter impensionem, fauoris scilicet vel pretij, quando scilicet permittunt principatus principales, sicut est Regnum & Ephoria, & huiusmodi maiores principatus, intrare non amicos politiae, qui de republica nihil curabant, supple, sed indigni erant principatu. Et dat exemplum, Sicut in Horeo (ciuitas est Græciæ) dissoluta fuit politia principum facta Heracleodoro, supple, principe, qui ex oligarchia, quæ est principatus diuitem & honorabilium, politiam & democratiam instituit, id est, principatum honorabilium, ad principatum populi reduxit.

n Et ponit aliam causam meliorem, ibi, Adhuc propter id quod penes paruum, supple, est: quia parua negligebant: primò enim attendenda erat in electione honorabilitas, quam postea non aded exactè requirentes, sic paulatim defluerunt ab honorabilitate, sicut etiam dicitur Eccles. 38. Qui minima negligit, paulatim defluit. Et hoc est quod exponens subdit. Dico autem penes paruum: quia sæpè latet magna facta transgressio legitimorum. Et est legitimum neutri generis, & vocat legitima, quæ attendenda sunt in electione principum. Et exponit, subdens. Quando negligunt quod paruum: parua enim paulatim negligere, magnam inducit transgressionem in fine: quia sicut dixerunt Democritus & collega eius Leucippus, ex multis paruis componitur magnum. Et Augustinus, Vitali grandia, caue ne obruaris arena. Et dat exemplum ubi hoc accidit, ibi, Sicut in Ambrachia (ciuitas est Asiæ) paruum erat honorabilitas, quia non curabant scilicet, tandem nullius principabantur. Et hoc est quod

exponendo subdit. Tanquam propinquum sit vel nihil differens ab eo quod nihil, id quod paruum. Paruum enim vitium in principio non reputatum, in fine nihil facit reputari etiam magna vitia: & propter hoc Aristoteles. Paruus error in principio, magnum inducit in conclusione. Et sic finita est pars quinta de causa dissolutionis politiae.

o Sextam causam seditionis ponit, ibi, Seditio autem & quod non eiusdem, &c. Et est sententia, quod sæpè seditiones inducit in ciuitatibus, quod multos extraneos, qui non sunt eiusdem tribus cum ipsis, superinducunt, qui postea insurgentes, ciues eiiciunt, & dominantur in ciuitate. Et dat exemplum in multis ciuitatibus, ubi oligarchia & democratia sic immutatae sunt ex aduenis superinductis in ciuitatem. Dicit ergo primò. Seditio autem (& est sexta causa seditionis) & id est, etiam, quod non eiusdem tribus, habitantes scilicet in ciuitate. Et quia qui primò sunt extranei, per connubia & amicitias possunt fieri contribules, & sic simul spirare in amicitiam vnã, idem subdit. Donec vtique simul spirauerint, in vnã amicitiam scilicet, quia tunc possunt concordare. Et dat rationem huius: quia sicut ciuitas non fit ex quacumque multitudine, & in quocumque tempore, sed ex multitudine communicantium in tempore quando communicant: ita nec etiam in ciuitate bene cohabitare quacumque multitudo & in quocumque tempore, supple, facit ciuitatem. Et hoc est quod dicit, ibi, Sicut enim neque ex quacumque multitudine ciuitas fit, ita neque in quocumque tempore: & sic, supple, neque quacumque multitudo potest cohabitare in ciuitate.

p Et ostendit periculum quod ex hoc sæpè factum est, ibi, Propter quod quicumque iam cohabitatores susceperunt, vel superuenientes, supple, extraneos, plurimi seditione diuisi sunt. Et dat exemplum in speciali, ibi, Velut cum Troisensibus Achaici, id est, quidam aduenæ de Achaia cohabitauerunt Sybarin. Ciuitas est Dalmatiæ, quam simul edificauerunt Trois, id est, Troiani, expulsis etiam Achaicis, hoc est, de illa parte Græciæ ubi est Corinthus, quæ Achaia dicitur: & postea multiplicati sunt Achaici & expulerunt Troianos. Et hoc est quod dicit, ibi, Deinde Achaici plures facti eiecerunt Troisensios. Et dicit etiam, quod inde accidit odium (Et est corrupta litera, & vera litera est, diuidium, & est idem quod dissidium) Sybaritis: & in Thuriis Sybaritæ, id est, ciuitatibus collectis scilicet ex Achaicis & Troisensibus. Et subdit causam: quia illi qui inhabitauerunt primò, plus voluerunt habere de terra in possessione, & aliis minus dare tanquam extraneis: & ex hoc contendere inceperunt. Et hoc est quod dicit, ibi, Exigentes enim plus habere tanquam sua regione, id est, de sua, exciderunt, eieci scilicet ab aliis. Et vterius multiplicat exempla, ibi, Et Byzantinis aduenæ insidiantes, id est, Constantinopolitanis (Constantinopolis enim olim dicebatur Byzantium) deprædati exciderunt per pugnam. Et adhuc multiplicat vterius, ibi, Et Antissæi, profugas de Chio suscipientes, per pugnam eiecerunt. Chio autem ciuitas est Rusiæ, vnde nunc Thebalorum

balorum & vterius adducuntur merces. Et vterius multiplicat exempla, ibi, Aglaei autem Samios (Agla ciuitas est maritima respiciens Samos insulam) Samios suscipientes, id est, quosdam de insula, exciderunt ipsi expulsi à Samiis. Adhuc vterius dat exempla, ibi, Et Apolloniatae, id est, de ciuitate Apollonia, quam Apolloni in honorem Apollonis edificauit, qui scilicet ciues in Euxino ponto, id est, ex ponto, hoc est, ex mari Euxino, & dicitur Euximum: quia ibi est sita ciuitas Euximia, aduenas superinducentes, supple, in ciuitatem suam, seditiones passi sunt, supple, ab eis. Et adhuc exempla multiplicat, ibi, Et Syracusani, scilicet in Italia, post tyrannica, bella, supple, extraneos, quos scilicet ceperant, & merces, id est, bona eorum, portantes, ciues cum fecissent, in Syracusa, seditiones passi sunt, & ad pugnam deuenerunt: ingrati enim existentes beneficii accepti, hospites suos expellere nitentur. Et adhuc dat exemplum, ibi, Et Amphipolitæ suscipientes Chalcideorum expulsos, exciderunt ab iis plurimi ipsorum: quia scilicet suscepti immemores beneficii accepti, se suscipientes expulerunt, & loca eorum possederunt. Vnde Eccles. 11. Ne inducas omnem hominem in domum tuam: quia multæ insidiæ dolosi.

q Et inde subdit generaliter de causa seditionis in oligarchiis & democratias, ibi, Seditio autem mouent, &c. Et dicit, quod in oligarchiis causa seditionis est multitudo, quæ conqueritur iniusta sustinere: quia non participat æqualibus cum diuitibus & potentibus, cum æquales sint eis in libertate. In democratias autem causa seditionis sunt insignes conquerentes, quia participat æqualibus cum egenis, cum inæquales eis sint. Et hoc est. Seditio autem mouent, & id est, etiam in oligarchiis quidem qui multi, id est, egeni, tanquam iniusta sustinentes: quia non participat æqualibus, sicut dictum est prius, æquales existentes, id est, cum eis sint in libertate æquales: in democratias autem, qui insignes, supple, mouent seditiones: quia participat æqualibus, supple, tamen eis non æquales existentes. De his autem à principio istius quinti libri satis dictum est.

r Septimam causam seditionis ponit, ibi, Seditio autem sustinent aliquando ciuitates, &c. Et ista causa sumitur ex locis in quibus sitæ sunt ciuitates. Sententia est hæc, quod loca illa in quibus sunt sitæ ciuitates, ita aliquando disposita sunt, quod totum municipium non potest adunari in vnum locum, neque ciues simul esse, sed oportet, quod quidam habitent in suburbiiis & suburbanis & vicis diuersis: & sicut diuiduntur loco, ita diuiduntur communicantibus & communicationibus: quia non communicant nisi in his qui secum habitant & ab aliis dissident. Et huius dat exemplum, quod sicut in exercitiis, ordinatis aciebus, parua apertura & diuisio inducit diuisionem totius exercitus, ita parua diuisio in ciuitatibus inducit seditionem in tota ciuitate & destructionem politiae. Et dat exemplum de iis quæ faciunt diuisionem, Et dicit, quod prima diuidentia sunt malitia & virtus. Secunda autem sunt diuitia & egestas. Dicit etiam, quod parua dissen-

sio inter aliquos ciuim assumitur à principatibus & dominis, magna fit in ciuitate, ita quod dissoluitur ciuitas frequenter propter paruum quod in principio paruum erat: & propter hoc consuevit dici, quod principium est dimidium totius, vel plusquam dimidium: vnde Horatius:

Dimidium facti qui bene cepit, habet.

Exemplum autem suum est de duobus litigantibus de causa amorosa, id est, de amasia, quam cum vnus per lenonem attraxisset sibi, illi qui in politemate erant, id est, domini politiae, diuiserunt se, & tota ciuitas diuisa est: & idem oportet multum vereri diuisionum principia: quia quod paruum est in principio, magnum fit in progressu. Et hoc est totum quod dicit in summa. Litera sic legenda est. Seditio autem sustinent aliquando ciuitates. Et subdit causam, Et, id est, etiam propter loca, id est, propter areas in quibus edificantur. Et ostendit modum, ibi, Quando non bene aptè habet regio ad hoc quod vna ciuitas, id est, in vnum municipium per murorum ambitum non est structa. Et dat exemplum, ibi, Velut in Clazomenis, qui in Chytro, murotum scilicet circulo, habitabant, ad eos qui in insula: quædam enim pars ciuitatis erat in insula quadam adiacente, & quædam alia in circo murotum. Et Chalophini & Nothici, id est, ciues duarum ciuitatum quarum vna dicebatur Chalophina, & altera Nothica: & Athenis: quia ciuitas Atheniensis diuidebatur in Areopagum, ubi habitabat Beatus Dionysius Areopagita, & in aliam partem, ubi communis populus habitabat. Et ostendit quomodo sic diuisi non sunt de politia vna, ibi, Non similiter sunt, id est, de vna politia non sunt, sed magis demotici, id est, democratici sunt (demos enim in Græco est populus, democratici autem populares) qui habitant suburbium, quod est extra muros & ante portas, quam qui municipium, supple, inhabitant: agricolæ enim habitabant in suburbio, ciues autem ciuitati intendentes, in municipio, & sic in suburbio habitantes quasi democratia communicabant: ciues autem in municipio quasi oligarchia: & sic diuisio erat inter eos, quæ aliquando fuit causa dissensionis. Et huius dat exemplum, ibi, Sicut enim in bellis penetrationes aperturarum etiam valde paruarum, quando scilicet turmas timens aliquis hostium aperit & irumpit acie ordinata, tales aperturæ distrahunt acies, ita scilicet quod acies sic distrahæ non adunantur ad pugnam, sed potius patent hostibus: ita videtur omni diuersitas facere dissensionem, supple, in ciuitatibus. Et gratia huius enumerat diuersitates, ibi, Maxima quidem igitur fortè dissidentia, virtus & malitia: maximè enim dissident boni & mali: deinde diuitia & paupertas: quia etiam pauperes & diuites non concordant: & sic vtique altera magis quam altera, quarum vnaquæque dicta est, in isto scilicet capitulo, in quo sunt posita causæ dissensionis inter ciues. Et subdit ostendens qualiter ex paruis crescunt magnæ dissensiones, sicut etiam dicitur Ecclesiast. 11. A modica scintilla augetur ignis, &c. Et hoc est. Fiant quidem igitur seditiones non de paruis, supple, ciuitatibus: quia nec paruum cum

paruo, nec paruis cum magno seditionem facere potest: sed ex paruis, supple, causis. Et hoc est. Seditiones autem faciunt de magnis, id est, consueuerunt facere: maximè autem & parue inualescunt, quando inter dominos fiunt. Inter illos enim ex paruis causis sæpè sumit initium magnum malum. Et dat exemplum. Velut accidit in Syracusa in antiquis temporibus. Et dicitur quomodo. Transmutata enim fuit politia, id est, dominium politiae quod vocatur politeuma, ex duobus iuuenibus dissidentibus, illis, supple, in principibus, qui erant, id est, principibus, quando vna pars principum adhæsit vni, scilicet iuueni, & altera alteri. Et quod parua causa fuit, subdit, ibi, Circa amorosam causam, id est, pro quadam amasia quam amabant. Et dicit modum, ibi, Altero enim, illorum iuuenum scilicet, absente, leno quidam existens, id est, qui procurabat amasiam aliis. Et dicitur leno à quadam muliere quæ lena vocabatur, quæ primò prostituit iuuentulas. Et dicit quid fecit ille leno, ibi, Amicum illius finxit, mulieris scilicet, & sic, supple, secundum, qui non abscellerat, admisit: rursus autem ille, qui primò scilicet abscellerat, huic indignatus est, qui scilicet amasiam ab eo abstraxerat, uxorem ipsius, quæ scilicet vera vxor fuit secundi, persuasit, vt sibi scilicet consentiret, tanquam ipsam, id est, primum maritum, venire, id est, persuasit ei, quod secundus venit ad eam tanquam esset primus, & cognouit eam: vnde coassumentes, primus scilicet & secundus eos qui in politeumate, id est, in dominio politiae, diuiserunt omnes: quidam enim adhæserunt vni, & quidam alteri: & sic omnes inter se diuisi sunt.

z Ex hoc concludit propositum, ibi, Propter quod subditos quidem vereri oportet talia, & dissoluere præsidium & potentum dissentiones, scilicet ne ex talibus politia dissoluatur. Et dicit rationem, ibi, In principio enim fit peccatum, id est, inicitur peccatum: principium autem dicitur esse dimidium totius. Quare & quod in principio paruum peccatum, supple, est, proportionale est, supple, initium ad finem & ad ea quæ in aliis partibus. Sicut enim dicit Aristot. in 16. animalium, sicut cordis virtus, ex quo est generatio totius corporis, proportionatur toti corpori: ita principium mali facti virtute malitiae suæ producit magnum malum.

u Octauam causam seditionis ponit, ibi, Totaliter autem insignium dissentiones, &c. Sententia est hæc, quod causa dissentionis ciuitatum sunt dissentiones insignium, id est, potentum in ciuitate. Et assignat eam: quia insignium dissentiones frequenter assumuntur à tota ciuitate: & sic dissoluitur politia. Et dat exempla multa, quæ in vniuerso sunt nouem, sed reducuntur ad tres causas. Prima causa est, quod insignes quando dissident, attrahunt sibi partes ciuitatis: & sic tota ciuitas cadit in dissentionem. Secunda causa est, quando volunt aliqui approbati in ciuitate, vel augeri, vel principatum facere, tunc attrahunt partes ciuitatis in suum consensum, & sic diuidunt eam. Tertia causa, quod aliquando simulat quod aliis inimicis ciuitatis volunt facere pugnam, & sic reliqui attrahunt sibi partes. Quarta causa est, quæ tamen commixta est tertiæ, quod aliquando simulat se

mutare forum propter commune bonum: & sic iterum attrahunt sibi partes ciuitatis, & turbant eam, & mutant politiam. De quolibet istorum ponit plura exempla, quæ satis erunt plana in litera expositione. Dicit ergo primò. Totaliter autem, id est, vniuersaliter insignium dissentiones coassumere. Insignium dissentiones dicuntur, quando viri claræ dignitatis in ciuitate dissentunt, & hi coassument partes ciuitatis: sic enim fit, quod tota ciuitas diuiditur & compugnat. Et hoc est. Insignium dissentiones faciunt coassumere & totam ciuitatem, scilicet dissentiones insignium.

x Et dat exemplum, ibi, Velut in Esticis. Estica quædam prouinciola est Græciæ, in qua est villa vocata Postmidica: in illa villa Postmidica accidit id quod hic dicit: & hoc est, quod duo fratres litigabant pro paterna hereditate, quorum vnus qui fuit pauper, adiunxit sibi populares in lite: alter qui habuit substantiam, coniunxit sibi opulentos: & sic compugnauit tota ciuitas. Et hoc est, ibi, Duobus fratribus de paterna hereditate dissidentibus. Et ponit casum, ibi, Pauperior quidem enim, tanquam non proferente alio quibusdam neque thesaurum quem inuenit pater, id est, quem acquisiuit pater, adduxit populares, pauperior scilicet, quia non habuit facultates vnde condiceret diuites: alius autem habens substantiam multam, opulentos, supple, adduxit in partem suam: & sic ex dissentione popularium & opulentorum turbata est tota ciuitas, & mutata politia.

y Et dat aliud exemplum, ibi, Et in Delphis, scilicet in insula, differentia, id est, dissensio, quæ facta est ex cura, principum scilicet (Quidam enim principes curabant de parte vna, & quidam de altera) fuit principium omnium seditionum posteriorum. Et ponit causam qualiter hoc fuit, ibi, Hi quidem enim, id est, quidam auguratus quoddam symptoma, id est, signa, symptomata enim febris, sunt signa febris in medicina, vt venit, id est, postquam venit, ad sponfam, supple, accipiendam: auguratus enim erat ex signis, quod non expediret ei accipere eam. Et hoc est quod sequitur. Non accipiens abscellit: hi autem, id est, alij parentes scilicet, sponsæ & amici, tanquam iniuriam passi, quia scilicet refutauerat sponfam, iniecerunt, in culpam scilicet, sacrarum rerum sacrificatorem, id est, Sacerdotem. Et causa fuit: quia ille in extis animalium sacrificatorum à Sacerdote auguratus fuerat per Sacerdotem: & respondit Sacerdos, quod non expediret sibi accipere, sicut expresse scribitur in libro, vbi traditur scientia augurandi, quam scripsit Costabellius, quem quidam Costabulum vocant, qui etiam scripsit librum de differentia spiritus & animæ, & librum de physicis ligaturis & de colli suspensione. Dicit enim ille, quod in haruspicio quando sacrificatur animal, si in vngula, quando occiditur, dextra pars fluens sanguine currit super sinistram, signat prosperitatem ad votum immolantis: si è conuerso sinistra super dextram, infortunium signat. Et in tali haruspicio responderat Sacerdos, quod ille qui promiserat sponfam accipere, infortunium pateretur, si acciperet eam: & idè abscellit: & propter hoc amici

amici sponsæ intorserunt culpam in Sacerdotem. Et hoc est quod sequitur, ibi, Et deinde tanquam sacrarum violatorem interfecerunt. Imponebant ei, quod peruerteris ritum sacrificatorum malè auguratus esset.

z Et inducit aliud exemplum, ibi, Et circa Mitylenam autem (Mitylena enim insula est inter Græciam & Apuliam in mari sita) ex hereditatibus dissentione facta, multorum fuit principium malorum, & supple, principium belli quod aduersus Athenienses, habuerunt scilicet Mityleni, in quo, scilicet bello, Paches (Tyrannus fuit quidam Mitylenus) cepit ciuitatem ipsorum, Athenas scilicet. Et narrat casum, ibi, Timophane enim egenorum quodam, id est, de numero egenorum, relincente duas filias, Doxander cuius quidam Atheniensis coarctatus, supple, paupertate, & non accipiens filias suas, supple, illas duas uxores, incepit seditionem, & Athenienses exacerbauit, aduena existens ciuitatis. Et ex ipso sic seditio orta est & conturbatio politiae ciuitatis.

aa Et inducit adhuc exemplum, ibi, Et in Phochenis, ciuibus scilicet (Phochena est ciuitas iuxta Dalmatiam & Bulgariam) ex hereditatione facta seditione, id est, pro hereditate. Et subdit inter quos, circa Mneseam patrem Mnasonis, & circa Euthycratem Onomarchi, supple, filium, seditio hæc principium fuit sacri belli Phochenis, id est, fortissimi belli: quia sacrum idem est quod forte.

bb Et inducit aliud exemplum, ibi, Fuit autem transmutata &, id est, etiam in Epidamno, ciuitate scilicet Græciæ, politia ex nuptialibus. Et ponit casum. Cum desponsasset enim quidam filiam Epidamni scilicet, qui à nomine loci sic dicebatur, & lassisset ipsam desponsati pater, id est, socer, qui est vt pater factus, in Epidamno scilicet principatum, alter, id est, vnus comprehendit eos qui extra malitiam, id est, qui non erant conscij consilij mali, & habuit ille qui desponsauit, vt scilicet per hoc obtineret principatum. Et quare comprehenderit, subdit, tanquam delusus. Imposuit enim quibusdam non conscjis quod consilium dedisset, & quod ipse delusus esset & principatum amisisset. Et sic finis est illius partis, quæ fuit octaua causa seditionis ciuitatis. Et ex omnibus his nihil aliud est accipere, nisi quod paruum malum in principio, coassumptum à principibus & partibus ciuitatis, magni mali causa est in fine: & idè summè cauenda sunt principia malorum. Et principis ostendit Cato obuiandum esse, dicens.

Principis obsta, serò medicina paratur.

cc Nonam causam seditionis ponit, ibi, Transmutantur autem in oligarchiam, &c. Et dicit tria in summa. Primum est, in quid transmutantur politiae consuetudine in ciuitatibus. Secundum est, quando transmutantur. Tertium quæ partes ciuitatis movent seditionem. Et dicit, quod transmutantur in oligarchiam & in democraticam & politiam. Et ratio est: quia vincenibus potentatibus transmutantur in oligarchiam, vincente populo in democraticam, vincentibus medijs in politiam compositam ex democratica & oligarchia. Et hoc probat per sex exempla, quæ per ordinem enumerat in litera,

& sunt plana. Dicit ergo primò. Transmutantur autem & in oligarchiam, vincentibus scilicet potentibus, & in demum, id est, in democraticam, vincente scilicet populo: & in politiam mixtam scilicet ex democratica & oligarchia, vincentibus scilicet medijs: hæc enim probata sunt in præcedentibus, & id est, etiam ex eo quod approbati aliquid, supple, in ciuitate, vel augeri, supple, velle in ciuitate vel principatum, vel partem ciuitatis: quando enim aliquid istorum vult aliqua pars in ciuitate, necesse est tunc transmutari politiam secundum partem ciuitatis vincentem, vt iam dictum est.

dd Et dat exemplum, ibi, Velut in Ariopago, in vico Martis scilicet Athenis, consilium beneplacens, supple, fuit in Medicis (Media fuit quædam prouinciola subiecta Atheniensibus) videbatur enim, supple, Ariopago, fortiozem facere politiam, supple, in Medicis: & sic factum est, & sic mutata est politia, eò quod hoc approbauerint Ariopagi.

ee Et dat aliud exemplum de eodem, ibi, Et iterum naualis turba facta causa victoriae circa Salaminam, quæ etiam ciuitas fuit subiecta Atheniensibus. Et hoc est quod sequitur. Et per hanc, scilicet victoriam, præfatus, id est, facta est causa prælationis, quod scilicet præfuit & ordinauit eam. Et tangit causam, ibi, Propter eam quæ in mari potentiam, qua scilicet Athenienses nauali bello subiecerunt Salaminam, democraticam fortiozem fecit. Cum enim ante dominarentur in ea insignes Athenienses vincentes eos nauali bello, oligarchiam insignium in democraticam verterunt, confortantes principatum populi super principatum insignium.

ff Et inducit tertium exemplum, ibi, Et in Argo (ciuitas est maritima) insignes acceptati, id est, recepti, circa eam quæ in Mantinea pugnam, ad, id est, contra Lacedæmones, conati sunt dissoluere demum, id est, democraticam, & conuertere, supple, in oligarchiam.

gg Et inducit quartum exemplum, ibi, Et in Syracusa, quæ est ciuitas Siciliae, cum esset populus causa victoriae belli, quod ad Athenienses, id est, quod Syracusani habuerunt contra Athenienses, ex politia (qua prius scilicet utebantur) in democraticam transmutatio facta est. Et ratio est, quæ dicta est: quia vincente populo necesse fuit vt secundum principatum populi ciuitas ordinaretur.

hh Et inducit quintum exemplum, ibi, Et in Chalchide, id est, in Calchedonia, populus cum insignibus ex concordia, supple, Tyrannum Phoxum perimens, qui scilicet ante principabatur in Chalchedonia, statum habebat politiae, mixtæ scilicet, vel habebat politiam mixtam, scilicet ex democratica & oligarchia: eò quod tunc populus cum insignibus concordabat.

ii Et inducit sextum exemplum, ibi, Et in Ambracia (ciuitas est maritima) rursus similiter populus coëficiens, id est, pari consensu eiiciens, Periandrum Tyrannum, his, id est, ab his qui infesti erant, supple, Periandro, in seipso, populo scilicet, constituit politiam, remota scilicet Tyrannide Periandri in omnibus.

kk His causis dissentionis positis, subdit vniuersaliter, quod oportet non latere, quod quæcumque

cumque pars in ciuitate causa potentia potest super aliam, siue sint idiora, siue principatus, siue tribus & totaliter qualiscumque multitudo, statim mouet seditionem. Et hoc est quod dicit, ibi, Et vniuersaliter etiam oportet hoc non latere, quod qui potentia causa facti sunt, supple, in ciuitate, & idiora, id est, populares, & principatus, id est, principes, & tribus, consanguinei scilicet & cognati, & totaliter, id est, vniuersaliter qualiscumque multitudo, seditionem mouent, supple, aliis. Et tangit duplicem causam. Dicit enim, Quia si inferiores sunt, inuidet superioribus, & mouent seditionem: si autem superiores sunt, nolunt contenti esse æqualibus cum inferioribus, & iterum mouent seditionem. Et generaliter subdit, quod quando cumque contrariae partes in ciuitate æquantur in potentia, & non sit media pars quæ possit constringere vtrumque, statim ad inuicem mouent seditionem. Et hoc est. Aut enim qui iis honoratis inuidet, inchoant seditionem, inferiores scilicet superioribus: aut isti, scilicet superiores propter excessum, id est, quia excedunt minores diuitiis & potentia non volunt manere in æqualibus, cum inferioribus scilicet: & tunc iterum mouent seditionem.

¶ Et subiungit, quod semper partes contrariae mouent seditionem, ibi, Mouentur autem politicae, & id est, etiam quando quæ videntur esse contrariae partes ciuitatis, æquantur inuicem. Et dat exemplum, ibi, Velut diuites & populus: medium autem sit nullum aut valde paruum, ita quod vtrumque constringere non possit. Et subdit causam, ibi, Si enim multum excedat alterutra partium ad manifeste valentius, id est, quod manifestum sit, quod altera valentior sit quam alia, reliqua, debilius scilicet, non vult periclitari: & ideo, supple, non se opponit, & sic non fit seditio. Ex hoc concludit, quod boni & virtuosus semper pauci sunt respectu malorum, & nunquam faciunt seditionem. Et hoc est. Propter quod & qui secundum virtutem differunt, non faciunt seditionem, vt est dicere. Et ponit rationem, ibi, Pauci enim fiunt ad multos, supple, non virtuosos. Deinde ponit

CAPVT III.

De mutationibus
democratia, & ca-
rum modis.

Secundum vnamquamque autem speciem politicae ex iis partientes, accidentia considerare oportet.

b Democratia quidem igitur maximè transmutantur propter demagogorum impudentiam. Ij quidem enim seorsum calumniantes habentes substantias, coadunant ipsos (congregat enim & separatissimos communis timor) hi autem communiter multitudinem inducentes.

c Et hoc in multis videbit vtrique aliquis factum. Etenim in Co democratia transmutata fuit, demagogis factis malis. Insignes enim coadunati sunt.

epilogum de omnibus causis dictis, ibi, Vniuersaliter quidem igitur circa omnes politias principia & causae seditionum & transmutationum habent hunc modum.

m Decimam causam transmutationis siue seditionis ponit, ibi, Mouent autem politias: & est generalis. Positis ergo omnibus causis seditionis supra dictis, ponit hic duos modos, qui generaliter sunt circa omnes causas, dicens, quod omnis politia mouetur per violentiam, vel per fallaciam. Et hoc dupliciter. Primò, quia aliquando per fallaciam decipientes faciunt eos voluntariè transmutare politiam, postea deceptos per violentiam detinent, ne redeant. Et dat exempla, sicut consuevit. Dicit ergo primò, Mouent autem politias quandoque quidem per violentiam, quandoque autem per fallaciam: per violentiam quidem aut mox à principio, quandoque scilicet compellunt mutare politiam: aut posterius cogentes, quando scilicet primò decipiunt, & postea per violentiam compellunt in deceptione remanere. Et hoc est quod subdit, ibi, Etenim fallacia dupliciter: quandoque quidem enim cum decepterint primò, voluntariorum transmutant politiam, ita scilicet, quod illi ex voluntate consentiant, decepti tamen: deinde posterius violentia detinent inuoluntariorum, politiam, supple, & tenere scilicet cogunt: primo enim decipiunt, & postea cum redire vellent, non permittunt. Et dat exemplum, ibi, Velut qui in Treteris qui populum decepterunt, primo, supple, dicentes regem daturum pecunias ad bellum aduersus Lacedaemones. Et sic patet in præhabitis in secundo libro, quod Lacedaemoniorum politia primò erat in Cretha. Et cum mentiri fuissent, quia scilicet rex non dedit pecuniam, conabantur detinere politiam, aliquando autem à principio cum persuaserint, decipiendo scilicet, & posterius iterum persuasus voluntariis principantur. Non enim permittunt redire ad politiam consuetam. Postea ponit epilogum de omnibus dictis in isto capitulo, ibi, Simpliciter quidem igitur circa omnes politias ex dictis accidit fieri transmutationes.

CAPVT III.

Sed oportet in vnaquaque specie Rerum Publicarum hoc idem considerare.

Popularis ergo status maximè recipit mutationes propter eorum hominum perfidiam, qui sunt quasi Duces in populo. Hi enim priuatim egregium quemque calumniando, conspirare eos simul compellunt (cogit enim in vnum communis metus etiam eos qui prius erant inimicissimi) publice verò multitudinem irritant.

Et hoc fere vbiq; in hunc modum fieri videmus. Nam & apud Chorum popularis status interit ob prauitatem eorum qui populum ducebant. Nobilitas enim conspiratione facta, regimen ciuitatis arripuit.

d Et

d Et in Rhodo demagogi tractantes stipendia acquisierunt, & prohibebant reddere quæ debebantur trierarchis. Ij autem propter illatas iniurias coacti sunt coadunari dissoluere demum.

e Dissoluitur est autem & in Heraclea demus post migrationem mox propter demagogos. Insignes enim iniusta passi, ab ipsis successerunt: deinde coadunati qui secesserant, & superuenientes dissoluerunt demum.

f Consimiliter autem & in Megaris dissoluta est democratia. Demagogi enim vt pecunias haberent de populari, eiecerunt multos insignites, donec multos facerent fugientes. Ij autem descendentes oppugnantes populum, vicerunt, & instituerunt oligarchiam.

g Euenit autem idem & circa Cumam in democratia quam dissoluit Thrasymachus.

h Fere autem & in aliis videbit vtrique aliquis considerans transmutationes hoc modo se habentes. Quandoque quidem enim vt dona habeant iniusta facientes insignes, insignes coadunant, vel substantias æquè partiales facientes, vel redditus sacrificiis: quandoque autem criminantes, vt habeant de populari possessiones diuitum.

i In antiquis autem quando erat idem demagogus, erat & dux exercitus, in tyrannidem fiebat transmutatio: fere enim plurimi antiquorum tyrannorum ex demagogis facti sunt.

k Causa autem quare tunc quidem fiebat, nunc autem non: quia tunc quidem demagogi erant ex militantibus. Nondum enim erant disertis loqui: nunc autem rhetorica augmentata, qui possunt loqui, sunt demagogi: propter inexperience autem bellicorum, non superponuntur, nisi alicubi aliquid breue fiat tale.

l Fiebant autem tyrannides prius magis quam nunc, & quia magni principatus committebantur aliquibus, sicut in Mileto ex Prytania: multorum enim & magnorum erat dominus Prytanes.

m Adhuc autem quia non magna

Et apud Rhodum: impositis enim pecuniis, qua conductis militibus soluerentur, potentes quidam in populo pro se eas verinebant, erantque impedimento quo minus ea redderentur praefectis triremium. Praefecti autem classis cum pecunias non haberent, ac nihilominus nauigare ex lege cogentur, veriti pœnam iudicij, conspirationem inierunt ad popularem statum euerendum.

Apud Heracleam quoque populus oppressus est ea de causa. Potentes enim quidam in populo illatis iniuriis, nobilitatem expulerunt: illi vero postmodum conspirantes, & in vnum conuenientes, in urbem reuersi, populum oppræsserunt.

Nec multo dissimiliter apud Megareses popularis status interit. Ductores enim populi quo pecunias per bonorum publicationem haberent, multos à nobilitate pepulerunt, vt tandem facta sit permagna exulum multitudo. Exules ergo in vnum conuenientes, pralio superarunt, oppræssioque populo paucorum potentiam constituerunt.

Contingit hoc idem apud Cumas in populari statu quem destruxit Thrasymachus.

Et apud alios fere quis inspicit eodem modo contigisse, interdum enim vt gratificentur iniurias nobilitatem conspirare faciunt vel patrimonia diuidentes vel redditus muneribus publicis subicientes: interdum vero calumniantes, vt bona opulentorum publicari faciant.

Vetustis quidem temporibus, quando idem erat potens in populo, ac belli dux, popularis Respublica in tyrannidem mutabatur. Et profecto antiquorum tyrannorum plurimi ex popularibus hominibus facti sunt.

Causa verò cur tunc fierent, non autem nunc, illa est, quod tunc qui in populo maximè poterant ex his qui bello gerendo proficiebantur: nondum enim dicendi peritiam habebant: nunc autem rhetorica arte superueniente, qui dicendi facultatem habent, populos ducunt quidem: sed quia imperiti sunt, Rerum publicarum tyrannidem inuadere non audent, nisi sibi parum aliquid tale incidit.

Tyrannides certe frequentius fiebant prius quam nunc, & propter magnas potestates quibusdam commissas, cesu Mileti ex consulari: multarum enim ac magnarum rerum potestatem habebat consul.

Ac etiam ob id, quia tunc urbes non erant

erant

erant tunc ciuitates, sed in agris habitabat populus, occupatus existens operibus, optimates populi, quando bellicosi erant, tyrannide præferebantur: Omnes autem hoc faciebant crediti à vulgo. Persuasio autem erat inimicitia ad diuites.

n Velut Athenis Pisistratus feditionem mouit aduersus Pediacos: & Theagenes in Megaris diuitum pecora occidens, capiens iuxta fluiuium pascentes: & Dionysius accusans Daphnæum & diuites, dignificatus est tyrannide, propter inimicitiam creditus tanquam popularis existens.

o Transmutantur autem & ex prima democratia, in maximè nouam. Vbi enim eligibiles quidem principatus, non autem ab honorabilitatibus, eligit autem populus, demagogi qui student principari, ad hoc insistant ut populus sit dominus legum. Remedium autem, vt non fiat, vel vt minus fiat, tribus ferre principes, sed non omnem populum. Democratiarum quidem igitur transmutationes omnes ferè sunt propter has causas.

CAPVT III.

a Hic ponit accidentia politiarum, ex quibus maximè transmutantur. Et habet tres partes. Primò enim hoc ostendit in democratia. Secundò in oligarchia, ibi, *Oligarchia autem transmutatur, &c.* Tertio in aristocratia, ibi, *In aristocratia autem sunt feditiones, &c.* Istud verò capitulum diuiditur in duas partes. In prima parte ostendit per quod accidens maximè mutantur, ibi, *In antiquis autem quando erat, &c.* Circa primum duo facit. Primò enim ostendit, quòd propter demagogorum impudentiam maximè mutatur democratia. Secundò particulariter ostendit hoc in quatuor exemplis, ibi, *Et hoc in multis videbit vtrique aliquis, &c.* Sententia primæ partis est, quòd impudentia demagogorum facit separari democratias. Demagogi autem fuerunt quidam præpositi populo, qui concionando alloquebantur populum, & proponebant quæ facienda erant. Et postquam hi facti sunt impudentes vt non vererentur adulari & detrahere, detrahebant diuitibus coram populo, & adularantur populo, & sic diuitibus timorem facientes de populo, fecerunt quòd diuites coadunabantur per conspirationem contra populum, & sic dissoluebant democratiam communem diuitum & populi. Dicit ergo primò. Secundum vnamquamque autem speciem politiarum, scilicet democratiam, oligarchiam, & aristocratiam (Illas enim vocat species politiarum) ex iis, causis scilicet se-

erant magna, sed rure homines habitabant, otium agentes, præterquam ab agris. Qui autem patrum erant in populis, cum viri militares essent, tyrannidem inuadebant: idque agebant omnes præstita sibi prius fide à populo, qua acquirebatur ex inimicitia aduersus opulentos.

Vt Athenis Pisistratus per factionem contra Pediacos susceptam: & Megaris Theagenes armatis opulentorum occisis, qua iuxta flumen repererat pascentia: & Dionysius accusans Daphnæum & diuites, meruit tyrannidem Syracusis obtinere, propter inimicitiam nobilitatis sibi fide à populo præstita, quasi popularis esset.

Mutantur etiam Respub. ex consuetudine gubernatione in ultimam speciem popularitatis. Cum enim per electionem sunt magistratus, non tamen à censu, eligit autem populus, ambientes populum, magistratum gratia, eo rem deducunt, vt sit populus dominus etiam legum. Remedium autem ne hoc omnino fiat, vel vt minus fiat, illud est, vt tribus quidem magistratum eligant, non populus vnuerfus. Popularium igitur statuum mutationes ferè omnes per has fiunt causas.

ditionum in præcedenti capitulo enumeratis, partientes, id est, distinguentes, pertinentia accidentia oportet considerare. Accidentia enim vocat extrinseca, quæ causas feditionum frequentius inducunt.

b Et dicit, quòd hoc ex demagogorum est impudentia, ibi, Democratia quidem igitur maximè transmutantur propter demagogorum impudentiam. Iam autem dictum est quomodo fiunt impudentes, in sententia supra. Et hoc est quod hic addit. Ij quidem enim seorsum calumniantes, coram populo scilicet, habentes substantias, id est, diuites, coadunant ipsos, per conspirationem scilicet. Quod autem sit efficax hoc ad conspirandum diuites contra populum, ostendit subdens, ibi, Congregat enim, id est, congregari facit & conspire, etiam separatissimos communis timor. Quando enim aliqui timent de aliquo, etiam si inimici fuerint, reconciliantur & conspirant contra illum quem timent. Quod autem moueant populum contra diuites, subdit, ibi, Hi autem, id est, demagogi, communiter multitudinem inducentes, supple, sunt contra diuites. Et sic finita est prima pars primæ partis.

c Secundò cum dicit, Et hoc in multis videbit vtrique aliquis factum, &c. ostendit quod dixit, particulariter in quatuor exemplis. Et primò dat primum exemplum, ibi, Etenim in Aea (Aea ciuitas est Græciæ à qua dicuntur Æoles: & sæpè in Authoribus omnes Græci Æoles dicuntur: dicitur enim, quod in illa ciuitate primò Græci habitabant) Democratia transmutata fuit, demagogis factis malis malis. Et ponit modum, ibi, Insignes enim coadunari sunt, ad conspirandum scilicet contra populum.

d Et

d Et dat secundum exemplum, ibi, Et in Rhodo (insula est in qua Ptolemæus fecit obseruationes astrorum) Demagogi tractantes, id est, vt tractare cum populo, stipendia acquisierunt, quia mercede conducti fuerunt, & prohibebant reddere quæ debebantur Trierarchis. Trierarchæ sunt principes, qui præfunt trirēibus, id est, magnis nauibus, quæ habent tres ordines remorum, quibus vrebantur in nauali bello. Et subdit quid hoc sequutum sit, ibi, Hi autem, scilicet Trierarchæ, propter illatas iniurias coacti sunt adunari & dissoluerem demum, id est, democratiam.

e Et ponit tertium exemplum, ibi, Dissolutus est autem & in Heraclea demus (Heraclea ciuitas est) post migrationem mox, id est, quando diuites coacti sunt migrare de ciuitate propter demagogos: quia scilicet persuaserunt populo, vt diuites eiecerent de ciuitate. Et tangit modum qualiter demus dissolutus est, ibi, Insignes enim iniusta passi, à populo scilicet, ab ipsis, popularibus scilicet, secesserunt: deinde coadunari qui secesserant, & superuenientes, populo scilicet, & vincentes, dissoluerunt demum, id est, democratiam, & conuerterunt in oligarchiam.

f Et ponit quartum exemplum, ibi, Consimiliter autem & in Megaris (quæ, sicut dictum est, magna ciuitas est à magnitudine sic dicta: quia *μῆγα* idem est quod magnum in Græco) dissoluta est democratia. Et tangit modum, ibi, Demagogi enim vt pecunias haberent de populari, scilicet, multitudine, eiecerunt multos insignium, donec multos facerent fugientes, timore scilicet populi. Ij autem, insignes scilicet, descendentes oppugnantes populum, postea, supple, vicerunt, & instituerunt oligarchiam, principatum scilicet insignium.

g Iuxta hoc exemplum ponit aliud penitus simile ei, & non differunt nisi secundum materiam, ibi, Euenit autem idem & circa Cumam, ciuitatem Græciæ, in democratia quam dissoluit Thrasyachus, qui fuit demagogus in Cuma.

h Istis sic particularibus positis, ex his vniversaliter subdit, quod in multis similibus causis potest hoc considerari, ibi, Ferè autem & in aliis videbit, id est, videre poterit, vtrique aliquis transmutationes, id est, causas transmutationum, hoc modo se habentes. Et subiungit causas, quod hoc totum fit propter auaritiam, ibi, Quandoque quidem enim vt dona habeant iniusta facientes, insignes coadunant, id est, contra populum conspirare faciunt, vel substantias æquè partiales facientes, id est, persuadent eiicere quosdam, vt substantias eorum diuidant inter se, vel reditus sacrificiis, debitos scilicet, vel faciunt eiicere quosdam maxime Sacerdotes, vt habeant reditus ad ritus sacrificiorum pertinentes. Quandoque autem criminantes, supple, sunt, diuites scilicet, coram populo, vt habeant depopulari possessiones diuitum. Et hoc fit quando crimina imponit demagogus diuitibus, propter quæ publicantur bona diuitum. In omni-

D. Alb. Mag. Politic.

bus his modis accidentium, democratia mutatur in oligarchiam.

i Deinde cum dicit, In antiquis autem quando erat, &c. ostendit causas quare antiquitus democratia mutabatur in tyrannidem. Et circa hoc duo facit. Primò ponit tres causas. Secundò ostendit hoc tribus exemplis, ibi, *Velut Athenis Pisistratus, &c.* Prima causa est, inter tres, quam dicit, quòd antiquitus demagogi ex militaribus sumebantur, & illis committebantur principatus super populum: & quia illi bellatores erant constituentes multitudinem, statim commutabantur in tyrannides.

k Et addit, quòd in antiquis temporibus non habebatur rhetoricæ scientia, vt scilicet ornate & ordinate scirent loqui demagogi, quæ nunc augmentata est: & propter hoc nunc demagogi non habent quidem experientiam bellatorum, sed rhetoricis argumentis videntes, pugnant verbis. Et idèd nunc non mutantur in tyrannides, nisi raro vt rector & bellicosus existat. Secundam causam dicit esse, quòd antiquitus cum populus adhuc rudis esset, magni principatus committebantur aliquibus regendi: & illi propter magnitudinem potentia quam habebant, facile transmutabant in tyrannidem. Tertia causa est: quia antiquitus adhuc non erant magnæ ciuitates, sed populus in agris habitabat, vnusquisque in prædio suo occupatus circa opera priuata: & idèd quidam optimates quando bellicosi fuerunt, sola tyrannidis consideratione præferebantur. Et hoc fiebat: quia vulgo persuadebant, quòd tales essent viles, & persuasio maximè sumpsit rationem ab hoc quod inimici erant diuitum, & insidiabantur facultatibus eorum, & adiutorio populi volebant eas diripere. Hæc est sententia tota primæ partis. Littera sic legenda est. In antiquis autem, supple, temporibus, quando erat idem demagogus & dux exercitus, in tyrannidem fiebat transmutatio democratia. Et ponit rationem, ibi, Ferè enim plurimi antiquorum tyrannorum, ex demagogis facti sunt. Et dat causam, ibi, Causa autem quare tunc fiebat, nunc autem non: quia tunc quidem demagogi erant ex militantibus, qui propter exercitium & vsum armorum facile mutabantur in tyrannos. Et subdit rationem quare nunc non est ita, ibi, Nondum enim erant discreti loqui, id est, ad loquendum: nunc autem rhetorica augmentata, qui possunt loqui, id est, qui potentiam habent ad loquendum, fiunt demagogi, id est, concionatores, scilicet ad populum: propter inexperientiam autem bellicorum (quia in vtroque non possunt esse perfecti & in bellicis & in rhetoricis) non superponuntur, supple, iudices & principes, nisi alicubi aliquid breue fiat tale. Sicut dicit Seneca de Nerone in libro de naturalibus questionibus, quòd & Philoſophus & bellicosus fuit: sed hoc est in paucis. Hæc ergo est causa prima.

l Secundam ponit, ibi, Fiebant autem tyrannides prius magis quam nunc, & id est, etiam quia magni principatus committebantur

B b aliquibus

aliquibus tunc. Et huius ratio fuit. Quia pauci tunc erant idonei ad principandum: & ideo tunc oportuit, quod vni alicui idoneo committeretur magnus principatus. Et dat exemplum, ibi, Sicut in Mileto (insula quædam est iuxta Siciliam, quæ vique hodie vocatur Miletum insula) ex Prytania accidit, supple, Et ponit modum, ibi, Multorum enim & magnorum erat dominus Prytanis, & supple, idè elatus potestate conuersus est in Tyrannum. Et hæc est secunda causa.

m Tertiam ponit, ibi, Adhuc autem quia non magnæ erant tunc ciuitates, sed in agris habitabat populus occupatus existens operibus; agriculturæ scilicet, optimates, autem, supple, populi, quando bellicosi erant, tyrannide præferbantur, id est, sola consideratione tyrannidis, qui hostes possent repellere: sicut dicitur in Timæo Platonis. Omnes autem hoc faciebant, scilicet quod tales eligebant, crediti à vulgo: quia scilicet vulgus credebatur, quod tales optimates per tyrannidem repellere possent hostes. Et à quo sumperint persuasionem, subdit. Persuasio autem erat, id est, ratio persuasionis, inimicitia ad diuites. Inimici erant diuitum: quia diuites poterant lædere eos, pauperes autem non. Vnde in epistola Iacobi. Nonne diuites per potentiam opprimunt vos, & ipsi pertrahunt vos ad iudicia? Et Ecclesiast. 4. Venatio leonis onagri in eremo, sic pascua diuitum, pauperes. Et sic finita est pars de causis transmutationis democratix in tyrannidem.

n Deinde cum dicit, Velut Athenis Pisistratus, &c. probat quod dictum est, per exempla. Et circa hoc duo facit. Primum enim ponit tria exempla. Secundò ostendit quandam specialem causam transmutationis, ibi, Transmutantur autem & ex patria, &c. Primum exemplum est de quodam Pisistrato, qui Athenis mouit seditionem aduersus Pediacos diuites. Pediaci sunt quidam populus. Secundum exemplum est de quodam Theagene, qui in Megaris diuitum pecora occidit, capiens ea iuxta anem vbi pascebantur. Tertium exemplum est de Dionysio Tyranno Siculorum, qui accusauit Daphnæum quendam diuitem & diuites, dignificatus est tyrannide, propter inimicitias, quas habuit ad ipsos, cum crederetur esse popularis à communi populo. Et hæc tota sententia. Litera sic legenda est. Velut Athenis Pisistratus, in principatum

scilicet promotus, seditionem mouit aduersus Pediacos, qui scilicet diuites erant: & Theagenes in Megaris (Ciuitas est magna) Megara (quia magna) dicta, diuitum pecora occidens, capiens iuxta fluuium pascentia. Pastores autem iuxta fluuium pascebant pecora: quia ibi erant vberiora pascula. Et Dionysius, Siculorum scilicet tyrannus, accusans Daphnæum & diuites, dignificatus est, id est, in dignitatem principatus positus est, tyrannide, id est, consideratione tyrannidis, propter inimicitiam, supple, quam habebat ad diuites, creditus tanquam popularis existens: credebatur enim esse popularis. Et propter inimicitiam, quam habebat ad diuites, positus est in principatu, vt tyrannidem exerceret in diuites. Et ista sunt exempla quæ inducit.

c Deinde cum dicit, Transmutantur autem, &c. ostendit specialem causam transmutationis democratix. Et sententia huius est, quod ex patria ipsa, id est, ex modo patriæ aliquando transmutatur democratia verus in nouam: quia vbiicumque populus eligit principes, & non eligit eos ab honorabilitatibus, sicut fit in oligarchia & democratia, & demagogi instant, propter hoc quod student principari in populo, vt nullus eligatur, sed populus sit dominus legum. Et contra hanc astutiam demagogorum remedium est, vel vt non fiat voluntas eorum, vel vt ad minus fiant tribus fere principes, & non totus populus principetur. Dicit ergo primò. Transmutatur autem & ex patria, id est, ex patriæ consuetudine, democratia, vetus scilicet, in maximè nouam. Et ponit modum, ibi, Vbi enim eligibiles quidem principatus, supple, sunt, non autem ab honorabilitatibus, sicut, supple, fit in oligarchiis & aristocratiis, eligit populus, demagogi qui student principari, in populo scilicet, ad hoc instituant, vel insistant, vt populus sit dominus legum, & nullum, supple, habeant super se. Remedium autem, scilicet contra hanc malitiam est, vt non fiat, scilicet quod suadent demagogi. Et ratio est: quia confusa multitudo nunquam bene dominatur: vel vt minus, id est, ad minus fiant tribus fere principes, vt scilicet secundum tribus ciuitatis eligantur, qui præsent communitati, sed non omnem, populum, supple, permittant principari. Postea ponit epilogum, ibi, Democratiarum quidem igitur transmutationes omnes fere sunt propter has causas. Et dicit fere propter illam quam vltimò induxit, quæ non fit ex talibus causis.

CAPVT

CAPVT IV.

De mutationibus oligarchiæ, & earum modis.

*O*ligarchiæ autem transmutantur maxime propter duos modos manifestissimos.

b Vnum quidem si iniusta agant in multitudinem. Omnis enim fit præses sufficiens, maximè autem quando ex ipsa oligarchia accidit fieri Præsidem, sicut in Naxo Lygdamus, qui & posterius tyrannizauit super Naxios.

c Habet autem & qui ex aliis principatus seditionis differentias. Quandoque quidem enim ex ipsis diuitibus, non existentibus autem in principatibus, fit dissolutio, quando pauci valde fiunt qui in honoribus, velut in Massalia, & in Istro, & in Heraclea, & in aliis ciuitatibus accidit. Qui enim non participabant principatibus, euacuabant, donec transmutarent seniores prius factum, posterius autem minores iterum. Non enim principatur alicubi quidem simul pater & filius, alicubi autem senior & iunior frater: & in eo quidem magis politica facta fuit oligarchia: in Istro autem ad demum remissa fuit: in Heraclea autem ex paucioribus ad sexcentos venit. *d* Transmutata autem fuit & in Cnido oligarchia ipsis insignibus seditionem facientibus ad seipsos propter paucos participare, & sicut dictum est, si pater filium non participaret, neque si plures fratres, sed aut senissimum. Insurgens enim populus seditionem agentibus, & accipiens Præsidem ex insignibus, inualefcens obtinuit. Debile enim quod seditione diuisum. Et in Erythres autem in oligarchia reginarum in antiquis temporibus, quamuis bene curam habentibus iis qui in politica, tamen propter à paucis regi indignatus populus, transmutauit politiam.

e Mouentur autem oligarchiæ ex ipsis, & propter contentionem demagogizantium.

f Est enim demagogia dupliciter. Hæc quidem inter ipsos paucos. Infit enim Demagogus etsi omninò pauci sunt, velut in triginta Athenis, qui circa Chariclea habuerunt triginta demagogizantes: & in trecentis qui circa Phrynium eodem modo: aut quando turbam demagogizant, qui in oligarchia sunt, velut in Larissa ciuium custodes propter eligentes ipsos vulgus demagogizabant: & in quibuscumque oligarchiis non isti eligunt principatus ex quibus

D. Alb. Mag. Politic.

CAPVT IV.

*P*aucorum autem gubernationes mutantur per duos maximè modos manifestissimos.

Vnum si iniuriis afficiant multitudinem. Quilibet enim patronus sufficit, & maximè si ex numero paucorum dux aliquis existat, quemadmodum in Naxo Lygdamus, qui tyrannidem postea inuasit.

Habet autem etiam ex aliis initium seditionis differentias. Quandoque enim ab ipsis opulentis, qui magistratibus non honorantur, magistratibus fit dissolutio, cum per pauci sint illi, qui dignitates usurpant, vt in Massaliensibus, & in Istro, & apud Heracleam, & aliis ciuitatibus accidit. Homines enim ab honoribus exclusi, res novas moliri non cessant, quando ipsi quoque honorantur: primo quidem seniores ex fratribus, deinde iuniores. Quibusdam enim locis non simul ad Rempub. gubernandam recipiuntur filius & pater, alicubi verò frater senior ac iunior: & ibi paucorum potentia ciuilior est: in Istro autem ad popularem recidit: apud Heracleam verò à paucioribus ad sexcentos.

Mutata est etiam Cnidi paucorum potentia, seditione inter nobilitatem ipsam coorta, ex eo quod pars eorum ab honoribus excluderetur. Siquidem pater filium impediebat, & frater fratrem, nec nisi qui senior foret, honorabatur. Insurgens enim populus per illorum discordiam, ac ducem natus, ex ipsa nobilitate peruenit. Imbecillus enim aduersa pars erat. Et apud Erythrienses in paucorum gubernatione regiarum urbium antiquis temporibus, licet diligenter curarent, qui in gubernatione illarum versabantur, tamen quia per pauci erant, non tulit populus, sed Rempub. mutauit.

Mutantur etiam paucorum gubernationes ex seipsis, propter factiones ipsorum qui plus posse apud populum volunt.

Hoc autem dupliciter fit. Quandoque enim sibi asciscunt & coniuugunt alios ex ipso numero paucorum, vt Athenis in triginta illis fecit Charicles, & in quadringentis Phrynium. Quandoque verò ipsi qui sunt ex paucorum numero, vendicant sibi plebem, vt apud Larissam nobilitas plebem colebat, ex eo quia per plebem fiebat electio magistratus illius, qui custodia Reipubl. vocabatur: & in quibuscumque gubernationibus paucorum, non illi ipsi eligunt ad magistratus, qui & gerere illos possunt.

Bb 2 princi

principes sunt: sed principatus quidem ex honorabilitatibus magnis sunt, ac in focieratibus: eligunt autem qui ad arma, vel populus, quod quidem in Abydo accidit, & ubi prætoria non ex politeumate sunt. Demagogizantes autem aduersus iudicia transmutant politiam, quod quidem & in Heraclea, quæ in Ponto, factum fuit.

g Adhuc autem quando aliqui ad pauciores trahunt oligarchiam. Qui enim quærunt quod æquale, coguntur inducere populum adiutorem.

h Fiunt autem transmutationes oligarchiæ & cum consumpserit propria, viuentes impudicè: etenim qui tales, innouare quærunt, & aut tyrannide præferuntur ipsi, aut disponunt alium, sicut Hipparinus Dionysium in Syracusis, & in Amphipoli, cui nomen erat Cleotimus, aduenas Chalcideorum induxit, & cum venissent, seditiosè mouit ipsos aduersus diuites: & in Ægina, qui adionem ad Charetâ egit, conatus est transmutare politiam propter talem causam. Quandocumque quidem igitur mox conatur mouere aliquid, quandoque autem furantur communia: vnde ad ipsos seditiones agunt, aut isti, aut qui pugnant aduersus istos fures: quod quidem accidit in Apollonia, ea quæ in Ponto.

i Concors autem oligarchia non facile corruptibilis ex seipsa. Signum autem, quæ in Pharsalo politia. Illi enim pauci existentes multorum domini sunt, qui vtuntur seipsis bene.

k Dissoluntur autem, & quando in oligarchia alteram oligarchiam inducunt: hoc autem est, quando toto politeumate paucos existentes, maximis principatibus non participant qui pauci omnes. Quod quidem in Elide accidit aliquando. Politia enim per paucos existente senum, pauci omnino fiebant, propter perpetuos esse nonaginta existentes, & propter electionem potestatiuam esse & similem ei quæ in Lacedæmonia senum.

l Fit autem transmutatio oligarchiarum & in bello & in pace. In bello quidem propter discredentiam ad populum, militibus coactis vti. Cuicumque enim manus iniecerunt, iste sæpè fit tyrannus, sicut in Corintho Timophanes: si autem plures isti amplius acquirunt potestatem. Qui autem

sed ex censibus magnis tribuntur, vel ex aliquo corpore: electio tamen eorum per ciues fit, vel per plebem, vt Abydi, & ubi iudicia non sunt ex his qui Remp. gubernant colendo plebem, quo eorum suffragia promerentur, Rempub. mutant, vt apud Heracleam contigit, quæ est in Ponto.

Quod idem accidit quando in gubernatione paucorum quidam existentes, ad pauciores etiam Rempub. trahunt. Pares enim ceteris esse querentes, compelluntur populum in sui auxilium adhibere.

Fiunt etiam mutationes in gubernatione paucorum, quando prodigaliter viuentes qui gubernant, per luxuriam patrimonium consumpserunt: optant enim res nouas huiusmodi homines, tyrannidemque vel sibiipsis, vel alteri affectant, quemadmodum Hipparinus Dionysium Syracusis, & Amphipoli Cleotimus Chalcidenses colonos superinduxit, & cum venissent seditioem cum illis contra diuites fecit: & in Ægina qui negotium illud Charesi Atheniensi confecerat, res nouas molitus est, propter huiusmodi causam. Hi ergo homines consumpserunt patrimonium, aut res nouas commouent, aut Rempub. furis expilant. Itaque seditioem aut ab ipsis, aut ab illis concitantur, qui eorum furta non tolerant, vt Apollonia, quæ est in Ponto, accidit.

Concors vero si sit paucorum gubernatio, ex seipsa non facile interit. Eius signum est apud Pharsalum urbem Reipub. status: pauci siquidem in ea ciuitate gubernatores, multorum sunt domini, quia ipsi inter se rectè ac debito more se gerunt.

Euertuntur etiam quando in paucorum gubernatione aliam paucorum gubernationem efficiunt, id est, quando eorum ad quos pertinet gubernatio Reip. qui pauci sunt, selectio quadam fit: neque habitas est omnibus ad maximos magistratus dignitatesque posse assumi. Quod apud Elidem urbem quandoque contigit. Nam cum paucorum esset gubernatio Reipubl. admodum pauci eorum ad senatorium ordinem, quæ erat perpetua dignitas, peruenire poterant, ob id quod erat potentium hic ordo, ac persimilis Lacedæmoniorum senatui.

Fit autem mutatio gubernationis paucorum & in bello, & in pace. In bello quidem, quod populo discredentes, conducto milite vti compelluntur: & qui illis præficiuntur, sæpè tyrannus euadit, vt Corinthi Timophanes: quod si plures præficiuntur, ipsi sibi potentiam parant. Incedunt vero ista formidantes, qui regunt populum,

hoc

hoc formidant, tradunt multitudini politiam, quia compelluntur populo vti. In pace autem propter discredentiam adinuicem immitunt custodiam militibus, & principante Mesidio, qui aliquando fit dominus amborum, quod quidem accidit in Larissa in principatu Aleuadarum circa Samum, & in Abydo in fodalitatibus, quarum vna erat quæ Iphiadæ.

n Fiunt autem & seditioes & ex circumueniri alios ab aliis ipsorum qui in oligarchia, & ex diffidere penes nuptias, vel sententias, puta ex nuptiali quidem causa, quæ prius dictæ: & oligarchiam quæ in Eretria equestrium, Diagoras dissoluit, iniusta passus circa nuptias. Ex iudicio autem prætorij, quæ in Heraclea seditio facta fuit: & in Thebis ex causa adulterij, iuste quidem, seditioem autem facientibus punitionem, iis quidem in Heraclea contra euectionem, iis autem qui in Thebis contra Archium, vicerunt enim ipsos inimici, quare exceperunt in foro in Cyphone.

o Multæ autem & propter valdè despoticas esse oligarchias, ab iis qui in politia contristatis dissolutæ sunt, quæ in Cnido, & quæ in Chio oligarchia.

p Fiunt autem & ab euentu transmutationes, & vocatæ politiam, & oligarchiarum, in quibuscunque honorabilitate consiliantur, & iudicant, & principatibus principantur. Sæpè enim primo statuta honorabilitas ad præsentia tempora, vt participant in oligarchia quidem pauci, in politia autem medij, facilitate facta propter pacem, vel propter aliam aliquam bonam fortunam, accidit eandem possessiones fieri dignas multiplicata honorabilitate, vt omnes omnibus participant, quandoque quidem paulatim & secundum modicum facta transmutatione, & latenter, quandoque autem & celerius.

q Oligarchiæ quidem igitur transmutantur & seditioes sustinent propter tales causas. Totaliter autem & democraticæ & oligarchiæ transeunt, aliquando non in contrarias politias, sed in eas quæ in eodem genere, puta ex legibus democraticis & oligarchicis in eas quæ dominæ, & ex iis in illas.

D. Alb. Mag. Politic.

recipiunt ad Reip. communionem: quoniam necessitas cogit populo vti.

In pace autem propter discredentiam quam inter se habent conductis militibus custodiam tradunt, præficiuntque illis virum aliquem, qui ad neutram partem magis inclinare videatur. At iste sæpè fit dominus partis vtriusque, quod accidit in Larissa urbe Aleuadensibus Rempub. apud Samum tenentibus, & apud Abydum tempore fodalitatum, quarum vna erat Iphiadi.

Oriuntur etiam seditioes per exclusiōem aliorum ab aliis factam, eorum ipsorum qui sunt in paucorum gubernatione, quando de nuptiis, vel de iudiciis concertant, quemadmodum de nuptiis supra diximus. Et in Eretria paucorum gubernatio equitum sublata est per Diagoram, qui affectus iniuria fuerat ex nuptiis. Ex iudicio autem apud Heracleam seditio extitit, & Thebis ob adulterij iudicium. At qui utroque in loco non iniusta fuerat accusatio, sed per factionem pœna nimis exasperata, apud Heracleam quidem aduersus Eurytionem, Thebis vero aduersus Archium, quem inimici peruenientes, in foro ligari, ac cernicem eius annulo ferreo includi fecerunt.

Sæpè etiam paucorum gubernationes dissolutæ fuerunt ob nimiam dominationem, non probantibus quibusdam ex ipsis qui gubernabant huiusmodi excessum, vt accidit his qui apud Cnidum & apud Chium per paucorum potentiam gubernabant.

Fuit etiam casu mutationes illis, quæ vocantur Respub. & gubernationes paucorum, vbi cumque à censu sumuntur ad deliberandum & iudicandum, & ad ceteros magistratus. Sæpè enim constitutus primo census ad præsens tempus, vt participant, in paucorum quidem gubernatione pauci, in Reipub. vero medij felicitate aliqua superueniente, vel per pacem vel per aliam causam, contingit easdem possessiones multo maioris pretij fieri, itaque omnes efficiuntur habiles ad cunctos Reipubl. gradus, dignitatesque suscipiendas. Idque contingit interdum celerius.

Paucorum igitur gubernationes mutantur & seditioem recipiunt per huiusmodi causas. Omnino autem & popularis status, & paucorum potentia conuertuntur interdum, non in contrarias species, sed in eas quæ sunt proprii generis, seu ex institutis popularibus & paucorum, in ipsa propria, & ex illis rursus in ista.

Bb 3 CAPVT

CAPVT IV.

Post causas transmutationum democratiæ, determinat de causis transmutationum oligarchiæ, idem quia istæ duæ politiæ sunt extremæ, ex quibus componuntur politiæ mediæ: & etiam quia aristocrazia est quædam oligarchiæ: & idem ante transmutationes aristocraziæ, oportuit determinare de istis. Diuiditur autem capitulum istud in tres partes, in quibus ponuntur vniuersales causæ transmutationis oligarchiæ. Primò enim ponit causas transmutationis oligarchiæ communes. Secundò ostendit, quòd oligarchia concors, non est facile transmutabilis, ibi, *Concors autem oligarchia, &c.* Tertio ponit causas transmutationis oligarchiæ speciales in bello & pace, ibi, *Fit autem transmutatio oligarchiarum, &c.* Circa primum duo facit. Primò enim ponit duos modos transmutationis communes, qui sunt creati ex ipsa oligarchia. Secundò ponit differentias seditionum transmutantium, quæ causantur ex iis quæ sunt extra ipsam oligarchiam, ibi, *Habet autem & qui ex aliis principatus, &c.* Sententia primæ partis hæc est. Dicit enim, quod propter duos modos manifestissimos oligarchia transmutatur, qui ambo in oligarchia ipsa sunt. Primus modus sumitur ex parte subiectorum, qui scilicet est populus, si scilicet iniusta agant in populum subiectum, tunc populus quemlibet de se facit præsidem contra eos qui sunt, & expugnat & aufert eis potestatem. Et hoc maximè potest perficere populi multitudo, quando aliquem de ipsa oligarchia potest inducere populus, vt sit præses populi contra alios qui sunt in principatu oligarchiæ. Litera autem sic est ordinanda. Oligarchiæ autem, quæ scilicet sunt principatus paucorum diuitum & potentium honorabilium, transmutantur, supple, ad alios modos politiarum, maxime, id est, frequentius, propter modos duos manifestissimos. Hoc dicit, quia alij modi transmutationis non habent adeò manifestas causas sicut istis.

b Et ponit modum primum, ibi, Vnum quidem, modum scilicet, si iniusta agant in multitudinem, comprimendo scilicet & exactioes indebitas imponendo, angariis scilicet & perangariis opprimendo populum, sicut fecit Roboam filius Salomonis 3. Reg. 12. Tunc enim opponit se populus, & facit præsidem quemlibet de omni populo, & sic dissoluit oligarchicum principatum. Et hoc est quod dicit, ibi, Omnis enim fit præses, maximè autem quando ex ipsa oligarchia accidit fieri, per inductionem populi scilicet, præsidem, supple, assumentem bellum contra alios. Et de hoc dat exemplum in particulari, eò quod particularia magis valent in politicis. Et hoc est quod dicit, ibi, Sicut in Naxo (nomen est ciuitatis, in qua hoc accidit) Lygdamus. Nomen est eius qui fuit in principatu oligarchico, & introductus à populo, assumpsit præsidiatum contra alias oligarchias. Et quia oligarchia facillè declinat in Tyrannidem, idem addit. Qui, &, id est, etiam posterius, id est, postquam confortatus in præsidiatu siue principatu, tyrannizauit, scilicet per vio-

lentiã oppressionem, super Naxios, ciues scilicet pertinentes ad Naxum.

c Deinde cum dicit, Habet autem & qui ex alijs, &c. ostendit sex differentias seditionis, quibus mouetur iste principatus ex alijs, quas per ordinem ponit in litera, & sunt faciles. Prima est, quando diuites ciuitatis non participantes principatu oligarchico, mouent seditionem illis qui participant eo, propter hoc quod æquè digni videntur ad principandum, sicut alij. Et dat exempla vbi hoc particulariter factum fuit. Dicit ergo primò, Habet autem, &, id est, etiam, primò scilicet, qui ex alijs, scilicet est, principatus, seditionis differentias. Et dicit modum, ibi, Quandoque quidem enim ex ipsis diuitibus, qui scilicet habitant ciuitatem, non existentibus autem in principatibus, oligarchicis scilicet, fit dissolutio, oligarchiæ scilicet, quando pauci valde fuerint qui in honoribus, principatum scilicet oligarchiæ: quia tunc alij diuites possunt contra eos adiutorio populi, & tunc deponunt eos ab honore principatus. Et dat exemplum in pluribus ciuitatibus, vbi hoc factum est, ibi, Velut in Massalia, ciuitate Græciæ, & in Histria (Histria est fluvius, qui & Danubius dicitur, & in Græcia influit in mare, & ibi sita est ciuitas quæ à fluuio Histria vocatur) Et in Heraclea quæ ab Heracleo imperatore ædificata nomen accepit. Et subdit generaliter, Et in alijs multis ciuitatibus accidit. Et ponit modum & causam, ibi, Qui enim non participabant principatibus, diuites scilicet, cum vt sibi videbatur, æquè digni essent ad principandum sicut alij, euacuabant, supple, per seditiones oligarchiam, donec seniores, ciuitatis scilicet, quorum intererat constituere principatum, transmutarent prius factum, id est, donec amouerent principes quos constituerant. Et ostendit, quòd hoc erat facile: quia non erant hæreditarij principatus. Et idem posterius semper pauciores & minores facti quam erant, diuites in ciuitate facillè remouebantur à senioribus instituti scilicet. Et hoc est quod dicit, ibi, Non enim principantur alicubi simul pater & filius: quia principatus non successit à patre in filium, nec alicubi simul principabantur senior & iunior frater, Et idem facile mouebatur ab vno in alium. Et ostendit in quibus mutabantur, ibi, Et Nico, quæ dicitur Nicopolis, à Græco Νίκη, quod est victoria. Et in illa ciuitate sæpè mutabantur de vna oligarchia in aliam, quando vnus diues alij successit in principatu oligarchico. In Istro autem, in qua ciuitate potentior erat populus, oligarchia ad demum, id est, democratiam sæpè remissa fuit, id est, mutata in fauorem populi, cuius propria est politia democratica. In Heraclea autem ex paucioribus qui primò oligarchicè principabantur, ad sexcentos venit, qui omnes in diuersis officiis & congregationibus instituti sunt in principatu oligarchico: & sic transmutata fuit oligarchia in democratiam.

d Et ponit adhuc alia exempla, ibi, Transmutata autem fuit & in Cnido (ciuitas est quædam) oligarchia, ipsis insignibus, id est, diuitibus vel potentibus, seditionem facientibus ad se, id est, contra seipsos. Et ponit causam, ibi, Propter paucos participare, principatu scilicet, &

& sicut dictum est, si pater, filium non participare: neque si plures fratres, quia alij non permittebant eos non participare principatu, sed aut, id est, tantum senissimum. Et hoc idem fuit ne confortarentur in principatu, & sic ab alijs deponi non possent. Et ponit casum, ibi, Insurgens enim populus seditionem agentibus, diuitibus scilicet & principibus inter se, & accipiens præsidem, id est, capitaneum, ex insignibus, inualecens contra eos obtinuit, principatum scilicet oligarchicum. Et ponit causam, ibi, Debile enim, supple, est, quod seditione diuisum: & idem succubuit. Vnde etiam Christus in Euang. Lucæ. Omne regnum in se diuisum desolabitur. Et idem cum principes inter se dissident, præualet eis populus, & dissoluit principatum oligarchicum. Et de hoc inducit aliud exemplum, ibi, Et in Erythres. Prouincia est quædam Græciæ, in qua damnabantur femina & regum filia. Et hoc est. In oligarchia regnarum in antiquis temporibus, quamvis curam bene agentibus his qui in politia, quia per procuratores regebant politiam regiæ: & quamvis illi bene regerent, tamen propter hoc quod pauci erant & debiles, populus indignatus mutauit politiam oligarchicam in communiticam, id est, in principatum populi communitatit: eò quod mulieribus subesse noluissent.

e Deinde cum dicit, Mouentur autem oligarchiæ, &c. tangit causas quibus ex seipsis oligarchiæ aliquando mouentur. Demagogos enim est necesse esse in omni politia, qui conuocant multitudinem. Oportet etiam in ea esse antiquos & senes & digniores, qui vsque hodie in ciuitatibus antiqui dicuntur. Aliquando autem oritur contentio inter demagogum & antiquos siue antranos: & ex tali causa sæpè soluitur oligarchia, & mutatur in aliam politiam.

f Et qualiter hoc sit, docet, ibi, Est autem demagogia dupliciter. Hæc quidem, id est, vna inter ipsos paucos, principes scilicet in oligarchia, quæ est principatus paucorum: & subintelligit, quòd alia demagogia est eorum qui sunt in populo. Et dat exemplum, ibi, Infit enim demagogus, et si, id est, quamvis omnino pauci sint, sicut qui est concionator populi, & dux verbi, velut in triginta Alensibus, ciuitibus, scilicet Alensæ ciuitatis, qui circa Chariclea (ciuitatis nomen est) habuerunt triginta demagogizantes, quos vocabant procuratores negotiorum communium, quæ agebantur in Chariclea, quæ fuit quasi metropolis Alensium, & trahebant in curiam scilicet Charicleam. Et dat aliud exemplum, ibi, Et in trecentis, demagogis scilicet, qui circa Phrynichum, quæ etiam est ciuitas Græciæ, & erant in eo 300. agentes negotia publica. Et idem demagogia est duplex, paucorum scilicet, & multorum: eodem modo, contingit, supple, aliquando contendere & soluere oligarchiam: & eodem modo contingit aliquando contentio, quando illi qui sunt in oligarchia, per se ipsos demagogizant turbam. Et dat exemplum, ibi, Velut in Larissa, quæ est ciuitas circa Troiam, ciuium custodes, supple, demagogizant ad turbas: eò quod in illa ciuitate vulgus eligit custodes ciuium, qui ponuntur

in oligarchico principatu: & inter eos frequentius contentio accidit, transmutans oligarchiam. Et subdit generaliter, quòd tales contentiones oriuntur in quibuscumque oligarchiis vel ciuitatibus, isti non eligunt principatus, ex quibus principes sunt, oligarchiæ scilicet, sed principatus quidem sunt ex honorabilitatibus magnis: quia ditiores & potentiores, honestiores vocantur: sed tantum eliguntur à societatibus, populi scilicet, qui in ciuitate est, siue artium, siue in aliquo alio communicantium. Et eligunt principes scilicet, vel populus. Sicut accidit in ciuitate quæ dicitur Abydo, vel milites qui ad arma sunt instituti, scilicet eligunt principes. Et accidit hoc in ciuitatibus in quibus sunt prætoria, ad quæ causæ per appellationem deuoluuntur, & illa prætoria non sunt ex politeumate, id est, dominio politiæ. In omnibus autem demagogizantes contra iudicia & sententias principum oligarchiarum, sæpè transmutant politiam quæ dicitur oligarchica: quod quidem in Heraclea, quæ in Ponto, factum est.

g Deinde cum dicit, Adhuc autem quando aliqui, &c. ponit aliam causam mutationis oligarchiæ, quando scilicet aliqui ad pauciores trahunt oligarchiam: eò quod nolunt multos esse principes, sed paucos, quibus possint præualere quando voluerint. Et subdit rationem, ibi, Qui enim querunt quod æquale, id est, iustum, quod verum est æquale, illi coguntur inducere populum adiutorem contra oligarchicos principes, qui potentes sunt: & idem non possunt contra eos nisi per populum.

h Deinde ponit aliam causam mutationis oligarchiæ, ibi, Fiunt autem transmutationes oligarchiæ, &, id est, etiam cum aliqui nobiles & potentes consumpserunt propria, viuentes impudicè, cum meretricibus & histrionibus, supple, expendendo. Exponit rationem, ibi, Etenim qui tales, supple, sunt, semper querunt innouare, politias scilicet, & tyrannide præferuntur: quia in talibus associant sibi tales, quales sunt ipsi, & sunt duces latronum, aut disponunt alium, ad prædam scilicet diripiendam. Et dat exemplum in singulari, ibi, Sicut Hipparrinus Dionysium Sicilia Tyrannum in Syraculis, quæ est ciuitas Sicilia: & in Amphipoli, quæ est alia ciuitas eiusdem prouinciæ, disposuit eum alius, cui nomen erat Cleotimus: & erant ambo latrones. Et hic latro aduenas Chalcidiorum, id est, de Chalcedonia, induxit, & cum venissent in Amphipoliam & Syraculam, seditionem mouit cum ipsis aduersus diuites, qui scilicet erant in oligarchia. Et dat aliud exemplum, ibi, Et in Egina (nomen est cuiusdam ciuitatis) qui actione ad Charetam, scilicet diuitem quandam egit, in iudicio scilicet, conatus est transmutare politiam oligarchicam propter talem causam, vt scilicet mutaret politiam, & sic posset prædari diuites. Et tangit duos modos quibus hoc facere consueuerunt, ibi, Quandoque quidem mox, id est, à principio conantur mouere aliquid, seditionem scilicet contra diuites: quandoque autem furantur communia, quæ scilicet ad communes vsus reipublicæ pertinent. Vnde ad ipsos, id est, contra diuites & potentes, seditiones

tionis agunt, ne scilicet possint vindicare in eos sic furaturos. Et hoc est quod dicit. Aut isti, scilicet simul, aut illi qui pugnant aduersus istos fures. Et dat exemplum, ibi, Quod quidem accidit in Appollonia, scilicet ciuitate ab Appollonio duce ædificata & sic vocata: & hæc ciuitas erat Appollonia, quæ erat in Ponto insula.

i Deinde cum dicit, *Concors autem oligarchia, &c.* ostendit, quod concors oligarchia non facile corrumpitur ex seipsa. Et ponit signum, & ostendit per contrarium. Quia oligarchia dissoluitur quando alia inducitur super aliam: & hoc fit, quando toto politeumate paucos existente, eod quod paucos: quia diuites & potentes & honorati pauci sunt, ut sapius in præhabitis dictum est: & hoc fit, quando maximis principibus, ut regno & ducatu, non participant omnes qui pauci sunt: tunc enim à maioribus principibus dissoluitur. Et hoc est totum quod dicitur in parte illa. Litera sic ordinanda est. *Concors autem oligarchia* non facile corruptibilis ex seipsa. Hoc dicit: quia ex causa extrinseca corrumpitur: quia sicut seditionale est corruptibile rei, ita concors ex se ad conseruationem facit. Sic est forte sicut in corpore humano: quia quando concordant complexionantia in medium, & componentia in harmoniam, non dissoluitur nec complexionatum, nec compositio. Et inducit huius probationem in singulari, ibi, Signum autem quæ in Pharsalo politia. Pharsalum est ciuitas in qua illi qui in oligarchico principatu principabantur, omnes in unum concordabant. Et hoc est quod dicit, ibi, Illi enim pauci existentes, multorum domini sunt: quia utuntur seipsis bene, id est, ad concordiam. Et hæc est prima pars huius partis.

Et redit & ostendit, quod quando fit oppositum, tunc oligarchia dissoluitur, ibi, Dissoluitur autem, & id est, etiam, quando in oligarchia, consueta scilicet, alteram oligarchiam non consuetam inducunt. Quod qualiter fiat, ostendit, ibi, Hoc autem est quando toto politeumate, id est, dominio politiæ, paucos existente, maximis principibus, scilicet regno & ducatu, qui pauci omnes non participant. Et ostendit in exemplo particulari, ibi, Quod quidem in Elide accidit, id est, ciuitate dicta Elida accidit aliquando. Politia enim, oligarchica scilicet, per paucos existente senum, qui proconsules erant, pauci omnino fiebant, scilicet qui regere possent & constituere politiam. Et ponit causam, ibi, Propter perpetuos esse nonaginta existentes, supple, in oligarchico principatu, & propter electionem, ad oligarchicum principatum scilicet, potestatisiam (potentes enim eligebant, & sæpe indignos) & similem ei quæ in Lacedæmonia senum, ubi (sicut dictum est supra in secundo libro capitulo de politia Lacedæmonica) potestatisiam indignorum sæpe fiebat electio: & ided à populo superinducta est alia politia, & mutata prima.

Deinde cum dicit, Fit autem transmutatio oligarchiarum, &c. determinat transmutationes oligarchiarum & in bello & in pace. Et circa hoc tria facit. Primò determinat, quod oligarchiæ transmutantur in bello propter dis-

credentiam: quia vnus non credit alteri: & propter eandem etiam discredentiam dissoluntur in pace: quia scilicet illi qui sunt in principatu oligarchico, non credunt sibi inuicem, nec confidit vnus de altero. Et hoc dicit in prima parte huius partis. Secundò ostendit, quod etiam dissoluntur aliquando propter hoc quod desporicè, id est, seruilibiter principantur, ibi, *Multa autem propter valde, &c.* Tertio dicit, quod etiam aliquando ab euentu dissoluntur, ibi, *Fiunt autem & ab euentu, &c.* & de omnibus dat exempla. Litera sic est ordinanda. Fit autem transmutatio oligarchiarum & in bello & in pace, supple, propter eandem causam: quia scilicet vnus non confidit de alio. Et hoc ostendit, ibi, In bello quidem propter discredentiam ad populum. Et ostendit modum, ibi, Militibus coactis uti, id est, quia milites coguntur discredentiam habere ad populum. Et subdit in quo. Quia cuiusque, de populo scilicet, manus iniecerunt, scilicet milites, eod quod eorum manus iniocere & coegere populum in oligarchico dominatu. Et cuiusque manus iniecerunt, ille recordatur iniuriæ sibi factæ, & fit tyrannus in milites, propter hoc scilicet, quod milites manus iniecerant sibi. Et dat exemplum. Sicut in Corincho Timophanes. Si autem plures isti, quibus scilicet manus iniecerant milites, tunc à multitudine amplius ipsis scilicet militibus, acquirunt potentatum, quam scilicet milites. Et qui hoc formidant, scilicet quod manus sibi iniiciant potentes & diuites, isti tradunt potestatem multitudini politiæ. Et subdit causam, ibi, Quia compelluntur populo uti, in adiutorium scilicet contra milites: & sic mutatur oligarchia in democratiã.

Et subdit qualiter propter similem discredentiam soluitur in pace, ibi, In pace autem propter discredentiam, quam scilicet haber populus ad milites & ad potentes qui sunt in oligarchico principatu, muniunt custodiam, & præsidia scilicet, militibus, & principante Medidio, qui idem est quod demagogus, qui aliquando fit dominus amborum, scilicet populi & potentum in oligarchico principatu militum. Et dat exempla in particulari ubi hoc accidit, ibi, Quod quidem accidit in Larissa (quod est nomen ciuitatis) in principatu oligarchico Aleuadarum circa Samum, id est, circa Samos insulam, ubi sic mutata fuit oligarchia in democratiã: eod quod demagogus Medidius in fauorem populi eam sic mutauit. Et dat aliud exemplum de eodem, ibi, Et in Abydo (nomen est ciuitatis) in sodalitatibus, quas inter se per conseruationem fecerunt contra oligarchicos principes, quarum, sodalitatium scilicet, vna erat quæ Iphiada, qui fuit dux illius sodalitates contra oligarchicos, ut deponeret eos à principatu.

Fiunt autem & seditiones, scilicet inter eos qui principantur in oligarchia, & hoc etiam ex circumueniri alios ab aliis, id est, quia vnus circumuenit alium: & ided discredentiam concipit contra ipsum. Et adhuc fiunt discredentiæ inter eos ex dissidere penes nuptias, quia promittunt ad inuicem fidem per nuptias, & non soluunt: & etiam per sententias, quia scilicet promittunt pro se inuicem dare sententias, & non

non faciunt: & sic discredentiæ fit inter eos propter hoc quod vnus non credit alteri. Et dat exemplum de nuptiali discredentiã, ibi, Puta ex nuptiali quidem causa, quæ prius dicta sunt. Et oligarchiam autem quæ fuit in ciuitate dicta Eretria, quæ fuit oligarchia equestrium, id est, militum, Diagoras quidam nomine dissoluit, iniusta passus circa nuptias. Et dat exemplum de discredentiã propter sententias, ibi, Ex iudicio autem prætorij, quæ in Heraclea seditiõ facta fuit. Et dat aliud exemplum de nuptiis, ibi, Et in Thebis ex causa adulterij, & hæc causa, iuste quidem facta fuit, quia adulterium secundum legem morte placendum est, seditionali autem facientibus punishmentem vel punishmentem, id est, vltionem iis, cuius scilicet qui in Heraclea ciuitate erant contra euectionem, id est, contra eos qui euehebant adulteras extra ciuitatem: & per hanc seditionem transmutauerunt & corruerunt politiam oligarchicam, quæ fuit in ciuitate. Et dat exemplum de discredentiã propter sententias, ibi, His autem qui in Thebis, supple, facta est discredentiã contra Aetium in foro: quia scilicet forum iudiciale fuit: contendunt enim cum ipsis Thebis, scilicet inimici, ut ligarentur in foro in Cyphone. Ciuitas est in qua fuit forum iudiciale ad causas. Et sic ex discredentiã sententiæ iudicialis facta est dissensio dissoluentis oligarchiam. Et omnes illi modi fiunt ex discredentiã. Et sic terminatur prima causa dissolutionis oligarchiæ.

Secundò ibi, Multa autem & propter valde, &c. ponit secundam causam dissolutionis oligarchiæ, quia scilicet desporicè, id est, seruilibiter principantur, dicens, Multa autem, scilicet oligarchiæ soluuntur, propter valde desporicas, id est, seruiles esse oligarchias: quia scilicet subiecto populo ut seruis & non ut liberis abutuntur, & sic soluuntur ab his, scilicet populis, qui in politia sunt conseruati de seruili nimis subiectione, & opponendo se soluunt politiam. Et dat exempla, ubi ex illa causa soluta sunt oligarchiæ, ibi, Sicut quæ in Gnido (ciuitas est) & quæ in Chio. Ciuitas est Rusiæ subiecta Græcis, modo autem Tartaris.

Tertio ibi, Fiunt autem & ab euentu, &c. ponit tertiam causam solutionis oligarchiæ simul & politiæ: & dicit, Fiunt autem & ab euentu, scilicet nouo & inconsueto, transmutationes, supple, oligarchiæ, & vocatæ politiæ,

CAPVT V.

De mutationibus aristocratia, & earum modis.
IN aristocratiis autem sunt seditiones, hæc quidem propter paucos participare honoribus, quod quidem dictum est mouere & oligarchias, propter aristocratiã esse aequaliter oligarchiam. In ambabus enim pauci qui principantur: non tamen propter idem pauci. Quoniam videtur propter hoc & aristocratiã oligarchia esse.

Maximè autem hoc accidere necessarium quando fuerit multitudo astutorum tanquam similis secundum virtutem,

quæ in antè habitis dicta est politia composita ex democratiã & oligarchiã, & præcipuè oligarchiarum, in quibuscumque ab honorabilitate consiliauntur & iudicant: quia sicut dictum est in secundo libro capitulo de ciue, Ciuis est qui participat de principatu consiliaturo & iudicatio. Et hoc est quod dicit. Et principibus, scilicet consiliaturo & iudicatio, principantur. Et dat causam, ibi, Sape enim primò statuta honorabilitas ad præsentia tempora, sic, supple, mutatur per nouos euentus, ut participent principatu quidem oligarchico pauci: in politia autem, id est, in principatu politico participant medij, scilicet inter potentes & diuites & egenos (sicut in antè habitis dictum est) facilitate facta, id est, bono successu, propter pacem vel aliquam aliam bonam fortunam, accidit eadmodum possessiones fieri dignas multiplicata honorabilitate, ita scilicet ut omnes, honorabiles, supple, omnibus participent, quibus scilicet pauci participabant. Et hoc duobus modis, quod ostendit, ibi, Quandoque quidem paulatim & secundum modicum facta transmutatione in melius, & latenter, id est, imperceptibiliter: quando autem & celearius, & supple, manifestis incrementis. Et tunc scilicet multiplicatis honorabilibus plures constituantur in oligarchico principatu: & sic crescit oligarchia.

Deinde ponit epilogum, ibi, Oligarchiæ quidem igitur transmutantur & seditiones sustinent, propter tales causas. In fine autem huius capituli adiungit specialem modum solutionis, ubi, Totaliter autem & democratiæ, &c. & dicit, quod non semper soluuntur siue corrumpuntur in contrarias politias, sed mutantur aliquando in aliquid eiusdem speciei vel generis: & hoc quando non in toto, sed in parte mutantur, ex legibus quæ ad politias ordinantur, ut in antè habitis. Dicit ergo, Totaliter autem & democratiæ & oligarchiæ aliquando non in contrarias politias transeunt, per seditiones, supple, contrariantium, sed in eas quæ in eodem genere sunt, mutantur, supple. Et dat exemplum, ubi, Puta ex legibus democraticis, quas scilicet populus statuit, & oligarchicis, quas potentes & honorati statuerunt, mutantur in eas, leges scilicet, quæ domine sunt, ut regum & principum, & ex his quæ domine & dominatum, mutantur medij in illas, quando scilicet leges pro legibus assumunt.

CAPVT V.

Optimatibus autem seditiones fiunt.
Interdum quidem ex eo quod pauci sint honorum participes, quod in paucorum gubernatione diximus seditionem mouere. Nam & optimatum gubernatio, quodam modo paucorum est. In vtraque enim pauci gubernant: non tamen propter idem pauci, cum videatur propterea optimatum gubernatio esse paucorum.

Maximè verò id accidere necesse est, quando sit multitudo aliter sentientium, quasi similis secundum virtutem, vel virtutem,

tutem, velut in Lacedæmonia, qui dicebantur Partheniæ, ex similibus erant, quos deprædantes cum ipsiati fuissent, emiserunt Tarentum inhabitare.

c Aut quando aliqui inhonorantur cum sint magni existentes & nullo minores secundum virtutem ab aliquibus honoratoribus, velut Lysander à regibus. Aut quando virilis aliquis existens non participat honoribus, velut Cinadon qui sub Agefilao statuit insurrectionem in Spartiatis.

d Adhuc quando ij quidem egent valde, ij autem abundant. Et maximè hoc fit in bellis. Accidit autem hoc & in Lacedæmonia sub Messeniaco bello. Palam autem hoc ex Tyrtaei Poësi vocata Eunomia. Tribulati enim quidem propter bellum, voluerunt æquè partialem facere regionem.

e Adhuc si quis magnus fuerit, & potens adhuc maior esse, vt monarchizet, sicut in Lacedæmonia videtur Pausanias, qui fuerat dux exercitus in Medio bello, & in Carchedone Annon.

f Soluuntur autem maximè politica & aristocratia, propter eam quæ in ipsa politia insti transgressionem. Principium enim id quod est, non esse mixta bene, in politia quidem democratiam & oligarchiam, in aristocratia autem hæc & virtutem: maximè autem ipsa duo. Dico autem duo, demum, & oligarchiam. Hæc autem politica tentant misceri, & multæ vocatarum aristocratiarum.

g Differunt enim à nominatis politiis aristocratia hoc: & propter hoc sunt hæc quidem minus, hæc autem magis mansuæ ipsarum. Declinantes enim magis ad oligarchiam, aristocratias vocant: eas autem quæ ad multitudinem, politias. Propter quod quidem superiores tales aliis sunt. Valentius enim quod plus & magis amant æquale habentes. Qui autem in abundantia, si politia det excessum, iniuriari quærunt, & supergredi.

h Totaliter autem ad quodcumque utique declinauerit politia, ad hæc transit, utriusque quod suum augmentibus, velut politia quidem ad demum, aristocratia autem ad oligarchiam: vel ad contraria, velut aristocratia quidem ad demum (tanquam enim iniusta pa-

apud Lacedæmonios, hi qui Parthenia nuncupabantur. Ex similibus enim erant, quos deprehensos res novas moliri in Coloniam Tarentum misere.

Vel quando aliqui inhonorantur cum sint magni, & nihilo inferiores virtute quam illi, qui honores capiunt, quemadmodum Lysander à regibus. Vel quando vir fortis & magni animi non sit particeps honorum, quemadmodum Cinadon ille, qui coniuratione facta per Agefilai tempora, Spartiatis opprimere tentavit.

Præterea, cum alij paupertate nimia premuntur, alij diuitiis abundant. Quod maximè in bello contingit, & accidit hoc Lacedæmonii Messinensi bello. Ostendit hoc etiam Tyrtaeus Poëta in illo carmine, quod inscribitur, Bona diuisio. Exhausti enim quidam per id bellum ac pauperes facti, censebant agros a qua portione civibus esse diuidendos.

Insuper si quis magnus & potens etiam maior fieri, ac solus dominari velit, vt apud Lacedæmonios videtur Pausanias ille fecisse, qui dux belli aduersus Medos fuit, & apud Carthaginienses Hanno.

Dissoluuntur autem maximè & Respub. & optimatum gubernationes, propter transgressionem iustitiæ in seipsis factam. Huius autem origo est, non bene temperatam simul esse ac permixtam, in Republica quidem, popularem gubernationem, & paucorum, in optimatibus vero ista simul, atque virtutem maximè illa duo, popularem dico atque paucorum. Hæc enim & Respublica conantur misceri, & multæ illarum, qua optimates vocantur.

Differunt enim optimates ab illis que appellantur Respublica in hoc: & ob id sunt alia earum minus, alia magis durabiles. Illas enim que magis declinant ad paucorum potentiam, optimates appellant: illas vero que ad multitudinem, Respublicas vocant. Quapropter tutiores sunt ista quam alia. Fortius enim est id quod plus potest, ac magis acquiescunt, æquum habentes. Qui vero diuitiis abundant, si Respub. excellentiam eis tribuat, contumelia ceteros afficere pergunt, nec per habentes conquiescunt.

Penitus enim ad quancumque speciem declinet gubernatio ciuitatis, in eam transmutatur, utriusque suum augmentibus, velut Respub. ad populum, optimates ad paucorum potentiam: vel in contraria, seu optimatum gubernatio in popularem (tanquam enim iniuriam patientes, in contrarium

tientes

tientes trahunt in contrarium, qui magis egent) politia autem ad oligarchiam. Solum enim mansuum, quod secundum dignitatem æquale, & id quod est habere quæ ipsorum.

i Accidit autem, quod dictum est, in Thuriis. Quia quidem enim ab ampliori honorabilitate erant principatus, ad vnius transiit, & ad principatua plura. Quia quidem enim regionem totam insignes possidebant præter legem (politia enim magis oligarchia erat, quare poterant supergredi) populus autem exercitatus in bello factus fuit valentior, donec dimitterent regionem quicumque plus erant habentes.

k Adhuc quia omnes aristocraticæ politia sunt oligarchia, magis plus occupant, qui insignes, velut in Lacedæmonia ad paucos substantia deueniunt, & licet facere quodcumque voluerint insignibus magis, & curare de quocumque volunt.

l Propter quod & Locrorum ciuitas periit ex ea, quæ ad Dionysium cura singulari, quod in democratia non utique fieret, neque utique in aristocratia bene mixta.

m Maximè autem latent aristocraticæ transmutantes, eò quod soluantur paulatim: quod quidem dictum est in prioribus vniuersaliter de omnibus politiis, quod causa transmutationum est & quod modicum. Quando enim secundum aliquid eorum quæ ad politiam, prolabantur, post hoc & aliud paulò maius facilius mouent, donec utique moueant totum mundum.

n Accidit autem hoc & in politia Thuriorum: lege enim existente, per quinque annos ducatum exercitus obtinere, quidam virorum bellicosi facti & apud multitudinem custodiarum accepti, despicientes ea quæ in rebus, & putantes facile obtinere, hanc legem soluere conati sunt, primò vt liceret continuè eosdem ducatum exercitus obtinere, videntes populam ordinantem ipsos promptè. Qui autè super hoc instituti erant principum, vocati consiliarij, cum impetum fecissent primò ad contrariandum, persuasi sunt, existimantes cum hanc mouissent legem, sinere aliam politiam. Posterius autem volentes prohibere, aliis motis, non adhuc plus faciebant aliquid:

trahunt, qui magis sunt inopes) Respub. vero in paucorum potentiam transmutantur. Solum enim stabile est secundum dignitatem æquum, & habere sua quæ sunt.

Contingit vero id quod modo diximus, in Thuriis. Quod enim à maiore censu erant magistratus, in minorum facta est mutatio, & in plures gubernationes. Et quia agros totos possidebat nobilitas contra legem (Nam gubernatio eius ciuitatis erat ipsorum, itaque plus habere poterant) at populus bello exercitatus, ac potentior effectus, quam illorum custodes, nobilitatem compulsi ad agros, qui contra legem tenebantur dimittere.

Insuper quia omnes optimatum species ad paucorum potentiam declinant, nobilitas in illis plus habet, velut apud Lacedæmonios, opes & diuitia in paucis sunt, ac magnam licentiam habet nobilitas faciendi quodlibet, & cui velit gratificandi.

Qua causa fuit vt Locrorum ciuitas interiret propter Dionysij clientelas: quod non contigisset in populari statu, neque in ea optimatum gubernatione, qua optimè mixta & temperata esset.

Maximè vero latent optimatum gubernationes paulatim sese dissoluentes, quod quidem dictum est prius vniuersaliter de omnibus Respub. idque inter causas mutationis minuta paruitas appellatur. Quando enim omittunt aliquid ex his que ad Respub. pertinent, ac deinde aliud paulò maius, facilius mouent, quousque totam moueant Respub. formam.

Quod in Thuriis accidit: cum enim legem haberent, per quam non nisi intermisso quinquennio, præturam gerere licebat, iniuiores quidam rei militaris periti, & apud multitudinem famam habentes, cum ceteros, qui in rebus gerendis versabantur, spernerent, ac facilius se consecuturos arbitrarentur, legem totam illam tollere aggressi sunt, lata altera lege, vt liceret continuè eosdem prætores esse. At enim magistratus, qui præerant suffragiis, appellabantur vero Consultores, commoti prius ad resistendum, tamen postèc desisterunt putantes, quamuis hæc vna lege soluta, tamen ceteris esse permansuras. Postèc vero prohibere volentes, ne alia mouerentur, nihil proficere valuerunt: sed mutata est eorum Respub. in led

sed transmutatus est ordo totius politicæ ad potentatum eorum qui conati fuerant insolefcere.

o Omnes autem solvantur quandoque quidem ex seipsis, quandoque autem ab extrinsecò, quando contraria politia fuerit, vel propè, vel longè quidem, habens autem potentiam. Quod quidem accidit in Atheniensibus & Lacedæmonis. Athenienses quidem enim vbique oligarchias, Lacedæmonij autem demos dissipabant. Vnde quidem igitur transmutationes fiunt politiarum & seditiones, dictum est ferè.

CAPVT V.

IN hoc ultimo capitulo agit Aristoteles de transmutatione aristocratix: & diuiditur in duas partes, in quarum prima docet causas solutionis aristocratix. In secunda tangit modos generales quibus omnes politicæ solvantur, ibi, *Omnes autem politicæ solvantur, &c.* Prima harum diuiditur in tres partes, in quarum prima determinat causas solutionis aristocratix communes cum oligarchia. In secunda ostendit differentiam aristocratiarum ad alias politias, ibi, *Differunt autem à nominatis, &c.* In tertia ostendit in quibus & qualiter se habentibus hoc maximè contingit, ibi, *Maximè autem latet, &c.* Circa primum duo facit. Primò assignat conuenientiam & differentiam aristocratix & oligarchix. Secundò ostendit quibus causis maximè soluitur aristocratia, ibi, *Maximè autem hoc accidere necessarium, &c.* Sententia est hæc, quòd seditiones fiunt in aristocratia, idè quia in aristocratia pauci participent honoribus principatus: quia principatus terminatur ad virtutem, & paucissimi sunt virtuosissimi: & in oligarchia terminatur ab honorabilitate politicæ & diuitiarum, & pauci sunt sic honorabiles, contra quos facilè insurgit multitudo. Propter quod etiam in antè habitis dictum est, quòd aristocratia est oligarchia quædam. Et hæc est sententia. Litera sic est ordinanda. In aristocratia sunt seditiones propter paucos participare honoribus, principatus scilicet aristocratix, quod quidem dictum est, scilicet in præcedenti capitulo, mouere, & id est, etiam, primò oligarchias. Et dat rationem, ibi, Propter aristocratiam esse aliquantulum oligarchiam: quia vtrique est principatus paucorum. Vnde dicitur oligarchia ab oligon quod est paucum, & archi quod est potestas vel principatus. Et subdit causam, ibi, In ambabus enim, scilicet aristocratia & oligarchia, pauci, supple, sunt qui principantur. Et ponit differentiam in causa paucitatis, ibi, Non tamen propter idem pauci: quia in aristocratia quidem sunt, quia pauci sunt insignes determinatione virtutum: sed in oligarchia sunt pauci, idè quod pauci sunt insignes determinatione honorabilitatis secundum potentiam, nobilitatem, & diuitias. Et

potentiam eorum qui nouas res aggrediebantur.

Dissoluantur vero cunctæ Respubl. interdum per seipsas, interdum per externam causam, quando contraria gubernatio sit, vel propè, vel longè quidem, sed admodum potens. Quod quidem contigit Atheniensibus, & Lacedæmonis. Athenienses enim vbique potentiam paucorum, Lacedæmonij verò vbique popularem statum cuertebant. Vnde igitur Rerumpub. mutationes seditionesque exoriantur, ferè dictum est.

quia in vtraque pauci participant, addit, Quoniam propter hoc videtur aristocratia, oligarchia quædam esse,

b Deinde cum dicit, Maximè autem hoc accidere necessarium, &c. ostendit quibus causis maximè soluitur aristocratia. Et circa hoc duo facit. Primò enim ponit tres causas extrinsecas soluentes aristocratiam. Secundò ponit vniam causam intrinsecam, id est, ab intrinsecis aristocratix causatam, ibi, *Soluntur autem maximè politicæ, &c.* Dicit ergo primò, quòd quando multitudo astutorum fingit se esse virtuosam & æquè dignam principatu aristocratix sicut sunt, qui sunt in principatu, tunc agunt seditiones contra principes aristocratix & solvunt politias. Et hæc est sententia. Litera sic est ordinanda. Maximè autem hoc accidere necessarium, quod scilicet solvatur aristocratia, quando fuerit multitudo astutorum, scilicet fictorum, tanquam similis secundum virtutem, principantibus in aristocratia. Et dat exemplum, ibi, *Velut in Lacedæmonia qui dicebantur Partheniæ, id est, puellares: quia parthæ in Græco dicuntur virgines: illi enim erant ex similibus virtuosos tanquam verecundi & puellares, & fictè insidiabantur principibus aristocraticis & principantibus.* Et ostendit fictionem eorum, ibi, *Quos Lacedæmones deprædantes cum insidiati fuissent, honoribus principum, & deprehenfa esset fraus & fictio eorum, ipsi Lacedæmones emiserunt, id est, eiecerunt de ciuitate Tarentum, quæ est ciuitas Italiæ, tanquam in exilium, vt ibi habitarent, tanquam in pœnam fraudis.*

c Et dat aliam causam seditionis, ibi, *Aut quando aliqui inhonorantur, id est, honoribus debitis priuantur, magni existentes, secundum virtutem scilicet, & in nullo minores illis, secundum virtutem, qui sunt in honore principatus ab aliquibus honoratioribus, qui scilicet participant principatu: tunc enim illis videtur, quòd æquè digni sunt honore principatus, & insurgunt contra principes, & mouent seditiones.* Et dat exemplum, quod potissima probatio est in politicis, ibi, *Velut Lylander, qui cum virtute esset præditus, priuatus fuit honore principatus in Lacedæmonia. Hoc autem, non tantum fit in politia ciuitatis, sed & in oligarchia quæ est regnum. Et hoc est. A Regibus autem,*

autem, fit hoc scilicet quod aliquis dignus honore, priuatur honore, quando virilis aliquis existens, scilicet in militari fortitudine, non participat honoribus, principatus, supple. Et idè frequenter opponit se & mouet seditiones. Et dat exempla, ibi, *velut Cinadon quidam qui in militia meruerat imagines, sub Agefilao Rege Lacedæmonix ex fortitudine militari statuit & ordinauit insurrectionem ad bellum in Spartiatis, id est, Macedones, quibus erat rex Alexander Macedo: & aliquando accepit vultus militaris mercedem, & postèa insurgens contra Regem, turbauit politiam Aristocratix.*

d Et adiungit tertiam causam seditionis, ibi, *Adhuc quando hi quidem egent valdè, æqualiter digni aliis secundum virtutem scilicet, hi autem abundant in rebus, principibus ex politia debitis: tunc enim inæquale secundum medietatem geometricæ facit egentes mouere seditionem.* Et hoc maximè fit in bello, quando capiuntur facultates hostium, & non æqualiter diuiduntur inter milites æqualiter dignos. Et dat exemplum vbi hoc accidit, ibi, *Accidit autem hoc &, id est, etiam in Lacedæmonia sub Messeniaco bello, quod Lacedæmones habebant contra Messeniacos, quæ modo ciuitas Mellana dicitur, èd quod melles Ægypti de iure Romanorum ibi deponerentur.* Et hoc probat, ibi, *Palam autem hoc ex Tyrtaei (nomen est Poëtæ) poëti vocata Eunomia, id est, boni nominis: quia famosum & laudabile fuit illud dictamen. Et ponit dictamen, ibi, Tribunali enim quidam propter bellum, qui sustinuerunt periculum & pondus, voluerunt æquè partialem facere regionem, id est, quod terra capta super hostes æqualiter diideretur inter milites, qui æquali virtute pugnauerant.*

e Et ponit adhuc aliam causam seditionis quæ frequenter accidit, & est ambitio inter maiores principatus. Et hoc est quod dicit ibi. *Adhuc si quis, in Aristocratia scilicet, magnus fuerit, & potens adhuc maior esse, ambiat, supple, vt monarchizet, id est, Regnum accipiat, quod Monarchia dicitur: quia vnicus in eo principatur.* Et dat exemplum, ibi, *Sicut in Lacedæmonia videtur, fuisse, supple, Pausanias, qui fuerat dux exercitus in Medio bello, id est, in bello contra Medos, & in Carhedone hominum, id est, in bello contra Carhedones. Et dicitur, hominum, sicut Alexandria populorum, propter multitudinem ibi habitantium: & idè mouit seditionem vt regnum acciperet, quo se dignum iudicauit. Sic igitur positæ sunt causæ seditionum ab extra causatæ.*

f Deinde cum dicit, Soluuntur autem maximè politicæ, &c. ponit causas seditionum ab intus causatarum: & dicit, quòd illæ causantur propter iusti transgressionem: quia iustum suæ æquæ transgrediuntur quidam, & hoc alij non sustinent, & sic mouent seditiones. Dicit ergo, Soluuntur autem maximè politicæ & aristocratix, propter eam quæ est in ipsa politia iusti transgressionem. Principium enim seditionis est id quod in ipsa politia, non est esse benè mixta. Tamen, sicut habitum est in præcedentibus, omnis politia ad iustum & æquale determinatur. Deinde determinat qua-

D. Alb. Mag. Politic.

liter miscentur in his, ibi, *In politia quidem, &c. Quia in ea quæ simpliciter dicitur politia, oportet misceri democratiam & oligarchiam, & attendi æquale secundum vtramque. In aristocratia autem oportet considerare hæc, scilicet æquale ad democratiam & ad oligarchiam, propter honorabilitatem: & etiam oportet attendi æquale ad virtutem.* Et huius ponit rationem, ibi, *Maximè autem ipsa duo oportet attendi: dico autem duo, demum, id est, democratiam, & oligarchiam, vt æquale & iustum fiat secundum vtramque: hæc enim politicæ tentant misceri: quia aliter non sunt sine seditione populus & insignes.* Et similiter multæ politicæ de numero vocatarum aristocratiarum aliter sine seditione non possunt esse: in vnoquoque enim genere politicæ, multæ sunt species, vt in tertio lib. ostensum est supra.

g Deinde cum dicit, Differunt enim à nominatis politicis, &c. ostendit differentias aristocratiarum ad alias politias, in hoc quod quædam sint magis mansuæ & quædam minus. Et circa hoc tria facit. Primò ostendit quæ sunt magis mansuæ & securiores. Secundò ostendit in quibus declinant quando sunt in abundantia, siue in excessu, siue æqualis, siue iusti, à quo declinant, ibi, *Qui autem in abundantia, &c. Terriò ostendit, quòd quia aristocratix magis sunt oligarchia, idè insignes ex hoc aliquando solvunt politicam, ibi, *Adhuc quia omnes aristocratix politicæ, &c. Sententia primæ partis est hæc, quòd aristocratix differunt ab aliis, quod in eis attenditur æquale & iustum secundum virtutem, & quod propter hoc quædam eorum sunt magis mansuæ, in quibus scilicet nulla transgressio est iusti secundum æquale virtutis: quædam autem sunt minus mansuæ, in quibus scilicet aliqua talis est iusti transgressio, & quod declinantes politicæ ad oligarchias vocant communiter aristocratias propter honorabilitatem: quia sicut dicitur in primo Ethic. honor est præmium virtutis: eas autem quæ declinant ad multitudinem, vocant politicæ simplici nomine, & quod hac de causa illæ sunt securiores, quia contra tales, seditiones non mouet populus. Et assignat rationem. Quia quod plus & magis amant habentes, est quod sibi est æquale, id est, proportionale: & hoc est valentius & magis mansuum & securius. Litera sic est ordinanda. Differunt enim à nominatis politicis aristocratix, in hoc, scilicet quod attendunt æquale secundum virtutem, quod ab omni ciue est attendendum. Quia sicut in secundo huius lib. ostensum est, nihil est tam vtile ciuibus sicut ad virtutem consuefcere: & propter hoc sunt quidem hæ aristocratix minus, hæ autem magis mansuæ ipsarum, aristocratiarum scilicet, secundum quod plus vel minus conseruant æquale secundum dignitatem virtutis. Et subdit qualiter & in quas aliquando declinant, ibi, *Declinantes enim magis ad oligarchiam, eo quod plus attendunt æquale secundum honorabilitatem potentix & diuitiarum, quam æquale secundum dignitatem virtutis, aristocratias vocant communiter loquentes: quia dignior est denominatio in mixtis: eas autem quæ ad multitudes decli-***

C e nant,

nant, vocant politias, licet secundum virtutem mixtae sint. Et subdit: Propter quod quidem securiores tales, scilicet politia aliis sunt: quia, sicut dictum est, minus mouet seditiones contra illas. Et ponit rationem, ibi, Valentius enim quod plus & magis amant, æquales populares scilicet, æquale habentes secundum proportionem propriae dignitatis. Quia, sicut dicit Plato in politicis, iustitia reddit unicuique quod suum est, seruata unicuique propria dignitate. Secundo cum dicit, Qui autem in abundantis, &c. ostendit, quod qui in abundantis transgrediuntur æquale, declinant aliquando ad abundantiam, aliquando ad defectum. Et dicit, Qui autem in abundantis sunt & transgrediuntur æquale & iustum, si politia, quæ est ordo ciuium, det illis excessum, ita quod videatur eis quod secundum ordinem politia, debeant alios excedere: tunc iniuriari, si fiat eis æquale, quarunt & supergredi: & sic declinant & excedunt sibi æquale, id est, proportionale secundum æquale dignitatis: & tunc mutatur politia.

b Et ostendit quomodo, ibi, Totaliter autem, id est, vniuersaliter ad quodcumque vitium declinauerit politia, siue ad abundantius, siue ad defectum, ad hoc transit: & tunc mutatur aristocratia. Et hoc est. Vtriusque quod suum est augmentibus. Et dat exemplum, ibi, Velut politia quidem ad demum declinat, supple, id est, ad democratiam, aristocratia autem ad oligarchiam, propter causam quæ dicta est: vel ad contraria. Et dat exemplum, ibi, Velut aristocratia quidem declinat ad demum, id est, democratiam. Et dat rationem. Tanquam enim iniusta patientes, scilicet ciues, eò quod non recipiunt æquale secundum dignitatem, trahunt politiam in contrarium, qui magis egeni, æquale & secundum proportionem dignitatis non recipientes: & idè trahunt aristocratiam in democratiam. Politia autem, in quibus fit transgressio æqualis secundum dignitatem, ad oligarchiam. Et ponit rationem qualiter non manent, sed mutantur, ibi, Solum enim mansuum quod secundum dignitatem æquale: quia quando quilibet recipit in bonis & honoribus politia quod sibi competit secundum dignitatem, tunc manet ordo politia: & quando aliter, tunc surgunt dissolutiones. Quid autem sit, quod secundum dignitatem æquale, exponit subdens, ibi, Et id quod est habere quæ ipsorum, id est, quod quilibet in politia quod suum est, habet.

z Et quia exempla potissima sunt ad probandum politia, dat exempla per quæ hoc quod dictum est, ostendit, ibi, Accidit autem quod dictum est in Thuriis. Nomen est ciuitatis. Et ostendit modum, ibi, Quia quidem enim ab ampliori honorabilitate erant principatus, id est, principatus instituebant ab ampliori honorabilitate, quam deberent, alij indignati, seditionem mouebant: & sic politia transiit ad minus, scilicet ut popularibus conferretur principatus, & transiit ad principatus plura, ut scilicet plures principentur ex populo. Et ostendit quomodo, ibi, Quia enim, primo scilicet, regionem totam, pertinentem scilicet ad ciuitatem, insignes componebant, fructus

& reditus simul accipientes, præter legem, scilicet communem. Et ratio fuit, quod politia, scilicet quæ debuit esse mixta ex democratia & oligarchia, magis oligarchica erat: nec attendit, supple, æquale politicum. Et hoc est. Quare poterant supergredi, scilicet primò insignes. Populus autem, vsu amorum, supple, exercitatus, factus fuit valentior, & tunc restitit: quia factus fuit valentior insignibus, donec, insignes scilicet, dimitterent regionem, quicumque plus erant habentes: & tunc diuisa est æqualiter unicuique secundum dignitatem, siue esset insignis, siue popularis.

k Tertio cum dicit, Adhuc quia omnes aristocratia, &c. ostendit, quod quia aristocratia plus tendunt ad oligarchias, quando non sunt bene mixta, idè insignes aliquando ex hoc soluunt politiam: tunc enim insignes plus occupant de bonis politia. Quod in Lacedæmonia accidit, in qua substantia communes ad paucos deuenerunt: & tunc insignes curant de quibus volunt, & de aliis non curant: propter quod fiunt seditiones, & mutantur politia. Hac est sententia. Litera sic est ordinanda. Adhuc quia omnes aristocratia politia, scilicet secundum quaslibet species aristocratia politia, sunt oligarchica, quam conueniant cum democraticis, & plus in talibus occupant de bonis communibus qui insignes, velut in Lacedæmonia ad paucos potentes substantia politia, quæ deberent esse communes, deuenerunt: & licet de eis facere quodcumque voluerunt, insignibus magis quam popularibus, & curare de quocumque volunt, & incurati maneant populares: & hoc non diu sustinent populares.

l Et ostendit in exemplo quam periculosum est illud, ibi, Propter quod &c., id est, etiam Locorum ciuitas periit insurgente populo contra insignes, & ex ea quæ ad Dionysium cura singulari, id est, politiam communem peruerterunt ad curam singularem Dionysij Tyranni. Voluerunt enim plus esse sub cura singulari & tyrannide Dionysij, quam esse in politia tali, in qua insignes facerent quod vellent: quod in democratia non vitique fieret, quia ad democratiam fauet populus: neque vitique feret in aristocratia bene mixta, cum democratia scilicet: quia illa semper habet fauorem populi.

m Deinde cum dicit, Maxime autem latent, &c. ostendit quomodo latent, dum non cauetur à minimis, mutantur aristocratia, sicut & alia politia: & dicit, Maxime autem latent aristocratia, scilicet, quando soluuntur, quod transmutantur: & transmutationes etiam latent, eò quod soluuntur paulatim, id est, successua transgressione: quod quidem dictum est in prioribus vniuersaliter de omnibus politia. Et idè occurrendum in principio, quamdiu paruus est error: quia si incrementum accepit, difficilior est medicina. Et idè dictum est, quod in principio transgressionum, causa est quod modicum. Et ostendit modum, ibi, Quando enim secundum aliquid eorum quæ ad politiam, supple, pertinent, ptolabuntur, post hoc & aliud, id est, secundum aliud maius facilius mouent, id est, amouent, donec vitique moueant totum mundum, quod pertinet ad

ad politiam: & toto illo amoto, necesse est quod remaneat politia.

Et dat exemplum vbi hoc accidit, ibi, Accidit autem hoc & in politia Thuriorum, in qua ciuitate, scilicet Thuria, fuit politia aristocratia prima. Et dat exemplum quomodo, ibi, Lege enim existente, quod per quinque annos obtinerent ducatum exercitus, quidam iuniorum vel virorum, bellicosi facti, qui bene militauerant pro ciuitate, & apud multitudinem custodiam accepti (hoc ideo dicit: quia primò in terminis territorij ciuitatis pro custodia ponebantur milites in extremis territorij) despicientes ea quæ in rebus iniuncta erant eis ad custodiendum, & purantes facile obtinere hanc legem, vt scilicet perpetuò committeretur eis talis custodia, hanc legem soluere conati sunt: primò vt liceret eis continuè eisdem ducatum exercitus obtinere, videntes populum ordinantem ipsos ad hoc officium promptè, id est, promptum & paratum tunc ad custodiam optime faciendam, ad repellendum hostes. Qui autem super hoc instituti erant principum, vt scilicet talibus præsentent & tales ordinarent, vocati consiliarij, quia tales qui talibus præerant, proconsules Reipublicæ dicebantur, cum impetum fecissent, primò scilicet contra Rempublicam, primò ad contrariandum eis, quod scilicet perpetuò essent duces exercitus, persuasi sunt, quod scilicet hoc non esset expediens Reipublicæ, scilicet quod perpetuò duces essent exercitus, existimantes cum hanc mouissent legem, id est, contrariabantur ad hoc quod finirent istam legem sanciri, vt perpetuò essent duces: & idè consenserunt finire aliam politiam, ne ista lex procederet. Posterius autem

CAPVT VI.

De omniū ac singularium rerū publicarum conseruatione.

DE saluatione autem communitatis & sigillatim vniuscuiusque politia, habitum est dicere.

b Primò quidem igitur palam, quod si quidem habemus per quæ corrumpuntur politia, habemus & per quæ saluantur: contrariorum enim contraria sunt factiua: corruptio autem saluationi contrarium.

c In bene autem temperatis quidem igitur politia, sicut aliud aliquid oportet obseruare, vt nihil præuaricentur, & maxime quod paruum serpere: latet enim subintrans præuaricatio sicut substantias paruae expensæ consumunt sæpè factæ. Latet autem seditio: quia non simul tota fit: paralogizata enim mens ab ipsis, sicut sophistica oratio, si vnumquodque paruum, & omnia. Hoc autem est quidem vt sic, est autem vt non: totum enim & omnia, non paruum, sed componitur ex paruis. Vnam quidem igitur custodiam, ad hoc principium oportet facere.

D. Alb. Mag. Politic.

CAPVT VI.

DE conseruatione autem earum & communiter & seorsim de vniuscuiusque, consequens est, vt dicamus.

Illud ergo ante omnia patet, quod si sciamus per quæ corrumpuntur Respub. sciamus etiam per quæ conseruantur: contrariorum enim contrarij effectus: corruptionem autem conseruatio est contraria.

In illis igitur rebus, quæ laudabiliter permixta ac temperata sunt, illud est diligenter obseruandum, ne quid ex legibus institutisque moueatur, maximeque ab eo cauendum quod paulatim repit: latet enim corruptio: quia non tota simul fit: decipiturque mens ab illis, vt sophistica illa ratio, si vnumquodque pusillum, & omnia. Hoc autem est vt sic, & est vt non. Totum enim & omnia, non pusillum, sed composita ex pusillis. Vna igitur custodia aduersus hoc principium, est opponenda.

Cc 2 d Deinde

d Deinde non credere iis qui sophismatis gratia ad multitudinem applicantur. Arguuntur enim ab operibus. Qualia autem dicimus politiarum sophismata, prius dictum est.

e Adhuc autem videre, quod quaedam manent non solum aristocratiae, sed oligarchiae, non propterea quod firmæ sunt politiae, sed quia bene vtuntur ij qui in principatibus fiunt, & iis qui extra politiam, & iis qui in politeumate: non iniusta facientes in eos quidem qui non participant, & introducendo principales eorum ipsorum in politiam, & amatores quidem honoris non iniuriando in inhonoratione, & multos in lucro ad seipos autem & ad principantes, in vtendo inuicem demoticè. Quod enim in multitudine quærunt æquale qui demotici, hoc in similibus non solum iustum, sed expediens est.

f Propter quod si plures sint in politeumate, multa expediunt demoticorum lege statutorum, velut sex mensium principatus esse, vt omnes qui similes participant. Est enim sicut demus iam qui similes: propter quod & in iis fiunt demagogi sæpè, sicut dictum est prius: deinde minus in potentatus incidit oligarchiae & aristocratiae. Non enim similiter facile malignari paucis tempore principantes, & multo. Quoniam propter hoc in oligarchiis & democratiis fiunt tyrannides: aut enim qui maximi in vtraque præferuntur tyrannide, ij quidem demagogi, ij autem potentes: aut qui maximos habent principatus, quando multo tempore principantur.

g Saluantur autem politiae non solum propter longè esse à corruptentibus, sed aliquando & quia propè. Timentes enim per manus habent magis politiam. Quare oportet eos qui de politia sollicitantur, timores præparare, vt conseruent, & non dissoluant, quemadmodum nocturnam custodiam poliuiæ obseruationem, & quod longe, propè facere.

h Adhuc insignium contentiones & seditiones, & per leges oportet tentare cauere: & eos qui extra contentionem sunt, antequam comprehendantur & ipsi: tanquam quod in principio fit malum cognoscere, sit non cuiuscunque, sed politici viri.

Deinde non confidere his qui finguntur quodammodo, & adumbrantur ad populum. Reprobantur enim ex ipsis operibus. Qualia verò dicamus Reip. segmenta, superius est ostensum.

Intueri licet quasdam Respublicas durare, non solum ex optimatibus, verum etiam ex paucorum potentiis, non quia per se ipsa stabiles sunt, sed quia hi qui gubernant, rectè se gerunt, tam erga eos qui extra Respublicam, quam erga eos qui in Reipubl. gubernatione versantur. Erga eos quidem qui non participes sunt gubernationis, non afficiendo ipsos iniuriis, ac præstantiores ipsorum ad participationem Reipublica recipiendo, cupidusque honoris non deprimendo, neque multitudinem suis commodis fraudando. Erga illos verò qui socij in gubernanda Republica sunt, humanè inuicem populariter se gerendo. Æqualitas enim illa qua in populari statu affectatur, ea in similibus non solum iusta est, verum etiam utilis.

Quamobrem si plures sint in gubernatione Reipubl. constituti, eis permulta popularium institutorum utilia sunt, ceu semestres esse magistratus, vt omnes qui similes sunt, adipisci valeant. Sunt enim tanquam populus quidam illi, qui inter se pares ac similes sunt: itaque in illis frequenter existunt velut duces quidam populi, vt prius diximus: deinde minus in potentiam incidunt, paucorum gubernationes & optimates. Non enim similiter facile est latere male agentem in breui tempore magistratus, & in longo. Nam ob hoc in paucorum gubernationibus & popularibus tyrannides fiunt: aut enim hi qui maximi sunt in vtraque, tyrannidem innadunt, hic ductores populi, ibi potentes: vel qui maximos gerunt magistratus, quando longo tempore durant.

Conseruantur autem Respubl. non solum ex eo quia procul sint à periculis, verum etiam interdum quia propinqua sunt. Homines enim formidantes, vigilantes intendunt ad Reipubl. custodiam. Itaque oportet eos qui Reipubl. saluam esse volunt, formidines quasdam parare, vt caueant, neque dissoluant, quasi nocturnam quandam custodiam, Reipubl. obseruationem, & quod longe abest, propinquum facere.

Etiā nobilium contentiones seditionesque per leges quoque oportet custodire conari: & qui extra contentiones sunt, eos ante capere: tanquam malum ab initio exorietis cognoscere, non cuiusvis sit, sed ciuili viri.

i Ad

i Ad eam autem quæ per honorabilitatem fit transmutationem ex oligarchia, & politia, cum acciderit hoc manentibus quidem eisdem honorabilitatibus, abundantia autem honorabilitatis facta, expedit honorabilitatis communis multitudinem considerare ad præteriens: in quibuscunque quidem ciuitatibus honorantur secundum annum, secundum hoc tempus: in maioribus autem per triennium, aut quinquennium. Et si sit multiplex, vel submultiplex prioris, in quo honoratiores institutæ fuerunt poliuiæ, legem & honorabilitates intendere, vel remittere: siquidem excedant, intendentes secundum multiplicationem: si autem deficient, remittentes, & minorem facientes honorationem.

k In oligarchiis enim & politiis non facientibus quidem sic, hic quidem oligarchiam, hic autem potentatum fieri accidit: illo autem modo ex politia quidem democratiam, ex oligarchia autem politiam vel demum.

l Commune autem est & in demo, & in oligarchia, & in monarchia, & in omni politia, neque crescere valde multum præter commensurationem, sed magis tentare paruos & multi temporis dare honores quam breuiter magnos. Corruptuntur enim, & non omnis viri ferre bonam fortunam. Si autem non, neque cum simul multos totos dederint, auferre rursus simul totos, sed gradatim.

m Et maximè quidem tentare legibus sic ordinare, vt nullus fiat multum excedens potentia, neque amicorum, neque pecuniarum: si autem non, sequestratas facere stationes ipsorum.

n Quoniam autem & propter proprias vitas inolescunt, oportet facere principatum quendam, qui consideret viuentes nociuè ad politiam, in democratia quidem ad democratiam, in oligarchia autem ad oligarchiam. Similiter autem & in vnaquaque aliarum politiarum. Et quod iucundum autem ciuitatis sigillatim obseruare propter easdem causas.

o Huius autem remedium super oppositis partibus firmare actiones & principatus. Dico autem opponi Epiices multitudini, egenos autem opulentis, & tentare commiscere egenorum multitudinem, & eam quæ diuitem, vel

D. Alb. Mag. Politic.

Ad mutationes verò quæ propter censum fiunt ex paucorum potentia, atque ex Reipubl. quando contingit hoc, manentibus eisdem censibus, aut pecuniarum copia facta, utilis in Reipubl. est considerare vniuersum totius ciuitatis censum, ac præsens tempus ad præteritum conferre: nam in quibusdam ciuitatibus census agitur annuatim, in maioribus verò per triennium, aut quinquennium. Et si sit multiplicatus, ac multo maior factus quam prius erat ille, secundum quem statuta fuerat Reipubl. gubernanda habilitas, lege providere, vt census vel augeatur, vel relaxetur: siquidem excedat, augeatur secundum multiplicationem: si verò deficiat, relaxetur ac minor fiat census taxatio.

In paucorum enim gubernationibus, & in Reipubl. nisi hoc fiat, hic paucorum gubernatio, ibi potentia illa nimia insurget: illo autem modo ex Reipubl. quidem popularis status, ex paucorum verò gubernatione Reipubl. aut populus.

Commune autem est & in populari, & in paucorum gubernatione, & in omni Republic. neque augere nimium quemquam supra modum, sed magis conari paruos & longi temporis honores præbere, quam confestim magnos. Corruptuntur enim, nec cuiusvis est hominis prosperitatem ferre. Quod si accumulate dati sint alicui honores, non sunt simul omnes postea auferendi, sed paulatim.

Maximè verò lege ita providere conandum est, vt nemini sit excessiua potentia, neque amicorum, neque pecuniarum. Quod si ita contingat, per absentiam remouenda sunt huiusmodi hominum clientela.

Cum verò ex priuata etiam vitas non oriuntur, magistratus constituendus est quidam, qui sit quasi in specula, ad mores ciuium instituendos, ne quis ita viuat, vt Reipublica nocere possit: in populari quidem statu, ne aliene viuat à popularitate: in paucorum autem potentia, ne aliene à natura eius gubernationis. Eodemque modo de aliis speciebus Rerumpublicarum. Et si quid exulter clarumque sit in ciuitate, per partes obseruare propter easdem causas.

Cuius remedium est, semper contrariis partibus magistratus & res agendas committere. Contrarias partes voco ceu præstantes viros multitudini, & diuites pauperibus. Conandumque est, vel admiscere pauperes cum diuilibus, vel medios augere:

Cc 3 quod

quod medium augere. Hoc enim dis-
soluit eas quæ propter inæqualitatem
seditiones.

p Maximum autem in omni politia, &
legibus, & alia prouisione sic ordinari,
vt non sit principatus lucrari.

q Hoc autem maximè in oligarchiis
oportet seruare: non enim sic indi-
gnantur coërciti ab eo quod est princi-
pari, multi: imò gaudent, si quis finit
circa propria vacare. Quare si puta-
uerint principantes furari commu-
nia, tunc ambo contristantur, scilicet
honoribus non participare, & lu-
cris.

r Singulariter autem contingit simul
esse democratiam & aristocratiam, si
hoc instituerit aliquis. Contingit enim
& insignes & multitudinem utrosque
habere, quæ volunt. Licere quidem
enim, scilicet omnibus principari, de-
mocraticum: insignes autem esse in
principatibus, aristocraticum. Hoc
autem erit cum non sit lucrari à princi-
pari, eò quod nullum sit lucrum, sed
circa propria esse magis: opulenti au-
tem poterunt, propter nullo commu-
nium indigere.

f Quare accidit egenis quidem fieri
opulentos, propter immorari circa ope-
ra: insignibus autem, non subici qui-
buscumque.

t Et vt non furentur quæ communia,
traditio fiat pecuniarum, presentibus
omnibus ciuibus, & rescripta penes fra-
ternitates, & contubernia, & tribus re-
ponantur. Eius autem quod est sine lu-
cro principari, oportet esse honorès
lege statutos approbatis.

u Oportet autem in democratiis qui-
dem opulenti parcere non solum in
non faciendo possessiones æquè partia-
les, sed neque fructus: quod in quibus-
dam politiarum later factum. Melius
autem & prohibere volentes, oblatio-
nes facere sumptuosas quidem, non
vtilis, puta chorigias quidem & lam-
padarchias, & quæcumque aliæ tales.

x In oligarchia autem egenorum fa-
cere curam multam, & principatus à
quibus receptiones, iis tribuere, & si
quis opulentorum iniuriatus fuerit istis,
maiores increpationes esse, quam si sibi-
ipsis. Et hereditates non secundum da-
tionem esse, sed secundum genus, ne-
que plures quam vnã eundem hære-

hi enim dissoluent seditiones ob imparita-
tem procedentes.

Maximum vero illud est in omni Repu-
blica & legibus, & cetera omni diligentia
constituendum, ne ex magistratibus lucra
proueniant.

Id autem maximè in paucorum guber-
natione est obseruandum. Lenius enim fe-
runt populi, qui ab Republica excluduntur:
quinimo gaudent, quod suã agere non im-
pediuntur. At si existiment eos qui magi-
stratus gerunt, ex Republica ditari, dupli-
cem capiunt molestiam, & quod ab honore
excluduntur, & quod à lucro.

Vnicè verò etiam contingit simul existe-
re popularem statum & optimatum, si ita
quis instituat. Foret enim, vt & nobiles &
plebeij haberent, quæ vtrique vellent. Li-
cere enim omnibus Rempublicam gerere, po-
pularem est: magistratus verò à nobilibus
obteneri, optimatum. Hoc autem accidit
quando ex magistratibus non proueniunt
lucra: pauperes enim magistratus non vo-
lent, si nil insti lucri, sed potius suis rebus
propriis intendere: diuites autem quia non
indigent ex Republica lucrari, magistratus
gerent.

Atque ita continget, egenis quidem di-
tari ob operam rebus suis impensam: nobi-
libus verò, non subici cuiuscumque.

Ad hoc autem, vt non surripiantur pecu-
nia publica, editio fiat pecuniarum ciuibus
omnibus presentibus, & descripta per so-
cietates, & ordines, & tribus deponantur.
Quod verò magistratus sunt absque lucro,
statuendi per legem sunt honores his qui
optimè se gesserint.

Oportet autem in populari statu, diuiti-
bus parcere, ac non modo possessiones eo-
rum non auferre, sed ne fructus quidem ea-
rum, quod in quibusdam ciuitatibus im-
prudenter fit. Melius etiam est volentibus
prohibere, vt munera illa subeant, quæ sint
magni sumptus, ac nullius utilitatis, cen-
choros exhibere, & ludos, & cetera huius-
modi munera.

In paucorum verò gubernatione, cura est
pauperum suscipienda diligenter, & offi-
cia quibus sunt salaria constituta, istis
tradenda: & si quis diuitum eos contume-
lia affecerit, maior pena est constituenda,
quam si ipsi inter se idem fecissent. Et suc-
cessio in hereditatibus per cognationem fit,
non per donationem: nec valeat quisquam
ditare:

ditare: sic enim vtrique æquiores sub-
stantiæ erunt, & egenorum vtrique plu-
res ad abundantiam pertingent.

y Expediit autem & in democratia &
in oligarchia, aliorum vel æqualitatem,
vel possessionem dare iis qui minus
communicant politia hac, in democra-
tia quidem opulenti, in oligarchia au-
tem egenis, excepto, quicumque prin-
cipatus sunt domini politia: hoc autem
iis qui ex politia, committere solis vel
pluribus.

z Tria autem quædam oportet habe-
re futuros principari principales princi-
patus. Primò quidem amorem ad con-
sistentem politiam. Deinde potentiam
maximorum operum principatus. Ter-
tiò autem virtutem & iustitiam in vna-
quaque politia eam, quæ ad politiam:
si enim non idem iustum secundum
omnes politias, necesse & iustitiæ esse
differentias.

aa Habet autem dubitationem quan-
do non acciderit hæc omnia circa eun-
dem, quomodo oportet facere diuisio-
nem: puta si militaris quidem aliquis
fuerit, nequam autem, & non politia
amicus: alius autem iustus & amicus,
qualiter oportet fieri electionem.

bb Videtur autem oportere respicere
ad duo, quo plus participant omnes,
& quo minus. Propter quod in militia
quidem ad experientiam magis virtute,
minus enim militari participant, Epiicia
autem plus: in custodia autem & ca-
meratione contrarium: ampliori enim
virtute indiget quam qualem multi
habent, scientia autem communis om-
nibus.

cc Dubitabit autem vtrique aliquis si
potentia extiterit politia, & amor, quid
opus est virtute: facient enim quæ ex-
pediunt per ipsa duo.

dd Aut quæ contingit eos qui hæc
duo habent, incontinentes esse: quare
quemadmodum & ipsis non seruiunt
scientes, & amantes ipsas: sic & ad
commune nihil prohibet quosdam se
habere.

ee Simpliciter autem quæcumque in
legibus, vt conferentia dicimus politia,
omnia hæc saluant politias.

ff Et quod sæpe dictum est maximum
elementum, vt valentior sit multitudo,
quæ vult politiam, quam quæ non
vult.

gg Præter omnia autem hæc, oportet

plures hereditates capere, sed vnã solum-
modo: per hunc enim modum magis æquales
erunt facultates, & egenorum permulti ad
abundantiam traducuntur.

Vtile est etiam in populari statu & in
paucorum gubernatione, aliorum vel æqua-
litatem, vel præstantiam tribuere his, qui
minus participant Republ. in populari qui-
dem diuitibus, in paucorum verò guber-
natione egenis, exceptis tamen his magistra-
tibus, in quibus ius auctoritatisque Reipubl.
consistit: hi enim solis his qui sunt ex Re-
public. committi debent.

Tria vero debent illi, qui principales
magistratus sunt suscepturi. Primum, vt
ament presentem ciuitatis statum. Deinde,
vt habeant potentiam maximam ad ea exe-
quenda quæ magistratus requirit. Tertium,
vt habeant virtutem & iustitiam in vna-
quaque Republ. ad ipsam Rempublic. nisi enim
iustum idem sit in cunctis Rebus. necesse
foret & iustitiæ esse differentias.

Habet autem dubitationem, quando hæc
omnia non concurrunt in eodem, quemad-
modum sumere oportet: si sit quidam aptus
ad rem militarem, sit autem ille idem im-
probus, nec Reipubl. amator: alter verò ius-
tus & amator, sed ad rem militarem non
aptus, cuius faciendæ sit electio.

Videtur inspicendum esse ad duo, cuius
magis participant omnes, & cuius minus.
Quapropter in re militari quidem, ad pe-
ritiam magis, quam ad probitatem est re-
spiciendum: pauciores enim sunt rei mili-
tari periti, plures verò probitatis. Contra
verò in custodia & administratione ararij:
plus enim probitatis requirit, quam quan-
tum habeant multi, scientia verò huius
communis est omnibus.

Dubitari etiam potest, si potentia absit
Reipubl. & amicitia, quid opus est virtute:
sufficiens enim illa duo ad Reipubl. utili-
tatem.

An quia fieri potest, vt duo illa habentes
sint intemperati: itaque vt sibiipsis non
obtemperant scientes, & amantes seipos:
sic etiam erga Reipubl. nihil vetat ita se
habere quosdam.

Simpliciter autem quæcumque in legi-
bus prodesse diximus, cuncta illa Reipubl.
seruant.

Et quod sæpe iam diximus, maximum
fundamentum est custodire, vt potentior
sit ea pars, quæ Reipubl. saluam esse velit,
quam illa quæ nolit,

Præter hæc autem omnia latere non
Cc 4 non

non latere, quod utique latet transgressas politias quod medium.

h h Multa enim eorum quæ videntur demotica, solvunt democratas: & oligarchicorum, oligarchias. Qui autem putant hanc esse vnam virtutem, trahunt ad excessum, ignorantés quemadmodum naris est transgressa quidem rectitudinem eam, quæ pulcherrima ad æquilibrium vel simum, sed tamen adhuc pulchra & gratiam habens ad aspectum: non tamen si intendat aliquis adhuc magis ad excessum, primò quidem abiicit mediocritatem partis, finaliter autem ita quod neque narem faciet apparere, propter excellentiam & defectum contrariorum: eodem autem modo habet & de aliis partibus. Accidit itaque hoc & circa alias politias. Etenim oligarchiam & democratiā est, ut habetur sufficienter, non ex existente optimo ordine: si autem aliquis intendat magis vtramque ipsarum, primò quidem deteriorem faciet politiam, tandem autem neque politiam.

i i Propter hoc oportet non ignorare legislatorem & politicum, qualia saluant demoticum, & qualia corrumpunt democratiā, & qualia oligarchiam. Neutrum enim ipsarum contingit esse & permanere sine diuitibus, & sine multitudine: sed quando æqualitas facta fuerit substantiæ, aliam necesse esse hanc politiam. Quare corrumpentes iis quæ secundum excessum legibus, corrumpunt politiam.

k k Peccant autem in democratiis & in oligarchiis: & in democratiis quidem demagogi, ubi multitudo domina legum: dominos enim faciunt super civitatem pugnantes cum diuitibus. Oportet autem contrarium semper videri dicere pro diuitibus: in oligarchiis autem pro populo oligarchicos: & iurare contra quam nunc iurent oligarchicos: nunc quidem enim in quibusdam iurant: Et populo malignus ero, & consulam quodcumque habebo malum. Oportet autem & existimare & simulare contrarium, insinuantes in iuramentis, quod non iniuste agat in populum.

l l Maximum autem omnium dictorum ad permanendum politias, quod nunc negligunt omnes, scilicet erudiri ad politias. Profectus enim nullus vtilissimarum legum & conglorificatarum

oportet, quod modo latet eas Respublicas quæ transgrediuntur medium.

h h Multa enim quæ popularia videntur, popularem statum dissolunt: multa etiam quæ paucorum esse videntur, dissolunt paucorum gubernationem. Qui verò existimant hanc esse vnam virtutem, trahunt ad excessum, ignorantés, quod quemadmodum naris excedit rectitudinem laudabilem, ad æquilibrium esse, vel simum, sed tamen adhuc pulchritudinem ac gratiam retinet. At si quis magis trahat ad excessum, primò quidem abiicit congruentem mensuram partis, tandem vero ita disponitur, ut non naris appareat propter excellentiam, ac defectum contrariorum. Eodem modo & de aliis partibus. Contingit autem hoc & circa alias gubernationes. Nam paucorum quidem potentiam & popularem sufficienter se habere contingit, & si transgrediuntur ab optimo statu: quod si quis intendat magis vtramque earum, deteriorem primam faciet, tandem verò neque Rempublicam esse.

h h Quapropter id non ignorari oportet à legis conditore, ac civili homine, qualia popularium seruent populi statum, & qualia paucorum apparentia, enervant paucorum gubernationem. Nulla enim istarum videtur stare posse absque opulentis, & multitudine: sed quando adæquatio fiat facultatum, aliam necesse est esse Rempublicam. Itaque dissolventes leges, quæ sunt circa excellentiam, dissolunt Respublicas.

h h Aberrant vero & in populari statu, & in paucorum gubernatione. In populari quidem, ductores populi, ut multitudinem dominam legum efficiant. Ob id enim faciunt semper civitatem opulentis repugnantem. At oportebat contrarium videri semper dicere pro opulentis. In paucorum vero gubernatione, pro populo, eos qui Rempubl. gubernant, & contraria iurare quam nunc iurent. In quibusdam enim civitatibus nunc iurant: Populum odio habeo, & consilio amittar, ut male habeat. Expediit autem simulare ac fingere contrarium, atque ita iuramentum concipere, Non afficiam populum iniuriis.

h h Maximum autem omnium, quæ dicta sunt ad Reipubl. stabilitatem, est id, quod nunc parvi faciunt omnes erudiri ad Respublicæ disciplinam. Nil enim profunt vtilissimæ leges quæ à gubernatoribus decer-

ab

ab omnibus politizantibus, si non erunt affluere & erudiri in politia, si quidem leges democratiæ, demoticaliter: si autem oligarchiæ, oligarchialiter. Quæ quidem est in vno incontinentia, & in civitate. Est autem erudiri ad politiam non hæc facere quibus gaudent oligarchizantes, & democratiā volentes, sed quibus poterunt ij quidem oligarchizare, ij autem democratizare. Nunc autem in oligarchiis quidem principantium filij deliciantur: qui autem egenorum, fiunt exercitati & laboriosi: quare & volunt magis & possunt infollescere.

m m In democratiis autem, quæ maximè videntur esse democratiæ, contrarium conferentis consistit. Causa autem huius: quia malè diffiniunt, quod liberum. Duo enim sunt quibus videtur democratiā diffinita esse, in id quod populum esse dominum, & libertate. Quod quidem enim iustum, æquale videtur esse: æquale autem, quodcumque videatur multitudini hoc esse dominans: liberum autem & æquale, quodcumque noluit quis facere. Quare vivere in talibus democratiis vnusquisque vivit ut vult, & ad quod abundat, ut ait Euripides.

n n Hoc autem prævium. Non enim oportet putare servitutem esse vivere ad politiam, sed salutem. Ex quibus quidem ergo politia transmutantur, & corrumpuntur, & per quæ saluantur, & permanent, ut simpliciter est dicere, tot sunt.

CAPVT VI.

h h Hæc incipit secunda pars huius libri quinti. Postquam enim determinavit Aristot. de corrumpentibus politias secundum quod notius est quoad nos, nunc tractat de saluantibus eas, quod non est manifestum. Et diuidit tractatum istum in duas partes. In prima dicit esse tractandum de saluantibus eas communiter & sigillatim. In secunda determinat specialiter de corrumpentibus & saluantibus Monarchiam, ibi, *Restat autem superuenire*, &c. Istud autem capitulum, in quo communiter tractat de saluantibus, diuiditur in duas partes, in quarum prima tangit de vnoquoque modo communi, quo saluatur omnis politia. In secunda tangit multos modos, secundum quos singularis politia saluatur, ibi, *Saluantur autem politia*, &c. Circa primum tria facit. Primò enim tangit communissimum modum saluationis politiarum, dicens, quod ille est per contraria corrumpentium. Secundò

h h nuntur, nisi moribus instituti, & disciplina imbuti homines fuerint, si leges populares, populariter: si paucorum potentie, ad hanc ipsam gubernationem. Nam si est in vno intemperantia, est etiam in civitate. Disciplina autem Reipubl. est, non ea facere, per quæ latentur pauci potentes, aut populares: sed per quæ valeant illi quidem paucorum gubernationem tenere, hi verò popularem. Nunc autem in paucorum potentia gubernatorum filij delitiis intendunt. Tenuiorum autem filij, Gymnasii laboribusque exercentur: itaque & volunt magis & possunt res novas moliri.

h h In populari verò statu, qui maximè videtur esse popularis, contra quam utile sit, constitutum est. Huius rei causa est, quod male diffiniunt libertatem. Duo sunt enim, quibus popularis status diffinitur, potestate summa populi, ac libertate. Iustum autem & æquum videtur esse: æquum verò quodcumque videatur multitudini id esse stabilitum: liberum autem & æquum quodcumque velit quis facere: ita quod vivit vnusquisque ut vult, in huius populari statu, & ad quod gliscit, ut ait Euripides.

h h Sed hoc est prævium. Non enim putandum est esse servitutem, vivere ad formam Reipublicæ, sed salutem. Ex quibus igitur mutantur Respubl. & corrumpuntur: & per quæ seruantur, & permanent, ut simpliciter dicamus, tot & talia sunt.

ostendit quomodo latet seductio eorum qui corrumpunt politias, sicut Sophistarum, ibi, *Deinde non credere iis*, &c. Tertio dicit quomodo saluantur, ibi, *Adhuc autem videre quod quedam manent*, &c. Hæc est sententia primæ partis. Litera sic est ordinanda. Primò enim innuit ordinem ad præcedentia, dicens. De saluatione autem, politiarum scilicet, communiter & sigillatim vnusquisque politia habitum, id est, consequens est dicere.

b Et statim inducit modum communissimum, ibi, *Primò quidem igitur palam, quod siquidem habemus per quæ corrumpuntur politia, habemus, scilicet in communi & hoc scilicet, per quæ saluantur in communi. Et ponit rationem, ibi, Contrariorum enim contraria sunt factiva: corruptio autem saluationi est contraria: vnde cum accipimus vnusquisque corrumpentia, tum per contrarium habemus saluantia politias. Et inducit in vniuersali: sed hoc non sufficit in politicis: quia oportet in particulari saluantia considerare.*

c Et determinat qualiter oportet considerare, ibi, *In bene temperatis quidem igitur politis, supple,*

supple, ad voluntates hominum quæ maximè saluantur, sicut aliud aliquid, quod saluari debet, oportet obseruari, aliquid, supple, vt nihil, id est, nullo saluante præuaricentur: & quod maximè non præuaricentur etiam in paruo saluante ipsas, sed oportet seruare quod paruum saluationis ipsarum. Et ponit rationem, quod in talibus paruis corruptentibus inest malum: latet enim subintrans præuaricatio. Et ponit simile, ibi, Sicut substantias, id est, facultates, parua expensæ consumunt sæpe factæ: ita etiam politiam consumit paruum & paruum per transgressionem sæpe factam. Et adaptat simile, ibi, Latet autem seditio: quia non simul rota fit, sed paulatim, supple. Et ponit simile de sophisticantibus in orationibus, ibi, Paralogizatur, id est, decipitur mens ab ipsis occultè subreptentibus, sicut sophistica oratio, paralogizat, supple, id est, decipit argumentantem, si vnumquodque, scilicet decipiens, sit paruum, & quasi non manifestum, & omnia, parua scilicet simul sumpta sint. Hoc autem est, quod corrumpit & decipit, hoc autem est quidem vt sic, in oratione sophistica est quidem vno aliquo modo vt est quidem scilicet verum, est autem vt non, corrumpens scilicet politiam: totum enim & omnia sic congregata simul est, & non paruum: & idem corrumpit politiam. Et quia sic corrumpitur politia sicut in antè habitis determinatum est, quod qui minima negligit, paulatim defluit, quia componitur magnum corrumpens politiam ex paruis: & idem totum compositum & omnia simul congregata in vno composito non sunt paruum. Et ponit remedium saluans, ibi, Vnam quidem igitur custodiam ad hoc principium, ad saluandum scilicet politiam, oportet facere, vt scilicet caueatur, ne per parua diffusulata subintret magnum destruens politiam.

d Et ponit secundo aliam cautelam. Deinde non credere his qui sophismatis gratia, & fidei & deceptionis gratia, ad multitudinem, supple, accedunt in democraticis, & applicantur, multitudini scilicet populi, vt decipiant & subuertant democratiam, sicut multi faciunt, abutentes populi simplicitate. Et ponit rationem quare oportet his non credere, ibi, Arguuntur enim, supple, tales, ab operibus: quia scilicet latere non possunt, quin mala intentio eorum comprehendatur: vnde Ptolemæus in prouerbis: Qui male agendo vult celeri, discooperatus est. Et poëta: Quamuis arte nates, tamen apparent tibi nates. Sed quia aliquis posset querere, quæ essent politiarum sophismata, cum sophismata sint in orationibus, politia autem in operibus, idem subdit, ibi, Qualia autem dicimus politiarum sophismata, prius dictum est paulò ante, vbi dictum est, simulata opera cum intentione fallendi sunt politiarum sophismata. Et idem dicit Augustinus, quod simulata æquitas non est æquitas, sed duplex iniq̄itas.

e Tertio, ibi, Adhuc autem videre, &c. tangit verum remedium saluans politiam, & hoc est, quod vnusquisque bene vtatur omnibus ad politiam pertinentibus: quia tunc nullus inurgit & corrumpit politiam. Dicit ergo. Adhuc autem videre oportet, quod quedam manent,

saluæ scilicet politia, non solum aristocratia, quæ secundum dignitatem virtutis principantur, sed etiam oligarchia, quæ secundum honorabilitatem potentia & diuitiarum scilicet principantur, non propterea quod firmæ sunt politia, scilicet in seipsis, nam minimam habent rationem firmitatis: sed quia bene vtuntur ij qui in principantibus sunt, scilicet illarum politiarum, & iis qui, extra politiam, vt popularibus, & iis qui in politeumate, id est, dominis politiarum, vnicuique honorem debitum attribuunt. Et subdit in quo bene vtuntur, ibi, In non iniusta faciendo. Qualiter autem hoc fiat, determinat subdens per singula, ibi, In eos quidem qui non participant, scilicet aristocratia & oligarchia, quæ sunt in communi populo, introducendo principales, id est, digniores & maiores ipsorum, in politiam, id est, constituendo in officiis politia: & eos qui sunt amatores honoris, id est, dignitatis, non iniuriando, id est, non iniuste repellendo ab officiis dignitatum. Et hoc est quod subdit. In inhonoratione, id est, quod non inhonestent eos, talibus officiis priuando: quia ex hoc sæpe oritur contentio destruens politiam. Et ponit modum per quem fit frequenter huiusmodi inhonoriatio, ibi, Et multos, scilicet de multitudine, in lucrum, id est, propter lucrum: ad seiplos, id est, priuatum quod ad seiplos ordinatur, & ad principantes, id est, ad lucrum principum, in vtendo, quia scilicet aliis de populo non vtuntur, vel potius abutuntur, nisi ad lucrum proprium: quia & ipsi, & omnia quæ familiaria, venalia sunt, propter lucrum. Et ponit rationem per contrarium, ibi, In vtendo inuicem demotice, id est, democraticè, id est, æqualiter sicut liberis, & non sicut seruis: quia democratia est æqualiter liberorum. Et hoc est quod subdit, exponens, ibi, Quod enim in multitudine querunt æquale, qui demotici, id est, democratici, & æqualiter sunt liberi, hoc in similibus, id est, in qualibet politia, non solum iustum, sed expediens est: quia nisi habeat illud quilibet æquale & similitudinem, mouebit seditionem.

f Et ex his concludit quid expedit ad saluationem politia, ibi, Propter quod si plures sint in politeumate, id est, dominio cuiuscumque politia, multa expediunt, quæ sunt de numero demotice, id est, democraticorum, lege, scilicet democratica, statutorum. Et dat exemplum, ibi, Velut lex mensium principatus esse, Et subiungit quare hoc expedit, ibi, Vt omnes qui similes, in libertate scilicet participant, honore scilicet principatus. Et ponit rationem, ibi, Est enim sicut demus, id est, democratia, qui similes sunt in libertate. Et idem dictum est supra in secundo, quod omnes ciues similiter participant principatu consiliatio & iudicatio. Ex omnibus his concludit propositum, ibi, Propter quod in his, democraticis scilicet, sunt demagogi, id est, concionatores & duces populi sæpe, æqualiter ex diuersis ciuibus, vt dictum est prius. Et ponit aliam vtilitatem quæ fit ex hoc: specialiter in oligarchiis & aristocratia, quæ scilicet minorem causam malignandi habet ex potentatu, qui paruo tempore principatur, quam qui diu ad vitam principatur,

principatur, ibi, Deinde (alia scilicet vtilitas) minus incidunt in potentatus, id est, ambitione potentatus, oligarchia & democratia. Et dat rationem, ibi, Non enim similiter, id est, æqualiter facile malignari super subiectos pauco tempore principantes, & multo: quia qui se cogitat multo tempore principari, citius grafsatur ad malignitatem oppressionis subiectorum: quia cogitat, quod alius non succederet, qui faciat vindictam. Et hoc ostendit ex exemplis, ibi, Quoniam propter hoc in oligarchiis & democratia sunt tyrannides. Et ponit causam, subdens. Aut enim qui maximi, secundum potentiam & diuitias, in vtraque; scilicet politia, præferuntur, id est, ponuntur in dignitatibus principatus, tyrannide, id est, sola consideratione tyrannidis, vt tyrannides exercent: ij quidem, scilicet in democratia, demagogi, sunt scilicet, id est, ponuntur: ij autem, scilicet qui sunt in oligarchia, potentes, quia illi sola consideratione potentia ponuntur in principatu: aut qui maximos habent principatus, maximè, supple, malignantur, quando multo tempore principantur.

Deinde cum dicit, Saluantur autem politia, &c. ponit causas particulares saluationis politia cuiuslibet in communi, quæ reducuntur in sex genera. Primum est, quod omnia timenda continuè proponantur, vt caueantur. Secundum est, quod status politicus talem principatum habeat, per quem iocunda ciuitati permaneant, & contraria amoueantur, ibi, Quoniam autem & propter proprias vias, &c. Tertium est, quod principatus non instituantur ad lucrum, ibi, Maximum autem in omni politia, &c. Quartum est, quod considerentur quæ oportet habere principem, qui principatur in magno principatu, videlicet amorem ad politiam, potentatam ad magna perficienda, & virtutem, scilicet vt princeps sit virtuosus, ibi, Tria autem quedam oportet habere, &c. Quintum est, quod conferentia ad politias, per leges statuta, diligenter obseruentur, ibi, Simpliciter autem quacumque in legibus, &c. Sextum est, quod sit eruditus in ciuilibus, qui debet principari, ibi, Maximum autem omnium dictorum, &c. Quodlibet istorum plura continet, sicut dicitur de quolibet in loco suo. In primo istorum sanctorum. Primum, quod politia saluantur aliquando non solum quia elongantur à corruptentibus, sed etiam aliquando propter propè esse: quia tunc propter timorem conseruantur diligentius, sicut ea quibus apponitur nocturna custodia, melius conseruantur. Adhuc oportet cauere insignium contentiones & seditiones, & oportet tentare cauere talia per leges, quamdiu extra contentionem sunt, antequam comprehendantur à contentione vt cognoscatur malum à principio: hoc enim cognoscere non est cuiusque, sed politia, quod tamen facilius sedatur: & quia maxime ab honorabilitatibus principatum consurgunt seditiones, & etiam sunt transmutationes politiarum, oportet considerare omnes, qualiter distributæ sunt, honorabilitates in ciuitatibus ad multitudinem, vtrum scilicet ad annum, vel ad quinquennium, vel triennium: & secundum hoc quod videtur, oportet illud tempus inten-

derè vel remittere. Si enim excedunt principes, oportet remittere & abbreviare. Et hæc sententia huius partis in communi. Litera sic est ordinanda. Saluantur autem politia non solum propter longè esse à corruptentibus, per id enim saluantur per se, sed aliquando, supple, saluantur &, id est, etiam, quia prope sunt, corruptentibus: & tunc saluantur per accidens: quia scilicet timor propinquorum corruptentium facit, vt sollicitius custodiantur. Et hoc est. Timentes, corruptentia scilicet per manus habent magis politiam, continentes eam scilicet, quia in manibus tenent eam. Et hoc infert valde bonam cautelam, ibi, Quare oportet eos qui de politia sollicitantur, timores præparare, id est, causas timoris de corruptentibus, continuè præ oculis habere, vt, sic scilicet politiam conseruent, & non dissoluant, per cautelam de corruptentibus. Et dat simile, ibi, Quemadmodum nocturnam custodiam, qua scilicet seruatur contra timores nocturnos: & sic oportet fieri politia obseruationem, contra timores scilicet corruptentium. Et oportet quod longè est periculum, propè facere, id est, cauere tanquam sit propè: quia sic facilius cauetur.

h Et quia accidit præcipuè in contentionibus insignium, idem subdit, ibi, Adhuc insignium, potentum scilicet & diuitum, contentiones & seditiones, supple, oportet præcauere. Et quia hoc facilius fit sub forma iuris, addit qualiter hoc fiat, ibi, Et per leges oportet tentare cauere, sic scilicet vt eos qui extra contentionem sunt, antequam comprehendantur & ipsi, id est, illi qui sunt extra contentionem principum: illi enim inuoluntur in contentionibus principum, quando principes intendunt contentere: & idem oportet præcauere per legem qualiter hoc proprie fit. Propter quod subdit, Tanquam quod in principio sit malum cognoscere, ex iuris & legis ordine, fit, non cuiuscumque, sed politici viri, cuius est ordinare ciuilitatem suæ politiam.

i Et dat exemplum, ibi, Ad eam autem, quæ per honorabilitatem fit, transmutationem, si est oligarchia & politia mixta ex oligarchia & democratia, in quibus intuitu honorabilitatis constituuntur principes, cum acciderit hoc, scilicet contentio vel seditio, manentibus quidem eisdem honorabilitatibus, tunc abundantia autem honorabilitatis, principum scilicet, facta, honorabilitatis communis multitudinem, populi scilicet, oportet considerare ad præteritum, id est, ad præteritum tempus, in quo principari sunt: quia in bello discitur probabiliter qualiter se habebunt in futuro. Et est verum iuris exemplum. Ex præterita vita dicimus quid de futuris præsumere debeamus. Et ostendit qualiter si consideretur ad politias aliarum ciuitatum, ibi, In quibuscumque quidem ciuitatibus honorantur secundum annum, vt scilicet in anno principatu principentur, secundum hoc tempus, annum scilicet, in maioribus autem per triennium, aut quinquennium, scilicet principentur. Et considerandum est si tempus quo principantur, sit multiplex, vel submultiplex, ad tempus aut terminum, in quo honorationes, id est, principatus, institutæ fuerunt

fuerunt politiæ: & secundum hoc considerandum, quibus scilicet quanto tempore principari debeant: & sic secundum hanc considerationem oportet lege honorabilitates intendere, scilicet ad tempus, vel remittere, scilicet ad breuius: siquidem excedant, intendentes, scilicet in principatu, secundum multiplicationem, id est, oportet tempus multiplicari: quia illi sunt digni ampliori honore, qui excedunt honorabilitate virtutis: si autem deficiant, scilicet intendentes ad principatus, secundum defectum legis & ordinis, tunc oportet remittere tempus & abbreviare. Et hoc est: & minorem, id est, breuioris temporis, facientes honorationem, ut scilicet, deponantur: quia indigni sunt principatu.

k Et ostendit in quibus, si non sit huiusmodi remedium, quæ inconuenientia sequantur, ibi, In oligarchiis quidem enim & politiis non facientibus quidem sic, hic quidem oligarchiam & politiā, hic autem potentatum, tyrannicum, supple, fieri accidit: illo autem modo, ubi scilicet remittitur ex politiā quidem mixta democraticam, ex oligarchia autem politiā vel demum, id est, democraticam, supple, fieri accidit: & utroque modo transmutatur & non mutatur politiā.

l Et subdit remedium saluans politiā, ibi, Commune autem, saluans scilicet remedium, & in demo, id est, democratia, & in oligarchia, & in monarchia, quæ est regnum, & in omni alia scilicet politiā neque crescere valde multum, id est, principes permittere nullos præter commensurationem, scilicet aliorum ciuium, sed magis tentare paruos principatus, & multi temporis dare eis honores, quam breuiter magnos. Quia per paruos non habent, quin possint deponi quando ciues voluerint. Et ponit rationem quare hoc est melius, ibi, Corruptuntur enim, & non omnes sunt viri, supple, qui se contineant à corruptionibus: & idem diffinit sic virum Gregorius, Vir est qui contra bifomes fortunæ insultus, vniformi constantia militat præmunitus. Et idem non omnes viri sunt molles, ut fæminæ quæ sunt ad fortunas. Et idem non omnes viri est ferre bonam fortunam: eleuantur enim in bona fortuna, & deiiciuntur in mala. Et subdit ad remedium, ibi, Si autem non, supple, fiat sic, tunc caueatur, neque cum simul totos dederint magnos, supple, principatus, aufere rursus totos, sed gradatim, supple, auferantur eis principatus: quia nemo subito ab altis in infimum vult cadere.

m Et quia forma iustitiæ maximè tolerabilis est plusquam violentiæ, idem subdit, ibi, Et maximè quidem tentare, supple, oportet, legibus, scilicet communibus, sic ordinare, ut nullus fiat multum excedens potentia, nec amicorum nec pecuniarum: quia aliter resistit communitati populi, & soluit politiā. Et ponit vltimum remedium contra hoc si fiat potens, ibi, Si autem non, supple, caueatur ne exaltet potentia amicorum & pecuniarum, tunc oportet sequestratas facere stationes ipsorum, id est, habitationes, ut scilicet in ciuitate non habitent, sed extra: quia ibi non possunt dominari super populum, sed in priuatis habitan-

tes, in suis, non in communibus dominantur.

n Deinde cum dicit, Quoniam autem & propter proprias vitas, &c. ponit secundum remedium saluans politiā. Sententia est, quod quando aliqui propter proprium modum viuendi insolescunt, & idem contra ordinem politiæ viuunt, quod oportet politicum, qui doctus est in politeumate, ponere aliquem qui tales consideret, & habeat principatum in talibus, qui consideret eos qui nociuè viuunt contra ordinem politiæ, ciuitatis non auferat: quia necesse est, quod quælibet ciuitas habeat aliquas iucunditates, in quibus iucundetur, & violentes compescat, & trahat eos per commotionem ad propositas actiones, ne alij exemplo eorum insolescere consuescant. Et hæc est sententia tota huius partis. Littera sic ordinanda est. Quoniam autem, &c. id est, etiam propter proprias vitas insolescunt, scilicet lasciuia & concupiscentiis vacantes, oportet, ad medicinam huius morbi, facere in ciuitate principatum quendam, in quo princeps illius principatus consideret viuentes nociuè ad politiā, id est, contra ordinem ciuitatis. Et quia multæ sunt politiæ, idem subdit. In democratia quidem ad democraticam, in oligarchia autem ad oligarchiam, id est, contra oligarchiam. Similiter autem & in vnaquaque aliarum politiarum, supple, qui consideret omnes viuentes contra ordinem politiæ. Et ille princeps illius ciuitatis, id quod pertinet ad iocundum ciuitatis, secundum modos & iocunditates liberales, ut est vigella, & alia exercitia ciuitati vtilia, sigillatim secundum vnamquamque ciuitatem debet obseruare, propter eandem causam, ne scilicet contentiones oriantur, si consuetæ ad inconfueta transferantur.

o Et subdit quodnam sit illud remedium, ibi, Hoc autem remedium est super oppositis partibus firmare actiones, id est, tales actiones, quæ oppositis partibus, quæ sunt in ciuitate, congruant: & ad talia firmant actiones, ut sine vitio cuiuslibet partis viuunt: & principatus, scilicet ad hoc firmant. Et exponit quæ sunt oppositæ partes, ibi, Dico autem, exponendo scilicet, opponi Epiices, id est, super iustos multitudini: quia iusti in ciuitate non sunt multi: egenos autem dico, supple, opponi opulentis. Et oportet principes talis principatus tentare commiscere egenorum multitudinem, & eam quæ diuitum, vel oportet tentare augere quod medium inter eos, id est, mediarum personarum: quia medijs sincerissimè viuunt, ut in præhabitis ostensum est. Et tangit causam subdens. Hoc enim, scilicet augere medios, dissoluit eas quæ propter inæqualitatem, oriuntur, supple, seditiones. Si enim cuiuslibet permittatur ad propriam concupiscentiam viuere, sunt inæqualitates, & oriuntur seditiones.

p Deinde cum dicit, Maximum autem in omni politiā, &c. ponit tertium remedium saluans politiā. Sententia est, quod princeps debet lege statuere, quod principatus non sint ad lucrum, & maximè hoc oportet obseruari in oligarchiis. Et causa huius est: quia tunc non indigna

dignabuntur si coëreantur à principando, sed potius gaudent: quia principantes in publicis non possunt vacare propriis vilitatibus, & sic dirari. Si autem putarent, quod in principatu possent furari ea quæ sunt communia, tunc contristarentur non principantes, ex duabus causis, quia scilicet non participant honoribus principatum, & quia priuantur lucris, & sic mouerent seditiones & conturbarent politiā & aliam ciuilitatem. Deinde dicit, quod sic tali institutione facta, contingit singulariter simul saluatam, scilicet esse, democraticam & aristocraticam & oligarchiam: id quod insignes & populus habent quod volunt. Quod enim omnibus liceat principari consiliatio & iudicatio principatu, hoc est democraticum, ut in antè habitis probatum est: quod autem insignes sint in principatibus, hoc est aristocraticum secundum quod aristocratia quædam oligarchia est, & hoc est quando principatus non sunt ad lucrum: tunc enim egeni de populo non possunt principari: id quod nullum sit lucrum: sic insignes erunt in principatibus, & hoc est aristocraticum: id quod egeni volunt esse circa propria ut lucrentur, & insignes nullo indigentes, valent & volunt principari: & sic accidit egenis dirari, quia intendere possunt propriis: & sic insignibus non accidit subici egenis principantibus, sed potius sibi subici alios in principatibus: & sic ambæ partes ciuitatis stabunt in pace & sine seditione. Sed quia aliquis posset dicere qualiter obuiandum esset illi malo quod est furari communia ad rempublicam sine politiā pertinentia, idem occurrit & docet hoc in parte ista: quia ut non furentur quæ sunt communia, statuatur quod traditio pecuniarum communium fiat principibus & etiam ciuibus omnibus in publico, & rescripta per manum publicam tabellioni reponantur penes confraternitates & contubernia artificum & penes tribus consanguineorum quæ semper testes sunt de receptis. Et hæc est sententia huius partis in communi. Littera sic ordinanda est. Maximum autem, scilicet saluantium in omni politiā, & legibus, & alia, quacumque scilicet, prouisione salutis politiæ, est, sic ordinari, scilicet statuta legum, ut non sit principatus lucrari, ex iudicijs scilicet & alijs artibus principatus.

q Et licet hoc conseruet omnem politiā maximè in oligarchiis oportet seruare: quia in illa principantur insignes, contra quos ad insurgendum pronus est populus. Et dat rationem, ibi, Non enim scilicet, id est, tantum indignantur egeni, scilicet de populo, coërciti à principando, id est, ab eo quod est principari, multi populares qui sunt de multitudine, imò gaudent etiam si quis finit eos circa propria vacare: quare, id est, propter quod si putauerint principante aliquo furari posse communia, tunc ambo contristant. Et subdit quæ, scilicet honoribus non participare & lucris: & sic facilius insurgunt contra principantes & mouent seditiones.

r Et ponit aliam vilitatem ex hoc proueniens, ibi, Singulariter autem vel singulari utriusque politiæ & id est, etiam contingit simul esse, scilicet democraticam & aristocraticam.

D. Alb. Mag. Politic.

riam, si hoc instituerit aliquis, quod scilicet principatus non sint ad lucrari. Et hoc ostendit subdens, ibi, Contingit enim utique & insignes & multitudine utroque habere quæ volunt. Et ostendit modum, ibi, Licere quidem enim omnibus principari, democraticum est: quia illi æqualiter sunt liberi: insignes autem esse in principatibus, est aristocraticum & oligarchicum: & utrumque horum erit cum non sit lucrari à principantibus. Et ponit rationem, ibi, Egeni enim non valent nec volunt principari, id quod nullum sit lucrum ad excellentiam, sed egeni volunt circa negotia magis esse ut lucrentur: opulenti autem optime poterunt principari propter nullo communium indigere: quia ex suis sibi sufficiunt, & alijs.

s Quare, id est, propter quod ex tali institutione accidit egenis quidem fieri opulentos, propriis intendentes: & hoc propter immorari circa propria: insignibus autem accidit non subici quibuscumque de populo: desiderant enim & volunt esse insignes.

t Et ponit remedium ad hoc quod non possint furari communia, ibi, Et ut non furentur, quæ communia scilicet sunt, traditio fiat pecuniarum publicarum, sine communium, principibus, præsentibus & ciuibus & omnibus, & rescripta, scilicet per manum publicam tabellionis, penes fraternitates, id est, societates, & contubernia, id est, contubernales, & tribus, id est, qui sunt contribules, reponantur: tunc enim nihil negare & nihil possunt subtrahere. Et subdit si talis lex statuatur, quod non sit lucrari in principatu, quid faciendum, ibi, Eius autem quod est sine lucro principari, oportet esse honores, scilicet principatum, lege publica statutos approbati personis, & quod alij non principentur.

u Ad hoc autem quod talis politiā saluetur, oportet ipsos principes in democratiis quidem, opulentis, id est, diuitibus parcere non solum in non faciendo possessiones æquæ parciales, id est, quod æqualiter diuidant possessiones (ut præcipit Socrates) sed potius vnquamque dimittant gaudere sua possessione: sed neque etiam oportet præcipere diuitibus, quod fructus possessionum cogantur æqualiter diuidere: quod tamen in quibusdam politiis latet quandoque factum, sicut ordinavit Socrates: ideo factæ sunt seditiones in illis. Et tangit adhuc expediens ad hoc, ibi, Melius autem est, scilicet ad saluandam politiā, prohibere volentes, oblationes facere principibus, sumptuosas quidem, non vtilis autem oblationes. Et dicit quæ sint illæ, ibi, Puta chorigias, id est, sumptus in choreis & congregationibus, sicut fieri solet in conuiujs ad quæ illi inuitantur: illæ enim dicuntur chorigiales à choreis quæ in talibus conuiujs ducuntur: & lampadarchias (lampas in Græco est flamma) & loquitur de expensis candelarum, quæ fiunt in talibus conuiujs: & quæcumque alia tales, sunt inutiles expensæ.

x Et dat quid adhuc expedit in oligarchia ut quiete & sine seditione principentur, ibi, In oligarchia autem in qua principantur insignes,

Dd expedit

expedit principibus, egenorum facere curam multam, & facere siue statueri illis principatus, à quibus fiunt receptiones, & his sic largis & magnificis tribuere principatus: quia sic illis bene cupit & fauet populus, nec insurgit contra illos. Et dicit vterius quid expedit principibus ad principandum quietè, ibi, Quod si quis opulentorum iniuriatus fuerit istis, egenis scilicet de populo, maiores increpationes esse à principibus, quam si sibi ipsis, id est, quam si sibi ipsis fuissent iniuriati. Et iterum aliud, ibi, Et hereditates non, esse scilicet distributas, secundum dationem, principum scilicet, sed secundum genus, vt vnusquisque in hereditate paterna scilicet sui generis succedat: quia ex hoc quod aliquis eiicitur de sua hereditate, & alius ponitur in ea, sæpè fiunt seditiones. Et expedit etiam, neque plures quam vnã eundem hereditatem hereditare, ita quod princeps non det ius alteri in vna hereditate vnus. Et dat rationem, ibi, Sic enim vtrique æqualiores substantiæ ciuium, & egenorum vtrique plures ad abundantiam percipient: quia quilibet studet augere quod suum est. Hoc igitur expedit sic in oligarchiis ad hoc quod quietè principes principentur.

g Et subdit quid expedit in democratiis, ibi, Expedit autem & in democratia & oligarchia, ad saluandum principatum, aliorum dominarium de foris factorum, vel æqualitatem vel possessionem dare, his qui minus habent, & non sibi vsurpare, & iis qui minus communicant politia hac, quia communicare non possunt propter inopiam. Et hoc est. In demo, id est, in democratia quidem opulenti, quia illi non communicant egenis: in oligarchia autem egenis, quia sic ostendunt se habere curam de omnibus. Excipit in hoc quod aliqui principatus iura debita possunt sibi retinere, ibi, Excepto, quicumque principatus sunt domini politia, & hoc debent committere solis illis qui sunt de politia: hoc autem iis qui ex politia, committere dominis solis, quibus ex iure debentur pro salario vel stipendio, eò quod deseruiunt in politia communiter omnibus, vt in antè habitis sæpè determinatum est: quia nullus militat suis stipendiis: vnde solum illis talia debentur iura, si vnus est, vt in regno, vel plures sunt domini politeumatis, vt in democratia. Et sic finita sunt ea quæ dicit de tertio saluatio politiarum.

z Tria autem quædam oportet, &c. Incipit hic quartum saluatio politiarum determinare: & circa hoc duo facit. Primò enim determinat ipsum saluatio. Secundò mouet super hoc dubitationem, ibi, Habet autem dubitationem, &c. Sententia primæ partis est, quod si princeps in maximo principatu (cuius est ordinare politiam) saluare debeat politiam, oportet eum habere tria, primò scilicet amorem ad consistentem politiam, id est, quod amet vt politia saluata consistat: deinde secundò potentiam qua possit perficere maxima opera, quæ sunt principatus sui. Et tertid virtutem & iustitiam: quia vitiosus & iniustus nihil bene agit, nec alium ordinare potest, qui in seipso est inordinatus: dicitur enim ei, vt

quid alium doces, te ipsum non doces: Rom. 2. Et cum dicitur, oportet esse iustum, id est, oportet eum scire iustum & differentias iusti, secundum quamlibet & omnes politias: idèd quia non est idem iustum cum omnibus politis sicut nec idem æquale. Hæc est sententia primæ partis. Litera sic ordinanda est. Tria autem quædam oportet habere futuros principari principales principatus, sicut est rex, & dux exercitus, & dominus politeumatis, & proconsul, & huiusmodi. Et ponit hæc tria secundum ordinem. Primò quidem amorem ad consistentem politiam, id est, vt politia consistat saluata & maneat: quia nihil bene fit & diligenter sine amore: amor enim cuncta leuia facit: vnde Ouidius.

Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.

Deinde, secundo scilicet, oportet eum habere potentiam ex seipso maximorum operum, id est, ad maxima opera principatus seu politia in corrigendo malos & præmiando bonos. Propter quod dictum est in præhabitis, quod oportet regi dari & ordinari adiutorium, in quo possit effectui mandare quod statuit & præcepit. Tertid autem oportet eum habere virtutem & iustitiam: quia sicut dicit in 5. Ethic. ad iudicem confugiunt sicut ad iustum animatum. Et oportet eum habere secundum illud iustum quod pertinet ad illam politiam in qua principatur. Et hoc est quod subdit, ibi, Si enim non idem iustum secundum omnes politias, sed aliud est in democratia, & aliud in aristocratia, & aliud in oligarchia, & aliud in regno, & sic de aliis partibus politiarum quæ multæ sunt, sicut in tertio & quarto in antè habitis ostensum est, tunc necesse est multas esse differentias iustitiæ, & quod iustum est in vna, non est iustum in alia: propter quod principantem in politia oportet cognoscere iustum quod pertinet ad politiam in qua principatur, vt secundum hoc ordinet politiam.

aa Deinde cum dicit, Habet autem dubitationem, &c. mouet dubitationem circa determinata: & hæc est dubitatio. Si quando in aliqua politia princeps sit constituendus, & hæc tria non concurrunt, qualiter tunc oportet constitui principem? oportet enim aliquem esse principem politia: quia aliter non ordinaretur politia. Et dat exemplum in militari. Militaris quidem est quædam communicatio, & politia habet ordinem, sicut bonum exercitus, quod est victoria, cum duce exercitus siue principe militia: & oportet illum eligere. Ponamus ergo, quod aliquis sit militaris quoad potentiam, & habeat amorem militia, sed sit nequam & iniustus & non politia amicus: alius autem non sit militaris, ita vt nec experientiam nec scientiam habeat militarium, sed est iustus & virtuosus: est ergo quæstio quomodo oportet eligere principem militia. Et dicit soluens, quod oportet respicere in instituendo principem ad duo quibus omnis princeps constitutus oportet participare: quia instituendo principem ad actum militia plus oportet respicere ad experientiam & potentiam militarem, quam ad virtutem: in custodia autem rerum ad politiam pertinentium, magis oportet respicere ad

ad virtutem & iustitiam: & in talibus oportet diuidi principatum in duos. Hæc est sententia. Litera sic est ordinanda. Habet autem dubitationem quando non acciderint hæc omnia circa eundem, scilicet constituendum in principem, quomodo oportet facere diuisionem horum trium. Et ponit exemplum, ibi, Puta si militaris quidem aliquis fuerit exercitio, scilicet artis militia, & strenuitate, nequam autem non habens virtutem iustitiæ, & non sit, scilicet politia, id est, ordinis politia amicus: alius autem non militaris secundum potentiam & virtutem militarem, qualiter oportet in tali casu fieri electionem.

bb Et subdit soluens hanc dubitationem, ibi, Videtur autem oportere respicere ad duo, scilicet ad id quod minus participat, propter quod in militia quidem, quoad actus militares magis respiciendum est, ad experientiam, supple, est respiciendum magis quam ad virtutem moralem quæ facit bonum hominem. Et ponit rationem, ibi, Minus enim militia participant (& quod minus dicit, id est, ad minus) duces exercituum ad minus participant militia, id est, oportet participare: quia sine hac experientia nihil militarium perficere possunt: & idèd in constitutione & electione militia principis plus oportet respicere ad experientiam militarium, quam ad virtutem moralem. Sed in custodia, quando eligitur custos politia, vel militia & rerum ad militiam pertinentium, tunc oportet plus respicere ad epiciam, id est, virtutem & amationem, id est, amorem politia. Et hoc est. In custodia autem & cameratione, id est, illorum quæ seruantur in camera, contrarium, id est, respiciendum est minus ad experientiam, & plus ad virtutem moralem: ampliori enim virtute indiget, custos scilicet politia, quam sit illa, quam qualem habent multi, scilicet communiter: quia aliter non committeretur ei plusquam custodia tantorum bonorum: scientia autem communis est omnibus: quia indiget miles scientia militari, & custos scientia qua custodire sciat, & fideliter conseruare.

cc Sic soluta quæstione ponit aliam dubitationem de sufficientia trium enumeratorum, ibi, Dubitabit vtrique aliquis, &c. Et est dubitatio ista, quod aliquis potest dubitare si aliquis habet amorem & potentiam politia, quid oportet apponere tertium, quod est virtus? Ex politia enim & amore potest aliquis singula perficere: sicut enim in natura non est superfluum in abundantia, ita nec in nullo rationabili ordine: & sic videtur superfluere virtus posita tertia.

dd Et soluit valde bene hanc dubitationem, dicens, quod nihil prohibet scientes & amantes esse incontinentes, secundum quod incontinentes dicuntur qui impetu passionis metas mentis & rectæ rationis excedunt ad illicitum: propter quod contingit, quod sicut quandoque sibi ipsis non seruiunt scientes & amantes ipsos, vi passionis ad aliud impulsus, sic ad commune nihil prohibet scilicet habere quosdam scientes communia & amantes communia, qui tamen vi passionis impulsus non seruiunt communibus. Et vt hoc non fiat, oportet tria esse, potentiam

D. Alb. Mag. Politic.

scilicet, amorem & virtutem. Et hæc valde bona solutio.

ee Deinde cum dicit, Simpliciter autem quæcumque in legibus, &c. ponit quintum remedium saluans politias. Et sententia huius partis habet tres partes, scilicet quod conferentia ad politias per leges statuta, diligenter obseruentur. Quod multitudo volens salutem politia, super non volentes confortetur: quia hoc est maximum elementum politia. Quod medium, quod est iustum politia, nullo modo transgrediantur: quia sicut in compositione corporis humani medium in figura & compositione membri transgressum, dissoluit pulchritudinem & decorem corporis: ita medium in politia extensum nimis, vel attenuatum nimis, soluit politiam, vel decorem ordinis politia: sed qui medium habet, existit scilicet in optimo ordine: & tale soluentes, soluunt primò ordinem pulchritudinis politia, & tandem corrumpunt politiam in aliam. Hæc est sententia. Litera sic est ordinanda. Simpliciter autem, supple, saluant politiam, quæcumque in legibus, statuta scilicet, vt conferentia dicimus politis, omnia hæc saluant politias.

ff Et dat exemplum, ibi, Et quod sæpè dictum est, maximum elementum, id est, proprium & essenziale principium procurare, vt valentior sit multitudo, in ciuitate, quæ vult politiam, quam quæ non vult: quia infirmior pars non audet se opponere valentiori. Et hoc est primum.

gg Præter omnia autem hæc, quæ scilicet lege statuuntur, vt saluantur politias, oportet non latere, scilicet legislatorem, quod vtrique lateret transgressas politias: quia hæc est potissima causa transgressionis, quod medium, supple, iusto proportionetur in politia: quia transgressio eius soluit politias, & obseruatio huius saluat eas.

hh Et huius ponit rationem, ibi, Multa enim eorum, id est, de numero eorum, quæ videntur democratica, soluunt democratas, scilicet extensa nimis, vel nimis remissa: & in aliis politis est similiter. Et hoc est. Et oligarchicorum, multa scilicet soluunt, oligarchias, scilicet extensa nimis, vel remissa nimis. Et dicitur Proverb. Qui nimis emungit, sanguinem elicit. Et dat exemplum, ibi, Qui autem vnã hanc virtutem esse putant, in extremo scilicet, non in medio, trahunt medium ad excessum, id est, ad extremum: ignorantes, quod quemadmodum natis in compositione hominis est transgressa quidem rectitudinem eam, quæ pulcherrima est compositionis & decoris membrorum, ad aquilinum, nasum scilicet, vel sinum, in medio scilicet depressum, & tamen nasus est adhuc, sed tamen adhuc est pulchra & gratiam nasi habens ad aspectum, non tamen habet gratiam si intendat aliquis adhuc magis ad excessum: quia tunc quidem primò abiicit, id est, tollit à naso mediocritatem, quæ pulcherrima est dispositio partis, quæ est nasus: finaliter autem tollens mediocritatem ad excessum ita tollit pulchritudinem in ostensione, ita quod neque nasum faciet apparere, propter excellentiam & defectum, ita scilicet quod amitter non tantum pulchritudinem nasi, sed & amitter in

D d a tota

toto figuram. Et hoc fit propter excellentiam & defectum contrariorum, in quæ impellitur à medio relicto de luce pulchritudinis & figuræ. Et eodem modo res se habet & de aliis partibus corporis, sicut in antè habitis dictum est de commensuratione pedum. Accidit itaque hoc & circa alias politias, in quibus etiam rationis ordo & commensuratio proportionem medij attenduntur. Et adaptat, ibi, Etenim oligarchiam & democratiam est, id est, contingit, vt haberetur sufficienter, supple, secundum ordinem rationis & commensurationem. Et dicit qualiter, ibi, Equidem, supple, sufficienter habent ex stante optimo ordine secundum rationem principatus oligarchici vel democratice: si autem aliquis magis intendat vtramque, scilicet oligarchiam vel democratiam, recedens à medio, primò quidem parum intendens deteriorem faciet peliriam, quæ tamen erit in specie politia: tandem supra modum intendens, neque politiam faciet, sed corrumpet alio ordine rationis politia.

ii Propter quod oportet hoc non ignorare legislatores & politicum, principem scilicet qui dominatur in politeumate, qualia scilicet saluant democium, id est, democraticum, & qualia democratiam corrumpunt: & qualia oligarchicorum saluant & corrumpant: oligarchiam: hæ enim duæ politia extremæ sunt, ex quibus alia componuntur. Et ponit rationem, ibi, Neutram enim ipsarum contingit esse & permanere sine diuitibus, & sine multitudine popularium sine egenorum: sed quando æqualitas facta fuerit substantia, tunc scilicet aliam necesse est esse hanc politiam. Et hoc est quod in præhabitis dixit mediam & moderatissimam, quæ est mediarum personarum inter insignes & pauperes. Quare, id est, propter quod corrumpentes his quæ secundum excessum legibus, corrumpunt politias: & idè non expedit tales leges ponere.

kk Peccant autem tales & in democratiis & in oligarchiis. Et ostendit qualiter peccant, ibi, In democratiis quidem demagogi, qui quasi sunt principes multitudinis. Et hoc est. Vbi multitudo domina legum: quia sicut in antè habitis determinatum est, domina politeumatis est multitudo in democratiis, & statuit quod vult. Et ostendit quomodo peccant, ibi, Dominos enim faciunt, supple, demagogi, pugnantes cum diuitibus super ciuitatem: & idè expedit populo contrarium semper videri dicere pro populo, & omnia dicant pro diuitibus: sic enim ad se trahent diuites, vt stent pro demagogis. In oligarchia autem expedit, vt insignes, qui in eà dominantur, omnia dicant pro populo: sic enim in pace stabit populus, & non insurget contra insignes: & saluabitur politia. Et ponit expediens ad virtutem eorum. Et iurare contra quam nunc iurent iuramentis enim confederabantur: & statuebant talia iuramenta, in oligarchia sic: fidelis ero insignibus, & agam mala in populo. In democratia autem sic, Populo, supple, iurabam malignus ero, & consulam quæcumque habebo mala diuitibus. Et oportet iurare contraria. Et hoc est: oportet autem & exultimate & simulare contrarium iuramentis: quia

tunc nec insignes insurgunt contra populum, nec populus contra insignes: & sic saluabitur politia, ita quod insignis iuret, Sic iuro, scilicet quod non iniuste agam in populum.

ll Deinde cum dicit, Maximum autem omnium ditorum, &c. ponit sextum remedium saluans politias, quod dicit inter omnia maximum & potissimum. Et est sententia huius partis, quod maximum inter saluantia politias (quod tamen nunc ferè omnes negligunt) est, quod omnium filij erudiantur & assuescant ad ordinem politia: viuere: quia sine hoc nullus profectus est vtilissimarum legum ab omni glorificationum. Et hoc distinguit, vt scilicet in democratia instruantur viuere, scilicet iuvenes democratice: in oligarchiis autem oligarchice: quia vnusquisque ad quod eruditus est viuere, gaudet quando contingit illud. Nunc autem non est sic: quia insignium filij statim deliciantur, & non curant viuere secundum ordinem politia: filij autem egenorum sunt exercitati & laboriosi: propter hoc filij principum & volunt & possunt ex diuitiis magis insolescere: sed in democratiis quæ maximè videntur esse democraticæ, consistit contrarium vt conferens & vtile. Et causa huius est vt dicit, quod malè desinare videntur id quod est liberum, esse quod æquale & iustum in democratia. Democratia enim diffinitur ad duo, scilicet quod plus, id est, multitudo sit domina, & habeat dominium in politeumate, & per libertatem, scilicet quod æqualiter omnes liberi sint qui sunt participantes in democratico principatu, consiliatio & iudicatio, vt sæpius dictum est: quia iustum democraticum æquale videtur. Æquale autem dicunt, quod hoc sit dominans quodcumque videatur multitudini: liberum autem & æquale dicunt esse, quodcumque voluerit quis facere, quod hoc faciat. Et propter hoc in talibus democratiis viuunt vnusquisque vt vult. Et hoc abundat in populo, vt dicit Euripides: & hoc est prauum: & idè non est viuere ad politiam: viuere enim ad politiam est viuere non secundum praua, id est, non est subesse ad seruitutem: vnde ad politiam viuere non est prauè viuere, sed ad salutem quæ non est nisi in virtute. Hæc est sententia. Libera sic est ordinanda. Maximum autem omnium ditorum, politiam scilicet saluantium. Et hoc est. Ad permanendum politias, quod nunc negligunt omnes: eo quod intentio omnium non est ad virtutem, sed ad concupiscentias. Hoc autem est scilicet erudiri in iuuentute ad politias, scilicet viuere. Profectus enim nullus, sine hoc est scilicet, vtilissimarum legum, quæ omnes assuescunt honestati & prohibent contrarium, vt dicit Tullius, & conglorificationum, legum scilicet ab omnibus politizantibus, id est, politicè pro lege misceribus, si non erunt assueti & eruditi ad politias. Et docet qualiter hoc est in singulis, ibi, Si quidem, supple, sint leges democice, erudiantur democice: si autem oligarchicæ sint leges, oligarchicè, supple, erudiantur viuere. Et dat rationem, ibi, Quæ quidem enim est in vno, scilicet ciue, incontinentia, ad sequendam sensualitatem plusquam rationem, & in ciuitate, supple, est: quia vnus imitatur alium,

alium. Est autem erudiri ad politiam hæc facere, quibus attingent ad quod eruditi sunt, & non hæc facere, quibus gaudent oligarchizantes & democratiam volentes: sed quibus poterant hi quidem oligarchizare, supple, eruditi ad hoc: hi autem, aliter eruditi, democratizare: in his enim gaudent in quibus assueti & eruditi sunt: & sic saluatur politia. Nunc autem quia non sit sic, in oligarchiis quidem principantium filij, qui sunt insignes & potentes, deliciantur: qui autem egenorum filij, sunt exercitati & laboriosi. Quare, id est, propter quod & volunt & possunt ex facultatibus magis insolescere, filij scilicet insignium.

mm In democratiis autem quæ maximè videntur esse democraticæ, contrarium conferentis, scilicet ad politiam, consistit: & idè etiam illi insolescunt. Causa autem huius, supple, est: quia malè diffiniunt quod liberum. Duo enim sunt, quibus videtur democratia diffinita esse secundum veritatem. Et dicit, quæ sunt illa, ibi, In id quod populum, id est,

CAPVT VII.

De mutationibus monarchiarum, ac corruptionibus.

R Estat autem superuenire demarchia, ex quibus corrumpitur, & per quæ saluari nata est. Ferè autem consimilia dictis circa politias, sunt & quæ accidunt circa regna, & tyrannides. Regnum enim secundum aristocratiam est, tyrannides autem ex oligarchia extrema componitur & democratia: propter quod vtiq; & maximè nociua subditis est, veluti ex duobus malis composita, & transgressiones & peccata habens, quæ ab ambabus politia.

b Existit autem generatio mox ex contrariis vtiq; monarchiarum. Regnum quidem enim ad auxilium quod à populo Epiicis factum est: & instituitur Rex vnus Epiicorum secundum excessum virtutis, vel actionum, quæ à virtute, vel secundum excessum talis generis.

c Tyrannus autem ex populo & multitudine ad insignes, quatenus populus nihil molesteretur ab ipsis. Manifestum autem est iis quæ acciderunt. Fere enim plurimi tyrannorum facti fuerunt ex demagogis, vt est dicere, credibiles facti ex contrariari insignibus. Hæ quidem enim hoc modo constituerunt tyrannides iam ciuitatibus augmentatis.

d Quædam autem ante istas, ex regibus transgredientibus patria, & magis despoticum principatum appetentibus. Hæ autem ex electis ad principales

D. Alb. Mag. Politic.

CAPVT VII.

R Estat nunc videre de vnus gubernatione, ex quibus corrumpatur, & per quæ seruari valeat. Ferè autem similia & propinqua sunt illis quæ diximus supra de ceteris gubernationibus, illa quæ circa regnum, & circa tyrannidem contingunt. Nam regia quidem potestas, optimatum gubernationi respondet, tyrannides autem ex paucorum potentia illa postrema, & ex populari componitur. Quapropter perniciosissima est his, qui sub ea sunt, vt pote ex duobus composita malis, & transgressionibus, & delicta continens, quæ ex ambabus illis proueniunt.

Existitque generatio statim ex contrariis vtiq; istarum. Nam regia potestas pro tutela præstantium virorum contra populum reperta est: & fit rex ex præstantibus, per excellentiam virtutis, vel rerum gestarum, quæ sint à virtute, vel per excellentiam huiusmodi generis.

Tyrannides vero originem habet à populo, ac multitudinem contra nobilitatem, vt populus iniuriam ab illis non patiat. Paret hoc ex ipsis his quæ contigerunt. Ferè enim tyranni vt plurimum facti sunt ex ducibus populorum, fidem adepti ab initio propter calumnias contra nobilitatem factas. Tyrannides igitur alia in hunc modum constituta sunt, ciuitatibus iam aduentis.

Alia prius regibus transgredientibus patria iura, & affectantibus magis dominari. Alia ex electis ad principales magistratus. Antiquitus enim populi constituti

D d 3 princi

principatus: antiquitus enim populi instituerunt multi temporis conditores populi & prospectores. Hæ autem ex oligarchiis eligentibus vnum aliquem dominum ad maximos principatus.

e Omnis enim inerat modis iis ad efficere de facili, si solum voluissent propter potentiam præexistere: iis quidem regales principatus, iis autem eam quæ honoris: velut Phidon quidem circa Argum, & alij tyranni confliterunt regno existente: qui autem circa Ioniam, & Phalaris ex honoribus: Pannæus autem in Leontinis, & Cypselus in Corintho, & Pisistratus Athenis, & Dionysius in Syracusis, & alij eodem modo ex demagogis.

f Sicut igitur diximus, regnum institutum fuit secundum aristocratiam. Secundum dignitatem enim est, vel secundum propriam virtutem, vel secundum genus, vel secundum beneficium, vel secundum hæc & potentiam. Omnes enim cum beneficiassent, vel potentes beneficiare ciuitates, vel gentes, adepti sunt honorem hunc: ij quidem secundum bellum prohibentes seruire, sicut Codrus: ij autem liberantes, sicut Cyrus: vel cum instituisent regionem, sicut Lacedæmoniorum reges, & Macedonum, & Molossorum.

g Vult enim Rex esse custos, vt quidem qui possident substantias, nihil iniustum patiantur, populus autem nullam sustineat iniuriam.

h Tyrannis autem, sicut dictum est sæpè, ad nihil commune respicit nisi propriæ vtilitatis gratia. Est autem intentio tyrannica quidem, quod delectabile, regalis autem, quod bonum.

i Propter quod & supergressionum, quæ quidem pecuniarum, tyrannicæ: quæ autem ad honorem, regales magis: & custodia, regalis quidem ciuilibus, tyrannica autem per extraneos.

k Quod autem tyrannis habeat mala & quæ democratix & quæ oligarchiæ, manifestum: ex oligarchia quidem, eò quod finis sit diuitiæ: sic enim solum & permanere necessarium custodiam & delicias, & multitudini nihil credere: propter quod & ablationem faciunt armorum, & suspectam habere turbam, & à munitione repellere, & demorari in dōmo, commune est ambarum & oligarchiæ, & tyrannidis.

tuebant diuturniores administrationes, & procuraciones. Alia ex paucorum potentia eligentium vnum aliquem ad maximos magistratus.

Omnibus istis modis facultas fuit perficiendi, si modo voluerit, per potentiam sibi præexistentem, vel ex regia potestate, vel ex honoribus à populo exhibitis: ceu Phidon apud Argos, & alij alibi regiam potestatem habentes, tyranni sunt facti: circa Ioniam vero tyranni & Phalaris ex honoribus: Pannæus quoque in Leontinis, & Cypselus Corinthi, & Pisistratus Athenis, & Dionysius Syracusis, & alij eodem modo ex fauore populorum apud quos multum poterant.

Vt ergo diximus, regia potestas instituta est secundum optimatum gubernationem. Est enim secundum dignitatem, vel per virtutem propriam, vel generis, vel per beneficia collata, vel per ista simul ac potentiam. Omnes enim qui maxima beneficia in ciuitates gentesque contulerunt, vel qui eam facultatem habuerunt, vt conferre valerent, hoc honore potiti sunt: alij bello conseruatis populis, ne in seruitutem deuenirent, quemadmodum Codrus: alij à seruitute liberatis, vt Cyrus: alij quod condidissent urbem, vel regionem acquisissent, quemadmodum Lacedæmoniorum, & Macedonum, & Molossorum reges.

Vult autem rex esse custos, vt qui diuitias habent, nihil iniustum patiantur, nec etiam populus afficiatur contumeliis.

Tyrannus autem, vt sæpè iam diximus, ad nullam communem respicit vtilitatem, nisi gratia proprii commodi. Est autem obiectum tyranni, quod placeat, regis, quod honestum sit.

Quamobrem & illa in quibus plus habent, sunt tyrannis quidem pecunia: regibus autem honores: & custodia regi à ciuibus suis est, tyranno autem à peregrinis.

Quod vero tyrannis contineat illa mala, que sunt & popularis gubernationis & paucorum potentia, manifestum est: ex paucorum quidem potentia finem esse diuitias: per has enim solas necesse est permanere, vt conductos retineat custodes, vt sumptus faciat in educando, vt populo suo in nulla parte confidat. Itaque arma ciuibus suis adimere, ac multitudinem populi conculcare, ac ex urbe pellere, & vacuam habitatoribus ciuitatem red-

l Ex

l Ex democratia autem, & oppugnare insignes, & corrumpere occultè, & manifestè, & fugare, tanquam contra machinantes & impeditores aduersus principatus. Ex iis enim accidit fieri & insidias, iis quidem principari volentibus, iis autem non volentibus. Vnde & Periandri ad Thrasymbulum consilium fuit, excedentium spicarum euulsio, quasi opportunum sit semper excedentes perimere.

m Sicut igitur ferè dictum est, transmutationum ipsa principia oportet putare circa potestates esse, & circa monarchias. Propter iustitiam enim, & propter timorem, & propter contemptum multi subditorum insurgunt aduersus monarchias. Iniustitiæ autem maximè propter iniuriam, aliquando autem & propter priorum spoliationem. Sunt autem & fines iidem, quemadmodum ibi, & circa tyrannides, & circa regna. Magnitudo enim diuitiarum & honoris existit monarchis, quæ desiderant omnes.

n Insurrectionum autem, hæc quidem ad corpus sunt principantium, hæc autem ad principatum. Quæ quidem igitur propter contumeliam ad corpus, contumelia autem existente multarum partium, quælibet ipsarum fit causa iræ. Iratorum autem ferè plurimi punitionis gratia insurgunt, sed non excellentiæ.

o Velut Pisistratarum quidem propter propulsa Harmodij sororem, & illuisse Harmodio. Harmodius quidem enim propter sororem, Aristogiton autem propter Harmodium.

p Insidiatum sunt autem Periandro ei qui in Ambracia tyranno: quia simul bibens ipse cum pueris interrogauit ipse, si iam ex ipso prægnantes sunt.

q Quæ autem Philippi à Pausania: quia permisit contumeliam pati ipsum sub Attalo.

r Et quæ Amyntæ parui Hypoderda: quia insultauit ad staturam ipsius.

s Et quæ Eunuchi Euagoræ Cyprio: quia enim mulier recusauit filium ipsius, occidit tanquam contumeliam passus.

t Multæ autem insurrectiones factæ sunt, & propterea quod aliqui monarcharum in corpus verecundiam fecerunt.

dere, communia sunt paucorum potentia, & tyrannidis.

Ex populari autem habet, vexare nobilitatem, clamque euertere, & aperte in exilium pellere, tanquam aduersarios, & machinantes contra potentiam suam. Ex his enim & consilia aduersus eos iniri contingit, aliis dominationem affectantibus, aliis seruitutem fugientibus. Vnde Periandri consilium Thrasymbulo datum, supereminentes spicas decerpere, tanquam opportunum fuerit eminentiores ciuium de medio tollere.

Vt igitur ferè dictum est, eadem principia mutationum sunt existimanda, & in Reipublicis, & in vniuersi gubernatione. Per contumeliam enim, & per metum, & per contemptum, insurgunt plerique subditorum aduersus dominantes. Iniuria vero maxime per contumeliam, nonnunquam & per ablationem rerum sunt. Sunt autem & fines ibi tales, quales sunt circa tyrannides, & regna. Opes enim & honores, qui in tyrannis regibusque maximi concipiuntur, affectant omnes.

Insurgunt autem quandoque in corpus dominantis, quandoque in ipsam dominationem. Quando enim per contumeliam adducuntur homines ad insurgendum, impetus fit in corpus. Cumque sint contumeliæ partes plures, vnaqueque illarum concitat ad iram. Irascentium vero plurimi vltionis causa impetum faciunt, non causa potentia.

Quale fuit illud filiorum Pisistrati: ob contumeliam enim sorori Harmodij illatam, & ipsum Harmodium compellatum, impetus in eos factus est: ab Harmodio quidem propter sororem, ab Aristogitone autem propter Harmodium.

Aduersus Periandrum quoque Ambraciæ tyrannum insidia factæ sunt, ex eo quia in potu, quem amabat, puerum interrogauit, an adhuc ex se prægnans esset.

Philippus vero à Pausania occisus est: quia non vlciscebatur contumeliam sibi factam ab Attalo.

Et Amyntas parvus à Darda: quia iactaret se in illius arate abusum esse.

Et Eunuchus ab Euagora Cyprio: quod enim mulierem elegerat eius filiam, quasi contumelia affectum eum necauit.

Plurima vero inuasiones factæ sunt ex eo quia in corpus verecundiam intulissent:

u Velut & quæ Cratai ad Archelaum: semper enim graviter se habebat ad colloquium. Quare sufficiens & minor fuit occasio, propterea quod filiarum nullam dedit, cum promississet ipsi, sed priorem quidem detinens à bello aduersus Sirram & Arabæum dedit regi Elibeas, iuniorum autem filio Amyntæ, existimans sic utique illum nihil differre, & eum qui ex Cleopatra. Sed ab alienationis principium exitit graviter ferre ad veneream gratiam.

x Cum insurrexit autem & Hellanocrates Larissæus propter eandem causam: tanquam enim veteris statura ipse non deduxit spondens, propter contumeliam, & non propter amatiuam concupiscentiam, putavit esse factam colloquutionem.

y Paron autem & Heraclides Ænij Cotyn peremerunt, patri supplicium inferentes.

z Adamas autem discessit à Coryo: quia puer existens excisus fuit ab ipso, tanquam iniuriam passus.

aa Multi autem & propter ea quod in corpus afflicti fuerunt percussibus irati, ij quidem destruxerunt, hi autem aggressi sunt tanquam iniuriam passi, & ea quæ circa principatus & regales potentatus.

bb Velut in Mitylena Megacles Pentelidas circumstantes & verberantes Cotynes insurgens cum amicis peremit.

cc Et posterius Smerdes Penthilum cum plagas accepisset, & ab vxore extractus, peremit.

dd Et insurrectionis Archelai Decamnichus dux fuit exacerbans insurgentes primus. Causa autem iræ: quia ipsum tradidit flagellandum Euripidi Poëtæ. Euripides autem infremuit cum dixisset ipse aliquid aduersus fœtorem oris. Et alij autem multi propter tales causas, ij quidem preempti sunt, ij autem insidias passi sunt.

ee Similiter autem & propter timorem: vnum enim aliquid erat hoc causarum, sicut politias & monarchias: velut Xerxem Artapanes timens criminationem, quæ circa Dariûm, quia suspendit, cum non iussisset Xerxes: sed putans indulgeri tanquam non memorantem propter cenam.

ff Hæc autem propter contemptum,

Qualis fuit inuasio illa Cratai aduersus Archelaum: semper enim molesta illi fuerat consuetudo eius. Itaque parua etiam occasio sufficiens fuit, vel quia filiarum nullam sibi dederat, cum se daturum promississet, sed primam occupatus bello aduersus Sirram & Arrabaum, tradidit regi Elibeæ, alteram verò filiam minorem natu filio Amyntæ coniugauit, existimans per hunc modum minime sibi fore aduersaturum ex Cleopatra genitum. Sed indignationis principium exitit, quod grauitate ferebat se ad libidinis gratiam haberi.

Fuit una cum illo ad rem patranda Helanocrates Larissæus ob eandem causam: quod enim abusus ætate illius, non ut promiserat, deducebat, ob contumeliam id fieri ratus est, non ob amorem.

Paron verò & Heraclides Ænij Cotyn peremerunt, patri maclantes.

Adamas verò à Coty rebellauit, quasi contumelia affectus, quod ab eo in pueritia excisus esset.

Multi etiam ob verberatum corpus, vel interfecerunt ira perciti, vel impetum fecerunt, quasi contumelia affecti, & contra homines in potestate constitutos, & contra reges.

Ut Megacles apud Mitylenem magistratus circumstantes, & clauis pulsantes cum amicis aggressus interfecit.

Et postea Smerdes verberibus casus, & à muliere tractus, Pentilon interemit.

Archelai verò necis princeps fuit Decamnichus. Is enim primus ceteros aggressores commouit, & irritauit. Causa verò fuit irarum, quod illum Archelaus Euripidi poëta verberandum tradidisset. Erat verò insensus illi Euripides ob maledictum in ipse insuauitatem oris iactatum. Et alij complures tali de causa, vel interfecti sunt, vel in periculum insidiari venerunt.

Similiter quoque propter metum: hæc enim una ex causis est, ut in Republica, sic etiam in vnius gubernatione: ceu Xerxem Artapanes metuens calumniam de Dariû, quod eum suspendisset, Xerxe non iubente: sed putans illi veniam esse datam propter cenam, quasi ab ignoscere.

Alia verò propter contemptum, ut vi-
sicut

sicut Sardanapalum videns quidam percipientem secum mulieribus, si verè hoc fabulantes dicunt. Si autem non de illo, sed de alio erit utique hoc verum. Et Dionysio posteriori Dion insurrexit propter despectionem, videns ciues sic se habentes, & ipsum semper ebrum.

gg Et amicorum autem quidam insurgunt propter despectionem: propter confidere enim contemunt, tanquam oblituri: & putantes posse obtinere principatum, modo quodam propter contemnerè insurgunt. Tanquam potentes enim & contemnentes periculum propter potentiam inuadunt de facili, sicut ducentes exercitus monarchis, sicut Cyrus Astiagi, & vitam contemnens & potentiam: propter potentiam quidem inoperosam fuisse, ipsum autem deliciarum. Et Seuthes Thrax Amadoco existens dux exercitus. Ij autem & propter plura horum insurgunt, ut & despicientes, & propter lucrum, sicut Ariobarzani Mithridates.

hh Maxime autem propter hanc causam inuadunt, qui quidem natura audaces & honorem habent bellicum à monarchis. Virilitas enim potentiam habens, audacia est, propter quas ambas tanquam de facili præualituri faciunt insurrectiones.

ii Eorum autem qui propter amorem honoris insurgunt, est alius modus causæ præter dictos prius. Non enim, sicut quidam, tyrannos inuadunt, videntes lucra magna & honores magnos existentes ipsis: sic & eorum qui propter amorem honoris insurgunt, vnusquisque prælegit periclitari: sed illi quidem propter dictam causam, ij autem ac si utique aliqua alia fieret actio singularis, & propter quam nominati fierent & noti, sic & monarchas inuadunt non possidere volentes monarchiam, sed gloriam.

kk Sed tamen paucissimi numero sunt propter hanc causam impetum facientes. Supponi enim oportet nihil curare de eo quo est saluari, si non debeat præualere in actione, quibus assequi quidem oportet Dionis æstimationem: non facile autem ipsam adesse multis. Ille enim cum paucis militauit aduersus Dionysium, sic habere dicens, quod vbiicumque possit procedere, sufficiens sibi tantum participare actioni, veluti

videns quidam Sardanapalum regem inter eas mulieres pensa diuidentem, si modo fabula vera fuit: & si non in illo, at tamen hoc in alio verum esset. Et Dionysium posteriorem Dion inuasit, quod eum contemnebat, conspiciens ipsum Dionysium semper ebrum, & ciues Syracusanos ita se habere.

Amicorum etiam quidam insurgunt propter contemptum. Ob fidem enim eis adhibitam spernunt, tanquam facultatem habentes clam molendi: & putantes se dominationem obtinere posse, quodammodo per contemptum inuadunt. Tanquam enim potentes, & contemnentes periculum, propter suam potentiam, facilius insurgunt, ut duces quidam exercituum aduersus principes suos, quemadmodum Cyrus contra Astiagem, cuius & vitam & potentiam contemnebat, cernens & copias eius iam consensuisse, & ipsum in deliciis vitam agere. Et Seuthes Thracius cum esset dux exercitus Amadoci. Quidam verò huius plurimum gratia insurgunt, ceu propter contemptum, & propter lucrum, velut contra Ariobarzanem Mithridates.

Maxime verò propter hanc causam insurgunt hi qui sunt natura superbi, & honorem habent ex rebus bellicis apud dominantes & principes. Fortitudo enim potentiam habens, superbia est, per quas ambas quasi facilius superaturi eos aggrediuntur.

Eorum verò qui ob honoris cupiditatem insurgunt, alius modus est causa ultra iam dictos. Non enim, ut quidam, tyrannos inuadunt, spe magnorum commodorum, magnorumque honorum quos in illis cernunt, inducti: sic & qui ob honoris cupiditatem eos aggrediuntur: sed illi quidem, ut ea sibi arripiant qua in tyrannis admirabantur, hi autem ut ex re gesta memorabili atque egregia, famam ac celebritatem nominis consequantur, non dominationem acquirere volentes, sed gloriam.

Sunt tamen perpauci qui ob hanc causam moueantur. Constituendum est enim sibi viuendum non esse, nisi rem consecerint, quibus adesse oportet Dionis propositum, non facile quidem fieri in multis. Ille enim cum paucis militibus contra Dionysium profectus ait, quantumcunque progredi posset, satis id sibi foret, ut si vel parum terra illius inuasisset, pulchrum iam sibi mori existimaret.

sicut

sicut modicum inuasisset terræ, mox accideret mori, huic bene habere sibi mortem.

ll Corruptitur autem tyrannis, vno quidem modo sicut aliarum politicarum vnaquæque ab extrinseco, si contraria aliqua sit politia valentior. Confilari quidem enim palam, quod existit propter contrarietatem electionis. Quæ autem volunt potentes, agunt omnes. Contrariæ autem politix, demos quidem tyrannidi secundum Hesiodum, sicut figulus figulo. Etenim democratia vltima tyrannis est. Regnum autem & aristocratia propter contrarietatem politix. Propter quod Lacedæmonij plurimas dissoluerunt tyrannides, & Syracusani pro tempore quo politizabant bene.

mm Aliquando autem ex se ipsa, quando qui participant, seditiones fecerunt, sicut qui circa Gelonem, & nuncquæ eorum quæ circa Dionysium. Quæ quidem Gelonis, Thrasybulo Hieronis fratre filium Gelonis abducente, & ad delectationes excitante, ut ipse principaretur: familiaribus autem congregatis, ne tyrannis omnino dissolueretur, sed Trasybulus: congregari autem ipsorum tanquam tempus habentes, eiecerunt omnes ipsos: Dionysium autem Dion aggressus curator existens & assumens populum, illum eiiciens peremit.

nn Duabus autem existentibus causis propter quas maxime insurgunt contra tyrannides, scilicet odio, & contemptu, alterum quidem horum oportet existere tyrannis, scilicet odium: ex contemptu autem fiunt multæ dissolutionum. Signum autem eorum: quidam enim qui acquisierunt plurimi conseruauerunt principatus: qui autem susceperunt, mox, ut est dicere, peremit omnes. Fruitiuè enim viuentes, facile contemptiuu fiunt, & multas opportunitates dant insurgentibus.

oo Partem autem quandam odij iram oportet ponere. Modo enim quodam earundem actionum causa fiat.

pp Sæpè autem & magis operosa ira quam odium. Robustius enim insurgunt, propterea quod non vitur ratiocinatione passio. Maxime autem significat furoribus assequi propter iniuriam: propter quam causam Pisistratidarum destructa est tyrannis, & multæ aliarum. Sed magis odium. Ira qui-

Corruptuntur autem tyrannides, vno quidem modo, ut vnaquæque aliarum Republicarum ab extra, si aliqua sit contraria Republica robustior. Nam voluntas quidem aderit, propter contrarietatem electionis. Quæ autem voluit omnes efficiunt, modo possint. Contraria vero sunt gubernationes, populus quidem tyrannidi secundum Hesiodum, ut figulo figulus: nam gubernatio populi illa postrema, tyrannis est: regia vero potestas, & optimatum gubernatio, propter contrarietatem gubernandi. Quapropter Lacedæmonij multas euerterunt tyrannides, & Syracusani per id tempus, quo Republica eorum recte gubernabatur.

Alio autem modo corruptuntur, cum in seipsis seditionem habent, quemadmodum circa Gelonem factum est, & nunc circa Dionysium. Gelonis enim filium Thrasybulus Hieronis frater per illecebras & voluptates traducebat, ut ipse dominaretur. Domestici vero ac necessarii per factionem repugnabant, ut non tyrannis omnino solueretur, sed Thrasybulus: verum alij inter hæc conspirantes, eam occasionem nacti, ipsos omnes pepulerunt: Dionysium autem Dion, contra eum copis ductis, cum esset affinis, suscepto populo illum pepulit, ipse vero interfectus est.

Cumque dua sint cause propter quas maxime contra tyrannos insurgitur, odium scilicet, & contemptus, odium quidem existat oportet in tyrannos, ex contemptu autem plurima fiunt euerfiones. Huius vero signum fuerit, quod plerique eorum qui dominationes adepti sunt, eas usque ad extremum conseruauerunt: sed qui ab illis susceperunt, confestim (ut ita dixerim) perierunt omnes. In voluptatibus enim viuentes, efficiuntur facile contemnendi, ac multas præbent occasiones opprimendi sui.

Particulam vero quandam odij debemus iram existimare. Nam quodammodo earundem rerum causa existit.

Et est interdum ira efficacior quam odium. Vehementius enim insurgunt: quia perturbatio illa non vitur ratione. Maxime vero contingit, ut ira deferantur, qui contumelia fuerint affecti: per quam quidem causam & Pisistratidarum deleta est tyrannis, & multæ aliarum. Sed odium magis ratione vitur. Nam ira cum dolore dem

dem enim cum tristitia adest, quare non facile ratiocinari: inimicitia autem sine tristitia.

qq Ut autem in summa est dicere, quocumque causas diximus oligarchiæ intemperatæ & vltimæ & democratix extremæ, tot & tyrannidis ponendum. Etenim hæ existunt entes diuisibiles tyrannides.

rr Regnum autem ab extrinsecis quidem minime corruptitur: propter quod & multi temporis est: ex seiplo autem plurimæ corruptiones accidunt.

ss Corruptitur autem secundum duos modos: vno quidem, seditionem facientibus iis qui participant regno: alio autem modo, magis tyrannicè tentantibus gubernare, quando exegerunt esse domini plurium & præter legem.

tt Non fiunt autem regna nunc: sed si fiant, monarchiæ & tyrannides magis: propter regnum quidem esse voluntarium principatum, dominium autem maiorum, & propter multos esse similes, & nullum differentem tantum, ut correspondeat ad magnitudinem & dignitatem principatus. Quare propter hoc quidem non permanent voluntarij. Si autem per fraudem principatur aliquis vel per violentiam, iam hic videtur tyrannis esse.

uu In iis autem quæ secundum genus regnis, ponere oportet causam corruptionis, cum iis quæ dicta sunt, & quod est fieri multos contemptibiles facile: & hoc quod est potentiam non possidentes tyrannicam, sed regalem honorem iniuriari. Facilis enim fieret dissolutio. Non volentibus enim mox non erit Rex. Sed tyrannus non volentium. Corruptuntur ergo monarchiæ propter has & alias tales causas.

CAPVT VII.

Hic incipit determinare de saluantibus & corruptentibus Monarchias, scilicet Regnum & Tyrannidem. Et habet tria capitula penes tres partes. In isto enim capitulo ponit corruptentia. In sequenti autem saluantia, ibi, *Saluantur autem palam*; &c. In tertio tractat de corruptentibus & saluantibus, opinionem Socratis improbando, ibi, *In politia autem quidem de transmutationibus*, &c. Istud capitulum diuiditur in tres partes. In prima enim determinat generationem monarchiæ

fit, quare non facile ratione vitur: odium vero sine dolore.

Vt autem summatim dicamus, quocumque causas diximus paucorum potentia illius postrema & nimia ac popularis gubernationis extrema, totidem & tyrannidis causas esse ponendum est. Nam & hæ sunt tyrannides quedam.

Regnum autem ab his quæ extra sunt, minime corruptitur: quapropter diuturnius est: ex se autem ipso ut plurimum eueriti contingit.

Corruptitur autem duobus modis: vno, si seditio oriatur inter eos qui participes sunt regni: alio modo si tyrannicè gubernare pergant, volentes esse domini plurium, & contra legem.

Non fiunt nunc amplius regna: sed si qua fiunt, monarchiæ & tyrannides magis sunt: ob id quia regnum spontanea gubernatio est, ac maiorum proprie: ac plurimi pares sunt, neque usque aded præcellentes, ut ad magnitudinem dignitatemque huius gradus se possint attollere. Atque ex eo fit, ut sponte illi non parcat. Quod si deceptione quis, aut vi dominetur, iam appareret hanc esse tyrannidem.

In regnis autem illis in quibus succeditur per genus, ponendum est corruptionis esse causam, ultra illas quæ supra sunt dicta, quod plerumque contemendi homines succedunt in regnum: & quod cum non habeant potentiam tyrannicam, sed regiam, superbunt. Est enim facilis deiectio regis. Si enim nolint, statim non erit rex. At enim tyrannus etiam nolentium est. Corruptuntur ergo gubernationes vnius per has & huiusmodi alias causas.

quæ est regnum, & monarchiæ quæ est tyrannidis, ut per oppositum accipiat causas corruptionis. In secunda determinat causas insurrectionis in tyrannum & corruptionis monarchiæ, quæ est tyrannis, ibi, *Sicut igitur fere dicitur est*, &c. In tertia determinat corruptentia & saluantia Regnum, ibi, *Regnum autem ab extrinsecis*, &c. Circa primum tria facit. Primum enim ponit generalem propositionem & conclusionem quæ sequitur ex dictis, quod restat superuenire de monarchia, ex quibus corruptitur, & ex quibus saluatur: semper enim saluam reddit principatus populi: illud enim est principium & finis omnium politicarum. Et est

est primum quod dicit. Et subdit secundum, scilicet de generatione monarchiarum. Et est sententia sua in hoc, quod ferè consimilia dictis circa politias secundum transmutationes & saluationes dicenda sunt de transmutatione & saluatione monarchiarum, regno scilicet & tyrannide. Et ponit causam; quia monarchia oriuntur ex politis, regnum quidem ex aristocratia, tyrannis autem ex oligarchia extrema componitur & democratia vltima, sicut dictum est in antè habitis, quod quando populus totus ut vnus non vitur ut liberis, sed abutitur ut seruis; & idè regnum est ad auxilium populi, & tyrannis, quæ pessima est transgressio, ad nocementum populi. Et hæc est sententia. Litera sic est ordinanda. Ferè autem consimilia dictis circa politias, sunt & id est, etiam quæ accidunt circa regna & tyrannides. Et dat rationem, ibi, Regnum quidem enim, supple, est, secundum aristocratiam: tyrannis autem ex oligarchia extrema componitur (Extremam autem dicit, id est, intensam secundum potentiam & oppressionem) & democratia, illa scilicet quæ in tertio lib. capitulo de distinctione democratia vltimò ponitur, quando scilicet totus populus non ut singuli, sed vnus despoticè principatur. Et ex his elicit & concludit, quod tyrannis inter omnes transgressiones maximè nocua est subditis, veluti transgressio ex duobus malis composita. Et habet transgressiones & peccata vniuersiusque. Et hoc est quod dicit. Et transgressiones & peccata habens, quæ ab ambabus politis, oligarchia scilicet extrema & democratia vltima, quæ ferè conuertitur oligarchia.

b Et ex his elicit generationem monarchiarum, ibi, Existit autem generatio mox ex contrariis vrique monarchiarum, scilicet regno & tyrannide. Et ostendit quomodo, ibi, Regnum quidem enim ad auxilium quod à populo Epicis, id est, iustis & bonis, factum est. Et ponit rationem sumptam ex his quæ dicta sunt in 8. ethic. ibi, Et instituitur rex vnus Epicorum, id est, dominio superiustorum, id est, in iustitia excellentiam habentium. Et hoc est secundum excessum virtutis, vel actionum quæ sunt à virtute, sicut in 7. ethic. dictum est, vel secundum excessum talis generis quod fiat simpliciter virtuosus: quia sicut dictum est in capitulo de regno, reges aliquando instituuntur secundum generis successionem: ed quod verè commendatur non esse bonus, cuius pater est bonus.

c Tyrannus autem ex populo & multitudine instituitur ad insignes, ut à tyranno reprimantur. Et hoc est. Quatenus populus nihil molestetur ab ipsis, scilicet insignibus. Et hoc probat ex propriis huius scientiæ, id est, ex exemplis quæ acciderunt: & dicit qualiter, ibi, Ferè enim plurimi tyrannorum facti fuerunt ex demagogis, ut sapius habitum est, ut est dicere: quia aliqui facti fuerunt ex regibus corruptis & transgredientibus ordinem regni. Qualiter autem fiat ex demagogis, subdit, ibi, Credibiles facti, id est, quando credentiam fecerunt ex contrariati insignibus. Et hoc est. Hæc quidem enim, scilicet ciuitates, hoc modo, id est, ad hunc finem constituerunt tyrannides,

iam scilicet ciuitatibus augmentatis, quando insignes incepterunt oligarchicè opprimere populum.

d Quædam autem ante ciuitates ista modo augmentatas, ex regibus transgredientibus patria pacta, & magis despoticum principatum appetentibus, id est, seruili ter yti populo ex regibus transgredientibus, supple, constituerunt tyrannos. Vnde Genesis decimo legimus, quod Nemroth à principio habitationis mundi cepit opprimere populum, & prædas agens ædificauit ciuitatem, in qua constitutus est tyrannus, & regalem habens potentiam. Et ferè idem est quod dicit in litera. Et hoc est. Hæc autem tyrannides factæ sunt ex electis ad principales principatus. Et ponit exemplum, ibi, Antiquitus enim, antequam ciuitates & politia conualescerent, populi instituerunt multi temporis conditores populi, id est, qui olim ante multum tempus condiderunt vrbes, & in eis collegerunt volenter ciues, & prospectores, id est, illos ponebant loco prospectorum populi: quia prospicere & cauere debebant populo ab incurfu hostium. Hæc autem, alia scilicet gentes & ciuitates, ex oligarchiis, potentibus scilicet & diuitibus, eligentibus vnum aliquem, supple, instituerunt dominum ad maximos principatus, scilicet monarchiam.

e Et ponit rationem, ibi, Omnibus enim inerat modis iis, instituenti scilicet vnum dominum, hoc ad efficere de facili, id est, ut hoc de facili efficerent; si solum voluissent institueret, scilicet in monarchia propter potentiam qua excellabant super alios: iis quidem, id est, quibusdam regales principatus, id est, monarchias, sicut tyrannis potentia principantibus, iis autem, id est, aliis eam excellentiam, quæ scilicet est honoris, veris scilicet Regibus: quia honor est præmium virtutis, & exhibitio reuerentiæ in testimonium virtutis, ut dicit Aristoteles. Et dat exemplum, ibi, Velut Phidon, qui (ut supra in secundo dictum est) Corinthius legislator fuit, circa Argum tyrannus fuit de his qui ab insignibus defenderunt populum, Et alij tyranni constituerunt similiter regno iam existente, supple, circa Argum. Prouincia est circa mare lita, vbi nauium fuit multitudo, vbi tyranni instituti sunt ut defenderent populum à Piratis nauali bello terram impugnantibus. Et dat exemplum de alijs, ibi, Qui autem circa Ioniam, id est, Græciam, quia Ioni sunt Græci, & Phalaris ex honoribus, supple, instituti sunt. Panætius autem in Leontinis (Nomea est prouinciæ) id est, in Leonticis ciuitatibus, supple, est institutus: & Gypselus in Corintho, supple, sic est institutus: & Pisistratus Athenis, sic, supple, est institutus: & Dionysius in Syraculis, quæ est ciuitas Siciliæ, quæ quondam magna Græcia dicebatur, supple, sic est institutus. Et subdit generaliter. Et alij eodem modo, supple, sunt instituti tyranni, ex demagogia seu demagogis.

f Ex omnibus his concludit propositum, ibi, Sicut igitur diximus, regnum institutum fuit secundum aristocratiam, id est, principatum virtutis & dominationem. Et hoc est. Secundum dignitatem enim est, generis scilicet, vel secundum propriam virtutem, qua id meruit aliquis,

aliquis, vel secundum genus, quod semper secundum virtutem claram dignitatem habuit, vel secundum beneficium, quod semper alijs impendere consuevit, vel secundum hæc, scilicet virtutem & beneficium, & potentiam, subiectos & defendere & continere potuit. Et ponit modum, ibi, Omnes enim, scilicet Reges, cum beneficiaissent, vel potentes beneficiare ciuitates, vel gentes, adepti sunt honorem hunc, scilicet regalem. Et multiplicat hunc modum, ibi, Hi quidem secundum bellum prohibentes feruire, id est, ne ciues subiicerentur hostibus ad feruendum, sicut Codrus, qui sic bellum ad hoc suscepit, & ciues à seruilis subiectione liberavit: hi autem liberantes à seruitute iam subiectos, sicut Cyus Rex Persarum, qui liberavit oppressos à Nabuchodonosor & Babylonica seruitute. Et ponit alium modum, ibi, Vel cum instituisent, vel acquisuisent regionem, circumiacentem scilicet, sicut Lacedæmoniorum reges, ut in secundo libro dictum est, in quibus reges propter beneficia & probitates virtutum sic instituti sunt. Et Macedonum, in quibus regnavit Alexander, & multa regna sibi subiecit, in quibus reges sic instituit. Et in quibus etiam reges secundum virtutem & beneficia sunt instituti.

g Et de omnibus dicit generalem rationem, ibi, Vult enim rex esse custos, supple, secundum primam intentionem institutionis, ut quidem qui possident substantias, siue nobilium, siue ignobilium, nihil iniustum, per violentiam alterius scilicet, pariantur (Et hoc quantum ad diuites) Populus autem nullam sustineat iniuriam, à diuitibus scilicet. Et sic terminata est pars de origine regni & tyrannidis.

h Deinde cum dicit, Tyrannis autem, sicut dictum est, &c. dat differentiam regis & tyranni quantum ad intentionem finis. Et dicit, Tyrannis autem, sicut dictum est sæpè, ad nihil commune respicit, id est, non intendit vtilitatem communem. Et hoc est quod sequitur, ibi, Nisi propriæ vtilitatis gratia, id est, priuata. Et idè sequitur. Est autem intentio tyrannica quidem, quod delectabile, priuatum scilicet & non commune. Regalis autem, scilicet monarchia est intentio, quod bonum, secundum virtutem propter commune bonum, populi scilicet. Et in hoc differunt regalis monarchia & tyrannus.

i Et ex hac elicit vltiorem differentiam, ibi, Propter quod & supergressionem, quæ quidem pecuniarum, scilicet ad propriam vtilitatem, est tyrannica: quæ autem est ad honorem, qui est præmium virtutis, est magis regalis: vel in plurali, tyrannica, & regales. Tertiam differentiam ponit. Et custodia, regalis quidem, scilicet monarchia, qua confirmetur in potestate, ciuilibus, quia ex ciuibus dantur qui custodiant regem: tyrannica autem custodia est per extraneos: quia de ciuibus non confidit. Et hoc in antè habitis expostum est: quia tyrannus violator est ciuilitatis, & ciuibus non confidit, sed extraneis.

k Quartam differentiam ponit, ibi, Quod autem tyrannis habeat mala, & quæ democratia, & quæ oligarchia, habeant mala, supple, manifestum est. Ex oligarchia quidem, eo quod

D. Alb. Mag. Politic.

finis oligarchia sit diuitia, priuata scilicet: & idè quia tyrannis habet mala oligarchia, ut paulò antè dictum est, nihil facit nisi propter lucrum proprium: & idè excæcatus habet oculos, & iudicia iniuste iudicat, ut in antè habitis est determinatum. Et hoc est quod sequitur. Sic enim, scilicet intentione lucri priuati, solum & permanere necessarium est custodiam quæ datur ei ab extraneis, & delicias, vel diuitias, scilicet priuatas, & multitudini nihil credere: propter quod ipsi, scilicet tyranni, & ablationem armorum faciunt sibi fieri, ut multitudo communis inermis sit & resistere non possit: & est proprium tyrannidum turbam, communem scilicet ciuitatis, suspectam habere, & idè eam à munitione repellere, scilicet ne custodiat munitiones communes, ut turres, & huiusmodi: & demorari in domo qualibet propria, & non exire ad bellum commune vel communem custodiam. Quintam differentiam ponit, ibi, Commune est amborum & oligarchia & tyrannidis quæ oritur ex ipsa, hoc quod dictum est, scilicet non confidere de ciuibus, nec de turba communi.

l Ex democratia autem vltimo dicta habet, & id est, etiam oppugnare insignes, & corrumpere occultè per detractationes, & manifestè per expulsiones, & fugare extra ciuitatem scilicet, tanquam machinantes contra se, & impeditores tyrannidis ipsorum. Et hoc est. Aduersus principatus, ipsorum scilicet qui non sunt nisi tyrannides & oppressiones ciuitatis. Et dat causam, ibi, Ex his enim, scilicet insignibus accidit fieri & insidias, his quidem, scilicet tyrannis, principari volentibus ipsis, his autem, scilicet insignibus, non volentibus, supple, tyrannos principari. Et inducit ad hoc consilium Periandri ad Thrasibulum tyrannum: fuit enim, supple, consilium, excedentium spicarum euulsio, id est, quod excellentes ciues euellerentur sicut de agro excellentes spica euelluntur, ne alias suffocent vel opprimant. Et exponit metaphoram inductam, ibi, Quasi optimum sit semper excedentes ciuium perimere, ne scilicet impediatur tyrannum à suis iniquis propositis.

m Deinde cum dicit, Sicut igitur ferè dictum est, &c. determinat causas insurrectionis in tyrannum, dicens. Sicut igitur ferè dictum est (Ferè dicit: quia in vniuersali dictum est & non in particulari: in particulari autem oportet dicere in hac sententia) transmutationum ipsa principia, scilicet tyrannidis & regni, oportet putare circa politias esse ex quibus generatur tyrannis in regnum, & circa monarchias, quæ oriuntur ex politis. Et dicit illa esse tria in vniuersali, ibi, Propter iniustitiam enim quam faciunt in iudiciis causarum & oppressionibus, & propter timorem, & propter contemptum, quia scilicet à tyrannis contemuntur, & præferuntur eis extranei, multi subditorum insurgunt contra monarchias, tyrannicas scilicet. Et exequitur de singulis istorum trium per exempla, quæ in præterito facta sunt. Et primò de iniustitiis siue iniuriis, ibi, Iniustitiæ autem maximè, supple, sunt propter iniuriam illatam à tyrannis: aliquando autem & propter priorum spoliationem, scilicet quia subiectos

E c ciues

ciues spoliant propriis bonis. Et ostendit hoc: quia scilicet iidem fines sunt in vniuersali, rebus & tyrannidis. Et hoc est. Sunt autem & fines iidem quemadmodum, ibi, scilicet in oligarchiis, & circa tyrannides, & circa regna. Et determinat fines, ibi, Magnitudo enim diuitiarum quoad tyrannos, & honoris quoad reges, existit monarchis tyrannis & regibus, quæ desiderant omnes: & idem insurgunt contra eos.

Et diuidit insurrectiones, ibi, Insurrectionum autem, hæc quidem, id est, quædam, ad corpus, id est, contra vitam corporalem fiunt, ut scilicet vitam auferant, principantium, scilicet in tyrannide vel regno: hæc autem, id est, quædam aliæ, ad principatum, ut scilicet auferant principatum, non vitam. Et ostendit in genere, quæ fiunt ad vitam, ibi, Quæ quidem igitur, supple, insurrectiones fiunt, propter contumeliam, quam scilicet monarcha tyrannus aut rex facit subiectis, fiunt ad corpus, id est, ut vita principi auferatur. Et hoc probat, ibi, Contumelia autem existente multarum partium, quia multis modis inferitur contumelia, qualibet ipsarum fit causa iræ, & semper ira est appetitus in vindictam. Et hoc est quod subdit. Iratorum autem ferè plurimi punitionis gratia insurgunt, sed non excellentiæ. Sicut enim dicit Damascenus, ira est accensio sanguinis circa cor cum euaporatione fellis: & idem semper appetit pœnam inferre in corpus & in vitam. Et tales insurrectiones in tyrannum enumerat primò quæ in præterito contigerunt ex contumelia illata. Deinde in secunda parte enumerat eas quæ ex causa timoris, ibi, Similiter autem & propter timorem, &c. Tertio enumerat eas quæ propter contemptum, ibi, Hæc autem propter contemptum, &c. Dicit ergo primò, quod iratorum ferè plurimi punitionis gratia insurgunt, ut puniant scilicet in corpore, sed non excellentiæ, id est, non insurgunt ut auferant excellentiam dignitatis, sed ut auferant vitam. Et dicit ferè: quia in talibus particularibus quæ subiaccnt voluntari hominis, nihil vniuersaliter dici potest, propter variationem casuum continuam.

Et ponit exempla in particulari, quorum primum est de quibusdam qui dicuntur Pisistratidæ à quodam Pisistrato, qui talem machinatus est insurrectionem, ibi, Velut Pisistratidarum propter propulsaße, id est, quia tyrannus propulsaßit, id est, à se separauit, Harmodij cuiusdam nobilis sororem, & illuße, scilicet in hoc facto Harmodio. Et ponit casum qualiter hoc factum fuit, ibi, Harmodius quidem enim propter sororem, scilicet repulsaßam, supple, insurrexit, Aristogiton autem quidam nobilis cognatus Harmodij, propter Harmodium, ut scilicet Harmodio adiutorium ferret.

Insiati sunt autem & Periandro. Et describit eum à loco principatus sui, ibi, Ei qui in Ambracia, scilicet ciuitate, tyranno, supple, insidiati sunt. Et ponit causam, ibi, Quia simul bibens ipse cum pueris, id est, familiaribus, interrogauit ipse, tanquam confidens de illis, si iam ex ipso, id est, contra ipsum, pugnantibus sunt, Harmodius scilicet & Aristogi-

ton: & hoc illi intelligentes, quod non confideret de ipsis, recolentes quod etiam repulsaßet Harmodij sororem, insurrexerunt & occiderunt Periandrum.

¶ Et ponit secundam insurrectionem ex causa iræ, ibi, Quæ autem Philippi, qui scilicet fuit Pater Alexandri, & cognomine vocabatur Ari-deus, & fuit Philosophus astronomus, & fecit libros astronomiæ de curibus planetarum, de quibus fecit mentionem Dionysius in epistola ad Apollonem, contra quem insurrexit quidam Pausanias vocatus. Et hoc est. Quæ autem, scilicet insurrectio, Philippo, id est, contra Philippum, à Pausania, machinante scilicet contra Philippum. Et ponit casum, ibi, Quia permisit contumeliam pati ipsum sub Atalo quodam duce ipsius & alio adiutore.

¶ Et quæ Amyntæ pasui, qui iuit contra Philippum, & fuit hormillus siue manus hypoderda, id est, manus, propterea vocatus ab *ὤνδ* quod est sub, & *ἁρπύδα* quod est manus: & ideo sic vocatus. Et ponit causam, ibi, Quia insultauit ad staturam ipsius, scilicet Philippus: & idem Arralus & Amyntas Philippo etiam machinati sunt, scilicet contra eum.

¶ Et ponit tertium exemplum, ibi, Et quæ, scilicet insurrectio, eunuchi cuiusdam castrati qui vocabatur Euagotas, & erat Cyprius. Et ponit casum, ibi, Quia enim mulier quædam recusaßit filium ipsius, eò quod esset filius eunuchi, occidit, mulierem scilicet, tanquam esset passus contumeliam in filio. Sic igitur tribus de causis insurrectiones fiunt in corpus tyranni siue in vitam.

¶ Et ponit generaliter de omnibus talibus, ibi, Multæ enim insurrectiones factæ sunt, &c, id est, etiam, propterea quod aliqui monarcharum, scilicet tyrannorum & regum, in corpus verecundiam fecerunt, exprobrando scilicet.

¶ Et dat exemplum, ibi, Velut quæ; scilicet insurrectio Cratæi (cuiusdam insurgentis nomen est) ad Archelaum, scilicet tyrannum quendam: semper enim iste, scilicet Archelaus, grauer se habebat ad colloquium, & exprobrabat colloquentibus vituperia obiiciendo. Et ponit causam quandam, scilicet ex qua occasionem acceperunt insurgentes contra eum, ibi, Quare sufficiens & minor fuit occasio (Occasio enim non est causa per se, sed est causa coadiuuans) propterea quod filiarum suarum nullam dedit, cum tamen promissaßet ipsi, scilicet Cratæo: & idem insurrexerunt contra eum, scilicet Archelaum. Sed vera causa fuit: quia exprobrauerat vituperium dicendo. Et ponit casum causæ quæ fuit occasio, ibi, Sed priorem quidem detinens, id est, seniore filiam siue antiquiorem, quia senior est masculini generis, eò quod senectus non comperit mulieri, sed viro: & idem est etiam masculini generis senior, & non communis, sicut alij comparatiui in or desinentes: vnde antiquiorem detinuit, quam Sirras dixit sibi esse promissaßam à bello, id est, propter bellum quod habuit aduersus Sirram, in cuius reconciliatione promissaßit antiquiorem filiam & Arabæum, qui iuuit partes Sirræ: & illam dedit regi cuidam Elibeas nomine, iuniorem autem dedit filio cuiusdam regis Amyntæ nomine: existimans sic vtique illum, scilicet

scilicet Amyntam nihil differre à Sirra. Vnde illa non fuit causa insurrectionis, sed occasio. Et dat aliud exemplum, ibi, Et eum qui ex Cleopatra, quæ fuit Regina Egypti, & habuit filium, contra quem quidam insurrexit. Et ponit casum, ibi, Sed abalienationis, quod se scilicet à Ptolemæo Cleopatraz filio abalienauit, principium exitit grauer ferre, seipsam scilicet Cleopatram, ad venerealem gratiam: quia scilicet ipsam ducere voluit. Consurrexerunt autem contra filium, scilicet Cleopatram.

¶ Et ponit aliud exemplum, ibi, Et Hellanocrates Larissæns, id est, de ciuitate Larissa, vel Lapissa, id est, de ciuitate Lapissa natus, propter eandem causam scilicet insurrexit. Et ponit causam, ibi, Tanquam enim vtens statura ipsius in derisum ipsius: quia scilicet parus erat, & idem contempfit illum. Et hoc est. Non deduxit illum spondens, id est, cum ante spondidisset: & idem ille qui insurrexit, propter contumeliam exprobrationis, & non propter amatiuam concupiscentiam, putauit esse factam colloquutionem: quia scilicet ante colloquium fuerat tractatum de tradenda Cleopatra.

¶ Et ponit aliud exemplum de contumelia, ibi, Paron autem & Heraclides, duo socij Anij Cotyn de tali loco nati, peremerunt patri suo, quia fratres eiusdem patris filij, peremerunt, inquam, patri suo supplicium inferentes, scilicet propter contumeliam, quam scilicet sibi in patre factam esse referebant.

¶ Et ponit adhuc vterius exemplum, ibi, Adamas autem discessit, supple, separata amicitia, à Coryo: quia puer existens excisus, id est, castratus fuerat, ab ipso, & sic contumeliam passus seu iniuriam.

¶ Et quia omnia inducta, non nisi quasi per inductionem & exempla probant contumeliam esse causam iræ, idem quasi vniuersaliter subdit, ibi, Multi autem, &c, id est, etiam propterea quod in corpus afflicti fuerunt percussioibus, irati, id est, ad iram prouocati, ij quidem destruxerunt, in rebus & personis: hi autem tanquam iniuriam passi ab illis, destruxerunt & inuaserunt ea quæ circa principatus, scilicet inferentes iniurias, & ea quæ circa regales potentatus.

¶ Et dat exemplum, ibi, Velut in Mitylena (insula est in mari inter Græciam & Apuliam) Megacles quidam nobilis Pentelidas (gentes quædam sunt) circumstantes & verberantes, eum scilicet & suos Cotynes, quidam cum amicis qui iuperunt eum, peremit.

¶ Et posterius Smerdes Penthilum, scilicet quendam, cum plagas accepisset, ab eo scilicet, & ab vxore extractus, eò quod maximam reputauit contumeliam, peremit, illos scilicet, tam adulterum quam vxorem, postea præuolens eisdem.

¶ Et adhuc vterius inducit exemplum ad idem, ibi, Et insurrectionis Archelai, qui fuit Herodis frater, Decamnichus (nomen est cuiusdam) dux fuit exacerbans, id est, prouocans, insurgentes contra Archelaum, primus, fuit dux scilicet. Ponit autem causam iræ, ibi, Causa autem iræ: quia ipsam tradidit Archelaus flagellandum Euripidi Poëtæ. Euripides autem infremuit, in iram immoderatam scili-

D. Albert. Mag. Politic.

cet, & metas excessit, cum ipse, scilicet Decamnichus aliquid contumeliæ aduersus foetorem oris, quem ferebat Euripides, dixisset. Et subiungit generaliter de talibus contumelia ad iram concitantibus, ibi, Et alij autem multi propter tales causas, ij quidem perempti sunt, id est, occisi, hi autem, id est, alij insidias passi sunt. Et sic finitæ sunt causæ iræ & insurrectionis in corpus propter contumeliam.

¶ Deinde cum dicit, Similiter autem & propter timorem, &c. enumerat causas iræ & periculorum & insurrectionum propter timorem, quo se nimis aliquis tyrannus vel princeps facit timere, & dicit, Similiter autem & propter timorem. Et tangit rationem, ibi, Vnum enim aliquid erat hoc causarum, scilicet supra enumeratarum propter quam insurgit aliquis in vitam principis & tyranni, sicut politias & monarchias, id est, sicut insurgitur in politias, ita & in monarchias. Et dat exemplum, ibi, Velut Xerxes Artapanes, qui, supple, in eum insurrexit, timens criminationem, quæ circa Darium, scilicet Regem Medorum: quia Darij suspendit quosdam, cum non iussisset Xerxes illos suspendi: sed putans indulgeri sibi à Dario tanquam non memorantem propter cœnam, id est, propter illos qui secum recumbebant. Et in omnibus his non est aliud nisi multiplicatio exemplorum tanquam per inductionem probantium hanc vniuersalem, scilicet quod nimis timor, quo aliquis se nimis facit timeri, sæpè est causa insurrectionis aliquorum in vitam ipsius, & pertinentium ad eum.

¶ Deinde cum dicit, Hæc autem propter contemptum, &c. enumerat insurrectiones, quæ contingunt propter contemptum. Et primò ponit exemplum, ibi, Sicut Sardauapalum, de quo dicitur, quod semper voluit esse clausus cum mulieribus in cameris, quem videns quidam cum mulieribus se percutientem, id est, alapizantem: in hoc enim delectabatur, ut dicitur in primo Ethic. eò quod totus resolutus voluptatem summam bonum reputabat, si tamen hoc verè fabulantes dicunt, supple, Poëtæ. Si autem non de illo dicunt verè, sed de alio talia faciente erit vtique hoc verum, quod talium vilissimorum contemptus, facit frequenter ex indignatione talis vitæ alios insurgere contra eos, sicut contra turpissimam vitam quam eligunt pro beatitudine. Sicut & de Dionysio quodam posteriori pecudum vitam eligente, qui voluptatem summam bonum reputauit, contra quem Dion quidam insurrexit propter despectionem, videns ciues sic se habentes, quia despiciabant eum, & ipsum semper ebrium: & idem insurgens contra eum, eò quod eum contempfit, peremit, propter vitam turpissimam quam agebat.

¶ Et ponit generaliter de hac causa, ibi, Et amicorum autem, id est, consanguineorum quidam insurgunt propter despectionem talis vitæ, id est, quia tales despiciunt & contempnunt, qui vitam pecudum eligentes, eam summam bonum putant, ut dicitur in primo Ethic. Quia reuera tales viuere est indignum, qui scilicet eligunt vitam pecudum. Et adiungit causam quare amici insurgunt contra tales, ibi, Propter confidere enim, id est, quia confidunt

Et 2 de

de eis, contemnunt, tanquam oblituri, id est, quia sunt oblituri infurrectionis, eò quod non curant nisi de voluptate: & idè amici sunt putantes quod possunt obtinere principatum eorum: & idè modo quodam propter vitam eorum contemnere in illos insurgunt: tanquam potentes enim super tales, & contemnentes periculum quod à talibus inferri posset, propter potentiam quam habent, inuadunt tales de facili, sicut inuadunt ducentes exercitus monarchis. Et dat exemplum, ibi, Sicut Cyrus Astyagi, scilicet filius dux Medorum & Persarum, & vitam contemnens & politiam Balchazar filij Nabuchodonosor: propter potentiam quidem inoperosam fuisse, id est, quod Balchazar inoperosè & inutiliter utebatur potentia regia ad voluptatem, ipsum autem de deliciari, scilicet cum concubinis & aliis voluptati suæ deditis, sicut legitur Daniel. 5. cap. quòd in ipsa nocte, qua Balchazar conuiuium celebrabat, & bibebat in vasis transportatis de templo Domini de Ierusalem in Babylonem cum concubinis, & laudabat Deos suos, apparuit manus scribens in pariete, Mane, Thecel, Phares, quod interpretatus est Daniel, Appensum, numeratum & diuisum: eò quod appensum regnum suum, & inuentum minus habens, & numeratum esset & consummatum, & idè ab ipso diuisum: & eadem nocte inuasit eum Cyrus Astyagi filius, eò quod ipsum vidit deliciari & obtinuit regnum ipsius. Et de hoc dat aliud exemplum, ibi, Et Seuthes Thrax, de Thracia scilicet regione, Amadoco quodam tyranno existens dux exercitus, sic, supple, obtinuit monarchiam & regnum. Et hæc sunt causæ ex quibus aliquis propter contemptum vite principis, regnum obtinuit. Et subdit generaliter, ibi, Ij autem & propter plura horum, contumeliam scilicet, timorem, & contemptum, insurgunt. Et dat exemplum, ibi, Puta & despicientes eos propter immundam & bestialem vitam, & etiam propter lucrum, quod concupiscunt diuitiis eorum ablatis. Et dat exemplum, ibi, Sicut Ariobarzani Mithridates, nomen est insurgentis, fuit autem vocatus Mithridates, quia sic vocabatur Pater eius cuius erat filius: sic adhuc consuetudo est quibusdam vt nomen patris in cognomen adaptetur.

h h Deinde cum dicit, Maxime autem propter hanc causam, &c. ostendit quibus comperit ex hac causa maxime inuadere tyrannos & reges, dicens. Maxime autem propter hanc causam inuadunt, illi scilicet qui quidem, supple, sunt natura audaces & cholericis & magnanimi, & supple, qui honorem habent bellicum, id est, in bellis assueti, & qui victoriam reputant honorem vt fortes militari fortitudine, à monarchis, scilicet regibus & tyrannis quos expugnant, reputant honorem summum. Et ostendit hoc ex lib. Ethic. Virilitas enim habens potentiam, superandi, supple, magnos, audacia est, supple, opinione talium, propter quas ambas, scilicet virilitatem & audaciam, tanquam de facili praualeant, secundum suam scilicet opinionem, faciunt contra monarchias, quamuis hoc aliquando fallat: quia sicut dicit Poëta,

Audaces fortuna inuat non omnibus horis.

i i Et adhuc ponit aliam causam stultæ inuasionis monarcharum, ibi, Eorum autem qui propter amorem honoris insurgunt, vt scilicet sint in fama, quod talia audent attentare, contra magnos, horum scilicet est alius modus, & tota sententia dicitur in glossa super illud Psal. 9. Non mouebor à generatione in generationem sine malo. Dicitur enim, quòd quidam Romæ incendit Capitolium, quod in honorem Deorum fuit consecratum, & cum causa quereretur, dixit, quòd idè fecit, quia nemo loquebatur de ipso: & idè vt haberent homines aliquid de ipso, & sic moueretur à generatione in generationem, & esset memoria eius, Capitolium incendit & templum Deorum combussit. Et hoc est quod dicitur hic, quòd quidam insurgunt contra monarchas, vt iste honor prædicetur de ipsis: quia scilicet hoc tam magnum ausi sunt facere. Et hoc est: Eorum autem qui propter amorem honoris insurgunt, est alius modus causæ præter dictos prius. Et dat rationem, ibi, Non enim, sicut quidam tyrannos inuadunt, videntes, id est, intendentes, lucra magna, quæ scilicet possent habere spoliatis talibus, & honores magnos, dignitatem scilicet quas accipiant regnantes pro ipsis existentibus ipsis, id est, quos prius habuerunt illi quos expugnant: hoc enim non attendunt, nec hoc mouet eos ad insurgendum, siue non hac de causa volunt insurgere: sic & eorum qui propter amorem honoris insurgunt, vnusquisque prælegit periclitari: hoc enim non mouet eos ad insurgendum, sed sola gloria, quod hoc scilicet audent attentare. Et hoc est quod addit, ibi, Sed illi quidem lucra & ambitionem dignitatis attendentes, hi autem ac si vtique aliqua alia actio fieret singularis, & propter quam, scilicet causam, nominati fierent aliis, vt fama de ipsis sit, quòd hoc ausi sunt facere, & sicut sic noti apud homines, sic & monarchas inuadunt non possidere volentes monarchiam, sed gloriam, scilicet in fama: quia hoc ausi sunt perpetrare.

k k Sed tamen, supple, tales paucissimi numero sunt, quia adiutores in stulta audacia non inueniunt, propter hanc causam impetum facientes, in tyrannos scilicet & monarchas. Supponi enim oportet, tales scilicet, nihil curare de eo quod est saluari: quia non curant de salute, dummodo perpetrent aliquid magnum quod sit in fama hominum, vt paulò ante dictum est, si debeat præualere, vel scilicet succumbere, in actione, scilicet infurrectionis: quibus assequi, id est, adaptare oportet Dionis illius ducis scilicet, æstimationem. Et subdit, quòd hoc non multum est facile, ibi, Non facile autem ipsam, scilicet æstimationem, adesse multis. Et subdit exemplum Dionis, ibi, Ille enim cum paucis, supple, electis viris, quibus fuit mors turpi salute eligentior, vt dicitur in 3 Ethic. militauit aduersus Dionysium Siculorum tyrannum; sic habere in bello illo dicens, quòd vbicumque possit procedere contra tam impium tyrannum expugnando ipsum, sufficiens sibi pro omni præmio tantum participare actioni, veluti si cum modicam inuasisset terram, mox accideret mori, hinc bene habere sibi mortem, quam pro tali scilicet facto incureret:

reret: ita enim reputabat indignum illum vivere, quod optimam mortem reputavit si pro inuisione talis tyranni mortem subiret. Hoc est igitur quod dicit de tribus causis infurrectionis.

ll Corrumpitur autem tyrannis, &c. Postquam exequatus est Aristor. de tribus generibus causarum, ex quibus corrumpitur tyrannis, ponit hic modos corruptionis eiusdem tyrannidis communes cum aliis politis. Et hæc pars habet tres partes, in quarum prima ponit corruptiones tyrannidis communes cum aliis politis. In secunda ponit duas causas propter quas maxime insurgit contra tyrannidem, quæ sunt odium & contemptus, ibi, Duabus autem existentibus causis, &c. In tertia ponit causas communes cum oligarchia intensa & democratia dicta vltimè, ibi, Vt autem in summa est dicere, &c. Sententia autem plana est, nihil habens difficultatis. Dicit ergo, Corrumpitur autem tyrannis, secundum quod est monarchia quædam & politia, vno quidem modo sicut aliarum politiarum vnacumque. Et tangit modum, ibi, Ab extrinsecò, id est, à contrario. Et ponit, si scilicet sit contraria aliqua politia ipsa valentior, tunc illam destruit quæ valentior. Et ponit modum, ibi, Consiliarij quidem enim palam, quod existit, supple, ad tyrannidem, propter contrarietatem electionis consiliariorum: quia tunc eligunt consiliarij ad contrariam politiam: & sic erit consilium ad tyrannidem, & destruitur tyrannis. Quæ autem volunt, supple, consiliarij potentes, agunt omnes ad contrariam politiam: & sic destruitur tyrannis. Sic destructa est tyrannis Domitiani, quando consilium senatorum præcepit eradi Domitianum, & quod nomen eius in diuersis locis inscriptum in vrbe in lignis & lapidibus eraderetur. Et quæ sit politia contraria, ostendit, ibi, Contrariæ autem politie, demos quidem tyrannidi secundum Hesiodum, sicut figulus figulo, hoc est, per inuidiam, sicut duo eiusdem artis sibi inuicem contrariantur. Democratia enim vltimè dicta est quædam tyrannis populi: & hæc inuidet tyrannidi monarchie, & eam destruit insurgente populo in tyrannum. Et hoc est quod addit. Etenim democratia vltima tyrannis est. Regnum autem & aristocratia destruit tyrannidem propter contrarietatem politie, scilicet quia illa maioris virtutis sunt tyrannis ab oppressione & lucro priuata: & idè est contraria tyrannis regno & aristocratia, & est pessima regni transgressio, vt dictum est in octauo ethic. Propter quod vbi conualuerit regnum & aristocratia, ibi, dissoluitur & corrumpitur tyrannis. Et de hoc dat exempla more consueto, quia per hæc melius probantur ciuilia, ibi, Propter quod Lacedæmonij, qui intra se regnum habebant & aristocratiam, vt in secundo capitulo de politica Lacedæmoniorum dictum est, plurimas dissoluerunt tyrannides, quas habebant tam in se quam in ciuitatibus ad se pertinentibus & sibi subiectis. Et adducit aliud exemplum, ibi, Et Syracusani in Italia parte quæ, vt dicit Hieronymus, quondam magna Græcia dicebatur, pro tempore antequam regnaret in eis Dionysius

D. Alb. Mag. Politic.

tyrannus, quo politizabant bene secundum virtutem, supple, dissoluebant tyrannides non permissentes tyrannos dominari.

mm Et subdit adhuc aliam causam dissolutionis, ibi, Aliquando autem ex seipsa, supple, dissoluitur, quando augetur nimis malum in tempore: quia sicut dicit in primo ethic. malum omnifariam etiam seipsum destruit: propter quod dicit Dionysius, quòd nihil est vniversaliter malum. Et hanc assignationem subdens dicit, quando qui participant tyrannidem & dominantur in ea, seditiones fecerunt, sicut quæ circa Gelonem tyrannum antiquitus acciderunt, & nunc, temporibus illis scilicet, eorum, id est, illa quæ sunt de numero eorum quæ, supple, acciderunt circa Dionysium Siculorum tyrannum. Et assignat quomodo dictæ tyrannides, Gelonis scilicet & Dionysij post dissolutionem sunt, ibi, Quæ quidem Gelonis, scilicet tyranni Thrasibulo Hieronis fratre (nomina sunt quorundam ducum potentium in illo tempore) filium Gelonis abducente contra patrem, & ad delectationem excitante, vt non secundum rationem & virtutem viueret, sed secundum delectationem potestatis, & sic dissolueretur tyrannis non sustentibus ciuibus: familiaribus autem, id est, amicis Gelonis congregatis ne tyrannis omnino dissolueretur, sed Thrasibulus, supple, interim dominaretur: congregati autem ipsorum tanquam tempus habentes, scilicet conspirandi, quia tunc simul erant, & consentire & conspirare poterant, eiecerunt de dominio omnes ipsos, scilicet amicos Gelonis, qui tyrannidem voluerunt seruari. Et dat modum alterius exempli quod inducit, ibi, Dionysium autem qui postea tyrannizabat Dion, scilicet dux, aggressus curator, id est, procurator, populi scilicet existens & assumens populum illum in Syracusa oppressum à Dionysio, eiciens Dionysium peremit, id est, occidit & sic soluta est tyrannis.

nn Deinde cum dicit, Duabus autem existentibus causis, &c. ponit duas causas propter quas maxime insurgit contra tyrannos, odium scilicet & contemptum, dicens. Duabus autem existentibus causis propter quas maxime insurgunt, ciues scilicet & populus, contra tyrannides, scilicet odio, quia odiosi sunt, & diligibiles se non exhibent, sed odiosos, & contemptu, propter vitam peruersam, alterum quidem illorum oportet existere tyrannis, scilicet odium: eò quod omnium corda contra se prouocant, cum nihil ad commune populi bonum faciant vel statuunt. Ex contemptu autem sunt multæ dissolutionum tyrannidis. Tyrannis autem est contemnere omnes & subiicere propriae potestati: quare homines qui nolunt contemni, opponunt se tyrannis, & dissolunt tyrannidem. Ita. 2. Vt qui spernis, nonne & ipse sperneris? & qui contemnis, nonne & ipse contemneris? Dictum est, ibi, de tyranno Assyriorum Sennacherib, qui omnes contempsit. Et de hoc, scilicet quod contemptus dissoluit principatum tyrannidis, ponit exemplum, ibi, Signum autem eorum, supple, quæ dicta sunt de odio & contemptu, est. Quidam enim qui acquisuerunt principatum plurimi conseruauerunt principatus, per opposita illorum, scilicet

E c 3 per

per amicitiam & exhibitionem honoris debiti principibus. Vnde Titus lib. 6. dicit, quod quidam senator cuidam Imperatori voluit recognoscere honorem debitum, & dixit Imperatori: si me recognoueris principem esse & senatorem, recognoscam te principem & Imperatorem. Et dat causam destructionis principatus per oppositum, ibi, Qui autem susceperunt, supple, principatus, mox, vt est dicere, peremit omnes, supple, contemptus & odium. Et dat causam, ibi, Fruitione enim, id est, ad fruitionem delectationis in potestate propria viuentes, facile contemptui sunt. Vnde Eccles. 18. Si præstes animæ tuæ concupiscentias suas, faciet te in gaudium inimicis tuis. Et hoc est quod sequitur. Et multas oportunitates dant insurgentibus contra eos.

o Qualiter autem ira se habeat ad odium, subdit. Partem enim quandam odij iram oportet ponere, dissolutionis scilicet tyrannidis. Odium enim, vt dicit Gregorius, idem est quod inueterata ira. Et dat rationem, ibi, Modo enim quodam earundem actionum causa fiat, scilicet quod insurgatur contra tyrannum.

p Saepè autem & magis operosa ira, supple, est causa insurrectionis, quam odium. Et hoc est quod sequitur. Robustius enim, id est, vehementius, insurgunt, propterea scilicet quia ira non vtitur rationatione, siue ratione vt deliberet quid expediat, passio, scilicet ira: vnde poeta. Ira impedit animum ne possit cerne- re verum. Et hoc est quod addit, ibi, Maxime autem significat, scilicet ira furoribus assequi (est enim furor, vt dicit Gregorius, feruens ira) propter iniuriam illatam, vel quæ videtur illata: & ided quia ira est appetitus in vindictam, statim insurgunt. Vnde poeta.

Dum furor in cursu est, currenti cede furori.

Et dat exemplum, ibi, Propter quâ causam, scilicet furoris, Pisistratidarum, de quibus paulo antè in hoc capitulo dictum est, dissoluta est tyrannis, & multæ tyrannides aliorum, scilicet sunt dissolutæ. Sed magis odium, quod est inueterata ira, supple, dissoluit principatus tyrannidis. Et dat rationem quare ira non admittit rationem, ibi, Ira quidem enim cum tristitia adest, quare, id est, propter quod non facile est ratiocinari, id est, deliberare: inimicitia autem, odij scilicet, sine tristitia: quia iam quietus animus ex inueterata ira. Et sic terminatur pars dissolutionis tyrannidis, ex ira, odio, & contemptu.

q Deinde cum dicit, Vt autem in summa est dicere, &c. ponit causas communes dissolutionis tyrannidis, oligarchiæ intemperatæ & vltimæ, & democratiæ extremæ, quæ etiam est in extremo tyrannica: & dicit. Vt autem in summa est dicere, quocumque causas diximus oligarchiæ intemperatæ & vltimæ & democratiæ extremæ, tot, supple, causas dissolutionis &c. id est, etiam tyrannidis ponendum, est, supple, esse causas dissolutionis. Et dat rationem, ibi, Etenim hæc, oligarchiæ scilicet & democratiæ extremæ, existunt entes, id est, existentes diuisibiles tyrannides, id est, in quas tyrannis multipliciter dicta diuiditur, sicut in capitulo de tyrannide in tertio & quarto istius scientiæ libris dictum est. Et sic finita est pars huius

capituli de corruptione tyrannidis.

r Deinde cum dicit, Regnum autem ab extrinsecis, &c. tangit causas corruptionis regni. Et circa hoc tria facit. Primò quidem dicit causam quare non corrumpatur ab extrinsecis. Secundò ostendit duos modos, quibus corrumpitur ab ipso rege, qui dominatur in ipso, ibi, *Corrumpitur autem secundum duos modos, &c.* tertio tangit eos qui per fraudem vel violentiam principantur, ibi, *Si autem per fraudem, &c.* Dicit ergo primo. Regnum autem ab extrinsecis, scilicet causis insurrectionis, minimè corrumpitur, propter quod & multi temporis est. Et causa huius est: quia regnum est dominatus super voluntarios, qui se regi non opponunt. Et hoc est primum de tribus. Et ponit secundum, ibi, Ex seipso autem, id est, ex peruersitate regis plurimæ corruptiones accidunt, supple, regno.

ff Secundò, ibi, *Corrumpitur autem, &c.* tangit duos modos frequentiores quibus corrumpitur regnum, dicens. Corrumpitur autem, supple, regnum secundum duos modos. Et tangit illos, ibi, Vno quidem modo, seditionem contra regem facientibus iis qui participant regno, scilicet paribus & principibus regni: alio autem modo, magis tyrannicè tentantibus ipsis regibus dominari. Et ratio est: quia tunc regnum conuertitur in tyrannidem, & incipiunt gubernare subiectos tyrannicè, quod est contra hoc quod dixit Aristoteles optimus rex, Esther tertio. Cum multa regna subiecisset mihi Deus, placuit mihi nequaquam abuti potentia mea magnitudine, sed in mansuetudine gubernare subiectos. Et subdit modum quo regnum peruertitur in tyrannidem, ibi, Quando exegerunt, supple, coactiua potentia, esse domini plurimum, & præter legem, scilicet regni.

r Et subdit, quod nunc non sunt regna sicut antiquitus, & ided æquiuocè dicuntur. Sicut enim dicit Dionysius in lib. de diuinis nom. capitulo 12. Regnum est omnis boni, legis, & ordinis distributio. Et hoc modo nunc non sunt regna. Et hoc est. Non autem sunt regna nunc: sed si fiant, quæ, supple, dicantur regna, vera ratione sunt monarchiæ & tyrannides, quæ sunt regni transgressiones, in quibus clerotæ & tyranni dominantur, vt dictum est in 8. ethic. Et dat rationem quæ dicta est, ibi, Propter regnum quidem esse voluntarium principatum, cui scilicet nobiles & liberi voluntariè subiiciuntur, & propter regem verum dominium esse maiorum, & propter multos esse similes nobilitate virtutis & libertate, & nullum esse à rege differentem tantum, supple, in dignitate virtutis, vt correspondeat ad magnitudinem & dignitatem principatus. Et ratio est: quia rex verus sic excellit omnes virtute & dignitate, quod nullus inter omnes ita responder principatus dignitati vt ipse. Quare, id est, propter quod hi quidem non permanent voluntarij & subiecti tanto regi, sed efficiuntur aliquando inuoluntarij, tunc, supple, non est rex, nec principatus est regnum. Tertio, ibi, Si autem per fraudem, &c. tangit eos qui per fraudem vel per violentiam principantur, & dicit. Si autem per fraudem principatur aliquis, scilicet fraudulenter subiiciens sibi partes & ciues

vel

vel per violentiam, iam hic videtur tyrannis esse, & supple, regnum dicitur æquiuocè. Et ostendit causas corruptionis regni quod succedit secundum genus, vt in quarto libro capitulo de regno dictum est, & etiam in tertio. Et hoc est. In iis autem quæ secundum genus regnis, ponere oportet causam corruptionis, ex genere, quia scilicet non semper est ornatum illud eius virtute, cum iis quæ dicta sunt, scilicet de causis corruptionis regni. Primam causam corruptionis dicit, ibi, Et oportet scire, scilicet quod est fieri multos facile contemptibiles propter inhonestatem vitæ: & sic insurgunt subditi. Ponit secundam, ibi, Et hoc quod est potens

tiam non possidentes tyrannicam, quia moderni plus possunt cogi pœnis & continere dominos mansuetos, sed regalem honorem contingit iniuriari, à talibus scilicet subditis. Facilis enim fieret dissolutio, si scilicet potestati non dominarentur subiectis. Et hoc probat: quia si principatur, non volentibus enita mox non erit rex, sed tyrannus, vt dictum est: & erit non volentium dominus, quia est tyrannus. Et ided nunc nostro tempore non sunt vera regna. Omnibus his positis ponit epilogalem conclusionem, ibi, Corrumpuntur quidem igitur monarchiæ propter has quæ dictæ sunt & alias tales causas.

CAPVT VII.

De monarchiarum conferuatione.

Saluantur autem palam, vt simpliciter quidem est dicere, ex contrariis.

b Vt autem secundum vnumquodque, eò quod est regna quidem ducere ad moderatius. Quanto enim pauciorum fuerint domini, ampliori tempore necessarium manere omnium principatum. Ipsi enim & sunt minus despotici, & moribus æqui magis, & à subditis inuidetur eis minus.

c Propter hæc enim & circa Molossos multo tempore regnum permanit, & quod Lacedæmoniorum: propterea quod à principio in duas partes diuisus fuit principatus: & rursum Theopompo moderante & in aliis, & instituentem ephorum principatum: à potestate enim auferens auxilium tempore regnum: quare modo quodam fecit non minus, sed maius ipsum: quod quidem & ad uxorem respondisse dicunt ipsum, quæ dixerat si nihil verecundatur minus regnum tradens filiis quam à patre accepit: non oportet hoc dicere, rado enim diuturnius.

d Tyrannides autem saluantur secundum duos modos contrariissimos, quorum alter est qui traditus est, & secundum quem dispensant plurimi tyrannorum principatum. Horum autem multa aiunt instituisse Periandrum Corinthium: multa enim talia est accipere & à principatu Persarum. Sunt autem & olim dicta ad saluationem, vt possibile est, tyrannidis, excellentes perimere, & sapientes destruere, & neque communicationes sinere, neque si dalitatem, neque disciplinam, neque aliud nihil tale, sed omnia cauere, vnde consueuerunt fieri duo, sapientia, & persuasio. Et neque scholas, neque

CAPVT VIII.

Saluantur autem simpliciter loquendo sex contrariis.

Singulariter autem loquendo, per deductionem illarum ad mediocrem modum. Quanto enim magis restringitur potestas omnis, tanto maiori tempore necesse est eam durare. Nam & ipsi qui regunt, minus superbiunt, magisque moderati sunt: & illi qui reguntur, inuident minus.

Propter hoc enim & apud Molossos longo tempore durauerunt reges, & apud Lacedæmonios: quod ab initio statim in duas partes diuisa fuerit regia potestas: & post Theopompo ad mediocritatem magis illam deducens, Ephoros superaddidit: potestate quidem minuens, sed tempore augens regiam auctoritatem: vt faceret eam quodammodo non minorem, sed maiorem: vt ad uxorem respondisse ferunt dicentem, non non erubesceret, quod filiis minorem potestatem regiam dereliqueret quam à parentibus ipse accepisset? non profecto, inquit, nam relinquo eis multo durabiliorum.

Tyrannides vero seruantur duobus modis inter se contrariissimis, quorum alter est is, quem per successionem traditum plurimi tyrannorum obseruant. Horum autem multa constituisse ferunt Periandrum Corinthium. Multa etiam ex gubernatione Persarum est assumere. Sunt autem hæc illa perniciofa quæ supra retulimus, omni conatu à tyrannis fieri, quo dominationem retineant, veluti potentiores decerpere, & sapientes perimere, & neque commutationes permittere, neque sodalitates, neque disciplinam, neque aliud quicquam tale, sed omnia auere, vnde consueuerunt oriri inter cines intelligentia & fides. Et neque scholas, neque conuentus aliquos scholasticos

alias collectiones permittere fieri vacatius.

e Et omnia facere, ex quibus quam maximè ignoti inuicem erunt omnes: notitia enim fidem facit magis ad inuicem.

f Et præfectos populi semper palam esse, commorari circa Ianuas: sic enim minimè latebit, quid agunt.

g Et deprehendere si assuefiant modicum semper seruitutes. Et alia quæcumque talia Persica & barbara tyrannica sunt: omnia enim idem possunt.

b Et tentare non latere quæcumque extiterit quis dicens, vel agens subditorum, sed esse attentos, velut circa Syracusanos vocati Potagogides, & auribus audientes, quos misit Hieronym. ubi fuerit aliqua congregatio, & collectio. Confident enim minus timentes tales: & si confidant, latebunt minus.

i Et criminari inuicem, & turbare, & amicos cum amicis, & populum cum insignibus, & diuites cum seipsis.

k Et pauperes facere subditos tyrannicum, quatenus neque custodia alatur.

l Et occupati circa quotidiana non vacantes sint ad machinandum. Exemplum autem huius, tyrannides quæ circa Ægyptum, anathemata Cypselidarum, & Olympij ædificatio à Pisistratidibus, eorum circa Samo opera multi imperij. Omnia enim hæc possunt idem, scilicet non vacationem & penuriam subditorum.

m Et illatio vectigalium, velut in Syracusis. In quinque enim annis sub Dionysio substantiam omnem inferri accidit.

n Adhuc autem & bellorum procurator tyrannus, ut utique sine vacatione sint, & permaneant in indigentia præsidis existentes.

o Et regnum quidem saluatur per amicos: tyrannicum autem maximè discredere amicis, tanquam volentibus quidem omnibus, potentibus autem iis maximè.

p Et adhuc quæ circa democratiam fiunt ultimam, tyrannica sunt omnia. Et gynocrazia circa domos, ut enuncient contra viros.

q Et seruorum remissio propter eandem causam. Neque enim machinantur ferui & mulieres contra tyrannos,

fieri concedere.

Et omnia facere, ex quibus cives inter se quam maximè incogniti sint: cognitio enim fidem generat inter ipsos.

Et satellites eius apparere semper ac versari foris, quo minus latere possit, quid quisque agat.

Assuefiantque animum submittere per seruitutem continuam. Et alia quæcumque talia Persica & barbara, tyrannidis sunt: cuncta enim idem valent.

Et ne lateant conari, quacumque quis dixerit, aut fecerit, sed esse exploratores, quemadmodum Syracusis hi qui ductores nuncupabantur, & auricularij, quos submittebat Hieron. ubicumque foret congregatio aliqua, vel conuersatio. Minus enim audent, qui talia formidant, & si audeant, minus latere possunt.

Calumniari quoque inuicem, & collidere amicos cum amicis, & plebem cum nobilitate, & diuites inter se ipsos.

Et subditos ad paupertatem redigere tyrannica est prauitatis, ut neque sumptus fiat in custodia.

Et illi quotidianis molestiis occupati, vacare non possunt ad consilia contra tyrannos ineunda. Exemplum huiusmodi sunt Pyramides Ægypti, & donaria Cypselidarum, & Olympi ædificatio à Pisistratidis facta, & Polycratis opera circa Samum. Hæc enim omnia fuerunt instituta ad otium & quietem populorum tollendam.

Et ad inducendam paupertatem per tributorum pensionem, ut etiam Syracusis factum est. Dionysio enim eam ciuitatem tenente, contingit Syracusanos in quinque annorum tempore cunctas facultates suas in soluendis tributis consumpsisse.

Studet etiam bellum concitare tyrannus, ut negotiis occupentur cives, & indigentia detineantur.

Et regnum quidem per amicos saluatur tyranni autem est maximè amicis disfidere, quasi velint omnes, possint autem maximè amici eum subuertere.

Et quæ fiunt circa ultimam popularem gubernationem, tyrannica sunt omnia, ut potentia mulierum domi, quo reuelent virorum secreta.

Et manumissio seruorum eadem de causa. Non enim insidiantur ferui & mulieres tyranno, & si prosperè degant, necesse est gaudentes,

gaudentes, quia necessarium beneuolos esse, & tyrannidibus & democraticis.

r Etenim demus vult esse monarchus. Propter quod & adulator apud vrasque est honoratus, apud demos quidem demagogus (est enim demagogus demi adulator) apud tyrannos autem qui humiliter colloquuntur, quod quidem est opus adulationis. Etenim propter hoc ponirophilon, id est, malorum amicus est tyrannus: adulationem enim recipientes gaudent: hoc autem nullus utique faciet sensum habens liberum, sed amant qui Epiices si non adulerunt.

f Et opportuni maligni ad maligna: clauo enim clauus, sicut Prouerbum. Et nullo gaudere venerabili, neque libero, tyrannicum. Ipsum enim esse solum vult tyrannus. Qui autem contra venerabilis & liberalis, aufert excellentiam & quod desporicum tyrannidis. Odiunt igitur quemadmodum dissoluentes principatum.

t Et ut conuiuuii. Et condiuturnitari extraneis magis quam ciuilibus, tyrannicum, tanquam hos quidem aduersarios, hos autem non contrariantes. Hæc & talia, tyrannica quidem & saluatiua principatus. Nihil autem deficit magis malignitatis.

u Sunt autem, ut est dicere, omnia hæc comprehensa tribus speciebus: coniecturat enim tyrannus tria. Vnum & quidem ut modica sapiant subditi: nulli enim utique pusillanimitas insidiatur. Secundum autem, ut discredant inuicem: non dissoluitur enim prius tyrannus, antequam credant aliqui sibi ipsis. Propter quod & epiiceis aduersantur tanquam nociuis ad principatum, non solum propterea quod non volunt subici desporicè, sed & quia fideles sunt sibi ipsis, & aliis, & quia non produnt, neque se ipsos, neque alios. Tertium autem negotiorum impossibilitas: nullus enim manum mittit ad impossibilia: quare neque tyrannidem dissoluere, non existente potentia.

x Ad quos quidem igitur reducantur volita tyrannorum, isti tres existunt entes: omnes enim utique reduct quis tyrannica ad has hypotheses, hoc quidem ut non credant inuicem, hoc autem ut non possint, hoc ut parum sapiant. Vnus quidem igitur modus, per quem fit saluatio tyrannidibus, talis est.

beneuolos fore, & erga tyrannidem, & erga popularem statum.

Nam & populus dominus esse vult. Ex quo fit, ut adulatores apud utrosque in honore habeantur. Est enim qui populum colit & ducit, populi adulator, tyrannorum vero, qui assentando conuersatur, quod est opus adulatoris. Nam propter hoc prauos amicos habent tyranni, quod adulationibus gaudent. Id autem nemo faceret, qui mentem haberet libero homine dignam: sed amant boni viri, vel non adulantur.

Et vtilis prauis ad praua. Clauus enim clauo, ut dicitur Prouerbum. Nullo quidem honesto, nulloque libero delectari, tyrannicum est. Se enim solum esse talem putat tyrannus. Qui autem subditorum vel honestati student vel libertati, minuere excellentiam & præminentiam tyranni videntur. Oderunt ergo illos tyranni, tanquam euersuros potestatis suæ.

Peregrinos etiam in conuiuia, & familiarem usum magis recipere, quam cives, tyrannorum est, quasi illos quidem habeant hostes, hos vero non aduersantes. Hæc & huiusmodi à tyrannis fiunt pro dominatione retinenda, nec quicquam omittunt prauitatis.

Sunt autem, ut ita dixerim, hæc omnia tribus speciebus comprehensa. Tria enim coniectat tyrannus. Vnum, ut animos immineat ciuium: nemo enim parui animi contra tyrannum insurgit. Secundum, ut cives inter se dissidentes reddat. Non eueritur enim tyrannus, nisi ciuium aliqui inter se fidem habeant. Quapropter & bonos viros prosequitur, quasi pestiferos & aduersarios dominationi suæ, non solum quia non acquiescunt in seruitute viuere, verum etiam quia fides eis & inter se & ab aliis plurima adhibetur, neque accusant alios, neque ipsi inter se accusantur. Tertium, impotentia agendi: nemo enim sibi impossibilia aggreditur: itaque neque tyrannidem tollere, si potentia desit.

Ad quos ergo fines referantur tyrannorum consilia, tres isti sunt. Ad has enim suppositiones tyrannica redigi possunt vniuersa, partim ne confidant inter se cives, partim ut potentia eis desit, partim ut pusillanimes efficiantur. Vnus ergo modus, quo vruntur tyranni, talis est. Alter vero modus contrarius istis qua dicta sunt, dicitur.

Alius

Alius autem, ut ex contrario dictis habet curam. Est autem accipere ipsum ex corruptione regnorum. Sicut enim vnus modus corruptionis regni, facere magis tyrannicum principatum: sic tyrannidis saluatio, facere ipsum magis regalem, vnus seruantem solum potentiam, ut principetur non solum uolentibus, sed & nolentibus: prætendens enim & hoc prætendit & tyrannizare.

y Sed hæc quidem sicut suppositionem oportet manere, alia autem hæc quidem facere, hæc autem uideri simulantem, quod regale bene.

z Primo quidem ut uideatur curare communia, neque expendat gratuita talia, in quibus multitudines molestè ferant, quando ab ipsis quidem accipiunt operantibus & laborantibus assidue: dant autem meretricibus, & extraneis, & artificibus copiosè.

aa Rationemque reddat acceptorum & expensarum, quod quidem iam fecerunt quidam tyrannorum: sic enim utique quod dispensans œconomus, sed non tyrannus esse uidebitur.

bb Non oportet autem timere, ne fortè deficiat pecuniis, dominus existens ciuitatis: sed extorquentibus tyrannis à domo, & expedit hoc magis, quam delinquere, cum congregauerint. Minus enim utique, qui seruant, insipientibus tyrannis, qui tyrannorum qui seruant terribiliores egredientibus à populo, quam ciuibus: ij quidem enim peregrinantur, hi autem subsistunt.

cc Deinde introitus oportet uideri colligere dispensationis gratia, & si aliquando opportunum fuerit, uti ad bellicas opportunitates. Vniuersaliter autem exhibere seipsum custodem & camerarium, tanquam communium, sed non tanquam propriorum.

dd Et uideri non sauius, sed reuerendus. Adhuc autem talem, ut non timeant occurrentes, sed magis reuerentur. Hoc tamen adipisci non facile, non existentem, facile contempibilem. Propter quod oportet, etsi non aliarum uirtutum curam habeat, tamen politicæ, & opinionem efficere de se ipso talem.

ee Adhuc autem non solum ipsum uideri, nullum subitorum iniuriantem, neque iuuenulam, sed neque alium vllum eorum qui circa ipsum.

gentiam facit. Est autem deprehendere ipsum ex regnorum corruptione. Vt enim regni modus corruptionis vnus est, gubernationem ipsam regiam magis reducere ad tyrannicam: ita tyrannidis conseruatio est, ad regiam gubernationem magis eam referre, vnum solummodo custodientem, ut potentiam retineat, per quam non modo uolentibus, uerum etiam nolentibus dominari possit: nam si hanc abiiciat, simul abiicit & tyrannum esse.

Sed hoc tanquam suppositionem quandam manere oportet, cetera uero partim facere, partim quam optime simulare, ut regia gubernatio uideatur.

Primum enim uideri communium commodorum curam habere non effundentem largitiones tantas, ut cines molestè ferant: quandoquidem ab illis capitur operantibus ac laborantibus in sua tenuitate: donans uero scortis, & peregrinis, & histrionibus effusè.

Rationem reddentem eorum qua accepit, & expenderit, quod iam factum est à quibusdam tyrannis, sic enim administrans, non tyrannus uidebitur, sed legitimus gubernator.

Nec erit ei formidandum, ne quandoque sibi defint pecunie, cum sit dominus ciuitatis: sed dispergentibus tyrannis ex propria domo, & prodest hoc magis quam relinquere congregatas. Minus enim custodes ipse contra tyrannum insurgerent. Sunt autem formidabiliores absentibus tyrannis, qui custodiunt, quam cines: nam illi quidem simul absunt, hi autem remanent.

Deinde redditus & impensas apparere oportet, tum gratia diligentis administrationis, tum etiam ut si quando foret opus, illis uti possit ad belli necessitates, omninoque seipsum præbere custodem & quæstorem, non ut suarum pecuniarum, sed ut communium, & publicarum.

Et uideri uelle non asperum, sed cum grauitate honestum, & talem, ut eum non timeant obuij, sed magis reuerentur. Hoc autem non facile est eum assequi, qui foret contempnendus. Quapropter opus est, ut si non aliarum uirtutum, at saltem ciuilibus eum curam habere, ac talem de seipso opinionem asserre.

Insuper non solum ipsum uideri, nulli protinus ciuium contumeliam facere, sed etiam nemini illorum qui circa eum sunt.

ff Simi

ff Similiter autem & habere uxores familiares ad eas quæ aliorum, tanquam & propter uxoribus iniurias multæ tyrannides perierunt.

gg Et circa fruitions corporales contrariarum facere, quam nunc quidam tyrannorum faciunt (non solum enim mox diluculo hoc faciunt, & continuè multis diebus, sed etiam uideri alijs uolunt hoc operantes, ut tanquam felices & beatos admirentur) sed maxime quidem moderato esse talibus: si autem non, tunc uideri alijs diffugere. Neque enim facile inuasibilis, neque facile contemptibilis, qui sobrius, sed qui ebrius: neque qui uigil, sed dormiens.

ii Contrarium faciendum olim dictis fere omnibus: præparare enim oportet & ornare ciuitatem, tanquam procuratorem existentem, & non tyrannum.

kk Adhuc autem quæ ad Deos uideri semper in studio habentem differenter: minus enim timeant pati aliquid iniquum à talibus, si deicolam putant esse principem, & curare de Dijs, & machinantur minus, tanquam habeat propugnatores etiam Deos.

ll Oportet autem sine insipientia uideri talem, bonosque circa aliquid factos honorare, ita ut putentur nunquam honorari magis à ciuibus suæ legis existentibus.

mm Et tales quidem honores distribuere ipsum: supplicia autem per alios principes & prætorja.

nn Communis autem custodia omnium monarchiæ, nullum uirum facere magnum, sed siquidem plures: seruabunt enim inuicem.

oo Si aliquid fortè oporteat facere magnum, nequaquam secundum morem audacem: maximè enim inuasius talis mos penes omnes actiones.

pp Et si à potentatu aliquem uideatur dimittere, gradatim hoc agere, & non totam simul auferre potestatem.

qq Adhuc autem omnem quidem iniuriam cohibere, præcipuè autem duas, eam scilicet, quæ in corpus flagellationem, & eam, quæ in ætatem. Maximè autem hanc faciendum reuerentiam, circa amatores honoris: eam quidem enim quæ ad pecunias, minorationem, amatores pecuniarum ferunt grauiter:

Eodemque modo se habere mulieres suas erga ceteras mulieres: nam & per contumelias mulierum permulta iam tyrannides perierunt.

Et circa voluptates corporis contrarium facere, quam nunc faciunt quidam tyranni (non solum enim statim ab aurora id agunt, conuiuanturque per dies plures, uerum etiam apparere uolunt alijs, quod ita faciunt, ut tanquam felices beatosque admirentur) sed in talibus maxima erit moderatio adhibenda, uel saltem uideri illa fugere. Non enim faciliter inuadi potest, nec faciliter contemni, qui sobrius sit, sed qui ebrius: neque qui uigilet, sed qui dormias.

Contrariumque agendum est supra dictorum fere omnium. Corroboranda enim & ornanda ciuitas est ab eo, tanquam à curatore, ac non tyranno.

Uideri etiam oportet ipsum erga religionem deorum affici uehementer: minus enim formidabunt populi, ne quid contra iustitiam fiat, si religioni deditum illum existimabant, ac deorum timorem habere, minusque contra illum audebunt insurgere, quasi Deos habeat propitios & fauentes.

Uerum tamen oportet sine improbitate talem uideri, atque eos uiros qui aliqua in re laudabiliter se gesserint, honorare, ita ut non existiment unquam se magis honorari à ciuibus iis in libertate degentibus potuisse.

Hos autem honores ipsemet tribuere debet tyrannus: penas uero & animaduersiones per alios infligere, per magistratus uidelicet, & iudicia.

Communis uero custodia omnium dominationis vnus est, neminem unum præ ceteris magnum facere, sed plures: nam se inuicem custodient.

Quod si quem extollere oporteat, non tamen eum qui sit moribus audax: nam huiusmodi homines aptissimi sunt ad inuadendum circa res omnes.

Si uero cuiusquam potentia minuentis est, modice ac non uno simul impetu omnis potestas est auferenda.

Insuper ab omni contumelia abstinentium, præcipue tamen à duabus, ne in corpore flagris, ne in ætate libidine insultet. Maximèque id cauendum in illis hominibus, qui honorem magnificiunt: nam in pecunias illatam iniuriam, auari homines grauer ferunt: in honorem uero illatam, & qui boni sunt uiri, & qui honorem eam

eam autem quæ ad inhonorationem, amatores honoris & epiches hominum. Propter quod quidem enim ut oportet talibus, aut supplicia videri facientem patriæ, & non propter parvipensionem. Eas autem quæ ad ætatem, colloquutiones, propter amatiuas causas, sed non propter potestatem: totaliter enim reputatas inhonorationes redimere maioribus honoribus.

rr Inuadentium autem ad corporis differentiam, hi maximè terribiles, & indigent ampliori custodia, quicunque non eligunt acquirere vivere cum peremerint. Propter quod maximè vereri oportet putantes iniuriam pati, aut ipsos, aut eos, quorum curantes existunt: non parant enim sibiipsis, qui propter furorē inuadunt, sicut & Heraclitus dixit, dicens, difficile esse cum furore pugnare, animæ enim pretium fieri.

ff Quoniam autem ciuitates ex duabus partibus constitutæ sunt, ex egenis hominibus & opulentis, maximè quidem utrosque oportet existimare saluari propter principatum, & alios ab aliis iniustum pati nihil. Quicunque autem fuerint valentiores, hos proprios facere maximè principatus: quod si hoc extiterit rebus, neque seruorum liberationem facere tyrannum, neque armorum ablationem. Sufficiens enim altera pars appositæ ad potentiam, ut valentiores sint insurgentibus

zz Superfluum autem dicere per singula talium. Intentio enim manifesta: quia oportet non tyrannicum, sed cœconomum & regalem videri esse subditis, & non suum curantem, sed procuratorem, & mediocritates vitæ persequi, non excellentias.

uu Adhuc autem insignes quidem affari, multos autem demagogizare: ex his enim necessarium non solum principatum esse pulchriorem, & magis zelabilem, quam quod meliores principentur, & non humiles, neque odio habitum & timore perseuerare, sed & principatum esse durabiliorem.

xx Adhuc autem ipsum disponere secundum morem, vel bene ad virtutem,

quis faciunt, permolestè patiuntur. Quæ propter aut non huiusmodi hominum opera utendum est, aut animaduersiones in illos patrio more ac sine ulla contumelia sunt faciendæ. In ætatem verò ex amore sit conuersatio, non ex licentia. Denique hoc de decoris impensione maiorum bonorum est redimendum.

Eorum autem qui ad vim inferendam contra corpus tyranni insurgunt, illi sunt formidandi & cauendi, qui ita dispositi sunt, ut amplius vivere non curent, cum occiderint. Quapropter maximè cauendum est ab his qui vel ipsos, vel eos quos habebant carissimos, contumelia affectos putant: sine ulla enim cura propria salutis irruunt, qui per indignationem & iram aggrediuntur, quemadmodum & Heraclitus inquit, durum esse dicens, pugnare aduersus iram, vita enim id emi.

Cum vero ciuitates ex duabus constituerint partibus, ex inopibus scilicet, & opulentis, maxime quidem de utriusque partis salute cogitandum est ab eo, qui gubernat, & alteros ab alteris nulla iniuria affici. Quicunque tamen eorum sint potentiores, hi præcipue sunt gubernatione vendicandi, ac velut proprii efficiendi: nam si hoc extiterit, neque seruorum liberationem facere compelletur tyrannus, neque arma adimere. Altera namque pars tyranni potentia adiuncta, sufficiens erit ad superandum eos, qui contra insurgere vellent.

Superfluum autem, particulariter dicere de omnibus istis. Intentio enim manifesta est, quod oportet non tyrannicum, sed tanquam patremfamilias, & regem esse putari ab illis, qui sub eo sunt, nec pro se capientem, sed pro communis utilitatis tutela & cura, & mediocritates in vita sequi, non excessus.

Præterea egregios viros per familiaritatem sibi coniungere, plebem vero, ac multitudinem per fauorem & gratiam in obsequio retinere: ex his enim necesse est, non solum dominationem eius esse pulchriorem & optabiliorem, ex eo quia melioribus imperet, & non abiectis, neque afflictis, neque ex eo quod ipse, neque odio sit, neque formidetur, verum etiam ex eo quod longiorem ac durabiliorem eius dominationem fore contingat.

Insuper moribus talem esse, ut vel rectè se habeat ad virtutem, vel semitem,

tem, vel semibonum existentem, & non malignum, sed semimalignum.

yy Equidem omnibus malis politiis, paucioris temporis sunt oligarchia, & tyrannis.

zz Plurimo enim tempore fuit, quæ circa Sicyonem tyrannis, quæ Orthagori puerorum, & ipsius Orthagori: permanit enim ipsa annis centum. Huius arem causa: quia subditis utebantur moderatè, & multis legibus seruebant: & quia bellicosus fuit Clisthenes, non fuit facilè contemptibilis, & quantum ad multa curis demagogizabat. Dicitur igitur Clisthenes, respondentem de victoria, ipsam quomodo coronauit. Quidam autem aiunt esse imaginem eius, qui iudicauit sic, statuam, quæ in foro sedet. Aiunt autem & Pisistratum aliquando sustinuisse sententiam, cum esset vocatus ad Ariopagum.

aaa Secunda autem circa Corinthum, quæ Cypselidorum. Etenim hæc perseuerauit annis septuaginta tribus, & mensibus sex. Cypselus quidem tyrannizauit annis triginta. Periander autem quadraginta quatuor. Psammetius autem Gordiæ annis tribus. Causæ autem eadem, & huius. Cypselus quidem enim demagogus erat, & à principio permanit sine armorum custodia. Periander autem fuit quidem tyrannicus, sed bellicosus.

bbb Tertia autem, quæ Pisistratidarum Athenis, non fuit verò continua. Bis enim fuit Pisistratus tyrannizans: ita ut in annis triginta tribus, decem & septem annis tyrannizauit: pueri autem decem & octo: quare omnes anni fuerunt triginta & quinque.

ccc Reliquarum autem, quæ circa Hieronem & Gelonem circa Syracusas, non autem permanit ipsa multis annis, sed omnes duobus deficientibus de viginti. Gelon quidem enim septem annis tyrannizauit, octauo vitam finivit, decem autem Hieron: Thrasybulus autem vndecimo mense excidit. Multæ autem tyrannides, pauci temporis fuerunt omnes penitus. Quæ quidem igitur circa politias & quæ circa monarchias, ex quibus corumpuntur, & iterum saluantur, ferè dictum est de omnibus.

bonus quidam sit, & non malus, sed semimalus.

Atqui omnium gubernationum breuissimè durare solent paucorum potentia & tyrannis.

Quippe illa quæ plurimo durauit tempore, Orthagora & filiorum, qui apud Sicyonios tyrannidem habuere, ad centesimum usque annum peruenit. Durationis verò causa fuit, quod mediocritate quadam erga subditos utebantur, multaque legibus seruientes agebant: & qui aptus rei militari fuit Clisthenes, non facilè contemnendus habebatur. Plurimum verò conuersatione & usu familiari fauorem & gratiam hominum acquirebant. Fertur enim Clisthenes coronasse iudicem, qui victoria illius contradixerat. Aiunt quidam huius iudicis statnam esse illam, quæ in foro sedet. Pisistratus quoque fertur aliquando apud consilium Ariopagiciatus, iudicium subisse.

Secunda verò apud Corinthum Cypselidarum tyrannis. Nam ea durauit annis tribus & septuaginta, & mensibus sex. Cypselus enim ipse tyrannidem exercuit annis triginta. Periander vero quadraginta quatuor. Psammetius autem Gordiæ annis tribus. Causa verò durationis eadem fuit. Cum enim popularis esset Cypselus, ac gratia apud multitudinem praualeret, sine ulla corporis custodia in dominatione perseuerauit. Periander autem eius filius magis tyrannicè se gessit, sed vir erat bello egregius.

Tertia Pisistratidarum Athenis. Hæc autem non fuit continua: bis enim tyrannide pulsus fuit Pisistratus. Itaque ex annis triginta tribus, solum annis septem & decem tyrannidem exercuit: filij verò eius annis decem & octo: atque ita omnes simul anni fuerunt quinque & triginta.

Ex reliquis verò illa, quæ apud Syracusas fuit Hieronis & Gelonis, sed non longa fuit hæc, annis enim non amplius quam duo de viginti durauit. Gelon enim septem annis cum tyrannidem exercuisset, octauo defunctus est, Hieron autem decem: Thrasybulus verò mense decimo excidit. Cæterarum verò tyrannidum pleraque breui tempore durauerunt omnes. Quæ igitur sint tam circa gubernationes plurium, quam circa gubernationem vnius solius, per quæ & corumpantur illa, & seruentur, ferè dictum est.

CAPVT VIII.

Postquam Aristoteles egit de corruptionibus monarchiarum, scilicet tyrannidis & regni, in hoc capitulo agit de eas saluantibus. Et diuiditur capitulum in duas partes, in quarum prima ostendit in vniuersali qualiter omnis monarchia melius saluatur. In secunda agit de saluatione tyrannidis, ibi, *Tyrannides autem saluantur*, &c. Circa primum duo facit. Primum enim dat documētū qualiter monarchiæ melius & diuturnius saluatur. Secundō probat hoc per duo exempla, ibi, *Propter hoc enim & circa Molossos*, &c. documentum est hoc, quod principatus arcetur, si ad pauciores trahantur: quia quāto pauciores sunt domini, tantō mitius sunt despotici, id est, seruiliter opprimentes, & tantō magis moribus æqui, & tantō minus inuidetur eis à subditis. Hæc est sententia. Dicit ergo. Saluantur autem, monarchiæ scilicet palam, id est, manifestè, vt simpliciter quidem, id est, vniuersaliter est dicere, ex contrariis, scilicet eorum quæ corrumpunt eas, de quibus iam dictum est.

Sed quia vniuersales sermones rō suffiunt in politicis, sed oportet ad vnumquodque particulare descendere, idēd subiungit, ibi, *Vt autem secundum vnumquodque, eo, scilicet saluantur*, quod est regna quidem ducere ad moderatius, id est, quod arceantur & stringantur. Et ponit rationem, ibi, *Quāto enim pauciorum fuerint domini, ampliori tempore necessarium manere omnem principatum*. Et ponit causam, ibi, *Ipsi enim, domini scilicet, & sunt minus despotici, id est, seruili oppressionē opprimentes subditos, & moribus æqui magis, supple, sunt, id est, conformes: & à subditis inuidetur eis minus.*

Secundō probat per duo exempla de regnis, scilicet Molossorum & Lacedæmoniorum, ibi, *Propter hoc enim & circa Molossos* (nomen est cuiusdam gentis circa Græciam) multo tempore regnum permansit: quia scilicet restrictum ad paucos fuit, & multis non potest ita prouideri sicut paucis. Et inducit secundum exemplum, ibi, *Et quod Lacedæmoniorum, supple, regnum: propterea quod à principio in duas partes diuisus fuit principatus, supple, diutius permansit*. Et ratio est: quia vnusquisque custodit diligentius partem sibi commissam. Et addit de vltiori diuisione, ibi, *Et rursum Theopompo moderante & in aliis, scilicet diuidente regnum, & instituente Ephorum principatum*. In præhabitis enim sæpe dictum est, quod Ephori fuerunt procuratores publicorum negotiorum. Et tangit modum, ibi, *A potestate enim auferens auxilium tempore regnum, id est, potestatem quam habuit vnus Rex scilicet, diuisit in plures, quos vocauit in partem sollicitudinis, & sic fecit melius regno prouideri, propter quod regnum diutius durauit*. Et ex hoc concludit, ibi, *Quare modo quodam fecit non minus, sed maius ipsum, scilicet regnum, quod potestate minus ipsum faciendo, fecit ipsum longius*. Adhuc inducit responsionem, pro probatione, Theopompi, ibi, *Quod*

quidem & ad uxorem aiunt respondisse ipsum, scilicet Theopompo, quæ scilicet vxor dixerat marito, exprobrando, si nihil verecundatur minus regnum tradens filiis quam à patre accepit. Et ponit responsum mariti, ibi, *Non oportet hoc dicere, trado enim diuturnius*. Ac si diceret, quantum dimini regnum per diuisionem potestatis, tantum auxilium per diuturnitatem temporis & durationis.

Deinde cum dicit, *Tyrannides autem saluantur*, &c. agit de saluatione tyrannidis: & habet duas partes, in quarum prima ponit quatuordecim cautelas vt diutius saluetur tyrannis. In secunda deducit omnes ad tres, ibi, *Sunt autem, vt est dicere, &c.* Primum igitur ponit primam cautelam, dicens quod tyrannides saluantur secundum duos modos contrariissimos: quorum alter est, qui traditus est, & est ille qui saluat per contraria destruentium eam. Et inducit rationem, ibi, *Et secundum quem, scilicet modum dispensant plurimi tyrannorum principatum: quia sic multi dispensant tyrannidem*. Dicit etiam, quod à quodam Periandro Corinthio multæ tales cautelæ sunt traditæ. Multæ etiam accipiuntur à principatu Persarum, qui totus tyrannicus est. Et quia hæc plana sunt in litera, sufficit cum literæ expositione enumerare. Et hoc est quod dicit. *Sunt autem & olim dicta ad saluationem, vt possibile est, tyrannidis*. Et dicit vt possibile est: quia ipsa tyrannis in seipsa corrupta est: & quod corruptum est in seipso, non potest simpliciter saluari, sed modo quodam. Et ponit saluans, ibi, *Excellentes perimere, & sapientes destrucere*. Hoc enim dixit Periander esse faciendum, sicut in præhabitis dictum est, sicut excellentiores spicæ euelluntur de agro, ne humiliores suffocent. Secundam cautelam ponit, ibi, *Et neque communicationes sinere, esse, supple, in ciuitate*. Et ratio est: quia communicantes in vno frequenter concordant, & sic possunt insurgere contra tyrannum. Et hoc est quod addit. *Neque soliditatem, id est, solidam confederationem, neque disciplinam, supple, esse in ciuitate, neque aliud nihil tale, sed omnia cauere, ne, supple, fiant in ciuitate, vnde consueuerunt fieri duo, sapientia scilicet & perfuasio*. Et neque scholas, neque alias collectiones permittere fieri vacatias, id est, quibus vacent homines ad tractandum de communibus.

Et omnia facere, ex quibus quam maximè ignoti inuicem erunt omnes. Et ponit rationem, ibi, *Notitia enim fidem facit magis ad inuicem, id est, cum noscent se per colloquutionem amici ad inuicem, tunc confidunt de se ipsis, & sic magis possunt insurgere contra tyrannum*.

Tertiam cautelam ponit, ibi, *Et præfectos populi semper palam esse, commemorari circa ianuas, id est, ante fores tyranni*. Et ponit rationem, ibi, *Sic enim minime latebit quid agunt: & sic tyrannus poterit semper obuiare actibus eorum*.

Et sub eadem cautela adhuc addit, ibi, *Et deprehendere si assuescant modicum semper seruientes, id est, quod debet deprehendere & obseruare, si hi qui semper seruientes debent esse, assuescant modica licentia: quia si non inolescant*

inolescant per licentiam, non semper oppressi seruilibus operibus, tunc opponunt se tyranno. Sicut Exodi 4. Rex Aegypti dixit ad Moysen, *Vacatis otio, & idcirco dicitis, Eamus ad sacrificandum Domino*. Et de talibus subiungit, ibi, *Et alia quæcumque talia Persica & barbara tyrannica sunt*. His enim modis Persæ & barbari tyrannizant. Et ponit quare hæc omnia attendenda sunt, ibi, *Omnia enim idem possunt, supple, ad conseruationem tyrannidis*.

Quartam cautelam ponit, ibi, *Et tentare non latere, tyrannum scilicet, quæcumque exriterit quis dicens, vel agens subditorum, id est, de numero subditorum: & ratio huius est, quia tunc potest obuiare singulis: sed esse attentos, circa singula istorum scilicet*. Et dat exemplum, ibi, *Velut circa Syracusanos, vbi scilicet dominabatur Dionysius Tyrannus, vocati pedagogides, & dicuntur pedagogides à pedo quod est pedes, & gogos quod est ductio, eod quod pedibus continuè circumducuntur & discuntur: & auribus audientes, supple, sunt quæcumque dicuntur vt renuncient tyranno*. Et hoc est quod sequitur, *Quos misit*. Iste Hieron fuit procurator Dionysij tyranni. Et quo & ad quid misit, subdit dicens. *Vbi fuerit aliqua congregatio & collectio*. Et ponit rationem, ibi, *Confident enim minus, timentes tales, id est, quia timent prodi per tales: & si confidunt, latebant minus: quia scilicet per tales produntur*.

Quintam cautelam ponit, ibi, *Et criminari inuicem, id est, facere quod inuicem criminentur subditi, & conturbare amicos cum amicis, & populum cum insignibus, & diuites cum seipsum*. Et ratio est: quia conturbati inuicem magis refugium habent ad tyrannum.

Sextam cautelam ponit, ibi, *Et pauperes facere subditos tyrannicum, est, supple*. Et sub eadem cautela addit rationem quare hoc expedit tyranno, ibi, *Quatenus nec custodia alatur, sed, supple, oporteat ipsos alere custodes suos, vt sic magis depauperentur*.

Et occupati circa quotidiana, victum quærentes non vacantes sint ad machinandum. Et ad hæc probanda inducit exemplum, ibi, *Exemplum autem huius, est, supple, tyrannides quæ circa Aegyptum, supple, sunt, in quibus subiecti sic depauperantur: & anathemata, id est, separationes Cypselidarum*. Nomen est cuiusdam gentis tyrannicè imperantis, quæ semper schisma ponit inter suos, ne eleuentur contra tyrannum. Et adhuc ponit exemplum, ibi, *Et Olympij ædificatio à Pisistratidibus*. Pisistratus, sicut dictum est, fuit magnus tyrannus, qui persuasit atrium quoddam ædificari in ciuitate sumptuosius expensis, in quo olympia, id est, quinquennales agones celebrarentur, quo populus occuparetur. Et addit adhuc aliud exemplum, ibi, *Et eorum qui de Samo (insula est iuxta Græciam versus Thebas) opera multi imperij, id est, vbi populus per multa opera imperio continuè premebatur*. Et de omnibus his subdit simul, ibi, *Omnia enim hæc possunt idem, id est, valent ad idem*. Et subdit quid sit illud, scilicet non vacationem & penuriam subditorum, vt nunquam vacent ad machinandum contra tyrannum.

D. Alb. Mag. Polinio.

Septimam cautelam ponit, ibi, *Et illario vectigalium, id est, quod vectigalia districtè sumantur, vt magis opprimatur populus*. Et dat exemplum, ibi, *Velut in Syraculis, vbi Dionysius quintam partem accepit pro vectigali, quolibet anno: & sic in quinque annis habuit totam substantiam terræ*. Et hoc est. In quinque enim annis sub Dionysio substantiam omnem inferri accidit.

Octauam cautelam ponit, ibi, *Adhuc autem & bellorum procurator tyrannus, supple, debet esse: tyrannus volens remanere in principatu, debet procurare vt semper sint bella, vt scilicet nunquam vacent, & semper sint in indigentia defensionis tyranni*. Et hoc est quod dicit. *Vt vtique sine vacatione sint, & permanent in indigentia præsidis existentes, id est, tyranni: quia tunc, supple, non opponunt se ei*.

Nonam cautelam ponit, ibi, *Et regnum quidem saluatur, &c.* Et hoc sumitur ad differentiam regni, & est hoc quod regni: propria est ad saluationem credere amicis, & maximè potentibus: quia per illos saluatur regnum: tyranni è contra nihil credere amicis, & hoc idēd est: quia omnes offendit, & nullos habet amicos qui velint eum regnare super se. Et hoc est. Et regnum quidem saluatur per amicos: tyrannicum autem, supple, est maximè discredere amicis, tanquam nolentibus quidem omnibus, supple, regnare tyrannum, potentibus tamen maximè discredere, eod quod potentes maximè offendit.

Decimam cautelam ponit, ibi, *Et adhuc quæ circa democratiam, &c.* Et illa cautela est, quod quæcumque dicta sunt circa democratiam vltimò dictam in tertio libro, capitulo de distinctione democratia, valent ad conseruationem tyrannidis: quia illa democratia vera tyrannis est. Et exemplificat de vno quod gynococrazia circa demos, id est, populares. Gynococrazia autem est commissio potestatis & principatus ignobilibus: & idēd subdit causam quare hoc, ibi, *Vt enuncient contra viros, id est, viriles, si scilicet aliquid machinantur contra tyrannum*. Et hoc est. Et adhuc quæ circa democratiam sunt vltimam, id est, vltimò dictam, tyrannica sunt omnia. Et gynococrazia circa demos, vt enuncient contra viros.

Vndecimam cautelam ponit, ibi, *Et seruorum remissio propter eandem causam, scilicet vt enuncient si aliqui aliquid machinantur*. Et hoc est quod subdit, ibi, *Neque enim machinantur serui & mulieres contra tyrannos*. Et ponit rationem, ibi, *Gaudentes, supple, de tyrannis, quia necessarium beneuolos esse, seruis scilicet & mulieribus scilicet tyrannos: & sub eadem cautela dicit*. Et tyrannidibus & democratibus, supple, gaudent serui & mulieres. Et ratio est quia Rex vt perfectus dominus non curat de seruis tanquam de vilibus, nec de mulieribus tanquam emollientibus viriles animos.

Et ex hoc concludit proprium consequens, scilicet quod adulator apud vtrosque acceptus est, scilicet apud democratiam & apud tyrannum. Et hoc est. Etenim demos, id est, populus, vult esse monarchum. Propter quod

ff 2 &

& adulator apud utraque; scilicet democrati-
& tyrannidem est honoratus. Et distin-
guit, ibi, Apud demos quidem demagogus, id
est, apud populum. Et exponit demagogum
qualiter fit adulator, ibi, Est enim demagogus
demi adulator, id est, populi: quia in concio-
nibus laudibus populi querit placere populo:
apud tyrannos autem qui humiliter collo-
quantur; supple, placent, sicut susurrone,
quod quidem est opus adulationis, susurrare
scilicet. Et ponit rationem, ibi, Etenim pro-
pter hoc porinophilon, id est, malorum ami-
cus est tyrannus. Et ponit rationem, ibi, Adu-
lationem enim recipientes, supple, tyranni
gaudent. Et ostendit, quod hoc non competit
bonis, sed malis tyrannis, ibi, Hoc autem
nullus utriusque sensum habens liberum, id
est, vitio non obligatum, sed amant, scilicet
sensum habentes liberum, qui Epicæci, id est,
iustos si non adulentur. Unde in Alex. dicitur.
Contemptor procerum, seruos contemne bi-
lingues? Adulator bilinguis est, qui laudando
vnum detrahit alteri.

f Secundam cautelam ponit, ibi, Et oppor-
tuni, sunt, supple, tyranno, maligni ad mali-
gna. Et probat procerbium antiquum, ibi,
Clauo enim clauis, supple, retunditur: ita ty-
rannus maligno ad maligna vitur. Prou. 16.
Rex qui libenter audit verba mendacij, omnes
ministros habet impios. Et sub eadem cautela
accipit quod sequitur, quod scilicet de nullo
venerabili vero gaudet & libero. Et hoc est.
Et nullo gaudere venerabili neque libero, ty-
rannicum, supple, est. Et huius dat rationem,
ibi, Ipsum enim esse solum vult tyrannus, id
est, vult quod solus appareat esse: qui autem
contra venerabilis & liberalis, aufert excel-
lentiam, comparatus scilicet aliis: & ided, sup-
ple, à tyranno non diligitur. Tertiam cautelam
ponit, ibi, Et quod despoticum tyrannidis, id
est, uti seruilibus personis. Et ex hoc conclu-
dit, ibi, Odiunt igitur venerabiles personas
& liberas quemadmodum dissoluentes tyranni-
cum principatum scilicet.

Quartam cautelam ponit, ibi, Et uti con-
uiniis, supple, est tyranni, & condiurnalibus,
supple, colloquii, & supple, deductio-
nibus extraneis magis quam ciuilibus, tyranni-
cum, supple, est. Et exponit subdens. Tan-
quam hos quidem, supple, ciuiles, aduersarios,
supple, habeat, hos autem, scilicet extraneos,
non contrariantes. Omnibus his positis ponit
epilogum de omnibus, ibi, Hac & talia ty-
rannica quidem, supple, sunt & saluatia prin-
cipatus tyrannici, supple, Nihil autem, in his
& talibus deficit, supple, malignitatis.

u Sunt autem, ut est dicere, &c. Hic reducit
cautelas immediatè postas ad ternarium nu-
merum. Et hæc pars habet quatuor partes,
in quarum prima ea quæ dixit, reducit ad tres
causas. In secunda ponit cautelas, qualem oportet
scilicet se simulare tyrannum in rebus com-
municibus, ibi, Sed hæc quidem sicut suppositio-
nem. &c. In tertia ponit cautelas qualiter oportet
se habere in cultu diuino, ibi, Adhuc au-
tem qua ad Deos, &c. In quarta ponit cautelas
quæ faciunt ad custodiam omnis monarchiæ,
ibi, Communis autem custodia omnis monarchiæ,

&c. Circa primum duo facit. Primum enim ponit
tria quæ coniecturatur omni tyrannus. Sec-
undò repetit eadem ut cautelas iuxta ea acci-
piendas doceat, ibi, Ad quos quidem igitur re-
ducitur, &c. In prima parte sic procedit. Di-
cit enim, quod omnia quæ dicta sunt, com-
prehensa sunt tribus speciebus. Vnum est, ut
subditi nihil sapiant, id est, ut nullius sapien-
tiæ sint & pusillanimes. Secundum est, ut
semper discredant sibi inuicem. Tertium est,
ut ita in altum teneat se super eos, ut eum im-
pugnare, videatur negotium impossibile. Et
hæc planè dicit in litera, quæ sic est ordinan-
da. Sunt autem, ut est dicere, vniuersaliter sci-
licet in summa, omnia hæc comprehensa tri-
bus speciebus. Et vocat species volita siue fines
voluntatis. Et ponit rationem, ibi, Coni-
ecturatur enim tyrannus tria, quæ scilicet eligit ut
sines. Et ponit primum, ibi, Vnum quidem, ut
modica sapiant subditi. Et ponit rationem, ibi,
Nulli enim utriusque pusillanimes insidiatur. Et
ratio est: quia simplex non multa sapiens, pu-
sillanimes efficitur, & nec scit, nec audaciam
habet insidiandi: & sic tyrannus securus reman-
et. Et subiungit secundum, ibi, Secundum
autem, ut discredant inuicem. Et huius ponit
rationem, ibi, Non dissoluitur enim prius ty-
rannis antequam credant aliqui sibi ipsis, qui
scilicet confæderantur & conspirant contra
tyrannum. Ex his accipit quoddam conse-
quens, quod sequitur ex illo, scilicet quod ty-
ranni propter hoc aduersantur Epicæci, id est,
iustis & bonis tanquam nociuis propter tres
causas, scilicet quia nolunt sibiipsis, despotice,
id est, seruiliter: & quia fideles sunt & sibiip-
sis, & aliis: & nec produnt seipfos, nec alios.
Et hoc est quod dicit, ibi, Propter quod &
Epicæci aduersantur tanquam nociuis ad prin-
cipatum, tyrannidis scilicet. Et subdit ratio-
nem, ibi, Non solum propterea quod non vo-
lunt subiici despotice, id est, seruiliter, sed &
id est, etiam quia fideles sunt sibiipsis, & aliis:
& quia non produnt neque seipfos, neque
alios. Et ponit tertium, ibi, Tertium autem
impossibilitas negotiorum est, supple, id est,
quia in tanta fortitudine & robusta manu do-
minatur super eos, quod negotium impugnan-
di eum videtur impossibile. Et huius ponit ra-
tionem, ibi, Nullus enim manum mittit ad
impossibilia. Et ex hoc concludit, ibi, Quare
neque tyrannidem dissoluere, id est, ad ty-
rannidem dissoluendam aliquis manum mittit,
non existente potentia: quia negotium videtur
ei impossibile.

x Secundo ibi, Ad quos quidem igitur red-
duntur, &c. repetit eadem ut cautelas acci-
piendas doceat: & dicit. Ad quos quidem igitur,
scilicet fines, reducantur volita tyranno-
rum, isti tres, scilicet fines, existunt entes.
Et ponit rationem, ibi, Omnia enim utriusque
reducet quis tyrannica ad has hypothèses, id est,
ad has suppositiones. Et repetit, ibi, Hoc qui-
dem, ut non credant inuicem: hoc autem, id
est, aliud ut non possint: hoc autem, tertium
scilicet, ut parum sapiant. Aliter enumerat hæc
quam superius: quia superius enumeravit se-
cundum ordinem rationis secundum quod cre-
dere oritur ex sapere, posse ex his duobus: hic
autem

autem repetit ea secundum quod plus valent
ad propositum: & ided primum ponit, quod non
credant sibi inuicem. Secundò ut non possint,
ed quod multum etiam conferat ad propositum.
Et tertio ponit, quod parum sapiant, quod plus
distat à proposito. Postea ponit epilogum di-
ctorum, & addit cautelam, ibi, Vnum quidem
igitur modus per quem fit saluatio tyrannidi-
bus, talis est. Alius autem, supple, modus, ex
contrario dictis habet curam. Et addit caute-
lam, ibi, Est autem accipere ipsum ex corru-
ptione regnorum. Et dicit modum. Quia sicut
corruptum regnum ex hoc quod inclinatur
in tyrannidem, ita saluatur tyrannis ex hoc
quod inclinatur ad regnum. Et hoc est. Sicut
enim vnus modus corruptionis regni facere
magis tyrannicum principatum, supple, regnum
(& hoc paulò ante in præcedenti capitulo di-
ctum est) sic tyrannidis saluatio, supple, est
facere ipsam magis regalem, id est, ad regni
proprietas inclinare. Et dicit modum illius,
ibi, Vniuersaliter solum potentiam. Et hoc
ided est, ut tam regnum quam tyrannis sit vnus
principatus & monarchia quedam, & sit solum
seruans potentiam & non opprimens, supple,
ibi, Quod qualiter fiat tam in regno quam in ty-
rannide, subdit, ibi, Ut principetur, Rex scilicet
& tyrannus, non solum volentibus, sed etiam
nolentibus: prætendens enim, tale scilicet re-
gnum, & hoc, id est, ex hoc præterdit, &
primo etiam tyrannizare. Regnum enim quod
principatur nolentibus, tyrannizat.

y Deinde cum dicit, Sed hæc quidem sicut
suppositionem oportet manere, &c. id est, ponit
sex cautelas, qualiter scilicet tyrannus se debet
habere in rebus communibus. Prima est, quod
videatur res communes multum curare, nec
expendar inutiliter gratuitè oblata, nec expen-
dat in his in quibus multitudines populi mo-
lestè ferant. Et exponit hoc, quod non expen-
dat meretricibus & extraneis & histrionibus
copiosè, quod ex laboribus populi acquisitum
est. Secunda est, quod semper studeat ratio-
nem reddere expensarum & acceptorum: &
quia aliquis posset dicere, quod sic deficeret in
expensis, responderet quod non oportet, scilicet
quod deficiat, quia dominus est ciuitatis & re-
gni, & potest videcumque recipere. Tertia cau-
tela est, quod dona & oblationes quæ dantur
ex redditibus & vectigalibus, videatur colligere
propter communem utilitatem, sicut pro bello
communem, & non pro lucro proprio, ut sic vi-
deatur esse quasi custos & camerarius commu-
nium & non propriorum. Quarta est, quod
nunquam exhibeat se subditis læuam, sed reue-
rendum. Quinta est, quod nulli videatur ini-
urius, & quod omnibus sit familiaris & in
vxoribus non iniurius. Sexta & vltima cautela
est, quod circa fruitions corporales, in cibo
& potu scilicet, semper videatur frugaliter & sob-
rius, & vigil non dormiens, & quod in om-
nibus semper videatur ornare ciuitatem ut pro-
curator existens, non tyrannus. Et hæc est sen-
tentia. Litera sic est ordinanda. Sed hæc qui-
dem, scilicet quæ dicta sunt de cautelis, sicut
suppositionem oportet manere: alia autem
quæ, supple, dicuntur, hæc quidem facere, sup-
ple, oportet, hæc autem videri simulantem.

D. Alb. Mag. Politic.

Et ostendit quæ sunt simulanda ponendo pri-
mam cautelam, ibi, Quod regale bene, supple,
debet simulare, ut habeat.

z Et ostendit in quo, ibi, Primum quidem, ut
videatur curare communia. Et ostendit quo-
modo. Neque ex expendat gratuita, id est, gra-
tuitè oblata, in quibus multitudines molestè
ferant, quando ab ipsis multitudinibus quidem
accipiunt, supple, tyranni, operantibus & la-
borantibus assidue: dant autem meretricibus,
& extraneis, & artificibus (quos alibi vocauit
banausos, id est, histriones) copiosè. Ratio
autem huius redditur in principio 4. Ethic. quia
scilicet sic expendere, non est secundum libe-
ralitatem & magnificentiam, sed secundum
epitrotaliam & banausiam, & tales expensas,
multitudines molestè ferunt: quia labores eor-
um & sudores in malos vsus expenduntur.

aa Secundam cautelam ponit, ibi, Ratio-
nemque reddat acceptorum & expensarum. Et
confirmat hanc cautelam per exemplum, ibi,
Quod quidem iam fecerunt quidam tyranno-
rum, & supple, ided in principatu permanse-
runt. Et ponit rationem, ibi, Sic enim utriusque
quis dispensans œconomus, id est, dispensator,
sed non tyrannus esse videbitur.

bb Et quia posset aliquis dicere, quod sic in
expensis posset deficiere; occurrit, ibi, Non
oportet autem timere, ne fortè deficiat pecu-
cuniis, dominus existens ciuitatis, id est, cum
sit dominus ciuitatis: sed extorquentibus ty-
rannis à demo, id est, à populo, supple, pecu-
cuniis non deficiet: & expedit hoc magis quam
derelinquere, supple, velur cum congregauer-
int. Et vult dicere, quod cum ministri sui, sci-
licet tyranni talia congregauerint à populo,
magis eligat ea expendere quam seruare. Et
ponit rationem, ibi, Minus enim utriusque qui
seruant, inuident rebus: quia non est necesse
congregare, eo quod satis habeant in thesauris.
Deinde ponit subdiuisionem tyrannorum, ibi,
Sunt autem tyrannorum, id est, aliqui de nu-
mero tyrannorum, qui seruant, scilicet in the-
sauris, terribiliores egredientibus à populo, id
est, hostibus quam ciuibus. Et dicuntur egre-
dientes à populo, qui ad militiam sunt contra
hostes. Et ponit rationem, ibi, Ij quidem,
supple, egredientes à populo comperegrinantur,
scilicet cum tyranno contra hostes, & supple,
ided volunt, quod tyrannus habeat thesauros,
ex quibus scilicet sufficiat ad donatiua & sti-
pendia militum: hi autem, scilicet ciues substi-
tunt, supple, in ciuitate: & ided scilicet ea quæ
colliguntur in demo, magis volunt expendi in
ornamentum ciuitatis.

cc Tertiam cautelam ponit, ibi, Deinde in-
troitus, id est, dona quæ dantur ad receptionem
regis in primo introitu, & oblationes quæ dan-
tur ex redditibus regni & vectigalibus, oportet
videri colligere dispensationis gratia, & si ali-
quando opportunum fuerit, uti ad bellicas
opportunitates, id est, quod non accipiat talia
ad lucra propria, sed si necesse sit, quod ex-
pendat in bello, in defensionem regni vel ciui-
tatis. Et hoc est quod sequitur, ibi, Vniuersaliter
autem exhibere seipsum, supple, custodem & ca-
merarium tanquam communium, sed non tan-
quam propriorum.

Ff 3 dd Quartam

dd Quartam cautelam ponit ibi. Et videri non sapius, sed reuerendus: & sub eadem cautela addit, ibi, Adhuc autem, supple, se exhibeat talem, vt non timeant occurrentes, sed magis verecundentur. Et quia posset obiici, quod vix possit hoc adipisci, respondet, ibi, Hoc tamen adipisci non facile, non existentem, scilicet in veritate talem, facile contempibilem secundum veritatem. Propter quod oportet, etsi non aliarum virtutum curam habeat, tamen politicæ, scilicet vrbanitatis, & populo etiam opinionem efficere de seipso talem, vt scilicet videatur esse vrbanus.

ee Quintam cautelam ponit, ibi, Adhuc autem non solum ipsum videri, nullum subditorum iniuriantem, neque iuuenem, neque iuuenulam, sed neque alium vllum eorum qui circa ipsum, id est, de familia sua.

ff Et hanc cautelam extendit etiam ad vxores tyranni, quas dicit familiares esse debere vxoribus aliorum. Et hoc est. Similiter autem &, id est, etiam oportet habere vxores, tyrannum scilicet, familiares ad eas quæ, sunt, supple, aliorum. Et ponit rationem, ibi, Tanquam & propter vxorum iniurias multæ tyrannides perierunt: quia scilicet vxores iniuriatæ, concitabant maritos contra tyrannum.

gg Sextam cautelam ponit, ibi, Et circa fructiones corporales, in comedendo scilicet & bibendo, supple, oportet contrarium facere, quam nunc quidam tyrannorum faciunt. Et ostendit quid quidam infuncti faciunt, ibi, Non enim solum mox diluculo hoc faciunt, scilicet surgentes ad bibendum vinum, & continuè multis diebus, sed &, id est, etiam videri aliis volunt hoc operantes. Et dicit quare, ibi, Vt tanquam felices & beatos admirentur. De quibus dicitur *Isa. 5. Væ vobis qui surgitis manè ad ebrietatem sectandam, vt vino æstuetis: & sic non est faciendum.* Et hoc est.

bb Sed maximè quidem moderatos esse talibus, supple, expedit. Si autem non, supple, sint tales secundum veritatem, tunc tamen videri debent aliis diffugere, supple, à talibus comestationibus. Et ponit rationem, ibi, Neque enim facile inuasibilis, neque facile contempibilis, qui sobrius, sed qui ebrius: neque qui vigil, sed dormiens, supple, contempibilis est.

ii Et generaliter subdit, In omnibus, supple, talibus contrarium faciendum olim dictis ferè omnibus, vt scilicet nulla turpitudine appareat in ipso. Et dat rationem, ibi, Præparare enim oportet & ornare ciuitatem tanquam procuratorem existentem non tyrannum.

kk Deinde cum dicit, Adhuc autem quæ ad Deos oportet videri, &c. ponit cautelas, quod etiam ad Deos videatur esse deuotus: & est sententia, quod tyrannus videatur ad Deos esse deuotus, & cultum diuinum diligens: quia tunc videbitur non solum homines habere adiutores, sed etiam Deos: & tunc minus insurgunt contra eum subiecti. Et circa hanc cautelam subdit aliam, scilicet quod nulla insipientia appareat in ipso, & quod bonos in aliqua dignitate positos honoret semper, intantum quod videatur eis, quod nunquam ab aliquo plus honorati fuerint, vel honorari possint. Et quod etiam dignis distribuatur honores principatus

suæ monarchiæ: & quod ad principes alios non sub ipso constitutos semper sit simplex & deuotus, in nullo detrahens ipsi: & hoc plane continetur in litera, quæ sic est ordinanda. Adhuc autem ad Deos, id est, quæ ad culturam Deorum pertinent, videri semper in studio habentem, supple, oportet, differenter, id est, quod in hoc plus differat ab aliis, quod plus diligit cultum diuinum. Et assignat rationem, quod scilicet pauci, qui scilicet boni sunt in populo talibus subiecti minus timent aliquid iniquum à talibus contra se fieri, quando principem putant esse Deicolam, eò quod Dei cultor nihil iniquum agit contra aliquem: & ideò magis timent seu formidant infringere contra talem, quem putant habere Deos adiutores, & curare de Diis, id est, de cultura Deorum. Et adiungit aliam rationem quæ dicta est, ibi, Et machinantur minus, supple, contra talem. Et ponit rationem. Tanquam habeat propugnatores etiam Deos, supple, & non solum homines.

ll Et vterius adiungit cautelam, qualis debet esse ad homines, ibi, Oportet autem sine insipientia videri talem, vt scilicet quantitatem aliorum cognoscat respectu suæ quantitatis. Dicit enim Ptolemæus in proverbiis in almagesto positus, quod insipiens est, qui sui ipsius ignorat quantitatem. Et Arist. in 3. ethic. quod insipiens ignorat seipsum. Et tales sunt, qui non recognoscunt aliis debitas dignitates: sapientes autem vnumquemque secundum gradum dignitatis honorant. Et hoc est quod subdit. Bonosque circa aliquid factos, id est, in aliquo gradu dignitatis positos, honorare, ita, id est, intantum, vt putentur nunquam honorari magis à ciuibus suæ legis existentibus, id est, nullus conciuuium suorum eos tantum possit honorare.

mm Et adiungit adhuc. Et tales quidem honores distribuere ipsum supplicii, id est, ei qui simplex est, & deuotus, quia non cuiuslibet distribuit tales honores, sed supplicii & deuoto ad cultum diuinum: per alios principes & prætoria, id est, si distribuit supplicibus dignitates principatum suorum, sic etiam distribuit prætoria committens talibus iudicia. Vel potest esse alia litera. Supplicia autem, &c. vt sit sensus, quod honores & dignitates distribuuntur à tyranno immediate, vt ex hoc subiecti magis ad ipsum alliciantur: supplicia autem, supple, reis debita, inferantur per principes sibi subiectos, vt subditi minus contra eum moueantur: & prætoria, id est, iudicia quæ à iudicibus in prætorio promulgantur contra damnatos. Et sic finita est pars ista, quæ est de cautelis sumptis à tribus finibus tyrannorum.

nn Deinde cum dicit, Communis autem custodia omnis monarchiæ, &c. ponit cautelas quæ faciunt ad custodiam omnis monarchiæ. Et diuitur in tres partes. In prima ponit cautelas tres, quæ faciunt ad custodiam omnis monarchiæ. In secunda ponit cautelas duas sumptas ex partibus ciuitatis, ibi, *Quoniam autem ciuitates ex duabus partibus, &c.* In tertia ostendit quæ tyrannides & oligarchiæ his cautelis videntes, diutius durauerunt, ibi, *Adhuc autem ipsum*

ipsum disponere secundum morem, &c. Sententia primæ partis hæc est, quod communis custodia monarchiæ est, quod nullum virum faciat excellenter magnum: sed si magnos debeat facere, quod faciat multos, & non vnum: quia multi magis seruabunt se inuicem, quam vnus: & hæc est sententia cautelæ primæ. Secunda est, quod si aliquem à magna dignitate debeat deponere, quod non deponat eum à tota dignitate simul, sed gradatim: quia hoc facilius sustinebit. Tertia est, quod cohibeat se, ne inferat iniurias, & maxime duas, scilicet flagellationem in corpore, & increpationem criminofam contra fenos: quia hoc facile non sustinerent viri honesti. Quarta est, quod si aliquando debet inferre supplicia, quod hoc faciat ex patente causa, & non ex impulsione iræ, vel vindicta alicuius. Et assignat causam, vel probat per Heraclitum: quia puniti à principibus, ex ira & furore inuasui sunt principatum, etiam si animas perdere debeant. Hæc est sententia literæ quæ sic ordinanda est. Communis autem custodia omnis monarchiæ, supple, est, nullum virum facere magnum, supple, excellenter, sed siquidem, supple, oportet hoc fieri, plures, supple, facere magnos conuenit. Et ponit rationem, ibi, Seruabunt enim inuicem, id est, vnus ab alio seruabit principem.

oo Et sub eadem cautela adiungit. Si autem forte aliquid oporteat facere magnum, nequam, supple, faciat magnum secundum morem audacem: audax enim, vt dicitur in 3. Ethic. est, qui nec timet timenda, nec non timenda: & est ille qui precipitat se in pericula. Et hoc est quod subdit pro ratione, ibi, Maximè enim inuasius talis mos, id est, tale morale vitium, scilicet audaciæ, penes omnes actiones, id est, in omnibus actionibus præceps est talis in pericula.

pp Secundam cautelam ponit, ibi, Et si à potentatu aliquid videatur demittere, id est, deponere, gradatim hoc agere, supple, conuenit, & non totam simul auferre potestatem. Et huius ratio est. Quia sicut nemo repente fit summus, ita nullus secundum honorem summus, paritur libenter esse minimus.

qq Tertiam cautelam ponit, ibi, Adhuc autem omnem quidem iniuriam cohibere conuenit, supple, monarchæ, præcipue autem duas, eam scilicet quæ in corpus flagellationem (flagellatio enim pœna seruilis, quam sustinere honesti erubescunt) & eam quæ in ætatem, supple, exprobrationem: fenos enim venerabiles sunt, non exprobrandi, maximè quando eis canities, & mentis virtus testimonium perhibent. Sap. 4. Senectus venerabilis est, non diuturna, nec annorum numero computata: canities enim sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. Et propter hoc subdit, ibi, Maximè autem hanc faciendam reuerentiam, quod scilicet non flagellentur nec exprobrantur, circa amatores honoris, id est, circa virtuosos: honor enim, vt dicit in primo Ethic. est præmium virtutis, & ideo ab antiquis diffinitur sic: honor est exhibitio reuerentiæ in testimonium virtutis. Et vt ostendat, quod talis iniuria grauiter fertur à talibus, subdit. Eam quidem enim quæ est ad pecunias, minoratio-

nem, quæ scilicet fit per pœnam damni, amatores pecuniarum ferunt grauius: eam autem quæ ad inhonorationem, supple, grauiter ferunt, amatores honoris & epices hominum, id est, iusti & boni inter homines secundum virtutem. Propter quod quidem bene vt oportet talibus. Et subinfert qualiter oportet inferri supplicia, si inferenda sunt, ibi, Aut supplicia videri facientem patriæ (Et est quarta cautela) publicè enim plectendus est, qui est plectendus. Propter quod dicit Aristoteles in regimine dominorum, quod Rex Persarum semel in anno publicè coram populo apparuit, & tunc dignis dona & honores impendit, & maleficos punire fecit publicè coram omnibus. Et hoc est quod sequitur. Et non impensionem, vindictæ scilicet vel iræ. Et subdit, ibi, Eas autem quæ ad ætatem, colloctiones, quas scilicet necesse est habere monarcham cum suis, propter amatiuas causas, supple, debet habere cum senibus, quos amare debet. Exemplum est 3. Regum 12. vbi Roboam spreto consilio seniorum, & sequens consilia iuuenum, scidit regnum. Et hoc est etiam quod sequitur hic. Sed non propter potestatem: ex potestate enim nihil facere debet cum senioribus, sed ex amicitia. Et sub eadem cautela addit. Totaliter enim reputatas inhonorationes, quas scilicet monarcha intulit alicui, redimere, supple, oportet maioribus honoribus, vt scilicet placeat eum quem offendit.

rr Omnium horum subdit rationem & causam, ibi, Inuadentium autem, id est, de numero inuadentium, sunt ad corporis differentiam, id est, ad corporis periculum. Hi maximè terribiles, scilicet qui inuadunt principes propter inhonorationem sibi factam, & indigent, supple, principes, ampliori custodia, supple, ab his, quicumque non eligunt acquirere viuere, id est, acquirere vitam, cum peremerunt: magis enim volunt mori quam in exprobratione & turpiter viuere. Et sicut dicit Aristoteles in 3. Ethic. Est eis mors tali salute eligentior. Et ex his concludit, quod talibus periculosum est facere vituperium, ibi, Propter quod maximè vereri oportet putantes iniuriam pati, aut ipsos, id est, seipsum, aut eos, quorum curantes existunt, id est, aut amicos de quibus curam habent. Et ponit rationem, ibi, Non parcunt enim sibiipsis qui propter furorem inuadunt, id est, non reputant pericula. Et hoc confirmat per Heraclitum, subdens. Sicut & Heraclitus dixit, dicens: Difficile esse cum furore pugnare. Et subdit causam, ibi, Animæ enim, id est, vitæ pretium fieri: quia ex furore inuadens libenter perdit vitam vt interficiat eum qui intulit iniuriam.

ss Deinde cum dicit, Quoniam autem ciuitates ex duabus, &c. ponit cautelas à partibus ciuitatis sumptas. Et circa hoc duo facit. Primum enim ponit cautelas. Secundò ostendit, quod tyrannides secundum dictas cautelas gubernatæ, diutius semper durabunt, ibi, *Plurimo enim tempore fuit, &c.* Sententia primæ partis hæc est, quod quia duæ partes sunt in ciuitate, egeni scilicet & diuites, quod oportet tyrannum ambas saluare partes quantum potest, & neutram ab altera aliquid iniuste permittere parti: & quod oportet eum valentiores ad se trahere, &

maximè principatus, id est, eos qui in principatu sunt constituti, & nihil violentum facere in ciuitate. Et specificat, ita quod neque faciat seruorum liberationem, nec perficiat tyrannum, nec faciat ablationem armorum ab insignibus. Et assignat causam: quia sic attrahit ciues vel maximam partem ciuium, quibus adiunctis suæ potentia semper valentior erit omnibus insurgentibus. Deinde ostendit, quod quidem multæ tales sunt cautela, sed non oportet immorari singulis: quia talis multiplicatio est materialis & intentio in omnibus manifesta. In fine ex omnibus colligens dicit, quod oportet tyrannum studere ad hoc quod exhibeat se non tyrannum, sed œconomum & regalem, & quod ita videatur non curare de seipso, sed semper appareat quasi procurator ciuitatis: & si aliquem persequitur, quod ille sit mediocris, & videat, quod non persequatur excellentes, & quod alloquatur dulciter & amabiliter, & quod multos ex populo faciat demagogos: quia ex hoc principatus erit pulchrior, & magis zelabilis, quam si semper meliores principentur, & nunquam humiles. Et adiungit, quod nullum odio habeat, neque timori sit: quia sic principatum faciet esse durabiliorem: & quod bene dispositus sit ad virtutem moralem, ita quod sit bonus, vel ad minus semibonus, & non sit malignus, sed ad summum semimalignus. In fine omnium horum adiungit causam. Quia scilicet inter omnes politias minus durabiles sunt oligarchia intensa & tyrannis, & stare non possunt, nisi his cautelis adhibitis. Hæc est tota sententia. Litera verò sic est ordinanda. Dicit ergo. Quoniam autem ciuitates ex duabus partibus constitutæ sunt, ex egenis, supple, hominibus, & opulentis, maximè quidem utroque oportet existimare saluari propter principatum, id est, quod à principio vnusquisque in iure suo saluetur & custodiatur. Et hoc est quod sequitur. Et alios ab aliis iniustum pati nihil. Quicumque autem fuerint valentiores, inter egenos scilicet & diuites, hos proprios facere, sibi scilicet, id est, quod inclinet eos ad se, tanquam sint sui proprii, maximè principatus, id est, eos qui in principatu sunt constituti, qui, sicut dicitur Amos 6, sunt optimates capita populorum. Et addit, quod si hoc exiterit rebus, si quidam habeant seruos & arma, quod neque seruorum liberationem, neque facere tyrannum, oportet, supple, neque armorum ablationem. Et ponit causam, ibi, Sufficiens enim altera pars appositæ, id est, attracta, ad potentiam, supple, tyranni, ut valentiores sint insurgentibus: & sic in principatu manebit tyrannus non timens insurgentes.

zz Omnis his positis dicit, quod superfluum est immorari talibus, ibi, Superfluum autem est dicere per singula talium, id est, ea quæ sunt de numero talium: quia sicut dictum est, in talibus non est nisi multitudo materialis. Et ponit causam, ibi, Intentio enim manifesta, supple, est. Et quæ sit intentio, subdit. Quia oportet non tyrannum, sed œconomum & regalem videri esse subditis, & non suum curantem, sed procuratorem, supple, esse ciuitatis & communitatis, & mediocris vitæ,

id est, medios inter insignes & egenos persequi, id est, perfectè sequi (Et causa huius in præhabitis dicta est, scilicet quod ad quamcumque partem declinant mediæ personæ, illa præualebit) non excellentias: quia sicut dictum est, si excellentias persequitur, id est, fauore persequitur, egeni & medij discedent ab eo, & opponent se ei.

uu Et addit adhuc de intentione ista, ibi, Adhuc autem insignes quidem affari, id est, dulciter alloqui & salutare, multos autem, scilicet ex communi multitudine acceptos, demagogizare, id est, demagogos facere. Et ponit causam, ibi, Ex his enim necessarium, supple, est, non solum principatum esse pulchriorem, sed & magis zelabilem, quam quod meliores principentur, supple, semper, & non humiles. Et addit adhuc qualem se debet exhibere, ibi, Neque odio habitum, supple, se exhibeat, & timore, id est, quod non exhibeat se austerum, qui semper timeatur, perseuerare, id est, quod non perseueret in his. Idem dicit Augustinus in regula de Prælato: Honore coram vobis Prælati sit vobis, timore coram Deo substratus sit pedibus vestris: & quamuis vtrumque sit necessarium, tamen plus à vobis appetat amari, quam timeri. Et addit. Sed & principatum esse durabiliorem, supple, faciunt ista.

xx Et dicit adhuc de eadem intentione, ibi, Adhuc autem ipsum, scilicet tyrannum disponere, supple, oportet, secundum morem, id est, virtutem moralem. Et exponit hoc. Vel bene ad virtutem, supple, se habens, vel semibonum existentem, id est, apparenter bonum. Et hoc est quod addit. Et non malignum, sed semimalignum.

yy Omnium horum ponit causam, ibi, Equidem omnibus politias, paucioris temporis sunt oligarchia, scilicet intensa, & tyrannis. Et huius ratio est: quia durum est imperium vtriusque: & idè subiecti sæpè opponunt se eis, & deponunt à principatu. zz Deinde cum dicit, Plurimo enim tempore, &c. ostendit, quod tyrannides secundum cautelas præhabitas gubernatæ, diutius durauerunt. Et probat hoc per quinque tyrannides, quas inducit per ordinem, quæ cum talibus cautelis diu durauerunt, aliis valde citò consumptis. Prima est Orthagori & filiorum eius, qui Sicyonem prouinciam centum annis principatu tyrannico rexerunt: quia subditis vrebantur moderatè. Et filius eius Clithenes nomine, non fuit facilè contemptibilis, & fuit bellicosus & victoriosus: propter quod etiam imaginem meruit in foro. Pisistratus autem tyrannus vnus de successoribus eius, quia hoc non fecit, nec sic obseruauit, vocatus ad Ariopagum apud Athenas, sustinuit depositionis sententiam. Et hoc est totum quod dicitur in politia prima durante per centum annos. Litera sic ordinatur. Plurimo enim tempore fuit quæ circa Sicyonem, prouinciam scilicet, tyrannis, quæ Orthagori puerorum, id est, filiorum, & ipsius Orthagori, patris scilicet: permansit enim ipsa annis centum. Et huius ponit causam, ibi, Huius autem causa, supple, fuit: quia subditis vrebantur moderatè, Orthogorus scilicet

scilicet & filij sui, & in multis legibus seruiebant, & subditos gubernabant. Et adiungit adhuc vterioꝝ causam, ibi, Et quia bellicosus fuit Clithenes, vnus scilicet de filiis, nõ fuit facilè contemptibilis, & quidem ad multa curis, id est, in curis publicis demagogizabat, id est, vices populi gerens concionabatur pro populo. Et hoc probat per historias, ibi, Dicitur igitur Clithenes respondente de victoria ipsum quomodo coronauit, id est, quomodo populus coronauit eum corona respondente victoriæ ipsius. Et addit de imagine quam meruit, ibi, Quidam autem aiunt imaginem esse eius qui iudicauit sic, id est, Clithenis, qui in principatu suo iudicia talia exercuit, statuam, quæ in foro sedet, apud Sicyonem scilicet: statnam enim hæc meruit: quia moderatè gubernauit subiectos. Idem probat per oppositum, ibi, Aiunt autem & Pisistratum, qui scilicet fuit crudelis tyrannus, aliquando sustinuisse sententiam depositionis, cum scilicet esset vocatus ad Ariopagum. Et sic finita est prima tyrannis de centum annis.

aaa Secundam ponit, ibi, Secunda autem circa Corinthum quæ Cypselidoram, supple, fuit, id est, Cypseli & filiorum eius. Etenim hæc tyrannis durauit 73. annis, & mensibus sex. Et ostendit quomodo. Cypselus quidem enim tyrannizauit annis 30. Periander vnus de pueris eius 44. Plammetius autem qui Gordia, supple, fuit filius, annis tribus. Causæ autem hæc eadem, quare ita diu permanserunt in principatu, & id est, etiam huiusmodi: quia, supple, bene vrebantur subditis. Et ostendit quomodo, ibi, Cypselus quidem enim demagogus erat, id est, concionator, & à principio permansit sine armorum custodia, tanquam scili-

cet confidens de ciuibus: Periander autem alius de pueris fuit quidem tyrannus, sed bellicosus, id est, bella agens, scilicet pro ciuibus: & idè manserunt in principatu.

bbb Tertiam tyrannidem ponit, ibi, Tertia autem, supple, tyrannis quæ diu durauit, fuit, quæ Pisistratidorum Athenis. Et ostendit quomodo illa fuit, ibi, Non fuit autem continua: bis enim fuit Pisistratus tyrannizans, ita vt in annis 30. tribus 17. annis horum tyrannizauit: pueri autem, huius succedentes ei scilicet 18. annis, supple, tyrannizauerunt: quare omnes anni fuerunt 35: quibus durauit tyrannis Pisistratidorum apud Athenas.

ccc Quartam & quintam tyrannides ponit, ibi, Reliquarum autem, supple, tyrannidem quæ circa Hieronem, tyrannum scilicet, & Gelonem circa Syraculas, supple, fuerunt tyrannides, non autem permansit ipsas multos annis, sed omnes tyrannides illæ, supple, duobus deficientibus de viginti, id est, 18. Et computat de tyranno in tyrannum, ibi, Gelon quidem enim 7. annis tyrannizauit, octauo vitam finiuit: decem autem Hieron ibidem, supple, tyrannizauit: Thrasylbulus autem, succedens, supple, illi, vndecimo mense excidit, propter malitiam, supple. De omnibus talibus generaliter subdit. Multæ autem tyrannidem, pauci temporis fuerunt omnes penitus: quia scilicet malitiæ eorum non sciabant eos viuere, nec in principatu permanere. Postea ponit epilogum omnium istorum, ibi, Quæ quidem igitur circa politias, & quæ circa monarchias, ex quibus corumpuntur, & iterum saluantur, ferè dictum est de omnibus. Ferè dicit: quia in particularibus nihil ad vlcimum dici potest.

CAPVT IX.

IN politia autem dicitur quidem **I**de transmutationibus à Socrate, non tamen dicitur bene. Optimæ enim politia & primæ existentis non dicit transmutationem propriè. Ait enim causam esse, id quod est, non manere aliquid, sed in aliqua periodo transmutari. Principium autem esse horum, quorum epitritus, fundus quinatio coniugatus duas harmonias exhibet, dicens, quando numerus diagrammatis huius solidus fuerit.

b Tanquam natura quandoque producente & meliores, & peiores disciplina, hoc ipsum dicens fortè non valè. Contingit enim esse aliquos, quos disciplinari & fieri studiosos viros, impossibile est.

c Sed hæc quidem vtrique erit transmutatio eius quæ ab illo dicitur optima politia magis quam aliarum omnium, & eorum quæ sunt omnium, & per tempus, per quod dicit omnia transmu-

CAPVT IX.

IN Republica verò Platonis Socrates de **I**mmutationibus loquitur, nec tamen rectè. Illius enim Republica quæ est optima, atque prima, mutatio nulla propria assignatur. Inquit enim causam esse mutationis, quia sic natura comparatum sit, ut nihil permanceat, sed in ambitu quodam temporis mutationem recipiat. Esse vè à principium horum, inquit, quorum sesquitercius quinatio coniungatur, fundus duas exhibet harmonias: inquit, quando numerus diagrammatis huius efficiatur solidus

Vt pote natura producente prauos & meliores disciplina. Hoc ergo forsàn, inquit, non male, fieri enim potest, ut sint aliqui, quos disciplina institui, ac bonos fieri viros, impossibile est.

Sed hæc non propria mutatio foret illius Republica, quam optimam esse vult, magis quam aliarum omnium, & vniuersorum quæ sunt, & ex tempore, per quod inquit omnia mutari, & ex eo quia non simul tari,

rari, & quæ non simul inceperunt fieri, simul transmutantur, velut si die priori ante tropicum facta, fuerunt, simul transmutantur.

d Adhuc autem propter quam causam ex hac in eam quæ Lacedæmoniorum fit transmutatio? Sæpius enim in contrariam transmutantur omnes politię quam in eam quæ propè. Eadem autem ratio & de aliis transmutationibus. Ex Lacedæmoniensium enim, ait, transmutantur in oligarchiam: ex hac autem in democratiam: in tyrannidem autem ex democratia. Et quidem etiam è contrario transmutantur, puta ex demo in oligarchiam, & magis quam in monarchiam.

e Adhuc autem tyrannidis non dicit, neque si erit transmutatio, neque si non erit, propter quam causam, & in qualem politiam. Huius autem causa: quia non facile utique haberet dicere. Indeterminatum enim. Quoniam & secundum illum oportet & in primam & optimam. Sic enim utique fieret continuum, & circulus. Sed transmutatur & in tyrannidem tyrannis, sicut quæ Sicyonis, ex ea quæ Myronis, in eam quæ Clisthenis: & in oligarchiam, sicut quæ in Chalcide, quæ Antileontis: & in democratiam, sicut quæ Gelonis in Syracusis: & in aristocratiam, sicut quæ Charilai, in Lacedæmonia, & in Carchedone. Et in tyrannidem transmutatio fit ex oligarchia, sicut in Sicilia ferè plurimæ antiquarum in Leontinis, in tyrannidem Panætij, & in Gela in eam quæ Cleandri, & in Rhegio in eam quæ Anaxilai, & in aliis ciuitatibus multis similiter.

f Inconueniens autem & putare in oligarchiam propter hoc transmutari, quia amatores pecuniarum & pecuniosi, qui in principatibus: sed non quia qui multum excedunt in substantiis, non iustum putant æquale participare per ciuitatem eos qui nihil possident, cum his qui possident.

g In multisque oligarchiis non licet pecuniosum fieri, sed leges sunt prohibentes. In Carchedone autem democratizantes pecuniosi sunt, nec tamen transmutatæ fuerunt.

h Inconueniens enim est dicere, duas ciuitates esse eam quæ oligarchia diuitum & pauperum. Quid enim hæc magis quam Lacedæmonica passa est, vel quæcumque alia, ubi non omnes possi-

incipiunt simulque mutantur, ceu si pridie mutationis facta essent, simul forte mutantur.

Præterea quam ob causam ex illa transit ad Lacedæmoniorum Rempub. Sæpe enim in contraria transeunt Resp. omnes quam in ea qua sint propinqua. Eadem ratio est de aliis quoque mutationibus. Ex Laconica enim, inquit, mutatio fit ad paucorum potentiam. Ex ista verò ad popularem statum, ex illo rursus ad tyrannidem. Atqui è contrario mutantur, ceu ex populari in paucorum potentiam, & magis quidem quam in tyrannidem.

Præterea tyrannidis utrum mutatio sit, vel non sit, nil dicit, propter quam causam, nec in quam Reipub. speciem transit. Huius verò causa est, quod non faciliter dicere valebat. Infinitum enim. Nam secundum eum oportebat in primam & optimam: sic enim utique feret continuo circulus. Sed mutatur in tyrannidem tyrannis, ut ea quæ apud Sicyonios, ex Myronis tyrannide in Clisthenis: & in paucorum potentiam, ut illa quæ in Chalcide fuit Antileontis: & in popularem statum, ut illa quæ Gelonis fuit Syracusis: & in optimates, ut illa quæ Charilai apud Lacedæmonios, & Carchaginenses. Et in tyrannidem fit mutatio ex paucorum potentia, ut in Sicilia, plurima veterarum in Leontinis in Panætij tyrannidem, & apud Gelam in Cleandri, & apud Rhegium in Anaxilai, & in aliis compluribus ciuitatibus eodem modo.

Absurdum etiam putare in paucorum potentiam idè transire, quia homines cupidi, & pecuniarum studiosi, in magistratibus versentur: ac non quia plurimi diuitiis superabundantes, non iustum existimant par habere in ciuitate eos qui habent.

In multisque paucorum potentiis, non licet pecunias querere, sed leges sunt prohibentes. Et apud Carthaginem quæ populariter gubernatur, pecunias student, nec tamen adhuc mutati sunt.

Absurdum etiam dicere esset duas ciuitates sub paucorum gubernatione, opulentorum, & inopum. Quid enim aliud huic, quam Laconica accidit, vel alteri cuiumque, ubi non omnes aequalia possideant,

dent

dent aequalia, vel non omnes similiter erunt boni viri. Nullo autem pauperiori facto quam prius nihil minus transmutantur in dæmum ex oligarchia, si fiant plures qui egeni, & ex demo in oligarchiam, si valentius fuit quod opulentum, quam multitudo: & ij quidem non curent, ij autem adhibeant intellectum.

i Multisque existentibus causis, per quas fiunt transmutationes, non dicit, sed vnam, quia prodigi facti, vsurarij fiunt pauperes, ut à principio diuitibus existentibus omnibus aut plurimis. Hoc autem est falsum. Sed quando quidam prædium perdiderunt substantias, innouant, quando autem aliorum, nihil fit dirum. Et transmutantur nihil magis nunquam in dæmum quam in aliam politiam. Adhuc autem & si honoribus non participant, & si iniuria patiantur, vel iniurias, seditiones faciunt, & transmutant politias: etsi non consumperint substantiam, propter licere sibi quodcumque voluerunt facere, cuius causam, eam quæ valde libera, esse dicit.

& Pluribus autem existentibus oligarchiis & democratiis, tanquam vna existente vtraque, dicit transmutationes Socrates.

CAPVT IX.

N In isto capite ultimo Aristoteles improbat opinionem Socratis de causis transmutationum politiarum: & secundum duas opiniones Socratis diuiditur in duas partes. Primò improbat eam quæ est ex transcendentibus. Secundò improbat eam quæ est ex propriis, ibi, *Inconueniens est enim dicere, &c.* Prima adhuc diuiditur in duas partes. In prima ponit opinionem Socratis. In secunda ponit improbationem, ibi, *Sed hoc quidem utique erit, &c.* Circa opinionem Socratis duo facit. Primò ponit eam. Secundò laudat quod laudandum est in ea, ibi, *Hoc ipsum dicens fortè non male, &c.* In prima procedit sic. Dicit enim, quod de causis transmutationum politiarum loquutus est Socrates, sed non bene: quia nec proprias causas assignauit, nec veras. Et ponit opinionem Socratis, & est hæc, quod scilicet in qualibet ciuitate & regione, non mutatur prima & optima politia illius regionis vsque ad periodum illi regioni ex cælestibus constitutam. Et ut hoc intelligatur, oportet accipere ex astrorum scientia. Dicitur enim à Prolemæo & ab Albumasar in libro de coniunctionibus grauium planetarum, Iouis scilicet & Saturni, ex quibus causantur magna mundi accidentia & transmutationes per coniunctionem eorundem de triplicitate

aut non omnes aequaliter sunt boni viri? Nullo autem pauperiore facto, nihilominus ex paucorum transmutantur gubernatione ad popularem statum, si plures sint inopes. Et ex populari in paucorum potentiam, si potentiores sint opulenti, quam multitudo. Et alteri negligant, alteri intendant.

Cumque plures sint cause, ex quibus mutationes fiunt, eas non dicit, sed non solum, quod prodigaliter viuentes, vsuris confecti, pauperes efficiuntur. Quasi verò fuerint omnes ab initio diuites, vel plurimorum. Sed hoc falsum. At quando ipsorum potentium quidam patrimonia consumperint, res novas moliantur: quando autem alij nihil graue accidit. Et mutantur nihilo magis in popularem statum, quam in aliam speciem gubernationis. Insuper verò & si honores vna cum aliis non capiant, si iniurias inferant, si contumelias afficiant, seditiones oriuntur, & mutationes in Republica fiunt, etiamsi nulla dissipatio patrimonij intercesserit, ex eo quod liceat, quicquid volunt, efficiere: cuius rei causam esse ferunt nimiam libertatem.

Cumque plures sint paucorum, plures etiam populi gubernationes, tanquam vtraque vna sit, mutationes assignat Socrates.

in triplicitate: & fit in quibuslibet ducentis quadraginta annis. Et huius ratio est: quia coniunguntur de nouo signo in nouum signum in quibuslibet viginti annis octaua parte anni minus: & tales coniunctiones duodecim faciunt in qualibet triplicitate: duodecies autem viginti faciunt 240. Et circa tertiam decimam coniunctionem faciunt in alia triplicitate: propter quod tunc mutatur quicquid tunc in priori triplicitate factum est secundum habitationes hominum & natiuitates, propter virtutes diuersas in figuris stellarum. Propter quod figura descripta super fundum alicuius ciuitatis, secundum numerum solidum, qui provenit ex ductu numeri in se in quadratum, non mutatur: quia solidus est & terragona irradiatione Iouis & Saturni constituitur: & politia illa quæ ex tali figura radiationis causatur, optima est illi loco: quia à cælestibus munitur, & non mutatur vsque ad periodum alterius triplicitatis. Si autem describitur irradiatio super fundum aliquem ciuitatis secundum proportionem numeri septagoni, sicut se habent tria ad quinque, ipsum enim tria continet & duas partes ternarij, quæ proportio vocatur Græcè epitrita, Latine sesquitercia in arithmetis, & tunc quando mutatur, non mutatur nisi ad politiam proportionalem sibi in proportione tali. Hæc est positio Socratis. Dicit autem in contrarium Aristoteles, quod secundum hoc oportet.

teret, quod aliqui nascerentur pravi non mutabiles in contrarium: sed qui scilicet prava politia videntur, pravi sunt: & quod necessitas prauitatis esset ex figura radiationis descriptæ super fundum habitationis eorum: & hoc falsum est: quia licet quidam pravi nascerentur ex dispositione stellarum & inerudibiles ad virtutes, tamen cum hoc sit in actibus voluntariis, qui nulla necessitate obligantur, continuè possunt mutari de politia in politiam per solam causam voluntatis, & non tantum possunt mutari in politiam propinquam secundum proportionem, sed etiam in longinquam & omninò contrariam. Dicit etiam, quod secundum hoc Socrates non potest assignare causam quomodo tyrannis in tyrannidem mutetur. Et hæc est tota sententia primæ partis. Litera sic ordinanda est. In politia autem dicitur quidem, id est, in lib. quem scripsit Socrates de politia, de transmutationibus à Socrate, non tamen bene: quia non ex propriis causis. Et hoc est quod sequitur. Optimæ enim politia & primæ existentis non dicit transmutationem propriè, id est, per propriam causam. Et ostendit hoc per dictum Socratis, ibi, Air enim causam esse, scilicet Socrates, transmutationis politia, id quod est, id est, contingit non manere, aliquid, semper, supple, sed in aliqua periodo transmutari, id est, figura triangulari. Et hoc est quod dictum est, quod quando radiationes in aliqua triplicitate variantur secundum virtutes, quod tunc necesse est mutari quod factum est in periodo anterioris triplicitatis. Et exponit quomodo, ibi, Principium autem horum, supple, dicit Socrates, scilicet quod transmutantur, & in quid: quorum epiritus fundus quinario coniugatus, id est, quorum fundus secundum descriptionem radiationum se habet ad sesquiertiam proportionem, in hoc commutatur, & non in aliud. Et hoc explanat vterius, ibi, Duas harmonias, id est, duas proportionem exhibet, supple, Socrates dicens, quando numerus diagrammatus, id est, descriptus fuerit: vel, sicut dicit alia litera, diagrammatis, id est, descriptionis (gramma enim scriptura est in Græco, diagramma autem descriptio) huius solidus fuerit, id est, non ductibilis nisi in seipsum, tunc politia nunquam mutatur nisi in seipsum. Alia autem descriptio fuit de illa: dictum est enim, quod quando numerus radiationis descriptæ proportionalis est alij numero radiationis super illum fundum, tunc politia huius fundi mutatur in politiam alterius fundi.

b Et incipit obuiare, ibi, Tanquam natura quandoque producente prauas & meliores politias, id est, quod hoc dixit Socrates, ac si opinaretur, quod natura ex vi stellarum de necessitate produceret quasdam politias meliores disciplina, id est, secundum disciplinam. Secundo cum dicit, Hoc ipsum dicens, &c. laudat quod laudandum est in hac positione, & dicit, Hoc ipsum dicens fortè non malè. Et dicit fortè, eò quod secundum dispositionem stellarum veram est, sed per necessitatem falsum. Et hoc est quod sequitur. Contingit enim aliquos, supple, secundum dispositionem stellarum, quos disciplinari & fieri studiosos viros, impossibile

est, scilicet secundum dispositionem stellarum, & non simpliciter. Et huius duo exempla pulcherrima ponuntur in Commento Bugafori super centilogium Ptolemæi. Vnum de Hipocrate, qui ex constellatione nativitatæ figuram accepit proclium in vitia. Vnde cum figuram illam à se depictam per duos discipulos mitteret ad Polum physiognomiam actorem, dixit Polus, Hic vir cuius hæc est figura, incontinens est & vitiosus est. Istis respondentibus quod falsum esset: quia optimi viri esset figura, & idè quod diuinatio eius esset falsa, & ars quam tradidit. Et redeuntibus ad Hipocratem & referentibus quid dixit, & quid responderent, dixit Hipocrates, Verum dixit Polus: ad pessima enim dispositus sum: sed quia vidi hoc turpe esse, ex animo transtuli me ad bona. Aliud exemplum est de quodam rege Persarum, de quo dixit Bugaforus, quod inuenit eum pulcherrimis indutum, pulchras vxores diligentem, cum honestis conuersantem, & dixit ei, Quid hoc te, cum inueniam omnes significatores tuos esse malos & turpes, quod tamen in pulchris & honestis delectaris? Et respondit rex, quod verum est, quod ex inclinatione nativitatæ semper appeto turpia & inhonesta: sed quia video hoc indecens esse regi, virtute animi vinco me ipsum, & traho me ad pulchra & honesta.

c Deinde cum dicit, Sed hæc quidem vtiq; &c. ponit improbationem contra positionem Socratis, dicens. Sed hæc quidem vtiq; erit propria transmutatio eius, quæ ab illo dicitur, id est, à Socrate, optima politia, magis quam aliarum omnium, supple, transmutatur, & eorum quæ sunt omnium, supple, causa erit secundum Socratem, & per tempus, periodi scilicet per quod dicit omnia transmutari, scilicet Socrates, & quæ non simul inceperunt fieri, simul transmutantur, quod tamen non deberet esse secundum Socratem: quia super nativitatibus eorum non est scriptum diagramma constellationis. Et exponit, ibi, Velut si die prioris ante tropicum facta fuerunt, simul transmutantur.

d Et obiicit vterius & fortius, ibi, Adhuc autem propter quam causam ex hac, quacumque scilicet politia determinata, in eam quæ Lacedæmoniorum sit transmutatio. Huius enim causam non potest assignare Socrates ex dictis suis. Et hoc est. Sæpius enim in contrariam transmutantur omnes politia quam in eam quæ propè, sicut dixit Socrates. Et adhuc ad idem obiicit, ibi, Eadem autem ratio & de aliis transmutationibus. Et dat exemplum, ibi, Ex Lacedæmonensi enim, air, supple, Socrates, transmutantur (in plurali legendum est) & hæc transmutatio fit in oligarchiam: ex hac autem, scilicet oligarchia, in democratiam: in tyrannidem autem ex democratia. Et adhuc vterius ponit exempla, ibi, Et quidem etiam è contrario transmutantur, puta ex demo, id est, democratia in oligarchiam, magis quam in monarchiam.

e Et vterius obiicit ad idem, ibi, Adhuc autem tyrannidis non dicit, Socrates scilicet, neque si erit transmutatio, neque si non erit, propter quam causam & in qualem politiam, supple,

ple, transmutetur. Huius autem causa, scilicet quod non dicit: quia non facile vtiq; habere dicit. Et supponit rationem, ibi, Indeterminatum enim. Quoniam & secundum illum, scilicet Socratem, oportet & in primam & in optimam, supple, transmutari ex pessima & vltima. Sic enim vtiq; fiet continuum, & circulus quem ponit, scilicet Socrates de talibus: & vocat periodum. Et aduersatur subdens, ibi, Sed transmutatur & in tyrannidem tyrannis, sicut quæ Sicyonis, ex ea quæ Myronis, supple, transmutata fuit, in eam quæ Clithenis: & in oligarchiam, supple, mutatur tyrannis, sicut quæ in Chalcide, id est, Chalcædonia, quæ Antileontis, ibi enim tyrannis Antileontis mutata est in oligarchiam: & supple, mutatur tyrannis aliquando in democratiam, sicut quæ Charilai, tyrannis scilicet, in Lacedæmonicam, supple, democratiam mutata est, & in Carchedone, supple, similiter factum est. Et adhuc ponit exempla aliarum transmutationum, ibi, Et in tyrannidem transmutatio fit ex oligarchia, sicut in Sicilia ferè plurimæ antiquarum in Leontinis (Prouincia est Italia) in tyrannidem Panærij, supple, oligarchia mutata sunt: & in Gela (regio quædam est) in eam, scilicet tyrannidem, quæ Anaxilai, supple, oligarchia mutata est. Postea subdit generaliter, ibi, Et in aliis ciuitatibus similiter: & de nulla istarum, supple, potest Socrates ex sua suppositione conuenientem assignare causam vel rationem.

f Deinde cum dicit, Inconueniens autem & putare, &c. improbat opiniones Socratis: eò quod dixit, quod politia mutantur in oligarchiam, propter hoc quod ciues sunt amatores pecuniae. Et inducit ad hoc tres rationes. Prima est per deductionem ad inconueniens: quia scilicet secundum positionem Socratis, qui dixit omnia esse communia, & mulieres, & substantiam, si hoc est verum, tunc non licet principibus plus habere, quam pauperibus: & sic propter diuitias non transmutantur politia. Secunda ratio est: quia in multis oligarchiis hoc non licet, scilicet aliquem pecuniosum fieri: quia leges scilicet Socratis hoc prohibent: inde est, quod in multis ciuitatibus ex democratia & non oligarchia multi sunt pecuniosi, ex quo mutatae sunt politia. Et si aliquis responderet, quod duæ ciuitates sunt, quæ pauperum & diuitum, occurrit & dicit, quod est inconueniens, stante quod in Lacedæmonia vel in quacumque alia ciuitate, vbi non omnes æqualia possident, non similiter erant boni viri nullo pauperiori facto quam prius: & tamen politia eorum transmutata est ex democratia in oligarchiam, quando plures fuerunt opulenti, quam multiudo egenorum. Tertia ratio est, quod cum multæ sint transmutationes, Socrates non dicit nisi vnam, scilicet quod quando diuites perdidit substantiam per incuriam, quia scilicet non adhibent intellectum ad conseruandum suam, & tunc sunt vsurarij, democratia mutatur in oligarchiam: & hoc est falsum: sed potius quando perdidit substan-

D. Alb. Mag. Politic.

tiam, quicumque sint illi, & student innouare substantiam per quodcumque lucrum, si transmutatur politia, non plus in democratiam quam in oligarchiam vel aliam politiam transmutatur. Ad hanc rationem addit in fine, quod multæ causæ sunt seditionis ciuim, ex quibus transmutantur politia: sicut si non participant ciues honoribus æqualiter, vel si iniusta patiantur ab inuicem, ex quibus seditiones mouent ciues & transmutant politias, quamuis non consumpserint substantiam, ex quibus transmutant politias ciues. Socrates verò ex omnibus non assignat nisi vnam: & idè est diminutus. Et hæc est tota sententia vsque in finem. Litera sic ordinanda est. Inconueniens autem, &, id est, etiam putare in oligarchiam propter hoc transmutari politias, quia amatores pecuniarum, supple, sunt & pecuniosi. qui in principibus: sed non quia qui multum excedunt in substantiis, sicut prædiuites, supple, non iustum putant æqualem participare per ciuitatem, supple, portionem, eos qui nihil possident, cum his qui possident. Et hoc dixit Socrates, quando dixit omnia debere communia fieri.

g Secundam rationem ponit, ibi, In multisque oligarchiis non licet pecuniosum fieri, sed leges sunt prohibentes, Socratis scilicet, qui dixit omnia debere esse communia. Et inducit exemplum, ibi, In Carchedone autem democratizantes pecuniosi sunt, nec tamen transmutatae fuerunt, supple, politia in oligarchiam.

h Et si aliquis diceret, quod vna ciuitas sic facta est duæ, occurrit, & dicit. Inconueniens autem est dicere duas ciuitates esse eam quæ oligarchia diuitum & pauperum. Et adhuc inducit rationem, ibi, Quid enim hæc magis quam Lacedæmonica passa est, vel quacumque alia, scilicet ciuitas, vbi non possident omnes æqualia, vel non omnes similiter erant boni viri. Nullo autem pauperiori facto quam prius, nihil minus transmutantur in demum, id est, democratiam ex oligarchia, si sicut plures qui egeni, &, supple, è conuerso, ex demo, id est, democratia in oligarchiam, si valentius fuerit quod opulentum, id est, pars diuitum, quam multitudo, scilicet egenorum: & ij quidem non current, supple, de dissipatione facultatum, sicut prodigi, ij autem adhibeant intellectum, supple, ad conseruandum sua, sicut sapientes.

i Tertiam rationem ponit, ibi, Multisque existentibus, supple, causis, per quæ, id est, per quas, fiunt transmutationes, non dicit, sed vnam, id est, nisi vnam. Et ponit illam, ibi, Quia prodigi facti, vsurarij sunt pauperes, & hoc, supple, dicit, vt à principio diuitibus existentibus omnibus aut plurimis. Hoc autem est falsum. Quia etiam in principio ædificationis ciuitatis quidam pauperes, quidam diuites. Et ponit rationem, ibi, Sed quando quidam præsidum perdidit substantias, innouant, per vsuras scilicet, & per quacumque alia lucra: quando autem aliorum nihil fit duum, id est, duorum, scilicet quod nec excellenter diuites, nec excellenter pauperes sunt. Alia litera, nihil fit dirum, id est, triste. Et,

G g id

id est, etiam transmutantur magis nunquam, politiarum scilicet, in demum, id est, democraticam, quam in aliam politiam, quamcumque scilicet. Et ponit in fine, ibi, Adhuc autem & si honoribus non participant, supple, æqualiter ciues, & si iniusta patiantur vel iniurias, ab inuicem, supple, ciues, seditiones faciunt, & transmutant politias: est, id est, quamuis non consumpserint substantiam, propter licere sibi quæcumque volunt facere: cuius causam, eam quam valde libera, esse dicit, supple, Socrates,

sicut in primo primæ Philosophiæ, id est, in principio Metaphysicæ liberum dicimus hominem, qui causa sui est: & hic, qui potest quod vult.

k In fine adiungit reprehendendo Socratem de diminutione & insufficientia, ibi, Pluribus autem existentibus oligarchiis & democratiis, tanquam vna existente vtraque, id est, oligarchia & democratia, dicit transmutationes fieri Socrates: & idem diminutus est, supple. Et in hoc terminatur sententia quinti libri.



ARISTO



ARISTOTELIS POLITICORVM

LIBER SEXTVS,

Cum Beati Alberti Magni præclarissimis Commentariis.

CAPVT I.

De proprietatibus vniuersitatis que politiarum, & quis sit finis popularis gubernationis.



¶ **V**ot quidem igitur differentiarum, & quæ eius quod consiliatum, & dominans politiarum, & eius quæ circa principatus ordinis, & de prætoriiis, & qualia ad qualem politiam coordinata sunt: adhuc autem de corruptione & saluatione politiarum, ex quibus fit, & propter quas causas, dictum est prius.

b Quoniam autem fuerunt species plures democratiæ existentes, & aliarum similiter politiarum, simulque de illis, si quid residuum, non deterius considerare, & modum congruum & conferentem assignare ad vnamquamque. Adhuc autem & collectiones ipsorum dictorum omnimodorum considerandum.

c Hæc enim combinata faciunt politias variari, vt aristocratia sint oligarchia, & politia sint magis democratia. Dico autem combinationes (quas oportet quidem considerare, non sunt autem consideratæ) puta, si quod quidem consilians, & quod circa electionem principatum, oligarchicè fuerit institutum: quæ autem circa prætoria, aristocraticè: aut hoc quidem & quod circa consilians, oligarchicè, aristocraticè autem quod circa electiones principatum: aut secundum aliquem alium modum non omnia componantur, quæ politia conuenientia.

d Qualis quidem igitur democratia ad qualem congruit ciuitatem, similiter autem & qualis oligarchiarum, quali multitudini, & reliquarum autem politiarum quid quibus expediat, dictum est prius.

e Attamen oportet fieri palam, non
D. Alb. Mag. Politic.

CAPVT I.



¶ **V**ot igitur sunt differentia, & quales eius quod deliberandi habet potestatem, & in quo summa Reipub. consistit, & circa magistratum ordinationem, & de iudiciis, & qualia ad qualem ordinentur Reipub. & præterea de corruptionibus & conseruationibus Reipub. ex quibus proueniunt, & quas ob causas, dictum est prius.

Sed cum plures sint species popularis, & similiter aliarum gubernationum, de illis si quid restat, non peius fuerit considerare, ac simul unicuique earum proprium & conuenientem modum reddere: ac præterea considerare coniunctiones simul ipsorum modorum.

Nam eorum coniunctio parit Reipub. varietatem, vt & optimatum gubernationes ad paucorum declinent potentiam, & Reipub. magis populares existant. Dico autem coniunctiones (quas considerare oportet, & nunc vsque considerata non sunt) seu si pars illa qua in deliberando versatur, & ea qua circa electiones magistratum, ita instituta sit, vt confrat paucorum potentia: aut qua circa deliberandum, ad paucorum potentiam, qua autem circa electiones, ad optimatum gubernationem magis declinet: vel per alium quendam modum nec omnia instituta sint Reipub. congruentia.

Qualis igitur popularis quali congruat ciuitati, & qualis paucorum potentia, quali multitudini, & aliarum gubernationum qua quibus conferat, dictum est prius.

¶ Verumtamen oportet fieri manifestum non
Gg 2 solum

solum qualis harum politiarum sit optima ciuitatibus, sed & qualiter oportet instituere & has & alias, pertractemus breuiter.

f Et primo de democratia dicamus: simul enim & de opposita politia manifestum: hæc autem est, quam quidam vocant oligarchiam.

g Sumendum autem ad hanc methodum omnia quæ demotica, & quæ videntur democratias assequi.

h Ex his enim compositis democratia species fieri accidit, & democratias plures vna esse, & differentes. Duæ enim sunt causæ, propter quas democratia sunt plures. Primo quidem, quæ dicta est prius: quia diuersi populi: sit enim hæc quidem agricola multitudo, hæc autem banauum, & mercenarium: quorum primo assumpto cum secundo, & tertio rursus cum ambobus, non solum differt in fieri meliorem & deteriore democratiam, sed ex eo quod non eandem.

i Secunda autem de qua nunc dicimus: quæ enim democratias assequuntur, & videntur esse propria politia huius, simul posita, faciunt democratias alias: huic quidem enim pauciora, huic autem assequuntur plura, huic autem omnia. Opportunum autem vnumquodque ipsorum cognoscere ad instituendum quamcumque ipsarum aliquis extiterit volens, & ad directiones. Quærunt quidem enim qui politias instituunt, omnia conuenientia ad hypothefim congregare: peccant autem hoc facientes, quemadmodum in iis quæ circa corruptiones & saluationes politiarum dictum est prius.

k Nunc autem exigentias, & mores, & quæ appetunt, dicamus. Hypothefis quidem igitur democratia politia libertas. Hoc enim dicere consueuerunt, tanquam in sola hac politia participant libertate. Hoc enim coniectare aiunt omnem democratiam.

l Libertatis autem vnum quidem, in parte subiici & principari. Etenim iustum democraticum est, habere æquale secundum numerum, sed non secundum dignitatem. Huius autem existentis iusti multitudinem necessarium esse dominam, & quodcumque videatur pluribus, hoc esse finem, & hoc quod iustum. Aiunt enim oportere æquale habere vnumquemque

solum quam istarum gubernationum optima sit ciuitatibus, sed etiam quomodo constituenda sint & ista & alia, breuiter est explicandum.

Et primo de populari dicemus: nam per hanc etiam de contraria illius gubernatione patebit: hæc est autem quam vocant quidam paucorum potentiam.

Capienda sunt autem ad hanc disciplinam cuncta popularia, & quæ videntur popularium esse sequentia.

Ex his enim simul positis resultant species gubernationis popularis, & plures esse eas quam vnam, & differentes continget. Duæ sunt causa per quas plures existunt populares. Primum illa quæ dicta fuit: quia inter populos differentia est: sunt enim alij agricola, alij opifices, alij ministri: quorum primi à secundis, & tertij ab utrisque non in eo modo differunt, quod melior aut deterior popularis status, verum etiam in eo quod non idem sit.

Secunda verò causa est, de qua nunc dicimus: quæ enim popularem statum sequuntur, ac videntur esse propria ipsius, coniuncta simul faciunt varietatem: nam alicui pauciora consequentia sunt, alicui plura, alicui omnia. Vtile verò horum singula cognoscere, & ad constituendum quam velit quis, & ad corrigendum. Quærunt enim, qui Rempublicam instituunt, cuncta, quæ illi propria, & conuenientia sint in vnum colligere ad propositum suum, sed aberrant, dum hoc faciunt, ut supra dictum est à nobis, ubi de corruptionibus, & conseruationibus Rerump. tractauimus.

Nunc autem dignitates, & mores, & quæ flagitent, dicemus. Propositum igitur popularis Reipublicæ est libertas. Hoc enim dicere consueuerunt quasi in hanc solum modo Rempublicam libertatem quærentes. Ad hanc enim respicere dicunt omnem popularem statum.

Libertatis vero ipsius pars vna in eo consistit, ut per vices imperent, & parent. Nam iustum populare, est æquum habere secundum numerum, non secundum dignitatem. Ex quo fit ut secundum hoc iustum multitudo ex necessitate dominetur, & quicquid decreuerit populus, id esse ratum, & id esse iustum. Aiunt enim oportere, ut unusquisque ciuium æquum habeat: atque ita contingit in popularibus gubernationibus.

ciuium. Quare in democratias accedit magis esse dominos egenos diuitibus: plures enim sunt, dominans autem quod pluribus visum.

m Vnum quidem igitur libertatis signum hoc, quod terminum politia ponunt omnes, qui demotici. Vnum autem viuere, ut vult quis. Hoc enim opus libertatis esse aiunt. Siquidem seruientis ipsum viuere non ut vult. Et democratia quidem igitur terminus iste secundus.

n Hinc autem venit id quod est non subiici, maximè autem sub nullo. Si autem non, secundum partem, & facit hac ad libertatem eam quæ secundum æquale.

o Talibus autem suppositis, & tali existente principatu, talia demotica, scilicet eligere principatus omnes ex omnibus.

p Principari omnes quidem super vnumquemque, vnumquemque autem in parte super omnes.

q Sortiales esse principatus, vel omnes, vel quicumque non indigent experientia & arte.

r Non ab honorabilitate aliqua esse principatus, aut quam paruissima.

s Non bis eundem principari, aut raro, aut paucis, exceptis iis, quæ penes bellum.

t Pauci temporis esse principatus ij, quæ penes, vel omnes, vel quascunque contingit.

u Iudicare omnes, vel ex omnibus, & de omnibus, vel de plurimis, & de maximis, & de principalissimis, puta de correctionibus, & de politia, & de propriis commutationibus.

x Congregationem esse dominam omnium, principatum autem nullum nullius, aut quam paucissimorum aut maximorum dominam.

y Principatum autem maximè demoticum consilium, vbi non mercedis de factis omnibus. Ij enim auferunt & huius principatus potentiam: ad seipsum enim reducit iudicia omnia populus abundans pretio, sicut dictum fuit prius in methodo, quæ ante hanc.

z Deinde præmiare, maxime quidem omnes, congregationem, prætoriam, & principatus: si autem non, principatus, & prætoriam, & consilia, & congregationes præcipuas.

D. Alb. Mag. Politic.

nationibus, inopes plus posse quam opulentos: plures enim sunt, & id obtinent, quod pluribus videtur.

Vnum igitur libertatis signum hoc est, quod ponunt omnes populares Reipublicæ finem. Alterum verò, viuere ut quisque velit. Hoc enim aiunt opus esse libertatis: siquidem serui est viuere non ut vult. Hic est igitur secundus popularis Reipublicæ finis.

Hinc profectum est, nemini potissimum subesse velle. Quod si hoc non datur, at saltem per vices subesse ac præesse, idque pertinet ad libertatem quæ est secundum æquum.

His præsuppositis, ac tali existente principio, popularia huiusmodi sunt, summi ad magistratus omnes ex omnibus.

Ac præesse omnes unicuique, & vnumquemque vicissim omnibus.

Per sortem tribuere magistratus, vel omnes penitus, vel illos saltem qui non peritia indigent & arte.

A nullo censu esse magistratus, vel saltem à minimo.

Non nisi semel eundem magistratum ab aliquo geri posse, vel per raro, & paucos, exceptis his, qui versantur in bello.

Parui temporis esse magistratus, vel omnes, vel quot recipiunt.

Iudicare omnes & ex omnibus, & de omnibus, vel de plurimis, & de maximis & principalissimis, puta de corrigendo, & de Reipublicæ & de priuatis contractibus.

Et concionem esse omnium dominam, magistratum verò nullius: aut dominam esse concionem rerum maximarum, magistratum verò minimarum.

Inter magistratus autem popularissimum est consilium, vbi non omnibus est mercedis facultas. Nam tunc quidem adimunt & huius magistratus potentiam. Ad se enim reducit iudicia cuncta populus, mercede abundans, ut diximus supra, ubi de hac parte tractauimus.

Deinde mercedem capere, potissimum quidem omnes, concionem, iudicia, magistratus, vel saltem magistratus, & iudicia, & consilium, & conciones principales.

Gg 3 a a Aue

aa Aut principatum necesse conu-
uari cum inuicem.

bb Adhuc autem quoniam oligar-
chia & genere, & diuitiis, & disciplina
determinatur, quæ demotica, videntur
contraria horum esse, ignobilitate, pau-
perrate, banauis.

cc In principatibus autem nullum
perpetuum esse: si autem aliquis defi-
ciat ex antiqua transmutatione, tunc
circum tollere potentiam ipsius, & ex
eligibilibus fortiales facere.

dd Communia quidem democratia
hæc sunt. Accidit autem ex iusto con-
fesso esse demotico, hoc autem est
æquale habere omnes secundum num-
erum. Quæ maximè videntur esse
democratia, & demus. Æquale enim
nihil magis principari egenos quam
diuites, neque dominos esse solos,
sed omnes ex æquo secundum num-
erum. Sic enim utique putabunt exi-
stere æqualitatem ciuitati, & liber-
tatem.

CAPVT I.

IN hoc sexto libro Aristoteles exequitur de
consiliatiuo dominante politia, & ordine
principatus, & prætorio, secundum diuisionem
habitam in 4. lib. huius scientia. Vnde in hoc
lib. dicit propria vniuersaliusque, & maximè de-
motica, quæ prima est omnium politiarum,
secundum quod competit vnicuique ad ele-
ctionem politia, quæ sibi magis competit ad
felicitatem vitæ de qua tractaturus est in septi-
mo & octauo huius scientia. Diuiditur autem
iste liber in duas partes. In prima determinat
propria vniuersaliusque politia. In secunda
ostendit quæ sit optima politiarum, quæ consi-
stit in concordia populi & insignium, ibi, *Quo-
modo quidem igitur oportet instituere optimam, &c.*
Prima adhuc tres partes habet. In prima dicit,
quod sunt propria vniuersaliusque democratia.
In secunda dicit quid est æquale & iustum in
qualibet democratia, ibi, *Quod autem post hoc
dubitatur, &c.* In tertia facit comparationem
inter quatuor species democratia, & ostendit
quæ sit melior, ibi, *Democratia quidem exi-
stentibus quatuor, &c.* Prima pars adhuc diuidi-
tur in tres, in quarum prima vitur quodam
transitu, in quo continuat dicenda dictis. In
secunda ponit causas, quare democratia sunt
plures, ibi, *Dua enim sunt cause, &c.* In tertia
exigentias ponit & mores, secundum ea quæ
appetunt democratia communicantes, ibi,
Nunc autem exigentias & mores, &c. Circa pri-
mum tria facit: primò enim dicit quid dictum
est. Secundò quid restat dicendum, ibi, *Quo-
niam autem fuerunt species plures, &c.* Tertio
ostendit, quod oportet ostendere quæ politia
sit optima ciuitatibus, ibi, *Attamen oportet fie-
ri palam, &c.* Sententia primæ partis est hæc,

*Vel eos magistratus, quos necesse est in
eandem simul esse comestatione.*

*Præterea cum paucorum gubernatio ge-
nere, & diuitiis, & eruditione diffinia-
tur, videntur quæ popularitatis sunt, con-
traria esse, ignobilitas, inopia, sordidum
opificium.*

*Præterea potestatem nullam perpetuam
esse, quod si reliqua sit aliqua ex antiqua
mutatione illius, auferre potentiam, & ex
electione ad sortem reducere.*

*Hæc igitur omnia communia sunt guber-
nationum popularium. Contingunt autem
ex eo iusto, quod fateatur esse populare,
hoc est æquum habere omnes secundum nu-
merum. Quod maxime videtur esse popu-
laris status, & populi. Æquum est enim
cum nihil magis gubernant diuites quam
pauperes, nec soli potestatem habent, sed
omnes ex æquo secundum numerum. Sic
enim demum existimant paritatem in Re-
publ. esse ac libertatem.*

quod licet dictum sit quot differentia sint poli-
tia & quæ differentia consiliatiui, & de præ-
toris, & qualia, ad qualem politiam sunt ordi-
nata, tamen adhuc restat dicendum quid ad
vnamquamque politiam congruat, & qualiter
combinentur ea quæ congruunt ad politiam.
Et assignat causam, eò quod combinationes
tales non solum variant politias in modo com-
municationis, sed etiam variant politias secun-
dum speciem. Et idè oportet hoc considerare
omnem hominem qui vult instituere politiam.
Et quod primò considerandum est in democra-
tia: quia si bene considerantur in hac, tunc
etiam in opposita politia quæ est oligarchia,
manifestum erit. Hæc est sententia primæ par-
tis. Litera sic est ordinanda. Quot quidem igitur
differentia, supple, sunt politiarum, & quæ
eius quod consiliatiuum, supple, sint differen-
tia, & dominans politia, id est, quæ sunt dif-
ferentia politeumatis, quod vocatur dominans
in politia, & eius qui circa principatus ordinis,
supple, quæ sint differentia, & de prætoris,
supple, quæ sint differentia, & qualia ad qua-
lem politiam coordinata sunt, supple, in præ-
toris & consiliatiuis & aliis principatibus:
adhuc autem de corruptione, scilicet politia-
rum corruptarum, & saluatione politiarum, ex
qualibus, scilicet causis, fit, & propter quas
causas, dictum est prius. Hæc igitur sunt
dicta.

b Secundo, ibi, Quoniam autem fuerunt,
&c. subdit quæ sunt dicenda, dicens. Quoniam
autem fuerunt species plures democratia exi-
stentes, & aliarum similiter politiarum (quod
totum patet ex quarto & quinto huius scientia,
vbi hæc assignata sunt) simulque de illis si
quid residuum, supple, est quod adhuc non dixit,
est considerandum, non deterius considera-
re, imò & æquè bonum propter perfectionem
artis:

artis: quia oportet, quod consideretur omne
illud quod conferens est ad politiam si debet
esse ars. Et subdit quid considerandum in tali-
bus, ibi, Et modum congruum & conferen-
tem assignare, supple, oportet ad vnamquam-
que, supple, politiam. Et subdit quid adhuc in-
super oportet considerare, ibi, Adhuc autem &
collectiones ipsorum dictorum omnium modo-
rum considerandum.

e Et subdit causam, ibi, Hæc enim combina-
ta faciunt politias variari. Et subdit quomodo,
ibi, Vt aristocratia sint oligarchia, quando
scilicet miscentur cum oligarchiis, & politia
(quæ secundum præhabita mixtae sunt ex oli-
garchiis & democratia) magis sint democra-
tia. Et explanat quomodo, subdens. Dico au-
tem, explanando scilicet combinationes, quas
oportet quidem considerare, non sunt autem
considerata, supple, in præhabitis libris. Et
explanat per exemplum, ibi, Puta si quod qui-
dem consiliatis, id est, circa principatus consi-
liatiuis & quod circa electionem principa-
tum oligarchicè, supple, institutum sit, vt sci-
licet magnates & potentes consiliari: aristo-
craticè autem quæ circa prætoria, vt scilicet
prætores audientes causas, sint viri perfecti se-
cundum virtutem: aut, supple, & conuerso,
hæc quidem quæ sunt consiliatiui principatus,
sint aristocratica, & quæ circa prætoria, sint
oligarchica. Et hoc est quod dicit, ibi, Aut hæc
quidem quod circa consiliatis oligarchicè: aristo-
craticè autem, supple, instituitur quod cir-
ca electiones principatum, in prætoris scilicet
& Ephoris & aliis principatibus. Et subdit
generaliter omnes modos compositionis, ibi,
Aut secundum alium aliquem modum, supple,
omnia componuntur quæ politiae conuenien-
tia, vel non componuntur, supple, consideran-
dum est.

d Et subdit quid de his dictum est, & quid
adhuc restat determinandum, ibi, Qualis qui-
dem igitur democratia, ad qualem congruit ci-
uitatem, similiter autem & qualis oligarchia-
rum, id est, democratia oligarchiarum, quali
multitudini, supple, congruat. Et subdit vni-
uersaliter, ibi, Et reliquarum autem politia-
rum, democratia scilicet & eius quæ simplici-
ter dicitur politia, quid quibus expediat, di-
ctum est prius, scilicet in quarto & quinto lib.
huius scientia.

e Tertio, ibi, Attamen fieri oportet palam,
&c. subdit de his quæ adhuc restant dicenda,
ostendens quod oportet ostendere quæ politia
sit optima ciuitatibus, & dicit. Attamen oporteret
fieri palam, supple, in sequentibus, non
solum qualis harum politiarum sit optima ci-
uitatibus, sed & id est, etiam qualiter oporteret
instituere & has & alias, scilicet politias:
quia sine hoc non erit completa ars & metho-
dus politiarum.

f Et subdit ordinem tractandorum, ibi, Per-
tractemus igitur breuiter, & primò de democra-
tia. Et ponit rationem quare primò dicen-
dum de illa, ibi, Simul enim & de opposita po-
litia manifestum, supple, erit. Et quæ sit illa
opposita, subdit, ibi, Hæc autem est, quam vo-
cant quidam oligarchiam, id est, principatum
potentum & diuitum.

g Et subdit modum, per quem oportet
procedere in hac scientia, ibi, Sumendum
autem ad hanc methodum, id est, artem,
omnia quæ demotica, id est, demotica:
quia tunc perfectè scietur ars, & quæ
videntur de democratia assequi, id est, asse-
quentia.

h Et ponit rationem, ibi, Ex his enim com-
positis democratia species fieri accidit, & de-
moticias plures vnà esse, & differentes, sup-
ple, secundum speciem. Deinde cum dicit, *Dua
enim sunt cause, &c.* ponit causas quare plures
sunt democratia, & diuiditur in duas partes,
secundum duas causas quas ponit. Secunda in-
cipit, ibi, *Secunda autem de qua nunc dicimus,
&c.* Prima causa est diuersitas populi. Et est
sententia hæc: dicit primò, quod causa, quare
democratia sunt plures, sunt dua. Vna: quia
multa sunt diuersitates populi, quas necesse est
diuersis modis communicare, & quolibet com-
municatio specialiter facit democratiam, sicut
in antè habitis quarti libri, vbi de diuersis de-
moticiis dictum est, habitum est. Hæc est sen-
tentia primæ partis. Litera sic est ordinanda.
Dua enim sunt causa propter quas democratia
sunt plures. Et ponit primam, ibi, Primò qui-
dem quæ dicta est prius, in quarto scilicet li-
bro, quare democratia sunt plures, & hanc re-
petit hic. Et hoc est. Quia diuersi populi: sit
enim hæc quidem agricola multitudo, hæc au-
tem banauis & mercenarium: quorum primo
assumpto cum secundo, agricolis scilicet cum
banauis, & tertio cum ambobus, id est, mer-
cenariis cum agricolis & banauis, non solum
differt in fieri meliorem & deteriore democra-
tiam, sed ex eo quod non eandem, supple,
esse democratiam. Et causa dicti est: quia cum
politia sit ordo communicantium, & ex tali
commixtione differat ordo communicantium,
necesse est politias differre & democratias, &
ita plures democratia species ex hoc gene-
rantur.

i Secundam causam ponit, ibi, Secunda au-
tem de qua nunc dicimus, &c. Et est ista se-
cunda causa combinatio eorum quæ assequuntur
huic politia, & sunt propria politia, quæ
dicitur democratia. Dicit ergo. Secunda au-
tem, supple, causa est quare differunt democra-
tia, de qua nunc dicimus, hæc est, supple,
quod propria quæ assequuntur democratia se-
cundum diuersas species & videntur propria
politia huius, scilicet democratia, si simul po-
nantur, faciunt alias & alias democratias. Et
huius causa est: quia huic quidem enim aristo-
cratia assequuntur pauciora, huic, id est, alicui
autem plura assequuntur, huic, id est, alicui au-
tem omnia. Et hoc omni instituenti politias
optimum est cognoscere ad instituendum
quamcumque politiam quam aliquis vult insti-
tuere ad directiones politiarum. Et huius ratio
est: quia qui instituunt politias, quærun-
t omnia conuenientia ad suam hypothesin, id est,
positionem congregare, vt illa ponant: & pec-
cant qui hoc faciunt, quemadmodum dictum
est in præcedenti libro quinto, vbi de corrup-
tione & saluatione politiarum dictum est.
Hæc est sententia. Litera sic legitur. Secunda
autem, supple, causa est, de qua nunc dicimus,

propter quã scilicet politiã sunt plures, quã dicuntur democratia. Et ponit eam, ibi, Quã enim democratia assequuntur, & videntur esse propria huius politiã, democratia scilicet, simul posita faciunt democratias alias, supple, secundum speciem. Et subdit rationem, ibi, Huius quidem enim, supple, democratia, pauciora, supple, assequuntur, huic autem assequuntur plura, alia scilicet democratia, huic autem, scilicet tertia omnia, hæc assequuntur. Assequentia vocat sicut electiones Ephorum, consulum, & institutiones prætoriorum. Et ponit rationem, ibi, Opportunum autem vnumquodque ipsorum, supple, assequentium, cognoscere ad instituendum quamcumque ipsarum, scilicet democratiarum aliquis extiterit volens, supple, instituere, & ad directiones, id est, ut instituat ea quã dirigunt politias. Et ponit rationem ex antiquis legislatoribus instituentibus politias, ibi, Quarunt quidem enim, qui politias instituunt, omnia conuenientia ad hypothesim, id est, ad positionem siue intentionem suam congregare: peccant autem hoc facientes, quemadmodum in his quã circa corruptiones & saluationes politiarum dictum est prius, scilicet in præcedenti lib. quinto.

¶ Deinde cum dicit, Nunc autem exigentias, &c. ponit conuenientia & proptia ex quibus variantur democratia, & circa hoc duo facit. Primo ponit quã sunt propria secundum exigentias & mores & secundum ea quã appetunt democratia communicantes. Secundò dicit propria democratia, ibi, Non bis eundem principari, &c. Ibi enim determinat quatuor propria democratia. Prima harum habet duas partes, in quarum prima determinat quã sunt propria secundum mores & exigentias democratia. In secunda ponit libertatis signa, ibi, Libertatis enim vnum quidem, &c. ubi dicit propria quã ex hoc sequuntur. Sententia primæ partis est hæc, quod nunc dicendum est exigentias & mores democratia, & quod finis democratia libertas est: quia omnes democratia communicatione participantes coniecturant, quod libertas sit finis democratia: & quod libertatis duo sunt signa. Vnum est, quod quilibet ciuium, in parte subiiciatur, & in parte principetur. Et huius causa est: quia æqualitas secundum numerum est iustum in democratia politica: æquale autem secundum numerum non esset, si vnus semper principaretur & non alter. Secundum signum est, quod vnusquisque ciuium viuat ut vult, nullo compellente eum ad id quod non vult. Hæc est sententia. Litera sic ordinanda est. Nunc autem dicamus, supple, exigentias & mores, & quã appetunt, qui, supple, democratia politica communicant. Et incipit, ibi, Hypothesis quidem igitur, id est, positio siue suppositio democratia politica libertas, supple, est. Et ponit rationem ex consuetudine in hac politica, ibi, Hoc enim dicere consueverunt tanquam in sola ac politica participantes libertate. Et explanat, subdens, ibi, Hoc enim coniectare aiunt omnem democratiam, quod scilicet quilibet sit liber.

¶ Deinde cum dicit, Libertatis autem vnum quidem, &c. ponit libertatis signa: & primò

primum dicens. Libertatis autem vnum quidem, scilicet signum est, in parte subiici, & principari, supple, in parte, id est, quod nullus semper principetur, sed aliquando vnus, aliquando alius. Et ponit rationem, ibi, Etenim iustum democraticum est, &c. quia æquale quod iustum est in democratia, est secundum numerum arithmetica proportionis, & non secundum dignitatem, hoc enim esset iustum secundum proportionem geometricam, quod iustum est in oligarchia & aristocratia. Et ex hoc concludit vterius, quod secundum hanc proportionem arithmetica iustum est in oligarchia & aristocratia, & quod secundum hanc proportionem, iustum est, non hunc vel illum, sed multitudinem populi totam dominari politica. Et hoc est. Etenim iustum democraticum est, habere æquale secundum numerum, & non secundum dignitatem. Huius autem existentis iusti multitudinem necessarium esse dominam, supple, politica. Et huius ratio est: quia in democratia vnus æqualiter dignus est sicut alius participare scilicet principatu consiliatio & iudicatio: & idcirco necesse est, quod principatus ad multitudinem referatur. Et huius rationem ponit, ibi, Et quodcumque videatur pluribus, supple, de multitudine in qua nullus præfertur alteri, hoc esse finem, supple, talis politiã, & hoc esse quod iustum. Non enim aliquid iustitiã referunt ad principes: eò quod in democratia iustum naturale seruat, in quo natura omnes homines fecit æquales: & hoc esse iustum. Et ponit rationem, ibi, Aiunt enim, supple, democratia politica principantes, oportere æquale habere vnumquemque ciuium, ut scilicet sicut natura æquales eos genuit, ita æqualiter se habeant ad dignitatem in principatu. Et ponit duo consequentia ex huiusmodi dispositione. Primum, ibi, Huius autem existentis iusti, secundum æquale scilicet arithmeticum, quod est æquale secundum numerum, necessarium multitudinem esse dominam, totam scilicet: quia æqualiter vnus se habet ad dignitatem sicut alius: & idèd necesse est, quod omnibus tribuatur. Et vterius sequitur, quodcumque videatur pluribus, hoc esse finem, democratia scilicet: & hoc est quod iustum, quando scilicet iustum ponitur arbitrio hominum esse denominandum, & acquiescendum sententiã plurium. Et hoc probat per commune dictum in democratia, ibi, Aiunt enim oportere æquale habere vnumquemque ciuium, id est, quod sententia vnus cuiusque sit æqualis valoris in iudiciis. Secundum consequens ponit, ibi, Quare in democratia, &c. Et hoc consequens ex illo de necessitate sequitur: & dicit. Quare in democratia accedit, id est, sequitur magis dominos esse egenos diuitibus. Et ponit rationem, ibi, Plures enim sunt, supple, egeni, & pluribus in democratia acquiescendum est. Et hoc est quod subdit. Dominans autem quod pluribus visum, supple, est.

¶ Hoc posito subdit, quod hoc est vnum signum libertatis, scilicet quod terminum, id est, finem politiã, ponunt omnes qui democratia. Secundum signum libertatis ponit, ibi, Vnum autem, id est, secundum signum libertatis, supple, hoc viuere ut vult quis, id est, quilibet.

libet. Et ponit rationem, ibi, Hoc enim opus libertatis esse aiunt, quod scilicet quilibet viuat ut vult. Et ponit rationem per oppositum, ibi, Si quidem seruiens, id est, serui signum est, supple, ipsum viuere non ut vult, sed ut vult, supple, alius. Et hoc est quod dictum est in secundo huius scientia libro, quod serui virtus est ad dominum, & non habet propriam virtutem. Ex his concludit finem democratia, ibi, Democratia quidem terminus, id est, finis iste, supple, est.

¶ Et concludit vterius quod sequitur ex isto, ibi, Secundus autem hinc venit (& iste est) id quod non est subiici, id est, quod nullus alij subiiciatur, sed omnes sint æqualis libertatis. Et hoc est. Maxime autem sub nullo, supple, subiici: si autem non, id est, si oportet aliquem subiici & aliquem præesse, tunc, supple, oportet subiici secundum partem, id est, quod vnus principetur secundum vnã partem temporis, & alius secundum aliam. Et subdit rationem, ibi, Et id est, quia facit hoc ad libertatem eam quã secundum æquale, ut scilicet ciues omnes æquali dignitate potiantur.

¶ Et subdit vterius 13. propria quã sequuntur ex hac libertate, ibi, Talibus autem suppositis, supple, finibus libertatis, & tali existente principatu, supple, democratico, sequuntur, supple, de necessitate talia democratia. Et enumerat tredecim. Primum est, scilicet eligere principatus omnes ex omnibus, id est, quod vnusquisque possit eligi ad principatum.

¶ Secundum est principari omnes quidem super vnumquemque, ita scilicet quod quilibet possit ad principatum, diues scilicet & pauper, nobilis & ignobilis.

¶ Tertium est sortiales esse principatus, id est, forte eligibiles, vel omnes, vel quicumque non indigent experientia & arte, ut scilicet quilibet possit eligi ad talem principatum. Quia si indiget experientia & arte, sicut in bellicis, tunc periculosum esset quemlibet eligere sorte: arte enim talia gubernantur, & non sorte, sicut gubernator nauis & gubernator ciuitatis.

¶ Quartum est non ab honorabilitate aliqua esse principatus, scilicet diuitiarum, vel potentia, vel generis: quia sic non omnimoda æqualitas esset inter ciues, quod maxime attendit democratia: aut quam paruissima, quia non potest esse, quin in aliquo saltim paruissimo excedat vnus alterum secundum virtutem.

¶ Quintum est non bis eundem principari nullo principatu, aut raro, aut paucis, exceptis iis quã penes bellum. In bellicis enim non æqualiter possunt esse idonei, ut scilicet sint duces exercitus: quia hoc indiget exercitio & arte & fortuna militari.

¶ Sextum est pauci temporis esse principatus, vel omnes, vel quoscumque contingit: quia si longo tempore principetur vnus, tunc principatus non poterit per omnes transire: oportet autem, quod omnes principatus transeant per omnes, ut æqualitas seruetur. Et addit, vel quoscumque contingit: quia in quibusdam principatibus oportet habere exercitium & artem: & illi non sunt proportionales omnibus, sed quibusdam.

¶ Septimum est iudicare omnes vel ex omni-

bus, scilicet agricolis, pastoribus, banauis, ita scilicet quod quilibet sit dignus ad principatum iudicatum ex quacumque communicatione populi sumatur: & de omnibus, scilicet iudicare causas, vel de plurimis, supple, causis, & de principalissimis, supple, causis iudicare. Et determinat quã sunt principalissima, ibi, Puta de correctionibus, ciuium scilicet forefacientium, & de poliria, id est, ordine ciuilitatis, & de propriis commutationibus, in foro scilicet ubi inter euentem & vendentem commutationes sunt. Hæc enim omnia sunt secundum diffinitionem ciuis in tertio libro supra assignatam, ubi dictum est, quod ciuis est, qui secundum autarchiam, id est per se sufficientiam, potest communicare siue participare principatu consiliatio & iudicatio.

¶ Octauum est, congregationem dominam esse omnium, id est, quod congregatio populi iudicet de omnibus, principatum autem nullum nullius, id est, quod nullus habeat aliquem principatum super alium, præter ipsam communitatem populi, aut paucissimorum. Et hoc idèd est (ut dictum est) quia in quibusdam, maxime in bellicis principatibus, oportet quod princeps habeat exercitium & artem: & hoc non potest committi indifferenter quilibet. Et hoc est quod dicit. Aut maximorum: quia illi sunt principatus maximi.

¶ Nonum est, quod democraticum consilium omnium maxime dominetur, & non mercedis causa, sed causa communis boni. Et huius ratio est: quia qui mercedis causa principantur, ad lucra propria vertunt iudicia, & peruertunt ea. Et hoc est. Principatum autem maxime democraticum consilium, id est, communis populi, ubi non mercedis, supple, causa, de factis omnibus, supple, iudicatur: ij enim, qui scilicet mercedis causa iudicant, auferunt, supple, iustitiam, & huius principatus potentiam. Et huius ratio est: quia in tali principatu potentia est, quod vnusquisque ius suum reddatur, & illam auferunt. Et ponit rationem, ibi, Ad se ipsum enim reducit iudicia omnia abundans pretio: populus enim qui indiget, ubi abundat muneribus, peruertit iudicia pro pretio, sicut dictum fuit prius in methodo, id est, arte, quã ante hanc, id est, in primo huius scientia libro.

¶ Decimum est, quod si aliqui præmiantur propter communem sollicitudinem reipublicæ, quod tunc communis fiat præmiatio, scilicet quod congregatio populi præmientur æqualiter, & prætoria & principatus: & si non principatus, supple, præmientur & prætoria, tamen consilia & congregationes, supple, æqualiter præmientur. Et hoc est quod dicit, ibi, Deinde præmiare maxime quidem omnes congregationes, prætoria, principatus: si autem non principatus, & prætoria, supple, præmientur, tunc, supple, præmientur æqualiter & consilia & congregationes. Et ratio dicti est: quia ubi præmiationes sunt æquales, cessant inuidia & æmulationes, quod maxime expedit populo.

¶ Undecimum est, Aut principatum, scilicet ordinator, necesse habet conuinari cum iniuicem. Alia litera, commutare cum iniuicem, supple,

supple, principatus, id est, quod vnumquemque sumat ad principatum: tunc enim cessabunt inuidiæ & æmulationes.

bb Duodecimum est sumptum ex opposito oligarchiæ, quod scilicet in oligarchia assumuntur ad principatus diuites & potentes & nobiles, per contrarium in democratia assumuntur pauperes, egeni & mercenarij. Et hoc est. Adhuc autem quoniam oligarchia, & genere & diuitiis & disciplina, supple, determinatur ad principatū, quæ democratia videntur contraria horum esse. Et enumerat, ibi, Ignobilitate, paupertate, banauia, vt scilicet tales possint principari in democratia.

cc Decimūtertium est, quod nullus principatus sit perpetuus: quia aliter non posset transire per omnes: & hoc esset quædam inæqualitas. Et hoc est. In principatibus autem nullum perpetuum esse, supple, conuenit democratia. Sed aliquis posset obicere sibi, quod aliquis electus ad principatum corrumpi posset ex malitia, addit quod si aliquis ita deficiat ex antiqua mutatione & consueta malitia ciuitatis, quod tunc oportet circumtollere potentiam ipsius ab ipso: & si corruptè eligebantur, fiant ex eligibilibus fortiales, vt scilicet sorte princi-

CAPVT II.

De iure status popularis, & quo pacto obseruandum.

Quod autem post hoc dubitatur, quomodo habebunt quod æquale, vt rum oportet honorabilitates diuidere ipsis mille eas quæ quingentorum, & ipsos mille æquale posse quingentis, aut non sic oportet poni in iis æqualitatem, sed diuidere quidem sic: deinde ex quingentis æquales accipientem, & ex mille, hos dominos esse diuisionum & prætoriorum. Vtrum igitur hæc quæ secundum multitudinem honorabilitatum politia iustissima secundum demoticum iustum, aut magis quæ secundum multitudinem.

b Aiunt enim demotici, hoc iustum quodcumque videatur pluribus, & oligarchici quod ampliori substantiæ: secundum multitudinem enim substantiæ aiunt oportere iudicari.

c Habent autem ambo inæqualitatem & iniustitiam. Si quidem enim quodcumque qui pauci, tyrannis: etenim si vnus habeat plura aliis diuitibus, secundum oligarchicum iustum, principari solum iustum.

d Si autem quodcumque qui plures secundum numerum, iniusta agent depopulantes quæ diuitum & paucorum, sicut dictum est prius.

e Quæ igitur vtiq; erit æqualitas quam consentent vtiq; considerandum ex quibus iustis determinant. Di-

patum distribuuntur in populo. Et hoc est. Si autem aliquis deficiat ex antiqua transmutatione, quod scilicet malitiosus efficiatur ex consueta malitia, tunc, supple, oportet circumtollere potentiam ipsius, id est, principatum ipsius, & ex eligibilibus, malè scilicet electis, fortiales facere.

dd Omnibus his positis ponit epilogum de omnibus dictis, ibi, Communia quidem igitur democratia hæc sunt. Et subdit vnde accipiuntur, ibi, Accidit autem, supple, hæc, communia, ex iusto & confesso esse democratico, id est, ex ratione iusti, quod confesum est esse democraticum iustum. Et determinat quod sit illud, ibi, Hoc autem est æquale habere omnes, supple, ciues secundum numerum. Quæ maximè videntur esse democratia, & demus, id est, democratia politia. Et subdit rationem, ibi, Æquale enim, nihil magis principari egenos quam diuites, neque dominos esse solos, supple, quosdam, sed omnes ex æquo secundum numerum. Et subdit rationem, ibi, Sic enim vtiq; putabunt existere æqualitatem ciuitatis & libertatem, ita scilicet quod omnes æquali iure & æquali dignitate se habeant ad omnem principatum, diuites scilicet & pauperes.

CAPVT II.

Sed queritur post hæc, quemadmodum habebunt æquum, vt rum oportet pariri in mille eos census qui sunt quingentorum, & mille æqualiter posse quingentis, vel non sic ponere oportet istam paritatem, sed partiri quidem sic: deinde ex quingentis pares accipientem, & mille, hos potestatem habere partitionum & iudiciorum. Vtrum igitur Respubl. ita iustissima est secundum populare iustum, vel magis illa quæ secundum multitudinem.

Aiunt enim populares, id esse iustum, quod videtur vtiq; pluribus: potentes vero, quod videtur his qui plus possident. Pro multitudine enim facultatum aiunt esse statuendum.

Sed habent hæc utraque imparitatem & iniustitiam. Si enim quod pauci possunt, tyrannis est: nam si vnus habeat plura, quam alij opulenti, secundum paucorum iustum, is solus dignus est, qui gubernet.

Si vero quod plures secundum numerum, iniuriabuntur, publicantes bona opulentorum, ac paucorum, vt superius dictum est.

Quæ igitur sit æqualitas quam ambo profitentur, considerandum est ex his quæ vtiq; diffiniunt iusta. Inquinunt enim, cunct

cunt enim, quod quodcumque videbitur pluribus ciuium, hoc oportet esse dominans. Sic itaque hæc non causa tamen omnino, sed quoniam duæ partes existunt, ex quibus ciuitas, diuites & pauperes, quodcumque vtrisque videatur, vel pluribus, hoc sit quod dominans: si autem contraria videantur, quodcumque qui plures, & quorum honorabilitas amplior: puta si ij quidem decem, ij autem viginti: videbatur autem diuitum quidem ipsis sex, pauperiorum autem ipsis quindecim: adiungantur autem pauperibus quidem diuitum quatuor, diuitibus autem pauperum quinque: quorumcumque igitur honorabilitas excedit, simul numeratis vtrisque hoc dominans vtrisque. Si autem æquales euenerint, communem hanc purandum esse dubitationem, sicut nunc si diuisa in duo congregatio fiat, vel prætorium: aut enim fortiendum, aut aliquid aliud tale faciendum.

f Sed de æquali quidem & iusto, quamuis sit valdè difficile inuenire veritatem, de ipsis tamen facilius sortiri, quam permittere potentes supergredi: semper enim querunt quod iustum & quod æquale qui minores, præeminentes autem nihil curant.

CAPVT II.

Secundum capitulum, in quo determinat Aristoteles quomodo accipiatur quod æquale siue iustum in politiis, maximè in democraticis, in quibus dicitur, quod iustum est, quod pluribus videtur. Et habet duas partes. In prima ponit dubitationes. In secunda inducit determinationem, ibi, *Quæ igitur vtiq; erit æqualitas, &c.* Sententia primæ partis hæc est. Dicit enim, quod post ea quæ dicta sunt, dubium remanet, quomodo accipiant politiæ æquale, quod iustum est, in politiis, maximè in democraticis. Et ostendit vnum modum, scilicet vt rum oportet honorabilitates diuidere: quia iustum videtur semper esse, quod honorabilitates domini sint politiæ. Et tangit modum diuisionis, scilicet quod honorabilitates quingentorum sæpè tantæ sunt, quantæ honorabilitates mille aliorum, & sic ipsos mille posse æquari quingentis in honorabilitate: aut non sic diuidendum est, nec sic oportet poni in his æqualitatem, sed oportet sic diuidere secundum honorabilitatem, & postea de quingentis accipere honorabiliores, & hos dicere esse dominos diuisionum, id est, eorum quæ per distributionem debentur ciuibus, & prætoriorum, id est, causarum quæ ad prætoria prouocantur, scilicet per appellationem, vt hoc scilicet iustum

quicquid videtur maiori parti ciuium, id oportere esse ratum. Sit quidem hoc, attramen non penitus, sed cum duæ partes sint, ex quibus ciuitas constat, diuites scilicet, & pauperes, quod ambabus videatur, aut pluribus, id ratum sit. Quod si contraria videantur, quod pluribus & habentibus maiorem censum: puta si alij decem, alij viginti: videatur autem diuitum sex, pauperum vero quindecim, accedant vero pauperibus quatuor diuitum, diuitibus autem quinque pauperum, quorumcumque census exuperat, connumeratis ambobus vtrisque id ratum sit. Quod si forsitan æquales esse contigerit, communem esse hanc ambiguitatem, putandum est, vt nunc accidit, si vtrinq; paria suffragia concionis sint, aut pares in iudicio sententia: nam aut forte dirimendum est, aut aliud quiddam huiusmodi agendum.

Sed de æquo & iusto, quamquam sit admodum difficile in illis reperire veritatem, tamen facilius est sortiri, quam persuadere his, qui plus habere possunt. Semper enim qui imbecilliores sunt, æquum & iustum querunt: sed qui plus possunt, ista non curant.

fit, quod illis videtur. Et querit vt rum secundum multitudinem talem accipiendum sit quod est æquale & iustum, & ponit rationem huius quæstionis. Et hoc est. Quia democratici iustum dicunt esse quodcumque videtur ampliori numero, & oligarchici quod ampliori substantiæ: quia secundum multitudinem substantiæ aiunt oportere hoc iudicari per sententiam diffinitiuam. Et inducit rationem contra hoc, & dicit, quod ambo ista habent inæqualitatem & iniustitiam: si enim aliquis dicat, quod iustum est quod iudicant pauci & honorabiliores, accidit inconueniens: quia tyrannis fiet, si vnus habeat plura quæ sunt honorabilitatis, aliis diuitibus, secundum oligarchicum iustum, iustum est illum principari: & sic tyrannis fiet, quæ est corruptio vrbantatis quæ est regnum. Si autem dicatur, quod plures secundum numerum debent dominari in politiis, iterum accidit inconueniens: quia pauperes sunt plures quam diuites: & si sint domini politiæ, depopulabuntur & deprædabuntur ea quæ sunt diuitum & paucorum, quod iterum iniustum est, sicut dictum est prius in tertio & quarto huius scientiæ libris. Hæc est sententia. Litera sic est ordinanda. Quod autem post hæc dubitatur, est, supple, quomodo habebunt politiæ quod æquale. Dictum est enim in præhabitis, quod omnis politia habet aliquod æquale quod iustum est in ea. Et ponit dubitationem, ibi,

ibi, vtrum oportet honorabilitates diuidere ipsi mille eas quæ quingentorum. Et ratio est: quia sæpè contingit, quòd in quingentis tor sunt honorabiles personæ, quot in mille aliis. Et hoc est quod sequitur. Et ipsos mille æquale posse quingentis, scilicet in honorabilitate. Et accipit aliam partem dubitationis, quæ verior est: & hoc est. Aut non sic oportet poni in his æqualitatem, sed diuidere quidem sic oportet, scilicet mille contra quingentos in honorabilitate, deinde ex quingentis æquales accipientem, in honorabilitate, supple, & ex mille, etiam accipientem æquales, hos dominos esse diuisionum, id est, eorum quæ per distributionem debent diuidi inter ciues: & prætoriorum, id est, causarum quæ prouocantur per appellationem ad prætoria, vt scilicet indicentur, si illis videtur, iterato. Deinde ponit dubitationem quæ iam habita est, ibi, Vtrum igitur hæc quæ secundum multitudinem honorabilitatum politia iustissima secundum demotium iustum, aut magis quæ secundum multitudinem vt sic scilicet multitudo reducat ad æqualitatem.

b Et ponit causam quæstionis, ibi, Aut enim demotici, id est, demotici, hoc iustum, supple, esse, quodcumque videatur pluribus: oligarchici autem, supple, aiunt, quodcumque videatur ampliori substantiæ, non plurali numero, & aiunt oportere iudicare hoc, quod scilicet videtur pluribus in prætoris secundum multitudinem substantiæ.

c Deinde ponit disputationem ad vtramque partem, ibi, Habent autem ambo inæqualitatem & iniustitiam, scilicet quod sententiarum secundum pauciores, & quod sententiarum secundum plures. Et ponit rationem primò ad pauciores, ibi, Siquidem enim quodcumque qui pauci sunt, sententiant, hoc scilicet vt iustum habeatur, supple, iniustum est & tyrannus, quæ corruptio est & non ciuitas: etenim si vnus habeat plura in potentia & honorabilitate, aliis diuitibus, secundum oligarchicum iustum, principari solum, supple, talem tyrannum, iustum, supple, est: quod tamen simpliciter est iniustum.

d Et opponit ad oppositum, ibi, Si autem quodcumque qui plures secundum numerum, id est, si debet videri iustum quod videtur pluribus secundum numerum, iniustam agent depopulantes quæ diuitum & pauciorum, sicut dictum est prius in tertio & quarto huius scientiæ libris.

e Deinde cum dicit, Quæ igitur vtrique erit æqualitas, &c. determinat quæstionem, & est sententia. Dicit enim primò, quòd considerandum, quid iustum sit, ex iustis, id est, ex ratione iustorum, ex quibus iusta sua determinant vtrique, scilicet & illi qui dicunt, quòd pauciores & honorabiliores, & illi qui dicunt, quòd plures. Et ponit dictum eorum. Dicunt enim, quòd quodcumque videbitur pluribus ciuium, hoc oportet esse dominans. Deinde dicit, quòd et si hoc concedatur, non tamen oportet adhuc considerare pluralitatem simpliciter, sed secundum partes ciuitatis: duæ enim sunt partes, pauperes scilicet & diuites: & idè oportet considerare vtrum sint plures pauperes, aut plures

diuites: & si hoc sit, quodcumque videatur pauperibus & diuitibus simul, hoc pro certo sit dominans & præualeat: si autem contraria videantur eis inæqualiter diuisis, quòd tunc iudicandum est secundum eos qui plures, vel secundum eos quorum honorabilitas est amplior. Et dat exemplum. Si forè pauperes sint viginti, & diuites sint decem: & sex de diuitibus videatur vno modo, & quindecim de pauperibus videatur alio modo, quòd tunc pauperibus quatuor adiungantur de diuitibus, & tunc videatur quid illis videtur: & etiam diuitibus, quinque adiungantur de pauperibus, & videatur iterum quid videtur eis: & sic hoc iudicetur, ita quod semper consentiat eis, quorum honorabilitas excedat simul numeratis vtrisque. Si autem in æquales partes se diuiserint, tunc redit eadem dubitatio quæ tunc, scilicet si congregatio tota populi diuisa fuerit in æqualia, vel prætorium in æqualem numerum iudicum, qui determinant causas tunc, oportet vel forte accipere, quorum iudicio stetur, vel aliquo alio modo vt, quorum sententia teneatur: quia tunc difficile est inuenire veritatem de æquali, quod iustum est. Sed tamen cauendum est, ne potentes supergrediantur: quia melius est quemlibet modum attendere ad inquirendum quod iustum est, quam permittere, quòd potentes per potentiam obtineant sententiam suæ voluntatis aduersus pauperiores: semper enim quærunt quod iustum est & æquale, scilicet inferiores, & de hoc præminentes nihil curant, sed potius vt obtineant sententiam secundum voluntatem. Hæc est sententia. Litera sic est ordinanda. Quæ igitur vtrique erit æqualitas quam consententur vtrique, considerandum est, scilicet ex quibus iustis, id est, ex ratione iustorum qua determinant vtrique. Et tangit modum, ibi, Dicunt enim, quòd quodcumque videbitur pluribus ciuium, hoc oportet esse dominans, ita scilicet quod sententia illorum præualeat. Et determinat subdens, ibi, Sit itaque hoc, id est, concedatur hoc eis, non tamen omnino, id est, vniuersaliter. Et subdit qualiter determinandum sit, ibi, Sed quoniam duæ partes existunt ex quibus ciuitas, supple, componitur, diuites scilicet & pauperes, quodcumque vtrisque videatur, vel pluribus, de vtrisque, supple, hoc sit quod dominans, ita quod sententia eorum præualeat: si autem contraria videantur, quodcumque qui plures, supple, approbant, & quorum honorabilitas amplior, supple, hoc præualeat in iudiciis: quia semper probabile est, quòd honorabiles personæ minus deviant à veritate. Et dat exemplum, ibi, Puta si hi quidem decem, supple, diuites, hi autem viginti, supple, Sed quoniam: videbatur autem diuitum quidem ipsi sex, pauperiorum autem ipsi quindecim, supple, videbatur aliter quam ipsi sex diuitibus: adiungantur autem pauperibus quidem diuitum quatuor, ita quod sint 19. diuitibus autem, supple, adiungantur pauperum 5. ita quod sint vndeicim. Et subdit quomodo tunc iudicandum est, ibi, Quorumcumque igitur honorabilitas excedit, & maximè, supple, ex virtute, simul numeratis vtrisque, pauperibus scilicet & diuitibus, hoc

hoc dominans vtrisque apple, dicitur esse, & præualeat in sententiis. Et adiungit quid faciendum si non sint æquales, sed in duo diuidi videntur, æquale, ibi, Si autem æquales euenerint, supple, partes, communem hanc partem sum est de dicationem sicut nunc. Et dat exemplum, ibi, Si diuisa fuerit in duo tota congregatio, vna pars dicat vnum, & altera alteram, vel etorium, id est, iudices prætorij, si diuidantur duo, & vna pars dicat vnum, & altera alteram, aut enim fortitandum, tunc, supple, aut aliquid aliud tale faciendum, vt scilicet in alia parte maior numerus possit inueniri.

CAPVT III.

De optima
status po-
pularis for-
ma.

Democratis autem existentibus quatuor, optima quidem quæ prima ordine, quemadmodum dictum est in sermonibus qui ante hos. Est autem, & antiquissima omnium hæc. Dico autem primam, sicut si quis distinguat populos, optimus enim populus, qui terræ cultius est.

b Quare & facere contingit democratiam, vbi viuunt multitudo ab agricultura, vel pascuis.

c Propter quidem enim quod non multam substantiam habet, neque vacans, vt non sæpe congregationes faciat. Propterea autem quod non habent necessaria, circa opera immorantur, & aliena non concupiscunt, sed delectabilius est ipsis laborare quam poliizare, & principari, vbiicumque non fuerint acceptationes magnæ à principantibus. Qui multi enim magis appetunt lucrum quam honorem. Signum autem, etenim antiquas tyrannides sustinuerunt, & oligarchicas sustinent, si quis ipsos operari non prohibeat, neque auferat aliquid. Celeriter enim ij quidem ditantur ipforum, ij autem non egent.

d Adhuc autem quod domini sunt eligendi & corrigendi, supplet indigentiam, si quid ambitionis habent. Quoniam apud quosdam demos, quamuis non participant electione principatum, sed quidem eligibiles secundum partem ex omnibus, sicut & in Mantinea: eius autem quod est consiliari, quod domini sint, sufficienter hoc multis: & oportet putare etiam hoc schema esse quoddam democratæ, sicut in Mantinea aliquando erat.

e Propter quod vtrique & expediens est prius dictæ democratæ, & existere consuevit eligere quidem principatus,

D. Alb. Mag. Politic.

CAPVT III.

Cum vero quatuor sint gubernationes populares, optima est illa, quam primo gradu posuimus, vt superioribus libris dictum est. Eadem quoque antiquissima omnium. Dico autem primam secundum distinctionem populorum. Nam optimus populus est ille, qui ex agricolis constat.

Itaque & popularis status effici datur, vbi multitudo viuunt ab agricultura, vel pascuis.

Negotiosa quidem, quia nondum multum habet, ex quo fit, vt raro concionem agant. Cum enim laborandum sit illis circa necessaria ad victum, operibus destinantur suis, & aliena non appetunt, dulciusque illis est opus facere, quam in Republ. versari, nisi magna in gubernando sint emolumenta suscepturi. Plerique enim magis lucrum appetunt, quam honorem. Signum huius est, quod tyrannides antiquitus pertulerunt, & nunc paucorum potentiam perferunt, modo suam rem agere illis permittatur, neque diripiuntur, quæ habent. Cito namque alij eorum diuites efficiuntur, alij egere desistunt.

Præterea, si qua cupido honorum eis inest, facile adimpletur per potestatem quam in concionibus habent creandi magistratus & corrigendi delicta. Nam in quibusdam ciuitatibus, etsi non eligit populus magistratus, sed quidam per partes deputati ex omnibus, vt apud Mantineam, tamen satis esse putant, quod consulendi deliberandique habent potestatem: ac putandum est hanc esse tanquam formam aliquam popularis gubernationis, vt fuit quandoque apud Mantineam.

Quapropter vtile est prius dictæ populari gubernationi, & ita consuetudo fuit eligere quidem magistratus, & corrigere,

H h &c

& corrigere & iudicare omnes: principari autem maximis electos, & ab honorabilitatibus maioribus: à maioribus autem ab honorabilitatibus quidem nullum, sed eos qui possunt.

f Necessè autem politicantes sic politicare bene: principatus enim semper meliores erunt populo consulente, & epiceis non inidente: & epiceis & insignibus sufficere hunc ordinem: subiiciuntur enim non subaliis deterioribus, & principantur iuste, propter quod correctionum sint alij domini. Suspendere enim, & non omnem licere facere quodcumque videatur expediens. Potestas enim agendi quodcumque voluerit aliquis, non potest feruare quod in vnoquoque hominum tribuale.

g Quare necessarium accidere quod quidem est maximi profectus in politis, principari epiceis impeccabiles existentes, nihil minorata multitudine.

h Quod quidem igitur hæc democraticarum sit optima, manifestum, & propter quam causam, quia propter qualem quendam esse populum.

i Ad instituendum autem populum agricolam, aliquæ legum apud antiquos positarum antiquitus vtilis, omnes aut totaliter non licere possidere ampliore terram mensura quadam, aut ab aliquo loco ad municipium & civitatem.

k Erat autem antiquitus in multis ciuitatibus lege statutum, neque licere vendere primas fores.

l Est autem & quam dicunt Oxyli legem esse, tale aliquid potens, non mutare ad aliquam partem terræ existentis vnicuique.

m Nunc autem oportet dirigere & lege Aphytorum, ad id enim quod dicimus, est vtilis. Illi enim quidem existentes multi, possidentes autem terram paucam, tamen omnes terram colunt: appretiantur enim non totas possessiones, sed secundum tantas partes diuidentes, vt habeant excedere pretiis etiam pauperes.

n Post agricolam autem multitudinem optimus populus est, vbi pastores sunt, & viuunt ex pecoribus. Multa enim habet consimiliter agriculturæ, & actionibus ad bellica maximè isti exercitati sunt secundum corpora, & potentes venari.

o iudicare omnes: magistratus autem maximos geri per eos qui estis, & à censibus maioribus maiores, vel à censibus nullum, sed per eos qui possunt.

Necessè est autem cum ita gubernatur Respub. eam bene gubernari: na magistratus semper ab optimis gerentur populo ita volente, neque præstantioribus inidente, nobilibus autem ipsis & præstantibus hic gradus sufficere: non enim sub aliis deterioribus. Ipsi verò magistratus gerent iuste: quia penam formidabit, quoniam corrigere ad alios pertinet, conpesci enim, ac non licere facere quicquid quis velit, vtile est. Nam licentia agendi, quod quisque velit, custodire non potest ingentiam vnicuique hominum prauitatem.

Itaque necessè est illud euenire, quod optimum est in Respub. vt magistratus à præstantioribus gerantur, sine vlla populæ diminutione.

Quod igitur hæc popularium gubernationum est optima, patet, & qua de causa, quia ob talem aliquem esse populum.

Ad constituendum autem populum agricolam, tum leges quædam antiquitus apud multos late vtilissima sunt, tum illud vniuersaliter, ne liceat cuiquam habere plus agri, quam mensuram certam, vel ab aliquo loco ad oppidum & civitatem.

Erat antiquitus in multis ciuitatibus lege cautum, non licere venditionem facere bonorum primæ hereditatis.

Est etiam lex, quam dicunt Oxyli fuisse, nec liceat cuiquam scenerari super aliqua fundi parte, quam quis haberet.

Dirigere etiam id oportet Aphytorum lege, est enim vtilis ad id, quod dicimus. Illi enim quamquam sint permulti, possidendi autem exiguam regionem, tamen omnes agricolæ sunt: quoniam pretia constituunt, non totarum possessionum, sed per tales partes diuidentes, vt etiam pauperes facilliter eas pretiis superare possint.

Post agricolarum multitudinem optimus est populus, vbi pastores sunt & viuunt ex animalibus. In multis verò hæc cum agricultura conuenientiam habet: vtrique enim corporibus exercitati ad bellicas expeditiones vtilissimi sunt, ac potentes sub dio consistere.

o Alia

o Alia autem omnes multitudines ferè ex quibus reliquæ democratiæ consistunt, multò deteriores iis. Vita enim praua, & nullum opus cum virtute eorum quæ tractat multitudo, & quæ banauforum, & quæ forensium hominum, & quæ mercenaria.

p Adhuc autem propterea quod circa forum & circa municipium conuerfantur omne tale genus, vt est dicere, facile congregationes facit. Qui autem terræ cultores, propterea quod dispersi sunt per regionem, neque concurrunt, neque similiter indigent synodo hac.

q Vbi autem & accidit regionem positionem habere talem, vt regio multum à ciuitate remota sit, facile & democraticam facere bonam & politiam. Cogitur enim multitudo in agris facere habitacula.

r Quare oportet, etsi hæc turba forensis sit, non facere in democraticis congregationibus sine multitudine, quæ per regionem.

CAPVT III.

*T*ertium capitulum, in quo comparat democratiæ ad inuicem, & ostendit quæ sit melior: & habet tres partes. In prima ostendit, quod agricolarum democratia sit melior inter quatuor quæ determinatæ sunt in quarto libro, scilicet agricolarum, mercenariorum, siue banauforum, & pastorum. In secunda parte ostendit rationem quare hæc sit melior, ibi, *Qui multi enim magis appetunt, &c.* In tertia parte ostendit, quod post agricolas melior democratia est ex pastoribus, ibi, *Post agricolam autem multitudinem, &c.* Sententia primæ partis est, quod cum democratiæ sint quatuor, vt paulò ante dictum est, optima est agricolarum, sicut dictum est in sermonibus qui ante hos, id est, in tertio vel quarto libro, & illa est quæ antiquissima omnium. Et determinat quæ sit illa. Quia si quis distinguat populos, optimus populus est, qui terræ cultius est: à principio enim habitationis humanæ omnes homines agricolæ fuerunt vel pastores. Vnde Gen. 3, dicitur de Adam: *Eiecit Dominus Deus hominem de paradiso, vt operaretur terram, de qua sumptus erat.* Et primi filij Adæ, Cain scilicet & Abel, Cain fuit agricola, & Abel pastor ouium: vnde primus populus fuit, qui terræ cultius & optimus populus. Ex hoc concludit, quod democraticam (quæ est principatus populi) optimam est, id est, contingit, facere de terræ cultoribus vel de pastoribus. Et assignat rationem: quia propterea quod non habent multam substantiam, id est, facultates diuitiarum, non est vacans talis multitudo, vt sæpè faciat congregationes: in congregationi-

D. Alb. Mag. Politic.

Cetera verò multitudines quasi omnes ex quibus alij status populares constant, multò quam hi deteriores sunt. Nam opificum quidem ac forensium, ac mercenariorum, vilis est vita, nullumque virtutis opus eorum quæ tractat multitudo.

Et insuper quia huiusmodi genus hominum circa forum urbemque, vt ita dixerim, assidue hæret, faciliter conciones agitat. At agricola quia sparsim habitant per agros, neque in vnum coeunt faciliter, neque similiter indigent huiusmodi congregatione.

Quibus verò contingit situm regionis talem esse, vt longè distent ab vrbe, in his facile est popularem statum laudabilem constituere, ac Respub. Vt enim ipsa compellitur multitudo quasi colonias per agros efficere.

Quare etsi forensis turba sit, tamen conciones in populari statu non faciet absque multitudine illa quæ per agros habitat.

bus enim fiunt conspirationes, in quibus dissoluitur ciuitas siue politia. Et adiungit aliam. Quia enim tales non habent multam substantiam, & semper intendunt vt operentur circa acquirendum, circa opera immorantur, & propter hoc aliena non concupiscunt, & delectabilius est ipsis laborare ad necessariorum acquisitionem, quam politicare, vel etiam principari. Consueuerunt enim laborare pro necessariis maximè vbi cumque non fuerint acceptiones à principantibus: quia si essent acceptiones à principantibus, tunc fortè desiderarent principari, & efficerentur contentiosi. Et ponit rationem. Quia qui multi sunt (plures enim semper sunt pauperes quam diuites) magis appetunt lucrum quam honorem in principantibus, & hoc aliquando dissoluit politias. Et dat signum huius. Quia ab antiquo tales agricolæ sustinuerunt tyrannides & oligarchias, & adhuc sustinent, si quis eos non prohibeat operari & laborare, neque auferat eis aliquid pervolentiam: & per laborem quidam ipsorum ditantur, & quidam ad minus inveniunt necessaria, ita quod non egent. Hæc est sententia. Litera sic est ordinanda. Democraticis autem existentibus quatuor: distinctio enim democraticæ supra habita est in quarto lib. capitulo de democratia. Et huius facit mentionem hic. Dicitur enim, ibi, quod quatuor sunt species democraticæ, secundum quatuor distinctiones populi generales, scilicet agricolarum, pastorum, piscatorum, & eorum qui circa forum sunt mercimoniis occupati. Et harum facit hic comparationem, subdens. Optima quidem quæ prima ordine, quemadmodum dictum est in sermonibus qui ante hos, id est, in quarto lib. huius scientiæ. Et subdit, quod etiam est

Hh 2 anti

antiquissima, in qua ceperunt homines communicare. Et hoc est. Est autem & antiquissima omnium hæc. Et explanat quare sit antiquissima, id est, optima, ibi, Dico autem primam, sicut si quis distinguat populos, secundum communicantes scilicet, optimus enim populus qui terræ cultius est.

b Et ex hoc concludit. Quare & facere contingit democratiam optimam, supple, ubi uiuit multitudo ab agricultura vel pascuis. Democratia enim est principatus populi secundum ordinem communicationis: & ideo ubi optimus populus, ibi optima democratia.

c Et ponit causam, ibi, Propterea quidem enim quod non multam substantiam habet, talis populus scilicet, ideo, supple, non est vacans ab opere agriculturæ: & ex hoc sequitur, ut non sapè congregationes faciat: quia non vacat: in congregationibus enim sunt conspirationes & dissentiones, ex quibus dissoluntur politia. Et ponit causam, ibi, Propterea autem quod non habent necessaria, superflua, supple, circa opera immorantur, agriculturæ scilicet, ut necessaria inueniant, & aliena non concupiscunt: quia concupiscentia alienorum causa est discordiæ & dissentionis: sed delectabilius est illis laborare quam politizare & principari, ubicumque non fuerint acceptiones magnæ à principibus, vel ubicumque principatus non est ad lucrum vel ad acceptiones, ibi magis volunt laborare in agricultura, quam principari vel politizare. Deinde cum dicit, Qui multi enim magis appetunt, &c. ostendit per rationem quare sit melior democratia agricolarum quam alia, ubi principatus non est ad lucrum, & dicit, Qui multi enim magis appetunt lucrum quam honorem. Et huius ratio sæpè dicta est: quia qui multi, pauperes & indigentes. Hoc probat etiam per signum dicens, quod ab antiquo inuentum est, quod tales agricolæ sustinuerunt tyrannides & oligarchias, dummodo non prohiberentur ab opere, & non auferretur aliquid ab eis. Et ponit aliam rationem. Quia ij sunt qui citò ditantur quidem ex agricultura, & qui cito ditantur, non egeant, ut propter indigentiam seditionem faciant. Et hoc est. Signum autem, etenim antiquas tyrannides sustinuerunt, & oligarchias sustinent, supple, oppressiones, si quis ipsos non prohibeat operari, in agricultura scilicet, neque auferat aliquid: tunc enim sustinent in pace tyrannides & oligarchias oppressiones, ita quod seditionem non moueant. Et subdit. Celeriter enim ij quidem, id est, aliqui ipsorum, sunt qui ditantur, ex agricultura scilicet, ij, id est, alij, autem non egent, id est, egere desistunt, & sic propter egestatem seditiones non mouent.

d Sed quia posset aliquis obiicere, quod propter ambitionem principatus seditiones aliquando mouerent, occultè responder ad hoc quod in democratia domini eliguntur, id est, principes maiores à populo, & etiam electi corriguntur à populo si quid delinquant: & sic potestas electionis & correctionis principum residet apud populum: & hoc supplet quicquid ambitionis est in eis, & sufficit eis, ita quod non curant eligi ad principatus. Adhuc licet

non sint eligibiles ad principatus, tamen sunt eligibiles ad officia reipublicæ, sicut ad Ephoriam & Consiliarios: & hoc sufficit eis, ita quod non ambiunt principatus. Et hoc est. Adhuc autem quod domini, id est, principes sunt eligendi & corrigendi, supple, à populo, supplet indigentiam, si quid ambitionis habent. Sufficit enim eis qui honorari appetunt, quod sint electores & correctores principum. Et ostendit hoc per exempla, ibi, Quoniam apud quosdam demos, id est, democraticos principatus, quamuis non participent electioni principatum, agricolæ scilicet & communis populus, sed quidem eligibiles secundam partem, ad Ephoriam scilicet & alia officia publica, ex omnibus, ad illa enim officia communiter omnes eliguntur, sicut in Mantinea (Prouincia est in Oriente) eius autem quod est consiliari, quod domini sint, sufficienter hoc multis. Et huius ratio est quæ dicta est in definitione ciuis supra in 3. lib. capitulo de ciue, quod ciuis est, qui secundum antarchiam potest communicare principatu consiliatio & iudicatio. Et dicit subdens, quod hoc fuit schema siue forma in democratia antiquis, sicut in Mantinea (Prouincia quæ est in Oriente posita) aliquando erat.

e Ex hoc ulterius elicit quid expediens est democratia prius dictæ, id est, agricolarum, ibi, Propter quod utique & expediens est prius dictæ democratia, & existeret consuevit, ab antiquis temporibus scilicet, eligere quidem principatus, & corrigere & iudicare omnes, id est, quod omnes habeant potestatem eligendi, corrigendi & iudicandi principatus: sic enim communis populus semper erit super principes potestate eligendi, corrigendi & iudicandi. Et subdit ulterius quid expedit in electis sic, ibi, Principari autem maximis, scilicet principibus, electos sic, & ab honorabilitatibus maioribus, id est, qui honorabiliores sunt inter ciues: à maioribus autem, supple, electio ab honorabilitatibus nullum quidem, supple, eligere, ita scilicet quod in electione non respiciatur honorabilitas, sed eos qui possunt, eligant: quia necesse est, quod tales bene politizent. Et hoc est.

f Necesse autem politizantes sic politizare bene. Et subiungit causam: quia sic politizando principatus maiores, supple, per meliores erunt gubernati, scilicet & populo consulente, & Epiiceis, qui scilicet sunt principes, non inuidente: & sic stabit stabilis concordia & amicitia inter principes & populum: & Epiiceis & insignibus, id est, principibus sufficere hunc ordinem, supple, conueniens est. Et dicit causam. Per hunc enim, supple, ordinem, non subiciuntur aliis deterioribus, & principabuntur iuste, principes scilicet, propterea quod correctionum sint domini, alij quam principes scilicet. Populus enim potest corrigere principes. Suspendere enim, ab officio, supple, potest populus principes: & sic, supple, non omnem, supple, principem licere facere quodcumque videatur expediens, sibi scilicet. Et hoc probat per contrarium, ibi, Principes enim agendi quodcumque uoluerit aliquis, tali ordinatione facta, supple, non potest seruare quod in quoquoque hominum,

hominum, tribunale. Si enim populus corrigat, principes non possunt seruare & abuti potestate, quæ secundum tribum & consanguinitatem & amicos videtur eis conuenire: unde populus hoc non permitteret, scilicet abuti potestate consanguineorum & amicorum.

g Et ex hoc concludit, ibi, Quare necessarium accidere, supple, est, quod quidem est maximi profectus in politiis. Et determinat quid sit illud, ibi, Principari Epiiceis, id est, iustos, impeccabiles existentes (& dicuntur impeccabiles: quia non peccant in acta, non quia priuentur potestate peccandi) nihil minorata multitudine: quia adhuc remanet multitudo, nulla dignitate priuata: adhuc enim possunt participare principatu consiliatio, & eligere principes, & eligi ad officia publica ciuitatis: & sic cessante inuidia inter principes & populum, cessabit causa dissentionis & ambitionis, & in pace erit ciuitas.

h Ex omnibus his concludit, ibi, Quod quidem igitur hæc democratia sit optima, manifestum, supple, est, & propter quam causam, sit scilicet optima, scilicet propter concordiam populi & principum. Et hoc est quod sequitur. Quia propter qualem quandam esse populum: optima enim qualitate disponitur populus, quando concordat cum principibus.

i Et hoc confirmat per antiquas leges, ibi, Ad instituendum autem populum agricolam alique legum apud antiquos positam antiquitus obseruata vtilis, supple, sunt. Et dicit quæ sunt illæ, ibi, Omnes, autem scilicet tales leges, totaliter, id est, vniuersaliter, supple, præcipiebant, non licere possidere ampliozem terram mensura quadam: mensurabant enim cuiuslibet ciui quantum deberet possidere de terra, & item mensurabatur ab aliquo loco ad municipium in ciuitate pertinente, sicut adhuc moris est, quod territoria ad ciuitates pertinentia, mensurata sunt: & etiam in Ecclesiasticis propter hoc positi sunt termini Episcopatum & prouinciarum ad metropolim pertinentium.

k Et ostendit vnam de antiquis legibus de hoc, ibi, Erat autem antiquitus in multis ciuitatibus lege statutum, neque licere vendere primas sortes, sic scilicet ne ciues depauperarentur.

l Et ostendit, quod adhuc tenent tales leges in quibusdam locis, ibi, Est autem & quam dicunt Oxylis legem esse, tale aliquid potens (Oxylus legislator fuit) non mutare ad aliquam partem terræ pecuniam, existentis vnicuique, ciuium, supple: & fuit ratio Oxylis, ne scilicet translatis sortibus vniuersisque ciuis ad alios hæredes & dominos, depauperarentur ciues, & sic dissolueretur ciuitas.

m Et subdit qualiter nunc in tali democratia legibus oportet uti, ibi, Nunc autem oportet dirigere, & id est, etiam lege Aphytolorum. Nomen ciuitatis est. Et subdit rationem. Ad id enim quod dicimus, est vtilis. Et ponit legem, ibi, Illi enim quidem, Aphytoli scilicet, existentes multi, possidentes autem terram paucam, tamen omnes terram colunt. Et dicit quomodo. Appetantur enim non totas possessiones, id est,

D. Alb. Mag. Politic.

sub pretio locant non totas possessiones vni, sed secundum tantas partes diuidentes, ut habeant excedere pretiis etiam pauperes, id est, cuiuslibet locant vnam portiunculam pro pretio determinato, quod potest etiam habere pauper, ut sic vnus uiuat in alio, vnus scilicet locando fundum, alter adhibendo culturam: & sic de eadem uiuat & dominus fundi & cultor agri. Iste mos seruatur apud nos in frumento censuali.

n Deinde cum dicit, Post agricolam autem multitudinem, &c. determinat de democratia pastorum, quæ optima est post democratiam agricolarum. Et circa hoc tria facit. Primum enim ostendit quare democratia pastorum sit melior post agricolarum. Secundò ponit, quod alia multitudines ex quibus reliquæ multitudines consistunt, quæ sunt circa forum, multo deteriores sunt, ibi, Alia autem omnes multitudines, &c. Tertio concludit, quod agricolæ & pastores propter hoc quod habent habitacula dispersa per agros, & non habitant in ciuitatibus, non facile faciunt congregationes: & per consequens non faciunt conspirationem nec dissentiones ad dissolendum politiam, ibi, Qui autem omnes cultores, &c. Sententia primæ partis hæc est, quod post agricolam multitudinem optimus populus est, ubi pastores sunt & viuunt ex pecoribus. Et ad hoc ponit tres rationes. Prima est, quod multa similiter habent agriculturæ, scilicet talis vita: quia scilicet viuunt in campis, & intendunt propriis negotiis, & non faciunt congregationes. Secunda ratio est, quod in actionibus bellicis isti maxime exercitati sunt, & corpora habent apta. Et potest esse ratio: quia pugnant contra lupos & vrsos & leones rapientes animalia: sicut & Dauid dicit i. Reg. 17. Nam & leonem & vrsum ego interfeci: & propter hoc aptus iudicabatur ad inuadendum Goliath Philistæum. Corpora autem habent: quia ex discursu post animalia efficiuntur eis corpora agilia, ita ut apti sint hostes insequi & persequi. Tertia ratio est: quia tales apti sunt venari animalia syluestria, ex quibus consequuntur multam vtilitatem, & in carnibus & in pellibus. Propter hoc etiam Augustinus in primo libro de bono coniugali dicit, quod pecunia ideo dicitur pecunia: quia commutatione pecudum primò inuenta est. Hæc est sententia. Litera sic ordinanda est. Post agricolam autem multitudinem optimus populus est, ubi pastores sunt & viuunt ex pecoribus. Et subdit rationem triplicem (sicut dictum est) ibi, Multa enim habet consimiliter agriculturæ, scilicet quod in campis habitat diffusè, & congregationes non facit. Et subdit secundam rationem, ibi, Et actionibus ad bellica maxime isti exercitati sunt, secundum habitus. Et ratio est dicta: quia pugnano contra bestias nocuas exercitati sunt & efficiuntur vtilis secundum corpora: quia, sicut dictum est, exagitando feras, agilia corpora accipiunt ad insequendos hostes. Et ponit tertiam rationem, ibi, Et potentes venari, supple, efficiuntur: & per hoc sciunt inuadere cautè, & cauere ab inuasionè hostium: & lucra multa accipiunt, sicut dictum est, quod Dauid se habuit ad Philistæum, quem percussit.

H h 3

o Secundo,

Secundo, ibi, Aliæ autem omnes multitudines, &c. dicit quod omnes aliæ multitudines, quæ communicant in democratiis, multò sunt deteriores. Et ponit duplicem rationem. Una est: quia talium vita praua est, scilicet iners ad bellica, & cum fraudibus in negotiationibus, & nullum opus habet cum virtute, bellica scilicet, sicut est militaris, vel equestris, vel sagittaria: in tali enim nullo modo exercitantur illi qui sunt de multitudine banauforum & foetensium & hominum mercenariorum, talis enim multitudo hominum non tractat nisi fraudes & deceptiones. Et adiungit aliam rationem, quod tales circa forum & circa municipium conuersantur, & idèd omne tale genus hominum facile congregationes & conspirationes facere & dissentiones. Hæc est sententia. Litera sic ordinanda est. Aliæ autem omnes multitudines ferè ex quibus reliquæ democratiæ consistunt, multò deteriores his, supple, sunt. Et dicit ferè, propter medias personas inter diuites & pauperes in ciuitate, ex quibus (sicut dictum est in quinto lib.) sit securissima & optima politia. Et ponit rationem, quare aliæ sunt deteriores, ibi, Vita enim praua, id est, iners & fraudibus admixta, & nullum opus cum virtute, bellica scilicet, eorum, scilicet operum quæ tractat multitudinem, supple, talis, & quæ banauforum, scilicet operum, quæ maculant corpus, sicut est coquinaria, & huiusmodi, & foetensium hominum, id est, circa forum occupatorum, & quæ mercenaria. Nulla enim talis multitudo ad liberale tractat, sed semper fraudes & deceptiones & lucra.

Et adiungit aliam rationem, ibi, Adhuc autem propterea quod circa forum & circa municipium conuersantur omne tale genus, ut est dicere, facile congregationes facit: & per consequens conspirationes & dissentiones, ex

CAPVT IV.

Quomodo instituendi duo posteriores modi status popularis.

Quomodo quidem igitur oportet instituere optimam & primam democratiam, dictum est. Manifestum autem & quomodo alias, consequenter enim oportet transgredi, & deterio-rem semper multitudinem separare.

Vltimam autem, propterea quod omnes communicant, neque ferè est omnis ciuitatis, neque facile permanere, non bene compositam legibus & consuetudinibus. Quæ autem accidit corrumpere & hanc & alias politias, dicta sunt prius plurima ferè.

Ad firmandum autem hanc democratiam, & faciendum populum impotentem, consueuerunt præfides assumere quam plurimos, & facere ciues non solum legitimos, sed spurios, & eos qui ex utroqueque ciue. Dico autem, puta ex patre, vel matre: omne enim conueniens magis tali populo.

quibus conturbantur & dissoluantur politia. Tertio, ibi, Qui autem terræ cultores, &c. concludit per oppositum democratiam agricolarum & pastorum esse optimam: quia scilicet talibus congregationibus & synodis non indigent: dispersi enim sunt per regionem, nec facile est eis concurrere, & per consequens ubi regio talem habet positionem, quod à ciuilitate remota sit, facile est facere democratiam. Et ratio est: quia fraudes malignantium in ciuitate, ibi non subuertunt simplicitatem bonorum. Et huius ponit signum, quod scilicet in multitudine forensi non expedit facere democratiam exclusa multitudine agricolarum, quæ per regionem diffusa est. Hæc est sententia. Litera sic est ordinanda. Qui autem terræ cultores, propterea quod dispersi sunt per regionem, neque concurrunt, neque similiter indigent synodo hac, id est, congregatione hac, ex eis, supple, sit optima democratia.

Et hoc est quod sequitur, ibi, Vbi autem &, id est, etiam accidit regionem positionem habere talem, id est, ordinationem in loco, ut regio multum à ciuitate remota sit, facile, supple, est &, id est, etiam democratiam facere bonam & politiam. Et subdit rationem, ibi, Cogitur enim multitudo magis facere habitacula, diuisa scilicet ab inuicem, ut unusquisque refideat in præsidio suo, & sic congregationes non facere possit.

Et ex hoc ulterius concludit correlatiuam conclusionem inferens, ibi, Quare oportet, etsi turba forensis sit, non facere in democraticis congregationibus, supple, politiam, sine multitudine, quæ per regionem, est diffusa, supple, agricolarum & pastorum. Et ratio huius est: quia nisi fraudes forensium temperarentur simplicitate pastorum & agricolarum, ipsa politia forensium suis fraudibus dissolueretur.

CAPVT IV.

Quomodo ergo constituenda sit optima illa ac prima popularis gubernatio, dictum est. Patet etiam quomodo alia, subsequenter enim est descendendum, & deterior semper multitudo separanda.

Postremam vero speciem, quia omnis multitudo ad illam recipitur, neque cuiuscumque ciuitatis est eam perferre, neque facile permanere eam, nisi legibus & moribus bene stabilitam. A quibus vero labefactari contingat & hanc & alias Resp. ferè dictum est prius in plurimis.

Sed ad constituendam hanc popularem gubernationem, & ad populum roborandum, consueuerunt præfides recipere complures, acciues efficere, non solum legitimos, verum etiam spurios ex quouis ciue, id est, siue ex patre, siue ex matre: omne enim hoc, huius populo magis conueniens est.

d Consue

Consueuerunt quidem igitur demagogi instituere sic, oportet tamen assumere donec utique excedat multitudo insigniorum, & mediocrum, & non ultra hoc procedere. Excedentes etenim inordinatiorem faciunt politiam, & insignes exacerbant magis ad grauiter sufferre democratiam. Quod quidem euenit fieri causam seditionis circa Cyrenem. Paucum quidem enim malum negligitur, malum autem factum magis in oculis est.

Adhuc autem & talia instituta sunt oportuna ad democratiam talem, velut Clisthenes Athenis vsus fuit, volens augere democratiam: & circa Cyrenem, qui demum instituebant. Tribus enim aliæ faciendæ plures, & fraternitates, & in propriis sacris colligendum in pauca, & communia, & omnia sophisticandum, ut utique quam maxime permisceantur omnes inuicem. Consuetudines autem coniungantur, quæ priores.

Adhuc autem & tyrannica instituta demotica videntur omnia, dico autem, puta anarchia seruorum (Hæc autem utique erit vsque ad aliquid expediens) & mulierum, & puerorum.

Et viuere ut quis vult, dissimulare. Multum enim erit politia tali auxilians: delectabilis enim multis viuere inordinatè, quam temperatè.

Est autem opus legislatoris, & volentium consistere talem quandam politiam, non instituere maximum opus, neque solum vnum, sed ut saluetur magis. Vno enim, aut duobus, aut tribus diebus non difficile manere politizantes qualitercumque. Propter quod oportet, de quibus consideratum est prius, quæ saluationes, & correctiones politiarum, ex iis tentare facere firmitatem, verentes quidem corrupentia, ponentes autem tales leges, & non scriptas, & scriptas, quæ comprehendunt maxime saluantia politias. Et non putare hoc esse demoticum, neque oligarchicum, quod faciet ciuitatem quam maxime democratizari, neque oligarchizari, sed quod plurimo tempore.

Qui autem demagogi gratiosi populis, multa democratizant per prætoria. Propter quod oportet ad hæc contra agere eos qui cordi habent politiam, lege statuantes nihil esse publicum, eorum quæ condemnantur, &

Consueuerunt igitur hi qui populos ducunt, ita constituere, oportet tamen id facere quoad exuperet nobilium mediocrumque multitudo, neque ultra progredi: nam si transcendunt, turbatiorem efficiunt Rempub. ac nobilitatem exasperando magis irritant: quæ causa seditionis fuit apud Cyrenem. Paruum enim inconueniens conuiuendo transiit, magnum verò in oculis hæret.

Insuper talia constituta utilia sunt ad popularem statum huiusmodi, & ad populi corroborationem, qualia Clisthenes Athenis factis ait, quo populi gubernationem auget, & apud Cyrenem, qui populum constituuerunt: Tribus enim aliæ constituendæ sunt plures, & sodalitates priuatorum sacrorum redigendæ sunt ad pauca, & publica: & cuncta diligenter excogitanda, quo quam maxime omnes simul admisceantur familiaritates, conuersationesque prima disiungantur.

Præterea tyrannica machinamenta omnia videntur esse popularia, seu licentia seruorum, & mulierum, & puerorum.

* Cod. Græci ad. (hæc autem vsque ad aliquid quid conducere potest.)

Vt sine ullo metu uiuant, ut velint: permulti enim huiusmodi statum ciuitatis amabunt, cum plerisque dulcius sit dissolutè viuere, quam modestè.

Est autem opus legispositoris, & eorum qui volunt statum aliquem talem consistere. Nam ut constituantur talis status, non magnum negotium est, neque solum, sed magis ut seruetur. Vno enim, vel duobus, vel tribus diebus permanere, quomodocumque gubernantibus haud difficile est. Quapropter opus ex his, quas supra retulimus conseruationibus, & corruptelis Rerump. cautelam assumere, cauendo illa quæ corruptiua sunt, ac leges tales ponendo, & sine scripto, & scriptas, quæ conseruationes status maxime comprehendant, neque putare id esse populare, neque paucorum potentia, quod efficiat ciuitatem, maxime à multis, vel à paucis gubernari, sed quod quam plurimo tempore.

* Cod. Græci non constituitur maximum opus, neque solū.

At nunc hi qui sunt potentes in populis, gratificantes multitudini, multa populariter agunt per publicationes bonorum in iudiciis factas. Quare oportet eos qui curam salutis habent Reip. contra moliri, leges ponendo, ut damnatorum bona sacra sint,

H h 4 feruntur

feruntur ad commune, sed sacrum. Qui quidem enim iniusta agunt, nihil minus verentes erunt: damnificabunt enim similiter: turba autem minus corrumpet sententiâs de iis qui iudicantur, cum nihil debeat accipere.

Adhuc autem eas quæ sunt publicas vindictas, quam paucissimas semper facere magnis damnis prohibentes eos qui vanè scribunt: non enim populares, sed insignes consueverunt indicere. Oportet autem politiæ omnes ciues maximè quidem beneuolos esse: si autem non, nunquam ut aduersarios putari dominos.

Quoniam autem vltimæ democratiæ multorum hominum sunt, & difficile congregari sine mercede: hoc autem ubi reditus non existunt entes, aduersarium insignibus: ab illatione enim & depopulatione necessarium fieri, & prætoriam malorum, quæ multas iam democratiâs euerterunt. Vbi quidem igitur reditus non existunt entes, oportet facere congregationes paucas, & prætoriam multorum quidem, paucis autem diebus. Hoc enim facit & ad non timere diuites expensas, sed diuites quidem non accipiant prætoriam, pauperes autem. Facit autem & ad iudicare sententiâs multò melius. Diuites enim multas quidem diebus non volunt à propriis abesse: breui autem tempore volunt.

Vbi autem sunt reditus, non facere quod nunc demagogi faciunt: obuenientia enim distribuunt, accipiunt autem simul, & rursum indigent eisdem: perforata enim lagena est tale auxilium pauperibus.

Sed oportet verè demoticum prouidere, qualiter multitudo non valde egens sit: hæc enim causa eius, quod est prauam esse democratiâ.

Artificiandum igitur, qualiter abundantia fiat diuturna. Quoniam autem expedit hoc etiam diuitibus. Quæ quidem à retributis fiunt congregantes, simul tota oportet distribuere pauperibus.

Maxime autem si quis potest tantum congregans, quantum ad fundiculi acquisitionem, vel ad occasionem negotiationis, & agriculturæ.

Et si non omnibus possibile, saltem secundum tribus, vel secundum partem aliquam alteram in parte distribuere.

et non in publicum, sed in sacrum referantur. Hæc enim lex nihilominus iniurias compeſcet: nam pœna eadem erit: populus autem minus cupide damnabit, cum nihil sit utilitatis ex damnatione suscepturus.

Insuper publicas accusationes quam rarissimas facere, magna pœna constituta aduersus eos qui falsa accusarint: non enim populares in iudicium vocare consueverunt, sed nobiles. Oportet autem erga statum Reip. quantum fieri potest, omnes reddere beneuolos: quod si id fieri nequeat, saltem conari, ne hostes existiment eos qui gubernant.

Cum vero postrema illa species gubernationum popularium in multitudine consistant, ac difficile sit, ut concionibus vacare possint sine alicuius mercedis susceptione: hoc autem nisi reditus habeat ciuitas, maxime inimicum est præstantibus viris: nam ex tributo, & publicatione bonorum, & ex iudiciorum improbitate, necesse est prouenire, quod multas iam popularium Respub. subuertit. Vbi ergo publici reditus non sunt, facere oportet conciones raras, & iudicia magna quidem, sed paucis diebus duratura. Hoc autem confert ad illud, quod non formidabunt impensas opulenti, si diuites non capient mercedem iudicij, sed pauperes. Confert etiam ad reuocandum multò magis. Nam qui magna patrimonia habent, multis diebus abesse nolunt à rebus suis: modicum verò abesse tempus, non moleste ferunt.

Vbi verò sunt reditus publici, non id facere, quod nunc magni quidam in populo faciunt: superflua enim diuidunt, ac simul capiunt, moxque rursum indigent eisdem: est enim pauperibus, ceu vas perforatum, huiusmodi emolumentum.

Sed oportet eum qui verè popularis sit, videre, ne multitudo pauperie nimia prematur: nam egestas prauam reddit populi gubernationem.

Conandum est igitur ingeniose, ut abundantia adsit diuturna. Nam id prodest etiam diuitibus. Congregantes vero illa, quæ ex retributis proueniunt, simul omnia egenis tribuere oportet.

Præsertim si quis possit tantum congregare, quantum sat est ad agelli comparationem, vel saltem ad facultatem negotiandi, & agrum colendi.

Et si non omnibus possibile, at secundum tribus, aut partem aliquam id facere. In hoc autem ad necessarios conueniunt merce-

In

In hoc autem ad necessarias synodos diuites inferre mercedem, respuentes vanas oblationes.

Tali autem quodam modo Carthædonij politizantes, amicum acquisierunt populum. Semper enim aliquos de populo emittentes ad negotia domus, faciunt diuites. Gratioforum autem, & intellectum habentium insignium est, & assumentes pauperes, occasiones quidem dantes prouocare ad operationes.

Bene habet autem imitari & Tarentinum principatum. Illi enim communia facientes possessa pauperibus ad usum, beneuolam instituunt multitudinem. Adhuc autem principatus omnes duplices fecerunt, hos quidem eligibiles, hos autem fortiales: fortiales quidem, ut populus ipsis participaret, eligibiles autem, ut politizarent melius. Est autem hoc facere & de eodem principatu partientes, hos quidem fortiales, hos autem eligibiles. Quomodo quidem igitur oportet democratiâs instituere, dictum est.

CAPVT IV.

In isto capitulo sicut dictum est in antè habitis, considerat Philosophus quæ sit optima politia. Diuiditur autem in duas partes, in quarum prima agit Aristoteles de optima politia quæ consistit in concordia populi & insignium. In secunda tractat de pertinentibus ad optimam politiam secundum ordinem ad virtutem & felicitatem in septimo libro, ibi, De politia optima facturus convenientem inquisitionem, &c. Prima pars diuiditur in tres, secundum tria capitula. In primo capitulo determinat qualiter optimè saluantur democratiâs à prima & secunda, de quibus iam dictum est in quarto & quinto. In secundo ostendit qualiter optimè saluantur oligarchiâs, ibi, Ferè autem & circa oligarchiâs, &c. In tertio ostendit qualiter diuidenti sunt principatus in singulis, ibi, Consequens autem dictis est diuidere, &c. In prima parte duo dicuntur. Primò scilicet qualiter optimè saluantur aliæ democratiâs in genere. Secundo qualiter saluantur democratiâs vltima & tyrannica, & oligarchica, ibi, Quoniam autem vltima democratiâ, &c. Adhuc prima habet duas partes, in quarum prima generali documento ostendit qualiter aliæ democratiâs saluantur. In secunda dat speciales cautelas, ibi, Adhuc autem & talia instituta, &c. Sententia primæ partis hæc est, quod primò vitur transitu in quo continuat dicenda dictis. Secundo ponit generale documentum saluandi democratiâs: dicit enim, quod iam dictum est, qualiter saluetur optima & prima democratiâ: ad saluandum autem alias democratiâs, quæ in quarto enumeratæ sunt,

dem diuites conferre cupidos inanimi numerum.

Per talem aliquem modum Carthægonenses gubernantes, amicum retinent populum. Semper enim quosdam à populo mittentes in aliquas gubernationes eos diuites faciunt. Gratioforum vero ac mentem habentium nobilium est suscipere egenos, & occasionem præbentes conuerti ad res agendas.

Recte quoque se habet Tarentinorum exemplum imitari. Illi enim iumenta facientes communia ad pauperum usum, beneuolam per hunc modum plebem constituunt. Magistratus insuper omnes duplices faciunt, ut sint alij per electionem, alij per sortem. Quo enim populus capiat, per sortem. Quo autem melius gubernentur, per electionem. Est autem hoc facere etiam in vno eodemque magistratu, ut alij sorte, alij electione ad eum gerendum assumantur. Quemadmodum ergo oportet gubernationes multitudinis instituere, dictum est.

generale documentum est, quod oportet transgredi & deteriore multitudine, communiantium scilicet in foro secundum emptiones & venditiones, & generaliter transmutationes illas oportet separare, & separatim de vnaquaque dicere, quod conuenit. Vltimam autem democratiâ, quæ est quando totus populus principatur ut vnus & non ut singuli, & oppressiue principatur tyrannicè & oligarchicè, propterea quod omnes communicant in ea, neque ferre est omnis ciuitatis, sed aliquarum & paucarum, nec facile est quod permaneat ista: eo quod non bene est composita ex legibus & consuetudinibus bonis, & iam dictum est in antè habitis in quinto quæ sunt corrupentia & saluantia politias, quæ oportet hic attendere & ad memoriam renocare. Et dicit, quod ad hoc quod hanc politiam temperent, ut tolerabilis fiat, consueverunt præsidēs omnia ponere & statuere quæ faciunt populum impotentem super insignes. Et ponit exemplum, sicut quod faciunt multos ciues, non solum legitimos, sed etiam spurios, & tot assumere donec excedat multitudo insignium & mediorum, ut illis scilicet reprimant læuitiam populi: sed tamen quod non immoderatè excedere oportet in multiplicatione talium: quia multiplicati per excessum inordinatam esse faciunt politiam, & insignes exacerbant magis ad grauius sufferre democratiâ, & sic ex contentione insignium cum populo, soluitur aliquando democratiâ. Et quia exempla in hac scientia efficacissima probatio sunt, dicit exemplariter, quod causa hæc fuit causa contentionis circa Cyrenem, ubi ex hac causa solum fuit democratiâ soluta. Et dat generale Proverbium de hoc dicens,

dicens, quod paucum malum dissimulando negligitur frequenter, sed quando magnum efficitur malum, in oculis habetur & non toleratur. Et per hoc intendit, quod moderata multiplicatio mediocrium civium addita insignibus, toleratur: si autem enormiter multiplicentur, tunc considerantes esse malum non amplius tolerant. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Quomodo quidem igitur oportet instituire optimam & primam democratiam, dictum est. Manifestum autem, supple, est, & quomodo alias, supple, oportet instituire, quæ quatuor sunt numero, ut dictum est. Cognoscitur enim ex eodem: rectum enim est iudex sui & obliqui, ut dicitur in primo de anima. Et tangit modum, ibi, Consequenter enim oportet transgredi (omnes enim aliæ politiæ transgressiones sunt) & deteriorem semper multitudinem, communicantium scilicet in hac vel illa democratia, separate, id est, separatim considerare, quibus scilicet legibus & quibus statutis communice, & sic de vnaquaque determinare, qualiter scilicet melius & utilius in ea communicatio fiat.

b Vltimam autem, supple, democratiam propterea quod omnes, supple, civis communicant, in illa scilicet, neque ferre est omnis civitatis, sed paucarum (Et huius ratio est: quia oppressiva & tyrannica est, ut dictum est) neque facile permanere, supple, est eam. Et ponit rationem, ibi, Non bene compositam legibus & consuetudinibus. Quod enim non est bene compositum, facile corrumpitur: & idè quia totum non congruens est partibus, non permanet in illis. Sed quia multa dicta sunt in quinto de salute & correctione politiarum, idè addit, ibi, Quæ autem accidit corrumpere & hanc & alias politias, dicta sunt prius plurima ferè, in quinto scilicet, ubi dictum est de correctionibus politiarum singularum. Et dicit ferè, quod in particularibus nemo ad plenum potest dicere.

c Sed quia agit hic de optima politia quæ est in concordia populi & insignium, idè addit documentum qualiter hoc fiat, ibi, Ad firmandum autem hanc democratiam, & faciendum populum impotentem, scilicet contra insignes, consueverunt præsidere, id est, insignes assumere quamplurimos & facere civis non solum legitimos, sed spurios, & eos, supple, consueverunt assumere, qui ex utroque civis. Et explanat quid sit hoc, ibi, Dico autem, puta ex patre, scilicet civis, vel matre, civis scilicet: hos enim assumunt ad officia civilia, ut illis scilicet se firment contra sævitiam populi. Et ponit rationem, ibi, Omne enim conveniens magis tali populo. Hoc est dicere, quod hoc omne est conveniens populo: quia isti qui ex civibus nati sunt, maioris reputationis sunt in populo, quam si non essent: tunc enim minus reputarent & citius insurgerent: nunc autem, quia ex ipsis sumuntur, qui adduntur insignibus, facilius quiescunt & reprimuntur à sævitia propter tales qui ex ipsis sumpti sunt, maxime in hac democratia vltima, in qua totus populus tyrannicè dominatur contra insignes.

d Ex his concludit quasi epilogo, ibi,

Consueverunt quidem igitur demagogi instituire sic: sed quia timor est, ne talibus nimis multiplicatis tandem populus contra insignes insurgat, & fiat novissimus error peior priore, idè addit temperamentum, ibi, Oportet tamen assumere de talibus, supple, donec vtrique excedat multitudo insigniorum & mediocrium, supple, intantum quod possit reprimere sævitiam populi, & non ultra hoc procedere. Et ponit causam, ibi, Excedentes enim inordinatorem faciunt politiam, & insignes exacerbant magis dum adduntur populo contra insignes, ad graviter sufferre democratiam. Et quia exemplaris probatio maxima est in hac scientia, probat hoc per exemplum, ibi, Quod quidem euenit fieri causam seditionis circa Cyrenem, quæ est provincia circa Alexandriam. Et hoc confirmat per procerbum antiquè dictum, ibi, Paucum quidem enim malum negligitur, id est, dissimulatur, multum autem factum, malum scilicet, magis in oculis est: & ideo non dissimulatur.

e Deinde cum dicit, Adhuc autem & talia instituta, &c. ponit quinque cautelas quibus augetur & firmatur democratia: & secundum hoc dividitur in quinque partes. Prima cautela est qua vsi sunt, qui circa Cyrenem democratiam instituebant, & illa est, quod illi instituebant multas tribus in civitate, ut etiam essent multi principes tribuum qui adhererent insignibus: & similiter faciebant multas fraternitates diversorum artificum & officiorum, propter eandem causam, ut scilicet multi principes fraternitatis additi insignibus, reprimerent sævitiam populi, qui in illa vltima (sicut dictum est) tyrannicè dominabatur. Propter quod oportuit insignes semper studere qualiter reprimerent sævitiam populi, ne insurgeret contra insignes. Et propter hoc etiam omnia quæ communia erant omnium, oportuit redigere in pauca & sophisticare, id est, apparenter studere qualiter omnia permiscerentur & vnirentur per connubia & alias confederationes, ut omnes essent vnum, & sic schisma non surgeret contra insignes & populum. Et ad hoc dicit valete etiam quod consuetudines antiquæ seruentur & non mutantur: quia novæ mutationes sæpè inducunt schisma. Et addit, quod etiam tyrannica instituta antiqua seruanda sunt propter hoc. Et dicit exemplum de anarchia seruatorum. Et est anarchia circularis principatus, dicta ab ana quod est circum, & archi quod est principatus, in quo scilicet modo principatur vnus seruus super alios, postcà alius, donec in circulum transferat. Eadem ratione dicit, quod petmittendus est principatus mulierum, & principatus puero-rum. Et ratio potest esse: quia quilibet qui constituitur in principatu vtriusque sexus, efficitur insignis & additur insignibus ad sævitiam populi reprimendam, qui, sicut dictum est, in vltima democratia tyrannicè dominatur. Vltè dicit, quod cautela in illa politia seruanda est, quod cuilibet permittatur viuere ut vult à legislatore: id est quod multis est delectabilius viuere inordinatè, quam temperatè: & quando impediuntur à voluptatibus suis, concitant populum sævitiam & tyrannicam, ut insurgant.

insurgunt contra legislatorem & insignes: & ex hoc dissoluitur politia frequenter. Addit autem aliam cautelam, quod legislator caueat in hac politia, quod magnum opus non instituat, quod graue sit communi populo, nequidem vnum solum: & quod semper studeat ut saluetur politia, magis quam ad aliud aliquid: id est quod vno die facile est saluare politiam qualicumque sit, vel duobus, vel tribus. Propter quod oportet legislatorem studere in omnibus his quæ dicta sunt in quinto de saluatione, ut in illa instituat & ponat & caueat ab omnibus his de quibus ibidem dictum est, quæ sunt corruptentia politiam. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Adhuc autem & talia instituta sunt opportuna ad democratiam talem, scilicet saluandam, velut Clithenes, legislator scilicet, Athenis vnus fuit, volens augere democratiam, & id est, etiam circa Cyrenem, qui demum, id est, democratiam instituebant, ibi scilicet, quibus etiam vsus fuit legislator volens augere democratiam. Et tangit instituta, ibi, Tribus enim aliæ faciendæ plures. Et causa iam dicta est, ut scilicet multiplicatis tribubus, multiplicentur principes tribuum, & sic confortetur pars insignium contra sævitiam populi. Et addit, Et fraternitates, supple, faciendæ sunt propter eandem causam. Et quæ sunt fraternitates, iam dictum est in sententia. Et addit, Et in propriis sacris colligendum in pauca, & vocat sacra, confirmationes per pacta & confederationes, quæ dicit esse colligenda in pauca, & communia, ut etiam illi qui talibus pactis seu confederationibus præsumunt, addunt insignibus contra sævitiam populi. Et generaliter subdit, quod omnia sophisticandum, id est, apparenter sapientia ordinandum, ut vtrique omnes quam maxime permiscerentur inuitem, per connubia scilicet & confederationes. Et ratio est: quia tunc minus insurgunt contra inuicem, & magis saluatur politia. Et adiungit, Consuetudines autem coniungantur, quæ priores, id est, antiquæ. Et ratio est: quia populus difficile recedit à consuetis & antiquis, & sæpè dissensionem sunt quando noua introducuntur.

f Et hoc est quod subdit, ibi, Adhuc autem & tyrannica instituta, demotica, id est, democratica videntur omnia, quando scilicet ab antiquo sunt obseruata. Et huius exemplum est 1. Mach. 3. ubi Antiochus venit in maximam turbationem, propter hoc quod legitima terræ abstulit, & voluit omnes transfere ad ritum proprium. Et ponit exempla, ibi, Dico autem pura anarchia seruatorum, id est, circularis dominatio, qua serui sibi inuicem dominantur & principantur, sicut dictum est. Hæc autem vtrique anarchia, seruatorum scilicet, erit vsque ad aliquid expediens, id est, limitata ad aliquem numerum, ut immoderatè non exerceat. Et ratio est: quia si exerceat immoderatè, timendum esset ut adderetur populo, & sic cresceret sævitia populi contra insignes. Et mulierum, supple, anarchia permittatur & limitetur vtraque, & puero-rum, supple, etiam anarchia.

g Et addit aliam cautelam, ibi, Et viuere ut quis vult dissimulare. Et ponit aliam rationem,

ibi, Multum enim est politiæ tali auxilians. Et subdit causam, ibi, Delectabilius enim multis est viuere inordinatè quam temperatè, & quando prohibentur à voluptatibus suis, insurgunt & faciunt seditionem populi.

Et ponit aliam, ibi, Est autem opus legislatoris & volentium consistere talem quandam politiam, non instituire maximum opus, neque solum vnum, id est, neque saltem vnicum opus graue instituat. Graue opus dicitur, quod est difficile ferre communitati populi: quia populus statim insurgit, & non sustinet. Exemplum huius sæpè visum in Romanis, ubi sæpè insurgit populus ex talibus causis contra insignes & nobiles. Et addit hoc, Sed ut saluetur magis, supple, studendum est legislatori politiæ talis. Et subdit rationem, ibi, Vno enim aut duobus aut tribus diebus non difficile manere politizantes qualitercumque, sed, supple, ut maneat continuè politia talis quæ quasi tyrannica est, est difficile, supple. Propter quod oportet de quibus consideratum est prius, in quinto, supple, considerare quæ saluationes & corruptiones, supple, sint politiarum, & ex his, saluantibus scilicet & corruptentibus, tentare facere firmitatem, politiæ scilicet. Et dicit modum, ibi, Verentes quidem corruptentiam, ponentes autem, id est, statuantes tales leges, & non scriptas & scriptas, quæ comprehendant maxime saluantia politias. Quales autem illæ leges sit, in septimo de saluantibus politias requiratur. Et non putare hoc esse democraticum, neque oligarchicum, quod faciet ciuitatem quam maxime democratizari & oligarchizari, sed quod plurimo tempore, scilicet ad hoc studeat quod plurimo tempore potest saluare politiam, id est, non studeat ad hoc quod in hac vel illa politia ponat ciues, sed quod plurimo tempore conferuet eos in politia qua politizant.

i Deinde cum dicit, Qui autem nunc demagogi, &c. ostendit, quod quidam demagogi non sicut dictum est, facientes, sed quærentes esse gratiosi populo, multa democratizant, id est, ad fauorem populi instituunt, per prætoriam, id est, in causis & iudiciis, & his, supple, non conseruatur politia, licet acquiratur fauor populi: & ex hoc populus confortatur contra insignes, quod sæpè causa est euerfionis politiæ: & idè subdit, Propter quod oportet adhuc contra agere eos, qui cordi habent politiam, supple, talem. Et dicit quomodo, ibi, Lege statuantes nihil esse publicum, id est, commune, & id est, etiam eorum quæ condemnantur, id est, damna ad quæ condemnantur delinquentes, non sunt communia, nec in communi distribuenda, nec sunt conferenda ad commune, sed sint sacrum, scilicet quod ex talibus prouenit. Et ostendit, quod ex hoc nullum nocumentum iustitiæ prouenit, ibi, Qui quidem enim iniusta agunt, nihil minus verentes, id est, timentes erunt iniusta facere: damnificabuntur enim similiter: quia ex hoc non minus damnificabuntur quod obuentiones ex talibus in sacris reponuntur, & non diuiduntur in turbam. Et ostendit utilitatem ex hoc prouenientem, ibi, Turba autem minus corrupet sententias de iis, qui iudicantur, ad pecuniæ scilicet condemnationem.

demnationem. Et ponit rationem, ibi, Cum nihil debeat accipere, sed totam, supple, sit in factis reponendum.

¶ Vltimus ponit, quod ad politiæ conseruationem multum valet, quod publicæ vindictæ paucissimæ fiant ad condemnationem pecuniæ, ibi, Adhuc autem eas quæ sunt, publicas vindictas quam paucissimas semper facere. Propter quod Aristoteles in libro de regimine dominorum dicit, quod Rex Persarum, qui præ cæteris optimè rexit, non nisi semel in anno in publicum procedens, vindictas publicas exercuit in malefactores. Et causa est: quia ex talibus vindictis efficitur horror populo. Et addit. Magnis damnis prohibentes eos qui vanè scribunt, id est, qui vanas leges scribunt ad magnas vindictas esse faciendas. Et ponit rationem, ibi, Non enim populares, quorum scilicet est democraticus principatus, sed insignes, quorum scilicet est principatus oligarchicus, consueverunt inducere, supple, tales scripturas, & propter hoc, supple, tales scripturæ non valent ad conseruationem democraticæ politiæ. Postea addit vltimum documentum, ibi, Oportet autem politiæ, talis scilicet, omnes ciues maximè quidem beneuolos esse. Et ratio huius est: quia politia illa in se corrupta est, & magis est transgressio quam politia: vnde conseruari non potest nisi beneuolentia ciuium. Et addit: Si autem non, supple, sint aliqui beneuoli, maximè inter insignes, nunquam vt aduersarios oportet putari dominos, id est, insignes. Et ideo oportet studere vt sint beneuoli omnes.

¶ Deinde cum dicit, Quoniam autem vltimæ democraticæ, &c. ostendit qualiter optimè saluetur vltima democratia, quæ est quando totus populus principatur vt vnus, & non singuli principantur oppressiue & tyrannicè. Diuiditur autem hæc pars in duas partes. In prima enim docet canere omnia quæ possunt populum incitare contra insignes. In secunda ostendit hoc per exempla, ibi, Tali autem quodam modo Carthed. &c. Prima pars tres particulas habet iuxta tria documenta quæ dat. Primum est, quod non sæpè fiant congregationes multitudinum & insignium: quia in congregationibus synodorum & prætoriorum in discussione causarum sæpè fiunt seditiones vel discussiones. Et huius sententiam dicit sic. Quod quia vltima democratia multorum hominum est, est enim totius populi principantis, vt vir vnus, non vt singuli: & quia difficile est congregari populum & insignes sine mercede, vbi nihil sperant accipere, quia ibi non sunt communes existentes redditus, aduersarium est insignibus ad talia congregari & negligere propria, eo quod in talibus locis vbi non sunt redditus communes, ab illatione, id est, communi contributione & depredatione, id est, præda & spolio, necessarium est fieri prætoria malorum, id est, congregationes in prætoris, vbi diiudicantur causæ. Et talis congregatio iam multas euerit democratias. Ideo debet studere legislator paucas facere congregationes: & si prætoria faciendæ, oportet ea multorum facere, id est, in quibus multi conueniant, & quod faciat illa paucis diebus. Et assignat duas utilitates ex hoc prouenientes. Vna est, quod non

diuites tunc minus timent expensas: et si non accipiant prætoriale quod in communi distribuitur, pauperes autem accipiant: & sic non fit dissentio inter pauperes & insignes. Secunda utilitas est, quod ex hoc multo melius iudicantur sententiæ quam in prætoris: quia quando diuites & pauperes conueniunt, tunc discutuntur merita singulorum. Et assignat rationem, quare bonum est, quod paucis diebus durent tales, scilicet congregationes: quia diuites siue insignes nõ volunt multo tempore abesse à propriis, & negligere propria, licet breui tempore propter communem utilitatem, ab sint: & sic compendiosè terminant causas, & non protrahunt eas, quod multum valet ad conseruationem politiæ, & vt populus non conciteretur contra iudices & insignes. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Quoniam autem vltimæ democraticæ multorum hominum sunt, sunt enim totius populi principantis vt vir vnus, & difficile congregari sine mercede, populum scilicet & insignes: quia in congregationibus talibus negligunt homines propria, & hoc est eis difficile, nisi aliquid mercedis accipiant: hoc autem vbi redditus non existunt entes, communes, supple, aduersarium insignibus, supple, est. Et ponit causam, ibi, Ab illatione enim, id est, contributione, & depopulatione, id est, spolio & præda, necessarium fieri, supple, est: quia illam contributionem & depopulationem & spoliationem pauperes, qui sunt communis populi, & tyrannicè principantur in tali democratia, semper conuertunt in insignes & diuites. Et huius exemplum frequenter apparet in ciuitatibus Lombardiæ. Insignibus autem contrarium est huiusmodi damna sustinere, & prætoria malorum, supple, sunt: quia ibi mali conueniunt, quæ scilicet congregationes, & prætoria multas iam democratias euerterunt, id est, destruxerunt: quia ibi insignes damna recipiunt ex hoc quod populus seruit contra insignes, & destruant democratiam. Et docet medicamenta ad hoc, ibi, Vbi quidem igitur redditus non existunt entes, communes scilicet, oportet facere congregationes paucas, & prætoria multorum quidem: quia, sicut dictum est, sine multis non bene discutuntur causas, paucis autem diebus, supple, duranti talia prætoria. Et assignat duas utilitates ex hoc prouenientes. Prima est hæc. Hoc enim facit & ad non timere diuites expensas, id est, quod diuites non timeant facere expensas, si diuites quidem, & id est, etiam non accipiant prætoriale, pretium scilicet, pauperes autem accipiant. Et ratio est: quia diuites non curant de tantillo quod pauperibus confert: & sic concordant pauperes & diuites. Et ponit secundam utilitatem, ibi, Facit autem & ad iudicare sententias multo melius. Et assignat rationem, ibi, Diuites enim multis quidem diebus non volunt à propriis abesse, siue negligere propria, propter communia: breui autem tempore volunt, supple, abesse propter communem utilitatem, & sic compendiosè terminant causas, & non sinunt eas protrahi per appellationes & interlocutoria.

¶ Secundo, ibi, Vbi autem sunt redditus, &c. dat secundum documentum, & dicit, quod non oportet.

oportet facere quod nunc faciunt demagogi. Qui sint autem demagogi, in præhabitis sæpè dictum est: demos enim in Græco populus est, gogos autem ductio: vnde duces & prolocutores diuersarum congregationum populi, demagogi dicuntur. Et dicit quid faciunt, scilicet quod illi obuenientia de rebus communibus distribuunt inter se: & ideo semper accipiunt, & rursus indigent propter avaritiam, & auxilium semper accipere, & semper indigere, est pauperibus, sicut perforata lagena, in quam quicquid immittitur, non retinetur, sed per extillationem sibiunda efficitur sicut prius. Et docet huic malo occurrere, quod verè demoticum, id est, qui democratiam diligit, oportet prouiderè qualiter multitudo non valde egens sit. Et ratio est: quia egestas multitudinis communis populi sæpè compellit populum seruire & insurgere contra insignes, & sic dissoluitur politia. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Vbi autem sunt redditus, non facere quod nunc demagogi faciunt. Et ostendit quid est hoc, ibi, Obuenientia enim, de communibus scilicet, distribuunt, supple, inter se, accipiunt autem, supple, obuenientia simul & rursus indigent eisdem: quia avaritia non quiescit. Et dat simile, ibi, Perforata enim lagena est tale auxilium pauperibus. Et ratio est: quia talis lagena semper sibiunda desiderat impleri.

¶ Et dat medicinam, ibi, Sed oportet verè demoticum, id est, democratiam diligentem, prouidere qualiter multitudo non valde egens sit: quia, sicut dictum est, egestas sæpè compellit multitudinem insurgere contra insignes. Et hoc est quod dicit. Hæc enim causa est, quod valde scilicet eger multitudo, eius quod prætaum esse democratiam.

¶ Ex hoc infert medicamentum, ibi, Arrificandum igitur qualiter abundantia fiat diuturna, egens scilicet. Et ostendit modum, ibi, Quoniam autem expedit hoc etiam diuitibus. Et ratio est: quia diuites ex hoc quiescunt & fruuntur suis in pace. Et dat modum qualiter hoc fiat, ibi, Quæ quidem à redditibus sunt congregantes, id est, quod congregent obuentiones reddituum communium, simul tota oportet distribuere pauperibus, vt sic esset seruitia eorum contra insignes.

¶ Et docet qualiter hoc fit quadrupliciter. Vnus modus est, quod ex hoc emanat fundiculi acquisitionem, id est, sortem aliquam vel possessionem, vt dent pauperibus vnde viuant. Et hoc dicit, ibi, Maximè autem si quis potest tantum congregans, quantum ad fundiculi acquisitionem. Et subdit secundum modum, ibi, Si autem non potest ad fundiculi acquisitionem, ad occasionem negotiationis & agriculturæ, id est, quod tantum dent eis de communibus obuentionibus, quod possint lucrari per negotiationes & agriculturam, ne nimia egestate compulsi insurgant contra insignes.

¶ Et si hoc non possit fieri omnibus & singulis, quod saltem fiat secundum tribus, vel secundum partem aliquam alteram, scilicet officiorum vel artificum: & sic secundum partem distribuunt inter pauperes, ita scilicet quod ad

D. Alb. Mag. Politic.

necessarias synodos diuites inferant mercedem pauperibus, respuentes vanas oblationes, sed, supple, pauperibus distribuunt.

¶ Deinde cum dicit, Tali autem quodammodo, &c. probat quod dictum est, per exempla. Et circa hoc duo facit. Primo probat per exemplum Carthedoniorum, secundo per exemplum Tarentinorum, ibi, Bene autem habet imitari, &c. De Carthedoniis dicit, quod tali modo Carthedonij politizantes amicam acquisuerunt populum, & propter hoc populus non insurrexit contra insignes, & stabat democratia: quia semper aliquos de populo emittebant ad negotia: & sic populum, & domos siue familias populorum, diuites faciebant, sed quod lucris propriis poterant intendere. Et assignat causam, Quia generosorum & intellectum habentium insignium proprium est quod assument pauperes de populo, vt dent eis occasionem lucrandi. & prouocent ad operationes lucrarias. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Tali autem quodam modo, scilicet quo dabant occasionem lucrandi pauperibus, Carthedonij politizantes, amicam acquisuerunt populum. Et tangit modum, ibi, Semper enim de populo emittebant aliquos, supple, à negotiis publicis & omnibus absolutes, ad negotia, propria, supple, agenda, demos, id est, populos faciunt diuites. Et ponit rationem, Generosorum enim & intellectum habentium insignium est, supple, proprium, & assumentes pauperes, id est, quod sint assumentes pauperes, occasionem quidem dantes, per mutationes scilicet pecuniæ & alia adiutoria, prouocare ad operationes, scilicet propria utilitatis, vt sic scilicet satis habentes & sufficienter in propriis, non insurgant.

¶ Secundo ibi, Bene autem habet imitari, &c. probat per exemplum Tarentinorum, & dicit, Bene autem habet imitari, & primo etiam Tarentinorum principatum. Tarentina autem quædam est ciuitas Græciæ. Et dicit in quo, ibi, Illi enim communia, id est, communes obuentiones, facientes possessa pauperibus: quicquid enim erat de de communibus obuentionibus per legem statutam dabant pauperibus, ad vsum, id est, ad utilitatem propriam conuertenda: & sic, supple, beneuolam institunt multitudinem, vt scilicet non insurgant contra eos. Et adhuc dicit aliud quod fecerunt Tarentini ad beneuolentiam populi, ibi, Adhuc autem principatus omnes duplites fecerunt, Tarentini scilicet. Et tangit modum, ibi, Hos quidem eligibiles, qui scilicet per electionem principarentur, hos autem sortiales, qui sorte succederent. Et tangit causam, ibi, Sortiales quidem, vt populus, supple, communis, ipsis participaret, quando scilicet omnes communiter possent sorte succedere in principatum. Eligibiles autem vt politizarent melius: quia in electione, si discretus est eligens, attenditur virtus & prudentia in electo, quibus melius politizat electus ad principatum. Et quia possent aliquis dicere, quod in eodem principatu non possent esse sortiales & eligibiles, occurrit respondens, ibi, Est autem hoc facere & de eodem principatu partientes, id est, diuidentes, hos quidem sortiales, esse principes, supple,

I i hos

hos autem eligibiles. Deinde subiungit epilogum de omnibus dictis in hoc capitulo, ibi,

CAPVT V.

Quoniam modo instituta sit oligarchia.

Ferè autem & circa oligarchias, quomodo oportet, manifestum ex iis. Ex contrariis enim vnamquamque oligarchiam oportet colligere ad contrariam democratiam.

b Reputantem bene temperatam quidem maximè oligarchiarum & primam. Hæc autem est, quæ propinqua vocatæ poliitiæ, quæ oportet honorabilitates diuidere, has quidem minores, has autem maiores facientes. Minores quidem, à quibus participabunt necessariis principatibus. Maiores autem, à quibus principalioribus habentibus honorabilitatem licere participare poliitiæ, tantam populi multitudinem introducetes per honorabilitatem, cum qua valentiores erunt iis qui non participant. Semper autem oportet assumere ex meliori populo communicantes.

c Similiter autem & consequentem oligarchiam intendentes, oportet parum institueri.

d Opposita vltimæ democratia ei quæ maximè potestatiua & maximè tyrannica oligarchiarum, quantum quidem pessima, tantò ampliori cautela opus est.

e Sicut enim corpora quæ bene disponuntur ad sanitatem, & naues, quæ bene se habent nauis ad nauigationem, sustinent plura peccata, ut non corrumpantur propter ipsa, quæ autem ægrotantia se habent corporum, & nauium resolutæ, & nauas prauos fortitæ, neque praua possunt ferre peccata: ita & poliitiarum pessimæ plurima indigent cautela.

f Democratias quidem igitur totaliter multitudo hominum saluat, hæc enim opponitur ad iustum id quod secundum dignitatem, oligarchiam autem palam, quod è contrario à bona ordinatione oportet sortiri saluationem.

g Quoniam autem quatuor quidem sunt maximè partes multitudinis, agricultua, banausa, forensis, mercenaria: quatuor autem, quæ opportuna ad bellum, equestre, armatiuum, nudum,

Quomodo quidem igitur oportet democratias institueri, dictum est.

CAPVT V.

DE paucorum quoque gubernationibus quomodo agendum sit, patet fere ex eisdem. Nam per contrarium agendum est in omni paucorum gubernatione ad oppositam sibi popularis gubernationis speciem.

Reputando meram illam ac summam ceterarum gubernationem paucorum & primam. Hæc autem est propinqua illi, quæ Respubl. nuncupatur, in qua oportet census diuidere, & alios minores, & alios maiores facere. Minores quidem, à quibus necessarij magistratus capiantur. Maiores vero, à quibus capiuntur hi magistratus, qui sunt principaliores, & qui tantum adepti fuerint censum, & habiles sint ad Remp. gerendam, afferente populo tantam multitudinem per ipsum censum, ut cum illa potentiores sint qui gubernant Rempub. quam illi qui non gubernant. Semper enim ex meliori populo capiendi sunt illi qui ad societatem Reip. capiuntur.

Similiter autem in ea gubernatione paucorum, quæ sequitur intendentes, parumper est instituentium.

In ea vero quæ opposita est extrema popularitati, quæ est paucorum potentia, tyrannidi per similes, quantum deterrima est, tantò maiori opus est custodia.

Ut enim corpora bene disposita ad sanitatem, & nauigia bene instructa ad nauigandum, multos ferunt errores, nec ob eos succumbunt, valetudinaria autem corpora, & nauigia parum firma, nauisque instructa prauis, ne paruos quidem ferunt errores: ita Rerump. hæc quæ deterrima sunt, plurima indigent custodia.

Populares igitur gubernationes per multitudinem hominum omnino seruantur. Hoc enim opponitur ad illud iustum quod est secundum dignitatem. Paucorum vero potentium contra, videlicet per rectam ordinationem oportet assequi firmitatem.

Cum vero sint multitudinis potissimum partes quatuor, agricolæ, artifices, negotiatores, mercenarij: quatuor etiam utiles ad bellum, equites, pedites, grauis armatura, expediti leuis, & turba naualis: ubi nauticum:

nauticum: ubi quidem accidit regionem equitabilem esse, hic quidem bene aprè habet institueri oligarchiam fortem. Salus enim habitantibus per hanc potentiam est: nutrituræ autem equorum magnas substantias possidentium sunt. Vbi autem armatiuum, consequentem oligarchiam: quod enim armatiuum, est diuitum magis quam egenorum.

b Nuda autem potentia, & nautica popularis omnino hæc quidem. Nunc quidem igitur ubi est talis magna multitudo, cum disenserint, agonizant deterius. Oportet autem ad hoc remedium accipere à ducibus exercitus bellicis, qui combinent ad equestrem potentiam & armatiuum, eam quæ congruit nudorum: his autem prævalent in disensionibus diuitibus populares. Nudi enim existentes, & ad equestrem & armatam agonizant facile. Ex iis quidem igitur constituere hanc potentiam, sibi ipsi est constituere.

i Oportet autem diuisa ætate, & iis quidem existentibus senioribus, iis autem iuuenibus, adhuc existentes iuuenes ipsorum filios doceri leues & nudas operationes, sequestratos autem ex pueris, athletas esse ipsos operum.

k Appositionem autem fieri multitudini politeumatis: vel quemadmodum dictum est prius, iis qui honorabilitatem habent: vel sicut Thebanis abstinentibus per tempus aliquod à banausis operibus: vel sicut in Massalia discretionem facientes dignorum qui in politeumate, & eorum qui extra ciuitatem.

l Adhuc autem & principatibus præcipuis, quos oportet eos, qui in poliitiæ, obtinere, opus est apponere oblationes, ut voluntarius populus non participet, & compassionem habeat ad principes tanquam participantes, multum pretium dantes principatus.

m Congruit autem sacrificia immitentes, facere magnifica, & præparare aliquid communium, ut iis quæ circa conuiuiones participans populus, & ciuitatem videns ornata, hæc quidem sursum suspensis, hæc autem ædificiis gaudens videat manentem poliitiæ. Accidet autem & insignibus esse memorialia expensarum.

n Sed hoc nunc, qui circa oligarchias, non faciunt, sed contrarium. Acceptiones enim quarunt non minus quam honorem. Propter quod quidem bene habet

D. Alb. Mag. Politic.

contingit regionem esse ad equitatum aptam, ibi locum habet aptissimum paucorum potentia illa summa. Nam conseruatio habitatorum ab equitibus prouenit: equos vero nutrire, eorum est, qui magnas habeant facultates. Vbi autem regio ad peditatum est apta, alteram speciem affectat paucorum potentia. Nam grauis armatura diuitum est magis quam pauperum.

Expediti autem leuis armatura, & nautica turba à plebe est omnis. Nunc autem ubi talis turba multa est, quando seditio fit, deterius certant. Sed oportet huius medicinam capere à belliducibus, qui ad equitatum ac peditum robur, expeditos leuis armatura solent coniungere, & cum his superant populi in seditionibus opulentos. Nam leues & expediti contra equites, & contra grauis armatura pedites, facile pugnant. Institueri igitur ex his potentiam istam, contra seipos est institueri.

Sed oportet diuisis ætatibus, cum alij seniores, alij iuniores existant, in iuuenili adhuc ætate constitutos filios suos erudire ad leues & expeditas operationes, delictos quidem ex pueris athletas esse ipsos operationum.

Concessio autem Reipubl. populo facienda est: vel cum ad censum peruenerint, ut dictum est prius: vel ut faciunt Thebani, cum certum tempus à mercatura, & huiusmodi exercitiis destiterint: vel ut apud Massiliam iudicio factis, qui digni sint, ad Remp. recipi, & qui excludi.

Præterea dignitatibus his quæ sunt principalissima, quas suscipere oportet eos, qui in Reip. gubernatione versantur, adiungenda sunt onera publica, ut populus sponte sua eas nolit, & veniam habeat illis qui huiusmodi magistratus suscipiunt, utpote mercedem permagnam pro ea dignitate soluentibus.

Congruit autem, cum huiusmodi magistratus ineunt, & sacra magnificentissime facere, & publica quædam ædificia ad usum populi constituere, ut multitudo cernens urbem ornari, tum muneribus erga Deos, tum edibus ad usum publicum, libenter aspiciat presentem statum ciuitatis. Continget etiam præstantibus viris hæc esse monumenta sua largitatis.

Sed hoc non fit nunc per eos homines, qui magni sunt in paucorum potentia, sed contrarium. Lucrum enim quarunt non minus quam honorem. Itaque dici potest

li 2 dicere

dicere has esse democratas paruas. Quomodo quidem igitur oportet firmare democratas & oligarchias, determinatum sit hoc modo.

CAPUT V.

IN hoc capitulo Aristoteles tradit doctrinam qualiter emendetur oligarchia, ita quod sit tolerabilis & permaneat. Et habet duas partes. In prima parte dicit quædam communia de emendatione oligarchiæ. In secunda parte ostendit ex quibus artibus & exercitiis conseruetur, ibi, *Oportet autem diuisa atate, &c.* Circa primum tria facit. Primum enim dat generale documentum. Secundum ostendit ex quo genere hominum assumptio ad insignes melius conseruatur, ibi, *Quoniam autem quatuor quidem sunt maximè, &c.* Tertium ostendit, quod ex militaribus & armatiis exercitiis maximè perficitur oligarchia, ibi, *Quatuor autem que optima, &c.* Circa primum duo facit. Primum enim ostendit ex quo, & qualiter confortatur oligarchia. Secundum ostendit, quod hoc magis est necessarium in hac politia quam in alia: ed quod magis corrupta est omnibus aliis & magis difficiliter toleratur, ibi, *Similiter autem & conuenientem, &c.* Sententia primæ partis hæc est. Quia oligarchia principatus paucorum insignium honorabilium & diuitem & inter politias propinquior illi est quæ simpliciter politia dicitur, & sic dictum est in quinto, quod mixta est ex democratia & oligarchia, generale documentum est ad conseruationem eius, quod principatus diuidatur in multos, aut multi fiant insignes, ita quod principatus minores qui necessarii sunt in ciuitate, sicut principatus Ephorum, & legatorum, & consulum, & prælationes artificum, & fraternitatum distribuuntur inter medias personas, inter pauperes & diuites: principatus autem maiores, sicut ducum exercitus, & prætoriales, & proconsulum, dentur honorabilibus personis, vt sic per distributionem principatum introducantur in tota multitudine insignes, ex quibus valentiores erunt populo communi, qui non participat principatum. Et assignat rationem: quia istam oligarchiam opposito modo oportet firmare ad democratiam: populus enim communis firmat democratiam, quia est principatus populi: oligarchia autem firmatur ex assumptis melioribus de populo: ed quod oligarchia est principatus paucorum & insignium. Et hæc omnia determinata sunt in 8. Ethic. tam in textu quam in commento. Et quia oligarchia non est politia, sed corruptio & potestatiua & tyrannica, & est corruptio optimæ politiæ quæ est aristocratia, ided indiget maxima cautela vt obseruetur: sicut enim ægra & corrupta maximè indigent medicina si conseruari debeant, & naues fractæ & corruptæ optimis indigent nautis, si ad navigationem valere debeant, corpora autem sana per se resistunt nocuentis & expellunt a se nocuenta, & naues integræ & non corruptæ multa pericula sustinent, & tamen saluantur: ita optimæ politiæ, sicut est aristocratia & ve-

recte, hos esse populares status paruos. Quomodo igitur instituenda sint, & paucorum gubernationes, & multitudinis, in hunc modum determinatum sit.

rum regnum, facillè saluantur: politiæ autem corruptæ, sicut tyrannis & oligarchia, multa cautela indigent, si saluari debeant. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Ferè autem & circa oligarchias quomodo oportet, manifestum, supple, est ex his: quia contrariorum eadem est disciplina. Et hoc est quod subdit. Ex contrariis enim vnamquamque oligarchiam oportet colligere ad contrariam democratiam. Et ratio est: quia, sicut dictum est in quarto huius scientiæ libro, multæ sunt oligarchiæ, & multæ democratiæ. Sed hoc generale est, quod semper cum democratia sit principatus populi, ex confortatione populi quælibet democratia confortatur: & cum oligarchia sit principatus insignium & paucorum, ex quilibet confortatione insignium confortatur quælibet oligarchia per contrarium modum.

b Et tangit quomodo oportet colligere. Reputantem bene quidem temperatam maximè oligarchiarum, & primam. Et subdit quæ sit illa, ibi, *Hæc autem est quæ propinqua, per similitudinem, supple, est vocata politiæ, id est, illi quæ simpliciter politia vocatur, de qua in quarto dictum est, quod commixta ex democratia & oligarchia, qua, scilicet, politia, oportet honorabilitates diuidere, Et tangit modum, ibi, *Has quidem minores, scilicet honorabilitates, has autem maiores facientes. Et tangit quo sine, ibi, *Minores quidem, à quibus participabunt necessariis principatibus, minores scilicet, siue inter honorabiles. Maiores autem, à quibus, scilicet honorabilioribus & principalioribus, habentibus honorabilitatem, magnam, supple, licere, participare politia, id est, principatu politiæ, tantam populi multitudinem introducentes, ad confortium scilicet insignium, per honorabilitatem, ed quod in oligarchiis ad electionem non consideratur nisi honorabilitas personæ, cum qua, scilicet multitudine valentiores erunt ij, qui non participant, supple, honorabilitate & principatu, id est, communi populo. De tali autem assumptione subdit. Semper autem oportet assumere ex meliori populo communicantes, id est, qui communicent honorabilitate insignibus: quia ex similibus vnumquodque magis confortatur. Hæc est igitur confortatio primæ & principalis oligarchiæ.***

c Secundum, ibi, *Similiter autem & consequentem, &c. agit de confortatione consequentis, quæ secunda est inter oligarchias: & dicit. Similiter autem & consequentem oligarchiam intendentes, supple, confortare, vtique, supple, oportet, parum instituere, id est, per pauca adiuuare: ed quod infirmior sit.*

d Et tangit modum in communi, ibi, *Opposita autem vltimæ democratiæ, id est, opposito modo se habet. Et quæ sit illa dicit. Scilicet ei quæ maximè potestatiua & maximè tyrannica*

oligar

oligarchiarum. Et ratio est: quia sicut illa confortatur assumpto populo super insignes, ita etiam ista multiplicatis insignibus super popululum. Et assignat quam necessarium hoc sit per similitudines quæ dictæ sunt, & hoc ibi. Quando quidem pessima sit ista oligarchia, tantò ampliori cautela opus est, vt scilicet confortetur.

e Et dat simile, ibi, *Sicut enim corpora quæ bene disponuntur ad sanitatem, & naues quæ bene se habent nautis ad navigationem, sustinent plura peccata, id est, pericula & infirmitates, vt non corrumpantur propter ipsa. Et ratio est: quia vi propriæ sanitatis & firmitatis resistunt contrariis: quæ autem ægrotantia se habent corporum, id est, de numero corporum & nauium resolutæ, id est, corruptæ, & nautas prauos fortitæ, neque praua possunt ferre peccata, id est, pericula: ita & politiarum pessimæ, sicut est tyrannis & oligarchia tyrannica, plurima indigent cautela, supple, si debeant saluari.*

f Ex omnibus concludit generalem conclusionem, ibi, *Democratas quidem igitur totaliter, id est, vniuersaliter multitudo hominum saluat. Et ponit rationem, ibi, *Hoc enim opponitur ad id, quod secundum dignitatem. Et tangit hoc quod dicit in quinto ethic. quod dupliciter est æquale iustum, scilicet secundum arithmeticum proportionem, quod est æquale re & numero, & hoc dixit in quinto huius scientiæ lib. æquale esse & iustum democratiæ: illi enim iudicant esse iustum, quod plures approbant secundum numerum: & est æquale iustum, secundum geometricam proportionem, quod, sicut dicit Eustachius, est in qualitate, & non in quantitate, nec in numero: & ideo hoc idem dixit esse iustum aristocratæ & oligarchiæ: illi enim iudicant esse iustum, quod approbant insigniores & honorabiliores: & ided etiam differenter confortatur oligarchia & democratia: & sicut multitudo hominum saluat democratiam, ita bona ordinatio insignium oligarchiam saluat: & hoc dicit, ibi, *Oligarchiam autem palam, quod è contrario, supple, democratiæ à bona ordinatione, supple, insignium, oportet fortiri saluationem: & sic apparet modus saluationis oligarchiæ.***

g Deinde cum dicit, *Quoniam autem quatuor quidem sunt, &c. docet ex qua multitudine hominum maximè confortatur oligarchia. Et est sententia talis, quod quatuor sunt partes multitudinis ciuitatis, scilicet agricultura, nautica, forensis, circa forum scilicet occupati, mercenaria, quam banauam alibi nuncupauit, ed quod pro mercede laborant aliquando etiam in operibus maculantibus corpus. Inter ista autem quatuor sunt democratiæ hominum, quæ ordinantur ad bellum, quæ sunt istæ, equestre, armatiuum, nudum, nauticum. Et ponit nudum, quia antiquitus agonista nudi & vncti pugnabant: nudi, vt per vestes capi non possent: vncti, ne teneri possent. Dicit etiam, quod equestre scilicet & armatiuum diuitem est magis quam egenorum: nuda autem & nautica multitudo omnino popularis: & ided vbi equestris est multitudo & armatiua, ibi bene & apte*

D. Albert. Mag. Politic.

instituitur oligarchia: quia habitantibus in istis locis, salus est per potentiam oligarchiæ: vbi autem multitudo talis est, quæ nuda siue inermis, vel etiam nautica, cum dissenserint, agonizant, id est, certant: & ibi deterius est instituere oligarchiam. Et tunc dicit, quod oportet accipere remedium à ducibus exercitus bellici, vt scilicet ad equestrem & armatiuum politiam combinent tam multitudinem nudorum, quæ congruit eis: quia multitudo nudorum in dissentionibus propter hoc quod popularis est & in multitudine magna, facillè præualer ad equestrem & armatiuum: ed quod magna est. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Quoniam autem quatuor quidem sunt maximè partes multitudinis, agricultura, quæ scilicet colit agros, nautica quæ nauium est gubernatrix, forensis circa forum occupata, mercenaria quæ banauam in ante habitis dicta est, quæ laborat pro mercede: quatuor autem (& est quatuor hic accusatiuus pluralis) quæ optima ad bellum equestre, quod in exercitiis quatuor est, armatiuum, quod arma parat & armis vititur: nudum, quod agonisticum dicitur propter ea quæ dicta sunt, sicut adhuc pugnare solent Sclau: nauticum, nauali scilicet bello pugnatiuum. Et subdit, vbi oligarchia optima fiet, ibi, *Vbi quidem accidit regionem equitabilem esse, id est, equestrem, hic quidem bene aptè habet instituere oligarchiam fortem.* Et ponit causam, ibi, *Salus enim habitantibus, supple, in tali regione per hanc politiam est. Et ratio est: quia per militiam insignium defenduntur ab hostibus. Et dicit, quod hoc est diuitem & insignium. Et hoc est. Nutritur autem equorum magnas substantias possidentium sunt: quia pauperes non possunt pascere multos equos. Vbi autem armatiuum, supple, constringit esse multitudinem, ibi, supple, bene & aptè habet instituere consequentem oligarchiam. Et ponit causam, ibi, *Quod enim armatiuum, est diuitem magis quam egenorum: & ided, supple, principatus diuitem ibi debet institui, qui est oligarchia.**

h Nuda autem potentia, agonistarum scilicet, & nautica popularis omnino, supple, est: & ided non ita aptè instituatur ibi oligarchia. Sed quia aliquis posset dicere, quomodo equestris & armata multitudo pugnat contra nudam multitudinem, subdit. Nunc quidem igitur vbi est talis magna multitudo, nudorum scilicet, cum dissenserint, agonizant deterius. Et occurrit, quid tunc faciendum est, ibi, *Oportet autem ad hoc remedium accipere à ducibus exercitus bellici, id est, qui sciunt naturam belli, qui combinent ad equestrem potentiam & armatiuum eam, scilicet multitudinem, quæ congruit, insignibus scilicet, nudorum, id est, de numero nudorum. His enim præualent in dissentionibus populares diuitem. Et tangit causam quomodo populares per nudos præualent diuitem, ibi, *Nudi enim existentes, & leues, supple, & ad equestrem & armatam agonizant facile. Et hæc est pugna Phrisonum vsque in hodiernum diem: leues enim existentes & nudi in palustribus omnem equestrem multitudinem superant etiam armatam. Ex omnibus his concludit epilogalem conclusionem,**

ibi, Ex his quidem igitur, scilicet nudis & leuibus, consistere hanc potentiam, sibi ipsis est, id est, contingit constituere, ad adiutorium, ut præualeant tantæ multitudini adiutorio nudorum, cui equestres & armati præualere non possent.

Deinde cum dicit, Oportet autem diuina ætate, &c. determinat ex quibus exercitiis & ex quibus operibus magnificis soluantur oligarchia magis. Et circa hoc tria facit. Primum scilicet in quibus oportet exercere filios oligarchicorum. Secundo quales oportet esse principes in exhibitione munerum, ibi, *Adhuc autem & principibus præcipuis*, &c. tertio quales oportet esse oligarchicos principes in demonstrationibus sacrificiorum & conuiniouum, in ornatu ædificiorum tam in ciuitate, quam in terminis principatus, ibi, *Congruit autem & sacrificia*, &c. Et omnium horum dicit vnam causam, quod scilicet populus videns magnificentiam in his omnibus & splendorem, est suspensus per admirationem, ita ut cupiat regnare tales principes. In fine adiungit, quod oligarchici qui nunc sunt, non ita faciunt: quia plus est eis curæ lucrum, quam honor: & idem etiam verè oligarchico principatu non principantur, sed potius parua democratia, quæ, sicut in ante habitis in quinto lib. dictum est, ut deprauiatur, corrumpitur in oligarchiam. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Oportet autem, supple, ad oligarchiam confortandam, diuina ætate, id est, hominibus secundum ætatem, iis quidem existentibus senioribus, qui virtute scilicet deficiunt & emeriti dicuntur, iis autem iuuenibus, adhuc existentes iuuenes, qui à Platone in prima parte Timæi dicuntur electa iuuentus, ipsorum filios, emeritorum scilicet & senum doceri leues & nudas operationes, sicut cursitationes eorum, artem sagittariam, palæstram, Tormenta, & huiusmodi, in quibus se nudi vel leuibus armis armati leuius habent, quia agiliores sunt ad iactus lancearum & iactum instrumentorum, quæ gabiloctes vocant & fundibulatos: sequestratos autem, iuuenes scilicet qui fortiores sunt & fortiora membra habent & ossa, & neruos duriores habent, ex pueris, id est, de numero puerorum & filiorum suorum, athletas esse ipsos, id est, exercitari in athleticis pugnis: talibus enim competit exercitium: quia, sicut dicit Aristoteles in secundo Topic. fortitudo in ossibus & neruis est.

Si autem aliqua opera artificialia & mercenaria necessaria sunt in ciuitate talis politiæ, illorum operum appositionem oportet fieri multitudini politeumatis, quæ est communis populus. Sed quia posset aliquis dicere, quod multi in populo inueniuntur apti ad militares operationes, dicit quod oportet committere oligarchica eximius personis, quæ honorabilitatem habent, vel oportet vti exemplo Thebano, ex quibus primo processit legio Thebaea, eod quod militares valde sunt. Illi enim tempus faciebant: nullum enim scribebant ad militiam, nisi per longum tempus abstinuisset à banauis operibus. Vel oportet vti exemplo Massaliorum: illi enim discretionem fecerunt inter dignos, qui erant in politeumate, & eos

qui extra ciuitatem intendebant agriculturæ. Et hoc est quod dicit. Vel quemadmodum dictum est prius iis qui honorabilitatem habent, oportet, supple, committere oligarchicas vel oligarchicos principatus, vel sicut Thebanis, supple, est consuetum, abstinentibus pro tempore aliquo, vel secundum aliam literam per tempus aliquod, à banauis operibus. Quia turpe reputabant, quod aliquis hodie vinceret corrigiam, & cras esset princeps in oligarchico principatu, sicut dux exercitus, vel aliquis talis: vel sicut in Massalia, quæ est ciuitas Græciæ in Asia prouincia. Et dicit quid faciunt illi, ibi, Discretionem facientes dignorum, id est, excellentium personarum in nobilitate & diuitiis, qui in politeumate, supple, locantur & ordinantur, & eorum qui extra ciuitatem, supple, intendunt rusticanis: illi enim ad politeuma oligarchicum non valent.

Secundo ibi, Adhuc autem principibus, &c. ostendit quam munifici & magnifici muneribus debent esse principes oligarchiæ. Et dicit. Adhuc autem & principibus præcipuis, quos oportet eos, supple, esse, qui in politia, supple, tali obtinere volunt principatum, opus est apponere oblationes, id est, dona facere, & voluntarios, id est, liberales, supple, esse. Et dicit propter quid, ibi, Populus non participet, id est, ut à subiectis non accipiat, sicut faciunt illi quos clerotes potius quam principes vocat Aristoteles in 8. ethic. Et compassionem habeat, supple, populus ad principes tanquam pretium multum dantes principatus: tunc enim multitudo subiecta tali politeumati compatiatur eis tanquam magnificis & magnifica dantibus subiectis dignis, & maximè principibus sibi subiectis: histronibus enim non expedit nec est honestum, sed potius, sicut dicit Aristoteles in 4. ethic. hoc est banauis & epirotaliæ. Et ex talibus nemo firmatur in politeumate, sed ex magnificentia quæ est ad dignos. Vnde de Alexandro verificatus est quidam sic.

Histrio dona petit, Rex inquit, nil tibi dabo.

Te non magna decet, nescio parua dare.

Omnes autem auctores testificantur, quod Alexandrum nihil firmavit in politeumate, nisi magnificentia & liberalitas.

Tertio ibi, Congruit autem, &c. agit de magnificentia sacrificiorum diuinorum & aliarum demonstrationum, ostendens quales oportet esse oligarchicos principes circa talia: & dicit. Congruit autem sacrificia immittentes, id est, quando sacrificia immittunt in gazophilacium, facere magnifica, supple, sacrificia: ex hoc enim firmantur in principatu, & præparare aliquid communium, congruit, supple, ut firmetur in principatu. Et dat exemplum, ibi, Ut iis, id est, in his quæ circa conuinationes, ut scilicet tunc faciât magnifica & splendida, sicut legitur in Esther. 1. de Assuero, quod in vestibulo horri fecit conuiuium omnibus principibus & tribunis regni sui, & bibebant omnes in poculis aureis iuxta magnificentiam principalem. Et quare hoc sit, subdit. Ut populus participans, ex multitudine scilicet, & ciuitatem videns ornatam, talibus scilicet magnificentis, hæc quidem sursum suspensis, aspiciat admirans.

rans. Hæc autem, alia scilicet, ædificiis gaudens, scilicet pulchritudine ædificiorum (quia sicut dicitur in 4. Ethic. decet magnificum pulchram habere ædificationem) videat manentem politiam, in tali scilicet magnificentia. Et addit, quod etiam insignibus expedit habere memorabilia, sicut arcus triumphales, & huiusmodi. Ex hoc enim populus trahitur in admirationem, & cupit eis principatum: & sic firmantur. Et hoc est quod dicit, ibi, Accider autem & insignibus esse memorabilia expensarum in fornibus & huiusmodi.

CAPVT VI.

De necessarijs in ciuitate magistratibus.

Consequens autem dictis est diuidere bene quæ circa principatus, quot, & qui, & quorum, sicut dictum est & prius.

b Sine necessarijs quidem enim principatibus impossibile est esse ciuitatem. Sine iis autem qui ad bonum ordinem & ornatum, impossibile habitari bene.

c Adhuc autem necessarium in paruis quidem pauciores esse principatus, in magnis autem plures, sicut exiit prius dictum. Quales igitur congruit simul ducere, & quales separare, oportet non latere.

d Primò quidem igitur cura necessariorum quæ circa forum: cui oportet quendam principatum præesse aspicientem circa contractus, & bonum ornatum. Ferè enim necessarium omnibus ciuitatibus, hunc quidem emere, hunc autem vendere ad eam quæ ad inuicem necessariam vtilitatem, & hoc est accommodatissimum ad autarciam, propter quam videntur in vnam politiam conuenisse.

e Altera autem cura huic habita & propinqua, quæ eorum, quæ circa municipium publicorum & priorum, qualiter bonus ornatum sit, & cadentium ædificiorum & viarum saluatio & directio, & confinium ad inuicem, qualiter sine querela se habeant, & curæ alia quæcumque iis similis modi. Vocant autem plurimi astynomiam talem principatum. Habet autem partes plures numero, quarum ad alias alios instituant in ciuitatibus magis populosis, velut murorum factores, & fontium curatores, & portus custodes.

f Alia autem necessaria & consimilis huic: de eisdem quidem enim, sed circa regionem est, & de eo quod extra op-

n Sed quia hæc olim fuerunt & modo non sunt, addit. Sed hoc nunc qui circa oligarchias non faciunt, sed contrarium. Et ponit causam, ibi, Acceptiones enim quarunt, id est, lucra, non minus, id est, multo magis quam honorem. Et ex hoc concludit vterius, ibi, Propter quod quidem bene habet dicere has esse democratias paruas, supple, Rex, non oligarchias veras. Post hæc subdit epilogum de toto capitulo isto, & præcedenti, ibi, Quomodo quidem igitur oportet firmare democratias & oligarchias, determinatum sit hoc modo.

CAPVT VI.

Consequens est circa magistratus videre diligenter, quot hi sint, & quales, & quibus de rebus, ut supra dictum est.

Sunt enim quidam magistratus sine quibus ciuitas esse non potest. Sunt etiam quidam ad cultum ornatumque pertinentes, sine quibus bene habitari ciuitas non valet.

Præterea necessarium est, & in paruis quidem ciuitatibus pauciores esse magistratus, in magnis autem plures, ut prius ostendimus. Quales ergo congruat simul coniungere, & quales separare, non debet esse clam.

Primum ergo cura rerum necessariorum, ut in foro adsint venundenturque. Super qua quidem cura magistratus quidem est constituendus, cuius officium sit circa contractus, & circa honestatem. Nam consuetudo ferè ciuitatibus necessarium est emptiones venditionesque fieri inuicem, pro usu rerum necessariorum: & hæc facultas maxima & expeditissima est ad eandem sufficientiam consequendam, cuius gratia in vnam videntur conuenisse Reipublicæ societatem.

Alteram verò cura huic coniuncta, ac propinqua est, circa urbem de publicis primariisque rebus, de ædificatione decenti, de viarum conseruatione ac directione, de finibus regendis, ut sine querela sint, & de similibus. Vocant autem plurimi huiusmodi magistratum aditatem. Partes eius verò sunt plures, ut in magnis ciuitatibus alia super alias incidunt, ceu manibus reficiendis præfecti, & fontium curatores, & portuum ac portuum conseruatores.

Alia verò est cura, & quidem necessaria, atque huic propinqua: nam de eisdem rebus ceterum non in urbe, sed extra urbem.

pidum. Vocant autem principes hos, ij quidem agronomos, ij autem * hylotes. Hæ quidem igitur curæ horum sunt tres.

g Alius autem principatus, ad quem reditus communium referuntur, à quibus custodientibus partiuntur ad vnamquamque dispensationem. Vocant autem receptores hos & camerarios.

h Alius autem principatus, ad quem rescribi oportet proprios contractus, & iudicia ex prætoris, apud eisdem autem istos & scripturas sententiarum fieri oportet, & inductiones. Alicubi quidem igitur partiuntur & hunc in plures: est autem vnus principalis horum omnium, vocantur autem * Hieromimones & præfides, & aliis iis nominibus propinquis.

i Post hunc autem consequens quidem necessarius autem ferè & maxime difficilis principatus est, qui circa actiones condemnatorum & proscriptionum secundum scriptiones, & circa custodias corporum.

k Grauis quidem igitur est propter multam habere inimicitiam: ita ut vbi non est magna lucrari, neque principari sustinent ipso: neque qui sustinent, volunt agere secundum leges.

l Necessarius autem est: quia nullus profectus est fieri quidem sententias de iustis, has autem non accipere finem. Quare si non factis communicare inuicem impossibile, & executionibus non factis.

m Propter quod melius non vnum esse hunc principatum, sed alios ex aliis prætoris. Et circa præpositiones eorum quæ rescripta sunt, eodem modo tentare diuidere. Adhuc autem quædam agere & ipsos principatus, aliosque & nouorum magis nouos: & eos qui instantium, cum alter condemnauerit, alterum esse exequentem: velut astynomus eos qui agoranomon, eos autem qui ab iis, alios.

n Quantò enim vtiq; minor inimicitia infuerit exequentibus, tantò magis accipient finem executiones. Eisdem quidem igitur esse condemnantes & exequentes inimicitiam habet duplicem: de omnibus autem eisdem aduersarios omnibus.

o In multis autem locis diuisi sunt, qui custodit, ad eum qui exequitur, velut Athenis vocarum vndecim. Propter

quam in agro versatur. Vocant autem huiusmodi magistratum, alij diffinitores, alij custodes agrorum. Ha igitur procurationes sunt tres.

p Est & alius magistratus, ad quem reditus publici referuntur, qui apud eos conseruati, mox distribuuntur ad singulas oportunitates. Vocant vero istos receptores & quætores.

q Alter verò magistratus est apud quem prescribi oportet priuatos contractus & sententias iudicum, apud quos etiam postulationes, vacationesque in ius prescribi debent. Quibusdam in locis huiusmodi magistratum diuidunt in partes plures: sed est vna eademque auctoritas istorum omnium, appellantque eos qui hunc magistratum gerunt, tum præfectos, tum memoriales, vel similibus uuncupationibus.

r Qui verò post hunc sequitur, summe necessarius est, ac difficillimus omnium magistratum. Versatur autem circa executiones eorum qui damnati sunt, & circa eorum penas atque custodias.

s Est autem grauis huiusmodi administratio, propter multas quæ inde proueniunt, inimicitias. Itaque nisi magna emolumenta ex eo capiuntur, gerere illum omnes recusant: & si gerant, secundum leges facere non tolerant.

t Sed est necessaria res: nam nihil profectus iudicia, aut sententia, nisi forent, quæ eas executioni mandarent. Quare si hæc desint, communio inter se ciuium permanere non potest.

u Præterea melius est, non vnum hunc esse magistratum, sed partiri in plures, ut alij de aliis iudicia exequantur. Et circa actiones eodem modo conandum est distinguere. Adhuc etiam magistratus alios aliis exequentis & nouorum, magis nouos. Et præfidentium alio condemnante, alij sint qui exigant, ceteri prætores urbani, aditium condemnationes, ac rursus istorum alij.

v Quantò enim minus inimicitiarum sit illis qui executioni demandant, tantò magis res finem suscipient. Si sint ergo iidem qui condemnant, & qui condemnationes exigunt, duplex contrahitur odium: in omnibus autem eisdem cunctis inimicum est.

w Multis etiam locis separatur ille, qui custodit reos, ab illo qui animaduertit in eos, ut Athenis illi qui vndecim viri nuncquod

quod melius & hunc separare, & fo-phissima quærere etiam circa hunc: necessarius quidem enim non minus dicto.

x Accidit autem epices quidem fugere maxime hunc principatum: prauos autem non securum facere dominos, ipsi enim indigent custodia aliorum, magis quam possint alios custodire.

y Propter quod oportet non vnum repositum principatum esse apud ipsos, neque continuè eodem, sed iuuenum, vbi aliquis ephoborum vel custodia-rum est ordo, & principatum oportet secundum partes facere curam alios. Hos quidem igitur principatus tanquam necessariissimos ponendum esse primos.

z Post hos autem necessarios quidem nihil minus, in maiori autem schemate ordinatos, etenim experientia & fide indigent multa, tales autem erunt vtiq; qui circa custodiam ciuitatis, & quicumque ordinantur ad bellicas oportunitates. Oportet autem & in pace & in bello, portarum & murorum custodiae, similiter curatores esse acquisitionis & coordinationis ciuium.

aa Hic quidem igitur in omnibus iis principatus plures sunt, hic autem pauciores: velut in paruis ciuitatibus vnus in omnibus. Vocant autem duces exercitus & principes belli tales. Adhuc autem & si sint equites, aut nudi, aut sagittarij, aut nautici: & super horum vnumquemque aliquando constituuntur principatus vocati nauarchia, & equiarchia, & ordinum archia: & particulariter autem qui sub iis trierarchia, insidiarum dispositiones & philarchia, & quæcumque partes horum. Quod autem omne, vna quædam horum est species curæ bellicorum. Circa hunc quidem igitur principatum habet hoc modo.

ab Quoniam autem principatum quidam & si non omnes tractant multa communium, necessarium aliud esse fumentem rationem, & emendantem, ipsum nihil aliud tractantem: vocant autem hos ij quidem correctores, ij autem ratiocinatos, ij autem exquirtores, ij vero * synigros.

ac Præter omnes autem hos principatus, qui maxime dominans est omnium. Idem enim sæpè habet finem, & ephoriam quæ præfider multitudini, vbi dominans est populus. Oportet enim esse

panur. Quapropter melius est hunc quoque diuidere magistratum, & quasi adumbrare, & mitigare: est enim necessarius non minus quam superior.

ad Contingit que in eo, ut viri boni maxime vitent hoc officium: prauos autem nequam tutum sit ei proficere, cum ipsi potius indigeant custodia & carcere, quam alios debeant custodire.

ae Itaque oportet hoc non vnum esse officium, neque continuè ab eisdem fieri, sed vbi est aliquis iuniorum ordo, aut custodum, aut magistratum, deputandi sunt pro tempore alij, atque alij, qui horum officiorum suscipiant curam. Hos ergo magistratus tanquam summe necessarios, ponendum esse primo.

af Post hos autem alij sunt magistratus, nec sane minus necessarij, & maioris quidem dignitatis, nam plura indigent experientia & fide, tales verò sunt circa custodiam urbis, & circa illa omnia quæ ordinantur ad bellicas expeditiones. Opus est enim & in pace & in bello permultis: nam & mania ciuitatis curanda, tuendaque sunt, & disquisitiones, descriptionesque ciuium agenda.

ag Alicubi ergo super his plures sunt magistratus, alicubi pauciores: veluti in paruis quidem urbibus, vnus super omnibus. Appellat vero hos prætores, vel consules. Insuper si sint equites, aut pedites, aut sagittarij, aut turba naualis, super vnoquoque eorum præfecti quidem statuuntur, appellanturque præfecti equitum, præfecti legionum, præfecti nauales, & seorsum sub his præfectus triremis, præfectus cohortis, tribunus militum, & alia huiusmodi particularia. Totum verò, vnum aliquid est, procuratio scilicet rerum bellicarum. Et erga huiusmodi magistratum hoc modo se habet.

ah Cum ergo quidam magistratum, & si non omnes pertractent multa negotiorum publicorum, necesse est esse alium magistratum, qui rationes repetat atque corrigat, ipse verò nihil tractet. Vocant vero hos alij correctores, alij rationales, alij scrutatores, alij procuratores.

ai Præter hos verò omnes magistratus, vnus est maxime principalissimus omnium, idem enim plerumque habet finem & introductionem, qui præfider multitudini, vbi populus dominatur. Oportet autem id quod congregans

* ἱερομῖμονες.

* σύνιγροι.

congregans, quod dominans politia: vocantur autem hic quidem præconfulles propter præconfuliari, ubi autem multitudo est, consilium magis. Politici quidem igitur principatum tot quidem sunt.

Alia autem species curæ, quæ circa Deos, velut Sacerdotes & curatores eorum quæ circa sacra, ut seruentur existentia, & erigantur decedentia ædificiorum, & aliorum quæcumque ordinata sunt ad Deos.

Accidit autem curam hanc alicubi quidem esse vnam, velut in parvis ciuitatibus: alicubi autem multas & separatas sanctitatis, puta sacrarum factorum, & templorum custodes, & camerarios sacrarum pecuniarum. Habitus autem huic, qui determinatus ad immolationes communes omnes quascumque non assignat lex sacerdotibus, sed à communi mensa habent honorem. Vocant autem ij quidem principes hos, ij autem reges, ij autem prytales.

Necessariæ quidem igitur curæ sint de iis, ut est dicere summam, circa dæmonia & bellica, & circa redditus, & ea quæ expenduntur, & circa fortia, & circa municipium, & portus, & regionem. Adhuc quæ circa prætoria, & commutationes, scripturas & executiones, & custodias, & circa ratiocinationes, & exquisiciones, & correctiones principatum, & finaliter quæ circa consilia sunt communium, proprij autem ciuitatibus, quæ magis vacant & magis gaudent.

Adhuc autem solliciti de bono ornatu, de gyneconomia, de custodia legum, de lege puerorum, de principatu exercitiorum. Adhuc autem cura circa agones gymnasticos, & dionysiales, & vti que si quas tales alteras accidit fieri theorias.

Horum autem manifestè quidam sunt non demotici principatum, puta gyneconomia & pædonomia. Egenis enim necesse vti mulieribus & pueris, tanquam consequentibus propter inferuilitatem.

Tribus autem existentibus principatibus, secundum quos eligunt quidem principatus principales, scilicet custodibus legum, præconfulibus consilio: qui quidem legum custodes, aristocraticum: oligarchicum autem, qui præconfulles, consilium verò demoticum. De principatibus quidem igitur in typo ferè dictum est de omnibus.

cogit, summam habere in Republica auctoritatem. Appellantur verò quibusdam in locis præconfuliores, ex eo quia ante deliberant: ubi verò multitudo est, consilium magis. Ciuitatum igitur magistratus ferè tot aliqui sunt.

Alia species curationis est circa rem diuinam, seu Sacerdotes, & aditui circa templa, ut conseruentur, quæ sunt, & erigantur ruinosa ædificia, & cetera omnia, quæ pertinent ad diuinum cultum.

Euenit autem alicubi curam hanc esse vnam, ut in parvis ciuitatibus, alibi verò plures separatas à sacerdotio, ut sacrificiis, ac aditui, & custodes sacrarum pecuniarum. Huic consequens est illa, quæ circa sacrificia publica, quotcumque sacerdotibus lex non committit, sed ex publico fiunt. Vocant autem eos qui istis præsent, alij reges sacrarum, alij Pontifices maximos.

Necessaria ergo officia sunt circa hæc, ut illa repetamus circa rem diuinam, circa rem bellicam, circa redditus publicos, & impensas circa forum, circa urbem, & portus, & regionem. Insuper circa iudicia, & contractus, postulationes, & executiones, & custodias, & super rationibus, & disquisitionibus, & super correctionibus eorum quæ quis gesserit in magistratu, & finaliter circa consilia hæc communia, propria autem earum ciuitatum, quæ magis pacata atque tranquilla sunt.

Curam facere de mulierum disciplina, de legibus seruandis, de disciplina inuentus, de gymnasiolorum gubernatione. Præterea de ludis gymniciis, ac musicis, & si qua alia huiuscemodi spectacula continges fieri.

Horum verò quedam manifestè sunt non popularia, veluti disciplina mulierum & puerorum. Nam pauperibus necesse est vti mulieribus, & pueris, tanquam ministris, quoniam seruos non habent.

Cumque tres sint magistratus, per quos assumunt quidam summam potestatem, conseruatores legum, & præconfuliores, & consilium: conseruatores legum, optimatum magistratus est: præconfuliores verò, paucorum potentia: consilium autem, populare. De magistratibus ergo ut in figura ferè dictum est omnibus.

CAPVT VI.

Ultima pars sexti libri & est etiam sextum capitulum, in quo agit de diuisione principatum, ita quod principatus dicantur omnia officia publica, in quibus præsent aliqui ad ordinationem & executionem illorum officiorum. Et in litera diuidit eos principatus in tres: quidam enim pertinent ad tranquillam vitam in bonis & possessionibus ciuitatis, & de illis agit primò. Secundo de iis quæ pertinent ad bellicas opportunitates, ibi, Post hos autem necessarios quidem nihil minus, &c. Tertio ponit eos qui pertinent ad sacra, & ad nobiles, & ad correctiones, & ad huiusmodi, ibi, Alia autem species cura quæ circa Deos, &c. In prima parte septem ponit per ordinem, publica officia, sine quibus non potest esse ciuitas nec communicatio bona ciuitatis. Primus scilicet principatus est de iis quæ circa forum. Secundus de his quæ circa municipium publicorum & communium bonorum, sicut verbi gratia circa cadentia ædificia, qualiter reparentur, qualiter viæ dirigantur, qualiter confinia saluentur. Tertius est qualiter in ciuitatibus populosis instituantur murorum factores, fontium curatores, & portuum custodes in ciuitatibus ubi est nauigium. Quartus est eorum quæ sunt extra oppidum vel ciuitatem in regione ubi constituuntur agrorum mensuratores & terminorum. Quintus est principatus, ad quem referuntur communes redditus sicut ad camerarios, & à quibus exiguntur quando debentur, & quando etiam ad communes dispensationes expendunt. Sextus est principatus, qui pertinet ad scriptores, tabelliones scilicet & scribarios & notarios, & eos qui memores debent esse pactorum & contractuum qui fiunt inter homines. Septimus qui necessarius est, licet difficilis sit, qui est circa actiones condemnatorum & scriptiones, & circa custodias corporum, & huiusmodi ad condemnatos pertinentium, sicut quod quidam sint condemnantes, & quidam exequentes. Et hunc dicit esse diuidendum in plures. Et addit, quod ad talem etiam pertinet custodia meretricum & ephororum, & huiusmodi quæ pertinebant ad gentium immunditias: qui modus vsque hodie seruatur in ciuitatibus Orientalium, qui semper immundi fuerunt & Sodomitæ pessimi & heretici contra naturam. Propter quod dicit Albumasar de Mahometo cuius cultores sunt illæ nationes: Signum, inquit, prophetiæ Mahometi, scilicet scorpio est, quod signum est mendacij secundum astronomos: quia Mahometus nulloquam nisi mendacium & turpitudinem docuit. Hanc sententiam litera planè dicit, quæ sic ordinanda est. Consequens autem dictis est diuidere bene quæ circa principatus: quia nisi principatus distinguantur, confusio est officiorum in ciuitate. Qualiter verò diuidantur, subdit, ibi, Quot & qui & quorum, supple, debeant esse, sicut dictum est prius, in quinto scilicet, ubi tractatum est de diuisione politiarum & ephororum.

Et ponit rationem, ibi, Sine necessariis

quidem enim principatibus impossibile est esse ciuitatem. Et addit vterius de ratione. Sine his autem qui spectant ad bonum ordinem & ornatum, impossibile habitari bene, supple, in ciuitate.

Et subdit quomodo hæc differenter sunt in parvis & magnis ciuitatibus, ibi, Adhuc autem necessarium in parvis quidem, supple, ciuitatibus, pauciores esse principatus, in magnis autem plures, sicut existit prius dictum, in quarto scilicet & in quinto huius scientiæ. Ex his concludit, ibi, Quales igitur principatus congruit simul ducere, eosdem scilicet principes & quales separare, oportet non latere.

Primum principatum ponit, ibi, Prius quidem igitur cura necessariorum quæ circa forum, id est, circa ea quæ sunt de numero necessariorum. Et dicit officium illius, ibi, Cui oportet quendam principatum præesse aspicientem circa contractus & bonum ornatum, iustitiæ scilicet, quod nulli fiat iniuria. Et ponit rationem, ibi, Ferè enim necessarium omnibus ciuitatibus, hoc quidem vendere, hoc autem emere, ad eam quæ ad inuicem necessariam opportunitatem, id est, communicationem: & hoc est accommodatissimum, id est, vtilissimum ad autarchiam, id est, secundum se sufficientiam, propter quam videntur in vnam politiam, id est, in vnum ordinem communicationis, conuenisse. Politia autem nihil aliud est quam ordo communicantium, sicut sæpè in antè habitis dictum est.

Secundum principatum ponit, ibi, Altera autem, scilicet circa ordinationem principatus, supple, oportet esse, cura huic habita, id est, huic consequens & propinqua. Et dicit quæ est hæc ordinatio, ibi, Quæ, supple, est, eorum (& exponit) quæ circa municipium (municipium dicitur ciuitas, quia inuinit eos quos capit) publicorum, id est, communium, & propriorum, ad singulos scilicet ciues pertinentium. Et dicit modum, ibi, Qualiter bonus ornatus sit, in ciuitate scilicet, & supple, qualiter sit, cadentium ædificiorum & viarum saluatio & directio, & confinium ad inuicem, id est, qualiter saluentur confinia arearum, ut vnus non occupet aream alterius. Et ponit modum. Qualiter sine querela se habeant, scilicet ciues vnusquisque in suis terminis, ibi, Et curæ, supple, saluandi talia & alia, quæcumque iis similis modi, supple, sunt. Et dat nomen isti principatui, ibi, Vocant autem plurimi astynomiam talem principatum, id est, principatum astutorum siue sapientum. Et componitur ab astu quod est astutia, & nomos quod est regula, quasi astutia regulata: quia principes tales oportet esse regulatos & sapientes in consideratione propriorum & communium. Dicuntur autem nunc tales principes castellani, qui potestatem habent talia considerandi & cauendi. Et subdiuidit hunc principatum, ibi, Habet autem partes plures numero, quarum ad alias, supple, partes, alios, supple, principes, instituant in ciuitatibus magis populosis (& exemplificat) velut murorum factores & fontium curatores, & portuum custodes, scilicet in ciuitatibus ubi est nauigium.

Alia autem necessaria. Tertium principatum ponit

ponit) & consimilis huic. Et dat rationem quare consimilis, ibi, De eisdem quidem enim, supple, est, scilicet communibus. Et subdit qualiter distinguatur ab ista, ibi, Sed circa regionem est, & de eo quod est extra oppidum, sicut verbi gratia circa mensuras agrorum. Et dat nomen isti principatui, ibi, Vocant autem principes hos, ij quidem agronomos, id est, agrorum mensuratores, ij autem hylotes, id est, fundorum suæ prædiorum distinctores: quia per fasciculos & decem petras & perticas & alias duodecim mensuras geometricas describunt sine distribuunt & distinguunt areas vniuersalesque, sicut expressè traditur in libro quem transtulit Boëtius de Græco in Latinum, & est Euclidis de mensuris agrorum & arearum. Et subiungit quasi epilogo, ibi, Hæc quidem igitur curæ horum sunt tres.

g Quartum principatum ponit, ibi, Alius autem principatus, supple, est in ciuitate, ad quem reditus communium referuntur, ut scilicet accipiat, à quibus custodiuntur tales, scilicet reditus communes. partiuntur ad vnamquamque dispensationem, quando scilicet indigent expensis de communi. Et dat istis nomina, ibi, Vocant autem receptores hos & camerarios.

h Quintum principatum ponit, ibi, Alius autem principatus, ad quem rescribi oportet proprios contractus & iudicia ex prætoris, apud eosdem autem istos & scripturas sententiarum fieri oportet, & inductiones, supple, testium. Alicubi quidem igitur partiuntur & hunc, scilicet principatum in plures, propter plures actus & officia, & sicut dictum est, quidam dicuntur notarij, quidam tabelliones, quidam scriuarij, quidam officiales: est autem vnus, scilicet principatus, principalis horum omnium. Vocant autem illum Hieronymones, quod apud Latinos sonat sacrum: quia omnes tales scripturæ sacræ sunt & authenticæ: & præfides, quia in iudicijs præfident. Vel memores vocant, quia per manum publicam scribentes, præterita facta, reuocant ad memoriam iudicibus. Propter quod Aristoteles in primo Rhetor. suorum dicit, quod chartis fit fides iudici.

i Sextum principatum ponit, ibi, Post hunc autem consequens quidem necessarius est, autem ferè & maxime difficilis principatum est, qui circa actiones condemnatorum & proscriptorum, & secundum inscriptiones, in quibus scilicet continentur malè facta eorum, propter quæ condemnantur, & circa custodias corporum, postquam interfecti sunt, ne sepeliantur communi sepultura, & etiam circa carcerales custodias captorum.

k Et ostendit difficultatem huius, ibi, Grauis quidem igitur est, supple, iste modus, propter multam habere inimicitiam: quia quamuis pœnas dignè patiantur, tamen inimicantur eis qui inferunt illas. Et ostendit signum grauitatis illius modi, ibi, Ita, supple, grauis est, ut vbi non est magna lucrari, neque principari sustinent ipso, neque qui sustinent, viles scilicet personæ, sicut carnifices, volunt agere secundum leges: illegales enim sunt tales personæ.

l Et subdit, quod tamen necessarius est, ibi,

Necessarius autem est. Et ponit causam, ibi, Quia nullus profectus est, fieri quidem sententias de iustis, scilicet condemnacionibus, has autem non accipere finem, scilicet per executionem. Ex omnibus his concludit, ibi, Quare sine factis, communicare inuicem impossibile, supple, est, & executionibus non factis, supple, impossibile est communicare. Vnde nisi sententiæ mandentur executioni, perfecta communicatio esse non potest inter ciues.

m Ex his elicit concludendo modum istum, ibi, Propter quod melius non vnus esse hunc principatum, sed alios ex alijs prætoris. Et circa præpositiones eorum quæ rescripta sunt, eodem modo tentare diuidere, ut scilicet sicut dictum est, ibi alij sunt notarij, alij tabelliones, alij scriuarij. Adhuc autem quædam agere & ipsos principatus, id est, quod ipsi principes agant quædam, aliosque & nouorum, supple, emergentium talium magis nouos, supple, esse actores, & sic principatus in multa diuidantur, quia melius sunt per plures, quam per paucos. Et eos qui instantium, id est, præsentium, supple, sunt vltiores vel correctores, cum alter condemnauerit, supple, ut iudex, alterum esse exequentem sententiam, supple, datam. Melius est enim, quod alter exequatur quam qui sententiam dedit. Et dat nomina, ibi, Velut astynomos, supple, dicere eos principes qui ex sensu & sapientia sententias dicunt, eos autem qui agoranomos, id est, qui per actum exequitur sententias datas, eos autem qui ab iis, sicut ministri, alios, supple, oportet dicere.

n Et ponit causam omnium horum, ibi, Quanto enim vtique minor inimicitia infuerit exequentibus tales, supple, sententias, tanto magis accipiunt finem executiones: & hoc est vile Reipublicæ. Et subdit conclusionem ex omnibus his, ibi, Eisdem quidem igitur esse condemnatos & exequentes, inimicitiam habet duplicem: de omnibus autem eosdem aduersarios, facit esse omnibus, scilicet & pro dictatione sententiæ, & pro executione. Et hoc expedit: unde melius est hos principatus diuidere: quia tunc & iudex excusabit se quod iure cogente dictauit sententiam, & exequens excusatus erit, scilicet quod iudice compellente oportuit eum exequi.

o Et quod dixit, probat per exemplum, ibi, In multis autem locis diuisi sunt qui custodit, sicut carcerarij & iudex, ad eum qui exequitur: alius enim est qui exequitur pœnas & sententias dictatas, velut Athenis vocatorum vndecim (Vndecim enim erant positi Athenis, qui sententias iudicum exequerentur infligendo pœnas debitas) propter quod melius, supple, est, & hunc separare, scilicet principatum, & sophisma quarere, id est, apparentem sapientiam coram populo, etiam circa hunc, supple, diuidendo. Et subdit, quod iste modus est valde necessarius, licet difficilis, ibi, Necessarius enim est non minus dicto, modo scilicet.

p Accidit autem Epiices, id est, superiustos quidem fugere maxime hunc principatum. Et huius ratio est: quia intendere talibus videtur esse crudele & inhumanum & causarium inimicitarum: prauos autem non securum facere dominos, scilicet in talibus. Et ponit rationem, ibi,

ibi, Ipsi enim indigent custodia aliorum, præni scilicet magis quam possint alios custodire.

q Propter quod oportet non vnus, id est, nullum repositum principatum apud illos, præuos scilicet, neque continuè eodem, supple, oportet uti principatu, sed iuuenum, supple, oportet uti principatu vbi aliquis epeborum, scilicet lupanarium, vbi pueri ponuntur prostitulo, vel custodiarum est ordo, sicut incarcerationum, vel meretricum, ut in sententia dictum est, & principatum, oportet secundum partes facere curam alios, scilicet & alios. Post hæc omnium dicit quasi epilogo, ibi, Hos quidem igitur principatus qui dicti sunt, scilicet septem, tanquam necessarios ponendum esse primos. Et nemo credat hic Aristotelem commendare lupanar epeborum, quin imò derestatur: sed recitat hic gentilem ritum pessimorum, sicut in secundo Mach. 4. legitur de Simone pessimo, quod praua instituta sanciebat. Etenim ausus est sub ipsa arce gymnasium constituere, & optimos quoque epeborum in lupanaribus ponere. Erat autem hoc non inuitum, sed incrementum quoddam & profectus gentilis & alienigenæ conuersationis, propter impij & non sacerdotis Iasonis nefarium & inauditum scelus.

r Deinde cum dicit, Post hos autem necessarios, &c. agit de principatibus bellicis & ad communes opportunitates ciuitatis pertinentibus. Et habet quatuor partes. In prima ponit, quæ pertinet ad custodiam ciuitatis & ad bellica. In secunda ponit ea, quæ pertinent ad communes rationes & emendationes ciuitatis, ibi, Quoniam autem quidam principatum, &c. In tertia ponit ea quæ pertinent ad Deos & ad sacra, ibi, Alia autem species cura, &c. In quarta agit de fortunis bellicis & redbibus, quæ quotidie expenduntur circa forum & circa municipium, ibi, Circa demonia & bellica, &c. Sententia primæ partis est hæc, quod post hos principatus qui dicti sunt, non minus, necessarij, scilicet alij, in maiori autem schemate, id est, in maiori forma principatus & honorabiliori, ordinati: quia experientia indigent & fide, id est, experta fide: & sunt illa quæ sunt circa custodiam ciuitatis, sicut in portarum & murorum custodia, quibus ciuitas indiget, & in bello, & in pace: & quibus indiget in bellicis opportunitatibus, & in exquisitionibus, & ordinationibus ciuium, quando scilicet ad bella debent procedere. Et hæc omnia sunt plura in maioribus ciuitatibus, & pauciora in minoribus ciuitatibus: ita quod in parua ciuitate vnus est super omnes principatus. Et dicit, quod tales vocant duces exercitus & principes belli, & in ipso exercitu quosdam vocant equites, qui equestres sunt, in equis pugnant: quosdam autem nudos, inermes scilicet, quosdam sagittarios, & quosdam nauticos qui in nauali bello pugnant: inter quos sunt multæ diuersitates: unde super vnamquamque diuisionem constituuntur principatus qui vocantur nauarchiæ & equiarchiæ, & generaliter ordinum archiæ, id est, cuiuslibet legionis principatus, & sub istis particulariter signantur trierarchiæ, id est, qui ordinant eos qui in trieribus pugnant,

D. Albert. Mag. Politic.

& insidiarum dispositiones, id est, qui ordinant eos qui insidiantur, & philarchiæ, id est, ordinatorum eorum, scilicet qualiter declinandum est aliquando ab hostibus, & eorum qui secundum particulares ordines sunt etiam in talibus. Omnia enim conueniunt in hoc quod sunt circa curam bellicorum. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Post hos autem necessarios quidem, supple, principatus quidem, nihilominus sunt alij, supple, principatus, in maiori autem schemate, id est, forma ordinati. Et ponit rationem, ibi, Etenim experientia & fide indigent, id est, experti in fide, & probati multa. Et tangit quæ sunt illa, ibi, Tales autem erunt vtique illi qui circa custodiam ciuitatis, supple, ordinantur, & quicumque ordinantur ad bellicas opportunitates. Et dat rationem, ibi, Oportet autem & in pace & in bello, quod sint, supple, portarum & murorum custodia. Et ideo præceptum Romuli fuit, ut nullus ascenderet super murum, ne ex hoc lederetur ciuitas: & Remum fratrem suum præcepit interfici, qui contra hoc præceptum ascendit super murum. Similiter, supple, oportet esse curatores exquisitionis, & coordinationis ciuium, id est, qui curam habent ut exquirant ciues in tempore belli, & ordinent eos.

s Et subdit, quod aliter est de his in magnis, & aliter de his in ciuitatibus paruis. Et hoc est. Hic quidem igitur, id est, in magnis ciuitatibus in omnibus his, scilicet principatibus, principatus plures sunt, principes scilicet principantes, hic autem pauciores, velut in paruis ciuitatibus vnus, supple, est, de omnibus: quia sicut in ante habitis dictum est, in paruis ciuitatibus oportet multos principatus committere vni: eo quod idonei ad principatus singulos non habentur. Et istis principatibus dat nomina, ibi, Vocant autem duces exercitus, & principes belli tales. Et nominat particulares principes in bellicis, ibi, Adhuc autem est sint equites aut nudi, id est, inermes, aut sagittarij, aut nautici, & super horum vnamquamque, scilicet ordinem, aliquando constituuntur principatus vocati nauarchiæ, id est, principatus nauium, & equiarchiæ, id est, principatus equitum, & ordinis archiæ, qui vocantur principatus ordinantes alios principatus. Et particulariter autem qui sub his trierarchiæ, qui ordinant eos qui in trieribus pugnant: & insidiarum dispositiones, qui ordinant scilicet insidiantes, qualiter in occulto ponant insidias, & philarchiæ (philarches in Græco interpretatur declinans principatum, ut dicit Remigius) & dicuntur philarchiæ, qui ordinant qualiter declinandam est ab hostibus. Et generaliter subdit. Et quæcumque partes horum, supple, principatum: vnusquisque enim horum principatum quot habet ordines, tot habet partes. Et ponit totum vniuersale ad omnes hos principatus, ibi, Quod autem omne, id est, vniuersale, vna quædam horum est species curæ bellicorum, supple, vocata. Ex omnibus his epilogaem ponit conclusionem, ibi, Circa hunc quidem igitur principatum habet hoc modo.

t Deinde cum dicit, Quoniam autem quidam principatum, &c. tangit officia siue principa-

tus communium ad ciuitatem pertinentium, sicut verbi gratia, ratiocinatores communium, emendatores siue correctores, exquisitores communium reddituum, Ephoros, proconsules, politicos. Dicit ergo. Quoniam autem quidam principatum esse non omnes tractant multa communium, eod quod ad alia ordinantur, sicut dictum est: & ideo dicit Seneca, quod superbia multos conturbans est intrmittere se de officio alieno: tamen, supple, necessarium est aliquem esse, in ciuitate, supple, fumentem rationem, de communibus scilicet, & emendantem, si aliquis malè computat, ipsum scilicet nihil aliud tractantem. Et dat nomina istis, ibi, Vocant autem hos, ij quidem correctores, ij autem ratiocinatores, ij autem exquisitores, quia scilicet exquisunt redditus communes, ij autem synigotos, quod tantum valet quantum communium exquisitores vel congregatores.

u Præter omnes autem hos principatus adhuc, supple, est principatus, qui maximè dominans est omnium. Et illum subdiuidit sicut habitum est in præcedentibus: quia talis principatus aliquando non multum durat, sed aliquando est diurnus, aliquando mensurnus, aliquando annuus. Et hoc est quod dicit, ibi, Idem enim sæpè habet finem. Et alium principatum nominat, ibi, Et Ephoriam, supple, necesse est esse, quæ præsidet multitudini, vbi dominans est populus. Et ponit rationem, ibi, Oportet enim omnino esse congregans, populum scilicet, quod dominans politiæ, supple, est: & ideo oportet habere ministros per quos congreget & contineat multitudinem. Et illis etiam dat nomina, ibi, Vocantur autem hic quidem præconsules, propter proconsiliari: quia scilicet præ aliis consulunt quod expedit ciuitati & multitudini: vbi autem multitudo est, tota, supple, consilium magis vocatur quam proconsules. Deinde ponit epilogaem conclusionem istius partis, ibi, Politici quidem igitur principatum tot quidam, id est, particulares sunt.

x Deinde cum dicit, Alia autem species curæ, &c. ponit principatus ad sacra pertinentes. Et est sententia, quod cura illa est circa sacerdotes & curatores sacrorum, vt saluentur existentia, & erigantur decedentia ædificiorum, & circa alia quæ ad Deos sunt ordinata: & hæc etiam contingit esse in paruis ciuitatibus pauca, & in magnis multa, verbi gratia, qui sacra faciunt, qui custodes sunt templorum, qui camerarij sunt sacrarum pecuniarum, quæ determinatæ sunt ad immolationes communes omnes quascumque non assignat lex sacerdotibus, sed habent honorem, quod pertinent ad communem mensam. Et subdit, quod illi consueuerunt vocari tripliciter: quidam enim vocant eos principes sacerdotum, quidam verò reges, eod quod etiam apud illos fuit regale sacerdotium, quidam autem vocant eos prytaes, quos nos præcutores vel primitios vel præpositos vocamus. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Alia autem species curæ, quæ circa Deos, supple, est. Et diuidit eam, ibi, Velut sacerdotes, qui scilicet circa laudes deorum occupantur, & curatores eorum quæ circa loca sacra, vt scilicet saluentur existentia & erigan-

tur decedentia ædificiorum, & aliorum quæcumque ordinata sunt ad Deos, sicut sunt imagines & aræ.

y Et ostendit qualiter hæc in paruis ciuitatibus sunt pauca, & in magnis multa. Et hoc est: Accidit autem curam hanc alicubi quidem esse vnâ, velut in paruis ciuitatibus, in quibus necesse est multa committere vni, propter defectum personarum: alicubi autem multas & separatas sanctitatis, curas, supple, in magnis ciuitatibus, vbi sunt multæ personæ sacerdotum. Et dat exemplum, ibi, Puta sacrarum factores, & templorum custodes, & camerarios sacrarum pecuniarum: habitus autem huic, scilicet curæ sacrarum pecuniarum, supple, est, qui determinatus ad immolationes communes omnes, supple, est, quascumque non assignat lex sacerdotibus, ad vsus scilicet præbendales distinctos, sed à communi mensa habent honorem, sicut & in primitiua Ecclesia clerici vniebant de communi mensa. Et dat eis nomina, ibi, Vocant autem ij quidem principes hos, scilicet sacerdotum, ij autem reges, propter quod regale fuit sacerdotium, ij autem prytaes, quod nos primicerios, vel præpositos, vel præcutores dicimus.

z His dictis ponit epilogum, ibi, Necessaria quidem igitur curæ sunt, supple, istæ de iis, vt est dicere summam, supple, dictam. Deinde cum dicit, Circa dæmonia & bellica, &c. tangit officia & principatus, quæ sunt circa fortuita & communia ciuitatis, & qualiter hæc ordinanda sunt in ciuitate ad decorem & vtilitatem ciuitatis. Et dicit, quod circa decem sunt, quæ enumerat, scilicet circa fortunas quibus sæpè subiacent ciues, circa bellica, circa communes redditus, circa ea quæ expenduntur, in communi scilicet in conuiuiis & demonstrationibus, circa forum, circa municipium, circa portus, circa regionem, ad ciuitatem scilicet pertinentem, circa prætoria, circa scripturas communicationum, circa executiones, circa custodias & ratiocinationes & exquisiciones & correctiones principatum, & finaliter circa consilians communium. Et hæc sunt quæ ad commune pertinent ciuitatis. Et præter hos omnes sunt principatus proprii eorum qui magis vacant, & magis gaudent in ciuitatibus. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Circa dæmonia, id est, fortuita, quibus sæpè subiacentes sunt ciues, & bellica, quia sæpè ex fortuna bella inferuntur ciuibus, & circa redditus, communes scilicet, & ea quæ expenduntur, communi scilicet distributione, & circa forum, id est, circa ordinem fori in emptionibus & venditionibus, & circa municipium in custodiis & in vigilibus, & portus, id est, circa portus, vbi scilicet sunt nauigia in ciuitate. Et regionem, circumiacentem, supple, quæ pertinet ad ciuitatem. Adhuc quæ circa prætoria, ad quæ scilicet reuocantur causæ per appellationem, & commutationum scripturas, quæ scilicet fiunt vt firmentur contractus per manum publicam, & executiones, sententiarum scilicet quæ datæ sunt a prætoribus, & custodias, carcerum scilicet & portarum, & circa ratiocinationes, communium scilicet reddituum, & exquisiciones, rerum scilicet bene vel male factarum,

& correctiones principatum, vtrum scilicet bene vel malè gubernauerint Rempublicam, & finaliter quæ circa consilians sunt communium, sicut circa Ephoros & proconsules, qualiter scilicet consuluerunt, ciuitati, supple. Circa omnia hæc sunt principatus, de quibus oportet intendere eum qui ordinat Rempublicam. Adhuc præter omnes hos, supple, proprii principatus ciuitatibus, supple, sunt, quæ magis vacant & magis gaudent, supple, libertate ciuitatis.

aa Et determinat in quo, ibi, Adhuc autem solliciti, supple, sunt, de bono ornatu ciuitatis, qualiter scilicet singulæ familiæ in ornatu antiquo conseruentur & dignitate. Et determinat de quo, ibi, De geneconomica, id est, nobilitate, id est, qualiter quælibet domus in ciuitate conseruet nobilitatem suam, de custodia legum, ad munum scilicet vtilitatem editarum, de lege puerorum, ad quæ scilicet artificia & exercitia adhibeantur. Dicit enim Plato, quod notanda sunt opera puerorum: statim enim prætendunt in operibus ad quæ magis habiles sunt secundum naturam, & si adhibentur ad illa, magis proficiunt. Item de principatu exercitiorum, sicut, supple, de agonisticis & militaribus & sagittariis & huiusmodi. Adhuc autem cura, supple, adhibenda est, circa agones gymnasticos (gymnastici agones à Græco, gymnos enim idem est quod labor, & sunt labores in quibus aliquis laborat aptitudine naturæ, sicut melancholici circa insaniam, & cholericus circa phrenesim, & sic de aliis) & dionysiales, id est, diudicatiuos, dionysius enim in Græco, interpretatur diudicans. Et subdit vniuersaliter de omnibus, ibi, Et vti que si quas tales alteras accidit fieri theorias, id est,

contemplationes vel considerationes: & dicitur à verbo Græco theoro, theoras, quod est video vides, vel considero consideras.

bb Horum autem manifestè quidam sunt non demotici, id est, democratici principatum, id est, populares, puta geneconomia, quæ est regula generis, vt scilicet vnusquisque secundum genus suum viuat, & pædonomia, id est, pedestrium & humilium personarum ordo & regula. Et dat rationem, ibi, Egenis enim necesse, supple, est, vt mulieribus & pueris tanquam consequentibus propter inferuibilitatem, id est, tanquam ancillis & seruis propter indigentiam.

cc Omnibus his positis electiones principum reducit ad tria, ibi, Tribus autem existentibus principibus secundum quos eligunt quidam principatus principales in ciuitatibus, supple, scilicet custodibus legum, qui dicuntur domini politeumatis, præconsulibus, qui ex nomine vocantur ad consilium quando de communibus tractandum est, consilia, quando scilicet tota ciuitas conuocanda est. Et reducit ista ad tres politias, quas Plato posuit, ibi, Qui quidem legum custodes, propter hoc scilicet quod secundum virtutem eliguntur, aristocraticum, est, supple: oligarchicum autem, qui præconsules, eo scilicet quod secundum dignitatem eliguntur: consilium verò, quia de communi populo fit, demoticum, id est, democraticum. Postea subiungit epilogum de omnibus dictis in isto capitulo, ibi, De principibus quidem igitur in typo, id est, per signa, ferè dictum est de omnibus. Et dicit ferè: quia de particularibus nemo potest sufficienter dicere. Et in hoc terminatur sententia sexti libri.



ARISTOTELIS POLITICORVM LIBER SEPTIMVS,

Cum Beati Alberti Magni præclarissimis Commentariis.

CAPVT I.

De optima
vita & ciui-
tate beata.

DE politia optima facturum conuenientem inquisitionem, necesse determinare prius quæ sit eligibilissima vita. Immanifesto enim existente hoc, & optimam politiam necessarium esse immanifestam. Optimè enim agere conuenit eos qui optimè politizant ex existentibus sibi, nisi aliquid fiat præter rationem. Propter quod oportet prius confessum esse quæ sit quæ omnibus (vt est dicere) eligibilissima vita. Post hæc vtrum communiter & seorsum eadem vel altera.

b Putantes igitur sufficienter multa dicere, & eorum quæ extrinsecis sermonibus de optima vita, & nunc vtendum ipsis. Vt verè enim ad vnam diuisionem nullus dubitabit vtique, quoniam tribus existentibus partitionibus eorum quæ extrinsecus, & eorum quæ in corpore, & eorum quæ in anima, omnia hæc existere beatis oportet.

c Nullus enim vtique dicit beatum eum, qui nullam partem habet fortitudinis, neque temperantiæ, neque iustitiæ, neque prudentiæ: sed formidantem quidem volantes muscas: abstinentem autem à nullo extremorum, si appetat comedere, vel bibere: gratia quadrantis perimentem amicissimos amicos: similiter & quæ circa prudentiam, sicut imprudentem & mendacem, sicut quidam puerulus, vel insensatus.

d Sed hæc quidem dicta, vt omnes vtique concedent: differunt tamen in quanto & excessibus. Virtutis quidem enim quantumcumque habere sufficiens esse putant: diuitiarum autem & pecuniarum, & potentiam, & gloriam,

CAPVT I.

DE optima Republica recte querere volenti, necessarium est prius determinare, quæ vita sit maxime expetenda. Nam si id ignotum sit, necesse est & optimam Rempublicam ignorari. Optime enim agere consentaneum est, qui sub optima Republica disciplina reguntur ex his quæ sibi adsint, nisi quid accidat præter rationem. Quare primò statuendum est quæ vita sit cuius, vt ita dixerim, maxime optanda. Deinde vtrum publicè & priuatè eadem sit, an alia.

Putantes igitur multa sufficienter esse dicta de optima vita, etiam in externis sermonibus, & nunc illis vtendum censemus. Nempe aduersus hanc diuisionem nemo vtique refragabitur, quod tria cum sint bonorum genera, externa, corporis, & animi, ista omnia adesse felici homini oportet.

Nemo enim felicem diceret eum, qui nullam partem fortitudinis habeat, neque temperantiæ, neque iustitiæ, neque prudentiæ: sed timentem etiam circumuolantes muscas: temperantem verò à nulla penitus edendi bibendique extrema cupiditate: & gratia quadrantis vnius, dilectissimos interficientem: similiter & mente tam stultum, atque ignarum, quasi puerum quendam, vel insanum.

Sed ista quidem sic vt dicta sunt, omnes concederent: discordant tamen in quanto atque excessu. Nam virtutis quidem satis habere se putant, quantumcumque habeant: diuitiarum verò atque pecunia potentiaque, & fama, & huius-

82

& omnium talium infinitum quarunt excessum.

e Nos autem ipsis dicemus, quod facile quidem de iis & per opera prouenire fidem, videntes quia acquirunt & conseruant non virtutes extrinsecis, sed illa iis, & viuendo feliciter (sive in gaudere est, sive in virtute omnibus, sive in ambobus) quia magis existit ornatis moribus quidem & intellectu ad excessum: circa extrinsecam autem possessionem bonorum mediocribus quam iis qui illa quidem possident ampliora optimis, in iis autem deficiunt.

f Quinimò & secundum rationem considerantibus facile conspicabile est. Quæ quidem enim extra, habent terminum, sicut organum quoddam. Omne autem quod vtile est, eorum excessum aut nocere necessarium, aut nihil proficuum esse habentibus. Bonorum autem quæ circa animam, vnumquodque quantum quidem vtique excedit, tantò magis vtile esse: si oportet & in iis dicere non solum quod bonum, sed & quod vtile.

g Totaliterque palam, quod assequi dicemus, dispositionem optimam vnicuiusque rei ad inuicem secundum excessum quem distantia quidem sortita est, quarum dicimus esse ipsas has dispositiones. Quare siquidem est anima pretiosior & possessione & corpore, & simpliciter & nobis necesse & dispositionem optimam vnicuiusque proportionaliter iis habere.

h Adhuc autem & animæ gratia eligibilia nata sunt hæc, & oportet omnes eligere bene prudentes, sed non illorum gratia animam.

i Quod quidem igitur vnicuique felicitatis adiacet tantum, quantum quidem virtutis & prudentiæ, & eius quod est agere secundum has, sit confessum nobis, teste Deo ventibus, qui felix quidem est & beatus, propter nullum autem extrinsecorum bonorum, sed propter seipsum ipse, & propterea quod qualis quis est secundum naturam.

k Quoniam & bonam fortunam à felicitate propter hoc necessarium esse aliteram: bonorum quidem enim quæ extra animam, causa, casus & fortuna: iustus autem nullus neque temperatus à fortuna, neque propter fortunam est. Habitu autem est & eisdem rationibus

D. Alb. Mag. Politic.

modi omnium, infinitum excessum sequuntur.

At enim nos illis dicemus, quia facile est de his etiam per opera ipsa fidem suscipere, cernentes, quia homines acquirunt & conseruant non virtutes externis bonis, sed externa virtutibus. Ipsaque beata vita (sive in gaudio posita est, sive in virtute, sive in ambobus) magis existit moribus & intellectu in excessum ornatis: mediocria verò externa possidentibus, quam his qui in externis plura possident quam opus sit, & in illis deficiunt.

Quinetiam ratione licet hoc intueri. Nam externa quidem bona fidem habent tanquam instrumentum quoddam. Omne autem vtile tale est, vt eius excessus vel noceat habenti, vel certe nil proficit. At bona animi quantum magis excedunt, tanto magis vtilia sunt: siquidem non solum honesti, verumetiam vtilis appellationem tribuere illis oportet.

Omninoque patet, quod sequi dicemus, dispositionem optimam cuiusque rei ad inuicem secundum excessum distantia illorum quorum dicimus eas esse dispositiones. Quare si est anima pretiosior corpore & pecunia, & simpliciter & nobis necessarium est, & dispositionem vtriusque optimam eodem modo illis correspondere.

Insuper animi gratia illa expeti nata sunt, & ita recte sentientes expetere omnes oportet, non autem animum gratia illorum.

Quod igitur felicitatis tantum vnicuique contingit, quantum virtutis, atque prudentiæ, & quantum secundum has operatur, confessum nobis existat, teste Deo fretis, dicente, felicem esse atque beatum non per aliquod externorum, sed per seipsum, quia talis est secundum naturam.

Cum & bonam fortunam aliud esse quam felicitatem propter hæc necessarium est. Nam externorum quidem bonorum causa est fortuna & casus: at iustus & temperatus nemo à fortuna est, neque per fortunam. Consequens verò est, & iisdem rationibus consentaneum, ciuitatem quoque beatam

K k 3 oppo

opportunitatem & civitatem felicem esse eam quæ optima & agentem bene. Impossibile autem bene agere iis qui non bona agunt. Nullum autem bonum opus, neque viri, neque civitatis, sine virtute & prudentia. Fortitudo autem civitatis & iustitia & prudentia eandem habet potentiam & formam, quibus participans unusquisque hominum dicitur iustus & prudens & temperatus.

1 Sed hæc quidem intantum sint proœcialiter dicta sermone, neque enim non attingere ipsa possibile, neque omnes convenientes rationes contingit ediffere: alterius enim studij opus sunt hæc. Nunc autem supponatur tantum, quod vira quidem optima, & seorsum uniuscuiusque, & communiter civitatibus, quæ cum virtute redundante intantum ut sit participare iis quæ secundum virtutem actionibus. Ad dubitantes autem dimittentes in præsentimethodo considerandum posterius, si quis dictis existit non persuasus.

CAPVT I.

IN isto septimo lib. tractat Aristoteles de pertinentibus ad optimam politicam in comparatione ad eligibilissimam vitam secundum ordinem ad virtutem & felicitatem. Et diuiditur in duas partes. In prima ostendit, quod civitas non est felix neque perfecta, in qua non est optima politia. In secunda parte ostendit, quæ oportet præsupponi ex parte civitatis, & ex parte civium, & ex parte regionis, in quibus potest esse & conualescere optima politia, ibi, *Quoniam autem proœcialiter dicta sunt, &c.* Prima pars habet duas partes & duo capitula. In prima parte ostendit, quod nisi secundum virtutem perfectam, non est optima politia. In secunda ostendit, quod eadem est felicitas uniuscuiusque hominis, & civitatis, secundum modum differentem, ibi, *Virum autem eandem felicitatem esse, &c.* Prima pars adhuc diuiditur in tres partes. In prima parte ostendit per rationes extrinsecas, quod optima politia non est sine virtute perfecta. In secunda parte ostendit hoc idem per comparationem bonorum extrinsecorum ad bona virtutis, ibi, *Sed hæc quidem dicta ut omnes vtiq; &c.* In tertia parte ostendit hoc idem per diuersitatem bonorum felicitatis & bonorum fortunæ, ibi, *Quoniam & bonam fortunam à felicitate, &c.* Prima pars habet duas rationes. Prima ratio est, quod eligibilissima vita est secundum optimam politicam: sed eligibilissima vita non est nisi secundum virtutem perfectam: ergo optima politia non erit nisi secundum virtutem perfectam. Secunda ratio est quasi ab autoritate: quia omnes

esse, quæ optima sit, & quæ bene agat. Impossibile autem bene agere eos qui bona non agant. Nulla vero bona actio est neque viri, neque civitatis, sine virtute atque prudentia. Fortitudo autem & iustitia & prudentia civitatis eandem habent vim ac formam iis secundum quas unusquisque hominum dicitur iustus, & prudens, & temperatus.

Hæc hætenus præmissa sunt, neque enim non attingere illa possibile fuit, neque omnino omnes eorum proprias rationes explicare: nam alterius otij ista sunt. Nunc autem supponatur nobis, quod vita optima & priuatim unicuique, & publice civitatibus est, cum virtute intantum externis facultatibus adiuta, ut actiones studiosas cõficere possit. Sed de his nunc prætermittis postea considerandum erit, si quis forsam dictis non acquiescit.

confitentur, quod cum bona in quibus vivit, diuidantur in tres partitiones, scilicet in bona exteriora, & in bona corporis, & in bona animæ, nullus dubitat quin optima vita & eligibilissima sit secundum optimum usum omnium istorum trium bonorum: omnia enim hæc bona oportet existere beatis: vsus autem bonus aliorum bonorum, exteriorum scilicet & corporis, est secundum virtutem: quia nemo bene vitur, nisi qui secundum virtutem vitur bonis. Cuius probatio est: quia nullus dicit beatum vel felicem eum qui nullam partem habet fortitudinis, neque temperantiam, neque que iustitiam, neque prudentiam: sed potius contra fortitudinem est ita timidus, quod timer volantes muscas: contra temperantiam ita inabstiniens, quod à nullo extremorum abstinet in cibis & potibus & veneris, quantumcumque sint vituperabilia: & qui contra iustitiam sic iniustus est, quod per valorem quadrantis amittit, perimit, & perdit amicissimos amicos: & contra prudentiam sic est imprudens & inconstans & mendax sicut puerulus, in quo omnis conceptus inconstans & levis est. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. De politia optima facturum convenientem inquisitionem, necesse, supple, est, determinare prius quæ sit eligibilissima vita. Et ratio huius est: quia in omni tempore sapienti præstituendus est finis: finis autem omnis politiæ est vita eligibilis ad votum, sicut in principio primi huius scientiæ libri dictum est. Et ponit rationem huius, ibi, Immanifesto enim existente hoc, hoc est, quando hoc non ponitur per rationem evidentem in manifesto, & id est, etiam optimam politicam necessarium, supple, est, esse immanifestam.

nifestam. Et huius ponit rationem & probationem, ibi, Optime enim agere conuenit eos qui optime politicant ex existentibus sibi, bonis scilicet quæ habent in facilitate: illi enim optime vtuntur bonis & ad optimum finem: nisi aliquid fiat præter rationem. Hoc dicit (sicut habetur in 1. ethic.) propter quosdam, qui pecudum vitam eligentes, voluptatem dixerunt esse summum bonum: sed hoc est præter rationem. Ex his vterius concludit, ibi, Propter quod oportet primo confessam esse quæ sit quæ omnibus, supple, ratione vtentibus (ut est, id est, contingit dicere, per rationem,) supple, eligibilissima vita. Post hoc autem, supple, oportet dicere vtrum communiter, viuenti scilicet & seorsum, eadem vel altera, sit, supple, vita hominis. Et in hoc notat diuisionem huius tractatus siue libri: quia in duobus primis capitulis determinat quæ sit eligibilissima vita uniuscuiusque seorsum secundum felicitatem & virtutem. In secunda parte dicit quæ sit eligibilissima vita in ciuitate & regione. Et per hoc patet, quod diuisio data est secundum intentionem Authoris.

b Et procedit ad modum, scilicet qualiter ista tractanda sunt, ibi, Putantes igitur sufficienter multa dicere, id est, sub compendio multa comprehendere, & eorum, supple, Philosophorum, quæ in extrinsecis sermonibus, sicut Platonis, Socratis, & aliorum, scilicet Philosophorum, quorum magnus numerus in primo huius scientiæ lib. inductus est, vbi actor determinauit de politia secundum opinionem aliorum, de optima vita, supple, determinauerunt, & nunc, in isto tractatu seu libro, supple, vtendum ipsis, supple, est tanquam suppositionibus, & postmodum. Vt verè enim, id est, secundum rationem veri, ad vnam diuisionem nullus dubitabit vtiq; id est, nullus dubitabit ad vnam diuisionem pertinere. Et explanat, ibi, Quoniam tribus existentibus partitionibus, id est, diuisionibus, bonorum scilicet: & exemplificat, ibi, Eorum, scilicet bonorum, quæ extrinsecus, quæ scilicet dicuntur bona fortunæ, & sic dicit in primo ethic. quod organicè deseruiunt ad felicitatem, & eorum, scilicet bonorum, quæ in corpore, sicut est sanitas, robor, & pulchritudo: quia sicut dicit in ethic. hæc sunt condecorantia felicitatem: nemo enim dicit felicem eum, qui specie turpissimus est: & eorum, scilicet bonorum, quæ in anima, sicut virtus, cuius perfectissimus actus est felicitas: vnde in primo ethic. dicit, quod felicitas est secundum propriam & connaturalem virtutem hominis non impeditam & perfectam. His igitur tribus bonis existentibus subdit. Omnia hæc, scilicet tria genera bonorum, existere beatis oportet, id est, felicibus.

c Et hoc probat inducendo communem suppositionem omnium, ibi, Nullus enim vtiq; dicit beatum eum qui nullam partem fortitudinis, supple, habet, neque temperantiam, neque iustitiam, neque prudentiam: sed formidantem quidem, delitutum scilicet fortitudine cordis, volantes muscas: abstinentem autem, delitutum scilicet temperantiam & continentiam, à nullo extremorum, id est, turpium desideriorum. Et ponit in quo, ibi, Si appetat comedere, vel bi-

bere, vel etiam veneris vti, quos Aristoteles in 4. ethic. vocat molles, eò quod resoluti sunt in omni mollitia: & sicut dicit ibidem, non vult laborare neque alleuare vestes, propter tristitiam. Et ponit contra iustitiam, ibi, Gratia autem quadrantis perimentem, siue perdentem amicissimos amicos: sic enim iniustus est, quod pro quadrante prodatur amicum. Et ponit contra prudentiam, ibi, Similiter autem & quæ circa prudentiam, scilicet talis se habet: neque enim beatificant sic imprudentem & mendacem, sicut quidam puerulus insensatus, se habet, supple, in quo propter fluidam ætatem nullus conceptus stabilis est: propter quod dicit Arist. in 7. Physic. Text. 16. quod in sedendo & quiescendo sit homo sciens & prudens. Et Apostolus 1. Corinth. 14. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti sitis. Ex omnibus his concludendum est, quod sine bonis animæ beatitudo siue felicitas non est.

d Deinde cum dicit, Sed hæc quidem dicta ut omnes, &c. ostendit quod optima politia non est sine virtute perfecta, per comparationem bonorum extrinsecorum ad bona virtutis: hoc enim concessum est ab omnibus, videlicet quod felicitas non est, sine bonis animæ, licet in operibus quidam magis appetant bona corporis quam animæ, & intentionem siue incrementum bonorum corporis plus appetant, quam incrementum bonorum animæ, & illi sunt qui voluptatem dicunt esse summum bonum. Et hoc reprobatur triplici ratione. Prima ratio est: quia videmus feliciores esse mediocres in bonis fortunæ, & magis ad votum viuere, quam illos quibus amplius quam opportunum sit, existunt bona exteriora, & deficiunt bona interiora animæ. Secunda ratio est: quia exteriora non deseruiunt nisi organicè ad beatitudinem, ut dictum est. Omne autem organum si vtile debeat esse, quandam mensuram determinatam habet: bona igitur exteriora in quadam mensura vtiliora sunt, quam si in infinitum addantur secundum auaritiam. Tertia ratio est: quia bona exteriora sunt propter bona interiora, & non è conuerso: & ideo bona interiora secundum naturam quantum plus excedunt, tanto meliora sunt: bona verò exteriora vtiliora sunt, quando sunt in sufficientia ad organicam opportunitatem. Ex his concludit, quod unicuique tantum adiacet felicitatis, quantum virtutis & prudentiæ. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Sed hæc quidem dicta, ut omnes vtiq; concedent, id est, ferè vt omnes: & hoc dicit propter illos qui voluptatem dicebant summum bonum: differunt autem in quanto & excessibus. Et dicit modum, ibi, Virtutis quidem enim quantumcumque habere, sufficientem esse putant, supple, quantumcumque partem: diuitiarum autem, supple, in immobilibus, sicut agris, & vineis, & pecuniarum & potentia & gloria & omnium talium in infinitum querunt excessum.

e Nos autem ipsi dicemus, obuiantes scilicet, quod facile quidem de his, supple, est, & per opera pronuntiare fidem, id est, veram rationem & opinionem, secundum quod dicit Aristor. in tertio de anima, quod opinio inuata rationibus sit fides. Et ostendit per que opera sit fides, k k 4 ibi;

ibi, Videntes, id est, quia videmus, quod acquirunt & conseruant, homines scilicet, non virtutes extrinsecas, id est, per extrinsecas bona sed, supple, è contrario, illa iis, id est, extrinsecas bona virtutibus: & viuendo feliciter (sive, hoc, supple, sit in gaudere, sive in virtute omnibus, supple, felicibus, sive in ambobus, scilicet in gaudere & virtute) hoc scilicet videmus, quia magis existit ornatis moribus quidem & intellectu ad excessum: boni enim secundum virtutem & intellectum felicitas gaudent: quia gaudent de bono interno. Et per oppositum dicit de exterioribus bonis, ibi, Circa extrinsecam autem possessionem bonorum mediocribus, supple, magis contingit gaudere, quam illis, supple, diuitibus, quia illa, scilicet extrinsecas quidem possident ampliora optimis (optima dicuntur quæ sufficiunt ad bonam vitam) in his autem, scilicet bonis animæ, deficiunt.

f. Secundam rationem ponit, ibi, Quinimò & secundum rationem, &c. & dicit, quod interiora bona, sicut virtutes, semper sunt augenda, exteriora autem vsque ad quandam terminum sunt vitia: & si plus augeantur, nocua efficiuntur. Omne enim instrumentale deseruens, in quadam determinata quantitate proficit: sicut manus, & sicut pes, & alia organa corporis: & si ultra progrediantur, enormia & inutilia efficiuntur ad opus. Quæ autem essentialiter sunt ad aliquid, quanto maiora & plura sunt, tanto melius proficiunt: interiora essentialiter proficiunt ad beatitudinem, exteriora autem organicè: & sic interiora appetenda sunt ex crescere in infinitum, exteriora verò vsque ad quandam terminum. Et hoc est quod dicit. Quinimò & secundum rationem considerantibus facile conspicabile est, scilicet quod dictum est, nempe quod interiora debent crescere in infinitum, & exteriora ad quandam terminum. Et ponit rationem quæ dicta est, ibi, Quæ quidem enim extra, id est, exteriora bona, sunt, habent terminum, sicut organum quoddam. Et arguit, ibi, Omne autem quod vitale est, sicut organum, supple, eorum excessum, extra debitam quantitatem, aut nocere necessarium, supple, est, aut nihil proficuum esse habentibus, ut scilicet enormis manus, aut pes. Bonorum autem quæ circa animam, vnumquodque quanto quidem vtique excedit, tanto magis vitale esse, supple, dicimus. Sed quia vidit, quod bonum per se non dicitur esse vitale, sed per se bonum, idem occurrit tacite obiectioni, quæ posset fieri, & dicit, ibi, Si oportet &, id est, etiam in iis quæ per se sunt bona, dicere non solum, quod bonum, per se, supple, sed etiam quod vitale. Et hoc est quod dicit Tullius in libro de amicitia, quod licet honestum sit quod sua vi animos realit & propria dignitate nos alliciat, tamen plurimam vitilitatem & delectationem habet adiunctam.

g. Ex his arguit, ibi, Totaliterque palam, id est, vniuersaliter, quod assequi dicimus, dispositionem optimam vniuersi cuiusque rei ad inuicem, supple, comparatæ, secundum excessum distantiam, id est, per distantiam, quam quidem sortita est res illa, supple, per naturam: vni-

de cum interiora pretiosiora sunt quam exteriora, illa debent ex crescere in infinitum secundum desiderium, hæc verò vsque ad quandam terminum. Propter quod Seneca de interioribus dicit. Desinis esse bonus, vbi desinis velle fieri melior. Et hoc est quod hic addit. Quorum, scilicet rerum interiorum vel exteriorum, dicimus esse ipsas, scilicet res, has dispositiones. Vnde cum virtutes sint dispositiones animæ; appetendæ sunt in infinitum crescere, quia anima non habet terminum: & cum exteriora bona sint dispositiones corporum quæ finita sunt, exteriora bona his instrumentaliter deseruentia debent esse finita. Et hoc est quod concludit inferens. Quare siquidem est anima pretiosior & possessione & corpore & simpliciter, id est, non vsque ad quandam terminum, sed simpliciter & in infinitum, &, id est, etiam nobis, supple, secundum rationem procedentibus, necesse, supple, est, &, id est, etiam dispositionem optimam vniuersi cuiusque proportionaliter his habere, ut scilicet bona animæ in infinitum excedant bona exteriora & bona corporis.

b. Tertiam rationem ponit, ibi, Adhuc autem & animæ gratia, &c. Et est hoc, quod animæ gratia eligibilia sunt exteriora, & non è conuerso: ergo bona animæ in infinitum excedunt bona corporis. Et hoc est. Adhuc autem & animæ gratia, id est, propter animam eligibilia nata sunt hæc, exteriora scilicet & oportet omnes eligere bene prudentes, id est, qui sunt bene prudentes, sed non illorum gratia animam, supple, oportet eligere: & debet concludi: ergo in infinitum meliora sunt bona animæ, quam corporis.

i. Et ex omnibus his quasi epilogando concludit, ibi, Quod quidem igitur vnicuique felicitatis adiacet tantum, quantum quidem virtutis & prudentiæ, & eius quod est agere secundum has virtutes scilicet & prudentiam, sit confessum nobis teste Deo venturibus, qui, scilicet Deus, felix quidem est & beatus, propter nullum autem extrinsecorum bonorum, supple, est beatus, sed propter seipsum ipse, supple, est felix & beatus, & propterea quod qualis quis est, felicitate scilicet & beatitudine secundum naturam, felicitas enim eius & beatitudo ipsius sunt essentia eius.

k. Deinde cum dicit, Quoniam & bonam fortunam à felicitate, &c. ostendit, quod fortuna separata est à felicitate. Et est sententia, quod exteriora bona sunt à fortuna & casu, & secundum vnumquemque hominem, & secundum ciuitatem: sed nullus dicitur neque felix, neque iustus à fortuna, sed, sicut dicit in ethicis, innati quidem sumus virtutes suscipere, perficere autem est ab assuetudine bonorum operum, licet Socrates & Plato (sicut dicitur in libro Memnonis) dicant virtutes esse dona Dei, & nullius alterius: & hoc verissimum est de virtutibus theologis: sed Aristoteles loquitur de virtutibus moralibus. In fine dicit, quod hæc proœcialiter dicta sunt de optima politia ad virtutem ordinata: quia non est propositi negotij intentio omnes rationes conuenientes hic inducere: & si aliqua dubitanda obiciuntur contra hæc, in sequentibus habebunt conuenientem

nentem solutionem. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Quoniam & bonam fortunam à felicitate propter hoc necessarium esse alteram. Et dat rationem, ibi, Bonorum quidem enim extra animam, corporis scilicet & diuitiarum & potentia & gloria, causa, supple, est, casus & fortuna, quæ sicut dicit Aristoteles in 2. Physicis, sunt causæ per accidens. Iustus autem nullus neque temperatus, supple, est, à fortuna, neque propter fortunam. Habitu autem est, in quarto scilicet huius scientiæ libro, vbi probatum est, quod eadem est virtus ciuis & ciuitatis, & eisdem rationibus opportunum, supple, esse, & ciuitatem felicem esse eam quæ optima & agentem bene, id est, qui bene agit secundum virtutem. Impossibile autem bene agere iis qui non bona agunt, supple, secundum virtutem. Et hoc est quod sequitur. Nullum autem bonum opus, neque viri, neque ciuitatis, sine virtute & prudentia, supple, est. Et ratio est, quod habitus informat opus. Et hoc est quod sequitur. Fortitudo autem ciuitatis & iustitia & prudentia eandem habent potentiam & formam, quibus participans vniuersi cuiusque hominum dicitur iustus & prudens & temperatus.

l. Sed quia hæc vniuersaliter dicta sunt, & non secundum singulas ciuitates & politias, idem subdit, ibi, Sed hæc quidem intantum sunt proœcialiter dicta, sermone, scilicet vniuersali.

CAPVT II.

Vtrum autem eandem sit dicenda felicitas singularum hominum, & ciuitatis, vel non eandem, reliquum est videre.

Vtrum autem eandem sit dicenda felicitas singularum hominum, & ciuitatis, vel non eandem, reliquum est videre.

Vtrum autem eandem sit dicenda felicitas singularum hominum, & ciuitatis, vel non eandem, reliquum est videre.

Vtrum autem eandem sit dicenda felicitas singularum hominum, & ciuitatis, vel non eandem, reliquum est videre.

Et dat rationem, ibi, Neque enim non attingere ipsa possibile, est secundum singula, supple, quia hæc infinita sunt, neque omnes conuenientes rationes, in particulari, supple, contingit edicere, hic, supple. Et dat rationem, ibi, Alterius enim studij opus sunt hæc, illius scilicet, vbi agitur de optima politia vniuersi cuiusque ciuitatis & hominis sigillarim. Nunc autem supponatur tantum, ex inductis scilicet rationibus hic, quod vita quidem optima, & seorsum vniuersi cuiusque, scilicet hominis, & communiter ciuitatibus, optima, supple, est, quæ cum virtute redundante, id est, abundante, intantum vt sit participare iis actionibus quæ secundum virtutem, vt scilicet virtutibus aliquis participet. Quia sicut dicit in Ethicis, tria exiguntur ad virtutem, scire, velle, & perseverare in operibus difficilibus, & quod seire parum prodest, velle & perseverare multum. Ad dubitantes autem, contra hæc, supple, quæ dicta sunt (& videtur tangere Pythagoram, qui dixit virtutes esse numeros, & Socratem, qui dixit virtutes esse scientias) dimittentis in præsentem methodo, disputationem scilicet & responsionem, considerandum posterius si quis dictis existit, id est, sit per dicta, non persuasus, id est, non sufficienter saluatus. Et videtur tangere primum magnorum moralium: quia ibi disputat de eis, & soluit ea quæ hic dicta sunt.

CAPVT II.

Vtrum autem eandem sit dicenda felicitas singularum hominum, & ciuitatis, vel non eandem, reliquum est videre.

Vtrum autem eandem sit dicenda felicitas singularum hominum, & ciuitatis, vel non eandem, reliquum est videre.

Vtrum autem eandem sit dicenda felicitas singularum hominum, & ciuitatis, vel non eandem, reliquum est videre.

Vtrum autem eandem sit dicenda felicitas singularum hominum, & ciuitatis, vel non eandem, reliquum est videre.

æus & theoriæ hoc est opus, sed non circa vnumquodque eligibile: nos autem nunc hanc eligimus speculationem: id quidem accessorium utique erit, hoc autem opus methodi huius.

e Quod quidem igitur necessarium esse politiam optimam hanc, secundum quem ordinem & quicumque utique optime agat & viuet beate, manifestum est.

f Dubitatur autem ab ipsis qui continentur vitam cum virtute esse eligibilissimam, utrum politica & actiua vita eligibilis, vel magis absoluta ab omnibus exterioribus, velut contemplatiua quædam, quam solam quidam aiunt esse philosophicam. Ferè enim has duas vitas hominum honoratissimi ad virtutem videntur præeligentes, & priorum, & eorum qui nunc dico autem duas, politicam & philosophicam. Differt autem non modicum, utro modo se habeat veritas. Necessè enim bene prudentem ad meliorem coordinare intentionem & hominū unicuique & communi politiæ.

g Putant autem ij quidem proximis principari, despoticè quidem factum, cum iniustitia esse maxima: politicè autem, quod quidem iniustum non habere, impedimentum autem habere qui circa seipsum iucunditati.

h Iis autem ex contrario alij existunt opinantes: viri enim solam vitam actiuam esse & politicam: in vnaquaque enim virtute non esse actiones magis solitariis, quam iis qui communia agunt & politizantibus.

i ij quidem igitur sic existimant, ij autem despoticum & tyrannicum modum politiæ aiunt solum esse felicem. Apud quosdam autem iste & legum & politiæ terminus, quatenus despotizent vicinis. Propter quod & plurimorum legalium dispersim, ut est dicere, positorum apud plurimos, tamen si alicubi aliquid ad vnum leges respiciunt, ut imperent, coniecturant omnes, sicut in Lacedæmonia & Creta ad aduersarios coordinata sunt ferè disciplina & legum multitudo.

k Adhuc autem in gentibus omnibus, potentibus supergredi, talis potentia honorata est, velut inter Scythas & Celtas.

l In aliquibus enim & leges quædam sunt prouocantes ad virtutem hanc, sicut in Carhedone aiunt ornatum ex liliis accipere quocumque militis

lationis hoc sit opus, non autem circa vnumquodque expetendum, præferamus & nos hanc considerationem: nam illud quidem extra propositum esset, hoc autem secundum propositum huius inuestigationis.

Quod igitur necessarium sit illam esse optimam Republicanam, per cuius institutionem vnusquisque optime agat, & beate viuat, manifestum est.

Sed dubitatur etiam ab his, qui vitam cum virtute maxime eligendam putant, utrum vita ciuili & actiua sit preferenda, an potius illa vita, qua sit ab omnibus externis soluta, seu contemplatiua, quam solam putant quidam esse sapientis. Ferè enim has duas vitas præstantissimi ad virtutem homines antepone videntur, & antiqui & recentes: dico autem duas, ciuilem, & philosophicam. Sed refert non parum, utrum hoc vel illo modo veritas se habet. Necessè est enim illum qui rectè sapit, ad melius propositum se disponere, & priuatim vnumquemque hominem & publicè ciuitatem.

Putant quidam in gubernando alios, si cum dominatu fiat, iniuriam esse summam: si ciuilitate, cessare quidem iniuriam, sed impediri vitæ tranquillitatem.

Alij verò contra hac omnino putant ciuilem & actiuam vitam solam esse viri: in singulis enim virtutibus nulli esse maiorem operandi facultatem, quam his qui in Republica gubernatione versantur.

Sunt etiam qui aliis dominari, & tyrannicum Reipublicæ modum putant solum esse beatum. Et in quibusdam ciuitatibus hic est finis legum, ut finitimis dominentur. Itaque cum pleraque constituta passim, ut ita dixerim, taceant apud plurimos, tamen si quid vnum leges respiciunt, id coniectant omnes ut ciuitas dominetur, sicut in Lacedæmonia & Creta ad bellum ferè ordinata est disciplina iuuentutis & legum multitudo.

Præterea apud gentes omnes, qua possunt præualere, huiusmodi honoratur potentia, cum apud Scythas, & Persas, & Thraces, & Gallos.

Quibusdam enim leges sunt ad huiusmodi prouocationes virtutum, ut apud Carthaginenses ornatum ferunt annulorum accipere pro numero expeditionum, in quimilita

militauerunt. Erat autem aliquando & circa Macedoniam lex, eum qui nullum occidisset inimicorum virum, circumcingi capistro. Inter Scythas autem non licebat bibere in festo quodam scyphum circumportatum ei; qui nullum inimicum occidisset. Inter Iberos autem, qui sunt gens bellicosa, tot numero obeliscos commassant circa sepulchrum, quot utique peremerint inimicorum. Et alia multa utique apud alios sunt talia, hæc quidem legibus comprehensa, hæc autem consuetudinibus.

n Quamuis videbitur utique valde inconueniens esse fortè volentibus considerare, si hoc est opus politici, posse speculati qualiter principetur & despotizet vicinis & volentibus & non volentibus. Qualiter enim utique erit hoc politicum aut lege feribile, quod neque legale est: Non legale autem, non iustè solum, sed & iniustè principari: impetare autem est & non iustè. Neque enim medici, neque gubernatoris opus est suafisse, aut sanasse, huius quidem eos qui curantur, huius autem nautas. Sed videntur multi despotiam putare esse politicam, & quod quidem singuli sibi non aiunt esse iustum neque expediens, hoc non verecundantur ad alios studentes. Ipsi quidem enim apud se iustè principari quærent, ad alios autem nihil curant iustorum.

o Inconueniens autem, si non natura hic quidem despotizans est, hic autem non despotizans. Quare si quidem habet hoc modo, non oportet omnibus tentare despotizare, sed despotibus: sicut neque venari ad falsiciam vel hostiam homines, sed ad id quod est ad hoc venabile: est autem venabile quodcumque syluestre fuerit esibile animal.

p At verò erit utique, & secundum se ipsum vna ciuitas felix quæ politizat, videlicet bene. Siquidem contingit ciuitatem habitari alicubi secundum se ipsam legibus vrentem studiosis, cuius coordinatio politiæ non ad bellum, neque ad imperandum erit aduersariis: nihil enim existit tale.

q Palam ergo, quia omnes quæ ad bellum curas, bonas quidem ponendum, non autem tanquam finem omnium summum, sed illius gratia has. Studiosi autem legislatoris est considerare ciuitatem, & genus hominum,

bus militauerint. Fuit etiam quandoque in Macedonia lex, eum qui nullum hostem interfecisset, capistro cingi. Apud Scythas vero non licebat solemnibus epulis pateram circumlatam accipere ei, qui nullum occidisset hostem. Apud Iberos quoque pugnam gentem tot obeliscos erigere circa sepulchrum mos est, quot homines ex numero hostium necauerit. Et alia apud alios sunt huiusmodi complura, legibus, aut moribus constituta.

Atqui videretur forsitan nimis absurdum esse si quis considerare velit, an hoc propositum esse debeat eius qui legibus instituit ciuitatem, prouidere scilicet ut illa dominetur finitimis & volentibus & iniustis. Quomodo enim id ciuile, aut lege sancendum, quod ne legitimum quidem est? Neque enim legitimum non solum iustè, verum etiam iniustè dominari: subdere verò est & non iustè. Atqui nec in aliis scientiis ita videmus. Nec enim medici, neque gubernatoris est id persuadere egrotis & nauis, vel vim afferre. Sed plerique videntur existimare ciuilem disciplinam esse dominari, & quod in seipsum fieri nolent, hoc in alios facere non erubescunt. Ipsi pro se iniustitiam querunt, pro aliis verò nulla eis iniustitiae cura est.

Hoc autem absurdum, nisi tales sint natura, ut alter dominari debeat, alter non. Quod si est ita, non est conandum omnibus dominari, sed illis dumtaxat, qui dominabiles sunt, sicut nec venari homines ad mensam, vel sacrificium, sed illud quod venabile est: est autem venabile omne animal, quod sit natura ferum, & esui aptum.

Enimverò fieri potest, ut sit ciuitas vna seorsum per seipsam beata, videlicet si gubernetur rectè. Nam potest esse sita in loco penitus separato, & legibus uti laudabilibus: cuius Reipublicæ constitutio non ad bellum, neque ad superandum hostes sit.

Patet igitur, quod omnia rei bellicæ studia bona sunt existimanda, sed non ut finis supremus, sed gratia illius. Studiosi autem legum postoris est considerare urbem, ac naturam hominum, & omnem aliam communionem vitæ laudabilis

& omnem aliam communicationem, vita bona qualiter participabunt & contingente sibi felicitate. Different tamen statutorum quædam legalium, & hoc legislationis est videre, si aliqui extirerint vicini, quali ad quales studendum, aut qualiter deuenientibus ad quoscumque utendum. Sed hoc quidem posterius utique fortiter congrua consideratione ad quem finem oportet optimam politiam tendere.

g Ad eos autem qui contententur quidem vitam, quæ cum virtute, esse eligibilissimam, differentes autem de usu ipsius, dicendum nobis ad utrosque ipsos. Ij quidem enim reprobant politicos principatus, putantes vitam liberi alteram quandam esse à politica, & omnium eligibilissimam, ij autem hanc optimam. Impossibile enim nihil agentem agere bene. Bonam autem actionem & felicitatem esse idem.

r Quia hæc quidem utrique dicunt rectè, hæc autem non rectè. Ij quidem quod liberi vita melior quam despota: hoc enim verum. Neque enim seruo in quantum seruus, uti venerabile. Iussio enim quæ de necessariis, nullo participat honestorum.

f Putare verò omnium principatum esse despotiam, non rectum. Non enim minus distat liberorum principatus ab eo qui seruorum, quam rursus quod natura liberum à natura seruo, determinatum est autem de ipsis sufficienter in primis sermonibus.

t Magis autem laudare sine actione esse quam agere, non verum. Felicitas enim actio est. Adhuc autem multorum & pulchrorum finem habent quæ iustorum & temperatorum actiones.

u Et quidem fortè utique existimabit aliquis, iis ita determinatis, quòd dominans esse omnium optimum. Sic enim utique plurimarum & pulcherrimarum dominus erit actionum. Quare non oportet potentem principari, parcere proximo, sed magis auferre, & neque patrem pueros, neque pueros patrem, neque totaliter amicum, amicum nullum reputare, neque ad hoc curare. Quod enim optimum, eligibilissimum, bene autem agere optimum.

x Hoc quidem igitur verè dicunt fortè, si quidem existit priuantibus, & vim inferentibus, quod entium eligibilissimum. Sed fortè non est possibile

quo participent quantum fieri potest felicitatem. Differentia tamen erit in quibusdam legum institutionis constituendis, & hoc pertinet ad eam disciplinam, quæ est de legibus ponendis, videre, si qui sunt finitimi populi, qualia ad quales exercenda sint, & quemadmodum cum singulis conuersandum. Verum de hoc postea suo loco considerationem faciemus, ad quem finem debeat optima Reipublica constitutio tendere.

Ad contententes autem vitam cum virtute esse maximè recipiendam, sed contententes de illius usu, dicendum est nobis. Sunt enim qui despiciunt magistratus ciuitatis, putantes ingenii hominis esse aliam vitam quam ciuilem, & omnibus præferendam. Alij vero hanc optimam putant. Impossibile enim nihil agentem bene agere. Bene autem agere ac felicem esse idem est.

Utrique eorum quædam dicunt rectè, & quædam non rectè. Nam liberi quidem hominis vitam meliorem esse quam in dominando occupati, verum est. Nihil enim egrégium est seruo uti in quantum seruus. Iussus enim domini in rebus necessariis, nihil habet decorum.

At putare omnem gubernationem esse dominationem, nequaquam est verum. Non enim minus distat liberorum gubernatio à dominatione seruorum, quam differat natura liber à natura seruo, de quo sufficienter in superioribus libris determinatum fuit.

Sed laudare magis nihil agere, quam agere non est rectum, nam felicitas actio est. Præterea multorum & præclarorum finem habent iustorum, temperatorumque actiones.

Quinimo respondebit fortasse aliquis, quod potestatem habere optimum esset: si enim plurimas ac pulcherrimas res agere posset. Itaque is qui dominus agendi esse potest, hanc facultatem dimittere aliis non debet, sed sibi arripere, neque filium patris, neque parentem filij, neque amicum amici rationem habere. Nam quod optimum sit, in nobis ipsis asciscere debemus, optimum autem est bene agere.

Hoc illi forsam rectè dicerent, si modo existeret auferentibus ac violentibus illud, quod esset omnium maximè optandum. Sed fortassis id fieri non potest, falsòque hoc existere,

existere, sed supponunt hoc. Non enim adhuc bonas actiones contingit esse ei qui non differt tantum, quantum vir à muliere, aut pater à natis, aut despotes à seruis. Quare qui transgreditur, nihil utique tantum dirigit posterius, quantum iam transgressus est virtutem. Similibus enim bonum & iustum in parte. Hoc enim æquale & simile. Non æquale autem æqualibus, & non simile similibus, præter naturam. Nullum autem eorum quæ præter naturam, bonum.

y Propter quod & si aliquis alius fuerit melior secundum virtutem, & secundum potentiam actiuam optimus, huic bonum assequi, & huic obedire, iustum. Oportet autem non solum virtutem, sed etiam potentiam existere, secundum quam erit actiuus.

x Sed si hæc dicimus benè, & felicitatem bonam operationem ponendum, & communiter omnis ciuitatis utique erit, & secundum vnumquemque optima vita, quæ actiuæ. Sed actiuam non necessarium esse ad alteros, sicut putant quidam, neque meditationes solas has esse actiuas, quæ euenientium gratia fiunt ex agere, sed multò magis eas quæ per se perfectæ, & eas quæ ipsarum gratia theorias & meditationes. Bona enim actio finis: quare actio aliqua. Maximè autem agere dicimus & dominos extrinsecarum actionum architectonias intelligentibus.

aa At verò neque sine actione esse necessarium ciuitates secundum se locatas, & ita viuere eligentes. Contingit enim secundum partes & hoc accidere. Multæ enim communicationes ad inuicem partibus ciuitatis sunt. Similiter autem & hoc existit circa vnumquemque hominum. Vacationem enim utique Deus habebit bene, & totus mundus, quibus non sunt extrinsecæ actiones præter proprias quæ ipsorum.

bb Quod quidem igitur eandem vitam necessarium esse optimam unicuique hominum & communiter ciuitatibus & hominibus, manifestum est.

D. Alb. Mag. Politic.

supponunt. Non enim amplius bonas actiones illas esse contingit, nisi tantum ipse præstet, quantum vir mulieri, & pater filijs, & dominus seruo. Quare is qui violaret, nihil tantum proficeret postea, quantum iam à virtute ipsa recessit. Paribus enim honestum & iustum in parte. Hoc enim iustum non par, non par autem paribus, & non simile similibus, præter naturam est. Nihil autem bonum, quod sit præter naturam.

Quapropter & si alius quidem sit melior secundum virtutem, & secundum potentiam actiuam in rebus optimus, hunc sequi honestum est, & huic parere iustum. Sed oportet illi non virtutem solum, verum etiam potentiam existere, per quam sit actiuus.

Quod si hæc vera sunt, & felicitas in bene agendo est reponenda, & publicè totius ciuitatis, & priuatim singulorum vita illa erit optima, quæ sit actiuæ. Verum tamen actiuam non est necessarium esse ad alios, quemadmodum quidam putant. Neque eas meditationes solum esse actiuas, quæ gratia eorum fiunt quæ ex agendo proueniunt, sed multo magis, quæ in seipsis finem habent, & suis gratia fiunt contemplationes & meditationes. Bene agere enim finis est: quare & actio quædam. Maximè autem proprie dicimus agere etiam externis actionibus, eos qui intelligentia & cogitatione operibus præsent, architecti.

Quinimò neque sine actione esse necessarium eas ciuitates, quæ posita sunt in solitudine, & est ita viuere eligentes. Fieri enim potest, ut partibus inter se agere contingat. Multæ enim communicationes ad inuicem sunt partibus ciuitatis. Similiter autem hoc existit unicuique homini. Vix enim Deus bene se haberet, & mundus totus, quibus non sunt actiones extrinsecæ præter proprias ipsorum.

Quod igitur necessarium sit eandem esse vitam optimam priuatim unicuique hominum, & publicè ciuitatibus, & hominibus, manifestum est.

LI CAPVT

CAPVT II.

Secundum capitulum, in quo agit de optima politia in comparatione ad felicitatem, habet duas partes. In prima enim disputat hanc quæstionem, scilicet vtrum sit eadem felicitas vnius hominis & ciuitatis, vel non eadem: & hoc secundam opinionem eorum qui in exterioribus bonis ponebant felicitatem. In secunda docet soluere secundum veritatem, ibi, *Studiosi autem legislatoris est*, &c. Prima adhuc diuiditur in partes duas, in quarum prima ponit opiniones diuersorum circa felicitatem. In secunda disputat quandam quæstionem secundum diuersos. Et est quæstio hæc, vtrum scilicet absoluta vita à communicatione exteriori, sicut est contemplatiua, quam vocant philosophicam, vel vita ciuili & politica, quæ est in ordine communicationum, sit melior & felicior, & incipit, ibi, *Dubitarur autem ab ipsis*, &c. Sententia est hæc, quod ponit quæstionem, vtrum felicitas eadem sit vniuscuiusque hominis & ciuitatis, vel non eadem: hoc enim post omnia dicta relinquitur dicendum. Et statim determinat quæstionem secundum quosdam, & dicit, quod omnes qui de felicitate loquuntur, consentunt quod vna & eadem est: quod etiam probat inducendo. Quia quicumque in diuitiis ponunt felicitatem & bene viuere in vno homine, isti etiam ciuitatem totam, quando diues fuerit, beatificant: similiter qui potentiam dicunt summum bonum & imperium super alios siue victoriam, quæ vocatur tyrannica vita, isti etiam dicunt, quod ciuitas pluribus principans, felicissima est, sicut & homo. In dominatu enim summam ponunt fortunam, quam dicunt esse felicitatem. Si etiam aliquis recipit vnum hominem, & dicit eum esse felicem propter virtutem, ille etiam ciuitatem studiosorum dicit esse felicem. De his vero qui dicebant summum bonum voluptatem, non inducit: quia sicut dicit in ethic. hæc vita pecudum est, nec est digna vt inter vitas humanas computetur. Quia ergo omnium confessio est, quod eadem est felicitas hominis & ciuitatis, quæcumque illa sit, relinquitur quod de duobus sit inquirendum. Vnum est, vtrum eligibilior sit vita, quæ est per simul politizare & communicare in ciuitate, vel magis eligibilis sit vita quæ peregrina est ab hoc & absoluta. Secundum est, quam politiam sit ponendum optimam, & qualem dispositionem ciuitatis sit ponendum optimam. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Vtrum autem felicitatem eandem esse dicendum vniuscuiusque hominum, supple, singulariter, & ciuitatis, supple, in communi, vel non eadem, reliquum est dicere, id est, restat post omnia hæc dicendum.

Et statim determinat quæstionem, ibi, Manifestum autem & hoc, per antè dicta scilicet. Et ostendit quomodo, ibi, Omnes enim vtrique confitebuntur esse eandem, vniuscuiusque scilicet & ciuitatis. Et hoc probat inducendo, ibi, Quicumque enim in diuitiis viuere bene ponunt in vno, homine scilicet singulari,

isti & ciuitatem totam, si fuerit diues, beatificant, id est, felicem dicunt. Quicumque autem tyrannicam vitam, id est, dominalem cum potentia, maxime appetantur, tanquam scilicet summum bonum, isti &, id est, etiam ciuitatem pluribus principantem felicissimam esse dicent vtrique. Si etiam aliquis vnum, ciuem scilicet vel virum, propter virtutem recipit, supple, esse felicitandum, &, id est, etiam ciuitatem feliciorum dicit eam quæ studiosorum est, id est, virtuosorum, ciuim scilicet. Sic ergo quæstio determinata est, quod eadem felicitas est vniuscuiusque hominis & ciuitatis.

Et subdit, quod duo remanent inquirenda quæ dicta sunt in sententia, ibi, Sed iam duo hæc sunt consideranda. Vnum quidem, vtrum eligibilior vita, supple, sit, quæ per simul politizare & communicare ciuitate, supple, est, vel magis quæ peregrina, supple, vita est, & à politica communicatione absoluta. Adhuc autem, secundum scilicet quod est inquirendum, quam politiam ponendum, supple, esse optimam, & qualem dispositionem ciuitatis optimam, supple, esse ponendum. Et subiuidit, ibi, Siue omnibus existente eligibili communicare ciuitate, siue non omnibus, sed quibusdam quidem non, plurimis autem.

Et explanat quæstionem vtriusque, ibi, Quoniam autem & politici intellectus & theoriæ hoc est opus, scilicet communicare pluribus, sed non quod circa vnum quodque eligibilia: quia quod vniucuique est eligibile, vitæ monasticæ conuenit, quæ est vniuscuiusque secundum seipsum: nos autem nunc, in hac scientia scilicet, hanc eligimus speculationem, quid scilicet sit eligibile ciuitati & communicationi plurium: id quidem accessorium vtrique erit, scilicet quid sit eligibile vniucuique, hoc autem, quid sit scilicet eligibile ciuitati, opus methodi huius, supple, est: hoc enim intendit hæc methodus.

Ex omnibus his ponit conclusionem quæstionis huius, ibi, Quod quidem igitur necessarium, est, supple, politiam esse optimam hanc, secundum quem, id est, secundum aliquem, ordinem, & quicumque, supple, ciuim, vtrique optimè ager & viuere beatè, manifestum est: secundum enim omnem sufficientiam non viuere beatè, nisi in ciuitate, vt in antè habitis probatum est.

Deinde cum dicit, Dubitarur autem ab ipsis, &c. ponit disputationem ad duo quæ dixit restare inquirenda, scilicet vtrum actiua vita quæ communicatiua est multis in ciuitate, vel contemplatiua, quæ philosophica est, magis eligibilis sit. Et rationem tangit quare de his disputat dicens, quod honorabilissimi viri ad virtutem, semper has vitas duas præelegerunt: & non modicum differt vtro modo se habeat veritas. Et statim ponit rationes vtriusque partis, & necesse est, vt dicit, quod prudens homo ad meliorem vitam totam intentionem coordinet. Et statim ponit rationes eorum qui contemplatiuam vitam præligunt, & ponit tres rationes per ordinem. Prima est, quod dicunt, quod aliis principari primò factum est despoticum, id est, seruile & iniustum: quia iniustum

factum est, quos natura æquales genuit, quod alter alteri dominetur, vt dicit Gregorius. Secunda est, quod esse in communicatione, magnum dat impedimentum iucunditati quam homo debet habere circa seipsum. In contrarium autem alij obiiciunt: dicunt enim, quod sola vita actiua est vita hominis: vita autem hominis ad seipsum non est perfecta nisi politizet secundum virtutem ad alios in communicatione. Postea ponit epilogum, quod illi qui dicunt de actiua vita secundum virtutem & contemplatiua, talibus rationibus sic dicunt. Et inducit rationem eorum qui dicunt præligendam esse vitam tyrannicam. Hæc est sententia. Litera verò planissima est, & sic ordinanda. Dubitarur autem ab ipsis qui consentunt vitam cum virtute esse eligibilissimam, vtrum politica & actiua vita eligibilis, supple, sit, vel magis absoluta ab omnibus exterioribus, velut contemplatiua quædam, quam solam, scilicet vitam, quidam aiunt esse philosophicam. Et ratio est: quia Philosophi est intendere rationem veritatis circa singula. Et ponit rationem quare querendum est de his, ibi, Ferè enim has duas vitas hominum honorabilissimi ad virtutem videntur præeligentes, supple, esse, & priorum, id est, antiquorum, & eorum qui nunc. Et explanat, ibi, Dico autem duas, scilicet politicam, & philosophicam. Et ratio est: quia politici contendunt ad perfectionem virtutis moralis & felicitatem ciuilem: Philosophi autem contendunt ad perfectionem virtutis intellectuales & felicitatem contemplatiuam siue intellectualem. Deinde subdit de difficultate quæstionis, ibi, Differt autem non modicum, vtro modo se habeat veritas. Et ponit rationem, ibi, Necesse enim, supple, est, bene prudentem ad meliorem, scilicet vitam coordinate intentionem, & hominum vniucuique, est hoc necesse, supple, & communi politizæ, supple, est hoc necesse.

Deinde ponit rationem eorum qui laudant virtutem, & non ciuilem vitam, ibi, Putant autem ij quidem, qui scilicet laudant virtutem, proximis principari, despotice quidem factum, supple, esse, id est, seruilis communicatione, sicut in primo huius scientiæ libro ostensum, & cum iniustitia esse maxima: politica autem vitæ esse, quod quidem iniustum non habere, id est, quod quidem nihil habet iniustitiæ: & ideo dicunt vitam principantem aliis esse iniustam, & ideo neque politica, neque secundum virtutem. Et inducunt aliam rationem, ibi, Impedimentum autem habere ei quæ circa seipsum iucunditati. Et est ratio. Quia quidem dum intendit aliis principando, non potest circa seipsum felicitati contemplatiuæ intendere, quæ sola habet iucunditatem & delectationem, cui nihil est contrarium, vt probatur in tertio Ethic.

Is autem è contratio alij existunt opinantes. Et ponit rationem, ibi, Viri enim, vniuscuiusque, supple, solam vitam actiuam esse dicunt & politicam. Et ex hoc arguunt, ibi, In vnaquaque autem virtute, cardinali scilicet, dicunt, supple, non esse actiones magis solitariis, quam his qui communia agunt, hoc est, quod illæ sunt maxime actiones secundum virtutem, quæ

D. Albert. Mag. Politic.

circa communia sunt, & politizantibus, supple, conueniunt. Et fundant se super hoc quod dicitur in principio Ethic, quod diuinus est hoc, scilicet quod est hominis: diuinus quod est ciuitatis, diuinius autem quod est gentis.

Deinde ponit epilogum, Et concludit hanc partem, ibi, Hi quidem igitur sic existimant, hi autem despoticum & tyrannicum modum politizæ aiunt solum esse felicem, & illi sunt qui gloriam & potentiam summum bonum ponunt, vt tyrannicè politizent. Et inducit, quod hic est apud multos legum & politizæ terminus. Vnde legaliter & dispersim apud diuersas nationes posita sunt, sicut in Lacedæmonia & Creta, verbi gratia, disciplina contra aduersarios ordinata est & legum multitudo, vt scilicet honoretur, qui aduersarium superat, tanquam felix & beatus. Vterius addit, quod in gentibus omnibus potentia supergrediendi inimicos, semper honorata est, tanquam beatitudo sit in illa: velut inter Scythas & Celtas, & leges quædam sunt posita prouocantes ad virtutem hanc, scilicet subiiciendi inimicos, sicut in Carchedone aiunt, legislatores scilicet, ornatum, id est, coronam, ex liliis accipere quotcumque ex militibus in militiis optimè militauerunt. Aliud exemplum inducit, scilicet quod aliquando in Macedonia lex erat, qui nullum inimicorum occidisset virum, circumcingi capistro, tanquam vilem & abiectum. Vterius inducit aliud exemplum, quod inter Scythas, qui sunt gens barbara Sclaurorum, in festo quodam, scilicet Dei sui, qui Bacchus erat, Scythum circumportatum singulis, tyronibus scilicet, non licebat bibere ei qui nullum occiderat inimicum, eò quod reputabant talem infelicem. Vterius inducit aliud exemplum, quod inter Iberos, qui sunt gentes quædam in Hispania posita, & sunt gentes bellicose, quando aliquis de tyronibus patriæ vel fortioribus moritur, tot numero obeliscos commassant circa sepulchrum, quot peremit inimicorum, in demonstrationem felicitatis eius. Et post hoc vniuersaliter subiungit, quod alia multa talia legibus sunt comprehensa apud diuersas nationes, & apud alios consuetudinibus, & quod hoc non fecissent, nisi tyrannidem & subiectionem inimicorum & potentiam summum bonum reputassent. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Ij autem despoticum & tyrannicum modum politizæ aiunt solum esse felicem. Et inducunt rationem, ibi, Quia apud quosdam, supple, est, iste & legum & politizæ terminus, id est, finis, quatenus despotizent vicinis, id est, subiiciant seruiliter vicinos. Et videtur concordare cum legibus quæ captos in bello & referuatos ad vitam dicunt esse seruos. Et hoc est quod subdit, ibi, Propter quod plurimorum legalium dispersum, vt est dicere, positorum apud plurimos, id est, apud diuersas nationes, tamen in hoc concordant, si alicubi aliquid ad vnum leges respiciunt vt imperent, coniecturant omnes. Omnes enim volunt imperare etiam vt non sibi imperetur. Et dat exemplum, ibi, Sicut in Lacedæmonia & Creta ad, id est, contra aduersarios coordinata sunt ferè disciplina, id est, consuetudo, & legum multitudo,

L 1 2 hoc

hoc est, quia omnes ordinauerunt ad hoc consuetudines & leges, vt aduersarij tyrannicè subiciantur.

¶ Et inducit adhuc alia exempla, barbarorum scilicet, ibi, Adhuc autem in gentibus omnibus potentibus supergredi, scilicet inimicos, talis potentia honorata est, tanquam, supple, summa felicitas & beatitudo, velat inter Scythas & Persas & Thraces & Celas. Scythæ sunt gens Sclauorum: Celta est quædam insula maris.

l In aliquibus enim, supple, gentibus, & id est, etiam leges quædam sunt prouocantes ad virtutem hanc, scilicet subiiciendi inimicos sibi. Et dat exemplum, ibi, Sicut in Carchedone aiunt accipere ornatum, id est, coronam ex liliis quocumque militis militauerunt, supple, ad subiectionem inimicorum. Et inducit aliud exemplum, ibi, Erat autem & aliquando circa Macedoniam lex, vbi regnavit Alexander Macedo, eum qui nullum occidisset inimicorum virum, circumcingi capistro, in vituperium scilicet, tanquam esset exprobrabilis & infelix. Et inducit adhuc aliud exemplum, ibi, Inter Scythas autem, Sclauos scilicet non licebat bibere in festo quodam, scilicet Bacchi, scyphum circumportatum, quem Anglici Vuishele vocant, nos autem garfel, & est bibere ad æquales potus, ei qui nullum occidisset inimicum. Inter Iberos autem, id est, Hispanos qui sunt gens bellicosa, tot numero obeliscos commassant circa sepulchrum, imagines eorum scilicet ponentes, quos vtique volenter inimicorum. Et vniuersaliter subdit, ibi, Et alia multa vtique apud alios sunt talia, hæc quidem legibus comprehensa, hæc autem consuetudinibus. Et vult, quod ex his omnibus inferatur, quod nisi nationes illa reputarent victoriam super inimicos summum bonum & felicitatem, ista non facerent.

¶ Deinde cum dicit, Quamuis videbitur valde, &c. arguit contra inductam opinionem, quæ dicit, quod despotizare & tyrannicè principari super alios, sit felicitas. Et ponit sex rationes. Prima ratio est, quod non potest esse politicum & legale siue lege feribile, quod est illegale & iniustum: sed principari volentibus & nolentibus despoticè, id est, feruiter, est illegale siue iniustum: ergo non potest esse politicum. Secunda ratio sumitur à simili. Quia sicut medici opus non semper est sanare, & sicut gubernatoris non semper est portum attingere, & sicut rhetoris non semper est persuasisse, sed sicut dicitur in top. si de contingentibus nihil omiserint, sufficienter dicemus eos habere finem in se ad minus, etsi non in alio: ita politici non semper est principari, sed si disponendo ciues optimè ad virtutem, doceat qualiter principandum est in ciuitate, sufficienter habet finem: ergo non debuit diffiniri optima politia ad principandum secundum actum & nolentibus & volentibus, sicut ad eligibilissimum bonum. Tertia ratio sumitur à regula iustitiæ, quæ est, Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris: nullus autem vult, quod sibi alius despoticè principetur, quin imò debet verecundari, quod aliquis faciat quod sibi nec iustum nec expediens esse dicitur. Quarta ratio,

quod inconueniens est, si despotizare non est secundum naturam, quod vnus sit despotizans, & alius non despotizans: ergo optima politia non debuit poni in despotizando: quia non est secundum naturam. Et dat simile. Quia sicut non omne animal venabile est ad hostiam Diis immolandam, sed syluestre animal ad hoc venabile est solum: ita non omnis homo est ad hoc quod sibi aliquis despoticè principetur, sed solum seruus, liber autem non. Et qui sint tales, dictum est in primis sermonibus, id est, in primo huius scientiæ libro. Cum ergo politia in ciuitate optima, sit ordo communicationis liberorum, optima politia non potest despoticè imperare. Quinta ratio est, quod ea quæ sunt ad finem, non debent poni finis: vsus autem armorum & bellicorum est ad optimam politicam instituendam vel defendendam: ergo non debet poni optima politia. Sexta ratio est sumpta ab actu optimi legislatoris, quod est quod consideret ciues secundum diuersitatem generis ciuium, & secundum alias qualcumque communicationes secundum quas conuiuunt, & consideret qualiter in illis communicationibus participabunt vita bona, & contingente sibi felicitate secundum communicationem qua conuiuunt. Quia alia est communicatio carnificum, alia est piscatorum, & sic de aliis: & hoc opus legislatoris est ad eligibilissimam vitam: ergo eligibilissima vita non est in despotico principatu. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Quamuis videbitur vtique valde inconueniens esse fortè volentibus considerare, supple, secundum rationem. Et dicit quid, Si hoc est opus politici, posse speculari qualiter principetur & despotizet, aliquis, supple, vicinis & volentibus & non volentibus. Et tangit medium primæ rationis, ibi, Qualiter enim vtique erit hoc politicum aut lege feribile, quod neque legale est? Et assumit. Non legale autem, supple, est, non iustum solum, sed etiam iniuste principari: imperare autem est, id est, contingit, & id est, etiam, non iuste: & debet suppleri: ergo non est legale: & si non est legale, ergo non potest esse eligibilissimum opus, quod est felicitas. Et assumit medium secundæ rationis ad hoc idem probandum. Neque enim medici est suasisse & sanasse, neque gubernatoris portum attingisse. Et reperit. Huius quidem, scilicet medici, eos qui curantur, supple, ex infirmitate: huius autem, scilicet rhetoris, eos quibus persuadetur: illius autem nautas, duxisse, supple, ad portum. Et vult, quod subintelligatur quod dixit in topicis, quod si vnusquisque eorum nihil de contingentibus omiserit, quin omnia disponat in suo ordine ad finem eligibilissimum, tunc optimè agit opus suum. Et aduersatur, quod illi non ita faciunt: ibi, Sed videntur multi despoticam putare esse politicam, & quod quidem singuli sibi non aiunt esse iustum neque expediens, hoc non verecundantur ad alios studentes: quod maxima iniustitia est. Vnde Act. 15. dixit Petrus: Vt quid tentatis alius imponere onus, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus? Et ostendit, quod in proposito casu directè simile sit, ibi, Ipsi quidem enim apud se iuste principari quærunt, ad alios autem nihil

nihil curant iustorum.

¶ Et procedit vterius ostendens hoc esse iniustum: ibi, Inconueniens autem, supple, est, si non natura hic quidem despotizans, id est, feruiter dominans, hic autem non despotizans: & hoc est in omnibus quos natura æquales genuit. Ex his arguit subdens. Quare siquidem habet hoc modo, non oportet omnibus despotizare, sed despotibus, id est, feruis. Et dat simile, ibi, Sicut neque venari, supple, oportet ad falcitiam (falcitia autem dicitur falcæ affaturæ qua condiuntur, & falcæ sunt, vt delectabilis comedantur) vel hostiam, diis scilicet offerendam, homines, supple, venentur, sed ad id quod est ad hoc venabile. Et dicit quodnam est illud. Est autem venabile quodcumque syluestre fuerit esibile animal. Et vult, quod inferatur, quod similiter despotico principatu, non subiciatur quilibet homo, sed seruus.

o Et supponit aliam rationem, ibi, At verò erit vtique & secundum seipsam vna ciuitas felix, quæ politizet videlicet bene, & supple, cum nulli subicitur, & nullum subicit despotico principatu. Et hoc probat subdens. Siquidem contingit ciuitatem habitari alicubi secundum seipsam, distinctam scilicet ab aliis, legibus vtentem studiosis, cuius coordinatio politica non ad bellum, supple, est, neque ad imperandum erit aduersariis: quia per se habitat, & tamen felicitatem attingit. Et hoc probat, ibi, Nihil enim existit tale, quod sit scilicet ciuitati contrarium & contra quod pugnet.

p Ex omnibus his concludit, ibi, Palam ergo, quia omnes quæ ad bellum curas, bonas quidem ponendum, supple, esse, non autem tanquam finem omnium summum, sed illius gratia has, curas scilicet bellorum. Propter quod etiam grammaticè loquendo bellum dicitur quasi minimum bonum: quia ipso pax queritur, quæ magnum bonum est: & in quantum est ad hoc ordinatum, habet rationem boni, vt dicit Augustinus. Queritur enim pax bello, vt in pace quilibet suo eligibilissimo bono perficiatur, sicut dicit Augustinus Esther 4. Placuit nequaquam abuti potentia magnitudine, sed in mansuetudine gubernare subiectos, vt maiori cunctis mortalibus pace fruerentur. Deinde cum dicit, Studiosi autem legislatoris, &c. ponit opus studiosi legislatoris, vt ex illo ostendat falsitatem istius opinionis, & soluat questionem: & dicit. Studiosi autem legislatoris est considerare ciuitatem, & genus hominum, nobilitatem & ignobilitatem scilicet, & omnem aliam communicationem, qua, supple, communicant in ciuitate ciues. Et quid considerandum sit, subdit, ibi, Vita bona qualiter participabunt, & contingente sibi felicitate, quilibet scilicet secundum suam communicationem. Ad hoc tamen, supple, exigitur diuersitas statutorum legalium, & hoc legislatiuæ est videre (legislatiuæ dicitur scientia siue potentia legalis, quæ considerat quibus, quales, & qualiter leges ponantur) si aliqui extiterint vicini, quali ad quales studendum, est aliqua legis scilicet postiuæ arte, aut qualiter deuenientibus secundum leges ad quoscumque vtendum, id est, ad quamcum-

D. Alb. Mag. Politic.

que rem, quæ debet vt ciuitas in se, vel ad vicinos communicantes ciuitati. Et hæc scientia docetur non ab Aristotele, sed in codice & in digesto veteri & nouo & in instituta & infortiatio cum tribus partibus. Hoc enim magis fundatur institutione imperiali, quam persuasione rationis: & idè subdit, ibi, Sed hoc quidem posterius vtique fortietur congrua consideratione ad quem finem oportet optimam politicam tendere.

q Deinde cum dicit, Ad eos autem qui consententur, &c. incipit soluere omnes inductas dubitationes, & ostendere in quo quis verum vel falsum dicit: & habet tres partes. In prima responder ad eos qui dicunt politicam vitam esse liberi, non subiecti politicæ ordinationi. In secunda responder ad eos qui despoticam ordinationem dixerunt esse felicitatem. In tertia responder ad eos qui dixerunt politicam rationem esse eius, qui omnino liber est & nullius alterius. Vnde filij non dicunt esse politicam actionem, neque serui, neque vxoris. Hæc est sententia in generali, in particulari autem patebit in expositione literæ. Dicit ergo. Ad eos autem qui consententur quidem vitam quæ cum virtute, supple, est, esse eligibilissimam, differentes autem, supple, sunt, de vsu ipsius, supple, virtutis, dicendum nobis ad vtrosque ipsos, id est, respondendum. Et ostendit qualiter differunt in vsu, ibi, Hi quidem enim reprobandi politicos principatus. Et dicit rationem, ibi, Putantes, id est, quia putant vitam liberi alteram quamdam esse à politica, & omnium esse eligibilissimam, id est, quia putant, quod vita hominis liberi sit omnium eligibilissima: & liberi vita est, quæ nulli subiacet, sed sui causa est. Hi autem, id est, alij, hanc, scilicet, politicam, optimam esse dicunt. Et ponit vtique rationem, vtiam, ibi, Impossibile enim, supple, est, nihil agentem agere bene: bonam autem actionem & felicitatem esse idem, supple, dicunt vtique: felicitas enim, vt probatur in primo Ethic. ciuile est operatio secundum propriam & connaturalem virtutem hominis, non impeditam & perfectam: & hoc dicunt vtique, & qui liberam, & qui politicam vitam dicunt esse optimam. Et hoc est quod sequitur.

r Quia hæc quidem vtique dicunt rectè, hoc autem, scilicet alia opinio de despotica vita quod optima sit, non rectè, supple, dicunt. Sed quia isti etiam diuiduntur, idè distinguit eos, vt respondeat singulis, ibi, Hi quidem enim, supple, dicunt, quod liberi vita melior, supple, sit, quam despotica: hoc enim verum, supple, est. Et dat rationem, ibi, Neque enim seruo in quantum seruus, supple, est, vt venerabile. Et hoc probat, ibi, Iussio enim quæ de necessariis, supple, est, nullo participat honestorum. In hoc ergo rectè dicunt.

f Et ostendit in quo non rectè, ibi, Putare autem omnium principatum esse despoticum, non rectum. Et ostendit per rationem, ibi, Non enim minus distat liberorum principatus ab eo qui seruorum, quam rursum quod natura liberum à natura seruo. Et quia hæc sufficientissime dicta sunt in primo huius scientiæ libro, mittit ad illum subdens, ibi, Determinatum

L 3 autem

autem est sufficienter de ipsis in primis sermonibus, & ibi etiam dictum est, quod despotica scientia nihil habet venerabile.

¶ Quia autem adhuc remanet respondere de contemplatiua & actiua vita, idem subdit, ibi, Magis autem laudare sine actione esse, quam agere, non verum. Et dat rationem, ibi, Felicitas enim actio est, ciuilibus scilicet. Et adhuc inducit aliam rationem, ibi, Adhuc autem multorum & pulchrorum finem habent quæ iustorum & imperatorum actiones.

¶ Et quidem forte utique existimabit aliquis, talibus actionibus felicem, supple, & sic actiua melior & virtuosior est, quam contemplatiua, licet pulchrior sit contemplatiua. Ex his concludit, ibi, His itaque determinatis, supple, fit quod dominans esse omnium optimum, & ideo in 8. ethic. dicit, quod regnum & monarchia optimæ sunt politia. Et huius addit rationem, ibi, Sic enim utique plurimarum & pulcherrimarum dominus erit actionum: quia rex omnium erit, qui optimarum erit actionum dominus, ut dicitur in 8. ethic. Et ex hoc concludit, quod nihil est despoticum in talibus, id est, seruile, ibi, Quare non oportet potentem principari, sic scilicet, parcere proximo: quia in nullo lædit eum, sed magis auferre, lædentem, supple, & neque patrem pueros, supple, oportet putare, neque pueros patrem, neque totaliter amicum nullum amicum reputare, neque ad hoc curare, id est, aliquam curam habere. Et ponit rationem, ibi, Quod enim optimum, eligibilissimum, supple, est: bene autem agere optimum: dominans autem in optimis actionibus est pro patre & domino & amico.

¶ De omnibus his concludit, ibi, Hoc quidem igitur verè dicitur, illi scilicet qui dicunt dominans in optimis actionibus esse eligibilissimum & optimum & melius quam dominans in contemplatione vel contemplatiua vita. Et addit, forte, ratione incertitudinis. Deinde cum dicit, Siquidem existit priuantibus, & vim inferentibus, quod entium eligibilissimum, &c. ponit rationem in contrarium: & diuiditur hæc pars in duas partes. Primò enim ponit rationes tres contra illud. Secundò reddit, & soluit dubitationem superius inductam, hanc scilicet cum felicitas sit actio, quod videtur, quod contemplatiua vita nullam habet felicitatem, eò quod nullam habeat actionem, ibi, Et si hæc dicuntur bene, &c. Ratio primæ partis est hæc, bona actio non est nisi virtus & non emolliti sicut est mulier, neque est stulti sicut sunt pueri, sed perfecti sicut est pater, neque est eius qui non habet liberam voluntatem sicut est seruus, sed eius qui despotes est sicut est dominus. Sicut enim antè dictum est in primo huius scientiæ libro, despotica scientia est uti seruus, quando scilicet dominus bene scit seruus uti: nihil horum habet tyrannus: tyrannus enim transgressio est, & non politia. Si ergo transgreditur tyrannus in tyrannide, nunquam tantum posterius dirigit dominando hominibus tyrannicè, quantum iam virtutem transgressus est in ipsa tyrannide, despoticè scilicet impetando: quia scilicet utitur ciuibus uti seruus. Secunda ratio est, quod bonum & iustum ciuilia sunt similia & æqualia secundum

geometricam proportionem, ut scilicet libero fiat quod æquatur libero, & seruo quod æquatur seruo secundum proportionem: sed quod non æquale nec simile fiat similibus & æqualibus, est præter naturam: est autem nullum quod præter naturam, bonum: ergo hoc non est bonum, quod libero fiat ut seruo, vel seruo ut libero. Ex hoc ulterius concludit, & potest esse tertia ratio, quod si quis in tota multitudine ciuium secundum virtutem melior est, & secundum potentiam actiuam optimis, ciuibus scilicet, huic bonum est obsequi, & huic iustum est obedire. Et ponit causam: quia optimum cui obediendum est, non solum oportet esse optimum secundum virtutem, sed etiam secundum potentiam actiuam, ut possit agere optimè. Et vult, quod ex omnibus his concludatur, quod cum nihil horum sit in despotico siue in tyrannico principatu, quod felicitas esse non potest in tali principatu. Hæc est sententia. Litera autem sic est ordinanda. Siquidem existit priuantibus, id est, spoliatis, & vim inferentibus: si enim hoc quod est priuans inferens sicut tyrannus, potest habere optimas actiones, eò quod illi dicunt, quod dominari multis & prouideri, optima actio sit, propter hoc quod diuinitissimum opus est, id quod est gentis, ut paulò antè dictum est: sed tamen non est verum, quod tyranni bona actio sit in dominatu: unde sequitur, quod entium eligibilissimum, supple, tunc, dicunt verè qui in despotico principatu ponunt felicitatem & in tyrannico. Sed quia hoc non est verum, obicit in contrarium, ibi, Sed forte non est possibile existere, supple, hoc. Et non dicit fortè, eò quod dubium sit, sed quia secundum opinionem est: non enim est verum nisi secundum eos, quibus potentia & in gloria ponebant felicitatem, sicut dicitur de Nabuchodonosor Iudic. 1. quod in hoc beatum se putabat, si omnem terram subiceret sibi, & gloriabatur quasi potens in potentia sua & in multitudine quadrigarum suarum. Et ponit adhuc rationem, ibi, Non enim adhuc bonas actiones contingit esse & qui non differt tantum, quantum vir à muliere, & idem emollitus & fractus mollitie non habet bonas actiones: aut pater à natis, & idem stultus & puerulus bonas actiones habere non potest, quia sicut dicitur in 1. ethic. non differt ætate vel moribus puerulus, non enim ab ætate defectio est, sed à passione: aut despotes à seruus: & ratio est: quia qui liberum non habet consensum, actiones bonas habere non potest. Ex omnibus his vult, quod inferatur, quod ciuibus in despotico principatu existentibus & subiectis, quibus utitur princeps ut seruus, non potest esse operatio secundum verum actum felicitatis: & cum eadem sit felicitas hominis & ciuitatis, ciuitas talis non potest feliciter politicizare. Et hoc intendit per hanc conclusionem quam infert, ibi, Quare qui transgreditur, sicut tyrannus vel despoticè imperans, nihil utique tantum dirigit posterius, secundum virtutem scilicet & felicitatem. quantum iam transgressus est virtutem. Et hoc probat subdens. Similibus enim bonum & iustum in parte, id est, bonum & iustum ciuilibus in parte proportionali existunt similibus secundum propor-

proportionem geometricam. Et dat rationem, ibi, Hoc enim æquale & simile est. Et vadit in oppositum, ut per oppositum concludat propositum, ibi, Non æquale autem æqualibus, & non simile similibus, supple, distribuere, ciuilibus scilicet distributione, præter naturam, supple, est: & idem despotico principatu imperare liberis ciuibus, est attribuere liberis quod seruus, qui inæquales sunt: & idem præter naturam, est. Et arguit vltimè, ibi, Nullum autem eorum quæ præter naturam, supple, sunt, bonum, est, supple. Et intendit, quod concludatur ex hoc: principatus igitur despoticus non est bonum.

¶ Et ex hoc vltimè concludit. Propter quod & si aliquis alius principatus fuerit, melior secundum virtutem, & secundum potentiam actiuam optimis, id est, in optimis, huic, scilicet principati, bonum est assequi, ciuitatem scilicet, & huic obedire iustum, supple, est. Et subdit ostendens, quod talis principatus consistit in duobus, in virtute scilicet, & in potentia actiua, ibi, Oportet autem non solum virtutem, sed potentiam existere, secundum quam erit actiuus optimorum, id est, quod tunc ciuitatem felicem agit, quando & virtute est dispositus ad optimas operationes in tota multitudine ciuium, & tantæ potentia, quod potest repellere contrarium.

¶ Deinde cum dicit, Sed si hæc dicimus bene, &c. determinat ea quæ dicta sunt superius de actiua & contemplatiua vita, & soluit dubitationem, & circa hoc duo facit. Primò improbat quod dicunt, quod meditationes siue prouidentia sunt actiua quæ sunt gratia euenientium ex agere, ibi, Sed actiuam non necessarium, &c. Sententia hæc est. Duo enim dicunt illi, scilicet quod felicitas est actio secundum actiuam vitam: sed hoc est falsum: quia supponunt, quod actiones secundum virtutem non sunt, nisi quæ sunt ad alterum: & aliud etiam est falsum, quod ponunt, scilicet quod meditationes siue prouidentia solæ sint actiua, quæ sunt gratia euenientium ex agere, quin imò multò magis actiones quæ sunt per se perfectæ, sicut theoria & meditationes, quæ sunt gratia sui ipsius, quia in se sunt perfectæ & bonæ, & si non sint ad alterum, sunt perfectæ theoria & meditationes: actio enim finis est, actio scilicet virtutis, & hoc verum est. Dicit enim, quod maxime illos dicimus agere, qui sunt domini extrinsecarum actionum: quia actiones eorum sunt manifestæ, & meditationes & theoria eorum qui ordinant extrinsecæ, sicut principes & consiliarij, dicuntur architectonice, id est, principales. eò quod ordinationes sunt aliorum. Et falsificat dictum eorum, qui dixerunt, quod ciuitates secundum se positæ, & non alijs imperantes, essent sine actione: hoc enim est falsum: quia secundum partes quæ sunt in ciuitate, sunt multæ actiones, in quibus contingit optimè agere secundum virtutem & felicitatem. Adhuc non est homo qui non habeat proprias actiones præter communes, & quilibet hominum habet vocationem cogitandi & meditandi de illis: ex quo patet, quod contemplatiua non est omnino absoluta ab actione: & sic potest

esse felicitas secundum contemplatiuam sicut secundum actiuam. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Sed si hæc dicimus bene, supple, quæ dicta sunt de actionibus secundum virtutem, & felicitatem bonam operationem ponendum, supple, est secundum prædicta, & communiter omnis ciuitatis utique erit, & secundum vnumquodque, ciuium, supple, optima vita, supple, erit, quæ actiua. Secundo, ibi, Sed actiuam non necessarium, &c. hoc posito obuiat falso quod supponebat, ex quo sequebatur inconueniens, & dicit, Sed actiuam non est, supple, necessarium esse ad alteros, sicut putant quidam, & non rectè, supple, quia secundum quamlibet virtutem contingit hominem in se habere optimam operationem: neque meditationes solas has esse actiuas, quæ euenientium gratia sunt ex agere, id est, ex ordine actionum. Et intendit dicere, quod probauit in 10. ethic. quod non sunt solæ theoria de agibilibus, sed contemplationes theorematum sunt actiones intellectus, quibus nihil est contrarium, sicut dicit ibidem, quod delectatio est vera secundum propriam & connaturalem virtutem non impeditam. Et hoc est quod dicit, ibi, Sed multò magis, supple, dicendum est, actiones eas quæ per se perfectæ, & eas quæ ipsarum gratia, id est, talium actionum, theoria, supple, est dicendum, & meditationes. Et dat rationem, ibi, Bona enim actio finis, supple, est. Unde sicut dicit in 10. ethic. Cum solus intellectus sit homo, actio intellectus finis hominis est: contemplatio autem theorematum actio intellectus est: & in tali actione finis hominis est & felicitas secundum naturam. Et hoc est quod concludit, ibi, Quare actio aliqua etiam in contemplatiua vita finis est. Et responder ad id quod vulgariter dicuntur actiones esse eorum qui exteriora agunt, ibi, Maxime autem agere dicimus & dominos extrinsecarum actionum: quia scilicet illæ, sicut antè dictum est, magis manifestæ sunt, & sunt circa bonum commune, quod diuinius est quam proprium, & architheoria, supple, dicimus intelligentibus, id est, inter intellectuales meditationes, quæ sunt de communibus bonis. propter eandem causam: quia temper est melius bonum commune quam priuatum.

¶ Et responder ad id quod dixerunt de ciuitatibus seorsum positis, quia alius non imperant, ideo sine actionibus esse. Et dicit hoc falsum esse, ibi, Ac verò neque tunc actione esse necessarium ciuitates secundum se locatas, & ita viuere eligentes. Et dat rationem, ibi, Contingit enim secundaria partes, ciuitatis scilicet, & id est, etiam hoc accidere, actiuas scilicet esse. Et dat rationem, ibi, Multæ enim communicationes ad inuicem partibus ciuitatis sunt, secundum quod communicant & societates multis actionibus, ut in præhabitis dictum est sæpè. Similiter autem hoc existit & circa vnumquemque hominum, scilicet quod multas habet actiones bonas. Et ponit rationem, ibi, Vacationem enim, quæ, supple, quilibet sibi vacat, utique Deus habebit bene (Deum vocat eum qui principatur in politiam) & totus mundus, supple, habebit bene vacationem quibus non sunt extrinsecæ actio-

nes præter proprias quæ ipsorum, scriptoria: quilibet enim potest intendere propriis, & bene.
bb Postea ponit epilogum de toto capitulo,

CAPVT III.

Quanta debet esse multitudo ad conuenientem ciuitatis magnitudinem.

Quoniam autem procemialiter dicta sunt, quæ nunc dicta sunt de ipsis, & circa alias politias nobis consideratum est prius: principium reliquorum dicere, primò quales quædam suppositiones oportet esse de futura consistere ad votum ciuitate.

b Non enim possibile est politiam fore optimam sine moderata abundantia: propter quod oportet multa præsupponi, quemadmodum optantes esse, tamen nihil horum impossibile: dico autem, puta de multitudine ciuium, & regionis.

c Sicut enim & aliis conditoribus, puta textori, & nauifico, oportet materiam existere idoneam existentem ad operationem (quantò enim hæc extiterit præparata melius, necesse & quod sit ab arte, esse melius) ita & politico & legislatori oportet conuenientem materiam existere idoneam se habentem.

d Est autem politici successus, primum multitudo hominum, quos, quot, & quales quosdam existere oportet natura: & secundum regionem similiter quantam esse, & qualem quandam hanc.

e Putant quidem igitur plurimi congruere magnam esse felicem ciuitatem. Si autem hoc verum, ignorant qualis magna, & qualis parua ciuitas. Secundum numerum enim multitudinem inhabitantium iudicant magnam.

f Oportet autem magis non ad multitudinem, sed ad potentiam aspiciere. Est enim quoddam & ciuitatis opus. Quare potentem maximè hoc efficere, hanc esse maximam, velut Hippocratem non hominem, sed medicum diceret vtrique aliquis esse maiorem differentia secundum magnitudinem corporis.

g Non solum, sed & si oportet iudicare respicientes ad multitudinem, non secundum contingentem multitudinem hoc putandum. Necesse enim fortè in ciuitatibus existere & multorum feruorum numerum, & aduenarum, & extraneorum. Sed quicumque sunt

subdens. Quod quidem igitur eandem vitam necessarium sit esse optimam vnique homini & communiter ciuitatibus & hominibus, manifestum est.

CAPVT III.

Cum verò ista nunc præmissa sint, ac de aliis Rebus. fuerit prius à nobis consideratum: de reliquis dicendi initium faciamus, quales aliquas suppositiones esse oportet pro ea ciuitate, quæ maximè secundum votum sit constitutionem susceptura.

Neque enim fieri potest, ut optima sit Respubl. nisi opportune adsint facultates: ex quo necesse est multa præsupponere, quasi optantes esse, tamen nullum eorum impossibile: dico autem ceu de multitudine ciuium ac de regione.

Vt enim cæteris artificibus, puta textori, & nauiculario, materiam subesse oportet aptam ad opificium (nam quantò melior hæc existit, tantò id quod fit ex arte, erit præclarior) sic & gubernatori Reip. & legum positori, oportet propriam subesse materiam aptè se habentem.

Est autem ciuiliū facultatis primò videre de multitudine hominum, quam multos & quales natura esse oportet: de regione quoque eodem modo, & quanta, & qualis esse debet.

Putant plerique magnam esse debere beatam ciuitatem. Id & si verum est, ignorare tamen videntur qualis parua dicenda sit ciuitas. Existimant enim magnam ex numero habitantium.

Sed oportet non tantum ad numerum, sed magis ad potentiam respicere. Est enim ciuitatis opus quoddam: quare quæ maximè id efficere potest, hanc existimandum est esse maximam ciuitatem, ceu Hippocratem non hominem, sed medicum quis diceret esse maiorem quam alium, qui magnitudine corporis eum excedat.

Quinimò si ex multitudine iudicandum sit, non ex quauis multitudine id est existimandum. Necesse est enim forsitan in ciuitatibus esse feruorum, & inquilinorum, & hospitiū, grandem numerum. Sed ex his, qui sunt pars ciuitatis, & ex quibus ciuitas constat. Horum enim præcellens pars

pars ciuitatis, & ex quibus constat ciuitas propriis partibus. Horum enim excessus multitudinis, magnæ ciuitatis signum. Ex qua autem banauit quidem multi numero egrediuntur, armorum autem viri pauci, hanc impossibile esse magnam: non enim idem magna ciuitas & multorum hominum.

h Non solum, sed & hoc ex operibus manifestum, quia difficile, fortè autem impossibile bene legibus regi eam, quæ valde multorum hominum. Earum enim quæ videntur politizare bene, nullam videmus existentem remissam ad multitudinem. Hoc autem palam est per suasionem rationum. Lex enim ordo quidam est, & bonam legislationem necessarium bonam ordinationem esse. Valde autem excedens numerus non potest participare ordine. Diuinæ enim vtrique potentie opus hoc, quæ & hoc omne continet.

i Quoniam quod bonum in multitudine & magnitudine consuevit fieri. Propter quod & ciuitatem, cuius cum magnitudine dictus terminus existit, hanc esse optimam, necessarium.

k Sed est magnitudinis ciuitatis quædam mensura, sicut & aliorum omnium animalium, plantarum, organorum. Etenim horum vnumquodque, neque valde paruum, neque secundum magnitudinem excedens, habebit suam potentiam: sed aliquando quidem totaliter erit priuatum natura, aliquando autem prae habens: puta nauis palmi quidem non erit nauis omnino, neque duorum stadiorum: ad aliquam autem magnitudinem veniens, quandoque quidem propter paruitatem prauam faciet nauigationem, quandoque autem propter excessum.

l Similiter autem & ciuitas quæ quidem ex paucis valde, non per se sufficiens (ciuitas autem per se sufficiens) quæ autem ex multis valde, in necessariis quidem per se sufficiens sicut gens, sed non ciuitas: politiam enim non facile existere. Quis enim dux exercitus erit valde excedentis multitudinis, aut quis præco non magnæ vocis?

m Propter quod primam quidem ciuitatem necessarium esse eam, quæ ex tanta multitudine, quæ prima multitudo causa per se sufficiens est ad viuendum bene, secundum politie communionem.

n Contingit autem & eam quæ exce-

multitudo signum est magna ciuitatis. Ex qua verò ciuitate operarij quidem permulti exeunt, bellatores autem pauci, hanc impossibile est esse magnam. Non enim idem est magna ciuitas & populosa.

Quin etiam re & effectu patet, quia difficile est, & forsitan impossibile. ut quæ nimium populosa sit ciuitas, optime gubernetur. Earum certe quæ bene gubernari dicuntur, nullam videmus in populosam multitudinem esse diffusam. Patet etiam ex rationum fide. Nam lex ordinatio quædam est, & bonam legis positionem necessarium est esse bonam ordinationem. At multitudo nimium magna non potest recipere ordinationem. Diuina enim potentia id opus esset, quæ & hoc totum continet.

Cum & bonum quidem in multitudine ac magnitudine consuevit fieri. Quapropter & ciuitatem illam, cuius cum magnitudine dictus terminus existit, optimam esse, necesse est.

Sed est quædam mensura magnitudinis ciuitati, quemadmodum & aliorum omnium animalium, plantarum, instrumentorum. Nam horum singula neque parua nimium, neque magnitudine excessiua, suam potentiam retinebunt: sed aut destituta erunt omnino à natura, vel malè se habebunt: ceu nauis vnius palmi, non erit penitus nauis, neque duorum stadiorum: sed si processerit ad aliquam magnitudinem, quandoque propter paruitatem malè faciet nauigationem, quandoque propter excessum.

Ita & ciuitas si ex nimium paucis sit, non est per se sufficiens: si ex nimium multis, sufficiens quidem in necessariis erit, ut gens, sed non ut ciuitas: Respubl. enim non facile est in illis constitui. Nam quis dux esset tam excessiue multitudinis, aut quis præco non Stentorius?

Quocirca necesse est primam esse ciuitatem illam, quæ ex ea multitudine constat, quæ multitudo prima per se ipsam sufficiens sit ad bene viuendum in ciuili societate.

Recipitur verò, ut ea quæ multitudinem

dit

dit secundum multitudinem, esse maiorem ciuitatem. Sed hoc non est, sicut diximus, infinitum. Quis autem sit excessus terminus, ex operibus videre facile est.

o Sunt enim actiones ciuitatis, horum quidem principantium, horum autem subditorum: principantis autem opus est iussio, & iudicium. Ad iudicandum autem de iustis & ad distribuendum principatus secundum dignitatem, necessarium cognoscere inuicem ciues quales quidem sint: tanquam ubi hoc non accidit fieri, prauè necesse fieri quæ circa principatus & iudicia. Circa utraque enim non iustum proprio impetu agere: quod quidem in ea quæ valde multorum hominum, existit manifestè.

p Adhuc autem extraneis & aduenis facile transumere politiam: non enim difficile latere propter excessum multitudinis.

q Palam igitur, quod iste est ciuitatis terminus optimus multitudinis maximus excessus ad autarchiam vitæ facile conspicabilis. De magnitudine quidem igitur ciuitatis determinatum sit hoc modo.

CAPVT III.

a **V**ltima pars est septimi libri, in qua agit de his quæ oportet præsupponi ad bonam politiam ex parte ciuitatis: & diuiditur in duas partes, in quarum prima ostendit quid oportet præsupponi ex parte loci in quo fundatur ciuitas. In secunda ostendit quid oportet præsupponi in ipsa politia, ibi, *De ipsa autem politia de quibus & qualibus, &c.* Adhuc prima pars diuiditur in tres partes, in quarum prima ostendit quid oportet præsupponi in loco in quo fundata est ciuitas. In secunda ostendit quid oportet præsupponi de distributione regionis, ibi, *De distributione autem & de agricolis, &c.* In tertia ostendit quid oportet præsupponi ex parte munitionis ciuitatis, ibi, *De locis autem munitis, &c.* Prima pars habet tres partes, in quarum prima describit loca conuenientia ciuitatibus. In secunda determinat quæ sunt partes in ciuitate necessariae, si feliciter debeat vivere ciuitas, ibi, *Quoniam autem sicut aliorum secundum naturam constantium, &c.* In tertia parte determinat, quæ, quibus, committenda sunt in ciuitate, ibi, *Determinatis autem his, &c.* In prima parte sunt tria capitula, in quorum primo describit quantitatem ciuitatis. In secundo dispositionem regionis, ibi, *Consimiliter autem & quæ de regione, &c.* In tertio describit mores habitantium in diuersis ciuitatibus ex longitudine & latitudine ciuitatis ad viam solis, ibi, *Quales autem quosdam natura, &c.* Primum capitulum,

hanc excedit, sit maior ciuitas. Sed hoc non est, ut diximus, infinitum. Quæ uero sit huius excessus determinatio, ex operibus intelligi faciliter potest.

Sunt enim actus ciuitatis imperantium atque parentium. Imperantis quidem opus est iubere ac iudicare. Ad iudicandum uero secundum iustitiam, & ad magistratus determinandos secundum dignitatem, necessarium est, ut se inuicem cognoscant ciues quales sint: quare ubi hoc non fieri contingit, necesse est, ut male res procedant circa magistratus demandandos, & circa iudicia. In utroque certè horum nequaquam est temerè procedendum: quod in nimia multitudine manifestè contingit.

Insuper hospitibus & inquilinis facile est ad Remp. aspirare, cum non difficile sit in tanta hominum multitudine latere.

Patet igitur, quod hæc est optima determinatio ciuitatis, ut sit maximus multitudinis excessus, quæ sit per se sufficiens ad uiuendum, & facile inter se cognosci possit. De magnitudine ergo ciuitatis determinatum sit in hunc modum.

lum, scilicet de quantitate ciuitatis, diuiditur in tres partes, in quarum prima ostendit, quod in quadam quantitate determinata oportet esse ciuitatem, si debeat politizari. In secunda ostendit, quod hæc quantitas non est accipienda ad numerum hominum, & quod falsa sit opinio eorum qui dicunt, quod ad numerum hominum accipienda est, ibi, *Oportet autem magis non ad multitudinem, &c.* In tertia ostendit, quod quantitatis ciuitatis non est excessus in infinitum, & ostendit ad quem terminum oportet excrecere ciuitatem, ibi, *Contingit autem & eam quæ excedit, &c.* Circa primum duo facit. Primò ostendit quæ sunt necessaria ad bonam consistentiam ciuitatis. Secundò reprobatur opinionem eorum qui dixerunt, quod magnitudo ciuitatis felix esset in numero ciuium in ea habitantium, ibi, *Putant quidem igitur plurimi, &c.* Dicit ergo primo, quod ex quo hæc quæ dicta sunt, scilicet de virtute & felicitate, & actiua, & contemplatiua vita, proœcialiter præmissa sunt, quod oportet quæ circa politias consideranda sunt, prius determinare, & aliquod principium sumere ab iis: & hoc primum est, quod quia sine abundantia moderata non potest esse optima politia, oportet optantes instituire optimam politiam, multa præsupponere ex parte quantitatis ciuitatis & regionis. Et dat rationem ad hoc: est quod sicut in artibus, textori & nauificio oportet materiam existere idoneam, antequam faciat opus, & quantum melius illa parata & disposita fuerit, tantò melius erit opus suum: ita politico &

& legislatori oportet præexistere conuenientem materiam idoneam se habentem ad opus politici & legislatoris. Et determinat quæ sit illa, dicens, quod politici successus est primum considerare multitudinem hominum, scilicet quos, quot, & quales quosdam existere oportet natura: & secundum regionem similiter quantum esse & qualem quandam hanc. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Quoniam autem proœcialiter dicta sunt, quæ nunc dicta sunt, de virtute scilicet & felicitate, & actiua & contemplatiua vita, & id est, etiam circa alias politias nobis considerandum est quæ sit optima & eligibilissima. Et tangit notandum, ibi, Prius principium reliquorum dicere est, id est, conuenit, primò quales quasdam suppositiones oportet esse de futura consistere ad votum ciuitate, id est, quod quædam suppositiones sunt necessariae ad hoc quod sit ciuitas, in qua ciues politizent ad votum.

b Et dat rationem, ibi, Non enim possibile est politiam fore optimam, sine moderata abundantia. Ex quo concludit, ibi, Propter quod multa oportet præsupponi quemadmodum optantes, esse optimam scilicet politiam, tamen nihil horum impossibile est: quia si impossibile supponeretur, hoc haberi non posset, & sic inaniter supponeretur. Et dat exemplum, ibi, Dico autem supponendo scilicet, puta de multitudine ciuium & regionis.

c Et dat rationem quæ paulò antè inducta est in sententia, ibi, Sicut enim & aliis conditoribus, id est, artificibus, puta textori, & nauificio, oportet materiam existere idoneam ad operationem, id est, quæ sit idonea ad opus suum. Et dat rationem, ibi, Quantum enim vitæ extiterit hæc præparata melius, necesse est, id est, etiam quod sit ab arte, esse melius, id est, opus artis, ut telam & nauim: quantum enim melius est parata lana, tantò melior tela: & quantum melius sunt parata ligna, tantò melior nauis. Et adaptat simile, ibi, Ita & politico & legislatori oportet conuenientem materiam existere idoneam se habentem.

d Et determinat quæ sit illa, ibi, Est autem politici successus materia, supple, primum multitudo hominum quos, quot, & quales quosdam existere oportet natura: & secundum regionem similiter quantum esse, & qualem quandam hanc, scilicet multitudinem oportet esse.

e Secundò cum dicit, Putant quidem igitur plurimi, &c. reprobatur opinionem eorum qui dixerunt, quod magnitudo ciuitatis felix esset in numero ciuium habitantium in ea. Et ponit rationes per ordinem, quod hoc non sit verum. Prima ratio est, quod oportet vnusquisque magnitudinem respicere in comparatione ad actum & potentiam naturalem qua possit perficere opus suum ad quod est. Et dat exemplum, Sicut Hippocratem medicum non oportet dicere magnum à magnitudine corporis, sed magnus dicitur si potentia artis potest perficere quamlibet operationem medicinæ: ergo à simili ciuitas non dicitur magna à multitudine inhabitantium in ea, sed quando potest perficere omnia quæ sunt ciuitatis felix. Secunda ratio est, quod si magna diceretur ciuitas à multitudine

inhabitantium, cum multi serui extranei, aduenæ necessarij sint in ciuitate, qui tamen nulla pars ciuitatis sunt, dicere quod ciuitas magna est & non partibus suis, inconueniens est. Tertia ratio est à signo: quia si ciuitas diceretur magna à multitudine inhabitantium, tunc ciuitas ex qua egrediuntur multi banaui, id est, viles mercenarij, & pauci armati, esset magna, quod valde inconueniens est: potius enim dicitur magna ciuitas magnitudine virtutis, quam multitudine inhabitantium, eò quod ciuitas potius dicat totum potestatiuum, quam totum integrale. Quarta ratio est, quod ex opere ciuitatis manifestum est, quod difficile vel fortè impossibile est bene legibus regi eam quæ valde multorum hominum est ciuitatem. Cum ergo magna sit ciuitas quæ optimis legibus bene regitur (ided quia magna est virtute & dignitate) non à magnitudine inhabitantium dicitur magna, sed à magnitudine virtutis & dignitatis. Quinta ratio est, quod persuasionem legis probatur hoc idem. Lex enim ordo quidam est politia, etiam bonam legislationem necesse est esse bonam ordinationem: valde autem excedens numerus non potest participare ordine, eò quod ordo potentia opus: & diuina potentia hoc etiam continet quod omne quod est in multitudine & magnitudine, habeat tantum determinatum sibi: non ergo ab immensa multitudine dicitur magnitudo ciuitatis, sed à quantitate determinata sibi. Sexta ratio est, quæ fundatur super hoc quod dicit in lib. de anima, *Lib. 2. text. 41.* quod omnium natura constantium est terminus & ratio magnitudinis & augmenti, sicut patet in omnibus animalibus & plantis: & cum ars imitetur naturam, necesse est, quod ita sit in operibus artis. Vnde quod non attingit quantitatem perfectam diminutione, vel excedit magnitudine, necesse est esse prauum & corruptum ad opus: sicut nauis vnus palmi perficere non potest nauigationem propter diminutionem, & nauis duorum stadiorum etiam propter enormem magnitudinem perficere non potest nauigationem. Stadium enim, ut dicitur in libro Lucij Julij Moderati de geometricis mensuris, habet pedes 625. passus 125. Ideo Lucæ 12. in Glossa super illud, *Ibant ipsa die & post, quod erat in spatio stadiorum, habetur, Stadium octaua pars miliarij est: nam 60 stadia septem millia passuum & ducentos significant.* Et propter hoc dicit Lucius Iulius Moderatus in lib. de geometricis mensuris, quod miliarium habet passus mille, pedes 5. stadia 8. Tantæ enim quantitatis nauis à nullo naua gubernari potest ad opus nauigationis. Ex omnibus his infert, quod ciuitas quæ à paucis valde inhabitatur, non est sufficiens ad opus ciuitatis: & similiter ciuitas quæ ex multis valde est non necessaria, non perficit opus ciuitatis. Et dat duo similia. Nullus dux est exercitus, qui sit valde excedentis multitudinis, & nullus præco est, qui sit non satis magnæ vocis: quia conuocare non posset. Et infert ex hoc, quod etiam in ciuitate, necesse est eam ciuitatem esse primam & præcipuam, quæ est ex tanta multitudine quæ per se sufficiens est ad viuendum bene secundum politiam communicationem. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Putant quidem igitur plurimi,

plurimi, supple, falsò opinantes, congruere, id est, quod congruum sit, magnam esse felicitatem civitatem. Si autem hoc verum, supple, sit, ignorant qualis magna, id est, qua magnitudine magna, & qualis parva, id est, qua parvitate parva civitas, supple, sit. Et dat rationem deceptionis, ibi, Secundum numeri enim multitudinem inhabitantium iudicant magnam, supple, dici civitatem: & hoc falsum est.

f Et vadit in contrarium, ibi, Oportet autem magis non ad multitudinem, sed ad potentiam aspicere, ut scilicet magna dicatur. Et dat rationem, ibi, Est enim quoddam & civitatis opus. Quare, id est, ergo potentem maximè, supple, dicendum est civitatem, hoc efficere, hanc esse maximam. Et dat simile, ibi, Velut Hippocratem, magnum, supple, non hominem dicit esse, sed medium dicit utique aliquis esse maiorem differentia secundum magnitudinem corporis, id est, quod non dicit eum esse magnitudine corporis, sed magnitudine artis, quæ differt à magnitudine corporis.

g Secundam rationem ponit, ibi, Non solum, sed & si oportet iudicare respicientes ad multitudinem, de quantitate scilicet civitatis, non secundum contingentem multitudinem, quorumcumque scilicet, hoc putandum, supple, est. Et dat rationem, ibi, Necessarium enim, supple, fortè est in civitatibus existere & multorum servorum numerum & aduenarum & extraneorum, ex quorum tamen numero, supple, non consistit quantitas civitatis. Sed quicumque sunt pars civitatis, & ex quibus constat civitas propriis partibus: & illi sunt ciues liberi nati, sicut in antè habitis dixit, ex utroque parente civibus. Tertiam rationem ponit, ibi, Horum enim excessus multitudinis, civium scilicet, magna civitatis signum, supple, est. Ex qua autem banauit quidem multi numero egrediuntur, armorum autem viri pauci, hanc impossibile est esse magnam, supple, civitatem. Et probat per simile, ibi, Non enim idem magna civitas & multorum hominum: homo enim non dicitur habere multa membra, nisi sint membra habentia virtutem membrorum: aliter si plura habeat, monstrum est, non homo.

h Quartam rationem ponit, ibi, Non solum, sed & hoc, &c. & est sumpta ab opere civitatis: & dicit. Non solum, supple, hoc patet ex dictis rationibus, sed &, id est, etiam hoc ex operibus civitatum, supple, manifestum est. Et dat rationem, ibi, Quia difficile, aut fortè impossibile, supple, est, bene legibus regi eam, scilicet civitatem, quæ valde, id est, enormiter multorum hominum, supple, est. Earum enim, id est, de numero earum, quæ videntur politizare bene, civitatum, supple. Et dat signum, ibi, Nullam videmus talium existentem, scilicet civitatum, remissam ad multitudinem, quæ exigitur ad opus civitatis & virtutem, ut bene politizet. Quintam rationem ponit, ibi, Hoc autem palam est per suasionem rationum ex lege sumptarum: & hoc est. Lex enim est ordo quidam, scilicet politizæ, & bonam legislationem necessarium bonam ordinationem esse. Valde autem excedens numerus non potest participare ordine. Et hoc probat per divinam potentiam ordinantem mundum, ibi, Divinæ enim vir-

que potentiz opus hoc, supple, est, quæ, scilicet potentia, & hoc, id est, etiam, hoc omne, id est, mundum continet.

i Et dat rationem omnium, ibi, Quoniam quod bonum in uniuerso, supple, est, in multitudine & magnitudine consuevit fieri. Unde Sapient. 11. Sed & omnia in numero & pondere & mensura disposuisti. Et ex hoc inferit, ibi, Propter quod civitatem, cuius cum magnitudine dictus terminus existit, hanc esse optimam, necessarium, supple, est, quæ scilicet tantum habet debitæ quantitatis in multitudine & magnitudine.

k Sextam rationem ponit, ibi, Sed est magnitudinis civitatis quædam mensura, sicut & aliorum omnium animalium, plantarum, organorum, artificialium scilicet. Et dat rationem, ibi, Etenim horum unumquodque neque valde paruum, neque secundum magnitudinem excedens, debitam, supple, habebit suam potentiam: sed aliquando quidem totaliter erit priuatum natura, id est, naturali potentia, aliquando autem prauè habens. Et dat exemplum, ibi, Puta naui palmi quidem non erit naui omnino, scilicet propter parvitatem, sed neque duorum stadiorum, supple, erit naui propter enormem magnitudinem: ad aliquam autem magnitudinem veniens, supple, determinatam ad opus erit naui. Et dat rationem, ibi, Quandoque quidem propter parvitatem parvam faciet navigationem, quandoque autem propter excessum.

l Et adaptat simile, ibi, Similiter autem & civitas quæ quidem ex paucis valde, non per se sufficiens, supple, est, & idè non civitas. Civitas verò per se sufficiens est, sicut in primo libro dictum est. Quæ autem ex multis valde, in necessariis quidem per se sufficiens, supple, est, sicut gens, sed non ut civitas. Et dat rationem, ibi, Politiam enim non facile existere, in immoderata scilicet multitudine. Et hoc probat, ibi, Quis enim dux exercitus erit valde excedentis multitudinis? Quasi dicat, nullus. Aut quis præco, conuocans scilicet talem multitudinem, non magnæ vocis? Quasi dicat, nullus: quia nullus nisi qui tam magnam vocem habeat ad congregandam tantam multitudinem.

m Ex omnibus his concludit intentam conclusionem, ibi, Propter quod primam quidem civitatem, id est, principalem, necessarium esse quæ ex tanta multitudine, supple, est, quæ prima multitudo causa per se sufficiens est ad viuendum bene, secundum politicam communicationem.

n Deinde cum dicit, Contingit autem & eam, &c. ostendit quod quantitas civitatis non est excessus in infinitum, & dicit, quod contingit eam civitatem quæ excedit secundum multitudinem, maiorem dici. Sed hoc non est ut excedat in infinitum secundum numerum, sed ad actiones civitatis, ut scilicet terminus civitatis sit quando & principantes & subiecti tot sunt, quod requirantur ut optimè perficiant opera civitatis. Et determinat quid sint actus principantium & subditorum, & dicit, quod opus principantis est iussio & iudicium de iustis, principatus distribuere secundum dignitates civium, &

& quod ciues cognoscant se inuicem quales sint secundum dignitatem uniuscuiusque, & quod in iudiciis proprio impetu nihil agat, sed ad iustitiam & legem. In subditis autem attendendū est in termino civitatis quod nihil committatur extraneis & aduenis: quia talibus est facile transumere & peruertere politiam. Ex omnibus his concludit, quod terminus civitatis optimus est multitudinis tantum excessus, qui ad autarchiam, id est, per se sufficientiam, facile sit conspicibilis. Hoc dicto subiungit epilogum totius capituli, quod de magnitudine civitatis tanta dicta sunt, & hoc modo determinata. Hæc est sententia. Litera est ordinatur. Contingit autem & eam quæ excedit secundum multitudinem civium, esse maiorem civitatem: sed hoc, ut diximus, non est infinitum, multitudine scilicet, terminus, ex operibus, scilicet civitatis, videre facile est. Et ratio est: quia ad opera civitatis necessaria est multiplicatio civium. Et ut hoc sciatur, est opera civitatis, ibi, Sunt enim actiones civitatis, horum quidem principantium, horum autem, scilicet aliorum, subditorum & obediendum. Et enumerat opera principantium propria, ibi, Principantis autem opus est iussio, id est, præceptum quid fiat, & iudicium. Ad iudicandum autem de iustis, iudicium debet esse & iuste. Deut. 16. Iuste quod iustum exequeris. Et subdit. Et ad distribuendum principatus secundum dignitatem necessariam, scilicet quod quilibet dignitas attribuitur digno ad ipsam: quia tunc bene administrabitur. Et concordat legi diuinæ Isa. 32. Bene in iustitia regnabit rex, & principes in iudicio præerunt, & non erit is qui insipiens, princeps, nec fraudulentem vocabitur maior: fraudulentem enim vasa pessima sunt. Et ponit opus subditorum, ibi, Cognoscere inuicem ciues quales quidem sint, id est, quod unusquisque recognoscat alteri quod ei debetur secundum

propriam dignitatem: quia iustitia est (ut dicit Plato) virtus reddens unicuique quod suum est, propria dignitate seruata. Et rationem horum operum subiungit à contrario arguens, ibi, Tanquam ubi non accidit fieri, prauè necesse fieri quæ circa principatus & iudicia. Et dat rationem, ibi, Circa utraque enim, principatus scilicet & iudicia, non iustum impetu proprio agere, aliquid scilicet, sed, supple, secundum iustitiam & legem. Et subdit in qua multitudine hoc contingit, ibi, Quod quidem, scilicet quod proprio impetu agant, in ea, scilicet civitate, quæ valde multorum hominum, supple, est, existit manifestè. Et ratio est: quia nulla maior pars superata à minore, & principatus & iudicia disponit ad imperum propriæ voluntatis, & sic prauè disponuntur ea quæ sunt in civitate.

p Et ostendit aliud damnum quod ex hoc prouenit, ibi, Adhuc autem extraneis & aduenis, qui scilicet excessum faciunt multitudinis in civitate, facile, est, supple, transumere politiam, quod maximum damnum est, & maximè cauendum. Tales enim assueti sunt aliis politis, & ad assueta semper nituntur redire. Et hoc est quod subdit. Non enim difficile, supple, est, latere tales propter excessum multitudinis, in qua, supple, latent sub specie civium, & latentes occultè transmutant politiam.

q Ex omnibus his concludit propositum totius capituli, ibi, Palam igitur, quod iste est civitatis terminus optimus, multitudinis maximus excessus, non, supple, ad numerum civium, sed ad autarchiam vitæ, id est, per se sufficientiam vitæ, facile conspicibilis, ut scilicet tot & tales sint ciues, qui conspicabiles unicuique, quod in ipsis quilibet possit viuere secundum autarchiam, id est, per se sufficientiam. Et de omnibus his ponit epilogaem conclusionem, ibi, De magnitudine quidem igitur civitatis determinatum sit hoc modo.

CAPVT IV.

Optima regionis & situs vrbis conditio. nes: & vniu vtile necne, vicinam mari esse ciuitatem.

Consimiliter autem & quæ de regione habent. De eo quidem enim quod est qualem quandam, palam quia per se sufficientissimam omnium quicumque laudabit utique. Talem autem necessarium esse omnia ferentem: omnia enim existere, & nullo indigere autarces.

b Multitudine autem & magnitudine tantam, ut possint habitantes viuere vacantes liberè simul & temperate. Hunc autem terminum, si bene vel non bene dicimus, considerandum potestius diligentius, quando totaliter de possessione, & de ea quæ substantiam abundantiam, accidet facere mentionem, qualiter oportet habere, & quomodo ipsam ad usum. Multæ enim circa considerationem hanc sunt

D. Alb. Mag. Politic.

CAPVT IV.

De regione autem eadem fere dici possunt. Nam qualis esse debeat, clarum est, quod sufficientiam omnes laudabunt. Hanc autem necesse est feracem esse omnium. Nam omnia in seipsa habere, & nullius indigere, sufficientis est.

Multitudine vtro, ac magnitudine tantam, ut queat habitatores otiosos nutrire liberaliter simul temperate viuentes. Hoc autem, vtrum bene, vel non bene dicatur, postea diligentius erit considerandum, ubi de possessionibus, & facultatibus mentionem fieri contingeret, qualiter & quemadmodum se habere erga usum ipsum oportet. Per multa enim circa considerationem istam dubitationes cadunt, propter trahentes in utramque partem vite ex-

M m dubita

dubitationes, propter trahentes ad utrumque excessum vitæ, hos quidem ad tenacitatem, hos autem ad delicias.

c Speciem autem regionis non difficile dicere. Oportet autem quædam suaderi & ab iis qui circa ducatum exercitus sunt experti, quia oportet quidem aduersariis esse difficile adibilem, ipsis autem facile exhibilem. Adhuc autem sicut multitudinem hominum diximus oportere facere conspicabilem esse, ita & regionem: quod autem facile conspicabile, est regionem esse facile auxiliabilem.

d Ciuitatis autem positionem, si oportet facere ad votum, ad mare conuenit poni bene, & ad regionem. Vnus quidem qui dictus terminus: oportet enim adesse auxilia locorum omnium. Reliquos autem ad delationes fructuum, qui nascuntur. Adhuc autem eius quæ circa ligna materiæ, & vitæ siquam aliam operationem talem regio existat possidens facile deportabilem.

e De communicatione autem ad mare, utrum proficua sit bene legibus relictis ciuitatibus, aut nociua, multa existunt dubitantes.

f Aduenire enim aliquos in aliis nutritos legibus in conferens aiunt esse ad bonam legislationem, & hominum multitudinem fieri quidem enim ex usu maris, emittentes & suscipientes negotiatorum multitudinem, contrariam autem esse ad politizare bene.

g Quod quidem igitur, si hoc non accidit, melius & ad securitatem, & ad abundantiam necessariorum, ciuitatem & regionem participare mari, non immanifestum.

h Etenim ad facilius ferre aduersarios facile auxiliabiles oportet esse secundum ambo saluandos, & per terram & per mare, & ad laedendum inuadentes. Si non secundum ambo possibile, tamen secundum alteram existet magis, participantibus amobus. Quæcumque autem non extiterunt apud ipsos entia, suscipere hæc, & superflua nascentium emittere, sunt necessariorum.

* *Εμπορεῖς* Sibi autem negotiatuam, sed non aliis oportet esse ciuitatem. Qui autem exhibent seipsum omnibus

cessum, alios ad tenuitatem, alios ad largitatem.

Formam vero regionis non est difficile præscribere. Credendumque est in quibusdam rei militaris peritis, asserentibus talem esse oportere, ut ab hostibus quidem non facile inuadi possit, ciuibus autem facilis sit in aliena egressio. Præterea ut hominum multitudinem facile inter se cognosci posse diximus oportere, sic etiam regio sit subiecta conspectui, id est, ut cognosci & succurri faciliter possit.

Urbis autem situs, si formanda nobis illa est secundum votum, opportune & ad terram & ad mare debet iacere. Vna iam determinatio præmissa est, oportere ad auxilia ferenda communem esse locorum omnium undequaque aptitudinem. Altera ad importationem fructuum. Præterea ad lignorum materiem, & siquid aliud simile opificum, regio in se habeat facilem aduentionem.

Communio autem maris, utrum utilis sit ciuitatibus vel damnoſa, permulta sunt disceptationes.

Nam & frequentare aduenas quosdam alienis educatos legibus, inutile putant ad rectam ciuitatis disciplinam, & turbam popularem multiplicari ex usu maris transmittentibus & recipientibus negotiatorum multitudinem, contrarium esse dicunt rectæ ciuium institutioni.

Quod igitur, si ista non contingant, melius sit & ad securitatem, & ad copiam rerum necessariorum, communionem maris habere urbem & regionem, non est obscurum.

Nam ad facilius ferendum hostes per opportuna facultas succurrendi auxiliandique suis terra & mari esse debet, & ad nocendum inuadentibus. Si non utrinque possibile, at altera ex parte magis existit ambarum participantibus. Et quæ apud eos non existunt, importari, & quæ superabundant, deportari, ex necessariis est.

Sibi enim ipsi mercabilem, non aliis ciuitatem esse oportet. Qui autem omnibus mercatum apud se præbent, hi faciunt forum

forum, acquisitionis gratia hoc agunt. Quam autem ciuitatem non oportet tali participare super acquisitione, neque negotiatorium oportet habere tale.

k Quoniam autem & nunc videmus multis existens & regionibus & ciuitatibus suburbia & portus bene iacentia ad ciuitatem, ut neque occupetur ipsum municipium, neque sit longè valdè, sed optimè muris circumdari & aliis talibus firmaculis, manifestum, quod si quidem bonum aliquid accidit fieri propter communicationem ipsorum, existet ciuitati hoc bonum: si autem aliquid nociuum, cauere legibus facile, differentes & determinantes quos non oportet, & quos oportet, misceri inuicem.

l De nautica autem potentia, quod quidem opportunum existere vsque ad aliquam multitudinem, non immanifestum. Non enim solum sibi ipsis, sed & vicinorum aliquibus oportet & terribiles esse, & posse auxiliari, sicut per terram & mare.

m De multitudine autem iam, & magnitudine potentia huius aspiciendum ad vitam ciuitatis. Siquidem enim ducali & politica uiuat vita, necessarium & hanc potentiam existere ad actiones commensuratum.

n Multitudinem autem hominum, quæ sit circa nauticam turbam, non necessarium existere ciuitatibus. Neque enim ipsos oportet esse partem ciuitatis. Quod quidem enim supergressuum liberum & pedestrium est, quod dominans est & obtinet nauigium.

o Multitudine autem existente vernaculorum & regionis agrorum, copiam necessarium est esse & nautarum. Videmus autem hoc & nunc existens quibusdam, pura ciuitati Heracleotarum: multas enim replet triremes, ædificata ciuitate, magnitudine aliis contractiore.

p De regione quidem igitur & portibus, & ciuitatibus, & mari, & de nautica potentia, sit determinatum hoc modo. De ciuili autem multitudine, quem quidem terminum oportet existere, prius diximus.

D. Alb. Mag. Politic.

quæstus cupiditate. Quod si non expedit ciuitati hanc cupiditatem habere, neque mercatum certè huiusmodi debet recipere.

Nam & nunc quidem videmus multis regionibus & ciuitatibus stationes ac portus opportunè iacere, ut neque intra urbem sint, neque valde distantes, murisque circumdari, & aliis huiusmodi munitio-nibus: clarum est enim, quod siquid boni proueniet ex tali communione, ciuitas id bonum suscipiet: si aliquid mali, cauere ab eo facile erit per leges iubentes, ac determinantes, quos oportet, & quos non oporteat, inuicem admisceri.

De nautica autem potentia, quod melius sit eam habere vsque ad aliquam quantitatem, manifestum est. Non solum enim sibi ipsis, sed finitimis quibusdam oportet & auxiliari posse, & esse terrori, quem admodum terra, sic etiam mari.

Magnitudo autem, ac multitudo huius potentia ad mores ciuitatis erit accommodanda. Nam si ea fuerit ciuitas quæ magnam præstantiam auctoritatemque habere consuevit, necessarium erit hanc potentiam rebus esse conformem.

Turbam vero nauticam, & huiusmodi hominum multitudinem, non necessarium est ciuitatibus existere. Nulla enim ciuitatis pars huiusmodi homines esse debent. Nam pugnatore qui naues conscendunt, ingenui sunt homines, terra quoque militare consueti, hi præsumunt nauticam turbam, & imperant.

Existente vero multitudine tenuis fortuna hominum, qui circa nos habitant, & agrorum qui in regione rem rusticam exercent, necessarium est abundantiam esse nautarum. Videmus etiam nunc istud fieri in quibusdam ciuitatibus, cum Heracleota multas implent triremes, urbem possidentes magis exiguam quam ceteri.

De regione igitur, & portibus, & ciuitatibus, & mari, & de nautica potentia, in hunc modum determinatum sit: de multitudine quoque ciuitatis, quam determinationem habere decet, prius diximus.

Mm 2 CAPVT

CAPVT IV.

Postquam determinauit Aristoteles de quantitate ciuitatis, determinat de qualitate regionis & quantitate ad ciuitatem pertinentis: & diuiditur in quatuor partes. In prima parte determinat qualitatem regionis, ex his scilicet quæ pertinent ad abundantiam & facilem exitum ciuibus, & difficilem aditum inimicis. In secunda parte determinat utilitatem ciuitatis ex situ super mare, ibi, *Ciuitatis autem positionem si oportet*, &c. In tertia determinat qualitatem ciuitatis ex munitione, quam habet ex mari, ibi, *Quoniam autem & nunc videmus*, &c. In quarta parte determinat qualitatem ciuitatis ex liberis & pedestribus & nauigantibus & vernaculis & agricolis & omnibus huiusmodi ad ciuitatem pertinentibus, ibi, *Quod quidem enim supergressum*, &c. Sententia primæ partis est hæc, quod sicut determinatum est de ciuitate, consimiliter oportet determinare de regione pertinente ad ciuitatem, vt scilicet sufficientissima sit: sic enim omnis qui laudat ciuitatem, laudat illam. Talem autem regionem oportet esse ferentem omnia, id est, omnes fructus, sicut dicitur de Troia, Potum vineta cibum dedit area læta. Et huius dat rationem: quia omnia existere ciuitati & in nullo deficere est autarces, id est, per se sufficiens. Et addit quod multitudine & magnitudine tanta sit regio, vt viuentes in ciuitate possint vacare studio & ciuilibus liberè simul & temperatè viuere. Addit etiam, quod si talis terminus regionis quantum ad habitantes rectè positus est, posterius erit considerandum, quando de distributionem possessione agitur in hoc eodem libro, capitulo, De distributione autem & de agricolis, &c. eò quod hæc consideratio multas habet dubitationes, propter eos qui trahunt ad vtrumque excessum vitæ, tenacitatis scilicet, & deliciarum: vtrique enim horum excedunt temperantiam. Addit etiam, quod speciem regionis qualis esse debeat, non est difficile dicere, & quod oportet suaderi in his à ducibus exercituum expertis, ita scilicet quod regio difficile sit adhibilis aduersariis, ciuibus autem contra aduersarios facilis sit exhibilis. Adhuc sicut dictum est de ciuitate, quod sit multitudo ciuitati competens, ita & conspicabilis sit regio: vt scilicet tantam multitudinem habeat, qualis sufficit ad opera regionis, vt facillè auxiliabilis sit ciuitati. Hæc est sententia. Litera sic ordinanda est. Consimiliter autem, ciuitati scilicet, & id est, etiam quæ de regione, habent. Et dat rationem, ibi, De eo quidem enim quod est qualem quandam, supple, esse regionem, palam, quia per se sufficientissimam, supple, regionem, omnis quicumque laudabit vtrique. Et quæ sit illa, subdit, ibi, Talem autem necessariam esse, supple, est omnia ferentem, id est, quod ferax sit omnium, maximè frumenti, vini, & olei, & pascuorum propter animalia. Et dat rationem, ibi, Omnia enim existere, & nullo indigere, autarces, supple, est, regio, id est, per se sufficiens.

b Et subdit qualis debeat esse secundum mul-

titudinem inhabitantium, ibi, Multitudinè autem, supple, habitantium & magnitudine tantam, supple, oportet esse, vt possint habitantes in ea viuere vacantes liberè simul & temperatè: occupari enim laboribus, liberalibus studiis intendere non possunt. Et subiungit, quod de hoc termino posterius considerandum est, ibi, Hunc autem terminum, si bene vel non bene dicimus, considerandum posterius diligentius, quando totaliter, id est, vniuersaliter de possessione, & de ea quæ circa substantiam abundantiam, accidet facere mentionem infra, scilicet in capitulo superius assignato, qualiter scilicet oportet abundantiam habere, & quomodo ipsam ad vsum, hoc, supple, totum ibi determinabitur. Et quare differt illud, subdit, ibi, Multæ enim circa considerationem hanc sunt dubitationes. Et tangit dubitationum causas, ibi, Propter trahentes ad vtrumque excessum vitæ, hos quidem ad tenacitatem, hos autem ad delicias: vtrique enim horum recedunt à medio temperantia.

c Speciem autem regionis, qualis scilicet debeat esse, non difficile, supple, est, dicere. Et subdit, quod quia etiam species regionis est etiam ad bellica consideranda, oportet in his suaderi à ducibus exercitus expertis. Et hoc est. Oportet autem quædam suaderi & ab his qui circa ducatum exercitus sunt experti. Et ostendit in quo, ibi, Quia oportet quidem aduersariis difficile adhibilem, supple, esse regionem. Et huius ratio est, vt facillè non possint vastari ab hostibus: ipsi autem ciuibus facillè exhibilem, quando scilicet vadunt cum exercitu contra hostes. Et addit de multitudine habitantium in regione, ibi, Adhuc autem sicut multitudinem hominum diximus oportere facillè conspicabilem esse, ad opera scilicet ciuitatis determinatam, ita & regionem, supple, dicimus esse debere conspicabilem, quando scilicet determinatam habet multitudinem ad opera regionis, & non ultra, nec citra. Et ostendit, quod hoc est vtile, ibi, Quod autem facillè conspicabile, est regionem esse talem, vt dictum est scilicet, facillè auxiliabilem, supple, & ad temperantem & felicem vitam.

d Deinde cum dicit, Ciuitatis autem positionem, &c. determinat de utilitate ciuitatis ex situ super mare: & habet duas partes, in quarum prima tangit tres utilitates, si bene ponatur ad regionem. In secunda ponit quinque utilitates si bene ponatur ad mare, ibi, *De communicatione autem ad mare*, &c. Agit igitur de positione ciuitatis: & est sententia, quod si ciuitas ad votum debeat poni, oportet quod bene ponatur ad mare, & bene ad regionem. Et sic bene posita est ad esse locorum omnium, qui vnus terminus est bonæ positionis. Secundus autem est, quod bene ponatur ad delationes fructuum qui nascuntur in terra, frumenti scilicet, vini, & olei. Tertius est, quod bene ponatur ad materiam lignorum quæ necessaria sunt propter ignem, & propter ædificationem, vt facillè habeantur. Quartus est, vt bene ponatur ad operationem & vsum aliorum, sicut sunt pascua quæ profert regio ad vsum animalium. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Ciuitatis autem positionem, si oportet facere ad

ad votum, ad mare conuenit poni bene, & ad regionem, vt scilicet votiue perfruatur ciuitas bonis quæ possunt aduenire & per nauigationem maris, & regionis. Post hoc subiungit, quod iste est primus terminus bonæ locationis, ibi, Vnus quidem qui dictus, supple, est terminus. Et dat illum, ibi, Oportet enim, supple, locata ciuitati adesse auxilia locorum omnium. Secundum terminum ponit, ibi, Reliquos autem, supple, terminus, ad delationes fructuum qui nascuntur, supple, oportet esse locatam ciuitatem, maximè scilicet frumenti, vini, & olei, vt facillè habeantur: quia sine his non potest subsistere ciuitas. Tertium terminum ponit, ibi, Adhuc autem eius, scilicet tertius terminus locationis, supple, est, quæ circa ligna materia, id est, materia, scilicet lignorum, ad cremabilia scilicet & ædificabilia, vt facillè possint haberi. Quartum terminum ponit, ibi, Et vtrique si quam aliam operationem talem regio existat possidens, in pascuis scilicet in feno, facillè deportabilem, id est, quod facillè deportetur ad ciuitatem.

e De communicatione autem ad mare, &c. Ponit utilitates quinque ex eo quod sita sit ciuitas super mare: & huius sententia est, quod licet quidam dubitent vtrum nociua sit talis positio, vel proficua, eò quod multi nutriti in aliis legibus possint aduenire ciuitati, quod dicunt esse non conferens ciuitati ad bonam legislationem. & quod ex hoc hominum multitudo fiat in ciuitate, quia scilicet ex vso maris emittant & suscipiunt negotiatorum multitudinem, qui sæpè contrarij sunt ad bene politizare: tamen sunt quinque utilitates manifestæ, quæ eueniunt ciuitati, eò quod sita est super mare. Prima est, quæ dicta est, quia scilicet negotiatio de ciuitate ad ciuitatem facillè potest fieri. Secunda est ad securitatem ciuitatis: quia scilicet nec equestri nec pedestri exercitu potest adiri. Tertia est: quia ad abundantiam necessariorum, nec immanifestum est, bonum esse regionem participare mari: quia per mare vndique aduehantur necessaria. Quarta est: quia facillè ferunt aduersarios: eò quod per mare facillè possunt sibi auxiliari, nauali scilicet bello. Quinta est: quia ea quæ non abundant apud se, facillè possunt suscipere, vt nauigationes scilicet, & ea quæ superfluunt apud eos de fructibus terræ, possunt emittere ad alios, & sic lucrari. Et dat rationem horum: quia omnem ciuitatem oportet negotiatuam esse sibi, si non aliis: & qui exhibent seipfos omnibus forum, acquisitionis gratia faciunt hoc. Si autem aliqua ciuitas est, quam non oportet tali participare acquisitione, illam non oportet negotiatorum tale habere. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. De communicatione autem ad mare, vtrum proficua sit bene legibus rectis ciuitatibus (rectis participium est à passiuo verbo formatum) aut nociua, multa existunt dubitantes. Et hæc proferunt:

f Et primò obiicit quod sit nociua, ibi, Aduenire enim aliquos, supple, ad ciuitatem, in aliis nutritos legibus, in conferens aiunt esse ad bonam legislationem. Et ponit rationem, ibi, Et hominum multitudinem fieri quidem enim, supple, in ciuitate, ex vso maris, nauigando

D. Alb. Mag. Politic.

scilicet, emittentes & suscipientes negotiatorum multitudinem, ex quibus quidem sit, supple, multitudo in ciuitate: contrariam autem esse dicunt, supple, hanc multitudinem ad politizare bene: sic ergo obiiciunt ad probandum, quod positio ciuitatis super mare, sit nociua.

g Et vadit in contrarium, ibi, Quod quidem igitur, si hæc non accidunt, melius, supple, sit, & ad feruitatem & ad abundantiam necessariorum, ciuitatem & regionem participare mari, non immanifestum, supple, est.

h Et dat rationem, ibi, Etenim ad facillè ferre aduersarios, facillè auxiliabiles, id est, quod facillè possunt se iuuare contra eos. Et dat rationem, ibi, Oportet esse secundum ambo saluandos, & per terram & per mare, & ad lædendum inuadentes. Si autem non secundum ambo possunt, scilicet lædere, possibile est tamen lædere, supple, ex vna parte aduersarios. Et hoc est. Tamen secundum alteram existet magis, vt scilicet lædantur, participantibus ambobus, scilicet terræ & mari. Et ponit aliam utilitatem, & est tertia, ibi, Quæcumque etiam non extiterint apud ipsos entia, suscipere hæc, supple, per nauigationem maris facillè possunt, & superflua nascentium, scilicet apud se, emittere, supple, possunt per nauigationem, vt vendant scilicet aliis, & sic lucrentur. Et subdit rationem. Sunt, autem, supple, necessariorum, id est, de numero necessariorum.

i Et dat rationem, ibi, Sibi autem negotiatuam, id est, lucratiuam, sed non aliis oportet esse ciuitatem. Et dat rationem, ibi, Qui autem exhibent seipfos omnium forum, scilicet emptionibus & venditionibus, acquisitionis gratia hoc agunt: & idè, supple, student vt vndèquaque lucrentur, emendo scilicet & vendendo. Et subdit, quod si aliqua ciuitas est, quæ his non indiget, illam non oportet tale negotiatorum habere. Et hoc est. Quam autem ciuitatem non oportet tali participare, supple, acquisitione, scilicet venditionis, neque negotiatorum oportet habere tale, scilicet emittendo sua & suscipiendo aliena.

k Deinde cum dicit, Quoniam autem & videmus nunc, &c. agit de utilitate ciuitatis ex portu & mari & nautica potentia: & in vniuerso dicit tria. Primum est, quod si fortè aliquis diceret, quod nocuum potest fieri ex portu, ita scilicet quod inimici nauali bello possint adire portum & occupare municipium, dicit quod hoc potest caueri, sicut in multis ciuitatibus cautum est, quod scilicet portus aptè iaceat ad ciuitatem, vt ex eo non occupetur municipium, neque sit longè valde à ciuitate, & claudatur muris & aliis firmaculis, ita quod nullus præter voluntatem possit intrare: & sic bonum quod est ex nautica potentia, accidet ciuitati, & nullum damnum. Et si timor est de aliquibus, quod non debent misceri per communicationem ciuitati, caueatur legibus determinando eos quos oportet misceri ciuitati, & quos non. Hæc est sententia. Dicit ergo primò. Quoniam autem & nunc videmus multis existens & regionibus & ciuitatibus suburbia & portus, vniuersaliter scilicet, bene aptè iacentia ad ciuitatem. Et describit modum, ibi,

M m 3

Vt neque occupetur, id est, vt neque possit occupari, ab hostibus scilicet, ipsum municipium (municipium dicitur ciuitatis: quia munit eos quos continet) neque sit longè valdè, ita scilicet quod vtilitas quæ est ex portu, facillè à ciuitate possit haberi. Et dicit qualiter munitur, ne hostes intrent portum, ibi, Sed optimè muris, & clausura murorum, & talibus aliis firmaculis circumdari, sicut scilicet turribus & portis & seris. Et ex hoc infert, ibi, Manifestum, supple, est, quod siquidem bonum aliquod accidit fieri, ex portu scilicet, propter communicationem ipsorum ciuium ad alios, existet ciuitati hoc bonum: sicut enim infra dicit in hoc eodem capitulo, sua possunt nauigando emittere, & alia quæ sunt aliorum, ad se facillè deportare. Sed quia superius subiectum est, quod multi extranei possunt sic misceri in ciuitate, de quibus timendum est, quod subuertant politiam, respondet, quod hoc legibus caueatur. Et hoc est. Si autem aliquod nociuum, supple, contingat per hoc intrare ciuitatem, cauere legibus facile, supple, contingit. Et dicit modum, ibi, Differentes & determinantes, id est, differenter determinantes, per leges scilicet, quos non oportet, & quos oportet misceri ad inuicem, communicando se ciuitati.

Secundum ponit, ibi, De nautica autem potentia, &c. ostendit quam vtilis sit nautica potentia: & dicit, quod non est immanifestum, quod nautica potentia optima existit ciuitatibus, dummodò sit vsque ad aliquam multitudinem determinata. Et dat rationem. Quia non solum sibiipsis ciues debent esse auxiliabiles, sed etiam multis vicinorum, & inimicis debent esse terribiles, tam per mare, quam per terram. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. De nautica autem politia, quod quidem opportunum, supple, sit existere vsque ad aliquam multitudinem, determinatam scilicet, non immanifestum, supple, est. Et dat rationem, ibi, Non enim solum sibiipsis, supple, debent esse ciues auxiliabiles, sed & vicinorum aliquibus oportet & terribiles esse, si, supple, sunt inimici, & posse auxiliari, si, supple, sunt amici, sicut per terram, ita, supple, & per mare.

Tertium ponit, ibi, De multitudine autem iam, &c. & determinat mensuram & terminum nauticæ potentia secundum quod expedit ciuitati. Et est sententia, quod terminus multitudinis nautarum & piratarum & generaliter pugnantium in nauibus determinari debet ad vitam ciuitatis & communicationem. Si enim ciuitas est ita potens, quæ vtitur ducali potentia & exercitu, & politica vita viuat, necesse etiam, quod habeat nauticam potentiam ad actiones ciuitatis commensuratam. Sed multitudinem hominum ad nauticam potentiam pertinentium non est necessarium existere ciuitati: eò quod tales cum sint peregrini & aduenæ, nulla pars ciuitatis sunt. Nam quod in ciuitatibus supergressiuum est & vincens, sunt ciues liberi maximè & insignes & nobiles & pedo-

strum, id est, populi: & hoc est dominans in ciuitatibus, & obtinet nauigium & omnes alios principatus ciuitatis: & quando multitudo est vernaculorum necessaria & agricolarum regionis, ita etiam est necessaria multitudo nautarum. Et probat hoc per exemplum. Quia videmus ciuitatem Heracleoraram (& est ciuitas quæ vocatur Heraclea) quæ licet ædificata sit contractior aliis ciuitatibus, tamen per mare potentia nautica defert Cereres, id est, fruges suas (Ceres enim est Dea frugum, & ab illa Cereres, fruges dicuntur) & replet multas tirmes. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. De multitudine autem iam & magnitudine potentia huius, nauticæ scilicet, aspiciendum ad vitam ciuitatis. Siquidem enim, ciuitas scilicet, ducali & politica viuat vita, necessarium, &, id est, etiam hanc potentiam existere, nauticam scilicet, ad actiones, supple, ciuitatis commensuratam, vt scilicet actiones ciuitati necessarias non excedat.

Multitudinem autem hominum quæ sit circa nauticam turbam, non necessarium existere ciuitatibus: & idem, supple, ex eis non oportet timere subuersionem politia: neque enim ipsos oportet esse partem ciuitatis. Et hoc ostendit vterius, ibi, Quod quidem enim supergressiuum, supple, est in ciuitate, supple, est liberum, id est, liberi ciues, insignes scilicet, & nobiles, & pedestrium est, id est, populi, quod dominans est, supple, in ciuitate, & obtinet nauigium, hoc est, principatus nauigij & omnes alios principatus.

Et subdit quomodo necessaria est ista communicatio sicut & aliorum, ibi, Multitudine autem existente vernaculorum (vernaculus est seruus in domo domini & genitus & nutritus, qui necessarij sunt ad communicationem ciuitatis) & regionis agricolarum copia, supple, existente ad communicationem ciuitatis, &, id est, etiam necessarium est esse & nautarum, multitudinem, supple. Et dat exemplum, ibi, Videmus autem hoc & nunc existens quibusdam, scilicet ciuitatibus, pura ciuitati Heracleoraram: & dicit modum. Multas enim replent tirmes ædificata ciuitate, supple, sic super mare, magnitudine aliis contractiorem, id est, cum aliis minor sit ciuitatibus multis, prodest per nauigium communicando fruges. Exemplum conuenientius est quod dicit Titus Livius in historia Romana, quod Romani super mare portum ædificabant & ciuitatem, quam Messanam vocabant: eò quod messes Egypti ibi deponebantur ad ciuitatem Romanam per ostia Tiberina deferendo ad horrea publica Romanorum, ex quibus stipendia militibus præbebantur. His dictis adiungit epilogum totius capituli sic. De regione quidem igitur & portibus & ciuitatibus & mari & de nautica potentia sint determinata hoc modo. De ciuili autem multitudine, quem quidem terminum oportet existere, prius diximus, in præcedenti scilicet capitulo.

Quales debent esse natura ciues, de quo laudantur Græci, & quales vrbis custodes.

Quales autem quosdam natura oportet esse, nunc dicamus. Ferè itaque deprehendit vti que quis hoc respiciens ad ciuitates approbatas Græcorum, & ad totum orbem terræ, vt occupatus est gentibus.

Quæ quidem enim in frigidis locis gentes, & quæ circa Europam, sunt quidem plenæ animositate, intellectu autem & arte magis deficientes, propter quod libere quidem perseuerant magis, non politizare autem, & vicinis principari non potentes. Quæ autem circa Asiam intellectiue quidem & artificiosæ secundum animam, sine animositate autem: propter quod subiectæ quidem & seruientes perseuerant.

Genus autem Græcorum, sicut mediatur secundum loca, ita ambobus participat. Etenim animosum & intellectiuum est. Propter quod quidem liberum perseuerat, & maximè politizans, & potens principari omnibus vna fortiens politia. Eandem autem differentiam & Græcorum gentes ad inuicem: hæc quidem enim habent naturam monoclam, hæc autem bene mixtæ sunt ad vtrasque potentias has.

Manifestum igitur, quod oportet intellectiuos esse & animosos natura eos, qui debent esse æuagogi legislatori ad virtutem.

Quod quidem enim aiunt quidam oportere existere custodibus, scilicet amatiuos quidem esse notorum, ad ignotos autem syluestres. Animus est, qui facit quod amatiuum: hæc enim est animæ potentia, qua diligimus: signum autem, ad conuersos enim & amicos animus attollitur magis quam ad ignotos paruipendi putans. Propter quod & Archilocus conuenienter amicis querelans disputat ad animum. Non enim ab amicis à lanceis perforationes. Et quod principans autem, & quod liberum, à potentia hac existit omnibus: principatiuum enim & inuincibile animus.

Non bene autem habet dicere, graues esse ad ignotos: ad nullum enim oportet esse ralem: neque sunt qui magnanimi, natura agrestes, nisi ad iniusta agentes: hoc autem magis adhuc

Nec autem quales natura cines esse oportet, à nobis dicitur. Forasan verò id deprehendit quis, si inspiciat ad ciuitates Græcorum, qua bene gubernari dicuntur, & ad totum terrarum orbem, vt à gentibus variis incolitur.

Nam quæ frigidæ regiones incolunt gentes, & quæ per Europam, animo quidem abundant, ingenij vero & artificij parum habent. Quapropter in libertate magis perseuerant, disciplinam vero Reipublica difficulter recipiunt, ac finitimis dominari non possunt. Quæ verò Asiam incolunt, ingenio & arte abundant, sed animositatem non habent: propter quod & parere dominantibus & seruire perseuerant.

At Græcorum genus, vt mediam regionem locorum sortitum est, sic etiam ambobus est particeps. Nam & animosum & ingeniosum est. Ex quo fit, vt in libertate degat, & disciplinam Reipublice optime recipiat, & vniuersam Reipublice constitutionem sortitum, imperare omnibus possit. Eandem quoque differentiam habent Græcorum gentes inter se: quædam enim habent naturam ad vnum illorum, quædam verò mixtæ ac temperata sunt ad vtramque illarum potentiarum.

Patet igitur, quod oportet & intelligentiam & vigorem animi natura existere illis, qui futuri sint idonei, quos legum positores ad virtutem instituat.

Nam quod de custodibus aiunt quidam oportere, vt beneuoli sint erga notos: erga ignotos vero infesti. Vigor animi est, qui beneuolentiam facit: illa est enim potentia animæ, per quam amamus, ac beneuoli sumus. Cuius rei signum est, quod magis irritatur animus contra familiares & amicos, quam contra ignotos, si contemptum se putet. Quapropter Archilocus rectè cum amicos inuocaret, ad amicum loquitur, inquitens: Non tu quidem ab amico lanceis transfixus es? Quod dominatur: & quod libertatem seruat, ab hac potentia animi existit: dominus enim & inuictus est animus.

Nec bene se habet dicere, quod aduersus ignotos debent esse infesti: nam aduersus neminem esse tales oportet: neque sunt magnanimi homines natura infesti, nisi contra iniuriantes: hoc autem magis contra

ad consuetos patiuntur, quod quidem dictum est prius, si iniuste pati putent. Et hoc accidit secundum rationem: apud quos enim deberi beneficentiam putant cum nocumento, & hac priuari putant: unde dictum est, Severi enim inimici fratrum, & ij quidem ultra diligentes, ij autem & ultra odiunt.

g De politizantibus quidem igitur quot oportet existere & quales quosdam natura: adhuc autem regionem quantam-quandam, & qualem quandam, determinatum est ferè: non enim eandem certitudinem oportet quærere per rationes, & eorum quæ fiunt per sensum.

CAPUT V.

In isto capitulo describit Aristoteles mores habitantium in diuersis ciuitatibus ex longitudine & latitudine ciuitatis ad viam solis. Et habet tres partes, in quarum prima describit quales ex longitudine & latitudine ciuitatis apti sunt bene politizare, & quales non. In secunda parte ostendit, quod ex ipsa natura habitationis quidam sunt bene apti politizare, & quidam non, ibi, *Manifestum igitur, quod oportet intellectuos esse, &c.* In tertia redarguit dictum Archiloci, in hoc quod dixit politicum debere esse grauem ad ignotos, ibi, *Non bene autem habet dicere, &c.* Sententia primæ partis hæc est, quod quales oportet esse secundum naturam complexionis qui bene politizent, oportet considerare ex situ ciuitatum Græcorum & Gentium in toto orbe. Et oportet hinc teuocare ad memoriam ea quæ in libro de natura locorum & locorum dicta sunt à nobis. Qui enim habitant in frigidis regionibus, sicut circa Europam, propter circumstantes frigidum, intus ætuant, sicut & ventres calidiores sunt in hyeme quam in æstate: & idè tales gentes sunt plenæ animositate, & de intellectu parum habent. Cuius ratio est: quia circumstantes frigidum, quod ad interiora reprimat calorem, nimis fortificat calidum, & ignit & inspissat spiritum animale, & facit calorem circa cor, & accendit sanguinem, & facit euaporationem fellis, quæ sunt causæ animositatis & audaciæ omnibus: & eundem spiritum qui defert formas ad intellectum ad mediam cellulam capitis, quæ logistica dicitur, inspissat, obscurat, & ex calido commiscet operationes eius: propter quod in intellectu & arte deficient, & non sunt subtiles, licet pleni sint animositate. Et ex hoc concludit, quod habitantes in istis regionibus liberi quidem perseverant & inuincibiles propter animositatem, sed politizare & principari vicinis nesciunt propter defectum intellectus. Gentes autem quæ circa Asiam habitant, quæ in frigidissima est, id est, calidissima, eò quod latitudo parum à via distat solis. Arcus enim meridionalis ab æquinoctiali vsque ad zenith capitis habitantium vocatur latitudo ciuitatis

notos familiarè que patiuntur, si iniuriatos sibi existimant. Et hoc non sine ratione contingit. A quibus enim deberi sibi beneficium expectant, ab eisdem non solum priuari beneficio, sed in super se ladi putant. Unde prouerbio dicitur, Fratrum contentiones & ira sunt acerbissima, & qui se nimium amant, hi se nimium oderunt.

De hominibus quidem igitur qui in Re- publ. futuri sint, & quot esse oportet & quales natura, & de regione quantum, & qualem ferè, determinatum est: non enim eadem certitudo quadam est in his quæ per rationes, & in his quæ fiunt per sensum.

in astronomia: arcus autem colari, qui est ab Oriente vsque ad zenith capitis habitantium, vocatur latitudo ciuitatis. Qui ergo habitant ciuitates ultra Asiam, propter hoc quod parum distant à via solis, & sol bis in anno transe super capita eorum, propter multum calorem climatis sui corpora habent euanida, spiritu naturali destituta, habent tamen spiritus intellectuos lucidos, tenues formas intellectivas optimè representantes: propter quod sunt intellectui & artificiosi, timidi & dolosi: & idè quia timidi sunt, subiiciuntur aliis & perseverant seruietes & non possunt politizare. Genus autem Græcorum, quod medium est inter ista, ut dicit, sicut mediat loco, ita mediat natura, & ambobus participat, sicut medium extremis: & est animosum & intellectuum, & idè liberum perseverat, & maxime politizans, & optimè potens principari omnibus, vnica & optima sortiens politia. Et addit, quod eandem differentiam habent Græcorum ciuitates ad inuicem: sita enim in frigidis locis, habent proprietatem frigidorum: sita autem in locis calidis, habent proprietates calidorum. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Quales autem quosdam, ciues scilicet, natura, id est, complexione naturali & moribus, oportet esse, nunc dicamus. Et dat regulam per quam hoc potest comprehendere in vniuersali, ibi, *Ferè itaque deprehendit vtique quis respiciens ad ciuitates approbatas Græcorum, id est, ad climata ciuitatis, & ad totum orbem terræ. Tota enim quarta nostra habitabilis (vt dicit Ptolemæus in Almag.) quæ est ab æquinoctiali vsque ad polum articum, per septem climata distribuitur, quæ propter diuersam qualitatem aëris diuersas faciunt complexionem habitantium & mores.*

b Et hoc est quod subdit, ibi, *Quæ quidem enim in frigidis locis gentes, supple, habitant. Et dat exemplum, ibi, Et quæ circa Europam, sunt quidem plenæ animositate, intellectu autem & arte deficientes, magis, supple, sunt. Et ex hoc concludit qualem politiam possunt habere, ibi, Propter quod liberè quidem perseverant magis, propter animositatem scilicet, eò quod nulli seruiunt, non politizare autem, & vicinis principari non potentes, propter defectum scilicet intellectus: quia nesciunt. Quæ*

autem

autem circa Asiam, calidissimam scilicet ad Meridiem, intellectus quidem, gentes scilicet, & artificiosæ secundum animam, sine animositate autem. Horum causa sufficienter dicta est in sententia. Et ex hoc concludit, ibi, Propter quod subiectæ quidem & seruietes perseverant: quia timidi in nullo se defendunt.

e Et subdit de mediis, ibi, Genus autem Græcorum, inter Europam scilicet & Asiam habitans, sicut mediat secundum loca, ita ambobus participat. Etenim animosum & intellectuum est. Et ex his concludit, ibi, Propter quod quidem liberum perseverat: quia scilicet animosum, & maxime politizans, supple, est: quia scilicet intellectuum, & potens principari omnibus, vna sortiens politia, monarchia scilicet. Et tangit regnum Alexandri Macedonis, quod omnibus imperabat. Et licet ita in communi sit de ciuitatibus Græcorum, tamen in speciali habent differentiam. Et hoc est. Eandem autem habent differentiam & Græcorum gentes ad inuicem: hæc quidem enim, supple, gentes, habent naturam monocoram, quia scilicet vel tantum sunt animosæ, vel tantum intellectus siue astutæ: hæc autem bene mixtæ sunt ad vtrasque potentias has, scilicet animositatem & intellectualitatem. Illæ enim duæ potentie quasi duo oculi sunt, quibus efficitur homo politizans.

d Deinde cum dicit, Manifestum igitur, quod oportet intellectuos esse, &c. concludit ex præhabitis, quod hæc duo sunt secundum animum, & idè oportet æuagogos, id est, duces æuorum, secundum diuersas ætates & complexionem, institui à legislatoribus, qui æuagogi sunt ad virtutem, id est, ad virtutem ducunt homines. Et confirmat hoc per commune dictum. Quia commune dictum est, quod custodes politiarum oportet amariuos esse notorum, ad ignotos autem syluestres. Est autem animus qui vtramque istorum facit. Et hoc probat per rationem duplicem. Prima est, quod animus est, qui facit quod amatiuum, animæ enim potentia est, qua diligimus. Secunda ratio est à signo sumpta: quia scilicet animus ad notos & amicos attollitur magis quam ad ignotos: aut restringitur & deprimitur, parui pendendi putans ab ipsis. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Manifestum igitur, supple, est, quod oportet intellectuos esse & animosos natura eos qui debent esse æuagogi legislatorum ad virtutem, id est, qui per ordinem politie debent esse duces diuersarum ætatum, qualiter scilicet quælibet ætas communicet ad virtutem.

e Et probat per dictum commune, ibi, Quod quidem enim aiunt quidam oportere existere custodibus, politiarum scilicet. Et subdit quid est illud. Amariuos quidem esse notorum, ad ignotos autem esse syluestres. Et hoc probat, ibi, Animus est, qui facit quod amatiuum. Et dat rationem, ibi, Hæc enim animæ est potentia qua diligimus. Et hoc vterius probat per signum, ibi, Signum autem, supple, est, ad consuetos enim & amicos animus attollitur magis, id est, dilatur magis, quam ad ignotos, parui pendendi putans, supple, ab ignotis. Propter quod Archilocus (Philosophi nomen est) conuenienter amicis querelans disputat ad animum:

quia ex animo totum est. Vnde in hoc laudat Archilocus, quod hoc ponit in animo. Quid autem dixit, qualem scilicet oportet esse animum ad amicum, subdit, ibi, Non enim ab amicis, supple, sunt, à lanceis perforationes, id est, amicos non oportet inuicem malefacere, vel aliquod nocumentum inferre, sed in iucunditate cordis se inuicem recipere. Quia sicut dicit in secundo topicorum, eiusdem moris est amicis benefacere & inimicis male. Et idè Plato in libro Memnonis hoc ipsum ponit in diffinitione hominis. Dicit enim, quod homo est animal disciplinabile & præceptibile, amicis benefactiuum, & inimicis male. Et addit adhuc vnum dicens. Et quod principans autem, in ciuitatibus scilicet, & quod liberum, supple, est in homine, à potentia hac, id est, ab animo existit omnibus. Et ponit rationem, ibi, Principatiuum enim & inuincibile animus, supple, est.

f Deinde cum dicit, Non bene habet dicere, &c. redarguit dictum Archiloci, in hoc quod dixit, quod politicus debet esse grauis ad ignotos: quia ad nullum oportet esse talem politicum, quin imò etiam ad eos qui natura sunt agrestes, oportet politicum esse beneuolum, vt scilicet trahantur ad bonam communicationem: sed ad solos illos qui iniusta agunt, oportet hoc pari, scilicet quod duri & agrestes sint. Et ponit rationem, dicens, quod hoc accidit secundum rationem: quia apud quos sperant beneficentiam, inueniunt nocumentum, ac beneficentia putant priuari, quod est redere malum pro bono: & hoc est factum inimici. Vnde dictum commune est, Scuit qui ab antiquo amicus fuit, & postea incipit malefacere. Et ideo in talibus quidam sunt ultra amici plusquam oportet, & quidam sunt ultra odientes plusquam oportet. Hæc est sententia istius partis. Litera sic ordinatur. Non bene autem habet dicere, graues esse, supple, debere ad ignotos. Et ponit rationem, ibi, Ad nullum enim oportet esse talem, scilicet grauem, vt omnes scilicet beneuolentia prouocentur ad bonum. Et ponit rationem, ibi, Neque sunt, supple, aliqui, qui magnanimi, supple, sunt, natura agrestes: quia aliter non esset verum quod hominis proprium est esse animal manufactum natura, quod tamen secundum omnes Philosophos est proprium hominis. Et subdit ad quos oportet esse agrestes, ibi, Nisi ad iniusta agentes. Et nisi, ponitur hinc exceptiuè. Et dicit quando rationabiliter hoc accidit. Et hoc est quod subdit. Hoc autem magis ad consuetos patiuntur, si scilicet iniusta agunt: unde in Pal. 54. Si inimicus meus male dixisset mihi, sustinuissem vtique: tu verò homo vnanimis, dux meus, & notus meus. Vnde consuetis in beneficia si male agant, debent esse grauios. Et hoc est quod sequitur, ibi, Quod quidem dictum est prius si iniuste pari putant, supple, à consuetis & conciuibus. Et hoc accidit secundum rationem. Et ponit illam, ibi, Apud quos enim deberi beneficentiam putant, id est, sperant cum nocumento, supple, aliquo, & id est, etiam hac, scilicet beneficentia illa, priuari putant. Et confirmat per antiquum dictum. Vnde dictum est: Seueri enim inimici fratrum:

fratrum: quia durum est, quod scilicet ab amico malum pro bono reddatur. Et subiungit, quod utrumque est mali moris, ibi, Hi quidem ultra diligentes, supple, sunt, si diligunt notos in malefactis, ij autem, &, id est, etiam ultra odiunt, qui odiunt extraneos etiam in benefactis.

Deinde subiungit epilogum de omnibus dictis in hoc capitulo & præcedentibus à principio septimi libri, ibi, De politizantibus quidem igitur quot oportet existere, quod scilicet in primo capitulo determinatum est, & quales quosdam natura, quod dictum est in isto capi-

CAPVT VI.

De veris ciuitatis partibus: tum quæ necessariae sunt ciuitati.

Quoniam autem sicut aliorum secundum naturam constantium, non hæ sunt partes totius consistentiæ, sine quibus totum non erit utique, palam quod neque ciuitatis partes ponendum quascumque ciuitatibus necessarium existere, neque alterius communionis vilius, ex qua vnum aliquid genere.

Vnum enim aliquid & commune oportet esse, & hoc communicantibus, siue æquale, siue inæquale trausumant, veluti siue alimentum hoc est, siue regionis multitudo, siue aliquid aliud talium est. Quando autem fuerit hoc quidem huius gratia, hoc autem cuius gratia, nihil in iis commune, sed aut huic quidem facere, huic autem accipere. Dico autem, puta organo omni ad id quod sit opus, & condentibus: domus enim ad ædificatorem nihil est quod sit commune, sed est domus gratia ædificatorum ars. Propter quod opus est possessione ciuitatibus. Possessio autem nulla pars est ciuitatis. Multa autem animata sunt partes possessionis. Ciuitas autem communitas quædam est similitum, gratia autem vitæ contingentis optimæ.

Quoniam autem est felicitas quod optimum, hæc autem virtutis operatio, & vsus quidam perfectus, accidit autem sic, ut hos quidem contingat participare ipsa, hos autem modicum aut nihil, palam quod hæc causa, quare fiant ciuitatis species & differentiæ, & politix plures. Alio enim modo & per alia singuli hæc venantes, & vitas alteras faciunt, & politias.

Considerandum autem & quot sint hæc, sine quibus ciuitas non erit utique. Etenim quæ dicimus esse partes ciuitatis,

adhuc autem regionem quantam quandam, & qualem quandam, quod dictum est in secundo capitulo, determinatum est ferè. Ferè, dicit propter hoc quod non determinatur in particularibus, in quibus plura considerata sunt propter novos casus emergentes tota die. Et hoc est quod sequitur. Non enim eandem certitudinem oportet quærere per rationes, in vniuersalibus scilicet, & eorum quæ sunt per sensum, scilicet in particularibus: sicut enim dixit in antè habitis, in particularibus sensus dignior est ratione.

CAPVT VI.

Cum verò ut aliorum secundum naturam consistentium, non hæ sunt partes totius consistentiæ, sine quibus totum non esse potest, palam quod nec ciuitatis ponendum est esse partes, quacumque ciuitatibus existere necessarium oportet, nec alterius cuiusquam communionis, ex qua fit vnum aliquod genus.

Vnum enim quid & commune esse debet communicantibus, siue æquale, siue inæquale suscipiant, seu si alimentum id sit, siue agri quantitas, siue aliud tale. Sed quando hoc gratia huius, hoc autem non gratia nihil in his commune, sed aut huic quidem facere, huic autem accipere. Dico autem, veluti organo omni ad id opus quod sit, & opificibus: domui enim ad ædificatorem nihil est quod sit commune, sed est domus gratia ædificatorum ars. Quapropter possessione quidem indiget ciuitas, nulla tamen pars ciuitatis est possessio. Multa verò animata sunt possessionis partes. Ciuitas autem communitas quædam est similitum, gratia vitæ, ut maxime fieri potest, optimæ.

Cum verò sit felicitas optimum, ipsa tamen virtutis operatio, & vsus quidam perfectus, contingat autem ita, ut aliqui illius recipiant participationem, alij parum aut nihil, manifestum est, quod hæc est causa, quare ciuitatis species & differentia existunt, pluresque Rerump. forma. Per alium enim modum & alius viis singuli hoc appetentes, & alios viuendi modos fecerunt, & alias Reipubl. disciplinas.

Considerandum autem est quot sint illa, sine quibus ciuitas esse non potest. Nam quas dicimus esse ciuitatis partes, eas necessa-

ris, in iis utique erunt, propterea quod necessarium existere.

Sumendum igitur operum numerum. Ex iis enim erit palam. Primum quidem igitur oportet existere alimentum. Deinde artes: multis enim organis indiget id quod est viuere. Tertio autem arma: communitates enim, necessarium & in ipsis habere arma ad principatum, & inobedientium gratia, & ad conantes iniusta inferre extrinsecus. Adhuc pecuniarum aliquam abundantiam, quatenus habeant & ad opportunitates quæ secundum seipsos, & ad bellicas. Quinto autem & præcipue ea, quæ circa diuinorum curam, quam vocant sacerdotium. Sextum autem numero, & omnium necessarium, iudicium de conferentibus & iustis ad iniucem.

Opera quidem igitur hæc sunt, quibus indiget omnis ciuitas, ut dicere. Ciuitas enim multitudo est non quæcumque, sed ad vitam per se sufficiens, ut diximus. Si autem aliquid horum contingat deficere, impossibile simpliciter per se sufficientem communionem hanc esse.

Necessæ igitur secundum operationes has consistere ciuitatem. Oportet ergo agricolarum esse multitudinem, qui præparent alimenta, & artifices, & quod pugna, & quod opulentum, & sacerdotes, & iudices necessariorum & conferentium.

CAPVT VI.

In isto capitulo determinat Aristoteles, quæ partes in ciuitate sunt necessariae, si feliciter debeat viuere ciuitas. Et habet duas partes, in quarum prima determinat hoc & probat per similitudinem omnium natura constantium. In secunda ostendit per communicationes quas necesse est esse in ciuitatibus, ibi, Quoniam autem est felicitas quod optimum, &c. Circa primum duo facit: primum enim ostendit quod dictum est, scilicet quod sicut omnium natura constantium sunt partes quædam determinatæ, sine quibus non est totum, ita & in politia. Secundò ostendit, quod non omnia quæ sunt necessaria in ciuitate, sunt partes ciuitatis, ibi, Quando autem fuerit hoc quidem huius gratia, &c. Sententia primæ & secundæ partis, quod sicut omnium natura constantium partes organice sunt, per quas impletur opus eius proprium, & sine quibus perfecti non potest, eò quod totius operatio est in communicatione partium propriarum: ita etiam in ciuitate sunt partes quædam, sine quibus non perfectitur com-

munio est in istis subesse.

Capiendus est igitur operum numerus. Ex his enim illud apparebit. Primum igitur debent existere alimenta. Deinde artes: multis enim instrumentis indiget vita. Tertium, arma: nam qui simul in communionem viuunt, necessarium est ipsis habere arma, quibus & magistratibus parere inobedientes compellantur, & quibus vis propulsetur externa. Præterea pecuniarum habendarum facultas quædam, quo illas habere possint & ad proprias indigentias, & ad bellum. Quantum ac primum, circa rem diuinam cultus, quod vocant sacerdotium. Sextum, quod est omnium summè necessarium, iudicium pro utilitate & iustitia contrahentium.

Hæc sunt igitur opera quibus indiget ciuitas omnis. Est enim ciuitas multitudo non quacumque, sed illa, quæ ad vitam per se sufficiens sit, ut diximus. Si vero aliquid horum deficiat, impossibile est simpliciter per se esse sufficientem huiusmodi societatem.

Necessarium est ergo his operibus ciuitatem constare. Esse igitur oportet multitudinem agricolarum, qui victum conferant, & artifices, & pugnatores, & locupletes, & sacerdotes, & iudices necessariorum atque utilium.

munio ad per se sufficientiam, siue comunicet ciuitas secundum æquale, sicut in democratiis & commutationibus quæ sunt secundum æquale medietatis arithmetice siue secundum inæquale, sicut in oligarchiis, & in distribuendis quæ sunt secundum æquale geometricum, quod secundum rem inæquale est. Et dat exemplum in iis in quibus communicant, siue sit regionis multitudo, siue distributio in possessionibus, siue sit aliud aliquid talium: & hoc dicit, quod oportet esse in omnibus, in quibus hoc sit gratia huius, hoc autem alterius: quia in illis oportet esse multas partes, in quibus est aliquid commune continens omnes partes illas. Et huius exemplum ponit in domo. Domus enim si referatur ad ædificatorem, plura non habet, nec commune ad plura, sed est ædificatoris gratia ars & opus ædificantis simpliciter: si autem referatur ad economicam communicationem, de necessitate plura continet, sine quibus non perfectitur communicatio domus, sicut dixit in primo, sicut despotica potentia qua dominus principatur seruo, & nuptialis potentia qua vir principatur ad uxorem, & paterna qua pater principatur ad filios.

filios, & chrismatica siue pecuniatiua, ita etiam est in ciuitate, vt dicit. Ciuitas enim indiget possessione sicut domus indiget pecunia, cum tamen possessio nulla pars ciuitatis sit, sicut nec pecunia domus, & sicut dictum est in præhabitis primi libri, multa animata partes sunt possessionis, sicut asinus & bos. Ciuitas enim communitas est quædam similitudo, gratia vitæ optimæ communicans. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Quoniam autem sicut aliorum secundum naturam constantium, non hæc sunt partes totius consistentiæ, id est, ex quibus constat totum, sine quibus totum non erit vti que, palam, supple, est, quod necque ciuitatis partes, essentielles scilicet, ponendum quascumque ciuitatibus necessarium existere, quia scilicet possessio necessaria est ciuitati, & tamen nulla pars ciuitatis est, ciuitatis enim pars est, quæ in actu ciuilitatis communicat, sicut ciuis, neque alterius communionis nullius (altera negatio superfluit more Græcorum) ex qua, scilicet communiōe, vnum aliquid genere, supple, sit.

b Et dat rationem, ibi, Vnum enim aliquid & commune oportet esse, scilicet ciuitatem, & hoc communicantibus, siue æquale communicent, sicut in democratiis & in communicationibus secundum arithmetica proportionem, siue inæquale, supple, communicent, sicut in oligarchiis, & in distribuendis, transmutant, vel transmutent, in quibus transmutatio sit & distributio secundum æquale geometricum. Et dat exemplum. Veluti siue alimentum hoc est, siue regionis multitudo, quod scilicet ciuibus distribuitur, siue aliud aliquid talium est, in quo scilicet ciues communicant. Et subdit in quibus hoc non est, ibi, Quando autem fuerit hoc quidem huius gratia, scilicet sicut causa efficiens, hoc autem cuius gratia, alterius scilicet ab alio effectu, nihil in his commune, supple, est sicut totum commune est ad partes, sed aut huic quidem est facere, sicut causa efficiens, huic autem accipere, supple, ab efficiente. Et exponit se, subdens. Dico autem, puta organo omni ad id quod sit opus, id est, sicut se habet organum siue instrumentum ad id opus quod sit per instrumentum: ibi enim organum accipit motum ab efficiente, quia non mouetur à se, & idem nulla pars est operis. Et adaptat, ibi, Et condentibus, id est, domum ædificantibus: domus enim, supple, nulla pars est, ad ædificatorem, & nihil est quod sit commune, ad ipsum scilicet, sed est domus gratia ædificatorum ars, id est, artificiatum, & sic, supple, non est communicatio economicæ communicantium. Et adaptat hoc ad ciuitatem, ibi, Propter quod opus est possessione ciuitatibus, sicut instrumentum scilicet: quia sicut dicit in primo Ethic. diuitiæ organice deseruiunt ad felicitatem. Et hoc est quod hic addit. Possessio autem nulla pars est ciuitatis. Multa autem animata, partes sunt possessionis, sicut bos & asinus. Et dat rationem, ibi, Ciuitas enim communitas quædam est similitudo, gratia autem vitæ contingentis optimæ, secundum felicitatem scilicet: & idem supra in libro quarto de ciue dixit, quod ciuis qui verè pars ciuitatis est, est ille qui potest ex libertate

& dignitate participare principatu consiliatiuo & iudicatiuo secundum autarchiam.

c Deinde cum dicit, Quoniam autem est felicitas quod optimum, &c. ostendit quod necessaria sunt partes in ciuitate, per communicationes, quas necesse est ibidem esse. Et circa hoc duo facit. Primum enim ostendit, quod cum multa genera communicantium sunt in ciuitate, quod non æqualiter participant felicitate, sed secundum plus & minus; & idem faciunt diuersas specie communicationes in ciuitate. Secundum reducit omnes istas diuersitates in sex, ibi, Sumendum igitur operum numerum, &c. & enumerat illas. Prima est eorum qui sollicitantur de alimento ciuitatis, sicut agricolæ. Secunda est multitudo & diuersitas artificij, eod quod multis indiget vt organum humana vita, si feliciter debeat viuere. Tertia est arma ferentium: his enim indiget ciuitas, & vt intra se possit principari rebellibus, & extra se possit repellere hostes insurgentes. Quarta est diuitiarum & pecuniæ acquiruntur: quia his indiget ciuitas & ad opportunitates proprias, & aliquando ad bellicas, quando scilicet stipendia sunt danda militibus. Quinta est eorum qui occupantur circa curam diuinorum, sicut Sacerdotes: quia sine cultu diuinorum non potest esse felix vita. Sexta & quæ necessariissima est inter omnes, communicatio iudicum, qui iudicant de conferentibus & iustis in casibus qui tota die emergunt inter ciues. Et addit, quod hæc sunt opera ciuitatis: & si aliquod deficiat, non est perfecta ciuitas. In fine per modum epilogi repetit omnia quæ dicta sunt in hoc capitulo. Hæc est sententia. Litera sic ordinanda est. Quoniam autem est felicitas quod optimum, bonum scilicet, hæc autem, scilicet felicitas, est virtutis operatio, & vsus quidam perfectus: & hoc idem dicit: quia in habitu non est perfectio, cum, sicut dicit in lib. de anima, habitus sit perfectio sicut somnus, actus autem sicut vigilia, felicitas verò est summa perfectio, & idem est operatio, vt dicit in primo Ethic. quod felicitas est operatio secundum propriam & connaturalem virtutem hominis, perfecta & non impedita: & ideo, vt ibi dicit, necesse est vt habeat organice subseruientia, & omnia eam condecorantia, vt in nullo impediatur. Et hoc est quod hic subdit. Accidit autem sic, vt hos quidem contingat participare ipsa, scilicet felicitate, hos autem modicum, alios scilicet, aut nihil, propter defectum ad virtutis operationem. Et concludit ex his, ibi, Palam quod hæc causa, supple, est, quare fiant ciuitatis species & differentia, & politia plures: quia secundum species communicantium differunt species politiarum, sicut in antè habitis sæpissime determinatum est. Et in communi ponit rationem vnam ad omnia, ibi, Alio enim modo & per alia singuli hæc venantes, vitas alteras faciunt, & politias, supple, alteras, quibus scilicet quilibet quærit ad votum viuere.

d Et ex hoc subdit, quod si considerentur ista, sciuntur partes ciuitatis. Et hoc est. Considerandum autem & quor sint hæc, sine quibus ciuitas non erit vti que. Et dat rationem, ibi, Etenim quæ dicimus esse partes ciuitatis, essentielles, supple, in his vti que erunt, propterea quod

quod necessarium existere illas scilicet partes in ciuitate. Secundum, ibi, Sumendum igitur, &c. reducit omnes istas diuersitates in sex, & dicit. Sumendum igitur operum numerum, vt scilicet ex numero operum sumantur partes ciuitatis. Et hoc est. Ex his enim erit palam, scilicet de numero partium. Et enumerat per ordinem, ibi, Primum quidem igitur oportet existere alimentum, deinde artes multas. Et dat rationem, ibi, Multis enim organum indiget id quod est viuere, feliciter scilicet. Tertio autem arma. Et dat rationem, ibi, Communicantes enim, communi scilicet communicatione, necessarium, supple, est, & in ipsis, id est, inter ipsos, habere arma ad principatum, supple, confortandum, & inobedientium gratia, id est, vt possint regere inobedientes ad legum obedientiam. Et subdit aliam utilitatem. Et ad conantes, id est, contra conantes, iniusta inferre extrinsecus, vt scilicet tales repelli possint. Quarto, supple, adhuc pecuniarum aliquam abundantiam. Et subdit causam. Quatenus habeant & ad opportunitates, quæ secundum seipos, supple, sunt, id est, priuatas, & ad bellicas, quando scilicet, stipendiandi sunt milites in bello publico. Quinto autem & præcipue ea quæ circa diuinorum curam. Ciues enim præcipue in cultu Dei curam decet habere: quam, curam scilicet, vocant sacerdotium, quod illo tempore fuit in multitudine

CAPVT VII.

Vtrum omnia ciuitatis omnibus communitati possint.

*D*eterminatis autem istis, reliquum considerate, vtrum omnibus communicanda omnia hæc (Contingit enim eosdem omnes esse & agricolas, & artifices, & consiliarios, & iudicantes) aut secundum vnumquodque opus dictorum alios supponendum, aut hæc quidem propria, hæc autem communia horum ex necessitate sunt.

b Non in omni autem politia hæc. Sicut enim diximus, contingit & omnes communicare omnibus, & non omnes omnibus, sed quosdam quibusdam: hæc enim & faciunt politias alteras. In democratiis enim participant omnes omnibus, in oligarchiis autem è contrario.

c Quoniam autem existimus considerantes de optima politia, hæc autem secundum quam ciuitas vti que erit maxime felix, felicitatem autem, quod sine virtute impossibile est existere, dictum est prius, manifestum quod in optima politizante ciuitate, & habente iustos viros simpliciter, sed non ad suppositionem, neque banausam vitam, neque forensem oportet quærere ciues: vilis enim talis vita, & ad virtutem subcontraria. Neque oportet agricolas esse: opus enim vacatione & ad virtutis generationem, & ad actiones politicas.

D. Alb. Mag. Politic.

CAPVT VII.

*H*is determinatis, reliquum est considerare, vtrum omnes communicare debeant, horum omnium (fieri non potest, vt iidem ipsi sint & agricola, & artifices, & consultores, & iudicantes) an in vnoquoque opere supra dictorum alios ponendum est, an quadam esse propria, quadam verò communia necessarium est.

Sed non in omni Repub. hæc, vt diximus, contingit. Nam fieri potest, vt omnes participant omnibus, & non omnes omnibus, sed quidam quorundam: hæc enim faciunt Rerump. varietatem. Nam in populari quidem participant omnes omnibus, in paucorum autem potentia contrarium est.

Cum autem consideratio nostra sit de optima Repub. ea verò est per quam ciuitas esset maxime felix, felicitatem autem quod sine virtute impossibile est existere, primo diximus, manifestum est ex his quod in ciuitate quæ optime gubernetur, & quæ iustos habeat ciues simpliciter, ac non ad suppositionem, neque artifices, neque mercatores ciues esse oportet: vilis est enim huiusmodi vita, & virtuti aduersa. Nec certè agricolas esse oportet eos qui futuri sint ciues: opus est enim quiete & otio ad virtutem comparandam, & ad Remp. gerendam.

Nn d Quo

d Quoniam autem quod bellicum, & quod consiliarium de conferentibus, & iudicandis de iustis inexistit, & videntur maximè esse partes ciuitatis, vtrum altera & hoc ponendum, aut eisdem dandum ambo.

e Manifestum utique & hoc, quia modo quidem aliquo eisdem, modo autem aliquo & alteris. Qua quidem enim alterius ætatis vtrumque operum, & hoc quidem indiget prudentia, hoc autem potentia, alteris: qua autem impossibilium est, potentes violenter agere & prohibere, hos sufferre subiectos, semper hac eosdem. Qui enim armorum domini, & manendi & non manendi politia sunt domini. Relinquitur igitur eisdem quidem vtrisque dare politiam hanc, non autem simul, sed sicut apertum natum est, potentia quidem in iunioribus, prudentia autem in senioribus. Igitur sic ambobus distribui expedit, & iustum esse videtur: habet enim hæc diuisio quod secundum dignitatem.

f At verò & possessiones oportet esse circa hos: necessarium enim abundantiam existere ciuibus, ciues autem isti. Quod enim banafum, non participat ciuitate, neque alia nulla pars, quæ non virtutis conditiua est: hoc autem palam ex suppositione. Felicitari quidem enim necessarium existere cum virtute: felicem autem ciuitatem non ad partem aliquam ipsius respicientes oportet dicere, sed ad omnes ciues. Manifestum autem & quod oportet possessiones esse horum: siquidem necessarium agricolas esse, seruos, aut barbaros, aut vernaculos.

g Reliquum autem ex dinumeratis, quod sacerdotum genus, manifestum autem & horum ordo. Neque enim agricolam, neque banafum sacerdotem constituendum: à ciuibus enim decet honorari Deos. Quoniam autem diuisum est id quod ciuile in duas partes, hoc est, in id quod armorum, & quod in consiliarium, decet autem cultum exhibere diis, & requiem habere circa ipsos, eos qui propter tempus abdicati sunt, hos assignandum utique erit sanctificationibus.

h Sine quibus quidè igitur ciuitas non consistit, & quot partes ciuitatis, dictum est. Agricolas enim & artifices, & omne quod mercenarium, necessarium existere ciuitatibus, partes autem ciuitatis id quod armorum, & consiliarium, & separatium est utique vnum-

Cum verò hi supersint qui bello intendunt, & hi qui consultant de utilibus, & iudicant de iustis & non iustis, qui quidem maximè videntur partes ciuitatis, vtrum & hos esse alios ponendum sit, an eisdem hominibus ambas partes tribuendum.

Clarum est, quod quodammodo eisdem, & quodammodo aliis. Qua enim alterius vigoris vtrum opus, & alterum prudentia, alterum viribus indiget, aliis: qua verò impossibile est eos qui afferre vim & prohibere hos possunt subiectionem pati, semper eisdem. Qui enim armorum domini sunt, iidem etiam sunt domini status, vel mutationis Reip. Restat igitur, ut eisdem quidem ambobus Respub. tradatur, non simul quidem, sed ut natura fert, vires quidem in iunioribus sunt, prudentia verò in senibus. Sic inter eos distribui commodum est & iustum esse videtur: habebit enim hæc distributio id quod est secundum dignitatem.

Atqui possessiones quoque circa hos esse oportet: necesse est enim facultates adesse ciuibus, hi autem sunt ciues. Nam turba quidem urbana vilium ministrorum, nulla pars est ciuitatis, nec aliud genus quodcumque, quod non sit virtutis effectus: patet hoc ex eo quod præmissimus. Felicitas enim necesse est, ut per virtutem fiat: felicem verò dicere ciuitatem debemus, non ad partem aliquam eius respicientes, sed ad omnes ciues. Manifestum igitur, quod horum esse possessiones oportet: siquidem necesse est agricolas esse, seruos, vel barbaros, vel ministros.

Reliquum est ex his qui supra memorati sunt, genus esse sacerdotum, quorum institutio manifesta est. Neque enim agricola, neque artifex, neque vilium exercitiorum quisquam sacerdos est deputandus: honos enim diis est à ciuibus impendendus. Sed cum distincti sint ciues in partes duas, hoc est, in eos qui arma tenent, & in eos qui consultant, & decens sit diis cultum exhibere, & requiem suscipere eos qui pro tempore in his laborauerunt, ac defessi sunt, his utique esset sacrorum cura demandanda.

Quæ sint igitur, sine quibus ciuitas stare non potest, & quot sint ciuitatis partes, dictum sit. Agricolas enim & artifices, & omne ministerium ciuitatibus existere necessarium est: sed partes ciuitatis sunt, qui arma tenent, & qui consultant, & separatium est vnumquodque istorum, hoc quidem semper, quodque

quodque horum, hoc quidem semper, hoc autem secundum partem.

i Videtur autem non nunc neque recenter hoc esse notum iis, qui de politia philosophantur, quod oportet diuisam esse seorsum secundum genera ciuitatum, & quod bellicum alterum esse, & quod terræ cultiuum. In Ægypto enim habet hoc modo, adhuc autem & nunc quæ circa Cretam: quod quidem igitur circa Ægyptum, Sesostris, ut aiunt, ita lege statuit, Minos autem quæ circa Cretam. Antiqua autem videtur esse & conuiuiorum institutio, quæ quidem circa Cretam facta circa Regem Minois.

k Quæ autem circa Italiam multo antiquiora iis. Aiunt enim historiarum inhabitantium ibi Italum quendam fuisse regem Oenotriæ, à quo nomen transfuentes Italos, pro Oenotriis, vocatos esse, & oram hanc Europæ Italiæ nomen accepisse, quæcunque existit intra sinum Scylleticum, & Lamericum, distant autem hæc ab inuicem itinere mediæ diei. Hunc itaque Italum dicunt Oenotrios pastores existentes fecisse agricolas, & leges ipsis alias posuisse, & conuiuia constituisse primo, propter quod * & nunc vocati cognominatione Ausones. Quod autem ad Iapygiam, & Ionium, Chaones vocatam Syrtim, erant autem & Chaones Oenotrij genere.

l Conuiuiorum quidem igitur institutio, hinc facta fuit prius, separatio autem quæ secundum genus ciuile multitudinis, ex Ægypto. Multis enim excedit temporibus regimen Minois Sesostris.

m Ferè quidem igitur & alia oportet putare inuenta fuisse sæpè in multo tempore, magis autem infinities (necessaria quidem enim opportunitatem ipsam verisimile est docere) quæ autem ad bonam apertitudinem, & circumstantiam existentibus iam iis, rationale accipere incrementum. Quare & circa politias oportet putare eodem modo habere.

n Quod autem omnia antiqua, signum quæ circa Ægyptum sunt, isti enim antiquissimi quidem videntur esse, leges autem sortiti fuerunt & ordines politicos. Propter quod oportet dictis quidem sufficienter vti, prætermissa autem tentare quærere.

D. Alb. Mag. Politic.

hoc verò secundum partem.

Videtur autem non nunc, neque paulò antè, hoc notum fuisse hiis, qui de Republ. philosophantur, quod per genera sit ciuitas distinguenda. Et pugnatorum genus aliud esse, aliud agricolarum. Nam in Ægypto usque ad hoc tempus in hunc modum se habet, & in Creta. In Ægypto quidem Sesostris legem ferente, & in Creta verò Minoe. Antiqua videtur esse etiam comesationum institutio, quod in Creta factum est Minoe regnante.

Sed multò prius hoc in Italia, quam in Creta constitutum fuit. Tradunt enim periti homines illorum fuisse Italum quendam Oenotria regem, à quo mutato nomine, pro Oenotris Itali sunt vocati, oramque illam maritimam Europæ, quæ est inter Scylleticum & Lamericum sinum, distant verò hæc loca inter se meridiei iter. Italia nomen primo cepisse. Hunc ergo Italum tradunt agriculturam Oenotrios docuisse, cum prius essent pastores vagi, ac palantes, illisque leges posuisse, & comesationes instituisse primum. Quapropter etiam nunc quidam illorum populorum comesationibus vtuntur, & legibus quibusdam ab illo positis. Incolebant autem eam Italia partem, quæ ad Tyrrheniã versa est, Opici, qui nunc Ausonij nominantur. Alteram verò partem, quæ ad Iapygiam & Ionium pertinet, incolebant Chaones, Syrtim appellatam, & ipsi quoque ab Oenotris orti.

Inuentio igitur comesationum hinc primum extitit. Diuisio autem ciuitatis per genera apud Ægyptum incepit. Sesostris enim multis temporibus ante fuis quam Minos in Creta regnaret.

Et alia ferè credendum est eodem modo inuenta fuisse multoties in longo tempore, imò verò infinities (nam & quæ necessaria sunt ad usum vitæ, indigentiam ipsam docuisse rationale est) & illis reperiis addita postmodum facta fuisse ad expolitiorem viuendi formam. Quod eodem modo in constitutione Rerumpublicarum accidisse credendum est.

Esse verò cuncta vetusta, signum est, quod Ægyptij, quorum antiquitas maxima putatur, leges habuerunt & ciuilem institutionem. Quapropter vtendum est his quæ sufficienter tradita sunt, & quæ deficiunt, reperire conandum.

Nn 2 Quod

Quod quidem igitur oportet regionem esse arma possidentium, & participantium politia, dictum est prius, & quod agricolam oportet esse alteros ab ipsis, & quantam & qualem oportet esse regionem.

CAPVT VII.

IN isto capitulo incipit Aristoteles determinare, quæ, & quibus, committenda sunt in ciuitate. Et habet tres partes, in quarum prima ostendit qualiter in politia communi, quibus, quæ, committenda sint & commendanda. In secunda reuocat quæstionem prius inductam, scilicet de bello & consiliatio, ibi, *Quoniam autem quod bellicum, &c.* In tertia ostendit quos oportet & quos non oportet applicare ad sacerdotium, ibi, *Reliquum autem ex determinatis, &c.* Circa primum duo facit. Primum mouet quæstionem. Secundum ponit solutionem, ibi, *Quoniam autem existimus, &c.* Sententia primæ partis est hæc. Primum dicit intentionem, quid considerandum est, & statim ponit rationem quare omnia sex quæ supra enumerata sunt, commendanda sunt omnibus ciuibus sine discretionem. Et ratio est hæc. Quia in multis ciuitatibus contingit eisdem esse & agricolam & artificem & consiliarios & iudicantes & arma ferentes: & hoc non posset esse nisi omnibus omnia commendarentur. Et statim vadit per dysfunctionem in oppositum, & quærit, Virumne melius sit quod ad diuersa diuersi ciues supponantur, sicut & secundum rationem videtur debere fieri: quia sicut dicit alibi, vnusquisque de quibus nouit, melius iudicat, & horum est optimus iudex. Et adiungit aliam rationem: quia non in omni politia, omnes omnibus communicant, sed quidam quibusdam, quod, sicut in antè habitis dictum est, facit multas politias etiam in vna ciuitate secundum diuersas communicationes in sex illis, quæ in anteriori capitulo inducta sunt. Et licet in democratiis omnes omnibus principatibus communicent, tamen in oligarchiis è contrario est, vbi maioribus principatibus non communicant nisi insignes. Deinde soluit hanc quæstionem secundum determinationem politia quæ hic consideranda est, & dicit, quod quia consideratur politia ad felicitatem, & felicitas est operatio perfecta secundum virtutem, quod impossibile est, quod felicitas sit sine virtute: quia ciuitas optimè politizans est, quæ habet simpliciter iustos viros & bonos secundum virtutem, & non ad suppositionem, id est, aliquid suppositum, sicut dicimus aliquem bonum fabricum, qui non simpliciter bonus est, sed ad hoc suppositum. Et ex hoc concludit solutionem, dicens, quod ad optimam politiam quæ secundum felicitatem est & virtutem, non oportet querere banauam vitam, id est, mercenariorum de vilibus mercibus, neque forensam, emptioni scilicet & venditioni occupatam: quia sicut dicitur Eccl. 26. Difficile negotiator exiit à negligentia. Et idè est decretum etiam Chrysost. de vita & honestate Clericorum.

Quod igitur agri & possessiones eorum esse debent, qui arma tenent, quippe partes sunt ciuitatis, dictum est, & qua de causa cultores illarum alios esse oportet, & quanta & qualis debet esse regio.

Qui negotiator est, ab Ecclesia expellatur: quia scriptum est in Psalm. Quoniam non cognoui negotiationem. Et est alia litera. De his igitur in communi dicit, quod ad optimam politiam ad virtutem & felicitatem non oportet querere ciues in talibus communicantes. Et dat rationem vnam in communi valde sufficientem, scilicet quia vilis est talis vita & ad virtutem subcontraria, id est, in hoc contraria, èd quod studentes in talibus banauis & forisibus, impediuntur à studio bonæ politia & virtutis & felicitatis. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Addit tamen in fine, quod etiam agricolæ non sunt assumendi ad talem politiam, non propter vitæ vilitatem, sed quia propter occupationem agriculturæ, vacare non possunt ad virtutis generationem & ad actiones politicas. Dicit ergo primò. Determinatis autem his, scilicet dictis operibus, in quibus communicant ciues, reliquum, supple, est, considerare virum omnibus, ciuibus scilicet, communicanda, supple, sunt, omnia hæc, æqualiter scilicet. Et ponit rationem, quod sic, ibi, Contingit enim eisdem ciues omnes esse agricolam, & artificem, & consiliarios, & iudicantes (& hoc conuenit in ciuitate vbi agri ita vicini sunt, quod ciues excolunt eos propriis laboribus) aut secundum vnumquodque opus dictorum alios, supple, ciues, supponendum. Deinde per dysfunctionem vadit in oppositum, ibi, Aut hæc quidem propria, opera scilicet quibusdam ciuibus attributa, hæc autem, scilicet opera, communia horum, id est, de numero horum operum, ex necessitate sunt, sicut iudicium & consiliatum, quæ respiciunt ciuitatem & nullum ciuem propriè.

b Et dat instantiam ad rationem primam, ibi, Non in omni autem politia hæc: sicut enim diximus (in quarto scilicet, vbi distinximus politias (contingit & omnes communicare omnibus, & non omnes omnibus, sed quosdam quibusdam: hæc enim, diuersa scilicet communicatio diuersorum &, id est, etiam, faciunt politias alteras, specie scilicet. Et dat exemplum, ibi, In democratiis enim participant omnes, scilicet ciues, omnibus, scilicet principatibus communicantium, in oligarchiis autem è contrario, in illis enim principatibus non participant nisi insignes.

c Deinde cum dicit, *Quoniam autem existimus, &c.* soluit quæstionem & præmittit quod necessarium est ad solutionem dicens. Quoniam autem existimus considerantes de optima politia. Et determinat quæ sit illa, ibi, Hæc autem, supple, est, secundum quam ciuitas vtiue erit maximè felix: felicitatem autem quod sine virtute impossibile est existere, dictum est prius, manifestum, supple, est, quod in optimè politizante ciuitate & habente iustos viros simpliciter, sed non ad suppositionem, id est, ad hoc

hoc vel ad illud suppositum, neque banauam vitam, neque forensam, id est, negotiatorum oportet querere ciues, supple, sed oportet querere vitam quæ secundum virtutem est. Et ponit rationem, ibi, Vilis enim talis vita, supple, est, & ad virtutem subcontraria, id est, impedimentum habens. Neque oportet agricolam esse, ciues, supple, tales. Et dat rationem, ibi, Opus est enim vacatione & ad virtutis generationem, & ad politicas actiones, ad quæ non potest vacare agricola. Vnde Aueroës super 11. metaph. dicit, quod rusticus neque bonus neque malus est: quia ciuitate ad virtutem non est dispositus.

d Deinde cum dicit, *Quoniam autem quod bellicum, &c.* reuocat quæstionem prius inductam & solutam de duobus maximè operibus, quæ simillima sunt ad virtutem, hoc est, de bellico & consiliatio, bellicum enim similitudinem habet ad fortitudinem, consiliatum autem ad prudentiam. Et quærit vtrum hæc duo sint eisdem committenda, vel non. Et soluit, quod aliquo modo eisdem & aliquo modo diuersis committendum est: eisdem, quia non nisi ciuibus: diuersis, quia ætate differentibus. Bellicum enim fortitudinem requirit, quæ est in iuuenibus, propter quod dicit Plato in Timæo, quod electa iuuentus Athenis ad militiam deputabatur: Critias autem Ægyptius, sicut ibidem dicitur, improperabat Soloni, èd quod iudices & consiliarios haberet iuuenes, sic dicens. Græci pueri estis, & non est in vobis vlla cana sapientia. Sic ergo eisdem & diuersis sunt illa committenda, eisdem, ciuibus scilicet, diuersis, ætate scilicet differentibus. Et de hoc dat rationem. Quia de numero impossibile est, quod potentes ciues aliquid violenter agant, cum eorum sit prohibere subiectos ne aliqua violentia fiat eis: & idèd arma committenda sunt, non aliis, sed ciuibus fortibus, cum tamen iuuenibus & alienis committere arma esset periculum: quia qui domini sunt armorum, per consequens sunt domini manendi vel non manendi politiam. Ex his concludit, quod aliquo modo committenda sunt ista eisdem, & aliquo modo diuersis, secundum ætatem scilicet differentibus. Et probat solutionem, quod sic distribuenda sunt ista duo: quia ista diuisio habet id quod est secundum dignitatem, vt scilicet arma fortibus, & iudicium sapientibus committantur. Addit etiam, quod oportet abundantiam existere ciuibus ad hoc vt ista fieri possint: & cum cuius non sit nisi qui participat virtute & politia, quæ est virtutis conditiua, patet quod banauis & alij participantes operibus, quæ non sunt virtutis conditiua, non sunt pars ciuitatis. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Quoniam autem quod bellicum, & quod consiliatum, supple, est, de conferentibus, & iudicans de iustis inexistit, & videntur maximè esse partes ciuitatis, hæc duo scilicet. Et reuocat quæstionem de illis, vtrum altera & hoc ponendum, aut eisdem dandum ambo.

e Et statim soluit, ibi, Manifestum vtiue & hoc, quia modo quidem aliquo eisdem, supple, danda sunt ista, quia non nisi ciui, modo autem aliquo & alteris. Et quomodo eisdem, ibi, Quia quidem enim aliter ætatis vtrumque

D. Alb. Mag. Politic.

operum, supple, istorum est. Et ostendit quomodo, ibi, Et hoc quidem indiget prudentia, consiliatum scilicet & iudicatum, hoc autem potentia, id est, fortitudine & robore, arma scilicet ferens & militare, aliter, supple, committenda secundum ætatem. Et ponit rationem, quod hæc non sunt committenda nisi ciuibus, ibi, Quia autem impossibile est, potentes, scilicet ciues, violenter agere, & prohibere, hos, scilicet ciues, sufferre subiectos, violentiam scilicet, armis enim vrentium proprium est vt prohibeant ne ciues violentiam ab aliquo sustineant, semper hac, scilicet potentia armata, eisdem, scilicet ciues oportet vti, & eis est committenda & non aliis. Et dat rationem, ibi, Qui enim armorum domini sunt, & manendi & non manendi politiam domini sunt. Huius exemplum est in Italia, qui omnem militiam armatam cogunt habere domicilia in ciuitate, ne subuertant politiam. Et ex his concludit. Relinquitur igitur eisdem quidem vti, que dare potentiam hanc, ciuibus scilicet, non autem simul, sed sicut aptum natum est, potentia quidem in iuuenibus, ex robore scilicet, prudentia autem in senioribus est, ex canitie scilicet mentis & longi temporis experientia. Ex hoc concludit propositum, ibi, Igitur sic ambobus distribuendum est & iustum est. Et dat rationem, ibi, Habet enim hæc diuisio quod secundum dignitatem, vt scilicet iudicia sapientibus, & arma fortibus committantur.

f Et subinfert de abundantia possessionis, quæ seruit ad virtutem organicè, ibi, At verò & possessiones oportet esse circa hos, scilicet viros ciues. Et dat rationem, ibi, Necessarium enim, supple, est, abundantiam existere ciuibus. Ciues autem isti, sunt, supple. Et ratio est: quia ciues non sunt nisi liberi, corrupti autem seruilibus, liberi non sunt. Vnde Aristoteles in primo metaph. vbi assignat rationem liberalium studiorum, dicit quod circa Ægyptum primò liberalia studia constituntur: ibi enim omnibus ad necessitatem & voluptatem existentibus, sacerdotum gens scholam intrare concessa est. Et hoc est quod etiam dicit hic. Quod enim banauum non participat ciuitate, quia non participant libertate, neque alia nulla pars (altera negatio superfluit) quæ non virtutis conditiua est. Et ratio est: quia sola studia vtriusque virtutis, intellectiua scilicet & politia, libera sunt secundum definitionem quam dat Aristoteles in primo metaph. quod liber est, qui sui causa est. Vnde quod volumus propter aliud, hoc quidem vtile est, sed non liberum: non enim est honestatis, vt dicit Tullius. Hoc autem quod dictum est, probat, ibi, Hoc autem palam, supple, est, ex suppositione, id est, ex prius probatis, quibus vtiur tanquam suppositionibus. Et inducit rationem, ibi, Felicitari quidem enim necessarium, supple, est, existere cum virtute: felicem autem ciuitatem, supple, dicimus, non ad partem aliquam ipsius respicientes oportet dicere, sed ad omnes ciues. Et propter hoc, supple, qui nulli operi virtutis intendunt, ciues non sunt, tamen necessarii sunt ad opera ciuitatis. Et hoc est quod sequitur. Manifestum autem, & quod oportet possessiones esse horum, scilicet ciuium: siquidem necessarium

N n 3

cessarium

necessarium agricolam esse, seruos, in bello scilicet, & subiectos, aut barbaros, incultos scilicet liberalibus artibus & legibus, aut vernaculos, qui tamen nulla pars sunt ciuitatis: quia nec libertate ciuium gaudent, nec vacant ad operationem virtutis conditiuum, nec ad politicas actiones, quæ sunt felices ciuitatis, vt dictum est paulò antè.

g Deinde cum dicit, Reliquum autem ex dinumeratis, &c. ostendit quos oportet, & quos non oportet applicare ad sacerdotium. Et habet duas partes. In prima determinat totum ordinem sacerdotij. In secunda ordinem dererminatium probat ex antiquitate gentium, ibi, Videtur autem non nunc, &c. Sententia primæ partis est, quia dicit, quod reliquum, id est, relictum ex dinumeratis officiis est sacerdotium, de cuius ordine adhuc nihil dictum est: consiliatum autem, & militare quod vitur armis, iam ordinata sunt: & dictum est, quod cui committendum est in ciuitate, quia consiliatum sapientibus, militare autem fortibus & iuuenibus: relinquuntur ergo nunc ex dinumeratis ordinare sacerdotium. Dicit ergo, quod hic ordo statim manifestus est. Agricola autem & banausus non sunt constituendi sacerdotes. Et assignat rationem: quia decet à ciuibus honorari Deos, & ad cultum diuinum non debent applicari personæ nisi honorabilibus studiis intendentes, quia non id quod est ciuile simile virtuti, idè diuisum est paulò antè, scilicet in consiliatum, quod assimilatur prudentiæ, & in militare quod est armatum, quod similitudinem habet ad fortitudinem. Dicit igitur, quod decet cultum diuinum existere iis & eis commendandum, & requiem habere à laboribus circa ipsos qui propter tempus abdicati sunt, id est, emeritos, hos est assignandum sanctificationibus. Et dicit repetendo, quod officia sine quibus ciuitas non consistit, sicut iam dictum est, sunt agricolæ & artifices & mercenarij, quorum tamen nullus est aliqua pars ciuitatis, eò quod propter occupationem operum æquali libertate non potiuntur, nec vacare possunt ad virtutis generationem. Relinquuntur ergo, quod partes ciuitatis sunt, militare quod armis deputatur, & separatim ad cultum diuinum: quamuis vnumquodque istorum iterum diuidatur in duo: eò quod officia ista in quibusdam ciuitatibus semper sunt apud eosdem & principantur ad vitam, apud quosdam autem sunt secundum partem temporis, ad annum scilicet, vel ad quinque annos & plus & minus secundum quod determinatum est. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Reliquum autem, id est, relictum ex dinumeratis, officiis scilicet in ciuitate, supple, est, quod sacerdotum genus: hoc enim dominatum officium est & ordinatum aliorum. Et subinfert. Manifestus autem & horum ordo, supple, est. Et ratio est: quia ex ipsa dignitate officij patet, quod indignis personis non est commendandum. Et hoc est. Neque enim agricolam, neque banausum sacerdotem constituendum, supple, est. Et ponit rationem, ibi, A ciuibus enim decet honorari Deos, & non esset honestum, quod agricola callosis manibus contrectaret sacra, nec banausus fuliginosus esset circa sacra. Et hoc

concordat legi diuinæ, in qua constitutum est, quod pulchris & ornatis vestibus induti sacerdotes debent ingredi ad facta. Et vt ostendat quibus commendanda sunt hæc, subdit. Quoniam autem diuisum est id quod ciuile in duas partes, hoc est, in id quod armorum, quod commendandum est iuuenibus & robustis, & in consiliatum, quod commendandum est senibus & sapientibus: decet autem cultum diuinum exhibere Diis, senes scilicet & consiliatos, & supple, decet requiem habere circa ipsos, vt in aliis scilicet non occupentur, qui cultui diuino mancipati sunt. Ex his concludit quibus commendandum est sacerdotium, ibi, Eos qui propter tempus, ætatis scilicet, abdicati sunt, id est, emeriti, qui secundum legem domini sunt à 60. annis & supra, hos assignandum vti que erit sanctificationibus, vt scilicet ministrant in sacris & ordinent ea.

h Et quia iam omnia officia ordinata sunt in ciuitate, quasi epilogando subdit. Sine quibus quidem igitur ciuitas non consistit, officiis scilicet, & quot partes ciuitatis, supple, sunt, dictum est. Et subinfert quæ sunt partes ciuitatis, sine quibus ciuitas non consistit, ibi, Agricolam quidem enim & artifices, & omne quod mercenarium, id est, pro mercede laborans, necessarium, supple, est, existere ciuitatibus, partes autem ciuitatis id quod armorum, id est, militare & consiliatum. Et dicit hæc diuisa esse sicut dictum est. Et hoc est. Et separatim est vti que vnumquodque horum. Et dicit modum separationis, ibi, Hoc quidem semper, ad totam vitam scilicet principantur, hoc autem secundum partem, id est, secundum tempus aliquod, & hoc determinatum est supra, præcipue in libro secundo.

i Deinde cum dicit, Videtur autem non nunc, &c. probat per antiquitates tales esse distinctiones officiorum: & hoc primò probat circa Ægyptios. Secundò circa Italiani. Tertiò circa Iapygiam & Ioniam. Quartò circa distinctionem ciuilem multitudinis probat ex Ægypto, vbi fuit regnum Memnonis. Addit in fine & hoc in multo tempore, vel sapius, vel fortè infinites sic inuenta & instituta fuisse, & quæ ad bonam aptitudinem sic ordinata sunt, rationabile accipere incrementum continuè. Ex omnibus his concludit in fine, quod omnes tales institutiones antiquæ sunt, & oportet vti eis: & si qua prætermilla sunt ab antiquis vtilia ad gubernationem ciuitatis, illa oportet querere. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Videtur autem non nunc neque receniter hoc esse notum his qui de politia philosophantur, id est, philosophantur. Et dicit quid, ibi, Quod oportet diuisam esse seorsim secundum genera ciuitatem, vt scilicet diuersis diuersa officia commendentur, & quod bellicum alterum esse, supple, oportet, & quod terræ cultiuum. Et primò probat circa Ægyptios, ibi, In Ægypto enim habet hoc modo: quia sicut dicitur in Timæo Platonis, Critias loquens ad Solonem, dixit ibi constituisse ciuitatem ante nouem millia annorum optimis legibus gubernatam, quod tamen esse non potuit, quia mundus vsque hodie tantum non sterit. Adhuc autem quæ circa Cretam, vniuersam scilicet, supple, habet hoc modo,

modo, quod scilicet bellicum distinctum est à terræ cultiui. Et inducit legiflatores qui hoc statuerunt, ibi, quod quidem igitur circa Ægyptum, Sefostris, vt aiunt, ita lege statuit, Minos autem (nomen est legiflatoꝝ) quæ circa Cretam, supple, lege statuit. Creta insula est circa Græciam, de quibus dicit Apostolus ad Tit. Cretenfes semper mendaces, malæ bestia, ventres pigri. Et inducit vterius statuta antiquorum de conuiuiis, ibi, Antiqua autem videtur esse & conuiuiorum institutio, circa Cretam scilicet. Et de hac subdit. Quæ quidem circa Cretam facta, supple, est, circa regnum Memnonis, supple, facta est, cui postea Plato scripsit librum Memnonis.

k Secundò probat de his quæ circa Italiani, ibi, Quæ autem circa Italiani multò antiquiora his, supple, sunt. Et hoc probat subdens. Aiunt enim historiæ inhabitantium ibi Italiani quendam fuisse regem Oenotriæ. Oenotria enim primo vocabatur Italia, à quo, scilicet Italo, nomen transuentes, Italos pro Oenotriis vocatos esse, & oram hanc Europæ Italiani nomen accepisse quæcumque, supple, pars existit inter sinum Scylliticum & Lamericum. Scylla canis est in Græco, & in periculis maris sunt lapides quidam eminentes super aquam sicut capita canina, in quibus naues impingunt & franguntur. Lamericum autem est etiam sinus maris, & interpretatur percussus secundum vnam interpretationem, & est periculum quod dicitur Charibdis, quæ vsque hodie sunt duo pericula prope Siciliam in mari Adriatico, de quibus dixit Poëta.

Incidit in Scyllam cupiens vitare Charibdim.

Et hoc est quod hic subdit. Distant autem hæc loca, scilicet maritima, ab inuicem itinere mediæ diei. Quomodo ille Italus statuerit ista, subdit. Hunc itaque Italum dicunt Oenotrios pastores existentes fecisse agricolam, & leges ipsis alias posuisse, quia aliis legibus vniuntur pastores, aliis agricolæ, & conuiuia instituisse primò: propter quod nunc vocati, supple, sunt, cognominatione Aufones, à quodam Aufone, qui primò eis leges posuit. Tertiò probat distinctionem officiorum factam in aliis terris, sicut circa Iapygiam (prouincia quædam est) & Ionium, id est; Græcum mare (Iones enim Græci sunt) Chaones (gens sic vocata) vocatam Syrtim. Sinus est maris. Syrtes enim sunt pericula maris, quando multa loca arenosa de fundo eminent, in quæ naues impingunt & franguntur. Originem autem harum gentium subdit, ibi, Erant Chaones, in Syrtibus scilicet habitantes, Oenotrii genere: Chaones enim ab Oenotriis nati, ad loca illa maritima transfugati sunt.

l Post omnia hæc vniuersaliter concludit, ibi, Conuiuiorum quidem igitur institutio hinc facta fuit primò. Et ratio est sicut narrat Artaus & Tartina pontifices idolorum, in libro quem scribunt de cultura Deorum, quod in festis Deorum quando multas hostias offerebant, ex

quibus pars excedebat sacerdotibus, pars immolanti, habebant paktophoria circa templa, in quibus epulabantur: sicut & in lege Domini constitutum fuit, quod tribus vicibus in anno comparerent in conspectu Domini in epulis conuiuantes: sicut enim hostias potius voluit sibi offerri quam idolis, ita & talia conuiuia voluit sibi potius celebrari quam in honorem idolorum. Vnde sicut dicit Petrus in itinerario Clementis & Glossa super illud Isa. i. Sacrificium taurorum & hircorum nolui, talia ex intentione & per se nunquam voluit Deus: sed cum populus à talibus auerti non posset, elegit Deus ea sibi magis fieri quam idolis. Quartò distinctionem ciuilem multitudinis probat ex Ægypto, ibi, Separatio autem quæ secundum genus ciuilem multitudinis, supple, est, vt scilicet quidam sint agricolæ, quidam arma ferentes, quidam consiliatiui, ex Ægypto, supple, cepit originem. Et dicit rationem, ibi, Multis enim excedit temporibus regnum Memnonis Sefostris, qui ante Memnonem regnavit in Ægypto, & leges posuit.

m Omnibus his dictis dicit, quod etiam alia ad nos deriuata sunt ex antiquis, ibi, Ferè quidem igitur & alia oportet putare inuenta fuisse sæpè in tempore multo, supple, ab antiquis; magis autem infinites, si, supple, ab æterno & infinito tempore stetit mundus, sicut dixerunt & Epicuri & Stoici & Peripatetici, licet nullus eorum probauerit per demonstrationem: sed solus Aristoteles conatus est ad hoc, & defecit nihil probans, nisi quod primus motus per motum non incepit, sicut nos probauimus in summa super secundum sententiarum, & in commento super octauum Physic. Et subdit rationem quare ab antiquis hæc facta sunt, ibi, Necessaria quidem enim opportunitatem ipsam, supple, ad vitæ communicationem, verisimile est dicere: quæ autem ad bonam aptitudinem, supple, vitæ, pertinent & circumstantiam, id est, modum viuendi existentibus iam his; per legis scilicet positionem, rationabile, supple, est, accipere incrementum, à posteris scilicet, propter novos casus emergentes. Ex omnibus his concludit propositum, ibi, Quare & circa politias oportet putare eodem modo, supple, se habere.

n Quod autem omnia antiqua, supple, sint ista, signum, supple, est, quæ circa Ægyptum sunt. Et inducit rationem, ibi, Isti enim antiquissimi videntur esse, leges autem sortiti fuerunt & ordinem politicum inter omnes alios melius. Et ex hoc concludit, ibi, Propter quod oportet dictis quidem sufficienter, ab eis scilicet, vti, prætermilla autem ab eis tentate querere posteriora scilicet.

o Et subdit epilogum de toto capitulo, ibi, Quod quidem igitur oportet regionem esse, arma possidentium & participantium politia; dictum est prius, & quod agricolam oportet esse alteros ab ipsis, & quantam quandam & qualem oportet esse regionem, supple, dictum est à principio septimi vsque huc.

CAPVT VIII.

De parti-
tione re-
gionis.

DE distributione autem, & de agricolis, quos & quales esse oportet, dicendum primo. Quoniam neque communem dicimus oportere esse possessionem, sicut quidam dixerunt, sed vsui amicabilem factam communem, neque egere alimento.

b De conuiuio autem simul videtur optimum esse omnibus ciuitatibus bene institutis existere. Propter quam autem causam simul videtur & nobis, posterius dicemus. Oportet autem iis communicare omnes ciues, non facile autem egenos à propriis afferre quod statutum, & gubernare aliam domum.

c Adhuc autem quæ ad Deos expensæ, sunt communes toti ciuitati.

d Necessarium igitur in duas partes diuisam esse regionem, & hanc quidem esse communem, hanc autem propriam: & harum utramque diuisam esse dupliciter omnibus, communis quidem altera pars ad oblationes ad Deos, altera autem ad expensas conuiuiorum: eius autem quæ singularium, altera pars ad proprias necessitates, altera autem ad ciuitatem.

e Ut duabus sortibus unicuique distributis, verisque locis omnes participant: quod enim æquale sic habet, & quod iustum, & ad municipales vicinos aduersarios magis consentaneum: vbi enim non hunc habet modum, ij quidem paruipendunt inimicitiam ad vicinos, ij autem nimis curant, & præter id quod bonum.

f Propter quod quibusdam lex est, vicinantes conterminos, non participare honore eorum quæ ad ipsos præliorum, tanquam propter proprium non vique potentes consiliari bene. Regionem quidem igitur necesse est diuidi hoc modo, propter prædictas causas.

g Terram autem culturos maximè quidem, si oportet ad votum, seruos esse, neque omnibus eiusdem tribus, neque animosis: sic enim utique ad operationem erunt viles, & ad nihil insolescere securi. Secundo autem barbaros vernaculos consimiles dictis secundum naturam, horum autem proprios quidem in propriis esse possi-

CAPVT VIII.

DE distributione vero ipsius regionis, & qui & quales debent esse cultores, dicendum est. Quandoquidem neque communes omnium censemus esse debere possessiones, ut quidam tradidere, sed vsui amicabilem communes fieri, neque deesse vlli ciuium alimenta.

De comestationibus videtur quoque omnibus vtile esse, ut adsint bene institutis ciuitatibus. Quam verò ob causam nobis quoque idem videatur, postea dicemus. Oportet autem ciues vniuersos ad earum communionem admitti, at non facile est, ut qui pauperes sint, contribuere statutam pensionem ex proprio possint, & ceteram domum gubernare.

Præterea in sacrificiis cultuque deorum sumptus communes esse debent totius ciuitatis.

Est igitur necessarium in duas partes regionem diuidere, & aliam esse publicam, aliam priuatorum. Vtraque illarum partium rursus diuidenda est, illius namque partis quam publicam esse debere diximus, una pars deorum cultui deputanda est, altera verò ad comestationum impensam. Rursus verò priuati agri pars una ad proprias necessitates est deputanda, altera verò ad ciuitatem.

Ut duabus sortibus utrimque distributis, amborum locorum omnes participes sint: æquum enim & iustum ita se habet, & ad finitima bella concordantius: vbi enim hic modus non seruatur, alij faciliter prosiliunt ad finitimorum inimicitias, alij nimium illas refugiant, & contra dignitatem.

Quamobrem apud quosdam lex est, ut qui agros habent vicinos, hi non admittantur ad consilium belli aduersus illos suscipiendi, quasi ob priuatam sui causam rectè consilium dare non valentes. Agrorum igitur per hunc modum facienda partitio est, ob causas antè dictas.

Cultores autem ipsi maximè quidem, si secundum votum optandum est, serui esse debent, neque omnes vnus generis, neque animo elati, ita & ad faciendum opus viles forent, & nihil noui ab eis metueretur. Secundo autem loco barbari ministri, natura similes his quos supra diximus, horum autem in priuatis quidem agris, & ipsi priuatorum dominorum sint, in publicis verò

dentium

dentium substantias, eos autem qui in communi terra, communes. Quo autem modo oportet ut seruis, & quia melius omnibus seruis præmium proponi libertatem, posterius dicemus.

CAPVT VIII.

IN isto capitulo agit de terræ distributione quæ pertinet ad ciuitatem. Et innuit, quod diuiditur in duo, ut prima pars sit de terræ distributione, secunda de situ, quod pertinet ad sanitatem, ibi, Ciuitatem autem quod quidem, &c. Prima adhuc diuiditur in duas partes. In prima facit quod dictum est. In secunda agit de agricolis, ibi, Terram autem culturos, &c. Circa primum tria facit. Primum ponit rationem quare oportet agi de terræ distributione. Secundò determinat qualiter diuidenda est, ibi, Necessarium igitur in duas partes, &c. Tertio ostendit inconueniens apud eos sequi, qui non sic diuidunt, ibi, Vbi enim non hunc habet modum, &c. Sententia primæ partis est hæc. Dicit enim, quod primum inter res duas dicendum est de terræ distributione & de agricolis, antequam dicatur de locis munitis, & qualiter ad sanitatem ciuitas ponenda est: hæc enim duo remanent dicenda in prima parte huius septimi secundum diuisionem quam in principio posuimus. Et rationem vnam inducit quare de distributione agendum est: quia sicut probatum est in antè habitis primi libri, nõ expedit possessiones omnium omnibus esse communes, sicut dixit Socrates & sequaces sui, sed magis expedit secundum Aristotelem, quod amicabilem sint compositæ ad vsum communem, ita quod quilibet propriis intendat melius, & tamen per vsum communem nullus ciuis indigeat alimento. Secunda ratio est: quia in omnibus ciuitatibus bene institutis necesse est esse conuiuia in pastophoriis quæ sunt circa templa, sicut dictum est in præcedenti capitulo, & in festis quæ tota celebrat ciuitas, & quod statutum est conferendum unicuique, non est facile pauperibus afferre ad vsum communes, & cum hoc gubernare domum propriam: expedit ergo aliquam partem terræ distribui ad hoc quod tales sumptus ad conuiuia habeantur, ne expensis nimis grauentur pauperes. Tertia ratio est: quia magnæ expensæ requiruntur in festis Deorum ad oblationes quæ tunc statutæ sunt, sicut etiam in lege Domini statutum fuit quid & quantum in singulis festis offerretur de animalibus, & de aridis, & liquidis, quæ si quilibet de populis deberet offerre, grauaentur nimis: expedit ergo, quod ad hoc quædam pars terræ distributa sit, de qua accipiantur communes sumptus ad ritum Deorum pertinentes. Ex his concludit, quod expedit terram in tria diuidi, ut vna pars deseruiat conuiuio communibus, altera sumptibus ad ritum sacrificiorum pertinentibus, tertia necessitatibus propriis ciuium, sicut dicitur 2. Mac. 3. cap. quod Seleucus rex Asiæ ministrabat omnes sumptus ad ritum sacrificiorum pertinentes. Postea subiungit, quod rationabiliter sic diuiditur terra: quia æquale & iustum

publici. Quemadmodum autem seruis utendum sit, & quare melius est omnibus seruis præmium libertatis esse propositum, postea dicemus.

sic habent inter ciues, & vbi sic non diuiditur, ad vicinos ciues erit inimicitia, quod tunc oportet, quod expensæ tales imponantur vicinis & ciuibus, & de hoc surgunt inimicitia & contentiones propter onera quæ imponuntur eis. In fine concludit quasi epilogando, quod sic oportet diuidi terram. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. De distributione autem terræ, id est, diuisione, & de agricolis, quos scilicet expediat excolere terram, & quos non, & quales oportet esse, supple, agricolas, dicendum primum, supple, est: sicut enim dictum est, tria remanent dicenda ex parte ciuitatis, scilicet diuisio terræ, & situs ad ciuitatem, & munitio, quæ inter hæc primum est de terræ distributione. Et ponit primam rationem, ibi, Quoniam neque communem dicimus oportere esse possessionem, sicut quidam dixerunt, Socrates scilicet & sui, sed vsui amicabilem factam communem, ita scilicet quod quilibet ciuis ex amicitia sua aliis communicet, neque egere alimento, aliquem ciuium, quia scilicet quilibet alij communicat & sic subleuat egestatem.

b Secundam rationem ponit, ibi, De conuiuio autem similiter videtur opportunum esse omnibus ciuitatibus bene institutis existere. Propter quam autem causam simul videtur & nobis, posterius dicemus, in hoc eodem capitulo. Et posito medio rationis statim format argumentum, ibi, Oportet autem his, id est, conuiuio communicare omnes ciues. Et ratio est: quia hæc sunt in festis Deorum, & in demonstrationibus communibus, & solemnitatibus, sicut in nuptiis & receptionibus principum, in quibus, sicut dicitur in quarto Ethicæ, magnifici maximè demonstrantur. Et arguit ex hoc, ibi, Non facile autem egenos à propriis, sumptibus scilicet, afferre quod statutum est, ad conuiuia scilicet, & supple, est hoc, gubernare aliam domum, propriam scilicet. Et vult, quod inferatur: ergo melius est, quod quædam pars separaretur ad tales expensas.

c Tertiam rationem ponit, ibi, Adhuc autem quæ ad Deos expensæ, id est, ad ritus sacrificiorum, sunt communes toti ciuitati.

d Ex hoc concludit subdens. Necessarium igitur, supple, est in duas partes diuisam esse regionem. Et dicit quomodo, ibi, Et hanc quidem, supple, partem esse communem, hanc autem propriam, quæ scilicet ad necessitatem priuatæ familie deseruit, & harum utramque diuisam esse dupliciter omnibus: quia & illa quæ communis est, deseruit ad conuiuia & sacrificia, & illa quæ propria est, deseruit ad vsum priuatos & necessarios, id est, amicales vsus, sicut antè dictum est, quibus subleuantur necessitates proximorum, ne aliquis egeat alimento. Et hoc est. Communis quidem altera pars,

pars, supple, est, ad oblationes ad Deos, id est, quæ pertinent ad Deos: altera autem ad expensas conuiuiorum. Eius autem quæ singularium, altera, scilicet pars, ad proprias necessitates, altera autem ad ciuitatem, & amicabilem communicationem.

e Et subiungit utilitatem quæ est ex hoc, ibi, Vt duabus fortibus vnicuique, quid scilicet, distributis, vtriusque locis, communibus scilicet & priuatis, omnes participant. Et ponit rationem quomodo hoc vtile sit diuidere, ibi, Quod enim æquale, secundum proportionem scilicet geometricam, in qua vnicuique attribuitur secundum dignitatem, & quod iustum, supple, est, sic habet, & omni modo, supple, melius est sic diuidere quam aliter. Et ponit aliam utilitatem ex hoc prouenientem, ibi, Et ad municipales vicinos, id est, principes vnius municipij, aduersarios magis consentaneum. Et ratio est: quia tunc vnusquisque habet quod suum est, cum habet quod sorti suæ impositum est, & sic querelari non potest. Et subdit nocumentum quod prouenit ex hoc, vbi terra non sic diuiditur, ibi, Vbi enim non hunc habet modum, supple, terræ diuisio, hi quidem parvipendunt inimicitiam ad vicinos, quia imponunt eis onera impotabilia expensarum, ex quibus crescunt inimicitia, hi autem nimis curant, inordinatè scilicet taxantes expensas, quosdam autem grauantes, quosdam verò alleuantes, & præter id quod bonum, supple, est.

f Et hoc probat per signum, ibi, Propter quod quibusdam lex est vicinantes conterminos, id est, qui terminos habent vicinos, non comparticipare honore eorum quæ ad ipsos prætorum, id est, quod si prælium aliquando instet, quod vicini non vocentur in adiutorium, ne honorem victoriæ habeant cum ipsis. Et huius ponit causam, ibi, Tanquam propter proprium non vtrique potentes consiliari bene, id est, quia scilicet nihil habent commune cum eis, sed vnusquisque proprium suum defendit, & communibus utilitatibus non bene consulunt. Deinde subiungit epilogum de omnibus dictis, ibi, Regionem quidem igitur necesse diuidi hoc modo, supple, est, propter prædictas causas.

g Deinde cum dicit, Terram autem culturos, &c. ostendit quos expedit applicare ad terræ culturam. Et ponit in his tres gradus. Dicit enim, quod in primo gradu magis vtilis sunt serui, in secundo barbari & vernaculi, in tertio quod in propriis terris magis vtilis sunt proprii,

in communibus autem terris magis vtilis sunt communes. In omnibus tamen his dicit, quod debet caueri ne serui sint eiusdem tribus, id est, consanguinei, neque sint animosi: quia sic erunt ad seruitium magis vtilis, & non de facili insolescunt: tamen in nullo habeant fiduciam tales in merito seruitij sui. In fine addit, quod vtilius est, quod proponatur eis præmium, vt deseruiant quam proponatur eis libertas, quasi propter seruitium liberi possint fieri: diligentius enim seruiunt pro præmio quam pro libertate. Et hoc dicit quod ostendit. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Terram autem culturos maxime quidem, si oportet ad votum, supple, tales eligere, seruos esse, supple, oportet, qui scilicet vel capti sunt in bello & seruari ad obsequia, vel empti in seruitutem, sicut Ioseph emerunt Ægyptij in seruitutem regiam Genes. 33. neque omnibus, supple, existentibus, eiusdem tribus, id est, quod non sint consanguinei ad inuicem, neque animosi, supple, existentibus. Et addit rationem, ibi, Sic enim vtrique ad operationem erunt vtilis, & ad nihil insolescere securi, id est, non habebunt securitatem ex propinquitate sanguinis ad inuicem vel animositatis vnde insolescant contra dominos suos, sed in humilitate & subiectione seruiunt diligenter. Et subdit secundum gradum, ibi, Secundò autem, supple, vtilis ad seruiendum, barbaros vernaculos, id est, emptos vel in domo genitos & nutritos, consimiles dictis secundum naturam, id est, qui nec consanguinei sint ad inuicem, neque animosi: quia hoc facit insolescere frequenter. Et subdit, quia expedit, quod in propriis terris sint proprii serui, in communibus autem communes. Et hoc est. Horum autem, supple, seruorum proprios quidem in propriis esse, supple, expedit possidentium substantias, proprias scilicet, illi enim fideiorem sunt propriis dominis: eos autem qui in communi terra, communes, supple, expedit esse: quia cum tales sint serui glebæ, semper illi terræ fideiorem sunt, ad quam pertinent. De omnibus tamen his subdit, ibi, Quo autem modo oportet vt seruis, & quia melius omnibus seruis præmium, supple, sit præponi libertati, id est, quam libertatem dimittere, postertius dicemus. Et concordat cum hoc quod dicitur Eccl. 33. Iugum & lorum curuant collum durum, & seruum inclinant operationes assidue: seruo maligno tortura & compedes, mitte illum in operationem, ne vacet, multam enim malitiam docuit otiositas.

CAPVT IX.

De situ ciuitatis: de munitione item ac ornatu eiusdem.

Ciuilitatem autem, quod quidem oportet communem esse aridæ & maris, & regionis omnis similiter ex contingentibus, dictum est prius.

b Ipsius autem ad seipsam, si ad votum oportet adipisci positionem, quatuor vtrique respicientes. Primum quidem tanquam necessarium ad sanitatem. Quæ enim ad ortum declinationem

CAPVT IX.

Vrbes autem quod terra, marisque particeps esse debet, & quod ad totam regionem similiter debet esse communis, quantum fieri potest, dictum est prius.

Ipsius autem ad seipsam optandum est positionem sortiri ad quatuor respicientes. Primum ad sanitatem, quod est necessarium. Ad orientem enim solem conuerse vrbes, & ad eos ventos qui inde perflant, saluberrime habent,

habent, & ad ventos flantes ab oriente, saniores. Secundo autem ad Boream: recentiores enim hæc magis. Reliquorum autem ad politicas actiones, & ad bellicas bene habere. Ad bellicas quidem igitur, ipsis quidem boni exitus esse oportet, aduersariis autem difficile adibilem, & difficile comprehensibilem. Aquarum autem & riuorum maxime quidem existere multitudinem conuenientem: si autem non hoc, inuentum est per præparationem susceptorum aquarum, imbrium copiosorum & magnorum, vt nunquam deficiant, prohibiti à regione propter multitudinem.

c Quoniam autem oportet de sanitate inhabitantium sollicitari, hoc autem est imponi locum in tali & ad talem bene: secundò autem aquis sanis vti: & huius curam habere non accessoriè. Quibus enim plurimè vtuntur ad corpus & sapientissimè, hæc plurimum conferunt ad sanitatem: aquarum autem & spiritus natura, hanc habent naturam.

d Propter quod quidem bene sapientibus ciuitatibus oportet distingui, si non omnes similes, neque copiosæ sint valium aquarum, seorsum eas quæ ad alimentum aquas, & eas quæ ad aliam opportunitatem.

e De locis autem munitis non omnibus politis similiter habet quod expediens, puta arx, oligarchicum: democraticum autem æqualitas: aristocraticum autem neutrum, sed magis fortia loca plura.

f Dispositio autem familiarium habitacionum delectabilior puratur & vtilior ad alias actiones, si bene penetralis sit secundum modum iuniorem, & domatium equorum: ad bellicas autem securitates è contrario, vt habebat secundum antiquum: difficilis enim exitus illa extraneis, & difficile perscrutabilis inuadentibus. Propter quod oportet vtriusque iis participare: contingit enim, si quis ita præparauerit, sicut inter agricolas, quas vocant quidam vinearum systadas.

g Et totam quidem ciuitatem non facere facile penetrabilem, secundum partes autem & loca, sic enim ad securitatem & ad ornatum bene habebit.

h De muris autem dicentes non oportere habere virtuti contrafactas ciuitates, valde antiquè existimant, & hoc

briores sunt. Secundo loco quæ sunt secundum Boream sita: hæc namque sunt ad hiberna potiores. In reliquis verò, vt ad civiles res & ad bellicas opportunè se habeat. Ad bellicas quidem, vt facilis sit ciuibus in aliena egressio, hostibus autem difficilis aditus, ac difficilis circumdatio. Aquarum autem & stagnorum abundantiam habeat maxime naturalem: quod si naturalis deficiat, ex aqua pluuia cisterna, & lacus, qui magnam vim aquarum suscipiant, comparentur, ita vt deesse aqua, si quando obsiderentur, nunquam possit.

Sed cum oporteat de sanitate habitantium curam habere, hoc autem sit primum in situ & qualitate loci, secundum in aquarum salubritate vti, in ea quoque re est diligentia, merito adhibenda. Quibus enim plurimum & frequentissimè vtuntur ad corpus, ea plurimum important ad sanitatem: aquarum autem & ventorum potentia talem habet naturam.

Quapropter in ciuitatibus quæ rectè sapiunt, distinguendus est aquarum usus, si non omnes sunt pares, nec abundantia sit earum aquarum, vt alie seorsum aqua ad cibum & potum, alie ad aliam indigentiam deputentur.

Loca autem munita non pariter cunctis ciuitatibus vtilia sunt, vt pura arx ad dominationem vnius, vel paucorum: in populari verò viuendi modo æqualitas loci: in optimatum verò gubernatione neutrum istorum, sed magis loci plures ardui.

Priuarum autem domorum forma gratior & commodior ad ceteras existimatur secundum noniorem istum Hippodamium morem. Sed ad securitatem tutelamque ciuitatis vtilior erat antiquorum edificatio. Habent enim illorum edificia inextricabiles aditus, ex quibus nisi consueti euadere vix possunt, & inscrutabiles latebras, si qui aggrederentur. Ex quo vtriusque horum participare debent: potest enim hoc fieri, si quis ita disponat, vt solent agricola illos quos vocant quidam vinearum tramites.

Et ceteram urbem non facere penetrabilem, sed partes quasdam & loca, sic enim & ad securitatem & ad ornatum se bene habebit.

Mœnia verò qui dicunt non oportere adesse ciuitatibus illis quæ virtutem possideant, nimium prisce loquuntur, & hoc videntes

videntes opere redargutas eas quæ illo modo decorantur.

i Est autem ad consimiles quidem, & non multum differentes multitudine, non bonum tentare saluari per murorum munitionem.

k Quoniam autem & accidit & contingit maiorem excessum fieri insurgentium, quam sit virtus humana & ea quæ in paucis, si oportet saluari, & non pati male, neque iniurias sustinere, firmissimam munitionem murorum existimandum esse bellicosissimam, aliterque & nunc inuentis iis quæ circa sagittas & machinas ad certitudinem infultus.

l Simile enim velle muros non circumponere ciuitatibus, & regionem facile ingressibilem quærere, & circum tollere montana loca: similiter autem & propriis habitationibus non circumponere muros, tanquam non virilibus futuris habitatoribus.

m At verò neque hoc oportet latere, quod circumponentibus quidem muros circa ciuitatem, licet utroque modo vti ciuitatibus, & tanquam habentibus & tanquam non habentibus: iis autem quæ non habent, non licet.

n Si itaque hoc habet modo, non quia muri solum circumponendi, sed & de iis curandum, quatenus & ad ornatum habeant ciuitati decenter, & ad bellicas opportunitates, & ad alias, & ad nunc adiuuentas. Sicut enim inuadentibus cura est per quos modos supergrediantur, sic hæc quidem inuenta sunt, hæc autem quærere oportet, & philosophari custodientes. A principio enim neque conantur inuadere bene præparatos.

CAPVT IX.

*H*ic incipit quærere Aristoteles de septima suppositione, scilicet de sita ciuitatis: quod pertinet ad sanitatem, oportet enim esse ciues in ciuitate vbi est optima politia. Et habet duas partes. Primum enim ostendit ad quem ventum dispositæ sunt saniores ciuitates. Secundò ad quas aquas, ibi, *Aquarum autem & riuorum maxime quidem, &c.* In prima parte dicit tria in summa, quorum primum est, quod virtutis transitu cum quo continuat dicenda dictis, & ordinat secundum quod dicit, quòd qui sapienter disponit ciuitatem, debet eam disponere ad ventos Orientales, vt illis perflabilis sit. Hoc primo. Secundò ad ventum Boream, id

vident per experientiam reprobatur in his ciuitatibus, quæ sibi id ad gloriam iactabant.

Est enim ad pares, ac non multò excedentes multitudine, non satis decorum per mania seruari velle.

Sed cum aliquando contingat & fieri possit, vt multò maior hominum multitudo, & maiore virtute superueniat, si saluos esse oportet, neque perire, neque contumeliis affici, firmissimam munitionem murorum, putandum est opportunissimam esse in bello, præsertim hoc tempore, in quo tormenta & machinæ ad obsidiones vtriusque, cum omni subtilitate sunt adiuuenta.

Simile est enim ciuitatem non circumdandam mœnibus censere, & regionem facilem ad inuadendum quærere, & deicere montuosa loca: & priuatis domibus non circumdare parietes, quasi viles futuri sint habitatores.

Atqui ne id quidem latere oportet, quòd qui mœnibus circumdantur, eis licet in vtramque partem vti vrbibus, & tanquam muros habentibus, & tanquam non habentibus: sed eis qui mœnia non habent, non licet.

Si ergo per hunc modum se habet, non solum mœnia circumdanda sunt vrbibus, verum etiam curandum, vt & ad ornatum ciuitatis se habeant decenter, & ad bellicas opportunitates, tum alias quàm nunc reperta sunt. Vt enim aggressoribus cura est, quibus modis vincant, ita quadam iam reperta sunt, quadam inuestigare atque philosophari oportet eos qui defendunt. Principio enim non aggrediuntur expugnare eos qui bene se præparauerunt.

est, ad Aquilonem: quia ille dissipat nubes & clarificat aërem. Tertium est quod dicit, quòd debet etiam considerare, quòd ciuitas disponatur ad politicas actiones facile exercendas, sicut quod ciuibus sit facilis exitus ex ea & tutus, sed inimicis difficile sit adibilis, & difficiliter ab eis comprehensibilis. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Ciuitatem autem quod quidem oportet communem esse aridæ & maris, & regionis omnis, id est, totius, similiter ex contingentibus, id est, ex omnibus quæ contingunt ad hoc quod bene disposita sit ciuitas, dictum est prius, scilicet in præhabitis capitalis, in quibus determinatum est de sex suppositionibus præcedentibus istam, ab illo loco vbi dicit, *Quoniam autem procemialiter, &c.*

b Et continuat se ad sequens dicens, quòd si ad votum debeat habere dispositionem, quatuor

quatuor respicienda sunt. Et hoc est. Ipsius autem ad seipsam si ad votum oportet adipisci dispositionem, quatuor vti que respicienda sunt. Et enumerat, ibi, Primum quidem tanquam necessarium ad sanitatem, scilicet quod ciues in ea sani permaneant. Et dicit quid est illud, ibi, *Quæ enim ad ortum declinationem habent, id est, ad Orientem, & ad ventos flantes ab Oriente, saniores, supple, sunt.* Rationes omnium istorum assignatæ sunt in lib. meteororum. Secundum ponit, ibi, *Secundò autem, supple, debet esse disposita ciuitas, ad Boream, id est, ad Aquilonem ventum.* Et subdit causam, ibi, *Recentiores enim hæc, scilicet ciuitates, magis, sunt, supple: & ratio est: quia hi venti sunt recti flatus, non inuoluti, nec fortissimæ insufflationis, & idem subriles & recentes faciunt auras.* E contra autem ventus Auster calidum & inuolutum habet flatum & humidum, & ex calido est aperitiuus pororum corporis, & ex humido inductiuus malarum materiarum in corpus, & ex inuoluto flatu turbatiuus, & sic destruit & confundit complexiones corporum. Similiter Occidentalis ventus fortissimæ exsufflationis est, & tempestuosus, & turbatiuus complexionum: & idem non expedit ciuitates ad illos ventus disponi. Hoc est ergo considerandum in situ ciuitatum. Tertium ponit, ibi, *Reliquorum autem, id est, de numero reliquorum considerandum ad politicas actiones, id est, qualiter facile ad eam & ex ea fiant politice actiones, & ad bellicas bene habere.* Et exponit hoc qualiter bene fiat, ibi, *Ad bellicas quidem igitur, ipsi scilicet ciuibus, boni exitus esse oportet, id est, facilis exitus esse contra aduersarios, aduersariis autem difficile adibilem, & difficile comprehensibilem, id est, quod difficulter capi possit ex munitione & situ loci.* Secundò, ibi, *Aquarum autem & riuorum, &c.* ponit quid considerandum est circa aquas ad hoc quod sanitas in ciuitate conferuetur, & dicit. *Aquarum autem & riuorum maxime quidem existerre multitudinem conuenientem, oportet, supple, scilicet in fontibus & riuis & lacubus & puteis.* Et quia non semper inuenitur talis sic abundans aquis sic affluentibus & recentibus, subdit remedium quod inuentum est ab antiquis, ibi, *Si autem non hoc, id est, tales abundantia aquarum sint in situ iuxta ciuitatem, inuentum est, ab antiquis, supple, per præparationem susceptorum, sicut scilicet sunt cisternæ, aquarum, imbrium copiosorum & magnorum per deductionem canalium à teetis fluentium in cisternas, vt nusquam deficient, supple, aquæ in ciuitate, prohibiti, ab hostibus scilicet, à regione, id est, nunquam possint prohiberi quin habeant abundantiam aquarum intra se, etiam si prohibeantur à regione, ne possint intrare regionem, propter multitudinem, hostium scilicet.*

c Et subdit quales aquas oportet congregare ad sanitatem, ibi, *Quoniam autem oportet de sanitate habitantium sollicitari, hoc autem est impositi locum, scilicet ciuitatis, in tali & ad talem bene, id est, talem situm qualis dictus est quantum ad ventum.* Secundò autem quis sanis vti: & huius curam habere non accessorie, id est, perfunctorie, sed magnam curam. Et dat

D. Albert. Mag. Politic.

rationem, ibi, *Quibus enim plurimi vtuntur ad corpus, ciues scilicet, & sapissimè, hæc plurimum conferunt ad sanitatem.* Et ostendit, quòd hoc est in aquis & ventis, ibi, *Aquarum autem & spiritus, id est, venti natura, hanc naturam habent, quod scilicet homines vtuntur eis sapissimè ad corporis naturam.*

d Et hoc probat per signum, ibi, *Propter quod quidem in bene sapientibus ciuitatibus, id est, sapienter dispositis, oportet distingui si non omnes similes, supple, sunt aquæ, neque copiosæ, æqualiter scilicet, sint talium aquarum, supple, præparationes, scilicet eas, distinguere, supple, quæ ad alimentum aquas, vt illæ scilicet sint synceriores & recentiores, & eas quæ ad aliam opportunitatem, sicut, supple, ad balnea & loruram vestimentorum & huiusmodi, in quibus tanta synceritas non requiritur: sic enim antiqui distinxerunt aquas.*

e De locis autem munitis, &c. Hic incipit agere de octaua suppositione, scilicet de ædificiis & munitione ciuitatis: & habet duas partes, in quarum prima agit de ædificiis communibus. In secunda de munitione murorum, ibi, *Quoniam autem & accidit, &c.* Circa primum duo facit. Primum enim ostendit quæ ædificia cuiuslibet politice conueniant. Secundò tangit quandam antiquam opinionem, & destruit eam, ibi, *De muris autem dicentes, &c.* Sententia primæ partis hæc est. Dicit enim, quòd non æqualiter se habet expediens circa ædificia in diuersis politis. Arx enim quæ ædificabatur antiquitus in ciuitatibus, pro habitatione regis, sicut fuit arx Sion in Ierusalem, & arces aliæ pro habitatione nobilium & insignium, sunt ædificia expediens & in oligarchiis & monarchiis: æqualitas autem ædificiorum expedit in democratiis: in aristocratiis autem neutrum, sed diuersa ædificia fortia. Et hoc est quantum ad munitiones. Et subdit de communibus habitationibus, dicens, quòd communes habitationes delectabiliores sunt & vtiliores ad communes actiones quando sunt bene penetrabiles, id est, multa penetrabilia habentes, & multa habentes domata ad equos & ad alia animalia stabulanda & ad alias necessitates familiares. Sed ad bellicas securitates è contrario se habet: in illis enim non oportet imitari modum iuniorum, id est, posteriorum, sed antiquorum, vt scilicet ædificia sint non facile penetrabilia, sed habeant difficiles exitus extraneis, & sint difficulter perscrutabilia inuadentibus. Et ostendit inconueniens si sit aliter. Dicit enim, quòd si quis facit ciuitatem in ædificiis, sicut inter agricolas sunt systadæ, id est, vmbracula vinearum, faciet ciuitatem totam facile penetrabilem: & hoc non expedit, quòd vbi que possit adiri ciuitas: sed secundum partes debent fieri aditus, in portis scilicet, & vicis: quia hoc & ad securitatem & ad ornatum melius est. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. De locis autem munitis non omnibus politis similiter habet quod expediens. Et subdit de similitudine, ibi, *Putat arx, oligarchicum & monarchicum, supple, est, Per arces enim insignes & Reges confortantur: democraticum autem æqualitas, supple, est ædificiorum, quia per hoc confortatur populus qui principatur in democratiis:*

O o aristocra

aristocraticum autem neutrum, supple, est, sed magis fortia loca plura, ut scilicet fortia loca aptentur aristocratia in quantum oligarchia quædam est: plura autem aptantur ei in quantum plures sunt & principatus plurium ex virtute insignium.

f Et subdit de communibus habitationibus, ibi, Dispositio autem familiarium habitatorum, in quibus scilicet singuli cum familiis suis habitant, derectabilior putatur & utilior ad alias actiones, domesticas scilicet, si bene penetrabilis sit, id est, bene acceptabilis, & multa penetrabilia habeat pro habitaculis servitorum & patrifamilias & vxorum, & domatium equorum, id est, habeat multa domata pro equis & aliis animalibus stabulandis secundum iuniorum. Modam iuniorum vocat, qui hic à posteris est inuentus, quia multiplicatis hominibus, per quos incrementa acceperunt civitates: antiquorum enim modus, ut dictum est, non fuit talis, sed unusquisque in agris habitabat, in tentoriis, sicut nunc habitant Tartari, & sicut quondam Abraham ad ilicem Mambrae, & Loth, & alij antiqui. Et subdit, quod iste modus non valet ad bellicas operationes, sed potius è contrario. Et hoc est. Ad bellicas autem securitates è contrario, supple, se habet, ut habebat secundum antiquum modum, id est, ædificia antiquorum. Et dicit quomodo, ibi, Difficilis enim exitus (genitui casus) illa, supple, erant, extraneis, & difficilè perferutabilis inuadentibus, supple, erat locus ille: & hoc fiebat ne furta fierent. Ex his concludit, ibi, Propter quod oportet utrisque his participare, scilicet posteriorum modo & antiquorum, ut scilicet magis expediens ex utrisque expediatur. Et ostendit inconueniens si non ita fiat, ibi, Contingit enim, si quis ita preparauerit, sicut inter agricolas, quas vocant quidam vinearum systadas. Systada sunt vinearum vmbracula, in quibus consistunt vinearum custodes, qui de facili subiciuntur.

g Et addit. Et totam quidem civitatem non facere facilè penetrabilem: quia si tota facilè penetrabilis est, tunc potens est absque murorum ambitu, & subicitur sicut systada vinearum. Et ostendit qualiter debet fieri, ibi, Secundum partes (Alia translatio habet secundum portas) & loca, specialia scilicet, vbi debent esse introitus, civitatem, faciat penetrabilem. Et tangit hoc quod dicit Vitruvius in libro de architectura, quod scilicet antiquæ civitates signabantur per aratrum quantum ad ambitum civitatis, & vbi debebat relinqui introitus in civitatem, ibi eleuabatur aratrum, & portabatur, ne vomere scinderetur terra, sed via plana remaneret. Ab hac ergo aratri portatione porta dicebatur. Et ponit rationem quare sic faciendum est, ibi, Sic enim & ad securitatem & ad ornatum bene habebit. Ornatus enim & securitas civitatis maximè in portis est.

h Secundò, cum dicit, De muris autem dicentes, &c. tangit opinionem quandam quorundam qui dixerunt, quod non oporteret civitatem munire muris, & dicit, quod hæc existimatio valde antiqua est, & redarguit civitates factas, & munitas muris & decora-

tas. Dicit tamen, quod satis rationale est, quod civitates consimiles, multitudine civium ad se inuicem non differentes, contra se inuicem non se munit: quia sine muris bene resistunt sibi, cum sint viribus æquales. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. De muris autem, munitibus scilicet civitatem, dicentes non oportere habere virtuti contrafactas civitates, valde antiquè existimant, quia valde sic antiqui fecerunt, & hoc videntes opere redargutas eas quæ illo modo decorantur, id est, videntes opera antiquorum, putant ipso opere redargutas esse civitates, quæ illo modo, scilicet portis & muris decorantur.

i Deinde laudat opinionem in quo laudanda est, ibi, Est autem ad consimiles quidem, supple, civitates, & non multum differentes multitudine, scilicet civium, non bonum tentare saluari per murorum munitionem. Et ratio est: quia per æqualitatem virium & pugnatorum bene saluantur ad se inuicem sine muris.

k Deinde cum dicit, Quoniam autem & accidit, &c. inducit rationes per quas probat muros esse necessarios & circa civitatem & circa ædificia particularia. Et ponit quatuor rationes. Prima est: quia non semper æquales sunt civitates in viribus, sed contingit maiorem esse excessum insurgentium quam sit virtus humana resistendi in paucis: & idè si illos saluari oportet, viles sint muri ad bellicosas operationes. Ratio est: quia modò inuenta sunt multa quæ antiquitus non fuerunt in machinis & sagittis, quibus hostes faciunt insultus, contra quæ viles sunt muri. Tertia ducit ad inconueniens: quia dicere, quod muri non sint necessarii, hoc est dicere, quod vile est, quod sit penetrabilis, quod est valde inconueniens: & hoc etiam est dicere, quod oportet montana circumtollere & munire, ut oppidantur viae strictæ, ne hostis valeat ingredi, quod iterum inconueniens est. Aliud inconueniens iterum est: quia dicere, quod non oportet muros circumponi habitationibus, est opinari, quod extraneus & hostis nunquam sit habiturus vites, quod valde improbabile est. Quarta ratio est, quod civitas habens muros, dupliciter potest se habere: potest enim se habere ut non habens apertionem scilicet portarum ad receptionem, & potest se habere ut habens exclusionem hostium. Civitas autem non habens muros, caret altera istarum utilitatum: & idè melius est habere quam non habere. Ex omnibus his concludit, quod curam oportet habere murorum, ut sit & ad ornatum civitatis & ad bellicas opportunitates, & ad alia quæ à posteris inuenta sunt in machinis & sagittis & aliis inuasionibus hostium: quia sicut insurgentes modos inuadunt, quibus aggrediuntur & supergrediuntur eos quos inuadunt, per arma scilicet impugnationis, sic eos qui inuaduntur, est querere modos, & philosophari qualiter se defendant per arma defensionis: quia hostis etiam in principio non conatur inuadere eum quem videt bene paratum ad defensionem. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Quoniam autem accidit & contingit maiorem excessum fieri insurgentium, in viribus scilicet, quam sit virtus humana & ea quæ

in

in paucis, civibus scilicet, si oportet saluari, supple, à talibus insurgentibus, & non pati malè, ab illis, supple, neque iniurias sustinere, oportet, supple, firmissimam munitionem murorum existimandum, supple, est, esse bellicosissimam: quia munitione muri debilis resistit forti, & pauci multis. Hæc est ratio prima. Secundam rationem ponit, ibi, Aliter & nunc inuentis iis quæ circa sagittas & machinas ad certitudinem insultus, supple, oportet, muros esse viles, quibus repellantur ictus machinæ & sagittariorum. Et hæc est secunda ratio.

l Tertiam rationem ponit, ibi, Simile enim velle, &c. quæ ducit ad tria inconuenientia. Primum est hoc. Simile enim velle muros non circumponere civitatibus, & regionem facilè ingressibilem querere, scilicet civitatem & regionem, quod est valde inconueniens. Secundum inconueniens ponit, ibi, Et circumtollere montana loca, id est, velle muris non occupare montana loca, & circumtollere muris & turribus, quod etiam inconueniens, quia per hoc oppidantur viae arte, ne hostis valeat ingredi. Tertium inconueniens ponit, ibi, Similiter autem & propriis habitationibus non circumponere muros, supple, velle, tanquam non virilibus futuris, supple, habituris, habitatoribus, quia valde probabile est, quod futuri habitatores semper habeant vires ad impugnandum, contra quos muri sunt necessarii.

CAPVT X.

De ædibus sacris, foris & locis comestationum.

Q uoniam autem oportet multitudinem quidem civium in conuiuia distributam esse, muros autem distinctos esse obseruatoriis & turribus in locis opportunis, & hæc quidem vique hoc modo disponet aliquis.

b Eas autem quæ diuinis appropriantur habitationes, & principalissima antiquorum conuiuia, congruit locum idoneum habere. Et eundem quemcumque non sacrorum lex determinauit seorsum, vel aliquod oraculum aliud Apollinis responsiuum. Erit autem utique talis locus, qui apparentiam habet ad virtutis positionem sufficienter, & ad vicinas partes civitatis eminenter.

c Decet autem sub hoc quidem loco, talis quidem fori esse præparationem, qualem & circa Thessaliam nominant, quem Liberum vocant, id est, quod debet esse purum ab omni mercatu, & neque opifices, neque agricolas, neque alios illos tales illi appropinquare, nisi à magistratibus vocarentur.

D. Alb. Mag. Politic.

CAPVT X.

C um verò multitudo civium in comestationes distributa esse debeat, mœnia verò sint præsidia quibusdam, & turribus per opportuna loca interpositis munienda, clarum est, quod res exigit aliquas comestationum illis ipsis præsidis collocari. Et hæc quidem per hunc utique modum videntur constitutenda.

Ædes verò deorum, ac principalissimè magistratuum comestationes, idoneum locum habere debent, & eundem sacra quotcumque lex non separat, aut responsum oraculi. Esset autem talis locus, qui quisque supereminetiam haberet, & ad edendam virtutem sufficienter, & ad vicinas partes civitatis excellenter.

Decet autem sub hunc locum constructionem fori esse talem, qualis est in Thessalia eius, quod Liberum vocant, id est, quod debet esse purum ab omni mercatu, & neque opifices, neque agricolas, neque alios illos tales illi appropinquare, nisi à magistratibus vocarentur.

O. 2 appropin

appropinquare, non vocatum à principibus.

d Erit autem utique bene gratiosus locus, si & gymnasia seniorum habeant ordinem hunc. Decet enim diuisum esse secundum ætates & hunc ornatum, & apud iuniores quidem principes aliquos demorari, matronas autem apud principes. Quæ enim in oculis præsentia principum maximè efficit veracem verecundiam, & eum qui liberorum timorem.

e Venalium autem forum oportet esse aliud ab hoc, & seorsum habens locum seu synagogum iis quæ à mari mittuntur, & iis quæ à regionibus omnibus.

f Quoniam autem ciuitatis multitudo diuiditur in sacerdotes, & in principes, decet & sacerdotum conuiuia habere ordinem circa ædes sacras. Principatum autem quicumque circa contractus faciunt curam, & circa scripturas sententiarum, & vocations, & aliam talem dispensationem, adhuc autem circa agoranomiam & eam quæ vocatur astynomia, apud forum quidem oportet & in concursu quodam communi constitui, talis autem qui circa necessarium forum locus est: in vacatione enim esse id quod superius ponimus, hoc autem ad necessarias actiones.

g Distributa autem esse oportet dicto ordine & quæ circa regionem. Etenim in principantibus (quos vocant ij quidem Hyloros, ij autem Agronomos & feruatores) & conuiuia ad custodiam necessariam existere. Est autem sacra per regionem esse distributa, hæc quidem Diis, hæc quidem Heroibus.

h Sed immorari nunc diligenter exquirentes & dicentes de talibus inutile est. Non enim difficile est talia intelligere, sed facere magis. Dicere quidem enim vori opus est, euenire autem, fortunæ. Propter quod de talibus quod quidem ad plus dimittatur nunc.

Esset verò is locus gravior, si & gymnasia seniorum in eo sint constituta. Decet enim secundum ætates distribui hunc ornatum, & in iunioribus magistratus quosdam versari, seniores autem magistratibus assistere. Præsentia enim magistratum ante oculos posita, gignit veram reuerentiam, liberalemque pudorem.

Venalium autem rerum aliud forum esse debet, & alio loco situm accessu facile, quo & à terra, & à mari facilis sit importatio omnium.

Cum vero multitudo ciuium diuisa sit in sacerdotes & magistratus, dicens est sacerdotibus circa ædes sacras esse comessationes institutas. Magistratum autem quicumque de contractibus dicunt, & qui de accusationibus cognoscunt, & qui circa vocations in ius, & aliam huiusmodi administrationem intendunt, & insuper qui adilitatis & urbanarum rerum curam gerunt, iuxta forum in loco celebri, communique sunt comessationes statuenda, talis est locus illius fori in quo necessaria venundantur: nam alterum illud forum superiori loco situm debere esse diximus otiosum, hoc autem ad negotia rerum necessariarum deputari.

Hunc eundem ordinem in regione quoque imitandum esse dicimus. Sunt enim magistratus quidam apud rusticos (quos alij custodes, alij rectores appellant) quibus & loca ad custodiam regionis, & comessationes sunt iisdem in locis constituenda. Templaque quoque per agros distributa esse debent, partim Diis, partim Heroibus.

Sed immorari nunc circa ista superfluum est, cum sint illa non difficilia cognita, sed magis facta. Dicere enim voti est, euenire autem fortuna. Quapropter circa talia insistere ad præsens omittamus.

CAPVT

CAPVT X.

a IN isto decimo capitulo tractat Aristoteles de nona suppositione. Et habet duas partes. Prima est de ritu sacrorum in cultura Deorum. Secunda de ædificiis quæ pertinent ad principes & heroes, qui semi-Dij antiquitus à Poëtis dicebantur, siue sint in ciuitate, siue sint per regionem distributa, ibi, *Quoniam autem multitudo ciuitatis, &c.* Circa ædes autem sacras quatuor determinantur. Primum est, quomodo distributa sunt & ædes & conuiuia in ædibus. Secundum, qualiter Apollini & aliis Diis est ædificandum. Tertium est, quod oportet talia loca separata esse à foro rerum venalium. Quartum, qualiter in celebratione sacrorum & quo ordine talibus locis est appropinquandum. Quinto dicit, qualiter oportet ponere forum rerum venalium. Et in his continetur tota sententia primæ partis capituli. Litera sic ordinatur. Quoniam autem oportet multitudinem quidem ciuium in conuiuio distributam esse, id est, distinctam & ordinatam, ut scilicet qui sunt eiusdem communicationis, similiter sint in conuiuio, & ab aliis sequestrati, muros autem, qui scilicet muniunt ciuitatem, distinctos esse, supple, oportet, obseruatois, id est, propugnaculis, in quibus obseruant se murum defendentes, & turribus, quæ exaltantur, ut ex his longius appareant hostes, & iacula proiici possint, & locis opportunis, quæ scilicet ædificantur circa ciuitatem, ut facilius excludatur & repellatur hostis. Et de omnibus his vniuersaliter subdit. Et hoc quidem utique hoc modo disponet aliquis, sicut, supple, in præcedenti capitulo dictum est, hoc enim quod iam dictum est, quasi epilogalis conclusio est præcedentis capituli.

b Eas autem quæ diuinis appropriantur habitationes, & principalissima antiquorum conuiuia, quæ in festis Deorum fiebant: congruit locum idoneum habere, & eundem quemcumque non sacrorum lex determinauit, ad loci scilicet puritatem & munditiam. Hanc legem ponit Vitruuius, quod scilicet Veneri non in ciuitate ædificetur, sed extra in locis floridis, ne si intus essent matronæ videntes lasciuias sacrorum Veneris, dissoluerentur in lasciuiam. Marti autem extra ciuitatem ædificabatur in locis lapidosi & asperis: Saturno verò in locis syluosis, in lucis scilicet. Et hoc est quod etiã dicit hic. Seorsum, vel aliquod oraculum, id est, templum: in apparitionibus enim oracula dij præstabant aliud. Et dat exemplum, ibi, Apollinis scilicet qui Deus erat sapientiæ, cui septem sapientes primi consecrati sunt, Bias scilicet, & Thales Milesius & alij quinque. Et quare dixerit oraculum, subdit, responsum, id est, in quibus Dij respondebant sacerdotibus per oracula: sicut enim docet hermes Ægyptius, quem Beatus Augustinus inducit in lib. de ciuitate Dei, & vocat eum cognomento Trismegistus, error illius temporis tantum inualuit, quod dæmones quos vocabant intellectus, carminibus quibusdam applicabant imaginibus idolorum, & dabant responsa. Qualiter ergo talia sunt ponenda, determinat subdens, ibi, Erit autem utique talis locus, *D. Alb. Mag. Politic.*

qui apparentiam habet ad virtutis positionem sufficienter, id est, qui exteriori pulchritudine congruit pulchritudini virtutis quæ est in cultu. Et hoc determinat ulterius subdens. Et ad vicinas partes ciuitatis eminenter, supple, se habere. Et hoc dicit Vitruuius propter Iouis sacra, quæ in collibus, & montibus colebantur, quem etiam dixerunt Iouem, id est, viuentei patrem, quia propitius esset hominibus & rex Deorum. Vnde Ouidius.

Iupiter esse pius statuit quodcumque inuaret.

Et Iosephus & Augustinus dixerunt de quibusdam quos Augustus quærebat interficere, eò quod iuxta diuinationem aliquorum putabat eos se priuatos regno Romano, & vocatos dixisse se non esse talis fortunæ, qui talia possent perficere, eò quod non essent eis nisi triginta solidorum redditus, quos propriis manibus excolerent, & præferrebant manus callosas in argumentum fidei. Dixit Iosephus imperator, Homines isti boni Deum cæli colunt, quem vos Iouem appellatis. De his locis addit ulterius.

c Decet autem sub hoc quidem loco talis quidem fori esse præparationem, qualem, & id est, etiam circa Thesaliam nominant. Ciuitas est Asiæ, in qua Liberum colebant, & talis præparatio fori fuit circa templum, qualis ad Liberi sacra requirebatur: & ita fuit circa templa aliorum Deorum, quod ea tantum circa templum erant quæ ad sacra Deorum requirebantur. Et hoc est quod hic addit. Quam, scilicet ciuitatem, & Liberam vocant, id est, Liberi sacris deditam. De Libero autem dicit Rabanus 1. Machab. 6. super illud, Et cum Liberi sacra celebrarentur, sic Liberum Patrem Deum vini gentiles esse dixerunt, cuius sacra Antiochus in natali suo maxime celebrari iussit, eò quod illum natali suo fauere credebat: nam Liberum à liberando appellari voluit, quod maris in coeundo per eius beneficium emissis feminibus liberentur: propter quod idem Liber muliebri & delicato corpore pingitur. Dicunt enim mulieres attributas ei & vinum propter excitandam libidinem. Vnde & frons eius pampino cingitur: sed ideò coronam vitream & cornu habet, quia cum gratè & moderatè vinum bibitur, præstat lætitiã: cum verò extra modum, excitat lites & cornua dat. Idem autem & liæus dicitur à potu liæi, ideò, quod multo vino membro soluantur. Et si quid aliud dicitur, non intendit nisi quod circa Deorum templa, non debent esse venalia nisi ea quæ ad sacrum Deorum pertinent. Et hoc est quod subdit, ibi, Hoc autem est, quod oportet purum esse à venalibus omnibus, aliis scilicet, quæ non pertinent ad ritum sacrificiorum, & neque banauisum, neque agricolam, neque alium aliquem talem, mercenarium scilicet, appropinquare, præciue ad aras, non vocatum à principibus, scilicet sacerdotum.

d Qualiter autem hoc fiat, subdit, ibi, Erit autem utique bene gratiosus locus, si & gymnasia seniorum habeant ordinem hunc, id est, circa templum. Gymnasium dicitur à Græco gymnos quod est labor, & vocat gymnasia gradus & receptacula in templis, quibus stabant

secundum ordinem laborantes ad placationem Deorum. Et hoc est. Decet enim diuisum esse secundum ætates & hunc ornatum, ut scilicet seniores immediati sint post Sacerdotes, & iuniores post principes seniores, & matronæ in oculis seniorum. Et hoc est. Et apud iuniores quidem principes aliquos demorati, qui scilicet compellant eos ab insolentis, matronas autem apud principes. Et ponit causam, ibi; Quæ enim in oculis præsentia principum maxime efficit veracem verecundiam, matronatum scilicet, & eum qui liberorum, id est, natorum iuniorum, timorem, ne scilicet insolescendo laudes diuinas impediatur.

e Et quia remouit forum à templis, dicit ubi ponendum forum, ibi, Venalium autem forum oportet esse aliud ab hoc, loco scilicet templorum, adhuc & seorsum habens locum, à templis scilicet, seu synagogum iis quæ à mari mittuntur, & iis quæ à regionibus, supple, mittuntur, id est, ad quod bene & facile ductibilia sunt, quæ veniunt à mari & regione venalia. Et in hoc terminatur prima pars capituli.

f Deinde cum dicit, Quoniam autem multitudo ciuitatis, &c. determinat de locis & ædibus Heroum & principum in ciuitate existentium. Et habet tres partes, eò quod ciuitas diuiditur in tres partes. In prima enim ordinat ædes Sacerdotum. In secunda iudicum & consiliariorum ædes, ibi, Principatum autem quicumque, &c. In tertia ædes Agronomorum & Hyolorum & Heroum, ibi, Adhuc autem circa agronomiam, &c. Et in his tribus continetur tota sententia. Litera sic exponitur. Quoniam autem multitudo ciuitatis diuiditur in Sacerdotes, & in principes, secundum scilicet diuersitatem principum, decet & Sacerdotum conuiuia habere ordinem circa sacras ædes: & idcirco, supple, pastophoria Sacerdotum debent esse circa templa: principatum autem quicumque scilicet principum circa contractus faciunt curam, & circa scripturas sententiarum, & vocationes, id est, appellationes à iudiciis scilicet, & aliam talem dispensationem, supple, faciunt curam, qualiter scilicet pacta & contractus firmentur chartis & instrumentis. Adhuc circa agronomiam, id est, circa mensuras agrorum, & eam quæ vocatur astynomia. Astynomia enim vocatur dispositio siue virtus siue habitus, qua disponitur astutus in consiliis & iudiciis, ut dicit Remigius in expositione Græcorum vocabulorum. Et de omnibus his dicit in communi, ibi, Apud forum quidem oportet & in concursu quodam communi constitui ædes, ipsorum scilicet, ut parati inueniantur

ab his qui in foro contrahunt. Et hoc est quod subdit. Talis autem qui circa necessarium forum locus est, supple, aptus. Et dat rationem quare Sacerdotes non circa forum, ibi, In vacatione enim, id est, loco libero ab occupationibus, esse id quod superius ponimus, Sacerdotes scilicet, hoc autem, quod scilicet dispensationum contractuum, ad necessarias actiones, supple, ponimus: & idem, supple, ædes eorum circa forum sunt ponenda.

g Et quia iam distribuit ædes habitantium in ciuitate, breuiter adiungit de ædibus in regione disponendis, ibi, Distributa autem esse oportet dicto ordine & quæ circa regionem ut scilicet vnusquisque habeat ædem in loco competenti suo officio. Etenim in principantibus in regione, quos vocant ij quidem Hyoloros, id est, fundorum mensuratores, ij autem agronomos, id est, agrorum mensuratores & seruatores, in ædibus scilicet, & conuiuia, in expensis scilicet, ad custodiam necessariam existere, oportet vnicuique scilicet in loco suo competenti. Et ponit rationem, ibi, Est autem, id est, conuenit sacra per regionem esse distributa, sicut diximus de cultu Iouis, Veneris & Saturni. Et hoc est. Hæc quidem Diis, per regionem scilicet distributa, hæc autem Heroibus. Heroës dicuntur semidij & semiuiri, qui etiam in veneratione Deorum habebantur, & cultus Deorum habebant, & imagines stantebant, sicut de Hæctore dicit Aristoteles in 7. Ethic. Inquit sic Homerus de Hæctore, quoniam valde fuit optimus, & non videbatur viri mortalis esse filius, sed Dei.

h Sed de omnibus his dicit, quod inutile est immorari hic: quia pertinet ad aliam scientiam. Et hoc est. Sed immorari nunc diligenter exquirentes de talibus inutile est. Et ponit rationem, ibi, Non enim difficile est alia intelligere, ubi scilicet cuilibet secundum suum officium & dignitatem apte ædificetur, sed facere magis, supple, est, difficile. Et dat rationem, ibi, Dicere quidem voti opus est, quia quilibet scilicet ad votum potest dicere de talibus, euenire autem fortunæ, id est, quod cuilibet eueniat secundum dignitatem & officium, difficile est, eò quod nubila fortuna, ut dicit Boëtius. Propter quod de talibus quod quidem ad plus, quam, supple, dictum est, dimitatur nunc. Et hanc scientiam nusquam legitur Aristotelem complexisse sed Viruuius compleuit eam in decem libris, qui leguntur de architectura.

CAPVT

CAPVT XI.

De beatitudine, quibusque modis ad eam perueniri soleat: tum quo pacto ad virtutem perueniantur.

DE ipsa autem politia ex quibus & qualibus oportet consistere ciuitatem, quæ debet esse beata & politizare bene, dicendum. Quoniam autem duo sunt, in quibus sit bene omnibus, horum autem est vnum quidem in eo quod intentionem & finem actionum poni recte, vnum autem inuenire actiones ferentes ad finem. Contingit enim hæc & dissonare ab inuicem & consonare. Aliquando enim intentio quidem latet bona, in agere autem ut adipiscantur ipsam, peccant: aliquando autem omnia quidem quæ ad finem adipiscuntur, sed finem posuerunt prauum: aliquando autem in vtroque peccant, velut circa medicatiuam, neque quale quid oportet esse quod conualescit corpus, iudicant aliquando bene, neque ad suppositum ipsis terminum adipiscuntur factiua. Oportet autem in actibus & scientiis hæc ambo obtineri, finem, & eas quæ in finem actiones.

b Quod quidem igitur bene viuere & felicitatem appetunt omnes, manifestum: sed hæc adipiscendi, iis quidem potestas, iis autem non, propter quandam fortunam, aut naturam. Indiget enim & successu aliquo viuere bene, huius autem minori quidem qui melius dispositi, ampliori autem qui deterius. Hi autem mox non recte querunt felicitatem, potestate existente.

c Quoniam autem propositum est optimam politiam videre, hæc autem secundum quam optimè politizabit ciuitas, optimè autem vtrique politizabit, secundum quam felicitari maximè contingeret ciuitatem, palam quia felicitatem quid sit, oportet non latere.

d Diximus autem & determinauimus in Ethicis, si quæ positionum illarum utilitas est, operationem esse & usum virtutis perfectum, & hanc non ex suppositione, sed simpliciter.

e Dico autem ex suppositione, quæ necessaria: simpliciter autem quod bene, puta quæ quidem circa iustas actiones sententiæ, supplicia, punitiones à virtute quidem sunt, necessaria autem, & quod bene à necessario habent. Eligibilis quidem enim nullo talium indigere, neque virum, neque ciuitatem. Quæ autem ad honores & abundantias,

CAPVT XI.

DE Republica autem ipsa ex quibus & qualibus constare debet ciuitas quæ beata sit futura, & recte gubernari, dicendum est. Duo sunt in quibus omnis commendatio bene agendi consistit: vnum, ut propositum ac finis agendi recte subiacent: aliud, ut eas quæ ad illum finem ferant actiones inueniamus. Fieri enim potest, ut & concordent hæc inter se, & discordent. Nam quandoque illud ad quod intenditur, recte iacet: sed in actionibus per quas illo potiri credimus, aberratur: quandoque autem omnia ad finem diriguntur, sed finis ipse est prauè positus: quandoque etiam in vtroque est error, veluti circa medicinam: neque enim quale aliquid esse oportet sanum corpus, recte iudicat interdum, neque ad subiectum sibi finem opera diriguntur. Oportet autem in artibus & scientiis hæc vtraque obtineri, finem, & eas quæ sunt ad finem actiones.

Quod igitur bene viuere ac felices esse omnes cupiunt, manifestum est: sed aliis potestas est adipiscendi, aliis non, propter fortunam aliquam, vel naturam. Opus est enim adiumentis quibusdam ad bene viuendum: minoribus quidem illis qui melius dispositi sunt, maioribus autem qui perius. Alij verò statim non recte querunt felicitatem, cum possint.

Cum autem propositum nostrum sit optimam Remp. videre, ea verò est, per quam ciuitas optimè gubernetur: optimè autem gubernatur si felicitatem maximè recipiat, manifestum est quod quid sit felicitas, latere non debet.

Diximus autem in Ethicis, si modo illorum librorum utilitas vlla est operationem esse, & usum virtutis perfectum, & hunc non ex suppositione, sed simpliciter.

Dico autem ex suppositione, quæ necessaria sunt: simpliciter autem quod in seipso commendationem habet, veluti circa res iustas iudicare, punire, supplicio afficere, à virtute quidem est, sed ex necessitate, commendationemque habet ex compulsionem. Eligibilis namque foret nullo tali indigere, neque hominem, neque ciuitatem. At enim ad honores & opes simpliciter sunt

O o 4 simpli

simpliciter sunt optimæ actiones. Alterum quidem enim mali cuiusdam electio est: tales autem actiones è contrario, præparationes enim bonorum sunt & generationes.

f Vtetur autem utique studiosus vir & paupertate & ægritudine & aliis prauis fortunis benè, sed quod beatum, in contrariis est. Etenim hoc determinatum est secundum morales sermones, quod talis est qui studiosus, cui propter virtutem bona sunt, quæ simpliciter bona.

g Palam autem & quod necessarium vsus hos studiosos & bonos esse simpliciter. Propter quod & putant homines felicitatis causas extrinsecas bonorum esse, sicut eius quod est citharizare pulchrè & benè, pro causa habetur lyra, magis quam ars.

h Necessarium igitur ex dictis hoc quidem existere, hoc autem præparare legislatorem. Quare ad vorum optamus ciuitatis consistentiam, quorum fortuna domina: dominam enim existere ponimus. Studiosam autem esse ciuitatem, non adhuc fortunæ opus est, sed scientiæ & electionis.

i At verò studiosa ciuitas est in ciues participantes politia studiosos esse: nobis autem omnes ciues participant politia. Hoc ergo considerandum, qualiter vir sit studiosus. Etenim si omnes contingit studiosos esse, non secundum vnumquemque autem ciuium, sic eligibilis: assequitur enim ei quod secundum vnumquemque, & id quod omnes.

k At verò boni & studiosi fiunt per tria. Tria autem hæc sunt, natura, consuetudo & ratio.

l Etenim nasci oportet primum, puta hominem, sed non aliorum aliquod animalium, sic & qualem quendam secundum corpus & secundum animam.

m Quædam autem nulla utilitas nasci: consuetudines enim transmutari faciunt: quædam enim sunt per naturam ad vtrumque se habentia, per consuetudines autem ad deterius & ad melius.

n Alia quidem igitur animalium maxime quidem natura viuunt, parua autem quædam & consuetudinibus: homo autem & ratione, solus enim habet rationem. Quare oportet hæc consonare inuicem. Multa enim præter consuetudines & naturam agunt, propter

optima actiones. Nam alterum quidem illud mali alicuius electio est: hæc autem contra, effectiones enim bonorum sunt & generationes.

Studiosus enim vir, & paupertate & morbo, & aliis fortuna aduersitatibus laudabiliter vititur: veruntamen felicitas in contrariis existit. Nam & hoc determinatum fuit in Ethicorum libris, quod talis est studiosus, cui per virtutem bona sunt simpliciter bona.

Patet autem, quod & vsus istos necessarium est studiosos, & bonos esse simpliciter. Quapropter existimant omnes externa bona causam esse felicitatis: ceu si quis benè pulsandi causam putat esse lyram, magis quam artem.

Necessarium est ergo ex his quæ dicta sunt, alia subesse, alia parare legis positorem. Ex quo secundum votum optamus constitutionem ciuitatis in his quorum domina est fortuna: dominam enim illam posuimus. Sed studiosam esse ciuitatem non est fortuna opus, sed scientiæ ac electionis.

At qui studiosam esse ciuitatem, est ciues illos qui in Republica versantur, esse studiosos: nobis autem omnes ciues participes sunt Republicæ. Hoc igitur considerandum est, quomodo vir fiat studiosus. Nam si recipiatur omnes esse studiosos non autem singulos ciuium, sic foret optabilis. Sequitur enim ad singulos esse, & omnes esse.

Atqui boni quidem & studiosi fiunt propter tria. Sunt autem hæc tria, natura, mos, & ratio.

Etenim nasci oportet primum, ceu hominem, & non aliud animal, & sic qualem aliquem secundum corpus & animam.

Quædam etiam nasci nulla utilitas est: mores enim mutari faciunt: nam aliqua per naturam ad vtrumque apta, per mores ad peius, vel ad melius conuertuntur.

Cætera igitur animalia maxime viuunt secundum naturam, parua verò aliquid & secundum mores: homo autem & secundum rationem, solus enim rationem habet. Itaque oportet hæc simul concordare. Multa enim præter mores, & præter naturam agunt homines, propter rationem, si per rationem,

rationem, si persuadeantur aliter habere melius.

o Quod quidem itaque natura quales esse oportet futuros facile ductibiles à legislatoribus, determinauimus prius. Reliquum iam opus disciplinæ: hæc quidem enim assuefacti addiscunt, hæc autem audientes.

CAPVT XI.

a Finitis omnibus quæ procemialiter dicenda erant, & iis quæ de suppositionibus ex parte ciuitatis in qua beata vita duci potest, hic determinat in quibus essentialiter consistat felicitas. Et est istud quasi fructus totius operis. Diuiditur autem in duas partes, in quarum prima determinat quæ faciunt felicitatem & felicitatem. In secunda autem determinat qualiter & per quæ illa habeantur, ibi, *Qualiter autem & per quæ erit hoc, &c.* Prima pars diuiditur in tres partes, in quarum prima determinat quid facit felicitatem essentialiter, & quid felicitatem. In secunda determinat de principantibus & subiectis, secundum quod se habent ad felicitatem, ibi, *Quoniam autem omnis politica communitas, &c.* In tertia determinat vtrum eundem oporteat prius esse subditum, & postea principantem, vel non ibi, *Quoniam autem ciuis & principantis, &c.* Istud capitulum verò diuiditur in duas partes, in quarum prima determinat quæ essentialiter faciunt felicitatem. In secunda quæ faciunt felicitatem, ibi, *At verò boni & studiosi, &c.* Isti prima dicuntur septem, in quibus tota sententia consistit. Primum est, quod probat quod in duobus consistit felicitas, in intentione scilicet recta, & in actione bona. Secundum est, quod hoc ostendit per hoc quod omnes appetunt felicitatem siue beatitudinem. Tertium est: quia multi ponunt felicitatem in iis in quibus non est, vbi dicit, quod oportet non latere quæ sit vera felicitas, & quæ sit felicitas ex suppositione. Quartum est, quod dicit, quod oportet hoc determinari ex eis quæ dicta sunt in Ethic. Quintum est, quod dicit, quod in vera felicitate nullo talium oportet indigere, quæ sunt ad honores & abundantias, licet in talibus non sit vera felicitas. Sextum, quod felix etiam iis quæ mala sunt, bene vititur, sicut paupertate, infirmitate, & aliis malis fortunis. Septimum est, quod oportet legislatorem præparare etiam bona fortunæ: quia organicè deseruiunt ad felicitatem, & sine eis non potest homo ad votum vitare, & quod omnes ciues tali politia participent: quia sic vnusquisque in ciuitate felix erit, & omnes simul felices. Sententia primæ partis hæc est, quod duo sunt, in quibus consistit felicitas & bona vita. Vnum est intentio, secundum quod intentio est ratio optimam finem præstitens. Secundum est actio directè finem contingens. Et hoc probat: quia multi sunt, qui intentionem bonam habent: sed quia deficiunt in actione quæ directè finem intentionis contingat, frequenter peccant. E contra multi sunt, qui actiones habent bonas:

suadeatur melius esse aliter agere.

Natura igitur quales esse oportet eos, qui legum positori sint parituri, determinatum est prius. Reliquum opus est iam disciplinæ quædam enim assuefacto discuntur, quædam audiendo.

sed quia habent prauas intentiones, peccant & infelices sunt. Exemplum primi potest esse in eo qui furatur diuiti, vt det pauperibus. Exemplum secundi, sicut dicit Commentator super Ethicæ, in ea quæ admittit adulterum proditorum ciuitatis, vt in sinu eius interficiatur. Ipse tamen in litera probat hoc per eos qui operantur in arte medicatiua, qui aliquando deficiunt, eò quod non præiudicant quale corpus ad qualem sanitatem potest perducere. Aliquando etiam deficiunt: quia propria factiua talis sanitatis non adipiscuntur in opere, cum in talibus artibus vtrumque sit necessarium obtineri, scilicet & finem & actiones quæ sunt ad finem. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. De ipsa autem politia, id est, ordine ciuitatis ex quibus & qualibus oportet consistere ciuitatem, quæ scilicet ciuitas debet esse beata, id est, ad votum bene viuere (Dicit enim Tullius, quod beatus est, cui optata succedunt) & politizare bene, supple, debet, dicendum, supple, est, nunc deinceps. Et determinat quæ sunt illa. Et est primum, ibi, *Quoniam autem duo sunt, in quibus sit bene omnibus, supple, de iis dicendum est.* Et ponit illa subdens. Horum autem est vnum quidem in eo quod intentionem & finem & actionem boni rectè, id est, quod finem obtineri actionibus præstituat per rationem: vnum autem, id est, alterum, inuenire actiones ferentes ad finem, id est, quæ talem finem contingant, & inducant, ita quod agentem ferant in ipsum. Et dat rationem quare hæc duo sunt necessaria, ibi, *Contingit enim hæc & dissonare ab inuicem & consonare.* Et ostendit quomodo, ibi, *Aliquando enim intentio later bona, in agere autem vt adipiscantur ipsam, peccant.* Et huius causam dicit Augustinus, quod quædam sunt quæ non possunt sine fieri bona, vt furta, adulteria, & huiusmodi criminalia. Aliquando autem omnia quidem quæ ad finem, adipiscuntur, in bonis scilicet actionibus, sed finem posuerunt prauum: & hoc maxime conuenit hypocritis & simulatoribus, qui multa bona faciunt, sed finem ponunt prauum, vel lucrum, vel laudem. Aliquando autem in vtroque peccant: quia & actiones malas habent, & finem prauum ponunt. Et dat exemplum, ibi *Velut circa medicatiuam, neque quale quid oportet esse quod conualefcit corpus, iudicant aliquando bene, & sic, supple, peccant in fine: quæ non iudicant ad qualem sanitatem hoc secundum id corpus potest adduci, neque ad suppositum ipsis terminum, id est, finem, adipiscuntur factiua, id est, actiones proprias. Et ostendit peccatum esse in hoc, ibi, *Oportet autem in artibus & scientiis, præcipuè practicis, hæc ambo obtineri, finem scilicet, & eas quæ in finem actiones.**

b Secundum

b Secundum ponit, ibi, Quod quidem igitur bene viuere, &c. ostendit per hoc, quod omnes beatè volunt viuere, licet non æqualiter dispositi sint ad beatitudinem: ed quod si aliquis vult beatè viuere, volunt quod indiget successu quodam secundum naturam & fortunam, & illo successu minus indiget qui melius dispositus est, & maris qui minus bene: quod quidem mox peccat circa hoc: quia, sicut dicunt Augustinus & Tullius, quarunt beatitudinem in his in quibus non est. Et vult, quod concludatur ex hoc, quod oportet intendere circa finem & actiones in quibus est beatitudo. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Quod quidem igitur bene viuere & felicitatem appetunt omnes, manifestum, supple, est. Et huius ratio est. Quia quod hic dicitur bene viuere & beatè viuere, dicitur ad votum viuere, & hoc appetunt omnes: sed hæc adipiscendi, scilicet bene viuere, his quidem potestas, supple, est, his non, propter quandam naturam, aut fortunam, quæ scilicet ad hoc exigitur: bona autem fortunæ organicè deseruiunt ad bene viuere, natura verò disponitur ad bona. Et hoc est quod subdit. Indiget enim, & id est, etiam successu, supple, in bonis fortunæ & naturæ, aliquo viuere bene. Et ponit differentiam in tali successu, ibi, Huius autem, successu scilicet, minori quidem, supple, indigent, qui melius dispositi, supple, sunt, ampliori autem, supple, successu indigent, qui deterius, supple, sunt dispositi. Et hoc est quod dicitur Sapient. 16. Erat enim femina maledictum ab initio, & naturalis malitia eorum immutari non poterat. Hi autem mox non rectè quarunt felicitatem, potestate existente, per naturam, supple: quia vel quarunt eam in voluptate, vel in potestate, vel in gloria dignitatis, & non in bene viuere secundum virtutem.

c Tertium ponit, ibi, Quoniam autem propositum est, &c. Cuius sententia hæc est, quod propositum est videre hinc optimam politiam, secundum quam optimè politizabit ciuitas: optimè autem politizabit secundum felicitari: & idèd non oportet latere quid sit felicitas. Hæc est sententia. Litera sic legitur. Quoniam autem propositum est optimam politiam videre, id est, per rationem determinare, hæc autem est secundum quam optimè politizabit ciuitas. Et illam determinat, ibi, Optimè autem utique politizabit ciuitas, secundum quam felicitari maximè continget ciuitatem, supple, maximè politizare. Ex his concludit, ibi, Palam quia felicitatem quid sit, oportet non laterè. Et ratio est: quia ignorata illa, cum sit finis omnium actionum ciuiliū, ignoraretur finis, & nihil rectè ageretur.

d Quartum ponit, ibi, Dicimus autem & determinauimus, &c. & dicit, quod in Ethicis determinatum est, quia felicitas est vsus virtutis perfectus, & operatio non ex suppositione, sed simpliciter. Et hoc est. Dicimus autem & determinauimus in Ethicis, si rationum illarum utilitas est. Hoc idèd dicit, quia Ethicæ rationes magis vniuersales sunt, politicæ autem magis particulares. In præhabitis verò determinauit, quod vniuersales rationes in politicis parum utiles sunt. Et quid dixerit in Ethicis, declarat,

subdens, Operationem esse & vsus esse virtutis perfectum, supple, felicitatem: hoc enim determinatum est in primo Ethicorum, de felicitate ciuili scilicet. Et determinat quis vsus sit perfectus, ibi, Et hanc non ex suppositione, sed simpliciter. Ex suppositione vocat, quando aliquis ex suppositione sua dicit esse felicitatem in quibus non est, sicut in voluptate, & potestate, & gloria dignitatum: simpliciter autem, quando ponit in his in quibus essentialiter est, sicut in virtute, sicut dixit Socrates & sui, quod virtus esset summum bonum in vita.

e Quintum ponit, ibi, Dico autem ex suppositione quæ necessaria, &c. vbi nihil determinat nisi quæ sunt ex suppositione felicitatis quæ est essentialiter & vniuersaliter. Et dicit, quod simpliciter sunt ea quæ simpliciter bene sunt, sicut iustæ actiones: ex suppositione autem, quæ necessaria sunt ad vitam, sicut bona fortunæ, sine quibus vita non potest esse humana. Et dat exemplum in ciuilibus. Sicut sententiæ rectæ & punitiones, quæ sunt ad iustitiam. Aliæ sunt ad honores & abundantias, de quibus sunt optimæ electiones, quia sunt bona non simpliciter: aliæ autem non, scilicet sententiæ & punitiones, quia mala sunt: & eligibilibus quidem esset nullo talium indigere neque vitium neque ciuitatem si esse possit, sed esse non potest, propter malos. Electiones autem eorum quæ sunt ad honorem & abundantiam è contrario se habent his: quia illæ licet non sint honorum simpliciter electiones, tamen sunt bona eorum quæ sunt ad generationem & præparationem bonorum simpliciter. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Dico autem ex suppositione, supple, esse felicitatis, quæ necessaria, supple, sunt ad vitam, quæ sicut dicit in primo Ethicorum, organicè sunt deseruientia: simpliciter autem, supple, est de felicitate, quod bene, id est, quod sit secundum virtutem, puta quæ quidem circa iustas actiones: iustitia enim communis est & ciuilis virtus. Et dat exemplum, ibi, Sententiæ, supplicia, punitiones è virtute quidem sunt, sententiæ scilicet ad consequendum iustum, supplicia ad compescendum malos, punitiones ad retribuendum mala pro meritis: & necessaria autem, supple, sunt hæc, & quod bene, à necessario, id est, quod hæc sunt secundum virtutem, habent à necessario: quia necessaria sunt: ed quod sine his quietè non viuunt ciuitas. Et hoc est quod subdit. Eligibilis quidem enim nullo talium indigere, neque vitium, neque ciuitatem: quia sic nullus esset malus: tamen tali suppositione, supple, posita, quod mali sunt, ista sunt bona: quæ autem ad honores & abundantias simpliciter, sunt optimæ actiones, quæ honor & abundantia bona sunt simpliciter, licet ad aliud, alterum quidem, punitionis scilicet & supplicij, mali cuiusdam electio est, pœnæ scilicet: tales autem actiones, honoris scilicet & abundantia, sunt. Et dicit rationem, ibi, Præparationes enim bonorum sunt & generationes. Et hæc bona sunt licet ad aliud.

f Sextum ponit, ibi, Vtetur autem utique studiosus vir, &c. Et dicit, quod verè bonus vir secundum virtutem vteretur bene etiam prauis fortunæ, vt paupertate, aegritudine, & aliis: sed

sed quod verè beatum est, in contrariis est, id est, in veris bonis honestis, quæ non subiacent fortunæ: hoc enim determinatum est in Ethicis secundum morales sermones, quod verè studiosus est, cui bona sunt, quæ sunt secundum virtutem, & quæ simpliciter bona sunt. Et ex hoc patiam est, quod necessarium est, quod vsus etiam bonorum fortunæ quæ necessaria sunt ad vitam, oportet studiosos & bonos esse vsus simpliciter bonis: quia simpliciter bonus optimè talibus vteretur, & sine talibus non potest bene viuere: & propter hoc consueverunt homines dicere, quod vsus bonorum abundantia & honoris causa sit beatitudinis, sicut dicunt, quod bene citharizandi magis causa est bonitas lyra, vel cithara, quam ars, licet lyra sit tantum instrumentum, vel organum, ars autem perfectiua operis. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Vtetur autem utique studiosus vir & paupertate & aegritudine & aliis prauis fortunis bene. Et hoc est quod dicitur Iob 9. Non enim perij propter imminentes tenebras, nec operuit faciem meam caligo. Sed quod beatum, supple, verè est, in contrariis est, non in bonis fortunæ, supple. Et hoc probat, ibi, Etenim hoc determinatum est secundum morales sermones, supple, in Ethicis, quod talis est qui studiosus, id est, virtuosus, cui propter virtutem bona sunt, quæ simpliciter bona, & non propter fortunam.

g Et vterius infert, ibi, Palam autem & quod necessarium, supple, est vsus hos, scilicet bonorum fortunæ studiosos & bonos esse simpliciter. Propter quod & primò etiam putant homines felicitatis causas extrinsecas bonorum esse, cum tamen ita non sit. Et dat simile, ibi, Sicut eius quod est citharizare pulchrè & bene, pro causa habetur lyra magis quam ars, cum tamen non sit.

h Septimum ponit, ibi, Necessarium igitur ex dictis, &c. Et hoc non est nisi conclusio ex omnibus dictis. Est ergo sententia huius, quod ex omnibus dictis patet, quod politicum qui bene vult ordinare, oportet intendere qualiter faciat in ciuitate abundare bona fortunæ, id est, bona quorum fortuna domina est: quia licet dicamus fortunam talium bonorum dominam, tamen non dicimus, quod ciuitas studiosa sit à fortuna: sed hoc dicimus esse opus scientiæ & electionis: studiosa enim est ciuitas in hoc quod est ciues participantes politia, studiosos esse omnes, licet non secundum vnumquemque: quia si omnes in communi sunt studiosi, hoc est eligibilis, quia assequitur de necessitate vnumquemque studiosum esse, aliter non participaret politia. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Necessarium igitur ex dictis, supple, est, hæc quidem existere, scilicet bona simpliciter, hæc autem preparare legislatorem, scilicet bona fortunæ. Et subdit causam, ibi, Propter quod ad votum optamus ciuitatis consistentiam in bonis, quorum fortuna domina est, supple. Et ponit rationem, ibi, Dominam enim existere ponimus, scilicet fortunam talium bonorum. Studiosam autem esse ciuitatem, non adhuc opus fortunæ est, sed scientiæ & electionis.

i Qualiter autem hoc fiat, subdit. At verò

studiosa ciuitas est ciues participantes politia studiosos esse: nobis autem, id est, secundum nos, omnes ciues participant politia. Hoc ergo considerandum, primò, supple, qualiter vir sit studiosus. Et ponit rationem, ibi, Etenim si omnes contingit studiosos esse, in communi, supple, non secundum vnumquemque autem ciuium, singulariter, supple, sic eligibilis, supple, est. Et dat rationem, ibi, Assequitur enim ei, scilicet quod est in communi bonos esse, quod secundum vnumquemque, & id quod omnes, id est, si boni sunt in ciuitate in communi, assequitur, quod omnes singulariter sint boni, aliter de ciuitate eice-rentur.

k Deinde cum dicit, At verò boni & studiosi sunt per tria, &c. determinat quot & quæ requiruntur ad felicem. Et dicit, quod tria, scilicet, natura, consuetudo, ratio. Et causa est: quia sicut dicit in secundo Ethicorum, de virtutibus consuetudinalibus per naturam, secundum quam innati sumus eas suscipere, perficere autem est assuetudine, oportet ista esse tria principia virtutis in nobis, vt per naturam & potentia & habitus, & per assuetudinem perfectio virtutis in nobis, per rationem autem sit persuasio & præstitutio boni scilicet finis, & electio bonarum operationum ad finem bonum contententiam. Nasci enim oportet habilem: qui enim brutalis esset, sicut morio, non perficeretur secundum virtutem. Et propter hoc oportet, quod homo qualis quidem nascatur & secundum animam & secundum corpus. Quia sicut dicit Commentator super secundum de anima, diuersitas quæ est in corpore, est ad diuersitatem quæ est in anima. Et in antè habitis dictum est, quod intellectus in homine variatur secundum variationem situs ciuitatum, in quibus nascuntur homines. In quibusdam autem nihil facit bene nasci & secundum corpus & secundum animam: quia consuetudinibus in oppositum transponuntur: quia consuetudinalis habitus, sicut dicit Tullius in fine Rhetoricæ, in modum naturæ rationi consentaneus est, si bonus est, vt virtus: vel dissentiens, si malus est, vt vitium. Quidam etiam sunt, qui primò per consuetudinem mutantur siue in bonum, siue in malum, & postea per rationem persuasi, de malo redeunt ad bonum, & efficiuntur felices. Sed optimè dispositus est ad felicem, in quo hæc tria concordant, scilicet natura, consuetudo & ratio. Illi enim quædam bona assueti addiscunt, & quædam addiscunt audientes à sapientibus, & per rationem persuasi. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. At verò boni & studiosi sunt per tria. Et subdit quæ sunt illa. Tria autem hæc sunt, natura, consuetudo, ratio.

l Et dat rationem de singulis, ibi, Etenim nasci oportet primum, puta hominem, ad humana, supple, habilem, maximè secundum illam rationem quam ponit Aristoteles in topicis, quod homo est animal natura disciplina percipibile. Et addit. Sed non aliorum aliquid animalium, priuatum scilicet ratione. Et hoc dicit propter moriones, in quibus nulla scintilla viget rationis. Et hoc explanans subdit. Et supple, oportet nasci hominem, qualem quendam secundum

secundum corpus, quod corpus est organum animæ: unde oportet habere talem complexionem & compositionem, secundum quam facile obediatur rationi: & secundum animam, ut scilicet secundum animam inclinationem talem rationis habeat, quod facile inclinetur ad bona. Sicut enim dicit Aristoteles in primo Ethicorum, inducens Homerum, optimus est, qui secundum seipsum talis est: qui autem per seipsum non talis est, tamen alium quendam bonum in animo præponit, à quo discat & imitetur, & hic bonus est ad minus spe: qui autem nec per seipsum bonus est, nec talem quendam alterum in animo ponit, hic profectò inutilis est vir.

m Et hoc est quod etiam subdit hic. Quædam autem nulla utilitas, est, supple, nasci, bene, supple. Et dat causam, ibi, Consuetudines enim transmutari faciunt, scilicet à naturali inclinatione vel transmutatione. Et subdit quomodo. Quædam enim, alia scilicet, sunt per naturam ad utrumque se habentia, id est, & ad bonum & ad malum, per consuetudinem autem & ad melius & ad deterius, supple, mutantur.

n Et ponit distinctionem inter animalia & hominem, ibi, Alia quidem igitur animalium, ab homine, supple, maximè quidem natura viuunt, id est, impetu naturæ acta, non agentia, parua autem quædam & consuetudinibus. Et quæ sunt illa determinat in principio Me-

CAPVT XII.

Viri semper iidem esse debent qui parent, & qui imperant, aut contra vicissim mutari debeant.

Quoniam autem omnis politica communitas constat ex principibus & subiectis, hæc omnia considerandum, si alios oportet esse principantes, & subiectos, aut eosdem per vitam: palam enim, quod consequi oportebit & disciplinam secundum diuisionem hanc.

b Siquidem igitur fuerint tantum differentes alteri ab alteris, quantum Deos & Heroës æstimamus ab hominibus differre, confestim primo secundum corpus multam habentes excellentiam, deinde secundum animam, ut indubitata sit & manifesta excellentia principantium respectu subiectorum, palam quia melius semper eosdem, hos quidem principari, hos autem subiici secundum semel.

c Quoniam autem hoc non facile accipere, neque est sicut inter Indos ait Scylax, esse reges tantum differentes à subiectis, manifestum, quod propter multas causas necessarium omnes similiter communicare eo quod est secundum partem principari & subiici. Quod enim æquale idem similibus, & difficile manere politiam constitutam præter id quod iustum. Cum subditis enim exi-

stunt, quæcumque scilicet cum sensu auditus & communi sensu habent vim æstimatiuam & memoriæ: illa enim magis inter alia disciplinabilia sunt. Homo autem & ratione, supple, viuunt: in ratione enim transgreditur alia animalia. Et hoc est quod sequitur. Solus enim habet rationem inter animalia homo. Ex omnibus his concludit propositum, ibi, Quare oportet hæc consonare inuicem, tria scilicet, si aliquis debeat esse felix. Et hoc ostendit per rationem, ibi, Multa enim præter consuetudines & naturam agunt, propter rationem, si persuadeantur aliter habere melius, mutantur, supple, ab illis quæ elegerunt.

o Et subdit, Quod quidem utique natura, id est, naturaliter, quales esse oportet facile ducibiles à legislatoribus, determinamus prius, maximè scilicet in primo libro, ubi ostensum est, quod homo inutilis omni bestia deterior est. Reliquum iam, supple, determinandum restat, opus disciplinæ: hæc quidem, id est, quædam assuefacti addiscunt, hæc autem, id est, alia audientes, per doctrinam scilicet prudentum & sapientum. Et hoc est contra Socratem, qui, sicut dicit Plato in lib. Memnonis, dixit virtutem nec assuecibile nec addiscibile bonum esse, sed Dei donum: quod licet verum sit de virtute infusa & gratuita, tamen de virtute morali & consuetudinari non est verum.

CAPVT XII.

Cum verò omnis societas civilis constet ex imperantibus & parentibus, hoc iam considerandum est, utrum alios esse oportet, qui imperant, & alios qui parent, an eosdem per vitam: patet enim, quod & disciplina secundum hanc diuisionem sequi debebit.

Si ergo differrent alteri ab aliis tantum, quantum Dij & Heroës ab hominibus differre putantur, ut primò statim corpore, ac postea animo longè antecellerent, ac manifestè, indubitatèque appareret eorum supereminentia, clarum est, quod semper eosdem istos melius foret imperare, alios verò parere.

Sed cum facile non sit hoc reperire, nec sit ut apud Indos Scylax esse ait, reges tantum à populis differre, manifestum est, quod propter multas causas necessarium est, ut omnes similiter participes sint vicissim imperandi & parenti. Equum enim idem similibus & difficile est stare Rempublicam, quæ constituta sit præter iustitiam. Cum illis enim qui ab imperando excluderentur, concurrerent omnes qui sunt in regione, stant

stunt omnes volentes insolescere qui per regionem, torque multitudinem esse eos qui in politeumate, ut sint valentiores iis omnibus, vnum aliquod impossibile est.

d At verò quod oportet principantes differre à subditis, indubitatum est.

e Qualiter igitur hæc erunt, & qualiter participant, oportet considerare legislatorem.

f Dictum est autem prius de ipso. Natura enim dedit electionem, faciens eisdem generi hoc quidem iniuris, hoc autem senius: quorum hos quidem subiici decet, hos autem principari. Indignatur nullus secundum ætatem subditus, neque putat esse valentior, aliterque & futurus suscipere talem honorem, cum fortius fuerit, adueniente ætate. Est quidem igitur ut eosdem principari & subiici, dicendum est autem ut alteros.

g Quare & disciplinam est ut eandem necessariò, est autem ut alteram esse. Futurum enim bene principari subditum fuisse primò aiunt oportere.

h Est autem principatus, sicut in primis dictum est sermonibus, hic quidem principantibus gratis, hic autem subditi, horum autem hunc quidem despoticum esse dicimus, hunc autem liberorum.

i Differunt autem quædam præceptorum non operibus, sed eo quod cuius gratia. Propter quod multa eorum quæ videntur esse ministerialia opera, & iuuenum liberis honestum ministrare: ad honestum enim & non honestum non sic differunt actiones secundum se, ut in fine & eo quod cuius gratia.

CAPVT XII.

In isto secundo capitulo istius partis, quod est 12. in numero aliorum, determinat Aristoteles de principantibus & subiectis secundum quod se habent ad felicitatem. Et habet duas partes. In prima ostendit differentiam principantium à subiectis. In secunda quaerit qualiter hæc differentia sumatur in hominibus, qui per naturam similes sunt, ibi, *Dictum est autem prius de ipso, &c.* In prima igitur parte tria dicit, quorum primum est, quod oportet considerare si eosdem oportet principari & subiici, vel diuersos per vitam, ita ut modò principetur vnus, & postea alius: quia secundum diuisionem hanc necesse est variari disciplinam principantium & subiectorum. Et statim ponit rationem sub conditione acceptam, quod oportet eosdem semper principari per vitam. Et conditio illa

D. Alb. Mag. Politic.

statum mutare cupientes, & tantam esse multitudinem in Reipublica gubernatione, ut sit potentior istis, vnum aliquid impossibile est.

At enim quod oportet eos, qui in magistratu sunt, differre à subiectis, indubitabile est.

Quomodo ergo hæc futura sint, & quomodo participant, considerare debet legislator.

Vt prius diximus, natura enim ostendit, quemadmodum hæc distinguenda sint. Facit enim eosdem genere, alios iuniores, alios seniores, quorum alteri debent parere gubernantibus, alteri gubernare. Indignatur autem nemo propter ætatem maiori alteri concedere, nec putat illum cui cedit, potiorum esse se, præsertim cum & ipse quando ad id ætatis peruenerit, eundem honorem sit recepturus. Est ergo ut eosdem esse dicere eos qui parent & imperant, est etiam ut diuersos.

Itaque & disciplinam, ut eandem dicere necesse est, & ut diuersam. Qui enim imperare velit, rectè oportere aiunt ipsum prius sub imperio fuisse.

Imperium verò, ut in primis libris dictum fuit, aut gratia imperantis est, aut gratia subiectorum: horum alterum seruum esse diximus, alterum liberorum.

Mandatorum verò quædam inter se differunt, non in agendo, sed in cuius gratia. Quapropter multa quæ videntur esse ministrorum opera & adolescentium, liberis hominibus pulchrum est ministrare: ad pulchrum enim & non pulchrum non tantum differunt actiones propter seipsas, quantum in fine & gratia cuius.

est: quia si principantes oportet tantum differre à subditis, quantum Dij & heroes ab hominibus: heroes enim sunt semidij & semiuiri: & sicut dicit in 4. Ethic. de Hectore, heroibus competit habere virtutes heroicas, subditis autem virtutes communes, ut scilicet principantes confestim secundum corpus multam habeant excellentiam, sicut Scylax dicit de Regibus India, quod ipsa specie corporis omnibus præferuntur. Et sicut dicit Porphyrius, species Priami digna est imperio: tunc non est dubium, quin melius sit tales semper principari per totam vitam, & alios semper subiici. Si autem hoc non facile inuenire in hominibus, propter multas causas, tunc non est dubium, quod rationabile est, quod illi qui æquales sunt in natura, æqualiter participant principatum vnus post alium. Iustum enim in talibus similibus est æquale, & & politia non potest diu stare, quæ non est secundum iustum. Et dat rationem: quia omnes diffusi per regionem volentes insolescere tenent

P P

se cum subditis, & impossibile est, quod tot principantes sint in politeumate, quod tantæ multitudini possint resistere: & sic subditi mouebunt seditionem, & dissoluetur politia. Indubitarum autem est, quod principantes oporteat differre à subditis secundum virtutem. Oportet igitur, quod quærat à legislatore, qualiter contingat quosdam principari, & quosdam subiici sine indignatione aliorum. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Quoniam autem omnis politica communitas constat ex principantibus & subiectis, hoc iam considerandum, supple, est. Et subdit quid. Si alios oportet esse principantes & subiectos aut eosdem per vitam, id est, quandiu viuunt. Et ponit rationem, ibi, Palam enim, quod consequi oportebat, & id est, etiam disciplinam secundum diuisionem hanc. Quia sicut alia est virtus principis, alia subiecti, ita necesse est aliam & aliam disciplinam esse.

b Et ponit rationem super conditionem fundatam, ibi, Siquidem igitur fuerint tantum differentes alteri ab alteris, id est, principantes à subiectis, quantum Deos & heroes æstimamus ab hominibus differre, confestim primò secundum corpus multam habentes excellentiam, deinde secundum animam, ut indubitata sit & manifesta excellentia principis respectu subiectorum, palam quia melius semper eosdem, hos quidem principari, hos autem subiici secundum semel, scilicet per totam vitam.

c Et statim conditione tali non existente, vadit in oppositum, ibi, Quoniam autem hoc non facile accipere, supple, est, neque est sicut inter Indos ait Scylax esse Reges tantum differentes à subiectis, manifestum est, supple, quod multas causas necessarium, supple, est, omnes similiter, id est, æqualiter communicare eo quod est secundum partem principari & subiici, ut scilicet omnes possint principari pro tempore, & subiici pro tempore. Et dat rationem, ibi, Quod enim æquale, supple, est, idem similibus, supple, est: unde cum omnes sint similes dignitate naturæ, æqualiter debent se habere ad principandum. Et ponit rationem, ibi, Et difficile, supple, est, manere politiam constitutã præter id quod iustum. Sæpius autem in præhabitis dictum est, quod æquale iustum est. Et dat rationem quare talis politia non manet, ibi, Cum subditis enim existunt omnes volentes insolescere qui per regionem: omnes enim volunt esse liberi, liberi autem proprium est facere quod vult, ut in 4. libro dictum est: totque multitudine esse eos qui in politeumate, id est, in dominio politia principantes, ut sint valentiores his omnibus, vnum aliquod impossibile est.

d Et statim vadit in oppositum, ibi, At verò quod oportet principantes differre à subditis, indubitarum est.

e Ex hoc infert, quod legislatore oportet quærere de hoc qualiter vtrique seruetur, scilicet, differentia inter principantes & subditos, & æqualitas. Et hoc est. Qualiter igitur hæc erunt, & qualiter principabuntur, oportet considerare legislatorem.

f Deinde cum dicit, dictum est autem de ipso, &c. soluit inductionem dictam sicut soluta est superius, quod scilicet principantes & subiecti debent esse aliquo modo æquales, & aliquo modo inæquales, natura scilicet æquales, ætate autem inæquales, ut scilicet iuuenes subiiciantur, & senes principentur. Et assignat ex hoc duas utilitates prouenientes. Vna est, quod ex hoc

non indignantur iuuenes contra senes, scietres quod & ipsi principabuntur cum ad ætatem maturam peruenient. Alia est, quod rationabile est, quod nemo principetur nisi qui primò subiectus didicit qualiter principari debeat, & ex his quæ passus est, obediendo discat qualiter sibi sit obediendo ab alio, præcipue cum talis subiectio non sit despótica vel seruilis, sed liberorum. Propter quod etiam differunt opera penes fines operum, & in præceptis quæ sunt ad felicitatem virtutis, honestam est ministrare etiã iuuenibus liberis: quia talia præcepta sunt ad honestum, despótica ad inhonestum, quia seruile. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Dictum est autem prius de ipso in antè habitis scilicet eiusdem libri. Et subdit quomodo. Natura enim dedit electionem faciens eidem generi, humano scilicet, hoc quidem iunius, supple, esse, hoc autem senius: quorum hos quidem subiici decet, iuuenes scilicet, hos autem principari, senes scilicet. Et ostendit utilitatem, ibi, Indignatur autem nullus secundum ætatem subditus, neque putat esse valentior, quam scilicet ut subiiciatur tali subiectione finali. Et de hac inducit aliam rationem, ibi, Aliterque & futurus suscipere talem honorem cum sortitus fuit adueniente ætate. Vnde in 3. topic. Aristoteles. Nemo eligit iuuenes duces: quia non constat eos esse sapientes. Et Roboam 3. Reg. 12. sequutus consilia iuuenum, scidit regnum. Hoc posito, soluit questionem, ibi, Est quidè ergo ut eosdem principari, & subiici, in natura scilicet, dicendum. Est autem ut alteros ætate, scilicet alteros, natura autè eosdem. g Et ex hoc concludit vltimus, ibi, Quare & disciplina est ut eandè necessariò, supple, esse, est autem ut altera esse, sicut, supple, differunt disciplina senum & regentium, & disciplina iuuenum, & hoc confirmat per antiquum dictum, ibi, Futurum enim bene principari, subditum fuisse primò aiunt oportere, ut scilicet ex iis quæ ipse passus est obediendo, discat qualiter imperandum sit alteri. h Et quia posset aliquis dicere, quod subditi esset despoticum & seruile, occurrit per distinctionem subiectionis, ibi, Est autem principatus sicut in primis dictum est sermonibus, id est, in primo lib. huius scientiæ, hic quidem principantis gratia, id est, ad utilitatem domini, hic autem subditi, supple, gratia, id est, ad utilitatem subditi: horum autem hunc quidem despoticum, id est, seruilis dicimus, primum scilicet, hunc autem liberorum, secundum scilicet, quia iste subiicitur propter seipsum, non propter alium. i Et assignat rationem, ibi, Differunt autem quidã præceptorum, non operibus, id est, in substantia operum, sed eo quod alicuius gratia, id est, in finibus. Et ex hoc concludit, ibi, Propter quod multa eorum, id est, de numero eorum, quæ videtur ministerialia opera, & id est, etiam iuuenum, id est, de numero iuuenum, liberis honestè ministrare. Et dat rationem, ibi, Ad honestum enim, talia scilicet ministeria ordinantur. Et subdit huius ratione repetens, ibi, Ad honestum enim & non honestum non sic differunt actiones secundum se, ut in fine & eo quod cuius gratia: multæ enim actiones secundum se non sunt honestæ, sicut ministrare, quæ tamen relatæ ad finem & cuius gratia, honestatis nomè accipiunt, sicut sunt ministeria principum, quæ omnia ad honestatem sunt ordinata, sicut etiam dicit Gregorius, quod seruire Deo regnare est.

CAPVT

CAPVT XIII.

Quis sit constituta finis reipublicæ, pax nempe, an bellum, aut imperium, & quales in republica virtutes requirantur.

Quoniam autem cuius & principantis eandem virtutem esse dicimus, & optimi viri, eundem autem subditum prius oportere fieri & principantem posterius, hoc vtiq; erit legislatori tractandum, qualiter boni viri fiant; & per quas adiuuentiones, & quid quod finis optimæ vitæ.

Diuisæ sunt autem duæ partes animæ, quarum hæc quidem habet rationem secundum se, hæc autem non habet rationem secundum se, rationi autem obedire potest: quarum dicimus virtutes esse, secundum quas vir bonus dicitur aliqualiter. Harum autem in qua magis quod finis, diuidentibus quidem sicut nos dicimus, non immanifestum qualiter dicendum. Semper enim quod deterius, melioris gratia est, & hoc manifestum similiter in iis quæ secundum artem, & in iis quæ secundum naturam.

Melius autem, quod rationem habet. Diuisum est autem dupliciter, secundum modum quo consueuimus diuidere, hæc quidem practica ratio est, hæc autem speculatiua. Eodem igitur modo necesse & hanc partem diuisam esse, & actiones proportionaliter dicemus habere: & oportet natura melioris eligibiles esse potentibus sortiri, aut omnibus, aut duabus. Semper enim vnicuique hoc maxime eligibile, quo sortiri est summum.

Diuisa est autem & tota vita in non vacationem & vacationem, & bellum & pacem. Et agibilia hæc quidem in necessaria & vtilia, hæc autem in bona, de quibus necesse eandem electionem esse & partibus animæ & actionibus ipsarum, bellum quidem pacis gratia, non vacationem autem vacationis, necessaria autem & vtilia bonorum gratia.

Ad omnia igitur aspicienti politico leges ferendæ, & secundum partes animæ & secundum actiones ipsarum, magis autem ad meliora & ad fines. Eodem autem modo & circa vitas, & rerum diuisiones. Oportet enim posse non vacare & bellare, magis autem pacem ducere, & vacare, & necessaria & vtilia agere, magis autem oportet bona.

Quare ad has intentiones & pueros D. Alb. Mag. Politic.

CAPVT XIII.

Quoniam autem cuius & presidentis eandem virtutem esse dixerimus, qua optimi viri, & eundem prius parere debere, postea imperare, hoc vtiq; erit legum positore intuentum, laborandumque, ut boni viri efficiantur, & per qua exercitia, & quis finis vita optima.

Diuisæ autem sunt duæ partes animæ, quarum altera rationem per se habet, altera non habet quidem per se, veruntamen rationi obtemperare potest: quarum dicimus esse virtutes illas, per quas vir bonus dicitur quodammodo. Sed in vtraque istarum magis est finis, qui ita diuidunt ut nos facimus, his ambiguum non est, quomodo sit dicendum. Semper enim deterius melioris gratia est. Patet hoc in his quæ sunt secundum naturam.

Melius autem illud, quod rationem habet. Diuiditur autem dupliciter, ut nos consueuimus diuidere, est enim ratio alia actiua, alia contemplatiua. Sic ergo necesse est & hanc partem diuidere, & actiones, clarum est, quod correspondent se habere dicemus: & oportet eas actiones, quæ sunt meliores secundum naturam, magis expetendas esse ab illis qui consequi possunt aut omnia, aut illa duo. Semper enim cuique id est maxime expetendum, cuius potiri est summum.

Diuisa est autem vita tota in negotium & otium, bellumque & pacem. Et agibilia quadam sunt necessaria & vtilia, quadam honesta, in quibus necesse est eandem esse optionem & partibus animæ & ipsarum actionibus, bellum quidem gratia pacis, negotium autem gratia otij, necessaria & vtilia gratia honestorum.

Ad cuncta igitur hac dicere debet, qui legem ponit, & ad partes animæ, & illarum actiones, magis verò ad ea quæ meliora sunt & finis. Eodem modo & circa vitas, & rerum diuisiones. Posse enim oportet & in negotio versari & in bello; preferenda tamen est pax & otium, necessaria & vtilia posse agere, preferenda tamen sunt honesta.

Itaque ad hac, tanquam ad signum, & P p 2 adhuc

adhuc existentes erudiendum, & alias ætates, quæcumque indigent eruditione.

g Qui autem nunc optimè videntur politizare Græcorum & legislatorum, qui has instituerunt politias, neque ad optimum finem videtur ordinasse quæ circa politias, neque ad virtutes, leges, & eruditionem: sed grauitè declinauerunt ad eas quæ videntur esse vtilis & supergressiuas. Consimiliter autem iis & quidam eorum qui posterius scripserunt, proculerunt eandem opinionem: laudantes enim Lacedæmoniorum politiam, laudant legislatoris intentionem, quod omnia ad imperare & ad bellum legis statuta fecerunt.

h Quæ & secundum rationem facile sunt arguibilia, & operibus sunt redarguta. Sicut enim plurimi hominum zelant multis dominari, quia multo successu sunt eufortuniorum, sic & Thibron videtur laudans Lacedæmoniorum legislatorem, & aliorum vnusquisque scribentium de politia ipsorum, quia propterea quod exercitati fuerunt ad pericula, multis principabantur.

i Quamuis palam, quod quoniam nunc quidem non adhuc inest Lacedæmonibus principari, non felices, neque legislator bonus. Adhuc autem hoc ridiculum, si manentes in legibus ipsius, & nullo impediante, ne viderentur legibus, abiecerunt viuere bene.

k Non rectè autem existimant neque de principatu, quem oportet videri honorantem legislatorem. Eo enim quod est despoticè principari, liberorum principatus melior, & magis cum virtute.

l Adhuc autem non propter hoc oportet ciuitatem felicem putare, & legislatorem laudare, quæ præualere potuit ad principari super vicinos: hæc enim magnum habent nocumentum: palam enim, quod ciuium potenti hoc tentandum prosequi, qualiter possit propriæ ciuitati principari: de quo quidem accusant Lacedæmones Pausaniam Regem, & quidem habentem tantum honorem.

m Neque itaque talium legum & rationum politica nulla, neque proficua, neque vera est. Hæc enim optima & sigillatim & communiter legislatorem efficere oportet in animabus hominum, idque quod hominum: & quod aduersariorum studium, non hu-

ueri adhuc existentes, & alia ætates que indigent, per disciplinam sunt dirigendi.

Nam qui nunc Græcorum rectè gubernari videntur, & legumlatores, qui eas Respublicas instituerunt, neque ad optimum finem videntur aspexisse, neque ad omnes virtutes disciplinam & leges direxisse: sed onerosè declinauerunt ad illas virtutes, quæ videntur vtilis, ac plus habere faciunt. Similiter quoque posteriorum quidam scriptores, opinionem suam eandem ostederunt: laudantes enim Lacedæmoniorum Respublicam, admirantur & commendant legislatoris eius propositum, quod omnia ad potentiam & ad bellum direxerit.

Quæ & per rationem refelli possunt, & per facta ipsa nunc reprobata sunt. Vt enim plurimi hominum dominari late cupiunt, quoniam exinde multi proueniunt fortuna cōmoda, sic Thibron admirari laudareque videtur Lacedæmoniorum legislatorem, & quicumque alter, qui de Respublica illorum scripsit, quod propter exercitationem eorum ad pericula, multorum dominationem sibi compararunt.

Atqui patet, quod cum non habeant nunc dominationem Lacedæmonij, nec felices amplius essent, nec legislator eorum bonus. Insuper illud ridiculum, si permanentes in legibus eius, nulloque impediante illis legibus uti, omiserunt bene viuere.

Non rectè verò suscipiunt neque de dominatione, ad quam intendisse legislatorem ostendunt. Nam imperium liberorum melius est, ac magis ex virtute, quam dominari ut seruis.

Præterea non per hoc ciuitas felix est existimanda, neque legislator laudandus, quod vincere docuerit, & finitimis dominari: hæc enim magnum continent nocumentum: nam & aduersus ciues hoc ager, qui poterit, & ciuitati suæ dominari quæret: de quo accusant Lacedæmonij Pausaniam, licet in tanta dignitate constitutum.

Nec sanè aliqua huiusmodi ratio est, aut lex civilis, neque vtilis, neque vera. Eadem enim optima & priuatim & publice legislatorem inducere oportet in animos hominum: neque exercitatio rerum bellicarum ob id est meditanda, ut in seruitutem adigant immerentes, sed primum ne ipsi

ius

ius gratia oportet meditari, ut seruituti subiciant indignos, sed ut primò ipsi non seruiant aliis: deinde ut zelent præsidium gratia vtilitatis subditorum, sed non gratia despoticæ omnium. Tertio autem despotizate dignis seruire.

n Quid autem oportet legislatorem magis studere gratia ordinis & pacis, testantur ea quæ fiunt rationibus: plurimæ enim talium ciuitatum, bellantes quidem saluantur: postquam autem obtinuerunt principatum, pereunt. Rubiginem enim contrahunt, sicut ferrum, pacem ducentes. Causa autem legislator non erudiens posse vacare.

o Quoniam autem idem finis esse videtur & communiter & sigillatim hominibus, & eundem terminum esse necessarium optimo viro, & optimæ politix, manifestum, quod oportet eas quæ ad vacationem virtutes existere.

p Finis enim, sicut dictum est sæpe, pax quidem belli, vacatio autem non vacationis, vtilis autem virtutum ad vacationem, & deductionem sunt, quarum in vacatione est opus, & quarum in non vacatione. Oportet enim multa necessariorum existere, ut deinceps vaces. Propter quod temperatam esse ciuitatem conuenit, & fortem & perseverantiam: secundum Prouerbum enim, non est seruis vacatio.

q Qui autem non possunt periclitari viriliter, serui inaudentium sunt. Fortitudine quidem igitur, & perseverantia opus est ad non vacationem, philosophia autem ad vacationem. Temperantia autem & iustitia in utroque temporibus, & magis pacem ducentibus & vacantibus. Bellum quidem enim cogit iustos esse, & temperatè agere: fruitio autem bonæ fortunæ & vacare cum pace, iniuriatores facit magis. Multa igitur indigent iustitia, & multa temperantia, qui optimè videntur agere, & omnibus beatis frui, velut si qui sunt, sicut Poëta aiunt, in beatorum insulis. Maxime enim ij indigebunt philosophia, & temperantia, & iustitia, quanto magis vacant in abundantia talium bonorum.

r Quod quidem igitur futuram felicitati & studiosam futuram ciuitatem oportet iis virtutibus participare, manifestum: cum enim sit turpe non posse vti bonis, adhuc autem magis non posse in vacatione vti, sed non vacantes

D. Alb. Mag. Politic.

seruire aliis compellantur: deinde ut imperium querant gratia vtilitatis subditorum, non autem omnium dominationem. Tertio ut eis dominentur, qui seruire sunt digni.

Quod autem oportet legislatorem studere, ut prouiso sua circa res bellicas, & circa alias institutiones ad otium & ad pacem referatur, id attestatur, quod plerumque talium ciuitatum bellum gerentes conseruantur, sed cum dominationem adeptæ sunt, destruantur. Splendorem enim, veluti ferrum, per pacem amittunt. Causa huius est legislator, quia non ita instituit, ut otio stare possint.

Cum ergo idem finis esse videatur publice & priuatim hominibus, & eandem diffinitionem esse necesse sit viro optimo & optimæ Reip. manifestum est oportere virtutes eas, quæ ad otium spectant, illis existere.

Finis enim est, ut sæpe iam diximus, belli pax, negotij otium: sunt autem vtilis ad otium & quietem virtutes, quarum opus in otio est, & quarum in negotio. Oportet autem multa negotiorum nobis existere, ut liceat in otio esse. Quapropter temperatam ciuitatem esse oportet, ac fortem, & patientem, nam (ut est in Prouerbio) nullum otium seruis.

Qui verò non possunt fortiter periclitari subire, serui sunt inuadentium. Fortitudine igitur & constantia opus est ad negotium, philosophia verò ad otium. Temperantia autem & iustitia in utroque tempore, sed magis in pace & otio. Nam bellum quidem ipsum cogit homines esse iustos ac temperatos: fortuna autem prospera fruitio & otium cum pace, petulantes magis facit. Multa igitur iustitia multaque temperantia indigent hi qui in optimo statu constituti videntur, & in fruitione omnium rerum quæ beatos facere putantur, veluti si qui sunt, ut Poëta tradunt, in beatorum insulis. Maxime enim philosophia, & temperantia, & iustitia indigent, quanto magis otiosi, quanto sunt in abundantia talium bonorum.

Qua igitur de causa beata & studiosa futura ciuitas his indigeat virtutibus, manifestum est. Turpe est enim non posse frui bonis, sed in negotiis quidem & bello viros probos videri, otio autem & pace seruales. Quamobrem oportet, non quemadmodum

P p 3 quidem

quidem & bellantes videri bonos, pacem autem ducentes & vacantes, seruales. Propter quod oportet non sicut Lacedæmoniorum ciuitas, virtuti studere. Illi quidem enim non hac differunt ab aliis in non putare eadem aliis maxima bonorum, sed in fieri hæc magis per quandam virtutem. Quoniam autem maiora bona, quam quæ belli hæc, & fruitionem horum aut eam quæ virtutum, & quia propter ipsam, manifestum ex iis

CAPVT XIII.

In isto capitulo determinat Aristoteles, vtrum eandem oportet esse prius subiectum, & postea principantem, vel non. Diuiditur autem capitulum istud totum in tres partes, in quarum prima ostendit per diuisionem virium animæ & diuisionem operum, quod eadem est virtus principantis & boni viri. In secunda reprehendit Pausaniam Regem, & alios legislatores, qui politiam Lacedæmoniorum non ordinabant ad optimum secundum virtutem & felicitatem, sed ad supergressiuam potentiam, qua alios sibi subiicerent, ibi, *Qui autem nunc optime videntur, &c.* In tertia reprehendit eosdem, quod non ad optimum finem ordinauerunt politiam, sed potius ad fortunam, ibi, *Adhuc autem non propter hoc oportet ciuitatem, &c.* Sententia primæ partis hæc est. Dicit enim primò, quod ciuis & principantis dicimus eandem esse virtutem & optimi viri, sicut dictum est in præhabito capitulo. Eundem oportet esse prius subiectum & postea principantem secundum ætatis differentiam. Legis ergo latori tractandum est de hoc, quæ sit optima virtus. Hoc autem tractari non potest nisi fiat diuisio in viribus animæ & in operibus. Vires enim animæ secundum quas inest virtus homini, sunt rationales. Rationale autem duplex est, sicut determinat Aristoteles in fine 1. Ethic. & hic. Vnum enim dicitur rationale, quod per seipsum est ratio, sicut intellectiua pars animæ. Alterum dicitur rationale, non quia dicitur per seipsum, quod scilicet secundum naturam sit ratio, sed quia est obediibile & ordinabile à ratione, sicut concupiscibile & irascibile. Et si queritur quid in his melius & dignius sit? constat quod id melius & dignius est, quod per naturam rationale: & idè id quod participat rationem, ordinatur ad id quod secundum se est ratio sicut ad melius & dignius. Propter quod necesse est, quod virtus perficiens rationale, quod secundum seipsum ratio est, quod virtus perficiens rationale, quod secundum seipsum ratio est & intellectus, melior sit, quam virtus quæ perficit rationale, quod participat aliquantulum rationem. Similiter diuisio est operum. Est enim in vita hominis vacatio qua quis vacat ad sapientiam & philosophiam, sicut dicitur Eccles. 38. Qui minoratur actu, induet sapientiam. Et ibidem. Tempore vacuitatis scribe sapientiam. Est etiam in acti-

Lacedæmoniorum ciuitas virtutem exerce- re. Illi enim non eo ab aliis differunt quod non putent eadem maxima bona quæ cæteri, sed eo quod prouenire illa existimant magis per aliquam virtutem. Cum verò maiora sint hæc bona, quam ea quæ belli, & fructio eorum, quam virtutum, & quia illius gratia, manifestum ex his.

bus humanis sollicitudo de operibus vtilibus quæ pertinent ad necessitatem vitæ hominis. Et iterum queritur, quid horum melius sit? Constat quod otium, siue vacuitas: quia propter illud est sollicitudo in operibus necessariis, vt scilicet necessaria habeantur tempore vacationis. Dicit enim Aristoteles in 1. Metaphys. quod omnibus ad necessitatem & ad voluptatem existentibus, Sacerdotum gens in scholam intrare concessa est, vt studeret sapientiæ, ne aliqua sollicitudine retraheretur à studio. Et dicit, quod illa est causa quare prima philosophia liberalis scientia & libera dicitur: quia non querimus eam nisi gratia sui ipsius, & non propter aliquid aliud. Sicut liberum hominem dicimus, qui causa sui est. Et ex hoc iterum patet, quod vacatio dignior est operum occupatione, sicut felicitas contemplatiua dignior est ciuili. Iterum in actibus hominum est bellum & pax: & constat, quod pax melior est bello. Et hoc idem dicit Augustinus, & accipit rationem à nomine: bellum enim diminutiuum est à bono, & dicitur paruum bonum. Et dicit, quod non diceretur bonum aliquo modo, nisi simplex quereretur bonum in bello, quod est pax: vnde bellum habet se sicut vile, & pax sicut per se bonum. Et constat, quod per se bonum melius & dignius est quam vile: & idè id felicitas quæ summum bonum est in vita, magis est in pace quam in bello. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Quoniam autem ciuis & principantis eandem virtutem esse dicimus, & optimi viri. Hoc enim probatum est in 4. lib. cap. de ciue. Et assumit quod in anteriori capitulo probatum est, ibi, Eundem autem subditum prius oportere fieri, & principantem posterius. Et ex hoc concludit. Hoc vtiq; erit legislatori tractandum, qualiter boni viri fiant, & per quas adinventiones, id est, per quæ studia, & quid, supple, sit, quod finis optimæ vitæ, supple, est. Et ratio est. Quia hoc de necessitate est summum bonum in vita.

b Et subdit qualiter hoc querendum in viribus animæ, ibi, Diuisæ sunt autem duæ partes animæ, scilicet in fine 1. Ethic. Et ostendit diuisionem per partes, ibi, Quarum hæc quidem habet rationem secundum se, quæ scilicet est pars rationalis animæ & intellectualis: hæc autem, id est, altera, non habet quidem secundum se rationem, rationi autem obedire potest: quia irascibilis & concupiscibilis sunt partes animæ sensibilis, ordinabiles tamen à ratione. Propter quod

quod etiam dicit Auicenna, quod sensibilis & vegetabilis in homine potentia sunt, & non animæ, sed sola rationalis anima perfectio hominis est. Et in 10. Ethic. dicit Aristoteles, quod homo est solus intellectus. Si enim ita esset, quod vegetabile & sensibile essent actus sicut rationale, diffinitio hominis non esset vnum, sed multa ex multis actibus congregata: quod est contra omnia quæ probantur in 7. Metaphys. Posita hac diuisione animæ, ponit de virtutibus earum, vt ostendat in qua sit optimum, ibi, Quarum, scilicet partium, dicimus virtutis esse secundum quas vir bonus dicitur aliquantulum. Et huius ratio est: quia sicut dicitur in 3. Ethic. licet virtus sit medium in passionibus & operationibus, tamen est extremum in bono & optimo. Et hoc est quod subdit. Harum autem, scilicet partium animæ, in qua magis, supple, sit, quod finis, & optimum, supple, diuidentibus quidem sicut nos dicimus, non immanifestum, supple, est, qualiter dicendum. Et subdit rationem generalem, ibi, Semper enim quod deterius, melioris gratia est. Et hoc probat inducendo, ibi, Et manifestum similiter, id est, æqualiter in iis quæ secundum artem, supple, fiunt, & in iis quæ secundum naturam. Et hoc ideo est: quia ars imitatur naturam.

c Et determinat quid sit illud. Melius autem, supple, est, quod rationem habet, per se scilicet, quam id quod idè dicitur rationale, quod rationi obediibile est. Et data tali diuisione, subdit differentiam talium partium adinuenit, ibi, Diuisum est autem, scilicet rationale, dupliciter secundum modum quo consueuimus diuidere, rationem scilicet. Et determinat quomodo, ibi, Hæc quidem enim practica ratio est, id est, operatiua, hæc autem speculatiua. Et hæc determinata sunt 3. de anima. Practica enim nihil accipit à sensibus, nec à corpore, sed potius im-primis in corpus, & vtriusque sensibus corporis ad operationes: & idè dicit Aristot. in 12. de animalibus, quod manus est organum intellectus practici in homine: & idè manus est organum organorum, sicut intellectus potentiarum sensibilis animæ. Diuisis potentis comparat eas secundum dignitatem ostendens, quæ melior est, ibi, Eodem igitur modo necesse, supple, est, & hanc partem, rationabilem scilicet diuisam esse, in actiuam scilicet & speculatiuam, & actiones, illarum scilicet duarum partium, proportionatim dicemus habere, ipsi scilicet potentiis. Et determinat quomodo, ibi, Et oportet natura melioris, partis scilicet quæ est speculatiua, eligibilioris esse potentibus fortiri, aut omnibus, aut duabus, partibus scilicet rationis. Et ponit rationem, ibi, Semper enim vnique hoc maximè eligibile, supple, est, quo fortiri est summum, id est, quomodo ipsum potest fortiri secundum summum sui. Vnde cum summum hominis sit ratio speculatiua siue intellectus theoreticus, optima quæ potest fortiri secundum illum, illa sunt simpliciter optima. Et dicit quæ potest fortiri, quia non omnium est fortiri contemplatione sapientiæ, & illos oportet eligere melius ad quod possunt pertingere in actiua vita.

d Posita illa diuisione per partes animæ, & ostenso quid summum bonum est in speculatio-

ne, ponit aliam diuisionem vitæ humanæ, ibi, Diuisa est autem & tota vita in non vacationem & vacationem. Et dicitur non vacatio actiua vita, quæ, sicut dixit Dominus ad Martham Luc. 10. Sollicita es & turbaris erga plurima. Vacatio autem dicitur otium contemplationis vitæ contemplatiuæ, de quo otio dicit Bernard. ad Euge. Huic tam sancto otio nullam operam in vita dare, nonne vitam perdere esse? Et subdit tertiam diuisionem, ibi, Et bellum & pacem: quia bellum in actiua, & pax in contemplatiua. Et statim supponit quartam, ibi, Et ad agibiliū, ad actiuam scilicet vitam pertinentium, hæc quidem in necessaria & vtilia, id est, in vtilia quæ pertinent ad necessitatem vitæ, supple, diuiduntur, hæc autem in bona, id est, simpliciter bona, sicut sunt virtutes & felicitas. Et hoc est quod subdit, de quibus necesse eandem electionem esse & partibus animæ & actionibus ipsarum. Et ponit rationem, ibi, Bellum quidem enim pacis gratia, supple, sit, non vacationem autem vacationis, gratia, supple: necessaria autem & vtilia, bonorum, per se, supple, gratia sunt: per se enim bona, nullius gratia sunt, sed alia gratia ipsorum appetuntur. Et hoc est contra multos istius temporis, qui theologiam & philosophiam respicientes, dicunt ad lucrum inutiles esse, & eligunt studere in scientiis lucratiuis: sed & Philosophus in 1. metaph. vbi facit comparisonem scientiarum ad primam philosophiam, dicit sic, Vtiliores quidem omnes hæc, scilicet diuina, potior autem nulla, eò quod studium in illa directè beatitudinis est: aliarum autem studia ad actionem pertinent.

e Ex omnibus his concludit, quod rectè politicus dans leges, ad omnia hæc debet respectare in ordinando ciuitatem, ibi, Ad omnia quidem igitur aspicienti politico leges ferendæ. Et explanat quomodo omnia, ibi, Et secundum partes animæ, & secundum actiones ipsarum. Et subdit qualiter differenter, ibi, Magis autem ad meliora & fines: quia de his præcipue debet intendere legislator. Et hoc est. Eodem autem modo & circa vitas & rerum diuisiones. Et ponit rationem, ibi, Oportet enim posse non vacare, aliquando, supple, & bellare, aliquando, supple: magis autem pacem ducere & vacare: quia sunt fines aliorum, pax belli, & vacatio, non vacationis. Et subdit de rebus similiter, ibi, Et vtilia agere, supple, oportet, aliquando; magis autem oportet bona: quia illa sunt fines vtilium.

f Et ex his concludit, ibi, Quare ad has intentiones, & bonorum scilicet per se, & pacis, & vacationis, & pueros adhuc existentes erudendum, & alias ætates, quæcumque indigent eruditione.

g Deinde cum dicit, Qui autem nunc optime videntur politizare, &c. arguit Græcos, qui non sic ordinauerunt politiam, sed laudauerunt politiam Lacedæmoniorum, quæ non fuit ordinata ad optimum finem, nec ordinauerunt leges ad virtutem & eruditionem, sed ad bellum & ad supergressiuam potentiam, qualiter aliis dominarentur: vnde graniter declinauerunt, sicut Thibron, laudauerunt Lacedæmoniorum politiam, eò quod exercitati ad bella multis pote-

rant dominari, quod eis factum est multo successu eufortuniorum: quamvis palam sit, quod nunc nullis dominantur, amisso tali excessu, neque legislator eorum, qui tales leges posuit, modo bonus reputatur. Talia enim ipsa ratione sunt redarguibilia, & ipsis operibus sunt redarguta. Adhuc etiam de ipso principari non bene dixerunt: quia in hoc non est felix vita, quod sint homines exercitati in bello, & habeant potentiam supergressivam. Adhuc ridiculum est, quod in hoc dicatur esse felicitas, in quo quis manens in legibus positus obicit bene vivere. Adhuc pessimus principatus est, quo aliquis despotice principatur alteri siue seruiliter: multo enim melior est principatus liberorum: unde in talibus ponere felicem vitam, ridiculum est. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Qui autem nunc videntur optimè politicizare Græcorum, id est, de numero Græcorum & legislatorum, qui has, supple, quæ sunt modo, instituerunt politias, neque ad optimum finem videntur ordinasse quæ circa politias, neque virtutes, leges & eruditionem, supple, possuisse: sed graviter declinaverunt ad eas quæ videntur esse reales & supergressivas, id est, potestativas ad subiectionem aliorum. Consimiliter autem, supple, fecerunt, & erraverunt, quidam eorum qui posterius scripserunt, protulerunt eandem opinionem. Et ostendit quomodo, ibi, Laudantes enim Lacedæmoniorum politiam, laudant legislatoris intentionem. Et ostendit in quo, ibi, Quod omnia ad imperare & ad bellum legis statuta fecerunt, Lacedæmonij scilicet.

b Quæ & id est, etiam secundum rationem sunt facile arguibilia, & operibus ipsis sunt redarguta. Et ostendit quomodo, ibi, Sicut enim plurimi hominum zelant multis dominari, quia multo successu sunt eufortuniorum, per hoc scilicet quod multis dominantur, sic & Thibron videtur laudans Lacedæmoniorum legislatorum, & aliorum vniuscuiusque scribentium de politia ipsorum, Lacedæmoniorum scilicet, quia propterea quod exercitati fuerunt ad pericula, multis principabantur, quod tyrannorum est: tyrannis enim pessima est transgressio, & non politia, sicut dicitur in 8. Ethic.

i Et ponit rationem quare erraverunt, ibi, Quamvis palam, quod quoniam nunc quidem non adhuc inest Lacedæmonibus principari, non felices, ergo, supple, ex hoc fuerunt, neque legislator bonus, supple, fuit ex hoc quod tales leges edidit. Adhuc autem hoc ridiculum, supple, est, si manentes in legibus ipsius, legislatoris scilicet, & nullo impediendo, ne vterentur legibus, abiecerunt vivere bene. Hoc dicit: quia tyrannicè vivere, est pessimè vivere.

k Non rectè autem existimant neque de principatu. Et dicit quomodo, ibi, Quem oportet videri honorantes legislatores, eo quod est despotice, id est, seruiliter, principari: hoc enim non est honor, sed dedecus. Et hoc est quod sequitur. Liberorum enim principatus melior, & magis cum virtute, supple, est.

l Deinde cum dicit, Adhuc autem non propter hoc, &c. reprehendit Lacedæmones, quod non ad optimum finem ordinaverunt politiam,

sed potius ad fortunam. Et ostendit quid exigitur ad hoc quod civitas sit felix. Et circa hoc ponit quinque. Primum est, quod non oportet aliquem in hoc credere felicem, quod potest vicinos subiicere & eis principari, cum hoc aliquando cedat in magnum nocumentum: sed potius intendere debet qualiter secundum virtutem possit principari propria civitati. Et hoc videtur probare per actiones Lacedæmonum, qui de hoc accusabant Pausaniam Regem, qui tantum honorem habuit, quod multos subiicit, & propria civitati secundum virtutem dominari non potuit. Talium igitur Regum qui in potentia supergressiva ponunt felicitatem, & rationum quas inducunt, nulla perspicua & nulla vera: sed potius quod legislator & sigillatim & communiter in animabus hominum efficere debet quod secundum virtutem communicent & politizent. Et hoc est primum quod debet intendere legislator in propria civitate. Adhuc quidem inducit aliam rationem, quod adversariorum studium non debet esse huius gratia: quia hoc esset iniustum bellum ut servituti subiiciant indignos, sed potius ut ipsi primò non serviant aliis. Deinde debent intendere ut zelent præsidatum gratia utilitatis subditorum, & non gratia ambitionis & non despotice. Tertio debent intendere, quod si despotizant, id est, dominantur, quod despotizent dignis servire, & non liberis: illi autem sunt de quibus in primo libro dictum est, quod per naturam sunt servi, de quibus dixit, quod nullam propriam habent virtutem: sed virtus eorum est ut dominis obediant. Et ad hoc inducit etiam aliam rationem: quia expertum est in civitatibus hoc, quod in tali potentia nulla est felicitas. Multæ enim civitates primò per bellum salvatæ sunt ab inimicis, & postea postquam obtinuerunt principatum, perierunt virtutibus propriis: quia in pace manentes, rubiginem vitiorum in pace contrahunt, sicut ferrum. Sic ergo terminatur sententia primæ partis, quæ est de hoc quod in potestate supergressiva non potest esse felicitas. Litera sic ordinatur. Adhuc autem non propter hoc oportet civitatem felicem putare, & legislatores laudare, quia prævalere potuit ad principari super vicinos: hæc enim magnum habent nocumentum, quando scilicet dilatatur potentia per industriam regentis. Unde Ptolem. in proverbiis: Qui extendit scientiam suam ultra industriam quæ in ipso est sicut pastor debilis cum multis ovibus. Et Apóstolus 1. ad Tim. 3. Qui autem domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei scientiam habebit? Et hoc est quod hic inducit pro ratione prima. Palam enim & civium potenti, scilicet super civem, hoc tentandum, supple, est, proficere, ut scilicet proficatur, qualiter possit propria civitati principari, primo scilicet. Et probat hoc per accusationes Lacedæmoniorum, ibi, De quo quidem accusant Lacedæmones Pausaniam Regem. Et subdit in quo, ibi, Et quidem habentem tantum honorem, ut scilicet aliis principaretur, & propria civitati non potuit.

m Ex his concludit intentionem, ibi, Neque itaque talium legum & rationum politia nulla, neque perspicua, neque vera est. Et adhuc inducit

ducit aliam rationem, ibi, Hæc enim optima, supple, est politia, & sigillatim & communiter legislatores efficere oportet, hoc scilicet, ut primò propriis intendat, & postea aliis, in animabus hominum, id quod hominum, hominis enim est secundum virtutem vivere, præesse autem, ut dicit Gregorius, non est hominis, sed contra naturam superbire æqualibus velle præesse. Et inducit ad hoc tertiam rationem, ibi, Et quod adversariorum studium, non huius gratia oportet meditari, ut servituti subiiciant indignos, sed ut primò ipsi non serviant aliis: deinde ut zelent præsidatum gratia utilitatis subditorum, sed non gratia despotice omnium, vel omnino, id est, gratia servilis subiectionis. Tertio autem, supple, legislatoris est intendere, despotizare, id est, dominanti subiicere dignos servire: & illi sunt, qui per naturam sunt servi & nullam propriam habent virtutem.

n Et aliam inducit rationem per experta in civitatibus, ibi, Quod autem oportet legislatores magis studere gratia ordinis, secundum virtutem scilicet, & pacis, restantur ea quæ sunt rationibus, quando scilicet facta pericula attestantur rationibus, tunc optimè sunt. Et subdit quomodo attestantur, ibi, Plurimæ enim talium civitatum, bellantes quidem salvantur, ab inimicis scilicet: postquam autem obrinuerint principatum, pereunt, in seipsis scilicet. Et dicit rationem, ibi, Rubiginem enim contrahunt, sicut ferrum, pacem ducentes, id est, quando sunt in pace, consumuntur rubigine vitiorum. Et hoc est quod inducit pro causa, ibi, Causa autem, supple, est, legislator non eruditiis posse vacare, supple, ad virtutem.

o Secundum ponit, ibi, Quoniam autem idem finis esse videtur, &c. ubi probat per hoc quod idem finis boni viri & communiter civitatis, quod optima politia est, quæ secundum finem optimi viri, & hoc est virtus. Optimus enim vir omnia sua dirigit ad virtutem. Ostendit ergo, quod vera felicitas est in virtute per hoc quod eundem terminum siue finem necessarium est esse optimo viro & optimæ politia. Ex hoc enim concludit, quod quia finis est virtus, sicut sæpè dictum est, virtutum bonorum, sicut pax belli, & vacatio non vacationis, si rubiginem non debeat contrahere, debet studere civitas virtutibus & illis maximè quarum in vacatione opus est, & non vacatione. Ad hoc autem quod quis vacet virtuti, multa necessariorum exiguntur. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Quoniam autem idem finis esse videtur & communiter, supple, civitatibus, & hominibus, & sigillatim, infert consequenter ex hoc, & id est, etiam eundem terminum, id est, finem, necessarium esse, supple, est, optimo viro & optimæ politia, manifestum, supple, est, quod oportet, ad felicitatem scilicet eas quæ ad vacationem virtutes existere.

p Et ponit rationem ex fine, ibi, Finis enim, sicut dictum est sæpè, pax quidem belli, vacatio autem non vacationis: vtilis autem virtutum, id est, de numero virtutum ad vacationem & deductionem sunt (deductionem vocat vacationem tædij quod est in otio) quarum, scilicet virtutum, in vacatione est opus, & quarum in non vacatione, scilicet, quando negotia civi-

tatis aguntur. Et ponit rationem, ibi, Oportet enim multa necessariorum existere, ut deinceps vaces: acquisitio enim non potest existere in vacando, sed in non vacando in negotiis vtilibus. Ex his concludit, ibi, Propter quod temperatam esse civitatem conuenit, & fortem & perseverantiam, in bonis scilicet. Et probat hoc per Proverbum, ibi, Secundum Proverbum enim, non est servus vacatio. Et intelligit de servus natura, de quibus dicitur Eccl. 34. quod servus ponatur in opere, ne insolescat.

q Et quia dixit, quod fortitudo necessaria est & perseverantia, dicit, quod miseria sequitur eos qui fortitudinem non habent, ibi, Qui autem non possunt, ex timiditate scilicet, periclitari viriliter, servi inuadentium fiunt, & sic miseri & non felices. Propter quod dicit in Ethicis, quod forti civili fortitudine mors tali salute eligentior est. Ex his concludit, quod virtutes ad felicitatem civitatum sunt necessariae, ibi, Fortitudine quidem igitur & perseverantia opus est ad non vacationem. Tertium ponit, ibi, Philosophia autem ad vacationem, &c. Ostendit, quod sicut felicitas civis est in exercitio virtutis & virtutum actibus qui sunt in non vacando, ita felicitas contemplativa est in vacando philosophia. Et probat hoc per dicta Poëtarum. Et concludit ex omnibus his, quod tales multa indigent iustitia, & multa temperantia, qui optimè videntur agere, & omnibus frui beatis. Hæc est sententia. Litera levis est, & sic ordinanda. Philosophia autem ad vacationem, supple, ordinatur. Et vocat philosophiam contemplativam felicitatem, quæ, sicut dicitur in 10. Ethic. est in delectatione contemplationis theorematum. Temperantia autem & iustitia in vtrisque temporibus, supple, exiguntur, & magis, supple, exiguntur, & probant pacem ducentibus & vacantibus. Et ponit rationem, ibi, Bellum quidem enim cogit iustos esse, & temperatè agere: hoc enim solum bellum iustum antiquitus reputabatur, quod cogebat ad virtutem: fruitio autem bonæ fortunæ & vacare cum pace, iniuriatores facit magis. Et causa est, quod homines in otio fruentes deliciis, iniuriatores efficiuntur, & insolescunt, quando nullo modo fræno virtutis retinentur. Ex his concludit, ibi, Multa igitur indigent iustitia, & multa temperantia, qui optimè videntur agere, & omnibus beatis frui. Et inducit Poëticum dictum ad hoc, ibi, Velut si qui sunt, sicut Poëtae ajunt, in beatorum insulis. Maximè enim hi indigebunt philosophia, scilicet propter felicitatem contemplativam, & temperantia & iustitia propter felicitatem civilem. Et dat rationem, ibi, Quanto magis vacant in abundantia talium bonorum, beatitudinis scilicet, tanto magis indigent fræno virtutis, ne insolescant.

r Quartum ponit, ibi, Quod quidem igitur futuram, &c. ubi nihil aliud dicit, nisi quod propositum concludit ex omnibus præcedentibus. Et hæc est sententia huius, quod dicit, quod civitatem quæ futura est felicitari, oportet his virtutibus participare, quæ dictæ sunt: cum turpe sit non vti bonis istis, & adhuc magis turpe non posse vti talibus bonis in vacando.

Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Quod quidem igitur futuram felicitari & studiosam futuram civitatem oportet his virtutibus participare, manifestum. Et ponit rationem, ibi, Cum enim turpe sit non posse uti bonis, adhuc autem magis, supple, sit turpe, non in vacatione uti, &, supple, usus non possit esse boni sine his virtutibus, constat quod oportet his virtutibus participare. Quintum ponit, ibi, Sed non vacantes quidem, &c. Et dicit, quod videtur Lacedæmonibus de vacantibus & non vacantibus. Illi enim dicunt, quod bellantes videntur boni, eò quod pro pace bellantes: vacantes autem videntur mali, quia serviles & ab aliis coguntur ad seruiendum. Et ex hoc concludit, quod propter hoc oportet non studere virtuti, sed bellis, sicut Lacedæmoniorum civitas. Et ostendit differentiã Lacedæmoniorum ad alios, & dicit, quod non est in hoc differentia, quod Lacedæmonij putauerunt, quod maxima bonorum non acquiruntur virtute sicut & alij: sed in hoc erat differentia, quod Lacedæmonij putabant acquiri quadam virtute, sicut fortitudine. Alij verò putabant acquiri maxima bonorum

CAPVT XIV.

A quo pri-
mum eru-
ditio faci-
da fit, &
que circa
coniugia ac
liberorum
procreatio-
nem confi-
deranda sunt
ac peragen-
da.

Qualiter autem & per quæ erit hoc, utique speculandum. Divisimus itaque prius, quod natura, & consuetudine, & ratione opus est. Horum autem quales quidem quosdam oportet natura, determinatum est prius, reliquum autem considerare, utrum instruendi prius ratione, vel consuetudinibus. Hæc enim oportet adinuicem consonare consonantia optima. Contingit enim peccare & rationem ab optima suppositione, & per similia duci.

b Manifestum utique hoc, primò quidem sicut in alijs, quomodo generatio à principio est, & finis ab aliquo principio alterius finis. Ratio autem nobis & intellectus naturæ finis, quare ad hæc generationum & consuetudinum studium oportet preparare.

c Deinde sicut corpus & anima duo sunt, ita & animæ videmus duas partes, quod irrationabile, & rationem habens: & habitus horum duos secundum numerum, quorum hic quidem est appetitus, hic autem intellectus. Sicut autem corpus prius generatione, quam anima, ita & quod irrationabile, quam rationem habens. Manifestum autem est hoc: animus enim & voluntas, adhuc autem, & concupiscentia, & mox natis existunt pueris: ratiocinatio autem & intellectus, procedentibus nata sunt infieri.

per hanc & per alias virtutes. In fine ponit conclusionem, quod maiora bona sunt virtutis quam belli, & quod fruitio bonorum beatitudinis aut est fruitio virtutum, aut propter ipsas: & hoc manifestum est ex his dictis. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Sed non vacantes quidem & bellantes videri bonos, pacem autem ducentes & vacantes, serviles, supple, videri. Propter quod oportet non sicut Lacedæmoniorum civitas, virtuti studere, id est, fortitudini. Et ponit rationem, ibi, Illi quidem enim, Lacedæmonij scilicet, non hæc differunt ab alijs in non putare eadem alijs maxima bonorum. Sed in hoc differunt, quod dicunt maxima bonorum contingere per quandam virtutem, fortitudinem scilicet. Post concludit generaliter capitulum, ibi, Quoniam autem maiora bona quam quæ belli hæc, scilicet virtutum bona, & fruitionem horum, maximorum bonorum scilicet, aut eam quæ virtutum, supple, erit, & quæ propter ipsam, virtutem scilicet est fruitio talium bonorum, manifestum ex his, supple, est.

CAPVT XIV.

Quomodo autem & per quæ id erit, utique considerandum. Diximus supra, dividentes, quod & natura, & more, & ratione indigemus. Ex his autem quales aliquos natura esse oportet, determinavimus, restat videre, utrum ratione prius an moribus sit eruditio faciendâ. Hæc enim simul concordare debent optima concordatione. Contingit enim rationem aberrare ab optima suppositione, & similes per mores duci.

Clarum est hoc, primum quidem, quemadmodum in alijs, quod generatio est à principio & finis à principio aliquo alterius finis. Ratio autem nobis & mens naturæ finis, quare ad hæc generationem ac morum institutionem parare oportet.

Deinde, ut anima & corpus duo sunt, ita quoque duas videmus esse animæ partes: unam irrationalem, alteram quæ habet rationem. Habitus quoque earum duos, quorum alter est appetitus, alter mens. Ut autem corpus in generatione antecedit animam, sic pars irrationalis antecedit eam partem, quæ habet rationem. Patet id in pueris, quibus statim ira & voluntas & concupiscentia existit, ac ratio & mens procedente aetate in illis fieri nata sunt.

d Propter

d Propter quod primò quidem corporis curam necessariam esse priorem quam eam quæ animæ: deinde eam quæ appetitus: gratia verò intellectus eam quæ appetitus, huius autem eorum quæ animæ.

e Siquidem igitur à principio legislatoꝝ videre oportet, qualiter corpora optima fiant eorum qui educantur. Primò quidem curandum circa coniugium, quando & quales quosdam existentes oportet facere nuptialem collocactionem.

f Oportet autem leges ferre circa hanc communicationem, aspicientem ad ipsos, & ad tempus viuendi, ut conveniant aetatibus, ad idem tempus, & non dissonent potentia: huius quidem adhuc potentis generare, hac autem non potente: aut hac quidem, viro autem non: hæc enim faciunt & disensiones adinuicem, & diuersitates.

g Deinde ad puerorum successionem, oportet enim neque subdeficere pueros aetatibus patrum: sine profectu enim senioribus gratia quæ à pueris, quod autem à patribus auxilium pueris. Neque valde prope esse. Multam enim habet disciplicentiam, vercundiaque minus existit talibus, tanquam coætaneis, & circa dispensationem querulosum quod propinquum.

h Adhuc autem vnde incipientes huc devenimus, quatenus corpora natorum existant ad legislatoꝝ voluntatem, ferè itaque omnia accidunt secundum vnam curam.

i Quoniam enim non determinatus est finis generationis, ut ad plurimum est dicere, viris quidem numerus septuaginta annorum ultimus, quinquaginta autem mulieribus, oportet principium coniugationis secundum aetatem ad tempora descendere.

k Est autem iuuenum vel iuniorum coitus prauus ad puerorū procreationem, in omnibus enim animalibus imperfecti iuuenum foetus, & foemellæ, & hoc magis, & parui secundum formam: quare necessarium hoc ipsum & in hominibus accidere. Argumentum autem hoc est in quibuscumque enim civitatum laxatur iuvenes coniugari & iuenculas, imperfecti & parui corporibus sunt.

l Adhuc autem in partibus iuvenes dolent magis, & perimuntur plures.

Quapropter corporis curam necesse est prius suscipere quam animi: deinde appetitus: curam tamen appetitus gratia mentis, curam verò corporis gratia animi.

Si ergo ab initio providendum est à legislatoꝝ, ut optima sint corpora eorum qui educantur. Primò quidem circa coniugia providere debet, qua aetate, & cuiusmodi existentes sint in matrimonium copulandi.

Hoc autem instituet legislatoꝝ, inspiciens ad ipsos, & ad vitæ tempus ut aetatibus in idem concurrant, nec discrepet gignendi potentia: viro enim generare adhuc potente, si mulier ipsa concipere non possit, vel muliere quidem ad concipiendum apta, si vir ipse non possit, lites ac discordia inter eos oriuntur.

Ad filiorum quoque susceptionem est inspiciendum, ne nimis distent ab aetate paterna: quoniam nec ipsi senioribus gratiam referre illam possunt, nec parentes filiis adiumenta prestare. Nec etiam nimis proximi ad aetatem paternam accedere debent filij. Habet enim hoc turbationem non parvam, cum neque tanta sit reverentia huiusmodi filiis erga genitores, utpote quasi aequalibus, & circa gubernationem domus querela ex ista quasi paritate soleant provenire.

Insuper quod dicere incipientes huc digressi fuimus, ut corpora natorum sint secundum legislatoꝝ voluntatem, ferè quidem hæc omnia provenient per vnam diligentiam.

Nam cum sit finis gignendi ut plurimum viris quidem septuagesimus annus, mulieribus autem quinquagesimus, ita coniugandi ab initio sunt, ut aetatibus ad hunc finem concurrant.

Est autem adolescentium coniunctio improba ad filios. In cunctis enim animalibus iuueniles partus imperfecti sunt, & femina crebrius quam marces: & parva corporis forma gignuntur: quocirca necesse est hoc idem in hominibus provenire. Huius autem coniectura fuerit, quod in quibuscumque civitatibus consuetudo est adolescentes maiores puellasque coniugari, in eisdem inutilia ac pusilla hominum corpora existunt.

In partu quoque laborant magis puellæ, ac pereunt plures. Ex quo responsum oraculi

Propter

Propter quod & oraculum quidem aiunt factum fuisse, propter talem causam Træzæniis, tanquam multis pereuntibus propter nubere magis iuenculas, & non ad fructuum productionem.

m Adhuc autem & ad temperantiam expedit coitus facere senioribus: intemperantiores enim videntur iuenculæ, quæ vix fuerint coitibus.

n Et masculorum corpora lædi videntur ad augmentum, si adhuc corpore crescente fecerint coitum. Etenim huius quoddam tempus determinatur, quod non excedit multum adhuc.

o Propter quod has quidem congruit circa ætatem decem & octo annorum coniugari, hos autem circa triginta septem, aut parum. In tanto enim tempore perfectis corporibus coniugatio erit, & ad profectam puerorum procreationis conueniet temporibus oportune. Adhuc autem successio puerorum, iis quidem erit inchoante ætate, si fiat secundum rationem mox generatio, iis autem resoluta iam ætate ad numerum septuaginta annorum.

p De eo quidem igitur quod est, quando oportet fieri coniugium, dictum est. His autem quæ circa temporaneitatem temporibus oportet uti, quibus multi utuntur, bene etiam nunc determinantes hyme fieri commorationem hanc. Oportet autem & ipsos speculari ad puerorum procreationem, & quæ à medicis dicuntur, & quæ à physicis. Medici enim tempora corporum dicunt sufficienter, & de spiritibus physicis, Boreales Australibus laudantes magis.

q Qualibus autem quibusdam corporibus existentibus maximè utilitas erit iis qui generantur, scientibus quibus magis dicendum in iis quæ de disciplina. Typo autem sufficiens dicere & nunc: neque enim qui athletarum optimus habitus ad politicam bonam habitudinem, neque ad euexiam, neque ad saniratem, & puerorum procreationem, neque qui curis indigens, & male habens valde, sed medius horum.

r Oportet quidem igitur habere habitum labores passum, passum autem labores non violentos, neque ad vnum solum, sicut athletarum habitus, sed ad actiones liberorum.

Træzæniis datum quidam existimant ob istam causam, quasi multis pereuntibus propter immaturitatem nuptiarum, non propter fructuum collectionem.

Ad continentiam quoque vile est nuptias fieri seriores: intemperantiores enim esse videntur, cum puella Veneri assuescunt.

At masculorum corpora crescere impediuntur, si adhuc augente se corpore, consuetudinem ineanit. Nam huiusmodi terminus hic esse videtur, quem non multum excedit amplius.

Quapropter puellas quidem circa ætatem decem & octo annorum nuptui tradere congruit, masculos autem circiter ætatem annorum sex & triginta. In hoc enim tempore & vigentibus corporibus coniunguntur, ac procedente tempore simul aptè desinent procreare posse, & filiorum susceptio partim erit ab initio eis ætate vigentibus, si rectè procedat statim generatio, partim iam vergentibus ad annum septuagesimum.

Quibus igitur ætatibus coniugia sine facienda, dictum sit. Tempus autem anni, ut nunc multi obseruant, rectè per hymem ad nuptias esse videtur, sed consideranda sunt in procreatione liberorum, quæ à medicis, & quæ à physicis traduntur. Medici autem tempora corporum sufficienter ostendunt, physici autem de spiritibus, Boreales magis quam Australes laudant.

Quæ autem corpora maximè utilia sint, magis dicendum esset, ubi disciplina liberorum tractatur. Summatim verò sat fuerit nunc dixisse: neque enim athletarum habitudo utilis foret ad civilem habitum, neque ad saniratem & procreationem liberorum, nec rursus humilis & imbecilla nimium, sed media istarum.

Laboriosam enim habitudinem habere oportet, exercitatum verò laboribus non violentis, neque ad vnum laborem solum, ut athletarum habitudo, sed ad liberalia opera.

Similiter

f Similiter autem oportet idem existere & viris, & mulieribus. Oportet autem, & prægnantes curare corporibus, neque desidia torpentes, neque subtili cibo vrentes. Hoc autem facile legislatori facere præcipienti quotidie aliquid iter facere ad Deorum reuerentiam, iis quæ fortitæ sunt eum qui de generatione honorem. Intellectum vero è contrario corporibus pigrius congruit deducere. Quæ enim generatur, videntur assumentia ab ea, quæ habet, sicut nascuntur à terra.

t De reseruatione autem & alimentò genitorum sit lex, nullum orbarum nutrire. Propter multitudinem autem puerorum, ordo gentium prohibet, nihil reseruari genitorum.

u Oportet enim determinatam esse multitudinem puerorum procreationis. Si autem aliquibus fiant præter hoc combinatis, antequam sensus insit & vita, fieri oportet abortum: quod enim sanctum, & quod non determinatum, & ipso viuere erit.

x Quoniam autem principium quoddam ætatis viro & mulieri determinatum est, quando oportet incipere coniugationem, & quanto tempore deservire congruit ad puerorum procreationem, sit determinatum: seniorum enim factus, sicut & iuniorum, imperfectis sūt corporibus & intellectibus: qui autem decrepitorum, debiles. Propter quod secundum intellectus, ac mens: hoc autem est in plurimis, quam quidem poetarum aliqui dixerunt mensurantes hebdomadibus ætatem, circa tempus quinquaginta annorum: ut quatuor aut quinque annis excedentē ætatem hanc, dimittere oportet eam, quæ ad manifestam generationem. Quod autem reliquum, saniratis gratia, aut alicuius alterius talis causa, oportet videri facientes collocutinem.

y De ea autem quæ ad aliam & ad alium, sit quidem simpliciter non bonum tangentem videre nullatenus nullo modo, cum fuerit & appelletur eönubium: circa tempus autem puerorum procreationis, si quis appareat tale quid agens, damnificetur inhonoratione decenti ad peccatum.

CAPVT XIV.

*I*N isto capitulo determinat Aristoteles qualiter & per quæ habeantur quæ dicta sunt.

D. Alb. Mag. Politic.

Hæc autem similiter viris, mulieribusque existere debent. Prægnantes quoque mulieres curam habere corporum oportet; non pigrescentes, neque subtili vrentes alimenta. Hoc autem facile est, legum positori providere si iubeat singulis diebus iter quoddam facere debere ad Deorum sacra mulieres, quæ fortitæ sunt concipiendi honorem. Mens tamen, contra quam corpus, in tranquillitate est traducenda. Quæ enim sunt, ab ea quæ continet, capere videntur, quemadmodum illa quæ nascuntur à terra.

Circa expositionem autem, vel educationem filiorum, lex sit, nihil orbarum natura fore educandum. In aliis verò si mores institutaque ciuitatis prohibeant natos exponere.

At si multitudo tanta prolis alicui contigerit, ut duplicatus sit filiorum numerus, nam is diffinitus esse debet, ad multitudinem nimiam euitandam anteuire oportet, ne factus concipiantur: nam postquam concepti sunt, & sensum aut vitam acceperunt, nefas est attingere eos.

Cum verò determinatum sit, quæ ætate vir & uxor sint ab initio coniugandi, quanto tempore liberis operam dare conueniat, determinemus. Seniorum enim factus, quemadmodum iuniorum, imperfecti sunt & corporibus & intellectibus. Senescentium quoque factus sunt irrobusti. Quapropter illud maximè tempus probandum est, in quo maximè intelligentia viget in nobis: id autem esset in plurimis circiter annum quinquagesimum, ut poetarum quidam dixerunt, septennario numero ætatem dimetientes. Itaque qui quatuor aut quinque annis hanc ætatem excesserint, derelinquere debent in aperto procreandi studium. Ac de cætero, vel saniratis, vel alterius huiusmodi causa, concubitum facere videri.

Coitus verò omnis alterius, quam coniugis penitus sit interdictus, quando quidem sit & appelletur coniux. Quod si quis deprehendatur contra facere per tempus procreationis, dignam pro delicto pœnam reportet.

Et diuiditur in tres partes, in quarum prima quasi ex proemio præmittit ea quibus venitur ad felicem vitam, quæ, sicut dictum est, tria sunt, natura, ratio, & consuetudo. In secunda quædam determinat ex parte consuetudinis, ad quæ oportet confuscere hominem, ut aptus sit felicitati.

Qq

licitati

licitati ex dictis medicorum, & physicorum, ibi, *His autem qua circa tyrannidem, &c.* In tertia dicit, quod si aliter concipiatur nati quam dictum est, omnino inhabiles sunt ad felicem vitam, & proclives sunt ad vitia, quod melius est procurare abortum: quia melius est tales non esse quam esse, ibi, *Si autem aliquibus fiat, &c.* Circa primum duo facit. Primum enim præmittit, quod tria exiguntur ad hoc quod quis veniat ad perfectam vitam & felicem. Secundo quia natura est primum inter tria, determinat tempus generationis, quo secundum optimum statum naturæ productum in esse potest perficere, ibi, *Est enim huius quoddam tempus determinatum, &c.* Primæ partis hæc est sententia. Primum enim intentionem præmittit, scilicet quod speculandum est qualiter quis perveniat ad felicem vitam: & dicit, quod tria quæ determinata sunt iam, scilicet natura, ratio, & consuetudo: & quod quando hæc consonant, tunc per illa tria devenitur ad felicem vitam. Ordo tamen est inter illa. Aliquando enim quis sortitur naturam bonam, & consuetudinibus abducitur ad mala: & oportet ista ad finem ordinare: finis autem in homine ratio est & intellectus: unde naturam & consuetudinem oportet ordinare ad intellectum. Sicut autem in homine duo sunt, scilicet corpus & anima: & corpus generatione est ante animam: quia corpori organizato infunditur anima: ita duæ partes sunt in anima, quarum una est sensualis appetitus, altera autem est intellectus: & inum, scilicet sensualis appetitus, mox natis pueris existit: intellectus autem secundum actum perfectus, non statim. Quia ergo corpus est ante animam generatione, oportet intendere & ordinare, primum, qualiter corpora optima nascantur, & ex quo coniugio maris & femina: & deinde intendere qualiter optimè perficiantur secundum intellectum. Oportet igitur intendere quæ ætate mas & femina coniungantur ad optimam procreationem filiorum: quia autem hoc non potest fieri inter defectum ultimum & primum perfectum ætatis, medium tempus illud inveniendum est, quo mas & femina coniungantur. Finis autem generatiuæ quoad potentiam in viro 70. annorum: tunc enim deficit virtus generatiua in viro: femina autem usque ad 50. tunc enim desinere incipiunt muliebria & virtus concipiendi in muliere. Medium autem tempus quod aptum est coniunctionis maris & femina, est quod femina sit 18. annorum, & vir circa 37. vel circa hoc. Et ratio est: quia si ante coniungantur, verecundia in feminis multam habebit displicentiam viri: & hoc non expedit generationi. Femina autem efficitur querulosa contra virum. Et iterum coitus & commixtio quæ est corporum imperfectorum, quando scilicet nec membra ducta sunt ad debitam quantitatem, nec virtus coadunata est in membris parvis ad generationem: & oportet pueros sic natos & conceptos deficere propter defectum parentum. Et etiam probat per signum: quia in quibuscumque civitatibus laxantur iuvenes & iuenculæ cito coniugari, tria inconuenien-

ria contingunt. Vnum est, quod homines parvi nascuntur corporibus & imperfecti. Secundum est, quod iuenculæ assuescunt ad coitum ante tempus maturitatis, efficiuntur lascivæ, incontinentiam diligentes & appetentes. Tertium est, quod frequenter periclitantur in partu, & moriuntur, & natis subvenire non possunt alimonia natis & diligentia nutritionis. Propter omnia hæc dicit, quod oraculum determinavit hoc turpe maris & femina: & intelligitur de oraculo Apollinis: quia Apollo solus inter Deos dabat responsa sapientiæ de ordine & cura vitæ hominis. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Qualiter autem & per quæ erit hoc primum, supple, quod homo pertingat ad felicem vitam, utique speculandum est, supple. Et præmittit ea quæ dicta sunt ad hoc, ibi, *Divisimus itaque prius, in præcedenti scilicet capitulo, quod natura & consuetudine & ratione opus est, ad hoc scilicet.* Horum autem, id est, inter hæc, quales quidem quosdam oportet esse natura, determinatum est prius, in tertia scilicet suppositione, ubi dictum est quales secundum naturam sunt in diversis climatibus habitantes ex longitudine & latitudine civitatum: reliquum autem considerare, supple, connenit, vtrum instruendi, supple, sint prius ratione vel consuetudinibus: hæc enim secundum naturam, rationem & consuetudinem oportet consonare ad invicem, consonantia optima. Et subdit necessitatem huius considerationis, ibi, *Contingit enim peccare & rationem ab optima suppositione, id est, quod ratio deviat ab optima suppositione generationis, quæ in optima electione horarum & constellationis facta est.* Et per hoc patet, quod Aristoteles non voluit, quod constellation imponeret necessitatem, sicut Ptolemæus dicit in Centilogio, quod sapiens homo dominatur astris: & Meseallach in lib. de sphaera mota, dicit quod sapiens homo iuvat celestem circulum, sicut ab agricola ager aratione & seminatione.

b Et ex hoc subdit concludens, ibi, *Manifestum utique hoc, primum quidem sicut in aliis, quomodo generatio à principio est, & finis ab aliquo principio alterius finis.* Et quid sit hoc dictum, manifestat subdens, ibi, *Ratio autem nobis, scilicet hominibus, intellectus naturæ finis, est, supple.* Per rationem & intellectum ordinatur tota natura & vita hominis, & à fine accipitur ratio ordinis omnium horum quæ ad finem ordinantur. Et hoc est quod concludit, ibi, *Quare, id est, propter quod ad hæc, scilicet rationem & intellectum, generationem & consuetudinum studium oportet præparare.*

c Et ostendit qualiter generatio ad hæc præparatur, ibi, *Deinde sicut corpus & anima duo sunt, ex quibus scilicet constituuntur homo: ita & animæ videmus duas partes.* Et ostendit quas, ibi, *Quod irrationabile, & rationem habens: & habitus horum, id est, partium, duos secundum numerum, quorum hic quidem, habitus scilicet, est appetitus, hic autem, id est, alter, est intellectus.* Sicut autem corpus prius generatione, supple, est, quam anima: ita & quod

& quod rationabile, quam rationem habens, actum scilicet perfectum: quia licet simul habeat in potentia rationem & appetitum, tamen non habet perfectam rationem secundum prudentiam simul cum appetitu. Et hoc est. Manifestum autem est hoc: animus enim & voluntas. Animum vocat irascibilem, voluntatem verò concupiscibilem. Et hoc est quod subdit. Adhuc autem concupiscentia, & id est, etiam mox natis existunt pueris, secundum actum scilicet, ratiocinatio autem & intellectus procedentibus, supple, ætate, nata sunt infanti, id est, intus fieri. Et propter hoc dicit in principio de anima, quod secundum prudentiam ductus intellectus non inest omnibus, sed neque hominibus. Et Gregorius Nicenus dicit lib. 1. de homine, quod sententia Aristotelis & Democriti fuit, nullum habere intellectum adeptum & agentem nisi Philosophum: quia licet habeat potentiam, tamen secundum actum non habet nisi Philosophus.

d Ex his concludit ulterius, quod legislator qui curat de vita hominis, prius debet ordinare vitam secundum corpus quam secundum animam. Et hoc est. Propter quod primum quidem corporis curam necessarium est esse priorem, quam eam quæ animæ: deinde eam quæ appetitus: gratia verò intellectus eam quæ appetitus, huius autem eorum quæ animæ, debet, supple, curare eam curam animæ plusquam appetitus vel intellectus, cum generatione sit prior: prior enim est anima quam animæ appetitus vel intellectus.

e Ex his concludit, ibi, *Si quidem igitur à principio legislatorem videre oportet, qualiter corpora optima fiant eorum, scilicet puerorum, qui educantur.* Primum quidem curandum circa coniugium: quia à coniugibus principia trahunt corpora. Et subdit quid primum considerandum est in his, ibi, *Quando scilicet & quales quosdam existentes oportet facere nuptialem collocationem.*

f Et determinat quando & quales esse debeant secundum ætatem, ibi, *Oportet autem leges ferre circa hanc communicationem, coniugij scilicet, aspicientem ad ipsos, contrahentes scilicet, & ad tempus viuendi.* Et dicit causam, ibi, *Vbi conveniant ætatibus ad idem tempus, generationis scilicet, & non dissonent potentia, scilicet generandi.* Et subdit quomodo, ibi, *Hoc quidem, scilicet mare, adhuc potente generare, hac autem, scilicet femina, non potente, generare scilicet.* Aut hæc quidem, scilicet femina potente generare, vito autem non, supple, potente generare. Et ostendit qualiter hoc nocet si tales coniungantur, ibi, *Hæc enim faciunt & dissonationes ad invicem, & diversitates.* Unde etiam impedimentum matrimonij secundum iura de frigidis & maleficiis.

g Et subdit quid post hoc considerandum, ibi, *Deinde, supple, considerare debet, & id est, etiam ad puerorum successionem, ut scilicet pueri ex talibus coniugibus possint succedere.* Et dat rationem, ibi, *Oportet enim neque subdecidere pueros ætatibus patrum, id est, propter immaturas ætates patrum.* Et dat rationem, ibi, *Sine profectu enim, supple, si deficiat.* Et explanat quomodo, Senioribus gratia quæ à pueris, id est, si

D. Alb. Mag. Politic.

deficiant pueri, tunc sine profectu est gratia quæ à parentibus sit pueris. Quod autem à parentibus auxilium pueris, & supple sine profectu est. Et subdit quid adhuc plus considerandum est, ibi, *Neque valde propè esse, ei, supple, in ætate matrem & feminam; sed matrem excedere.* Et ponit rationem, ibi, *Multam enim habet displicentiam, quando scilicet minor masculus ariori nubet femina, vel quado coætanei sunt.* Et adiungit aliud nocumentum, ibi, *Verecundiaque minus existit talibus, tanquam coætanei: & hoc non expedit: vxor enim debet esse verecunda coram marito.* Et ponit aliud nocumentum in dispensatione domus, ibi, *Et circa dispensationem, scilicet domus, querulosum quod propinquum, est, supple, in ætate: quia cum maritus dedeat dispensare domum ut caput, debet etiam ætate præcedere feminam ut sapiens: & si aliter fiat, querelæ surgunt.*

h Et de hoc adhuc ponit aliam rationem, ibi, *Adhuc autem unde incipientes huc devenimus, de principio scilicet generationis, quatenus corpora natiorum existant ad legislatoris voluntatem.* Dicit enim Avicenna, quod in generatione gutta viri ingreditur in guttam femina, sicut anima in corpus, digerens & formans & distinguens totum corpus per lineamenta. Unde si viri semen maturius sit & maioris virtutis quam femina, generabitur defectivum & non virtuosum corpus, & non ad voluntatem legislatoris. Ex his concludit, quod omnes curas, quæ dictæ sunt, omnia accidunt secundum unam causam, scilicet temporis coniunctionis maris & femina.

i Et idem hanc docet accipere, ibi, *Quoniam autem determinatus est finis generationis, id est, in quo deficiat virtus generatiua.* Et subdit qualiter, ibi, *Ut ad plurimum est dicere, id est, in pluribus, viris quidem numerus septuaginta annorum ultimus, scilicet terminus, in quo, supple, deficit generatiua virtus in viris, quinquaginta autem mulieribus, in quo scilicet deficit virtus conceptiua in feminis, oportet principium coniugationis, supple, accipere secundum ætatem ad tempora hæc, media scilicet, descendere, scilicet ab ultimo tempore in quo virtus deficit generatiua ab aliquo descendente ad tempus medium oportet inuenire proprium coniugationis, scilicet secundum ætatem, propriam, supple, viri, & propriam mulieris.*

k Et dat rationem subdens. Est autem inueniendum vel iuniorum coitus pravus ad puerorum procreationem. Et huius ulterius subdit rationem, ibi, *In omnibus enim animalibus imperfecti, supple, sunt, iuuenum, propter seminis immaturitatem, & semellæ, iuuenum scilicet fœtus, & hoc magis & parvi, id est, imperfecti secundum formam.* Et hoc ideo est: quia sicut dicit Aristot. in 16. de animalibus, femina est mas occasionatus, id est, in ipso semine aliquid occasionis passus propter immaturitatem. Et quia sic est in omnibus animalibus, infert, ibi, *Quare necessarium hoc ipsum & hominibus accidere.* Et adhuc ponit argumentum à signo, ibi, *Argumentum autem hoc est: in quibuscumque enim civitatibus laxantur iuvenes & iuenculas, supple, cito, coniugari, imperfecti & parvi corporibus, supple, sunt fœtus.*

Q9 2 1 11

Et adhuc ponit aliud nocumentum, ibi, Adhuc autem in partibus, id est, in pariendo quædam, dolent magis, quam, supple, sustinere possint, & perimuntur plures. Et subdit de oraculo, quod propter hoc factum est ab Apolline, ibi, Propter quod & oraculum quidem aiunt factum fuisse, propter talem causam pro extimis, nobilibus scilicet, tanquam multis peruentibus propter nubere magis iuuenulas, & non ad fructum productionem, valere scilicet iuuenularum coniunctionem. Et rationem assignat Auicenna in suo lib. de animalibus: quia iuuenula non adhuc peruenit ad corporis perfectionem, & semen est superfluum de parte digestionis, quod simillimum est corporis, & maximè facit corporis incrementum: & cum hoc educitur per coitum, perit puella in seipsa.

Secundum nocumentum ponit, ibi, Adhuc autem & ad temperantiam expedit coitus facere senioribus, id est, maturioribus secundum ætatem. Et hoc est. Intemperantiores enim videntur iuuenula, quæ vix fuerint coitibus, ante tempus scilicet pubertatis: quia ex usu coitus semper ardent ad delectationem coitus & intemperantiam, sicut dicit in lib. de animalibus, quod iuuenula viduæ magis tentantur de incontinentia, propter delectationis rememorationem.

Et adiungit tertium nocumentum ex parte masculorum, ibi, Et masculorum corpora lædi videntur & ad augmentum deficere, si adhuc corpore crescente fecerint coitum. Secundò, ibi, Etenim huius quoddam tempus determinatum, &c. determinat tempus generationis, quo secundum optimum statum naturæ productum in esse potest proficere, dandò rationem, dicens. Etenim huius, scilicet coitus, quoddam tempus determinatum, supple, est, quod non excedit multum: & hoc tempus est, ut dicit Auicenna, quando corpus est in statu secundum quantitatem & virtutem.

Et subdit hoc tempus, & in viro & muliere, ibi, Adhuc propter has quidem congruit, scilicet causas, circa ætatem 18. annorum coniugari has, scilicet puellas, hos autem, scilicet masculos, circa 37. aut parum, id est, circa hoc parum plus vel minus. Et dat causam, ibi, In tanto enim tempore perfectis corporibus, quantitate scilicet & virtute, coniugatio erit, scilicet maris & feminae conueniens secundum naturam, & ad profectum puerorum procreationis conueniet corporibus opportunè. Et adiungit aliam utilitatem, ibi, Adhuc autem successio puerorum suis quidem, supple, temporibus, erit incohante ab his, scilicet temporibus, achymos, id est, sine chymo sine humore, si fiat secundum rationem mox generatio, his, scilicet temporibus, resoluta iam ætate ad numerum 70. annorum: tunc enim sunt corpora sine chymo: quia iam desiccata sunt per ætatem, & vincit siccitas ignea & frigiditas, in quibus deficit virtus generationis.

Postea ponit epilogum, hanc partem concludens, ibi, De eo quidem igitur quod est, quando oportet fieri coniugium, dictum est. Deinde cum dicit, His autem quæ circa temporaneitatem, &c. determinat quædam ex parte consuetudinis, ad

quæ oportet consuescere hominem ut aptus sit felicitati, ex dictis medicorum & Philosophorum. Et habet duas partes, in quatum prima tangit hoc in qua temporaneitate, quantum ad tempus anni & quantum ad statum ventorum, salubrius concipiunt feminae ad perfectionem natorum. In secunda autem parte determinat dispositionem corporis, ad quos motus & ad quod nutrimentum debent alluesci parentes, ut meliores fortiores generent natos, ibi, Similiter autem oportet idem existere, &c. Sententia primæ partis hæc est, quod oportet a medicis & Philosophis accipere quando conceptus melior sit, & dicit, quod illi de complexionem & de spiritibus melius iudicant: unde secundum iudicium illorum melior est conceptus in hyeme quam in æstate, & flante Borea concipere quam flantibus Austrinis ventis. Et vtriusque est causa vna: quia scilicet in hyeme propter frigus circumstant corpora calida sunt intus & matura semina concepta, & ad sanitatem & ad euexiam, id est, ad bonum habitum disposita. In æstate autem propter calorem circumstant, pori corporis sunt aperti, & corpora euanida, & propter hoc embrya suas semina concepta sunt torpentia & debilitat se habentia ad sanitatem & ad euexiam. In Austrinis flantibus, qui calidi sunt & humidi, ex calore pori aperiuntur, & fit virtus generantium euanida & debilis, propter quod etiam embrya sunt languentia & destituta & malè ad euexiam & sanitatem disposita. Dicit etiam, quod in exercitiis generantium bonum est & vile ad perfectam generationem, quod sint in aliquo exercitio non immoderati laboris, sicut est athletarum habitus: quia ille labor vincens fortitudinem, dissoluit vires membrorum, à quibus postea virtuosum semen non descenditur: sed sint in exercitio alicuius laboris moderati, qui, sicut dicunt physici, sufficit ad euentationem corporum, & tamen non dissoluit robur membrorum. Et ex hoc accipit, quod neque inertes & otiosi debent esse, nec ultra vires laboriosi. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. His autem quæ circa temporaneitatem temporibus oportet vti, quibus multi vtuntur, etiam nunc, non tamen scilicet antiqui, bene determinantes, supple, tempora generationis. Et subdit qualiter, ibi, Hyeme, supple, debere fieri commorationem hanc, id est, commixtionem ad filiorum procreationem. Et subdit rationem, ibi, Oportet autem & ipsos, supple, parentes, speculari ad puerorum procreationem, & id est, etiam quæ a medicis dicuntur, & quæ a physicis, id est, a naturalibus. Et ponit rationem, ibi, Medici enim tempora corporum dicunt sufficienter, id est, quibus temporibus corpora magis conualescunt, & de spiritibus, id est, ventis, physici, supple, sufficienter dicunt. Et ostendit quid dicunt, ibi, Boreales, scilicet ventos, Australibus laudantes magis. Et horum omnium causa iam dicta est in sententia.

Et subdit de exercitiis quæ meliora sunt ad laudabilem conceptionem, ibi, Qualibus autem quibusdã corporibus existentibus, generantium scilicet, maximè utilitas erit his qui generantur, scientibus quidem magis dicendum, supple, est, in iis quæ de disciplina. Et tangit scientiam quam

quam primò scripsit Pythagoras, qui scripsit quendam librum, in quo continetur de artibus tripudij & chorearum, quibus motibus oportet repræsentare distinctiones & modulationes musicorum, & qualiter oportet currere fortiter in stadio, ut euententur corpora ciuium & non languescant per inertiam: & hunc librum vocat hic librum de disciplina, in quo hæc dicenda sunt, qui sub nomine Aristotelis ad nos liber peruenit, & sub nomine Pythagoræ, quod licet ad illam scientiam pertineat propriè & perfectè, tamen typo & in vniuersali hæc habenda est mentio de ipso. Et hoc est. Typo autem sufficiens, supple, est, dicere & nunc. Et subdit, quod immoderatus labor non expedit, dicens. Neque enim qui athletarum optimus habitus, supple, est, ad politicam bonam habitudinem, neque ad euexiam, neque ad sanitatem, & puerorum procreationem, neque qui curis indigens & male habens valde, id est, qui facit habere laborantem & curis indigere: quia omnes isti labores super vires sunt, & resoluunt humidum membrorum, quod radicale est humidum. Et determinat qui labores sunt boni & viles, ibi, Sed mediis horum, laborum scilicet.

Et hoc est quod subdit. Oportet quidem igitur habere habitum labores passum, id est, habitum laborantis. Et determinat quos labores, ibi, Passum autem labores non violentos, neque ad vnum solum, id est, in diuersis exercitiis exercitatum, non ad vnum solum laborem nimis fortem. Et hoc est quod dicit, ibi, Sicut athletarum habitus, sed ad actiones liberorum, qui non exercitantur nisi in pulchris & honestis laboribus, non mechanicis & mercenariis.

Deinde cum dicit, Similiter autem oportet idem existere, &c. ostendit quod similiter oportet habere curam parentum, ut meliores & fortiores generent natos. Et huius sententia est in tribus. Primum est, quod oportet habere curam operum & viri & mulieris, ut scilicet non sint desidiosa torpentes, neque multum subtili cibo vtentes. Et ratio est: quia desidiosa torpentes inspissantur spiritus & naturales & vitales & animales: cibo autem subtili vtentes, totum cibum deducunt in nutrimentum, & nihil vel parum remanet in eis de superfluo quartæ digestionis, quod descendit & deriuari possit in semen generationis, & propter hoc deficit eis generatio. Dicit etiam, quod facile est legislatori determinare, ut scilicet quotidie iniungat aliquod iter faciendum ad honorem Dei vel Deorum, qui dant honorem generationis. Et dicit, quod è contrario de perfectione intellectus & generationis: generatio enim vult habere exercitium, perfectio autem intellectus pigritiam & otium. Et dicit causam: quia in generatione conceptus alimentum trahit à matrice, sicut plantæ trahunt à terra, moderatus autem motus & exercitium facit nutrimentum currere ad conceptum per calorem quem excitat, sicut calor solis humorem terræ eleuat ad radices plantarum: quorum nihil est ad perfectionem intellectus: quia sicut dicit Aristoteles in 7. physic. in sedendo & quiescendo fit anima sciens & prudens. In fine addit, quod lex antiquorum

D. Alb. Mag. Politic.

gentilium fuit & adhuc quorundam est, sicut Sclauorum, qui Cumanii dicuntur, & prouident, quod nullus orbatus natus deficiens in membris reseruetur ad vitam: statuerunt etiam ne nimia multitudo excreset, ut determinatus sit numerus puerorum à parentibus, ultra quem nullus reseruetur. Sed quia impium est & contra pietatem naturalem interficere proprios natos, reprehendit hanc legem & dicit, quod minus malum erit statuere, quod matres sentientes se concepisse; antequam semen accipiat vitam & sensum, si feminis concepti procurarent abortum. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Similiter autem oportet existere scilicet moderatum exercitium & viris & mulieribus. Et subdit hoc ostendens. Oportet autem & prægnantes curare de corporibus suis, non desidiosa torpentes, neque subtili cibo vtentes. Hoc autem facile, supple, est ordinare, legislatori facere per præceptum præcipienti quotidie aliquod iter facere ad Deorum reuerentiam, his, scilicet Diis (& loquitur secundum morem gentilium qui multitudinem ponebant Deorum) & Deabus, quæ scilicet sortitæ sunt secundum fabulas gentilium eum qui de generatione honorem. Sicut enim narrat Beatus Augustinus in 10. de Ciuit. Dei. Veneri attribuebatur virtus concipiendi, Ioui delectatio in coitu. Et subdit qualiter in perfectione intellectus est contrarium, ibi, Intellectum verò è contrario, supple, oportet perficere corporibus, pigrius congruat deducere ad perfectionem, scilicet quia sicut dictum est, sedendo & quiescendo fit anima sciens & prudens. Et dat rationem, ibi, Quæ enim generantur, videntur assumentia, minus scilicet nutrimentum, ab ea quæ habet, id est, à matrice, sicut nascuntur à terra, & idè calor moderatus currere facit nutrimentum ad conceptus, sicut calor solis humorem terræ facit currere ad radices.

De reseruatione autem & alimento generatorum, id est, natorum, fit lex, gentilium scilicet, nullum orbatum nutrire. Orbati sunt, qui cum defectu membrorum nascuntur, qui à prædictis Sclauis statim interficiuntur, sicut etiam decrepiti senes inutiles ad labores. Et causa est: quia bonum reputant interficere eum qui in miseria viuunt, ut absoluantur à miseria. Et hoc est quod dicitur in lib. Elench. Bonum est mactare patres. Bonum enim die seruant habitantes in confinibus Saxoniarum & Poloniarum, sicut ego oculis meis vidi, qui sui nuncios romanæ curiæ ad partes illas, filiis demonstrantibus mihi sepulchra Patrum, quos ita occiderant. Et subdit quid lex Gentilium statuit de multitudine puerorum, ibi, Propter multitudinem autem puerorum ordo Gentilium statuit, & prohibet nihil reseruari genitorum, qui maximè cum membrorum defectu nascuntur.

Et ostendit rationem istius legis, ibi, Oportet enim determinatam esse multitudinem puerorum procreationis, ne scilicet excreset ultra quam parentes possunt nutrire. Et quia hæc lex est contra naturæ pietatem, subdit. Si autem aliquibus fiant, multitudines scilicet puerorum,

Qq 3 rotum,

rorum, præter hoc, id est, procreationem puerorum, combinatis, id est, coniugio coniunctis, antequam sensus in sit, membris scilicet conceptis & vita, fieri oportet abortum, hoc enim minus malum est, quam quod iam natus occidatur. Et propter hoc secundum legem Domini. Exod. 21. Qui percutit mulierem prægnantem quod facit abortum de puerperio nondum formato, id est, nato, non inducatur homicidij reus: si autem puerperium formatum est, reus inducatur homicidij.

Deinde cum dicit, Quoniam autem principium quidem ætatis viro, &c. epilogat omnia, quæ dicta sunt in capitulo in summa, & quantum ad ætatem contrahentium, & quantum ad educationem, & quantum ad sanitatem, & quantum ad tempus procreationis puerorum. In fine dicit, quod si quis aliter fecerit quam quod lex sic statuit circa coniugium, damnificetur poena decenti. Dicit ergo. Quoniam autem principium quidem ætatis viro & mulieri determinatum est, quando oportet incipere coniugationem, & quanto tempore deferuere congruit ad puerorum procreationem, sit determinatum, supple, tempus. Et ponit rationem, ibi, Seniorum enim foetus, sicut & iuniorum imperfecti sunt & corporibus & intellectibus: qui autem decrepitorum, debiles, supple, sunt filij. Propter quod secundum intellectum achineij, id est, steriles sunt & hebetes & fatui. Et quia hoc non generale in omnibus, excipit, subdens. Hoc autem in plurimis, quam, scilicet ætatem, quidem poetarum aliqui dixerunt, id est, descriperunt mensurantes

CAPVT XV.

De liberorum educatione.

Statis autem pueris, magnam potestatem esse differentiam ad corporum potentiam alimentum, quale quoddam vtique sit. Apparet & per alia animalia considerantibus, & per gentes quibus cura est inducere bellicum habitum, lactis abundans alimentum est maximè familiare corporibus, magis autem sine vino propter ægritudines.

b Adhuc autem & motus quoscumque contingit facere tantillos, expedit. Ad non desuere autem membra propter teneritudinem, vtuntur & nunc quædam gentium instrumentis quibusdam mechanicis, quæ faciunt imperuertibile corpus animalium & talium.

c Expedit autem mox etiam a frigore consuescere ex paruis pueris. Hoc enim & ad sanitatem & ad bellicas actiones maximè proficuum. Propter quod apud multos barbarorum est consuetudo, iis quidem in fluuium frigidum abluere natos, iis autem inuoluere paruam circumponere, puta Celtis. Omnia

hebdomadibus ætatem dierum vel annorum, circa tempus quinquaginta annorum, in muliere scilicet, vt quatuor aut quinque excedentem ætatem hanc. Et postea, supple, oportet dimittere eam quæ ad manifestam generationem. Quod autem reliquum, id est, quod restat de vita mulieris vterius, sanitatis gratia, aut alicuius talis causa, oportet videri facientes collocationem, ad concubitus scilicet: quia concubitus talis non valet ad generationem, sed aliquando valet ad medicinam, propter purgationem scilicet corporis. In fine adiungit de condemnatione adulterij, ibi, De ea autem, scilicet colloctione viri & mulieris, quæ scilicet ad aliam, uxorem scilicet, & ad alium, adulterum, supple, sit quidem simpliciter non bonum tangentem, alienam scilicet videre nullatenus, id est, nullatenus debet inspici aliena nullo modo (negatio superfluit more Græcorum) Et dicit rationem, ibi, Cum fuerit & appelletur connubium, id est, matrimonium, in quo secundum leges omnium gentium non licuit transgredi fidem thori. Et subdit de poena taliter peccantium, ibi, Circa tempus autem puerorum procreationis, id est, quandiu potest mulier procreare pueros, si quis appareat tale agens, scilicet alienam polluendo, damnificetur inhonoratione decenti ad peccatum, vt scilicet quantitas poenæ correspondeat quantitati culpæ. Vnde in lege Moysis vterque lapidabatur. Sed leges ciuiles ordinant, quod per ambo per ciuitatem nudi sustinentur, & adultera separetur a marito, atque amittit dotem nisi maritus velit eam sibi reconciliare.

CAPVT XV.

Sceptis autem filiis, multum reseruetur sputandum est ad corporis robur, quali victu nutriantur. Apparet verò ex ceteris animalibus, & ex ceteris gentibus quibus cura est assidua bellica habitudinibus, nutrimentum lactis maximè proprium esse corporibus, abstemium autem magis propter ægritudines.

Et præterea motus quoscumque in ea ætate fieri datur, conferunt. Ne membra vero ob teneritudinem distorta fiant, vtuntur adhuc gentes aliqua organa quibusdam & machinis, quæ corpus a talibus illisum conseruant.

Confert etiam statim a pueritia frigori assuescere. Hoc enim & ad sanitatem & ad res bellicas utile est. Quapropter apud multos barbarorum consuetudo est, vel gelido omnes natos immergere, vel paruam veste amittere, vt faciunt Galli. Ad cuncta enim ad quæ possibile est, statim ab initio melius est assuescere. Est autem apta enim

enim quæcumque possibile assuescere, mox inchoantibus melius quidem assuescere. Gradatim autem assuescere. Bene autem apta puerorum habitudo propter caliditatem, ad frigidorum exercitium.

d Circa primum quidem igitur expedit facere curam talem, & huic consimilem.

e Habitam autem huic ætati vsque ad quinque annos, in qua nondum neque ad eruditionem aliquam bene habet adducere, neque ad necessarios labores, vt non impediunt incrementum, oportet tanto fortiori motu, vt diffugiant inertiam corporum. Quam oportet instituire & per alias actiones & per ludum. Oportet autem & ludos esse neque illiberales, neque superlaboriosos, neque remissos.

f Et de sermonibus autem & fabulis, quales quosdam oportet audire tantillos, cura sit principibus quos vocant prædonomos. Omnia enim talia oportet præuia facere ad posteriores conuersationes. Propter quod ludos plures oportet esse imitationes posterius studendorum.

g Cohibitiones vero puerorum in plorantibus non recte detestantur, qui detestantur, qui prohibent in legibus: conferunt enim ad incrementum, fit enim quodammodo exercitatio corporibus. Detentio enim spiritus facit robur laborantibus, quod accidit & pueris qui cohibentur.

h Considerandum autem prædonomis horum deductionem & aliam, & quomodo quam minimè cum seruis erunt: hanc enim ætatem & vsque ad septem annos necessarium domi alimentum habere. Rationabile igitur assumere illiberalitatem ab auditibus & visis, & tantillos existentes.

i Totaliter quidem igitur turpiloquium ex ciuitate, sicut aliquid aliud, oportet legislatorem exterminare: ex dicere enim de facili quodcumque turpium fit & ipsum facere prope. Maximè quidem igitur ex iuuenibus, quatenus neque dicant, neque audiant nihil tale. Si quis autem apparuerit aliquid dicens aut agens vetitum, liberum quidem, nondum tamen dignificatum dimissione in conuiujs, dehonestationibus punire, & verberibus: seniores autem ætate hac inhonoratibus illiberalibus utilitatis gratia.

puerorum natura ob eorum calorem ad frigus exerceri.

Circa primam igitur ætatem hæc & huiusmodi diligentia est adhibenda.

Sequenti verò ætate vsque ad annos quinque, qua nondum ad disciplinam aliquam sunt admoventi, neque labores perferre cogendi, ne crescere impediatur; motus solummodo quosdam suscipere debent quo pigritiam corporis euitent, qui motus preparandi sunt illis & per alios actus & per ludum. Ludi verò ipsi neque illiberales, neque laboriosi esse debent, neque remissi.

Quas autem narrationes & fabulas illa ætate pueri audire debeant, cura sit his qui pueris publice præficiuntur. Cuncta enim talia ad conuersationes postea futuræ accommodanda sunt. Itaque ludi vt plurimum tales esse debent, vt sint imitationes eorum quæ postea serio erunt faciendæ.

Cohibitiones vero puerorum & interruptiones ploratus, qui legibus prohibent, non recte faciunt. Sunt enim utiles ad augmentum, cum sint quodammodo exercitationes corporum. Spiritus enim compressio facit robur laborantibus, quod contingit etiam pueris ploratum cohibentibus.

Providendum est ab his, quibus pueroꝝ cura publice commissa est, circa huiusmodi educationem & aliam, & vt quam minimè cum seruis versentur: hæc enim ætas vsque ad annos septem necessarium est vt domi alatur. Rationale est ergo præcipere in hac ætate, vt ab auditu & visis seruiliū rerum absint.

Omnino igitur obscænitæ verborum per legislatorem exterminanda est de ciuitate. Ex turpiter enim loquendi licentia sequitur & turpiter facere. Potissimum igitur statim a pueris, neque dicant, neque audiant quicquam turpe. Si quis verò dicere aut facere quicquam prohibitorum deprehensus fuerit, is liber sit, sed nondum in conuentum comeffatorum dignatus assumi, honore prohibeatur, & verberibus castigetur: sed si sit maioris ætatis, seruili in famia afficiatur.

k Quoniam autem dicere aliquid talium exterminamus, manifestum quia & videre aut picturas aut sermones inhonestos. Curæ quidem igitur sit principibus nihil neque sculpturam, neque picturam esse talium actionum imitationem, nisi apud aliquos Deos tales, quibus & lasciuam attribuit lex. Ad hæc autem dimittit lex eos qui habent ætatem amplius proeectam, & pro ipsiis & pueris cultu honorare Deos. Iuniores autem neque iamborum, neque comœdiæ spectatores ponendum, antequam ætatem accipiant, in qua existet communicare. Iam de missione: & ab ebrietate & ab eo quod fit à talibus nocumento, omnes impassibiles faciet disciplina.

l Nunc quidem igitur in transcurso horum fecimus sermonem, posterius autem insistentes oportet determinare magis, sine non oportet primò, siue oportet dubitantes, & qualiter oportet: secundum præsens autem tempus meminimus tanquam necessario.

m Forte autem non male dicebat quod tale Theodorus tragœdiæ gestulator. Nulli enim vnquam permisit ante se inducere, neque vilium hypocritarum, tanquam appropriatis theatris primis auditibus. Accidit autem idem hoc & ad hominum colloquutiones, & ad eas quæ rerum: omnia enim amamus prima magis. Propter quod oportet iuuenibus facere omnia extranea quæ praua, maxime autem ipsorum quæcunque habet infectionem, aut inhæSIONem.

n Transactis autem quinque annis, duobus vsque ad septem, oportet speculatorem fieri disciplinarum, quas oportet addiscere ipsos.

o Duæ autem sunt ætates, ad quas necessarium diuidi disciplinam, post eam quæ à septem annis vsque ad pubescentiam, & iterum post eam, quæ à pubescentia vsque ad annos viginti & vnum. Qui enim septenniis diuidunt ætates, vt ad multum, dicunt non bene. Oportet autem diuisionem naturæ consequi: omnis enim ars & disciplina, quod deficit naturæ, vult supplere. Primò quidem igitur considerandum, si est faciendum ordinem aliquem circa pueros. Deinde vtrum expedit communiter facere curam ipsorum, vel secundum proprium modum, quod sit & nunc in plurimis ciuitatum.

Cum verò dicere quicquam turpe interdixerimus, clarum est quod & aspicere aut picturas, aut actus deformes prohibebimus. Sic igitur cura magistratibus, nullam neque picturam, neque statuum esse talium rerum imitatricem, nisi apud deos quosdam, quibus etiam lasciuam moribus, apud hoc permittet lex iam homines factos pro se & filiis & vxoribus sacra facere. Iuniores autem neque iamborum, neque tragœdiarum spectatores esse sinat, nisi cum ad eam peruenerunt ætatem, vt in comæssationibus vna cum aliis sedere, & potus etiam participes esse possint, & ab ebrietate huiusmodi labe insontes disciplina omnes præstabit.

Nos quidem nunc cursim ista attingimus: postea verò insistentes oportebit determinare magis, siue oportet, siue non oportet, primò querentes, & quomodo: sed in presenti mentionem de his facere necessarium fuit.

Forfitan enim non male circa hoc censebat Theodorus, tragœdiarum actor: nulli enim vnquam concedere voluit, vt ante se ageret, neque ex vilibus etiam histrionibus, quasi magis faueant auditores illis quos primò audierint. Contingit hoc idem in conuersationibus hominum & rerum: omnium enim prima nos magis delectant. Quapropter oportet à pueris omnia turpia procul remouere, & maxime quæcunque habent in se vel obscurnitatem, vel improbitatem.

Transactis verò annis quinque, in duobus vsque ad septem, oportet iam disciplinas spectare, quas addiscere eos oportet.

Duæ sunt ætates, in quas necessarium est disciplinas diuidere: vna post septimum annum vsque ad pubertatem: altera à pubertate vsque ad annum vigesimum primum. Nam qui hebdomadibus diuidunt ætates, vt plurimum non dicunt bene. Itaque sequenda est naturalis distinctio: omnis enim ars & disciplina implere vult id quod deest natura. Primum igitur videndum est, si facienda sit institutio quadam circa pueros. Deinde si vrile sit publice curam eorum suscipere, vel magis priuatim quomodo nunc fit in pluribus ciuitatibus. Tertiò qualem hanc esse curam oportet.

Tertiò

Tertiò autem qualem quendam oportet omnem hanc.

CAPVT XV.

a IN capitulo isto agit Aristoteles de ordinatione puerorum ad alimenta & actus. Et diuiditur in tres partes, in quarum prima agit quibus alimentis & actibus disponuntur ad fortitudinem corporis & ad opera virtutis. In secunda ostendit qua disciplina habent dispositionem, ibi, *Quam oportet instituere & per alias actiones, &c.* In tertia excludit quandam falsam institutionem puerorum, qua Theodorus dicebat pueros instituendos, ibi, *Fortè autem non bene dicebat, &c.* Sententia primæ partis est hæc. Dicit enim, quod satis magnam differentiam est accipere in pueris ad potentiam corporis, quod potentes & fortes efficiantur per alimentum lactis. Et probatio huius accipitur ex hoc, quod omnia alia animalia fetus suos nutriunt lacte, & similiter aliæ gentes, barbarorum scilicet. Ceteri tamen debet, ne pueris detur vinum: vinum enim vaporosum est, & maximè, vt dicit Auicenna, nocet cerebro & nervis: subleuat enim, vt idem dicit, vaporositatem sua malas materias in cerebrum & in nervos, & sic enervat corpus & turbat cerebrum. Secundo dicit, quod pueris expedit motus ne diffuant corpora eorum. Et hoc probat ex eo quod quaedam gentes statim in pupilla ætate exercitant pueros suos motu mechanicorum instrumentorum, vt fabri motu malleorum, & futores motu punctarum, & sic de aliis. Et ratio est: quia motu illo sanguis & spiritus trahuntur ad membra, & ex hoc confortantur ad opera artium, quæ ab eis postea sunt exercenda. Tertius dicit, quod expedit corpora infantium paruorum vsque ad annum quintum ætatis inuolui per cheltes, id est, fascias, vt membra sic circumposita & ligata, formas debitas accipiant. Tertiò dicit, quod à calidis ad frigora transfueruntur: propter quod quidam barbari qui fortiora habent corpora, paruulos suos in frigidis immergunt: quidam autem alij frigidis fasciis inuolui faciunt. Et ratio est: quia frigus circumstant, naturales vires & vitales & organa talium vitium, vt stomachus & hepar & huiusmodi facit calefcere intus, & confortantur ad digestionem & ad alias naturales operationes. In fine dicit, quod per hæc & per talia instituendi sunt pueri & nutriendi vsque ad ætatem quinque annorum, in qua ætate nondum sunt apti ad labores neque ad disciplinam: ad tales enim labores non sunt instituendi, ne impediatur corporis incrementum: labor enim immoderatus vires dissoluit & humidum; ex quibus membra accipiunt debitum incrementum. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Satis, supple, est pueris magnam putare differentiam, qua scilicet differunt in aptitudine corporum, ad corporum potentiam, quod vnus efficitur potentior in corpore quam alter, alimentum. Et determinat quale sit illud, ibi, *Quale quoddam vtique sit, apparet alite, id est, eo quod alitur: à quocumque enim alimento accipit incremen-*

tum, illud melius est. Et vocat pueros tales, alites, quia bene aluntur, sicut & in grammaticis dicuntur atrilia, quasi alitilia: quia bene aluntur. Et rationem dicit Auicenna, dicens quod pueri meliores sunt istimbræ: istimbræ enim est calor naturalis bonum faciens appetitum & bonam digestionem. Quale autem sit illud alimentum, determinat, subdens, ibi, *Et alia animalia considerantibus, id est, si quis consideret alia animalia fetus suos nutrire lacte. Et ratio est: quia lac tres in se habet substantias, scilicet aquosam quæ serum est, terrestrem quæ caseus est, pinguedinem siue æream quæ butyrum est: & ex aquosa habet, quod facile influit membris: & ex casea siue terrestri habet, quod membra dura & fortia facit: ex vinctuosa habet, quod multorum est spirituum, & spiritus confortat, qui sunt instrumenta virtutum & vehicula per corpus: est enim spiritus vehiculum virtutis, vt dicit Costabenuce in lib. de differentia spiritus & animæ. Hoc etiam probat subdens, ibi, *Et per gentes quibus cura est inducere in pueris suis bellicum habitum. Quod sit autem alimentum, subdit, ibi, Lactis abundans alimentum. Et ponit rationem, ibi, Maximè familiare corporibus, supple, est lactis alimentum. Rationem ponit Auicenna: quia scilicet lac generatur ex sanguine menstruo dealbato in mamillis, ex quo etiam generatur corpus pueri in inatrice matris: & idem familiare dicitur corpori, quia ex eadem materia est vtrumque. Gentes autem in quibus maximè probatur, Phrisones sunt, qui propter multum alimentum lactis, & proceri & fortes sunt & directè procedentes, in corpore bellicum habitum gestantes. Ad hoc tamen remouet vinum, ibi, *Magis autem sine vino propter ægritudines, quas, supple, facit vinum, de quibus satis dictum est in sententia. Insuper tamen, vt dicit Aristoteles, quod vinum & lac multum simul & sæpè sumpta generant lepram: vinum enim corrumpit lac, & lac corruptum inficit corpus.***

b Et subdit secundo de motibus in quibus oportet exercere infantes, ibi, *Adhuc autem & motus quoscumque contingit facere tantillos, expedit, supple, facere. Et ratio est: quia ex motu calor generatur, calor autem acuit virtutem. Et probat, quare hoc expedit, ibi, *Ad non defluere autem membra propter teneritudinem: motus enim exciccat, & sic tenera membra & mollia minus defluunt. Et adhuc iudicat signum, ibi, *Vtuntur & nunc quædam gentium instrumentis quibusdam mechanicis, quæ faciunt impenetrabile corpus tallium, scilicet pueros: faciunt enim instrumentis exerceri pueros, vt talibus motibus attractis spiritu & sanguine, membra formentur & vigorentur ad debitas actiones, & ab illis non peruertantur.***

c Et subdit tertiò de transfuentione ad frigora, ibi, *Expedi autem mox ad frigora conuescere ex paruulis pueris. Et huius causa satis dicta est in sententia. Et idem innuit hæc sub-*

dens:

dens. Hoc enim, id est, ex hoc & ad sanitatem & ad bellicas actiones maxime proficuum. Et hoc probat per signum, ibi. Propter quod apud multos barbarorum est consuetudo, his quidem, id est, quibusdam, in fluuium frigidum abluere natos, his autem, id est, aliis, inuolucrum paruum circumponere, natis scilicet, puta cheltos, id est, fascias quibus circumligantur membra, ut teneantur ad rectitudinem debitam. Et ponit causam omnium horum, ibi, Omnia enim quaecumque possibile assuescere, pueros, supple, mox inchoantibus, in prima scilicet ætate, melius quidem assuescere, supple, est. Et hoc est quod dicit Horatius. Quod noua testa capit, inueterata sapit. Et hoc est. Gradatim autem, gradibus ætatis scilicet, assuescere, supple, ad meliorari. Et ponit rationem, ibi, Bene apta autem puerorum habitudo, supple, est, propter caliditatem, ad frigidorum exercitium. Circumstante enim frigore, acuitur calor interior, & sic melius aptantur membra: & si continuè exercentur in calidis scilicet, sic evaporaret calor, & secum traheret humidum, & languescerent corpora.

d His dictis ponit epilogum, ibi, Circa primam quidem igitur ætatem expedit facere curam talem, & huic consimilem.

e Habitam autem, id est, consequentem huic ætati usque ad quinque annos, quæ dicitur puerilis ætas, in qua scilicet ætate nondum neque ad eruditionem aliquam bene habet adducere, supple, pueros, neque ad necessarios labores. Et dicit causam, ibi, Ut non impediant incrementum, scilicet quod ex laboribus intelligitur immoderatis, quia humidum nutrimentale, quod incrementum deberet præbere, exiccat per laborem. Et addit, quod in illa ætate expedit metum imbueri pueris verberibus & increpationibus, ut etiam in abundantiori corporum incremento inhonesta fugiant. Et hoc est. Oportet autem tanto fortiori metu, pueros scilicet, ut diffugiant, à turpibus scilicet, inertiam corporum, id est, quando creuerint, ex recordatione disciplinæ fugiant ab inhonestis. Deinde cum dicit, Quam oportet instituire & per alias actiones, &c. docet qua disciplina habent dispositionem, & à quibus sunt præseruandi. Et facit tria. Primum quibus ludis & fabulis instituendi sunt. Secundum qualiter oportet eos semper retrahere à turpiloquio & turpibus, & si quis talium aliquid faciat, quod in conuiuiis & aliis festis confundatur per demersionem in aquam, aut secundum aliam confusionem. Tertium nec picturas turpes vel imagines debet eis permitti ut videant. Excipit tamen ibi turpia quæ sunt in sacris Deorum propter gentilem ritum erroneum & turpem quo celebrantur sacra Priapi & Veneris, in quo nudi viri & mulieres curtebant per templum, de quo laudatur Afa rex Iuda 3. Reg. 15. quia amouit matrem suam Maacha ne esset sacerdos in sacris Priapi, confingens idolum turpissimum: quia nisi illa viderent, à sacerdotibus punirentur. In his tribus rota sententia continetur. Litera autem sic ordinatur. Quam, id est, ad quam disciplinam oportet instituire &, id est, etiam per alias actiones & per ludum. Et subdit per quam, ibi, Oportet autem & ludos esse, neque illiberales,

sicut, supple, sunt turpes, neque superlabiosos qui sunt ultra vires septennij puerorum, neque remissos, qui scilicet non excitent calores & vires puerorum.

f Et de sermonibus autem & fabulis, in quibus scilicet oportet exercere pueros, quales quosdam oportet audire tantillos, cura sit principibus quos vocant pædonomos, id est, pædagogos puerorum, & componitur à *païs* quod est puer, & *nomos* quod est regula, quia regula regunt itinera puerorum ad perfectum. Et dat rationem horum, ibi, Omnia enim talia oportet prima facere ad posteriores conuersationes, inducendas scilicet. Et ex hoc infert, ibi, Propter quod ludos plures oportet esse imitationes posterius studendorum, ut scilicet pueri in ludis exercitentur, in hastiliis sagittariorum in arcus tenendo, & sic de aliis.

g Et ex his increpat eos qui cohibent pueros à plorantibus: dicit enim, quod ploratus conferunt ad incrementum, eò quod est exercitatio quædam. Et hoc est. Cohibitiones autem puerorum in plorantibus non rectè detestantur, qui prohibent in legibus, plorare scilicet pueros. Et subdit rationem, ibi, Conferunt enim ad incrementum, puerorum scilicet. Et subdit quomodo, fit enim quodam modo exercitatio corporibus, supple, per ploratum. Et dicit quomodo. Detentio enim spiritus, quo scilicet pueri plorantes in se detinent spiritum, facit robur laborantibus, & sic proficiunt pueri. Et addit qualiter pædagogi curam debent habere ne pueri liberorum assuescant cum seruis in seruilibus, in tabernis, & in turpibus visibus & turpibus auditis, sed domi alimentum accipiant. Et hoc est.

h Considerandum autem pædonomis, id est, pædagogis horum, scilicet puerorum, deductionem & aliam. Et primum illam determinat, ibi, Et quomodo quam minime cum seruis erunt, in seruilibus scilicet. Et dicit rationem, ibi, Hanc enim ætatem usque ad septem annos necessarium domi alimentum habere, cum parentibus scilicet: & idè cum seruis non oportet tabernas frequentare. Et horum omnium subdit causam, ibi, Rationabile igitur, supple, est, assumere illiberalitatem, id est, inhonestitatem ab auditis & visis, seruilibus scilicet: & propter hoc damnosum est permittere pueros cum talibus conuersari, & id est, etiam tantillos existentes.

i Et ex hoc concludit, ibi, Totaliter quidem igitur turpiloquium ex ciuitate, sicut aliquid aliud, turpe, supple, oportet legislatorem exterminare. Et subdit causam, ibi, Ex dicere enim de facili quodcumque turpium, fit & ipsum facere prope: quia si turpiloqui assuescit, etiam ad facere pronus erit. Et ex hoc concludit, ibi, Maxime quidem igitur ex iuuenibus, oportet, supple, assuescere, quatenus neque dicant, neque audiant nihil tale. Et subdit qualiter puniendi sunt qui talia dicunt, ibi, Si quis autem apparuerit aliquid dicens aut agens veritum, id est, prohibitorum legibus, liberum quidem, nondum tamen dignificatum, id est, quia adhuc nullam dignitatem adeptus est in ciuitate, demersione, in foueas scilicet lutosas, in conuiuiis, & dehonestationibus, aliis scilicet, punire,

punire, supple, oportet, & verberibus: seniorum autem ætate hac, inhonorationibus illiberalibus, scilicet seruilibus, supple, oportet punire, vilitatis gratia, ut scilicet vilis ostendatur.

k Consequenter cum dicit, Quoniam autem aliquid dices, &c. concludit ex præhabitis, quod ex quo turpiloquium remouetur à ciuitate, turpes picturas remouendæ sunt, & turpes gestus, & omne quod facit infectionem in visibus puerorum & iuuenum, præterquam in sacris Deorum & Dearum, vbi, sicut dictum est, quod propter timorem sacerdotum oportuit talia aliquando prospicere, propter gentilem errorem, qui tunc obseruabatur in sacris. Adiungit autem, quod non expedit iuniores spectatores fieri laborum, neque comædiarum, neque tragediarum. Lambi autem sunt lambentes sapores escarum & potum, quos nos lecatos vocamus & histrones. Comædi autem sunt, qui facta heroum canunt in viellis, & repræsentationes faciunt personarum, sicut Priami & Hectoris & huiusmodi. Propter quod etiam persona mediâ producitur, ut dicit Boëtius in lib. de Trinit. Persona enim est facies laruata, larua depicta ad personam eius quem repræsentat histrio: & quia spiritus stat inter histriorem & os laruæ quando per laruam loquitur histrio, circumflectitur, propter hoc media simillima in persona circumflexo accentu pronunciat. Comædia dicitur à *comos* quod est villa, & comædi sunt qui in villis & congregationibus edunt carmina de laudibus heroum. Tragedi autem sunt, qui turpium personarum facta recitant, sicut Sardanopali. Vnde etiam post recitationem hircum quasi fœtidum animal acceperunt: & idè dicitur tragedi à *tragos* quod est hircus, quem in remunerationem accipiebant. Dicit etiam, quod ab ebrietatibus & commensationibus remouendi sunt iuuenes usque ad ætatem qua commercium possint habere cum senioribus, id est, usque ad ætatem virilem. Per disciplinam ergo legislatoris iuuenes cohibendi sunt & impassibiles fieri ab omni tale noimento. In fine adiungit, quod hæc de disciplina iuuenum sufficit hic in transcurso dicere: posterius autem in speciali tractatu de disciplina tractabitur in octauo huius scientiæ libro, vbi dicitur quis ad quæ exercitia sit applicandus. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Quoniam autem aliquid dicere talium exterminamus, manifestum, supple, est, quod & videre aut picturas, inhonestas, supple, aut sermones inhonestos, eadem, supple, ratione exterminamus. Ex hoc concludit. Cura quidem igitur principibus, qui scilicet præsentant ciuitati, nihil neque sculpturam, neque picturam esse talium actionum imitationem, turpium scilicet, nisi apud aliquos Deos tales, quibus & lasciuia attribuitur lex, quæ, sicut dictum est in sententia, est in sacris Veneris & Priapi, & aliis turpibus, quæ error gentiliū coluit ab antiquo: sicut etiam recitat Ouidius, quod Argus centum luminibus centum capita habens, non potuit custodire adulteram in lasciuia vacca transmutatam, quin à Ioue in taurum mutato pollueretur. Et subdit. Ad hæc, spectandum, supple, dimittit lex, idololatriæ scilicet, eos qui

habent ætatem amplius prouectam. Et ratio potest esse: quia in illis recedit lasciuia & temperata est, & non ita mouentur ad spectacula sicut iuuenes. Et pro ipsis & pueris, permittit, supple, cultu turpissimo honorare Deos. Iuniores autem, in quibus scilicet, adhuc est feruens lasciuia, neque laborum, id est, lecatum, neque comædiarum vel tragediarum spectatores ponendum, antequam ætatem accipiant, in qua existet communicare iam demersione. Alia litera de commercio, scilicet semorum: & addit vterius, & ab ebrietate & ab eo quod fit à talibus noimento, omnes impassibiles, id est, inalterabiles, faciet disciplina, supple, legislatoris, quæ talia inhihet.

l Postea subinfert, qualiter breuis ista dictio sufficit in ista materia. Et hoc est. Nunc quidem igitur in transcurso horum fecimus sermonem, posterius autem, in octauo scilicet libro insistentes, subtiliori scilicet inquisitione, oportet determinare magis, siue non oportet primum, siue oportet dubitantes, & qualiter oportet. Et hoc scilicet totum postea determinabitur, vtrum oportet, vel non oportet, vel qualiter oportet talia esse in ciuitate. Secundum præsens autem tempus meminimus, horum scilicet tantum, tanquam necessario, ad iuuenum scilicet informationem.

m Deinde cum dicit, Fortè autem non bene dicebat, &c. reprehendit Theodorum quendam tragediæ gesticulatorem, qui oppositum his dicebat, scilicet quod à talibus non oportet prohibere iuuenes, quia non essent adhuc capaces talium, dicens contra eum, quod ab omnibus quæ habent infectionem & inhonorem turpitudinis, oportet prohibere pueros etiam à minimis: & postquam quinque annorum fuerint, transactis duobus annis post quinque, oportet eos facere speculatores disciplinarum laudabilium, quas oportet eos addiscere. Et dicit, quod hoc fit tribus gradibus ætatis, scilicet à septimo ad pubescenciam quæ est in decimoquarto anno, & à pubescencia ad 21. annum, quæ est ætas ad fortia opera, etiam secundum legem Domini Num. 18. Et ex hoc reprehendit eos qui diuidunt annos iuuenum per septennia, quod potius ad vires naturæ debent diuidi, eò quod omnis ars quæ naturam imitatur, supplere intendit quod natura deficit, sicut dicit Victorinus, quod natura facit habitum, ars potentem, vsus facilem. Considerandum ergo vtrum aliquis ordo debeat fieri circa pueros. Deinde vtrum ille ordo debeat esse communis vniuersaliter circa omnes, vel secundum vnumquemque puerum debeat fieri disciplina propria. Tertio qualem oportet esse disciplinam illam. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Fortè autem non bene dicebat quod tale Theodorus tragediæ gesticulator. Nulli enim vnquam permisit ante se inducere neque vilium hypocritarum tanquam appropriatis theatris. Theatra sunt atria vbi spectacula fiunt, dicta à theoro theoras, quod est video vides. Et intendit, quod talia spectacula appropriata sint theatris, & primis auditibus, qui sunt iuuenum auditus. Et hoc est oppositum eius quod determinatum est in litera, vbi dictum

dictum est, quod iuuenes non debent esse talium speculatores. Et subdit qualiter etiam eadem ratione remouendi sunt ab omni turpiloquio & turpibus rebus etiam minimis. Et hoc, ibi, Accidit autem idem hoc & ad hominum colloquutiones, turpes scilicet, & ad eas quas rerum, turpes scilicet speculationes. Vnde 1. Corinth. 15. Corruptunt bonos mores colloquia praua. Et Augustinus in regula: Dum sibi conspectu mutuo corda nuntiant impudica, & intactis ab immunda violatione corporibus, fugit castitas ipsa de moribus. Et ponit rationem communem contra Theodorum, ibi, Omnia enim amamus prima magis: & idem, supple, sunt talia prohibenda. Propter quod oportet iuuenibus facere omnia extranea quæ praua, maximè autem quæcumque ipsorum, prauorum scilicet, habent infectionem libidinosam, aut inhætionem. Et illa, sicut dicit in 3. Ethic. sunt quæ habent adiunctam delectationem contemporaneam vitæ, sicut turpia venereorum. Et propter hoc dicunt Theologi, quod concupiscentia in veneris non tantum corrupta, sed etiam infecta est.

Deinde cum dicit, Transactis autem quinque annis, duobus vsque ad septimum, oportet speculatores fieri disciplinarum, quas, scilicet disciplinas, oportet addiscere ipsos iuuenes, id est, ut si sint fabri, speculentur fabrilis, medici medicinalia, & sic de aliis.

Duæ autem sunt ætates, præcipuæ, supple, ad quas necessarium, supple, est, diuidi disciplinam. Et determinat illas ætates, ibi, Post eam quæ à septem annis vsque ad pubescen-

tiam, id est, quatuordecim annorum, tunc enim puberes sunt pueri, & iterum post eam quæ à pubescencia vsque ad annos viginti & unum. Et ratio est, quia adhuc tenera ætas capax est omnis disciplinæ. Vnde Hieronymus in epistola ad Paulinam, quæ dicitur prologus galeatus, dicit. Mollis cera & ad formandum facilis etiam si artificis & plastæ cesser manus, tamen iam virtute est quicquid esse potest. Ex hoc reprehendit quosdam qui septenniis diuidunt. Et ratio est: quia malitia sæpè supplet, sicut dicitur in iure. Et hoc est. Qui enim septenniis diuidunt ætates, ut ad multum, id est, in pluribus, dicunt non bene. Et subdit rationem, ibi, Oportet autem diuisionem naturæ, id est, facultatis naturæ, consequi. Et ponit rationem ad hoc, ibi, Omnis enim ars & disciplina, quod deficit naturæ vult supplere: quia sicut paulò antè dictum est, natura nihil confert nisi habilitatem, ars reddit potentem, vsus præbet facultatem. Ex his concludit ordinem disciplinæ, qui habendus est circa iuuenes, ibi, Primò igitur considerandum, supple, est, si est faciendum ordinem aliquem circa pueros, disciplinæ scilicet. Deinde vtrum expedit communiter facere curam ipsorum, scilicet puerorum, vel secundum proprium modum, supple, erudiendus est quilibet, quod fit & nunc in plurimis ciuitatum, in quibus quilibet ad proprium modum erudit filios suos. Tertio autem qualem quandam oportet esse hanc disciplinam scilicet ad quam erudiendi sunt. Et in hoc terminatur sententia libri septimi.

ARISTO



ARISTOTELIS POLITICOꝝ LIBER OCTAVVS,

Cum Beati Alberti Magni præclarissimis Commentariis.

CAPVT I.

Verum publice, & quibus & quomodo, ciuium institueadi sunt liberi.



Vod quidem igitur legislatori maximè vigilandum circa iuuenum disciplinam, nullus utique dubitabit: etenim

in ciuitatibus non factum hoc lædit politias: oportet autem ad vnamquamque politizare, mos enim politizæ vniuscuiusque qui conueniens, & conseruare consuevit politias & instituit à principio, puta quidem democraticus, democraticam: qui autem oligarchicus, oligarchiam: semper autem optimus mos melioris causa politizæ.

b Adhuc autem ad omnes potentias & artes sunt, quæ oportet præerudiri & præassuescere, quod singularum operationes. Quare palam, quod actiones virtutis.

c Quoniam autem vnus finis ciuitati omni, manifestum quod & disciplinam vnã & eandem necessariam esse omnium, & huius curam esse communem & non seorsum, quomodo vnusquisque nunc curat de suis pueris, seorsum & disciplina propria, quæcumque videbitur, docens: oportet autem communium commune facere & studiosum.

d Simul autem neque oportet putare ciuium ipsorum aliquem sibi esse, sed omnes ciuitatis: cura autem vniuscuiusque partis nata est respicere ad eam quæ totius curam.

e Laudabit autem utique aliquis & in hoc Lacedæmonios: etenim plurimum faciunt studium circa pueros, & hoc communiter. Quod quidem igitur leges ferendum de disciplina, & hanc communiter faciendum, manifestum.

D. Alb. Mag. Politic.

CAPVT I.



Vod igitur à legis postore maximè intendendum sit circa disciplinam iuuentutis, nemo utique dubitabit: nam id quidem neglectum in ciuitatibus affert Reip. detrimentum: oportet enim ad singula gubernandi genera disciplinam accommodari: nam mos vniuscuiusque proprius consuevit & seruare Remp. & ab initio constituere, seu popularis mos popularis: & paucorum potentia accommodatus mos, eam qua consistit in paucorum gubernatione: semper autem melior mos causa est melioris Reipub.

Præterea in cunctis facultatibus & artibus sunt quedam, ad quæ erudiri prius oportet & assuescere ad earum opera. Itaque manifestum est, quod & ad virtutis actiones.

Cum verò vnus sit finis ciuitati toti, clarum est oportere disciplinam quoque esse vnã & eandem omnium, & huius curam esse publicam, & non priuatam, quemadmodum nunc vnusquisque curam habet suorum filiorum, priuatimque docens, & priuatam disciplinam, prout ei videtur, sed oportet publicorum publice exercitacionem fieri.

Et similiter non debet quique ciuis se suum existimare, sed omnes ciuitatis: particula enim ciuitatis vnusquisque est, cura verò singularum particularum respicere nata est ad curam totius.

Laudari possunt in hoc Lacedæmonij: nam plurimam circa pueros diligentiam faciunt, & quidem publicè. Quod igitur lege prouidendum sit circa disciplinam iuuentutis, & hoc publicè faciendum, patet.

Rr f Quæ

f Quæ autem sit disciplina & qualiter oportet erudiri, oportet non latere. Nunc autem dubitatur per opera: non enim eadem omnes existimant oportere addiscere iuvenes, neque ad virtutem, neque ad vitam optimam. Neque manifestum, utrum ad intellectum oportet magis, aut ad animæ morem. Et ex ea quæ ad actiuam vitam disciplina turbatione plena consideratio, & nulli palam, utrum studere oportet circa opportuna ad vitam, vel circa tendentia ad virtutem, vel circa superflua. Omnia enim hæc acceperunt iudices quosdam. Et de iis quæ ad virtutem nihil est concordatum. Etenim virtutem non eadem mox omnes honorant. Quare rationabiliter diuersificantur & ad studium ipsius.

g Quod quidem igitur necessarium vtilium doceri non immanifestum: quod autem non omnia diuisis liberalibus operibus, & illiberalibus, manifestum, quod talibus oportet participare quæcumque vtilium facient participantem non banausum. Banausum autem opus oportet putare esse hoc, & artem hanc & doctrinam, quæcumque ad vsus & actiones virtutis efficiunt inutile liberorum corpus, aut animam, aut intellectum. Propter quod tales artes quæcumque faciunt corpus deterius disponi, banausas vocamus & mercenarias operationes: non vacantem enim faciunt mentem & depreffam.

h Est autem & liberalibus scientiis aliquibus vsque ad aliquid participare non illiberale assiduare: valde autem ad perfectionem, obnoxium dictis nocuentis. Habet autem multam differentiam & quod cuius gratia agit quis, aut addiscit: ipsius quidem enim gratia, aut amicorum aut propter virtutem, non illiberale: qui autem ad ipsum agit propter alios, sæpe mercenarium & seruire vtique videbitur agere. Præmissæ quidem igitur nunc erudientes eruditiones, sicut dictum est prius, ad vtrumlibet se habent.

Quanam vero ista sit disciplina, & quomodo tradenda, latere non debet. Nam nunc quidem in ambiguo est, nec eadem omnes censent iuuentutem addiscere debere, neque ad virtutem, neque ad vitam optimam. Neque conspicuum est, utrum per intelligentiam magis deceat, vel per animi morem. Impedimentorum quoque respectus considerationem disciplina conturbat, cum manifestum non sit, utrum exercitatio nostra accommodanda sit ad ea quæ sunt vtilia ad vitam, vel ad ea quæ intendunt ad virtutem, vel ad ea quæ ad maiorem quendam superfluumque pertinent apparatus. Hæc enim omnia patronos quosdam susceperunt. De his quoque quæ ad virtutem tradunt, nihil confessum existit. Etenim virtutem non eadem omnes statim honorant. Ex quo fit, ut discordent circa illius exercitationem.

Quod igitur ex vtilibus necessaria sint addiscenda, manifestum est: quod autem non omnia distinguuntur liberalia opera ab illiberalibus, patebit illa talia esse recipienda, quæ cum vtilia sint, faciunt exercitentem, habentemque non vtilis exercitij operatorem. Vile autem exercitium putandum est, & ars, & disciplina, quæcumque corpus, aut animum, aut mentem liberi hominis, ad vsus & opera virtutis inutilem reddunt. Itaque & artes ille quæ deterius disponunt corpus, & cuncta mercenaria exercitia sordida nuncupamus: mentem enim occupatam & vilem reddunt.

Sunt etiam quadam ex liberalibus scientiis, quas vsque ad aliquid discere honestum sit: penitus verò sese illis tradere, ac ad extremum vsque prosequi velle, nocuentis illis, quæ supra diximus, obnoxios facit. Sed refert plurimum, cuius gratia quis agat, vel discat: nam si gratia sui, vel amicorum, vel propter virtutem, non est illiberale: qui verò id ipsum agit propter alios, sæpe vtique videbitur illiberaliter ac sordidè agere. Disciplina igitur illa de quibus diximus, ad vtramque partem se habent.

CAPVT

CAPVT I.

*H*ic incipit liber octauus, qui totus est de disciplina iuuenum, & habet tres partes. In prima ostendit qua disciplina imbuendi sunt iuvenes, & vtrum imbuendi sunt musica. In secunda si debent vti musica, quibus organibus debent vti, vtrum scilicet fistulis vel aliis, ibi, *Palam autem ex his & qualibus organibus, &c.* In tertia quibus harmoniis & quibus rithmis debent erudiri, ibi, *Considerandum autem adhuc circa harmonias, &c.* Prima harum partium diuiditur in tres partes. In prima ostendit quare erudiendi sunt iuvenes. In secunda quærit qua disciplina sint erudiendi, ibi, *Quæ autem sit disciplina, &c.* In tertia dicit quatuor principaliter, quæ erudiendi sunt iuvenes, ibi, *Sunt autem quatuor ferè quæ addiscere, &c.* In prima parte ponit quatuor rationes ad hoc quod iuvenes sunt erudiendi ad communia in quibus est politia ciuitatis. Prima ratio est: quia hoc non factum in ciuitatibus lædit politiam: cum enim quælibet ciuitas politizet, & omnis politia instituitur ab aliquo more super quæ fundatur, quod probatur per inductionem, Democratia enim fundatur super morem democraticum, Oligarchia super morem oligarchicum, & semper optimus mox optimæ politia est causa, patet quod si debeat esse politia in ciuitate, ad illum morem instruendi sunt ciues. Secunda ratio est, quod in omni arte operatiua siue practica præxiguntur quædam operationes quæ præparant ad artem, & habilem faciunt hominem, ad quas oportet præerudiri illum qui vult perfectus esse in illa arte: ergo idem exigitur ad felicem vitam & ad virtutem: ad opus ergo illud oportet præerudiri & præassuere. Tertia ratio est, quod quorumcumque est finis vnus, eorum est vna disciplina ad finem illum ordinata: totius ciuitatis & omnium ciuium est finis vnus, felicitas scilicet: ergo oportet omnium ciuium vnã esse disciplinam ad illum finem, in qua erudiendi sunt iuvenes, quæ non est disciplina propria, qua quilibet erudit filios suos. Quarta ratio est ad idem confirmandum, quod scilicet communium oportet facere communem disciplinam & non propriam: finis autem politia ciuitatis communis est: ergo oportet facere communem disciplinam, qua omnes sunt erudiendi. Ad hoc idem confirmandum inducit, quod sicut nulla pars est sibi, sed toti, ita nullus ciuis est sibi, sed ciuitati: & idè oportet vnã communem esse disciplinam, qua erudiendi sunt omnes, & non vnusquisque propria. Vltimò apponit quoddam exemplum, quia in hac scientia, sicut dictum est sæpe, potissima probatio est per exempla, & hoc exemplum est, quod laudantur Lacedæmonij, quod plurimum studuerunt circa pueros erudiendos, & hoc communiter, & non secundum singulos proprium. Ex his omnibus concludit, quod leges ferendæ sunt de illa communi disciplina: quod manifestum est ex dictis. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Quod quidem igitur legislatori maxime negotiandum, supple, sit, circa iuuenum disciplinam, nullus vtique dubitabit. Et ponit rationem primam, ibi, Etenim in ci-

D. Alb. Mag. Politic.

uitatibus non factum hoc lædit politias: oportet autem ad vnãquamque politizare, supple, ciuitatem. Et inducit rationem formandam eam, ibi, Mos enim politia vnus cuiusque, supple, est, qui conueniens est, & conseruare conseruare politiam & instituit à principio. Et ratio est: quia politia est ordo communicationis, & communicatio secundum morem communicantium: & idè omnis politia & instituitur & conseruatur more. Et probat hoc inducendo, ibi, Puta qui quidem democraticus mos est, democratiam, supple, instituit & conseruat: qui autem oligarchicus, mos est, supple, oligarchiam instituit & conseruat: semper autem optimus mos melioris est causa politia.

b Secundam rationem à simili ponit, ibi, Adhuc autem ad omnes potentias & artes, operatiuas scilicet, sunt quæ oportet præerudiri & præassuere ad singularum operationes, qui vult esse perfectus in arte. Ex hoc concludit: Quare palam, quod & ad actiones virtutis, & felicitatis, supple: quia felicitas est operatio perfecta secundum virtutem.

c Tertiam rationem, videlicet quod hæc disciplina debet esse communis ponit, ibi, Quoniam autem vnus finis ciuitati omnium, scilicet ciuium, supple, est, manifestum quod disciplinam vnã & eandem necessariam esse omni, supple, est, & huius curam esse communem, supple, est necessarium. Et determinat quomodo communem, ibi, Et non seorsim, quomodo vnusquisque, scilicet ciuis, nunc curat de suis pueris, seorsim & disciplina propria quacumque videbitur, docens, scilicet filios suos vel pueros: oportet autem communium communem facere, scilicet disciplinam, & studiosum, quemlibet scilicet in communi.

d Quartam rationem ponit, ibi, Simul autem neque oportet putare ciuium ipsorum aliquem sibi esse, sed omnes ciuitatis: cura autem vnus cuiusque partis nota est respicere ad eam quæ totius, curam.

e Adhuc autem inducit exemplum, ibi, Laudabit autem vtique aliquis & in hoc Lacedæmonios: etenim plurimum faciunt studium circa pueros, & hoc communiter. Ex omnibus ponit conclusionem generalem istius partis, ibi, Quod quidem igitur leges ferendum de disciplina, & hanc communiter faciendum, manifestum, supple, est.

f Deinde cum dicit, Quæ autem sit disciplina, &c. quærit quæ sit disciplina communis, qua oportet erudiri iuvenes ad felicem vitam. Et habet duas partes, in quarum prima ostendit necessitatem huius doctrina. In secunda ostendit qualis sit illa doctrina, ibi, *Quod quidem igitur necessaria, &c.* In prima parte procedit sic: Ostendit enim primò, quod necessaria est disciplina, sed magnum dubium est quæ sit, ex hoc quod non omnes existimant doceri eandem filios suos nec ad idem: quidam enim tendunt ad virtutem & quidam non: quidam ad vitam optimam, & quidam non: & quidam ad intellectum, quidam autem ad morem. Et illorum quidam tendunt ad vitam contemplatiuam, quidam autem ad actiuam turbationibus plenam. Et eorum qui tendunt ad virtutem, non omnes laudant eandem virtutem, sed diuersi diuersam.

R f 2 Et

Et sic nihil manifestum est de illa communi eruditione. Hæc est sententia, Litera sic ordinatur. Quæ autem sit disciplina, illa scilicet communis, & qualiter oportet erudiri, in ea scilicet iuvenes, oportet non latere. Ostendit necessitatem: quia multum later. Nunc autem dubitatur per opera: non enim eadem omnes existimant oportere addiscere iuvenes neque ad virtutem, neque ad vitam optimam. Et causa est: quia summum bonum non ponunt in eodem, sed in diuersis. Neque manifestum, supple, est, vtrum ad intellectum, scilicet propter felicitatem contemplatiuam, oportet magis, supple, erudiri iuvenes, aut ad animæ motem, propter felicitatem, supple, ciuilem. Et adhuc dubitatur vterius. Et ex ea, id est, etiam ex ea, quæ ad actiuam vitam disciplina turbatione plena, est, supple, consideratio. Et dicitur hic actiuam vitam, quæ est ad necessitatem præsentis vitæ, quæ turbatione plena est. Et nulli palam, in omnibus his, supple, vtrum studere oportet circa optima ad vitam, id est, ad necessitatem vitæ, vel circa tendentia ad virtutem, vel circa superflua, quæ scilicet sunt ad gloriam, vel diuitias, vel voluptatem, hæc enim vocat superflua. Omnia enim hæc acceperunt iudices quosdam, diuersos scilicet Philosophos & legislatores. Socrates enim ponebat, quod oportet studere ad virtutem in qua ponebat felicitatem. Lacedæmonij dixerunt oportere studere ad gloriam & potentiam subiectionis aliorum. Midas Rex, quod ad diuitias. Sardanapalus, quod ad voluptatem. Et sic singula istorum acceperunt iudices quosdam. Et subdit qualiter illi qui dixerunt oportere erudire ad virtutem, diuersificati sunt inter se, ibi, Et de his quæ ad virtutem nihil est concordantium. Et subdit rationem, ibi, Etenim virtutem non eandem mox omnes honorant. Et ratio est quam dat Tullius in lib. de Offic. Quia quidam præferunt virtutem actiuam siue moralem intellectualem: quidam è contrario intellectualem moralem. Ex his inferit, quod ex quo sic diuersificantur in fine, quod rationabile est, quod etiam diuersificantur in studio eruditionis ad finem. Et hoc est. Quare rationabiliter diuersificantur, & id est, etiam ad studium ipsius.

g Deinde cum dicit, Quod quidem igitur necessaria vtilium, &c. ostendit quæ docendi sunt iuvenes in genere ad vitam felicem. Et sententia est, quod quicumque liberi alia habent opera non banausa. Et exponit quæ sunt banausa, dicens, quod banausa sunt quæcumque corpora hominum & mentes faciunt illiberalia & inepta ad opera virtutis: hæc enim faciunt depressam mentem. Et illa sunt quæ-

cumque sunt necessaria, siue in artibus mechanicis, siue in aliis: quia spes mercedis deprimit mentem ita quod liberalibus, quibus propter se tantum intendendum est, intendere non potest, sed liberalibus studiis intendere bene liberale est. In fine autem addit, quod hæc exercenda sunt libera intentione: quia si spes mercedis in talibus docendo alium, faceret aliquis, banausum esse: sed oportet, quod libera intentione liberalibus intendat: & in hac eruditione erudiendi sunt iuvenes. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Quod quidem igitur necessaria vtilium, id est, de numero vtilium, ad felicitatem, supple, doceri non immanifestum: quod autem non omnia necessarium sit doceri iuvenes, diuisis liberalibus operibus & illiberalibus (liberalia quidem quæ propter se voluntus, illiberalia quæ propter aliud) manifestum, quod talibus est participare quæcumque vtilium, id est, de numero vtilium, faciunt participantem non banausum, id est, vilem & seruilem. Et hoc ostendit subdicens. Banausum autem opus oportet putare esse hoc, & artem hanc & doctrinam, quæcumque ad vtilis & actiones virtutis efficiunt inutile liberorum corpus, aut animam, aut intellectum. Propter quod tales artes quæcumque faciunt corpus dererius disponi, banausas vocamus & mercenarias operationes. Et subdit rationem, ibi, Non vacantem enim faciunt mentem, ad virtutem scilicet, & depressam, quod scilicet ad alta & liberalia intendere non potest.

h Est autem & liberalibus scientiis, sicut philosophiæ & theologiæ, aliquibus, quas scilicet propter se discimus, & non propter aliud, vsque ad aliquid participare, non illiberalia assidue: quia assidue in his vsque ad perfectionem felicitatis contemplatiuæ, non illiberalia, sed liberalia valde est. Et per contrarium subdit de aliis doctrinis & artibus, ibi, Valde autem ad perfectionem, obnoxium, supple, est, dictis nocuentis, intendere, supple, banausis scilicet artibus & doctrinis. Et subdit de intentione, ibi, Habet autem multam differentiam & quod cuius gratia agit quis, aut addicit. Et ostendit in quo, ibi, Ipsius enim gratia, aut amicorum, aut propter virtutem, supple, agere, vel addiscere aliquid, non illiberalia: qui autem ad ipsum, id est, propter seipsum agit propter alios, sæpe mercenarium & seruile vtrique videbitur agere: & ideo banausam habet intentionem. Ex omnibus his concludit, ibi, Præmissæ quidem igitur nunc eruditiones, sicut dictum est prius pauld ante, ad vtrumlibet se habent: quia possunt scilicet & liberaliter & banause fieri.

CAPVT

CAPVT II.

De quatuor disciplinis, quibus instituedi videntur ciuium liberi, & maxime de musica & gymnastica.

Sunt autem quatuor fere quæ addiscere consueverunt, literas, & luctatiuam, & musicam, & quartam quidam protractiuam: & literas quidem & figuratiuam tanquam vtilis ad vitam existentes & valde bonas: luctatiuam autem tanquam conferentem ad fortitudinem.

b De musica autem dubitabit vtrique aliquis: nunc quidem enim ut delectationis gratia plurimi participant ipsa: alij autem à principio instituerunt in disciplina, propter naturam ipsam quærere, quod quidem sæpe dictum est, non solum non vacare rectè, sed & vacare posse bene. Hoc enim principium omnium, ut & iterum dicamus de ipsa.

c Si enim ambo quidem oportet, magis autem eligibile vacare, quam non vacatio, & finaliter quærendum quod facientes oportet vacare, non itaque ludentes: finem enim necessarium esse vitæ nobis ludum, si autem hoc impossibile, & magis in non vacationibus vtendum ludis: laborans enim indiget requie, ludus autem gratia requie est: non vacare autem accidit cum labore & fatigatione. Propter hoc oportet ludos introducere obseruantem tempus ad vsum, tanquam adducentem pharmacie gratia. Remissio enim talis motus animæ, & propter delectationem requies.

d Vacare autem videtur ipsum habere delectationem, & felicitatem, & viuere beatè: hoc autem non existit non vacantibus, sed vacantibus. Non vacans quidem enim non vacat gratia alicuius, tanquam non existentis. Felicitas autem finis est, quam non cum tristitia, sed cum delectatione putant esse omnes. Hanc verò delectationem non adhuc eandem ponunt, sed secundum seipsum vnusquisque, & secundum habitum suum: optimus autem secundum optimum, & cum qui ab optimis.

e Quare manifestum, quod oportet & ad eam quæ in deductione vacationem addiscere quædam & erudiri, & has eruditiones, & disciplinas esse suis ipsarum gratia: eas autem quæ ad non vacationem, ut necessarias, & aliorum gratia.

D. Alb. Mag. Politic.

CAPVT II.

Sunt autem fere quatuor, quas discere iuuenes consueverunt, literas, gymnasticam, musicam, addunt verò quidam figurandi peritiã: literas quidem & figuratiuam tanquam vtilis ac valde expeditas ad vitam: gymnasticam verò tanquam pertinentem ad fortitudinem.

De musica verò ambigitur: nam nunc quidem plurimi voluptatis gratia illam addiscunt: veteres autem inter disciplinas eam collocauerunt, ex eo quod natura quæreret, ut sæpe dictum est, non solum in negotio rectè, verum etiam in otio laudabiliter posse versari. Hoc enim principium est omnium, ut rursus de illo dicamus.

Si enim vtroque opus est, magis autem expetendum est otium, quam negotium, nec id quidem in ioco: nam sic necesse foret iocum esse finem vitæ, quod si sit impossibile, magisque in negotiis vtendum est ioco: nam qui laborant, indigent relaxatione, & huius gratia est iocus: negotia verò sunt cum labore, & conatu. Et propterea oportet iocum adhibere, qui tanquam medicinam eo tempore afferat. Nam relaxatio est huiusmodi motus animi, & requies per voluptatem.

Otium autem ipsum videtur in se voluptatem habere, & felicitatem, & vitam beatam, & hoc non negotiosis, sed otiosis existit. Nam qui negotiatur, alicuius gratia negotiatur, quod sibi desit. Felicitas autem finis est quam non cum labore, sed cum voluptate esse omnes putant. Hanc tamen voluptatem non eandem omnes posuerunt, sed secundum se vnusquisque, & secundum suum habitum: Optimus tamen optimam, & eam que sit ab honestissimis.

Itaque manifestum est: quod oportet ad otium quoque degendum addiscere quædam, & erudiri, & has eruditiones, ac disciplinas suis ipsarum esse gratia: illas verò que ad negotium, tanquam necessarias & gratia aliorum.

R. 3 f. Pto

f Propter quod & musicum priores in eruditionem ordinauerunt, non ut necessariam (nihil enim habet tale) neque ut vile, sicut literæ ad pecuniationem, & ad œconomiam, & ad doctrinam, & ad multas actiones politicas. Videtur autem & protractiua utilis esse ad iudicandum artificum opera melius. Neque rursus sicut luctatiua est musica ad sanitatem & robur: neutrum enim horum videmus fieri ex musica. Relinquitur igitur ad deductionem quæ in vacatione: ad quod quidem & videntur producentes ipsam. Quam enim putant deductionem esse liberorum, in hac ordinant.

g Propter quod quidem Homerus ita poetizauit:

Sed est quidem velut ad epulas vocari, ut congaudeant in epulis amici.

Et ita dicens alteros quosdam qui vocant charitatiuam naturam. Et in aliis ait Vlysses: *Hanc optimam esse deductionem, quando gaudentibus epulantes si audiant cantantem residentes continuo.*

h Quod quidem igitur est disciplina quædam, quam non sicut vilem erudiendum filios, neque ut necessariam, sed ut liberalem & honestam, manifestum est.

i Vtrum autem vna numero vel plures, posterius dicendum. Nunc autem nobis esse præmium factum est, quod ab antiquis habemus quoddam testimonium, ex præmissis erudimentis, quæ diximus: musica enim hoc facit euidens.

k Adhuc autem & quod oportet vtilium quædam erudiri pueros, non solum propter id quod vile, puta literarum eruditionem, sed & propterea quod per ipsas conuenit fieri multas eruditiones alias.

l Similiter autem & protractiuam, non ut in ipsis venalibus non peccent, sed sint infeductibiles ad eam quæ vaforum emptionem & venditionem, aut magis quia facit speculatiuum eius quæ circa corpora pulchritudinis. Quærere autem vbi que quod vile, minimè congruit magnanimis & liberis.

m Quoniam autem manifestum hoc, vtrum consuetudinibus erudiendum vel ratione, & circa corpus prius, aut circa intellectum, palam ex his, quod tradendum pueros luctatiuæ, traduntur

Quapropter musicam antiqui inter disciplinas collocauerunt, non tanquam rem necessariam (nihil enim habet tale) neque tanquam vilem, ut litera ad lucrum, & ad rem familiarem, & ad studia, & ad civiles actiones complurimas. Videtur quoque figurandi peritia utilis esse ad iudicandum melius artificum opera. Neque ut gymnastica ad sanitatem & robur: nullum enim horum videmus ex musica fieri. Restat ergo, quod ad degendum in otio, ad quod & apparet eam adhiberi. Quam enim putant degentiam esse ingenuorum hominum, in ea instituunt.

Quapropter Homerus in poemate suo ita inquit:

Sed quale est vocari ad mensam opipare paratam.

Deinde nominans quosdam alios subdit: Et accrescunt citharædum, qui omnes demulceat. Et alio loco ait Vlysses:

Optimam esse degendi rationem, quando lætis hominibus conuiuæ audiunt citharædum, sedentes per ordinem.

Quod igitur sit disciplina quadam, quam non ut vilem, neque ut necessariam docendi sunt filij, sed ut liberalem & honestam, manifestum est.

Vtrum autem vna sit numero, an plures, & quanam ista, & quomodo, posterius dicetur. Nunc tantum id præmissum sit, quod apud antiquos habemus testimonium ex his disciplinis, quas diximus: musica enim hoc manifestat.

Ac etiam de vtilibus, quod aliqua ad discere pueros oportet, non modo propter utilitatem, ut patet in literis, verum etiam propter multas disciplinas alias, que per literas addiscunt.

Similiter verò figurandi peritiam, non ut in venundando emendoque vasa non decipiantur, sed potius quia contemplari facit pulchritudinem corporum. Quærere enim vilitatem vbi que minimè congruit magnanimis & ingenuis hominibus.

Cum verò manifestum sit, vtrum moribus, an ratione sit disciplina tradenda, & an circa corpus prius, vel circa mentem, patet ex his, quod adolescentes gymnastica, & pædtribica sunt tradendi, quarum

tur

tur etiam pædtribicæ: harum enim hæc quidem qualem quendam facit habitum corporis, hæc autem opera.

n Nunc quidem igitur quæ maximè videntur ciuitatum curare de pueris, hæc quidem athleticum habitum imprimunt, tollentes & speciem & incrementum corporum. Lacedæmonij autem hoc quidem peccato peccauerant: ferale autem efficiunt pueros, tanquam hoc ad fortitudinem maximè conferens.

o Quamuis neque ad vnam virtutem, neque ad hanc maximè respiciendum facienti curam.

p Siquidem ad hanc, neque hoc adinueniunt. Neque enim in aliis animalibus, neque in gentibus videmus fortitudinem assequentem syluestriis, sed magis mihiotibus & leoninis moribus. Multæ autem sunt gentes, quæ ad interficiendum & ad cædendum homines promptè se habent, sicut earum quæ circa Pontum Achæi & Heniochi, & aliæ gentium, non maritimarum hoc quidem similiter his: hæc autem magis, quæ latrocinatiuæ quidem sunt, fortitudine autem non participant.

q Adhuc ipsos Lacedæmones scimus, quandiu quidem ipsi assiduabant labores, præuales alii. Nunc autem & luctatiuis agonibus & bellicis, deficientes ab aliis. Non enim eo quod iuuenes exercitabant, isto modo differant, sed eo solum quod ad eos qui non studuerant, conabantur.

r Quare quod bonum, sed non quale ferale oportet præagonizare. Neque enim lupo, neque aliarum ferarum aliqua agonizare vti que aliquod bonum periculum, sed magis vir bonus. Qui autem valde ad hoc remittunt pueros, & qui sine pædagogorum necessariis faciunt, banaufos efficiunt, & secundum veritatem ad vnum solum opus viles politice facientes, & ad hoc deterius aliis, ut ait sermo.

s Oportet autem non ex prioribus operibus iudicare, sed ex iis quæ nunc. Contra agonizantes enim disciplinæ nunc habent, prius autem non habebant.

t Quod quidem igitur vtendum luctatiua, & qualiter vtendum, confessum est. Usque ad pubertatem enim leuiora exercitia afferendum, violenta

altera qualem aliquam facit habitudinem corporis, altera operationes.

Nunc autem quæ ciuitates curam habere puerorum maximè videntur, partim athletarum habitudinem inducere student, in quo deformant corpora, ac augmentationem eorum impediunt. Lacones verò in hoc quidem non errant, sed efferatos laboribus reddunt adolescentes, quasi hoc vile sit maximè ad fortitudinem.

Atqui, ut iam sepe diximus, neque ad vnam virtutem, neque ad hanc maximè respiciendum est ab eo, qui curam facit institutionis.

Et si ad hanc, non tamen id consequuntur. Neque enim in aliis animalibus, atque in gentibus videmus fortitudinem adesse maximè efferatis, sed potius mansuetioribus & leoninis moribus. Multæque sunt gentes, quæ ad cades hominum, & ad eorum comestionem insultant, ut circa Pontum Achæi & Heniochi: & ex mediterraneis aliæ gentes similiter his vel magis, quæ quidem gentes clanculum per insidias latrocinantur, ad bellica tamen opera nihil valent.

Præterea scimus Lacones, dum ipsi soli exercebantur, præstitisse ceteris, nunc autem esse aliis inferiores. Non enim ob id præstabant, quod iuuentutem exercebant, sed quod ipsi exercitati contra non exercitatos pugnarent.

Itaque honestas, ac non feritas est incertaminibus præferenda. Neque enim lupo, neque alia bestia honestum periculum pugnando subiret, sed magis vir bonus. Qui verò adolescentes in hoc nimium tradunt, & in necessariis absque disciplina dimittunt, verè illos sordidos reddunt: ad vnum enim opus reipublica viles faciunt, & illud ipsum deterius, ut ratio ostendit.

Oportet autem non ex prioribus operibus, sed ex his quæ nunc sunt, iudicare. Nam nunc quidem illi qui repugnant, disciplinam habent, tunc verò non habebant.

Quod igitur vtendum sit gymnastica, & quomodo vtendum, concessum existat. Usque enim ad pubertatem leuiora exercitia sunt adhibenda, usque victu illud

R r 4 tum

tum alimentum, & eos qui ad necessitatem labores reiicientes, ut nullum impedimentum sit ad incrementum. Signum enim non paruum, quod possunt hæc instituire: in Olympionicis enim quidem vir duos vel tres inuenitur eosdem vicisse viros & pueros, propter iuuenes inuoluntarios auferre potentiam à necessariis exercitiis.

¶ Quando autem à pubescentia annis tribus ad alias eruditiones fiunt, tunc congruit & laboribus & siccis alimentis submittere sequentem ætate. Simul enim intellectui & corpori laborare non oportet: contrarium enim efficere natus est vterque laborum impediens: qui quidem corporis labor, intellectum: qui autem huius, corpus.

CAPVT II.

Hic Aristoteles ponit quatuor, quæ erudiendi sunt iuuenes. Et habet tres partes. In prima parte docet quatuor, quæ erudiendi sunt & quæ pertinent ad politicam vitam. In secunda parte, quia vnum illorum fuit musica, reuertitur ad quæstionem de musica, & subtilius pertractat eam, ibi, *De musica autem quædam quidem dubitamus, &c.* In tertia parte ordinat quæstiones quæ faciendæ sunt de musica, ibi, *Prima autem quæstio est, vtrum non ponendum, &c.* In prima parte harum duo facit. Primum enim ostendit quatuor quæ iuuenes instruendi sunt, & qua vtilitate singula instruuntur. In secunda parte determinat modum instructionis, ibi, *Vtrum autem vna numero vel plures, &c.* Circa primum duo facit. Primum ponit illa quatuor secundum quæ iuuenes sunt instruendi. Secundum ostendit, quod musica discitur ad deductionem, ibi, *Neutrum enim horum videmus fieri, &c.* Sententia primæ partis est, quod quatuor sunt quæ ad disciplinam politicam oportet erudiri iuuenes, scilicet literas, luctatiam, & musicam, & quartam quam vocant protractiuam: & has quatuor dicit esse vtilis ad vitam & valde bonas. Et determinat ad quæ sunt singula istorum, & dicit, quod lucta confert ad fortitudinem: eod quod per luctam membra habilitantur, ut in lucta exercitata proficiant, & fortia sint ad pugnandum. Est enim multiplex lucta, athletica scilicet, gymnastica, & agonistica, palæstrica. Et hæc sunt apud antiquos, & apud nos torneamentales. Literarum autem doctrina est maximè, ut in omnibus sint circumspici, & præcipuè in scientia eloquentiæ & legum, quæ tunc literis tradebantur. Musicam autem quidam posuerunt in disciplinam, eod quod mentes conuertit: quidam autem posuerunt in ludum. Quare autem hæc addiscunt iuuenes illius temporis, ostendit: quia sicut dictum est, vacare in poli-

violento, & laboribus coactis, ne corpora crescere impediuntur. Signum erit non paruum, quod ita contingat: quia inter eos qui Olympia vicerunt, duo vel tres sanctum reperiuntur, qui idem adolescentes & viri, sint victoriam consecuti. Propterea quod per exercitationes pueris adhibitas, sublata sit vis ac robur à violentis laboribus.

Post pubertatem verò, cum annis tribus ad alia perdiscenda intendunt, tunc congruit & laboribus & victu necessario, illos occupare. Nam simul mente & corpore non oportet, cum se inuicem impedire natura sint: labor quidem corporis, mentem: mentis autem, corpus.

ticis ad felicitatem contemplatiuam, vel etiam finis est non vacationis siue negotiationis. Oportet autem querere non solum quia vacet, sed etiam quomodo bene vacet: per hoc autem bene vacabit: cum igitur bene vacetur per musicam, non oportet eam ponere, quod sit ludii gratia: quia sequeretur ex hoc quod humanæ vitæ finis esset ludus: quod valde inconueniens est, cum in septimo probatum sit, quod vacare sit finis non vacationis: sed ludus, quia requies est, magis introductur propter non vacationem: non vacans enim laborat, sicut corpus laborat ex humore grauante ipsum. Vnde sicut pharmacia inducitur ad purgandum humorem qui grauat corpus, ita ludus inducitur ad reuelandum laborem quem patitur qui ex non vacatione: & idè ludus requies quædam est non vacantis: & quia vacatio finis est non vacationis, & felicitas est finis, vacatio magis competit felicitati quam non vacatio: non vacans enim non vacat siue laborat alicuius gratia, quod laboris sui est finis: & propter hoc omnes putant, quod ista quatuor scientiæ debeant esse gratia deductionis in vacatione, & non alicuius vtilitatis: & quod eruditiones istæ addiscantur sui ipsarum gratia propter delectationem quæ est in eis: & idè etiam priores musicam ordinauerunt in eruditionem non ut necessariam, quia nihil tale habet: nec ordinauerunt eam ut vtilem ad lucrum sicut literæ discuntur ad pecuniationem, & ad æconomiam, id est, domus dispensariam, & ad doctrinam maximè in lucrativis scientiis, & ad multas alias occasiones politicas. Ex his concludit, quod musica ad deductionem est inuenta. De protractiuâ dicit, quod vtilis est ad iudicandum artificum opera: quam enim vocat protractiuam, eo quod malleis producitur & protrahitur, nos vocamus exclusoriam artem, quæ fit in vasis pretiosis & geminis ad speciem anaglyphi in mensis magnificorum. Quia sicut dicit in 4. Ethic. magnifici est diligere thesaurum tam in talibus quam in aliis vtilibus. Vnde illa

illa vales ad iudicandum vasa ne decipiantur in talibus, & ad delectandum in specie & pulchritudine talium, quia simillimum pulchritudini virtutis & felicitatis. Et ad hunc finem iterum non est musica, sed ordinatur in deductione liberorum & herorum. Et hoc probatur per Homerum qui ita poetizauit de musica, quod scilicet est sicut congaudentibus ad epulas vocatis ad charitatiuam naturam, in qua omnes volunt delectari participatione amicitiae ad inuicem. Et hoc probat per Vlysem qui sic dixit, quod hæc optima sit deductio, quando epulantes & gaudentes continuo quando resident audiunt aliquem cantantem cantilenas. Ex omnibus his concludit, quod musica est disciplina quædam, quam non sicut vtilem erudicendum est filios, neque ut necessariam, sed ut liberalem & honestam. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Sunt autem quatuor fere quæ addiscere consueuerunt, supple, iuuenes, literas, præcipuè ad eloquentiam & leges, & luctatiuam, & musicam, & quartam quidam protractiuam, quam nos exclusoriam vocamus ad speciem anaglyphi. Et ad quid discantur, subdit, ibi, Tanquam vtilis ad vitam existentes & valde bonas. Et intelligit de vita politica. Luctatiuam, supple, discunt iuuenes tanquam conferentem ad fortitudinem. Et de differentiis istius satis dictum est in sententia.

b De musica autem dubitabit vtrique aliquis, ad quem finem scilicet sit. Et supponit rationem dubitationis, ibi, Nunc quidem enim ut delectationis gratia plurimi participant ipsa, scilicet in cantilenis & viellis & citharis & aliis similibus musicis instrumentis: alij autem à principio instituerunt eam sicut Pythagoras in disciplina, id est, in genere disciplinæ, propter naturam ipsam querere, id est, propterea quod natura rationalis querit eam, quod quidem sæpe dictum est, in septimo scilicet. Et quid querat subdit. Non solum non vacare rectè, querit, supple, natura, in actiua scilicet, sed & vacare posse bene, in contemplatiua scilicet. Et dicit quare querit vacare. Hoc enim principium omnium, supple, est ut finis. Et ut iterum dicamus de ipsa, vacatione scilicet.

c Si (pro quamuis) enim ambo quidem oportet, scilicet querere, scilicet vacare & non vacare, magis autem eligibile vacare quam non vacatio: & finaliter querendum quod facientes oportet vacare, & hoc est actus virtutis & felicitatis. Et quia aliqui dixerunt, quod ludus esset, idè excludit hoc dicens. Non itaque ludens. Et ostendit incontinenti quod sequitur, si sic dicatur, ibi, Finem enim necessarium esse vitæ ludum nobis, supple, si sic dicatur. Et subdit, Si autem hoc impossibile, supple, est, quod scilicet finis humanæ vitæ sit ludus, & magis in non vacationibus vtendum ludis. Et subdit rationem, ibi, Laborans enim indiget requiè, ludus autem gratia requies est: non vacare autem accidit cum labore & fatigatione. Propter hoc oportet ludos introducere obseruantem tempus, quando scilicet sit tempus ludendi ad sum, conuenientem scilicet, tanquam ad ducendum pharmaciæ gratia, id est, sicut pharmacia, id est, portio adducitur grauato corpo-

re per humorem, eod quod est purgatio laxatiua humoris: ita ludus adducitur non vacanti iam lassato per laborem. Et subdit causam, ibi, Remissio enim talis motus animæ & propter delectationem requies, supple, est: & sic fatigato debetur ludus.

d Vacare autem videtur ipsum habere delectationem & felicitatem & viuere beatè, & idè, supple, ludo indiget: hoc autem, scilicet delectatio & felicitas & beatè viuere, non vacantibus non existit, sed vacantibus. Exponit rationem, ibi, Non vacans quidem enim non vacat gratia alicuius, finis scilicet, quia aliquem finem intendit propter quem laborat, tanquam non existentis, finis scilicet, quia adhuc finem non est adeptus. Felicitas autem finis est, quam non cum tristitia, sed cum delectatione putant omnes esse: & idè, supple, ludo non indiget. Hanc verò delectationem, supple, quæ est cum felicitate, non adhuc eandem ponunt, cum felicitate, supple, sed secundum seiplos vnusquisque & secundum habitum suum. Hoc dicit: quia diuersi in diuersis ponebant felicitatem, quidam in voluptate, quidam in diuitiis, quidam in gloria: & sic vnusquisque secundum proprium habitum & votum. Optimus autem secundum optimum, habitum scilicet, & eum qui ab optimis: & illi fuerunt, qui ponebant felicitatem in virtute & ab optimis habitibus virtutum, sicut ipse Aristoteles dixit, quod felicitas est operatio perfecta non impedita.

e Ex omnibus his concludit subdens, ibi, Quare manifestum est, supple, quod oportet, & id est, etiam ad eam quæ in deductione vacationem addiscere quædam & erudiri, & id est, etiam has eruditiones & has disciplinas esse sui ipsorum gratia, non propter aliud scilicet: eas autem, eruditiones scilicet & disciplinas, quæ ad non vacationem, id est, ad laborem actiue vitæ, ut necessarias, ad vitam scilicet, & aliorum gratia, id est, propter lucrum & vtilitatem adiuncta, sicut sunt scientiæ lucrativæ & artes mechanicæ.

f Ex omnibus his concludit subdens, ibi, Propter quod & musicam priores, Philosophi scilicet: & legillatores, in eruditionem ordinauerunt, non ut necessariam, ad vitam scilicet (nihil enim habet tale) neque ut vtilem, sicut literæ; scilicet lucrativiarum scientiarum ad pecuniationem, supple, sunt vtilis, & ad ækonomiam, id est, domus dispensationem, & ad doctrinam, & ad multas actiones politicas, quæ scilicet scientia legum diriguntur. Et subdit de protractiuâ, ibi, Videtur autem, &c. quæ productione malleorum sit & vocatur exclusoria. Et dicit. Videtur autem & protractiuâ vtilis esse ad iudicandum artificum opera melius. Et hæc ponitur inter quatuor: quia talium vasorum splendor ad magnificentiam pertinet, & sic ad virtutem & felicitatem propinquum habet ordinem. Et subdit de luctatiua, ibi, Neque rursum sicut luctatiua est musica ad sanitatem & corroborat ita membra. Secundum, ibi, Neutrum enim horum, &c. ostendit quod discitur ad deductionem & dicit, Neutrum enim horum videmus fieri ex musica, id est, neque vtilitatem protractiuæ, neque vtilitatem luctatiuæ. Et nota,

nota, quod hæc vocatur exclusoria proprie, & non nisi vitiosa translatione protractiua. Concludit ex his propositum, ibi, Relinquitur igitur ad deductionem quæ in vacatione, vt bene scilicet vacatio sit, supple, esse musica. Et hoc probat subdens. Ad quod quidem &, id est, etiam videntur producentes ipsam, antiqui scilicet qui ordinauerunt eam esse in ciuitate. Et subdit rationem, ibi, Quam enim putant deductionem esse liberorum, non banausorum, supple, in hac ordinant, supple, musicam.

g Et hoc probat per Homerum, ibi, Propter quod quidem Homerus ita poetizauit: Sed est quidem, supple, musica, velut ad epulas vocari, quod congaudeant epulis amici. Et ita dicens, supple, Homerus, alteros quosdam, amicos scilicet, qui vocant charitativam naturam, id est, amicabilem. Quia dicit Aristoteles, quod amicorum est conuocari & simul contempere totos dies tanquam delectates omnes simul scilicet esse in iucunditate amicos. Ad hoc idem inducit testimonium Vlyssis, ibi, Et in aliis, scilicet poetis ait Vlysses, hanc optimam esse deductionem, quando gaudentibus epulantes si audiant cantantem, id est, à cantante cantilenas, residentes continuo, id est, statim quando resident ad conuiuium. Et inde venit consuetudo, quod magnis viris inuitatis ferula proponuntur cum cantibus & musicis. Alia litera habet: Gaudentibus hominibus congregati super tecta audiunt philomenam sedentes deinceps.

h Ex omnibus his concludit propositum, ibi, Quod quidem igitur est disciplina quadam, musica scilicet, quam non sicut vilem erudiendum filios, neque vt necessariam, sed vt liberalem & honestam, manifestum est.

i Deinde cum dicit, vtrum autem vna numero, &c. determinat modum instructionis. Et habet duas partes. In prima ostendit, quod pueri debent instrui circa puerilia mouendo dubitationem circa eorum eruditionem. In secunda reprehendit illos qui aliter instruunt, ibi, Nunc quidem igitur quæ maximè videntur, &c. Circa primum tria facit. Primum dicit, quod posterius tractandum erit, vtrum vnam musicam vel plures instruendi sunt iuuenes. Secundò dicit, quod ex præmissis iam habemus hoc primum, quod oportet erudiri pueros circa puerilia, verbi gratia literarum scientiam, quam oportet erudiri pueros, non propter hoc quod in seipsa vilis est tantum, sed etiam quia utilis est ad multas eruditiones alias, sicut ad artes quæ literariæ sunt traditæ. Et similiter protractiuam, quæ exclusoria dicitur vero nomine, non oportet docere pueros tantum vt sint infeducibiles circa venditionem vasorum & emptionem, sed potius vt pulchritudinis corporalis quæ est in specie anaglyphi sint contemplatores: quia magnanimi & etiam magnifici, qui propinquissimus est beato & felici, nihil est facere gratia utilitatis, sed gratia pulchritudinis & honoris. Tertio mouet dubium vtrum erudiendi sint consuetudine secundum rationem, aut prius secundum corpus, aut secundum intellectum. Et terminat statim illud dubium, dicens, quod primò erudiendi sunt ad luctatiuam secundum ætatem consuetudine: quia illa, sicut antè dictum est, bonum

habitu facit corporis. Deinde tradendi sunt pædagogis qui secundum pædoctrinam scientiam bonum faciunt eis habitu animæ; erudientes eos ad disciplinam. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Vtrum autem vna numero, scilicet musica vel plures, qualiter, supple, sint plures, posterius dicendum, de ipsis, supple, est in sequenti & in tertio capitulo. Nunc autem tantum nobis esse præmium factum est. Præmium dicit: quia inquisitionis inuenta scientia præmium. Et hoc est, quod sequitur. Quod ab antiquis habemus quoddam testimonium, Homero scilicet, & Vlyse, quos paulò antè induxit, ex præmissis erudimentis, quæ scilicet quatuor esse diximus: musica enim hoc facit euidentis.

k Et subdit quid, ibi, Adhuc autem & quod oportet vtilium quadam erudiri pueros, non solum propter id quod vtile (quia hoc esset mercenarium) puta literarum eruditionem, sed &, id est, etiam propterea quod per ipsas conuenit fieri multas eruditiones alias, supple, quæ per se desiderabiles sunt & liberales.

l Et dat exemplum de protractiua, ibi, Similiter autem & protractiuam, non vt in ipsis venalibus non peccent, sed sint infeducibiles ad eam quæ vasorum emptionem & venditionem, hoc enim esset mercenarium, aut (pro sed) magis quia facit speculatiuum eius, quæ circa corpora pulchritudinis: hoc enim est liberale & magnificum. Et hoc est quod sequitur. Quærere autem vbi que vtile, maximè congruit magnanimis & liberis. Et causa est: quia hoc est seruire & mercenarium.

m Deinde subdit mouens dubium, qualiter instruendi sunt, ibi, Quoniam autem manifestum hoc, supple, est, vtrum consuetudinibus erudiendum vel ratione, supple, quærendum est, & circa corpus prius, aut circa intellectum. Et hanc quæstionem dicit esse determinandam ex præhabitis, ibi, Palam ex his, supple, quæ dicta sunt in antè habitis istius libri octauo, quod tradendum pueros luctatiuæ, supple, primo, quæ ætas vocatur dentium plantatiua tam in dentibus qui vocantur incisores, quam in iis qui vocantur molares. Hæc enim ætas humidis conualescit. Et idè in regimine puorum ab Auicenna prohibetur pueris, ne bibant aquam glaciale: quia ex hoc propter læsionem nervorum incurrunt dentium dolorem. Prohibetur etiam ne permittantur masticare dura, sicut lignum, & ossa: quia ex hoc euaporat materia dentium, & accipiunt dentes debiles. Sic ergo primò instruuntur secundum luctatiuam. Traduntur etiam pædoctrinæ ad mores, hoc est, disciplinæ pædagogorum. Et subdit causam, ibi, Harum enim hæc, luctatiua scilicet, quidem qualem quandam facit habitum corporis, bonum scilicet & robustum. Hæc autem, pædoctrinæ scilicet, opera, id est, mores.

n Deinde cum dicit, Nunc quidem igitur quæ maximè, &c. reprehendit eos qui ad feralia & ferocia instruunt pueros, ostendens quod in tali vtile non est ad fortitudinem ad quam putabant hoc vtile esse: fortitudo enim quæ vera est & ciuilis, magis contingit mitibus & lenibus quam ferocibus & syluestribus. Et hoc probat

probat per quasdam gentes habitantes circa Pontum, quæ docebat pueros ad interficiendum & cædendum homines, promptè se habere, quæ latrocinant gentes sunt & minimè participantes fortitudine vera. Probat etiam hoc per ipsos Lacedæmonios, qui hoc peccato maximè peccauerunt: qui cum primò studerent ad virtutem, multis fortiores erant: & cum postea studerent ad ferocitatem, deficiebant, nec præuualere poterant, nisi tantum iis luctatiuis, qui non erant exercitati ad bellum. Ex omnibus his concludit, quod non oportet pueros exercitare ad feralia, sed ad virtutes: quia qui exercent, non ad vsum militarem scilicet, fortitudinem, & hoc male & secundum veritatem faciunt pueros banausos & non virtuosos. Hæc est tota sententia vsque, ibi, Quod quidem igitur vtendum, &c. Litera sic ordinatur. Nunc quidem igitur quæ maximè videntur ciuitatum curare de pueris, hæc quidem athleticum habitum imprimunt. Docent enim pueros athletarum pugnas, quæ valde difficiles sunt & vincentes tenentur puerorum. Vnde sequitur. Tollentes & speciem & incrementum corporum: quia per difficultatem athleticæ pugnæ & pondus etiam armorum inclinantur & deformantur: & incrementum impeditur, quia euaporatur humidum nutrimentale, quod incrementum dare debuerat. Et subdit qualiter Lacedæmonij hoc peccato peccauerunt, ibi, Lacedæmonij autem hoc quidem peccato peccauerunt. Ferales autem efficiunt pueros, in laboribus pugnarum scilicet, tanquam hoc ad fortitudinem maximè conferens.

o Et hoc reprehendit subdens, Quamuis, sicut dictum est sæpè, neque ad vnam virtutem, neque ad hanc, feralem scilicet fortitudinem, maximè respiciendum facienti curam, supple, sit puerorum.

p Et subdit causam, ibi, Siquidem ad hanc, feralem scilicet fortitudinem, neque hoc adinueniunt, quæ scilicet fortitudinis vera sunt. Et hoc probat subdens. Neque enim in aliis animalibus, neque in gentibus videmus fortitudinem, veram scilicet, assequentem syluestris simis, sed magis mitioribus & leoninis moribus. Vnde domestici canes lupos syluestres vincunt. Et Aristoteles dicit in libro de animalibus, quod ad Aquilonem in humidis terris sunt quidam canes magni valde qui leones vincunt, & etiam dedignantur si ad aliquid admittantur quod minus fortitudine leonis est, ita quod cum talibus pugnare nolunt. Et subdit exemplum de talibus gentibus quæ student feritati, ibi, Multæ autem sunt gentes, quæ ad interficiendum & ad cædendum homines promptè se habent, sicut darum, scilicet gentium, quæ circa Pontum, insulam scilicet, Achæi & Heniochi (nomina sunt gentium feraliter viuentium) & aliæ gentium, id est, de numero gentium, non marinarum, sed in campestribus habitantium, supple, hoc quidem similiter his, supple, sunt ferales. Hæc autem, supple, gentes, magis quæ latrociniarum quidem sunt, fortitudine autem non participant, vera scilicet. Et ideo talis eruditio puorum non prodest ad fortitudinem.

q Et subdit probans hoc idem per ipsos Lacedæmonios,

dæmonios, ibi, Adhuc ipsos Lacedæmonios scimus quandiu quidem ipsi assiduabant labores; politicos scilicet, ad opera virtutum præuolentes aliis, supple, fuisse. Nunc autem & luctatiuis agonibus & bellicis, supple, intendentes, deficientes ab aliis, supple, sunt. Et dicit causam, ibi, Non enim eò quod iuuenes exercitabant, isto modo differebant, ad bella scilicet, vt idè scilicet essent victores, sed eo solum quod ad eos qui non studuerant, supple, bellicis, conabantur. Vnde & victores erant, quod non erat ex ipsorum fortitudine, sed ex inertia aliorum.

r Ex omnibus his concludit propositum, ibi, Quare quod bonum, sed non quod ferale oportet præagonizare, supple, pueros. Et hoc confirmat per rationem, ibi, Neque enim lupus, neque aliarum ferarum aliqua agonizaret vtique aliquod bonum periculum, sed magis vir bonus. Intendit dicere, quod ferarum non est submittere se periculis gratia boni, sed hoc est viri boni tantum. Deinde ostendit nocentia quæ ex hoc proueniunt, quando scilicet pueri ad feralia instruuntur, cum dicit. Qui autem valde ad hæc, scilicet feralia, remittunt pueros, & qui sine pædago necessarium, supple, ad ciuilem vitam, & illi sunt qui sine omni institutione permittunt eos vagari merces, banausos efficiunt, pueros, supple, & secundum veritatem ad vnum solum opus vtilis politiæ facientes. Et hoc opus est ferale fortitudo inuadendi hostes: hoc enim vile est in pugnis contra hostes: & ad hoc, scilicet opus inuadendi hostes, deterius aliis, supple, instruunt pueros, vt ait sermo, communiter scilicet loquentium: quia magis valet inire bellum cum ratione, quam cum ferocitate. Et hoc est quod sequitur.

s Oportet autem non ex prioribus operibus iudicare, in aggressu belli scilicet, sed ex his quæ nunc, supple, in præsentis instant. Et ponit rationes, ibi, Contra agonizantes enim disciplinæ nunc habent: prius autem non habebant. Et illas disciplinas, qualiter scilicet inuadendi sunt hostes, tam in bello equestri, quam nauali, optimè describit Vegetius in libro de re militari.

t Ex omnibus his concludit ordinem instruendi pueros secundum gradus ætatis, ibi, Quod quidem vtendum est instructione, supple, puorum luctatiua, & qualiter vtendum, confessum est, ab omnibus, supple. Vsque ad pubescentiam enim, quæ est in decimo quarto anno, leuiora exercitia afferendum, pueris scilicet, violentum alimentum; sufficiens scilicet, & eos qui ad necessitatem labores reiiciunt. Et subdit causam. Vt nullum impedimentum sit ad incrementum. Et causa horum dicta est, quod scilicet immoderato labore impeditur incrementum corporis & virtutis. Et probat hoc per signum, ibi, Signum enim non paruum, supple, est, quod possint hoc instituere: in Olympionicis enim (Olympia sunt ludi, in quibus exercebantur ad pugnam iuuenes, in Olympo monte primitus instituti, propter quod Olympia dicuntur) quidam vir, instructus scilicet, duos vel tres inuenitur eosdem vicisse viros & pueros, propter iuuenes inuoluntarios

aufferre potentiam à necessariis exercitiis, id est, in Olympicis ludis luctatiuis vnus vir vicit tres vel duos, propter hoc quod cum essent iuuenes inuoluntarij ad exercitia, per immoderata exercitia & necessaria quæ facere cogebantur, ablata est potentia & virtus naturalis, ita quod tres vel duo vni resistere non poterant.

Et supponit de ætate post pubescentiam quando duriora alimenta ministranda sunt, ibi, Quando autem à pubescentia annis tribus, supple, profecerunt vsque ad decimum octauum annum, ad alias eruditiones fiunt, supple, habiles, tunc congruit & laboribus & sicis alimentis submittere sequentem ætatem: quia sic-

CAPVT III.

De musica pulchra disceptatio, & quo pacto ea imbuendi sint adolescentibus.

DE musica autem quædam quidem dubitauimus ratione & prius, bene autem habet & nunc resumemus ipsa producere, vt sicut aditus fiat rationibus, quas vtique aliquis dicit enuntians de ipsa.

b Neque enim quam potentiam habet, facile de ipsa discutere, neque cuius gratia oportet participare ipsa, vtum ludi gratia, & requiei, sicut somno & ebrietate. Hæc enim secundum se quidem, neque studiosorum sunt, sed delectabilia simulque solitudinem cessare faciunt, vt ait Euripides. Propter quod & ordinant ipsam, & vtuntur iis omnibus, similiter vino, ebrietate, & musica: ponunt autem & saltationem in iis. Aut magis ad virtutem tendere secundum aliquid æstimandum musicam, tanquam potentem, sicut exercitiua quale aliquod corpus efficere, & musicam morem qualem quendam facere, assuescentem gaudere rectè, ad deductionem autem aliquid cōferret & ad prudentiam: etenim hoc tertium ponendum dicitur.

c Quod quidem igitur oportet iuuenes non ludi gratia erudire, non immanifestum: non enim ludunt addiscentes, cum tristitia enim addiscere.

d At verò neque in deductionem pueris & talibus ætatibus congruit attribueri: neque enim imperfecto conuenit finis.

e Sed fortè vtique videbitur puerorum studium ludi gratia esse viris factis & perfectis. Sed si hoc est tale, cuius vtique gratia oportet addiscere ipsos, sed non sicut Reges Persarum & Medorum per alios facientes ipsum transumere delectationem & eruditionem?

co alimento durefcunt membra & habilia efficiuntur ad fortiores labores. Er ponit rationem, ibi, Simul enim intellectui & corpori laborare non oportet. Et supponit causam, ibi, Contrarium enim efficere natus est vtique laborum, scilicet istorum impediens: qui quidem corporis labor, intellectum: qui autem huius, scilicet intellectus, corpus. Labor enim intellectus quærit molliem corporis. Vnde Aristoteles in secundo de anima, Molles carne bene dicimus aptos mente. Labor enim corporis dutitiam carnis quærit & membrorum: & idè ista efficiunt contraria in homine.

CAPVT III.

DE musica verò dubia quædam posuimus antea, & nunc rectum erit illa resumere, vt tanquam consentanea fiat rationibus, quas quid de ea dicens ostendat.

Neque enim facile est demonstrare, quam potentiam habeat, neque cuius gratia illam adipisci oportet, vtum solatij causa, & requiei, quemadmodum somnus & potus. Nam hæc per seipsa non sunt honesta, sed iocunda, & simul cessare curas faciunt, vt inquit Euripides. Quapropter instituunt in illa, & vtuntur cunctis istis similiter, somno, & potu, & musica: in his quoque saltationem posuerunt. An magis putandum est ad virtutem tendere musicam, vt potentem, quemadmodum gymnastica tale aliquod corpus reddit, sic & musica talem aliquem morem efficere assuescentem posse rectè letari, an ad degendi rationem aliquid confert & ad prudentiam: nam hoc tertium ponendum est ex his qua dicuntur.

Quod igitur oporteat pueros non solatij gratia discere, manifestum est: non enim solantur discetes, nam cum labore est disciplina.

Atqui nec degendi rationem pueris, neque illi ætati congruit attribueri: nulli enim imperfecto competit perfectio.

Sed forsàn videtur puerorum studium solatij esse gratia viris factis & perfectis. Quod si hoc tale est, cuius gratia oportet ipsos addiscere, ac non potius instar Persarum Medorumque regum per alios idem facientes voluptatis ac disciplina participes fieri? Etenim necesse est melius perfici Etenim

Etenim necessarium melius efficere opus eos qui hoc ipsum fecerunt & artem iis, qui tanto tempore curauerunt, quantum ad addiscere solum. Si autem alia oportet celebrare ipsos, & circa negotium pulmentorum ipsos oportet præparare: sed inconueniens.

f Eandem autem dubitationem habet, & si potest mores meliores facere. Hoc enim quid oportet addiscere ipsos, sed non alios audientes rectèque gaudere & posse iudicare, sicut Lacedæmonij: illi enim non addiscentes, tamen possunt iudicare rectè, vt aiunt, bonas & non bonas melodiarum.

g Eadem autem ratio vtique & si ad bonam diurnationem & deductionem liberalem vtendum ipsa, quid oportet addiscere ipsos, sed non aliis vtentibus frui?

h Considerare autem licet æstimationem quam habemus de Diis. Non enim Iupiter ipse cantat & citharizat poëtis, sed etiã banaufos vocamus tales, & agere non viri, sed inebriati aut ludentis. Sed fortè de iis quidem posterius considerandum.

CAPVT III.

DEinde cum dicit, De musica autem quædam quidem dubitauimus, &c. redit ad quæstionem de musica, de qua prius dubitatum est. Et quærit, vtum tantum ludi gratia sit, vel ordinetur aliquo modo ad virtutem. Et circa hoc duo facit. Primò determinat quam potentiam habeat, & quo fine sit eruditio musicæ. Secundo adducit dubitationem, si potest meliores mores facere, ibi, Tandem autem dubitationem habet, &c. In prima parte tria dicit. Primò, quòd quæstio de musica resumenda, supple, producat rationibus & determinetur. Et ostendit necessitatem resumptions, quia per ea quæ dicta sunt, non est satis determinatum de potentia & fine ipsius. Secundò recitat opiniones Euripidis & quorundam aliorum qui vtiebantur musica, similiter vino & ebrietate: & in idem ponebant etiã saltationem & exercitiuam: quia sicut vinum & ebrietas mutant corpus & quale faciunt, ita musica morem: quia facit assuescere gaudere rectè ad deductionem & ad prudentiam. Tertiò ostendit, quòd non est ad ludum: quia ludus conuenit ei qui est cum tristitia: & hoc non conuenit musicæ, quæ vult esse cum iucunditate: & idè musica non est ludus, nisi sicut puerorum ludus videtur viris factis & senibus & sapientibus. Si autem diceretur, quòd propter hoc oportet addiscere iuuenes musicam: quia postea debent resumere delectationem ab ipsa, hoc nihil est: quia Reges Persarum & Medorum nunquam

D. Alb. Mag. Politiæ.

ab his qui hoc opus suum fecerunt, & artem, quam ab his qui tanto solum tempore in eo laborauerunt, quanto addiscunt. Quod si oportet in his eos laborare, similiter & circa epularum apparatus oportet vtique eos addiscere, quod est absurdum.

Eadem quoque dubitatio cadit, si possit mores facere meliores. Quid enim potest, eos hæc addiscere, ac non ex aliis audientes rectè letari, & iudicare posse, quemadmodum Lacones: illi enim quam non didicerint, possunt tamen rectè iudicare, vt aiunt, quæ sit bona, vel non bona melodia.

Eademque ratio foret ad solatium, & ad rationem degendi optij, libero homine dignam, quid enim oportet eos discere, ac non aliis vtentibus frui?

Considerare hoc licet ex opinione, quam habemus de aliis. Non enim Iupiter cantat, aut citharam pulsat secundum poëtis, imò illos, qui talia faciunt, appellamus vires, & opus illud non viri, neque sobrii, sed iocantis. At enim de his postea erit considerandum.

discunt musicam, & tamen delectationem habent ex musicis per alios factis, scilicet cantores, viellatores, & huiusmodi: & idè non oportet propter hoc iuuenes discere musicam. Si autem diceretur, quòd propter vsum musicæ & delectationem deberent addiscere, tunc à simili oporteret concedere, quòd propter vsum pulmentorum deberent etiã discere artem pulmentariam, quæ tota banausa est & non liberalis, sicut sæpè in antè habitis dictum est. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. De musica autem quædam quidem dubitauimus ratione, id est, rationabiliter, & prius, in anteriori scilicet parte capituli: bene autem habet & nunc resumemus de ipsa, vt sic aditus fiat rationibus, quæ scilicet adhuc inducendæ sunt de ipsa. Et hoc est quod sequitur. Quas vtique aliquis dicit enuntians de ipsa.

b Neque enim, supple, per præcedentes rationes, quam potentiam facile de ipsa discutere, supple, est, neque cuius gratia oportet participare ipsa, vtum scilicet ludi gratia, & requiei, sicut somno, & ebrietate, supple, participamus. Sicut enim dicit Aristoteles in lib. de somno & vigilia, videre & audire & aliis sensibilibus virtutibus vt, laborare est, sicut omnes sermones physici testantur. Propter quod vtuntur somno, vt quiescant: quia somnus est quies animalium virtutum cum intentione naturalium. Vinum autem & ebrietas bonæ dispositionis facit hominem, quando non immoderata sumitur, & mœrentes & tristes erigit & lætificat, & idè dicitur Prou. 31. Date siceram mœrentibus, & vinum iis qui

S f amaro

amaro sunt animo : bibant & obliuiscantur egestatis suæ , & doloris sui non recordentur amplius Ebrietas autem vocatur hic , non quæ excedit briam , id est , mensuram , quia oppilat & opprimit & inducit insaniam : sed vinum bibulum de briante dicitur hic ebrietas. Est autem brians , ut dicit B. August. scyphus proportiatus homini ad bibendum. Et hoc est quod subdit , ibi , Hæc enim secundum se quidem neque studiosorum , id est , de numero laudabilium , sed delectabilia , supple , sunt simul qui sollicitudinem cessare faciunt , ut ait Euripedes , poeta scilicet. Et inducit opiniones , ibi , Propter quod & ordinant ipsam , scilicet poetæ , & vtuntur his omnibus , similiter vino , & ebrietate , & musica , ut scilicet hæc eandem habeant potentiam , & eius finis sicut gratia. Et addit. Ponunt autem & saltationem in his. Saltationem vocat tripudium in choreis & saltibus , quando sicut dicit Pythagoras in lib. de Tripudio , gestulatione corporis exprimuntur modulationes musicae. Aut magis ad virtutem tandem , id est , finaliter , secundum aliquid æstimandum musicam , supple , est. Et dicit in quo. Tanquam potentem , sicut executiva quale aliquod corpus efficere , & musicam morem qualem quendam facere , id est , sicut exercitativa ad bonam qualitatem conuertit corpus , eod quod per motum euentat ipsum à superfluis fumis & humoribus & pigritia : ita musica conuertit ad bonum morem assuescentem , in musicis scilicet , gaudere rectè. Et subdit in quo , ibi , Ad deductionem autem aliquid confert (deductio enim est audire musicam) & ad prudentiam : quia per modulationem musicorum cognoscitur etiam modulata compositio naturalium , ad quam compositus est mundus. Et idèd Augustinus in lib. de musica , loquitur de musica naturali , & antiqui omnes Stoici & Epicurei mirabilem harmoniam esse dixerunt in concentu motuum cælorum : quod tamen in lib. de cælo & mundo reprobatur Aristoteles : eod quod corpus cæleste non est susceptivum peregrinarum impressionum : sonus autem fit ex impressione peregrina facta in aëre ex percussione ad solidum planum. Et subdit , quod valet ad prudentiam hoc modo , ibi , Et enim hoc tertium ponendum dicitur , ad quæ scilicet valet musica. Et sic valet ad tria , scilicet ad requiem , sollicitudinem tollendam , & ad prudentiam.

e Ex hoc concludit propositum , ibi , Quod quidem igitur oportet iuvenes non ludi gratia erudire , musicam , supple , non immanifestum , supple , est. Et ad hoc inducit etiam alias rationes , ibi , Non enim ludunt addiscentes , supple , si discunt musicam iuvenes. Et ponit rationem , ibi , Cum tristitia enim addiscere , facta scilicet ex labore.

d At verò neque in deductionem pueris , & talibus ætatibus congruit attribuere : aequè enim imperfecto conuenit finis , qui scilicet est ludus , sicut in antè habitis dictum est , musica autem conuenit gaudens & conuiuus.

e Sed quia aliquis posset dicere , quod studia puerorum ludi quidam sunt , musica autem studium puerorum est , & idèd ludus , excipit hoc dicens , ibi , Sed fortè vtiq̄ videretur puerorum studium ludi gratia esse viris factis & perfectis , & sic musica videretur esse ludus. Et ostendit , quod

hoc non est verum : quia secundum hoc non oportet eos addiscere musicam , sed audire solum. Et hoc est. Sed si hoc est tale , cuius vtiq̄ gratia oportet addiscere ipsos , sed non sicut Reges Perlarum & Medorum per alios facientes ipsum , opus scilicet , sicut per histriones & cantores transfundere delectationem , scilicet in auditu , & eruditionem ? Etenim necessarium melius efficere opus eos qui hoc ipsum fecerunt , per vsum scilicet , & artem iis qui tanto tempore curauerunt quantum ad addiscere solum , supple , exigitur , id est , si tantum propter delectationem auditus deberent instrui in musicis , tunc melius audirent à peritis in musica , quam quod addiscerent ut ipsi per se musicam facerent. Et hoc probat subdicens. Si autem talia oportet elaborare ipsos , ut scilicet discant musicam , ut scilicet aliquando fruuntur delectatione musicorum , & id est , etiam circa negotium pulmentorum ipsos oportebit præparare , & artem præparandi discere , ut scilicet aliquando fruuntur pulmentis : sed inconueniens , supple , est : quia illa ars coquinandi banausa , quam scilicet non oportet addiscere liberos.

f Deinde cum dicit , Eandem autem dubitationem habet , &c. similem dubitationem adducit contra eos qui dixerunt , quod musica corrigit mores & componit. Si enim ad hunc finem est musica , tunc sequitur idem quod prius : quia tunc non oportet addiscere musicam , sed audire tantum : sicut etiam dicunt Lacedæmonij , quod sine doctrina & actu musicè sciunt modulationes melodiarum distinguere & bonarum & maliarum : & secundum hoc tunc non oportet , quod iuvenes docerentur musicam , sed audire eam solum , & auditum referent ad bonam diurnationem & deductionem liberalem. Et vocatur diurnatio passus vitæ diurnus , siue transitus spatij vnius diei. Ad hoc idem inducit aliam rationem : quia si referamus ista ad Deos , dicimus quod Iupiter non citharizat , sed alij Diuorum ipso inferiores eo : sicut etiam in Apoc. describit Beatus Ioannes , quod coram throno Sancti sunt & Angeli habentes citharas & phialas coram Deo cantantes. Vnde etiam Reges Perlarum non citharizant , nec vsum habent musicorum inter se , sed alij coram eis pro mercede. Propter quod etiam banausi sunt isti & non liberales. Et talia agere dicimus non esse viri virtuosii & liberi , sed inebriati aut ludentis , quales sunt histriones. De his tamen dicit posterius esse considerandum , vltimo scilicet capitulo , vbi scilicet loquitur de diuersitate harmoniarum. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Eandem autem dubitationem habet & si potest mores meliores facere : hoc enim ab antiquo dictum est & secundum leges gentium & secundum legem Domini 2. Reg. 6. Dauid & alij canebant cithara & musicis coram arca Domini , & saltabant , modulamina musicorum saltibus & gestibus corporis exprimentes. Et similiter fiebat coram Regibus Perlarum & Medorum in clytis. Similiter in 1. Reg. 14. Cum spiritus malus exagitarer Saül , Dauid tangente citharam melius habebat. Pythagoras etiam qui hoc adinuenit post cenam quando recumbendum erat , præcepit mollius tangi citharam ut quiesceret anima phantasmata nocturna , quæ in somnis possunt

occurrere ,

occurrere , ut dicit Hieronymus. Et hoc est quod tangit hic & obiicit , ibi , Hoc enim , scilicet musicam , quid , id est , ad quid , oportet addiscere ipsos , iuvenes scilicet , sed non alios audientes rectè que gaudere & posse iudicare : hoc enim sufficit ad hoc etiam si per se ipsi musicam non cantent , sicut Lacedæmonij : illi enim non addiscentes , supple , musicam , tamen possunt iudicare rectè , ut aiunt , bonas & non bonas melodiarum.

g Eadem autem ratio , supple , est , vtiq̄ & si ad bonam diurnationem , supple , valet musica , & deductionem liberalem vtendum ipsa , supple , est , quid oportet addiscere ipsos , scilicet iuvenes , supple , secundum hoc , sed non aliis vtentibus frui , sicut nunc videmus , quod homines

CAPVT IV.

Vtrum musica sit disciplina , & quid ad virtutem & ad animam conferat.

a **P**rima autem quaestio est , vtrum non ponendum in disciplinam musicam , & quid potest dubitatorum trium , vtrum disciplinam , aut ludum , aut deductionem. Rationabiliter autem in omnia ordinatur & videretur participare. Ludus enim gratia requiei est , requiem autem necessarium delectabile esse , eius enim , quæ per labores tristitia , medicina quædam. Et deductionem confesse oportet solum habere quod bonum , sed & delectationem : felicitari enim ex ambobus iis est. Musicam autem omnes esse dicimus delectabilissimorum , & nudam existentem , & cum melodia. Ait enim & Musæus esse hominibus delectabilissimum cantare. Propter quod in conuentus & deductiones rationabiliter assumunt ipsam , tanquam potentem lætificare. Quare & hinc existimabit vtiq̄ aliquis oportere erudiri iuniores. Et quæcunque enim innocua delectabilia , non solum congruunt ad finem , sed ad requiem.

b Quoniam autem in fine quidem accidit hominibus raro fieri , sæpè autem requiescunt , & vtuntur ludis , non quantum ad plus , sed & propter delectationem , vtiq̄ vtiq̄ erit requiescere in delectationibus , quæ ab ipsa. Accidit autem hominibus facere ludos , finem : habet enim forte delectationem quandam , & finis , sed non quamcunque. Quærentes autem hanc , accipiunt vt hanc illam , propterea quod finis actionum habet similitudinem quandam. Finis enim nullius gratia futurorum est eligibilis , & tales delectationum nullius gratia futurorum sunt , sed factorum , laborum & tristitia. Propter quam quidem igitur causam quærent

fruuntur musicis audientes , & non opere exercentes.

b Et addit adhuc aliam rationem , ibi , Considerare autem licet æstimationem quam habemus de Diis : non enim Iupiter ipse cantat & citharizat poetis , sed & banausos vocamus tales , supple , qui faciunt hoc : qui mercede adducti faciunt & agere , tale quid opus scilicet , banausum , non viri , supple , est , sed inebriati , & ludentis. Et hoc non est herorum & liberorum , sed banausorum. Et dicit inebriati : quia musica præcipue dulcis est in conuiuio vini. Vnde Eccles. 49. Memoria Iosif. Et post. In omni ore quasi mel in dulci memoria eius , & vt musica in conuiuio vini. Sed fortè de his quidem posterius considerandum , supple , est.

CAPVT IV.

Prima verò quaestio est , vtrum musica sit in ioco reponenda vel non , & quid potest efficere de his tribus in dubitatione propositis , vtrum disciplinam , an solatium , an rationem otij degendi. Rationabiliter quidem ad omnia instituitur , & videtur omnium particeps. Nam & iocus gratia requietis est , ac requiem necesse est esse iucundam , est enim medicina molestia illius quæ per labores suscipitur. Et ratio otij non solum honestatem habere debet , verum etiam voluptatem : felicitas enim ex ambobus istis est. Musicam verò omnes fatentur esse ex iucundissimis , siue nuda sit , siue cum modulatione. Inquit profectò & Musæus , carmen dulcissimam rem esse mortalibus. Quapropter & ad cætus familiarium , & ad vitam in otio degendam , rationabiliter illam recipiunt , vt potentem latitiam afferre. Vnde & ex hoc quis intelligat illam pueris esse perdiscendam. Quæcunque enim iucunda sunt , atque eadem innocua , non solum congruunt ad finem , verum etiam ad cessationem.

Cum verò contingat hominibus perraro esse in fine , persapè autem cessent , & vtantur iocis , non ob aliud modo , sed etiam ob delectationem , vtiq̄ foret requiescere in his , quæ ab illa proueniunt , voluptatibus. Contingit autem hominibus fecisse iocos , finem : cum & habeat fortasse finis voluptatem quandam , sed non quamcunque. Quærentes verò istam , accipiunt hanc pro illa , ex eo quod cum fine agendi similitudinem habet. Nam finis gratia nullius futuri expetitur , & tales voluptates nullius futuri gratia , sed gratia eorum quæ antecesserunt , laborum scilicet & molestiarum. Per quam igitur causam quærent felicitatem fieri per huiusmodi voluptates , hanc vtiq̄ aliquis rationabiliter existimet causam.

Sf 2 felicitas

felicitem fieri per has delectationes, hanc meritò utique quis existimabit causam.

c De eo autem quod est communicare musica, non propter hanc solam, sed neque propterea quod utilis est ad requies, ut videtur, non solum, sed quærendum, ne forte hoc quidem accidat. Honorabilior est autem natura ipsius, quam secundum dictam opportunitatem, & oportet non solum communi delectatione participare ab ipsa, cuius habent sensum omnes: habet enim musica delectationem naturalem, propter quod omnibus ætatibus, & omnibus moribus vsus ipsius est amicus.

d Sed videre, si qua & ad morem confert & ad animam: hoc autem utique erit palam, si quales quidam moribus sumus per ipsam.

e At verò quod efficiamur quales quidam, manifestum per multa quidem & altera, non minime autem & per melodias Olympi: hæ enim confesse faciunt animas raptas: raptus autem eius, qui circum amam, moris passio est.

f Adhuc autem audientes mutationum fiunt omnes compatientes, & sine rythmis & melodiis ipsis.

g Quoniam autem accidit musicam esse delectabilem, virtutem autem circa gaudere rectè, & amare, & odisse, palam quod oportet addiscere, & assue fieri nihil ita ut iudicare rectè, & gaudere decentibus moribus, & bonis actionibus.

h Sunt autem similitudines maximè penes veras naturas, in rythmis & melodiis iræ, & mansuetudinis, adhuc autem fortitudinis, & temperantiæ, & omnium contrariorum iis, & aliorum moralium, palam autem ex operibus. Transmutamus enim animam audientestalia.

i Assuetudo autè in similibus ei quod est tristari, & gaudere, prope est, eo quod ad veritatem eodem habeat modo, puta si quis gaudet imaginem alicuius videns, non propter aliam causam, sed propter formam ipsam, necessarium huic illam visionem, cuius videt imaginem, secundum se esse delectabilem.

k Accidit autem sensibilem in aliis

De communiōne autem musica, non per hæc solum, sed etiam quia utilis sit ad cessationes, ut videtur, nec per eas modo, sed insuper quærendum, num aliquando aliud ex ea proveniat. Pretiosior quidem natura eius est, quam secundum eum vsus, de quo supra dicitur: & oportet non solum ab ipsa voluptatem capere, quam percipiunt omnes secundum sensum: habet enim musica naturalem voluptatem, per quam illius vsus cunctis ætatibus, cunctisque moribus est acceptus.

Sed videre, si quo modo ad mores extenditur & ad animum: id autem patebit, si aliquando tales aliqui secundum mores per illam efficiamur.

Atqui quod efficiamur, per Olympi modulationem manifestum est: ea namque abstrahit animam, & quodammodo rapit: raptus verò & abstractus anima circa morem affectio est.

Præterea audientes representationes omnes afficiuntur, etiam sine melodiis, & versibus.

Cum verò contigerit musicam esse delectabilem, virtutem autem esse circa letandum rectè, & amare, & odisse, oportet profecto addiscere, & assue fieri ad nullam rem adeò ut ad iudicandum rectè, & ad gaudendum mansuetis moribus, & laudabilibus operibus.

Sunt autem in rythmis & melodiis similitudines, maxime penes veras naturas iræ, & mansuetudinis, ac fortitudinis & temperantiæ, & contrariorum his, & aliorum omnium quæ ad mores pertinent, patet id ab effectu. Mutamus enim animum talia audientes.

Mos autem dolendi ac letandi in similibus prope est, ut erga veritatem eodem modo se habeat seu si quis gaudet, imaginem alicuius videns, non propter aliam causam, sed propter formam ipsam, necessarium est huic, & aspectum ipsum cuius imaginem contemplatur, esse incundum.

Contingit autem in aliis quidem sensibilem

nullam quidem existere similitudinem ad mores, puta in tangibilibus & gustabilibus, sed in visibilibus debiliter. Figuræ enim sunt tales, sed ad modicum, & omnes tali sensu communicant. Adhuc autem non sunt hæ similitudines morum, sed signa magis facta, figuræ & colores morum, & hoc est à corpore in passionibus non solum: sed quantum differt & circa horum speculationem, oportet non quæ Pausonius contemplari iuvenes, sed quæ Polygnoti, & si quis alius pictorum aut sculptorum est moralis.

l In melodiis autem ipsis sunt imitationes morum, & hoc est manifestum: mox enim harmoniarum distat natura, ut audientes aliter disponantur: sed non eodem modo se habeant ad utramque ipsarum, sed ad quasdam contractè magis, & contrarie magis, velut ad eam quæ vocatur mixolydiæ: ad has autem mollius mente, puta ad remissas: medio autem modo & constanter maximè ad alteram, quale videtur facere quæ Doricæ sola harmoniarum: raptus autem quæ Phrygiæ. Hoc enim bene dicunt, qui circa ludum hunc philosophati sunt: accipiunt enim testimonia rationum ex ipsis operibus.

m Eodem modo habeant & quæ circa rythmos: ij quidem habent enim morem stabiliorem, ij autem motiuum: & horum ij quidem honorabiliores habent motus, ij autem liberiores.

n Ex iis quidem igitur manifestum, quòd potest morem animæ qualem quandam musica facere.

o Palam quia docendum & erudendum in ipsa iuvenes. Est autem congruum ad naturam tantillum doctrinæ musicæ, iuvenes quidem enim propter ætatem indelectabile nihil sufferunt volentes. Musica autem naturæ delectabilem est, & quædam videtur cognatio harmoniis & rythmis esse. Propter quod multi aiunt sapientum, ij quidem harmoniam esse animam, ij autem habere.

p Virum autem addiscere eos oportet cantando, & manu operantes, aut non, sicut dubitatum est prius, nunc dicendum.

q Non immanifestum, quod multam habet differentiam ad fieri quales quosdam, si quis ipse communicet operibus. Vnum enim aliquid impossibi-

D. Alb. Mag. Politic.

libilibus nullam existere similitudinem morum, ut in his quæ tactu vel gustu percipiuntur, in his etiam quæ visu admodum parum. Figura enim sunt talia, sed ad modicum, & omnes huiusmodi sensus participant. Insuper non sunt hæ similitudines morum, sed signa magis, quæ sunt figura & colores morum, & sunt hæ à corpore in passionibus: Attamen quantum refert circa horum visionem, oportet pueros non figuræ inspicere Pausonius, sed Polygnoti, & si quis alter pictor vel statuarius sit moralis.

At in melodiis ipsis sunt imitationes morum, & hoc est manifestum: statim enim harmoniarum distincta est natura; ita ut qui audiunt, aliter disponantur, nec eodem modo se habeant ad unquamque ipsarum, sed ad quasdam febiliter & contractè magis, puta ad eam, quæ appellatur Lydia mixta: ad quasdam verò mollius secundum mentem, ceu ad illas quæ sunt remissæ: ad aliam verò mediocriter & compositè plurimum, ut videtur Doricæ facere omnium harmoniarum: Phrygia verò abstrahit ac rapit animum, & quasi extra se ponit. Hoc enim rectè dicunt, qui circa huiusmodi disciplinam philosophantur: capiunt enim verborum testimonia ex rebus ipsis.

Eodem modo se se habet circa rythmos: alij enim morem continent grauius, alij concitant: alij violentiores afferunt motus; alij liberiores.

Ex his igitur patet, quòd musica potest animi morem aliquem facere.

Quòd si hoc potest musica, clarum est: quòd ad puerorum disciplinam est adhibenda, & in ea pueri sunt instituendi. Congruit autem natura huiusmodi disciplina. Nam pueri propter ætatem nihil ferunt sponte, quòd non habeat in se incunditatem. Musica verò ex his est, quæ sunt incunda secundum naturam, & videtur cognatio quædam esse nobis cum harmoniis & rythmis. Quapropter multi sapientum dixerunt, alij quidem animam esse harmoniam, alij verò habere harmoniam.

Utrum autem addiscere eos oportet cantando, & manibus agendo, vel non, quem admodum prius dubitatum est, nunc erit dicendum.

Non est obscurum interesse multum ad hoc, ut efficiamur aliquales, si quis operum ipse sit particeps. Nempe impossibile est, vel certe admodum difficile, ut qui

Sf 3 lium;

liam, aut difficilium est, eos qui non communicauerunt operibus, iudices esse studiosos.

Simul autem & oportet pueros habere quandam occupationem. Et Archytæ platagen putare fieri bene, quam dant pueris, quatenus videntes hac, nihil destruant eorum, quæ in domo. Non enim potest iuuenis quiescere. Hic quidem igitur est congruens paruis ludorum, disciplina autem plateage maioribus iuuenum. Quod quidem igitur erudiendum musicam, ita ut communicetur operibus, manifestum ex talibus.

Decens autem, & non decens ætates, non difficile determinare & soluere ad dicentes banaufam esse curam.

Primò quidem enim quoniam gratia iudicij oportet participare operibus, propter hoc oportet iuuenes quidem existentes uti operibus, seniores autem factos, opera quidem dimittere, posse autem bona iudicare, & gaudere rectè, propter eruditionem factam in iuuentute.

De increpatione autem facta, qua quidem increpant, tanquam faciente musica banaufos, non difficile soluere, considerantes vsque ad quantum operibus communicandum iis qui politizant ad virtutem politicam, & qualibus melodiis, & qualibus rythmis communicandum, adhuc autem in qualibus organis eruditionem faciendum. Etenim verisimile hoc differre. In iis enim solutio est increpationis. Nihil enim prohibet modos quosdam musicæ operari quod dictum est.

Manifestum igitur, quod oportet eruditionem ipsius, neque impedire ad posteriores actiones, neque corpus facere banaufum, & inutile ad bellica & politica exercitia, ad vsus quidem iam, ad eruditiones autem posterius. Accidit autem vtrique circa eruditionem, si neque qui intendunt ad agones technicos elaborauerunt: neque circa mirabilia & superflua operum, quæ nunc venerunt ad agones, ex agonibus autem ad eruditionem: sed talia quousque vtrique possint gaudere bonis melodiis & rythmis, & non solum eo quod commune musicæ, sicut & aliorum quædam animalium, adhuc autem & multitudo humillium, & puorum.

opera ipsa non tractat, peritè valeat iudicare.

Et simul opus est ut pueri habeant exercitationem aliquam. Et Archytæ tabella rectè reperta est quam pueris dant, ut in ea occupati illa qua sunt domi, non frangant. Nescit enim pueritia quiescere. Hic est ergo infantibus conueniens ludus. Disciplina vero maioribus tanquam tabella quædam. Quod igitur docendi sint musicam ita ut in opere ipso versentur, ex his patet.

Quod autem deceat vel non deceat secundum ætates, non difficile est determinare, ac respondere vituperatoribus vile huiusmodi exercitium esse dicentibus.

Primum igitur cum iudicandi causa sint hæc opera prediscenda, oportet in pueritia illis operam dare, in maiori verò ætate exercitationem eorum dimittere, tantummodo autem iudicare posse per disciplinam adeptam, ac latari rectè.

Vituperatoribus autem qui aiunt sordidos, ac viles musicam facere, non difficile est respondere, si consideremus quousque illi opera danda sit ab his qui ad virtutem civilem erudiuntur, & quæ melodia, quæve rythmi sint addiscendi, & præterea quibus instrumentis percipiatur. Nam in eo quidem plurimum refert: consistitque in his obiectionis solutio. Nihil enim vetat modos quosdam musicæ illud quod aiunt efficere.

Clarum est igitur oportere disciplinam eius, neque impedimentum asferre ceteris operationibus, neque corpus efficere inutile ad bellicas civilesque exercitationes. Ad vsus quidem iam, ad disciplinas vero postea. Erit autem hoc, si neque hic in illis laborabunt, qua ad certamen artificij pertinent: neque circa admirabilia quædam & superflua, qua in certamina prius, & de certaminibus in doctrinam venerunt: sed eo vsque, ut gaudere valeant probabilibus melodiis, rythmis, & non communi sensu musicæ solum, ut animalia quædam, & turba seniorum ac puorum.

CAPVT

CAPVT IV.

Aristoteles primo ordinem quæstionum habendarum adhuc de musica, quæ sunt tres & secundum hoc diuiditur ista pars in tres partes. In prima parte determinat vtrum ponenda sit in genere disciplinæ, aut ludi, aut deductionis. In secunda determinat quid faciat ad virtutem, ibi, *Quoniam autem non accidit musicam, &c.* In tertia ostendit quid faciat ad animam, ibi, *In mediis autem ipsis, &c.* Prima harum diuiditur in tres, in quarum prima ostendit quid facit ad delectationem sine qua non est felicitas. In secunda ostendit quid facit ad ludum & ad requiem, ibi, *Quoniam autem in fine quidem, &c.* In tertia ostendit, quod honorabilior est natura eius, quam quod solum ordinetur ad communem delectationem, ibi, *De eo autem quod est communicare, &c.* Sententia primæ partis est hæc. Dicit enim, quod primò quærendum est, in quo genere disciplinæ est musica ponenda, scilicet aut ludi, aut deductionis. Et subdit statim, quod rationabiliter in totis tribus ponitur, & omnibus tribus videtur participare. Ludus enim & deductio, sicut dictum est, requies est laborantium: per duo autem contingit felicitari, quæ omnes confitentur de musica, scilicet per bonum quod secundum se bonum est, & per delectationem: ambo autem ista sunt in musica: quia secundum se bona est & liberalis, & nuda existens, ad nullam vitilitatem relata, in numero delectabilissimum est. Et hoc probat per Musæum musicum, qui dicebat, quod cantare delectabilissimum est hominibus: & propter hoc in conuentibus hominum, quando volunt rationabiliter delectari, assumitur musica tanquam potens omnes lætificare. Et idè etiam existimatio est, quoniam oportet eam erudiri iuuenes: quia quæcunque delectabilium sunt innocua & ordinantur ad requiem sicut ad finem, in illis bonum est erudiri iuuenes. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Prima autem quæstio est, vtrum non ponendum, supple, sit in disciplina, id est, in genere disciplinæ, musicam viuificam, id est, ad vitam pertinentem. Hæc est quæstio prima, vtrum musica sit disciplina, vel deductio ad vitam pertinentem. Hoc dicit propter hoc: quia, sicut dicitur parum post, quidam dixerunt musicam esse animam & harmoniam, & totam vitam modulantis harmoniis perfici. Aut ludum, id est, vtrum ponenda sit in genere ludi, aut deductionem, id est, vtrum ponenda sit in genere deductionis.

Et statim inducit rationem, quod ad omnia hæc ordinanda est, ibi, *Rationabiliter autem in omnia ordinatur, & videtur participare omnibus his tribus.* Et ponit modum, ibi, *Ludus enim gratia requiei est, requiem autem necessarium delectabilem esse.* Et probat subdens. Eius enim quæ per labores tristitiæ, medicina quædam est, ludus scilicet. Et deductionem confelsè, id est, in confessione omnium, oportet, musicam scilicet habere quod bonum, & non solum quod bonum siue honestum, sed &

delectationem. Et dat rationem, ibi, *Felicitari enim ex ambobus his est, scilicet de bono & delectatione.* Musicam autem omnes esse dicimus delectabilissimum, & id est, etiam nudam existentem, id est, sine alia vitilitate, & cum melodia, quæ, supple, delectat. Et hæc probat per poetam, ibi, *Ait enim & Musæus esse hominibus delectabilissimum cātare.* Propter quod in conuentus, nuptiarum scilicet & conuiuioꝝ rationabiliter assumunt ipsam, tanquam potentem lætificare. Et ex hoc concludit. *Quare & hinc æstimabit vtrique aliquis oportere ipsam erudiri iuuenes.* Et dat rationem æstimationis, ibi, *Quicumque enim innocua delectabilium, id est, de numero delectabilium, non solum congruunt ad finem, vitilitatis scilicet alicuius, sed ad requiem, illa, supple, oportet erudiri iuuenes.*

Deinde cum dicit, *Quoniam autem in fine accidit, &c.* ostendit quid facit musica ad ludum & ad requiem, & dicit duo in summa. Primò enim dicit, quod quia non omnes homines sunt in fine suatum intentionum, & idè non omnes semper requiescunt in finibus, idè etiam in his quæ sunt ad finem operibus & laboribus desiderant quiescere, & idè ludis indigent in quibus quiescant, secundum quod dicit Cato:

Interpone tuis interdum gaudia curis.

Et propter hoc vtuntur musica propter delectationem quæ est ab ipsa. Tales delectationes similitudinem habent cum fine, propter intentionem & actionem: quia finis non quæritur propter aliud, sed alia propter ipsum: ita tales delectationes propter se & non propter aliud quærentur, sed sunt tristitiæ factæ scilicet per opera & labores, quædam medicina: & idè quærent homines aliquo modo felicitari per ipsas delectationes. Et hanc potest existimare aliquis esse causam, quare iuuenes instruendi sunt in musica: quia scilicet in ea est quædam requies præcedentium laborum, & ex delectatione eius vires hominis redeunt ad seipsas, quæ fatigatæ fuerant præcedentium laboribus. Secundò dicit, quod inuestigandum est, ne fortè hoc quod dictum est, scilicet quod musica sit vitilis ad requiem, sit per accidens, & non conueniat ei per se: quia honorabilior est natura ipsius, quam quod secundum opportunitatem det requiem laboranti, & quod oportet non solum communi delectatione participare, sicut ab aliis ludis, cuius delectationis habent sensum omnes. Musica enim habet delectationem naturalem sibi propriam: propter quod omnibus moribus & omnibus ætatibus amicus est vsus eius. Sed oportet videre, si præter hoc aliquid faciat ad mores: & hoc erit palam si quales quidam in moribus efficiuntur per ipsam. Et quod quales quidam efficiantur, per multa signa probatur, maximè tamen per melodias Olympij: illæ enim, sicut omnes consentunt, capiunt animas in audaciam, mansuetudinem, & huiusmodi: raptus autem talis, moris passio est: quia facit hominem qualem secundum morem. Adhuc si consideremus, quod in musica fiunt per mutationem homines compatiens, & sine musicis & rythmis & melodiis non fit talis compassio & mutatio ad læticiam &

Sf 4 animos

animositatem & ad illas passiones, statim manifestum est, quod musica valet ad hoc quod quales quidam efficiantur secundum mores per ipsam. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur: Quoniam autem in fine quidem, intentionum scilicet & operum, accidit hominibus raro fieri, sæpè autem requiescunt, & vruntur ludis, non quantum ad plus, vt scilicet plus & plus ludum desiderent, sed propter delectationem, quæ, supple, est à ludo, vile vtrique erit requiescere in delectationibus quæ ab ipsa, id est, quæ sunt à musica. Et propter hoc, vt dictum est, in genere ludi ponimus. Et subdit quare homines delectantur in ludis sicut in finibus, ibi, Accidit autem hominibus facere ludos, finem, id est, ludos vt finem. Et subdit rationem, ibi, Habet enim forte & delectationem quandam & finis. Et ostendit quomodo, ibi, Sed non quamcumque. Quærentes autem hanc, scilicet ludi delectationem, accipiunt vt hanc illam, propterea quod, scilicet ludi delectatio, finis actionum habet similitudinem quandam. Et ostendit in quo, ibi, Finis enim nullius gratia futurorum est eligibilis, & tales delectationum nullius gratia futurorum sunt, sed factorum laborum & tristitiæ, supple, requies & medicinæ, sicut antè dictum est: & idèd sicut finis ad aliud non refertur, ita nec delectationes ludi. Et hoc est quod sequitur. Propter quam quidem igitur causam quærentur felicitatem fieri per has delectationes, in quantum scilicet felicitas est quies laborum, hanc, scilicet causam & felicitatem, meritò vtrique quis, id est, aliquis, existimabit causam, scilicet quare instruendi sunt iuuenes in musica: quia talis delectatio est in ipsa.

c Secundò cum dicit, De eo autem quod est communicare, &c. ostendit quòd etiam ad alia utilis est, & quod sit honorabilior quam ludi delectatio. Et hoc est. De eo autem quod est communicare musica, non propter hanc solam, supple, delectationem quæ est ab ea scilicet in quantum est ludus, sed propterea quod utilis est ad requies, vt videtur, non solum, supple, quærendum est, sed quærendum, ne forte hoc quidem accidat, musicæ scilicet. Honorabilior autem est natura ipsius quam secundum dictam opportunitatem, supple, sit requies laboris, & oportet non solum communi delectatione participare ab ipsa, cuius, scilicet delectationis, habent sensum omnes, sicut, supple, ab aliis ludis: habet enim musica delectationem naturalem, propter quod omnibus ætatibus & omnibus moribus vsus ipsius est amicus.

d Sed, supple, cum hoc oportet videre si qua hoc ad mores confert & ad animam. Et qualiter hoc sit, subdit. Hoc autem vtrique erit palam, si quales quidem moribus sumus per ipsam.

e Et hoc ostendit subdens, ibi, At verò quod efficiamur quales quidam, per ipsam, supple, manifestum per multa quidem & altera, id est, diuersa. Non minimè autem, id est, maximè, & id est, etiam per melodias Olympi, id est, in Olympiis ludis institutas: hæ enim melodiæ confessè, id est, confessione omnium, rapiunt animas, siue faciunt animas raptas: raptus autem eius qui circa animam, moris passio est. Et causa est. Quia quando mutatur anima de

gaudio in confidentiam, & de confidentia in audaciam, & de audacia in timorem vel iram, necesse est fieri mutationem secundum mores.

f Et adhuc iuducit aliam rationem, ibi, Adhuc autem considerandum, quod mutationum quibus secundum modulationes musicas mutantur homines, sunt omnes compatientes, gaudio scilicet, spe, tristitia & timore: & sine musicis & rythmis & melodiis ipsis, supple, non fit talis mutatio circa ipsos: musica ergo facit aliquid ad mores.

g Deinde cum dicit, Quoniam autem accidit musicam esse, &c. determinat quid musica faciat ad virtutem. Et habet ista pars duas partes, in quarum prima ostendit qualiter musica facit ad mores. In secunda respondet ad eos qui banausam dicunt esse musicam, ibi, Decens autem, & non decens, &c. Circa primum duo facit. Primum determinat qualiter ex musica determinantur diuersitates bonorum morum. Secundò ostendit qualiter ex diuersitate musicarum determinantur diuersitates passionum animæ, ibi, In melodiis autem ipsis, &c. In prima parte sunt tria in quibus continetur sententia istius partis. Primum enim dicit, quòd musica est virtus quædam circa delectabilia, circa rectè gaudere & amare & odire: & idèd oportet erudiri in musica, vt homo assuefactus in illis, iudicium faciat rectum in epieicheis moribus, & quod similitudines penes naturas iræ & mansuetudinis & fortitudinis & temperantiæ & contrariorum horum & aliorum moralium maximè præsentantur in musica: & idèd oportet nos erudiri in musicis. Et dat similitudinem in visu dicens, quod si aliquis aspicit picturam aliquam cum delectatione, signum est, quod per se delectabilis sit ille ei, cuius est illa pictura, & quod hoc in aliis sensibilibus non est, tactus scilicet, odoratus & gustus: sed id solum in visu & auditu, sed in visu sicut in sigillo & non in causa, in auditu autem musicorum sicut in causa, eò quod auditus secundum quod huiusmodi, passiones transmittit ad animam. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Quoniam accidit musicam esse delectabilem, virtutem autem circa gaudere rectè, & amare, & odire. Et ratio est: quia virtus moralis nihil aliud est nisi ordo passionum, quo accipitur medium in passionibus. Et ex hoc concludit propositum, ibi, Palam quòd oportet addiscere assuefieri nihil ita vt iudicare rectè, & gaudere epieicheis moribus, & bonis actionibus. Et ratio est: quia in his moralis virtus consistit.

h Quod autem hoc fiat per musicam, subdit. Sunt autem similitudines maximè, supple, passionum, penes veras naturas, in rythmis & melodiis, iræ & mansuetudinis, adhuc autem fortitudinis, & temperantiæ, & omnium contrariorum his & aliorum, moralium, virtutum scilicet & passionum. Et hoc probat, subdens. Palam autem, est hoc, supple, ex operibus. Et dat rationem, ibi, Transmutantur enim secundum animam audientes talia.

i Et dat causam, ibi, Assuetudo enim in similibus, passionibus scilicet. Hoc est quod sequitur: ei quod est tristari & gaudere, prope est ei quod ad virtutem. Alia litera: prope est ei quod ad

ad virtutem. Quia virtus moralis non est aliud quam gaudere rectè & tristari in passionibus & operationibus. Et ideo dicit Aristoteles in 2. Ethic. quòd oportet signum generati habitus accipere facientem in opere delectationem: non enim qui operatur iusta & casta, iustus & castus est: sed qui operatur iusta & casta, & hoc ipso gaudens, est iustus & castus. Et subdit de delectatione in visu, quæ similis est, ibi, Eodem autem habet modo, puta si quis gaudet imaginem alicuius videns, non propter aliam causam, sed propter formam ipsam. Sicut, verbi gratia, picturam Crucifixi vel alicuius inueniens alterius, non propter imaginem, sed quia refert ad prototypum, vt dicit Damascenus. Et infert ex hoc, ibi, Necessarium, supple, est, huic illam visionem, cuius videtur imaginem, secundum se esse delectabilem. Hoc fundatur supra illam propositionem: propter quod vnum quodque tale & illud magis.

k Et subdit, quòd hoc in aliis sensibilibus non est aliorum sensuum, ibi, Accidit autem sensibilem in aliis quidem, supple, sensibus, nullam existere similitudinem ad mores, puta tangibilibus & gustabilibus, sed in visibilibus debilitat. Figuræ enim sunt tales, visibiles scilicet, sed ad modicum, & omnes tali sensu communicant, visu scilicet. Adhuc autem non sunt hæ similitudines morum, figuræ scilicet, sed signa magis facta, figuræ & colores morum, supple, sunt signa, non causæ. Et ostendit in quo sunt signa, ibi, Et hoc est à corpore in passionibus, corporalibus scilicet, in quibus est accipere. Et propter hoc dicitur in proverbis, nuntius amoris est oculus. Non solum, supple, est hoc in mutatione corporum, sed etiam in mutatione animæ. Et subdit quod speculario in talibus multum differt: pulchra enim speculari multum prodest, turpia verò speculari multum nocet. Et hoc est. Sed quantum differt circa horum speculationem, visibilibus scilicet, oportet non quæ Pausonis contemplari iuuenes, qui, supple, turpia pinxit, & si quis alius pictor aut sculptor est moralis, inhonestæ scilicet pingens.

l Deinde cum dicit, In melodiis autem ipsis sunt, &c. probat qualiter ex diuersitate musicæ determinantur diuersitates passionum, quæ faciunt ad mores, & dicit hic tria in summa. Primum est, quòd musicæ diuersæ sunt, & idèd diuersa faciunt affectiones & passiones animæ. Secundum est, quòd musica generaliter est delectabilis, & idèd decet quòd instruantur pueri de musica, quia tantilla ætas non sustinet doctrinam nisi delectabilis. Tertium est, quòd ex anima probatur, quòd musica valet ad mores animæ: quia musica harmonia est, & multi sapientum dicunt animam esse harmoniam, vel non sine harmonia. Et quod ex hoc soluitur quod primò dubitatum est, scilicet vtrum sufficiat auditus musicæ, sine doctrina & operatione, vel non: quia vnum impossibile vel difficile est, quòd bene iudicet de aliqua re aliquis, ad cuius operationem non misit manum. Adhuc autem quod iuuenes non potest quiescere: etenim ponatur in aliqua operatione, destruet ea quæ sunt in domo. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. In melodiis autem ipsis,

musicorum scilicet, sunt imitationes morum, & hoc est manifestum; per se scilicet. Et ostendit, quòd est manifestum per rationem inductiuam musicorum, ibi, Mox enim harmoniarum distat natura, vt audientes aliter disponantur, ad diuersas scilicet musicas, sed non eodem modo se habeant, audientes scilicet, ad vtramque ipsarum, diuersarum scilicet musicarum; sed ad quædam quidem planctiuè, ad miserantiam scilicet & compassionem, sicut ad illam quæ est in planctu Didonis, de quo dicit Augustinus; Planctum Didonis sine planctu audire non potui: & contrariè magis, quia talia miserabilia sunt contraria audienti & pietati hominis, & propter hoc mouent ad planctum. Et inducit auctorem huius planctus, ibi, Velut ad eam quæ vocatur Mixolydiæ. Mixo enim est proprium nomen auctoris canentis huiusmodi planctus: Lydiæ patrium nomen est, quia de Lydia fuit oriundus, quæ est ciuitas Sidoniorum iuxta Tyrum, vt dicunt historici. Et inducit de aliis, ibi, Ad has autem mollius mente, supple, disponitur. Et dat exemplum, puta ad remissas, quæ scilicet non sunt planctiuæ. Et inducit de tertia, ibi, Medio autem modo & constanter maximè ad alteram, quæ scilicet nec planctiuæ est, nec remissa. Et dat exemplum, ibi, Quale videtur facere quæ Doristæ sola harmoniarum. Alia litera, Quæ choristæ sola harmoniarum, id est, de numero harmoniarum, sicut dicit Glossa super illud, Laudent eum in timpano & choro. Chorus est instrumentum, in quo multæ fistulæ in vnum concentum & concordiam modulantur. Choristæ autem dicitur, qui canit. Et propter concordiam multarum fistularum in vnum audientes mouentur ad constantiam & concordiam. Et hoc est quod hic dicere intendit. Et vterius inducit alia, ibi, Raptos autem quæ Phrygiæ. Phrygiæ sunt, quæ canunt excidium Troiæ, quæ fuit in Phrygia; quæ propter magnitudinem facti rapiunt animas in admirationem. Ex omnibus his laudat eos qui hoc Philosophicè dixerunt, quòd musica scilicet mutat mores; ibi, Hoc enim bene dicunt, quia circa ludum hunc, musicæ scilicet, philosophati sunt. Et subdit in quo bene dicunt, ibi, Accipiunt enim testimonia rationum ex ipsis operibus, & in politicis non sunt efficaces rationes nisi operibus firmantur.

m Et subdit, quòd simile est in rythmis: quia quòd musica facit ex harmonia, rythmus facit ex numero syllabarum & colorum qui obseruantur in consonantia rythmorum. Et hoc est. Eodem modo habent & quæ circa rythmos. Et hoc probat subdens. Hi quidem enim, supple, rythmi, habent morem stabiliorem, ex ipso scilicet dictamine, hi autem motuum, ad gaudium scilicet, vel tristitiam. Et illos subdiuidit, ibi, Et horum, scilicet qui habent motuum morem, hi quidem, scilicet rythmi, ad honores habent motus, qui scilicet dilatantur corda ad honesta & delectabilia & per se bona, hi autem, id est, alij rythmi liberaliores, supple, habent motus, qui scilicet ex modo dictaminis mouent ad liberalia, quæ propter se scire volumus, non ad mechanica, quæ quærimus propter aliud.

n Ex omnibus his concludit propositum, ibi, Ex his quidem igitur manifestum, quod potest morem animæ qualem quendam musica facere.

o Et ex hoc ulterius concludit. Si autem hoc potest facere, palam quia ad docendum & erudiendum in ipsa iuvenes. Et ulterius inferit, quod in iuuenibus plus confert quam aliis. Est autem congruum ad naturam tantillum doctrinæ musicæ. Et subdit rationem, ibi, Iuvenes quidem enim propter ætatem indelectabile nihil sufferunt volentes. Et propter hoc dicit in 4. Ethic. quod lusingi sunt. Et quod musica sit competens talibus, subdit. Musica autem naturæ delectabilium est, id est, naturaliter delectabilis. Et vult, quod ex omnibus istis inferatur, quod iuvenes instruendi sunt in musica. Et adhuc inducit qualiter congruit animæ musica, ibi, Et quædam videtur cognatio harmoniis, ad animam, supple, esse. Propter quod multi sapientum, hi quidem, sapientum scilicet, harmoniam esse animam, hi autem habere harmoniam. Et hoc notandum est, quod hanc opinionem ipse improbat in lib. de anima, ubi probat, quod anima nec est harmonia, nec harmoniam consequens. Sed ibi probat, quod non est harmonia corporis: quia si talis esset harmonia, esset commixta ex elementis, quod falsum est: sed secundum quod est totum potentiale consistens ex omnibus potentiis suis, sic necesse est, quod sit non sine harmonia: quia sicut viuum est in sensibili & sensibile in rationali sicut trigonum in tetragono, & oportet esse consonantiam potentiarum ad animæ constitutionem: & sic etiam quatuor virtutes cardinales consonant ad mores animæ, sicut dicit Bernardus in lib. ad Eugenium Papam, ubi prudentia meminit, temperantia tangit, fortitudo tenet, iustitia reddit.

p Ex his docet respondere ad id quod supra dubitatum est, vtrum scilicet solus auditus sufficiat, vel oporteat ad esse operationem, ibi, Verum autem oportet addicere eosdem cantantes, & manu operantes, in instrumentis scilicet musicorum, aut non, sicut dubitatum prius, nunc dicendum. Ibi enim dixit, quod Reges Persarum & Iupiter non citharizant, sed audiunt tantum.

q Et ponit responsum, quod sic non est dicendum. Non immanifestum autem, quod multam habet differentiam ad fieri quales quosdam, secundum habitum scilicet, si quis ipse communicet operibus. Exponit rationem, ibi, Vnum enim aliquid impossibile, aut difficile est, eos qui non communicauerunt operibus, iudices fieri studiosos. Et idem vt iudices sint musicarum, oportet exercuisse musicam & diu.

r Et de hoc ponit rationem aliam, ibi, Simul autem & oportet pueros habere quandam occupationem. Et Archytæ plantagen putare fieri bene. Iste Archytæ, vt dicit Hieronymus, Tharentinus, & platages dicebatur: quia dixit in animabus iuuenum plantandas esse disciplinas, antequam aliquid aliud illaberetur animabus eorum. Et hoc est quod hic dicit, quam, scilicet plantagen, dant pueris, quatenus videntes hac, nihil destruant eorum quæ in domo. Intendit dicere,

quod si iuvenes non plantantur talibus disciplinis, efficiuntur destructiui domus per insolentias. Exponit rationem, ibi, Non enim potest iuuenis quiescere. Ex his concludit, ibi, Hic quidem igitur est congruus paruulis ludorum, scilicet musica, disciplina autem platage. Dicitur autem disciplina platage à Græco quod est plantari quod est latum, quæ se diffundit in latitudinem solitudinis ciuilibus, quæ non datur puerulis, sed maioribus iuuenum. Et hæc est expositio Apuleij in vita & motibus Platonis. Ex omnibus his concludit propositum, ibi, Quod quidem igitur erudiendum musicam ita vt & communicetur operibus, manifestum ex talibus.

s Deinde cum dicit, Decens autem, & non decens ætates, &c. respondet ad eos qui banausam dicunt esse musicam, soluendo increpationes quæ supra dictæ sunt contra musicam, quod scilicet sit banausa & spe mercedis à multis facta sicut banausa. Dicitur enim supra, quod Reges Persarum & Medorum non citharizant, sed alij coram eis spe mercedis: nec Iupiter citharizat, sed Dij inferiores coram eo: & sic non videtur esse liberale cantare in organis musicis, sed banausum. Soluit autem ad hoc dupliciter. Primo dicens, quod ætas distinguenda est musicantium: quia in prima ætate iuuenum non est banausum iuuenes communicare operibus musicæ, non spe mercedis, sed vt postea in vltiori ætate sciant iudicare de melodiis & musicari possint ad ipsas: hoc enim liberale est & non banausum. Secundò dicit, quod soluitur increpatione per hunc modum: distinguendum est enim in musicis & instrumentis musicorum: quia nihil prohibet quasdam musicas & quædam instrumenta banausos & corpora inhabilia ad agones reddere & ad liberalia exercitia politica, quædam autem non, & in his communicando operibus in iuuenili ætate, non spe mercedis, sed finis illius quo iudicetur musicus qui honestus & liberalis est: & tunc hoc exercere non est banausum, nec impedit ad posteriores actiones & ad bellica & politica exercitia. Et hoc accidit circa eruditionem musicæ, si illi qui tendunt ad agones technicos, id est, virtuosos, elaborauerint corporaliter exercendo difficultia musicæ, neque mirabilia & superflua onera fecerint vltra vires, qui nunc venerunt in agones, sed ex agonibus ad eruditionem musicæ, & fecerunt hoc in tali ætate in qua possint bonis melodiis & rythmis gaudere. Et addit, quod non solum commune hoc musicæ sicut & aliorum quædam animalium, præcipuè auiculæ communicant, sicut philomela, sed hoc contingit in multitudine vilium & puerorum. Intendit autem, quod aues & pueri nimis clamantes in musicis deficient in membris. Aliquando enim ex nimio clamore dilatatur cerebrum & efficiuntur muti, vt dicit Galenus. Aliquando autem, vt dicit Auicenna, rumpitur siphac, quæ est pellis superiorum continens intestina, & efficiuntur rupri & herniosi & inutiles ad agones. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Decens autem, & non decens ætates, non difficile determinare: hoc enim decet iuuenilem ætatem, quod non decet seniores: & soluere, supple, non est difficile ad dicentes banausam

banausum esse curam, supple, musicorum.

r Et dat modum primum soluendi, ibi, Primum quidem enim quoniam gratia iudicij oportet participare operibus: quia, sicut antè dictum est, qui non potest esse: propter hoc oportet iuuenes quidem existentes vti operibus. Et hoc, sicut dictum est, non est banausum, sed liberale: seniores autem factos, opera quidem dimittere, supple, oportet, posse autem bona iudicare, & gaudere rectè, in melodiis, supple, propter eruditionem factam in iuuentute.

n Et subdit secundam solutionem per distinctionem, ibi, De increpatione autem facta, qua quidam increpant, tanquam faciente musica banausos, non difficile soluere, supple, est. Et subiungit modum, ibi, Considerantes vsque ad quantum operibus, scilicet musicæ comunicandam his qui politizant ad virtutem politicam. Hoc ideo dicit: quia minimi, vt dicit Pythagoras, qui frequentius vtruntur musicis spe mercedis, non politizant ad virtutem politicam. Et, supple, considerantes, qualibus melodiis & quilibus rythmis comunicandum: quia, sicut iam dictum est, clamorosis melodiis difficile est vti, & similiter rythmis probrosis, quibus vtruntur mendicantes. Adhuc autem in quibus organis eruditionem faciendum, supple, iuuenibus: quia, sicut dicit in sequenti capitulo, fistulæ deformant corpus. Et ponit rationem, ibi, Etenim verisimile, supple, est, hoc differre, & supple, quædam competere his qui politizant ad virtutem, quædam autem non. In his enim solutio est increpationis. Et ponit modum, ibi, Nihil enim prohibet modos quosdam musicæ operari

quod dictum est, banausos scilicet.

x Et subdit concludens ex hoc, ibi, Manifestum igitur, supple, est, quod oportet eruditionem, supple, facere, ipsius, scilicet musicæ, neque impedire ad posteriores actiones, politicas, supple, neque corpus facere banausum, & inutile ad bellica & politica exercitia, supple, facere (& hoc fit, quando dulces symphoniarum cantantur, & non clamorosa vltra vires) ad vsus quidem iam, supple, in iuuentute, ad eruditiones autem, supple, iudicandarum musicarum, posterius. Accidit autem vti que, supple, hoc, circa eruditionem, si neque qui intendunt ad agones technicos, id est, victoriosos, elaborauerint, supple, vltra vires clamando: neque circa mirabilia & superflua operum, quæ venerunt ad agones, ex agonibus autem ad eruditionem: quia necesse est illos deficere in agonibus, sicut dictum est, vel propter cerebri dilatationem, vel propter hoc siphac rupto, herniosi efficiuntur: sed talia, scilicet musica facere, quousque vti que possint gaudere bonis melodiis & rythmis, & non solum, supple, possint gaudere, eo quod commune est musicæ, sicut & aliorum quædam animalium, maxime auium musicarum, quæ, supple, gaudent musicis clamorosis: quia sicut Eustratius dicit super Ethic. nisi gauderent in illis non contererent in eis rotos dies. Adhuc autem sicut & multitudo humilium & puerorum, supple, comunicant musicis, qui non gaudent dulcibus rythmis vel melodiis, sed in hoc solo comunicant musicis, quod confuso clamore clamant ad inuicem: qui enim politizant ad virtutem, non comunicant musicæ tantum, sed dulcibus melodiis & laudabilibus rythmis.

CAPVT V.

Quibus instrumentis sit vtendum.

a Palam autem ex iis, & quibus organis vtendum: neque enim fistulas ad disciplinam adducendum, neque aliud aliquod organum, puta citharam, & si quid tale alterum est, sed quæcunque facient ipsorum auditores bonos, aut musici ludi, aut alterius.

b Adhuc autem non est ipsa fistula morale, sed magis iræ excitatiuum. Quare ad talia tempora ipsa vtendum, in quibus speculatio potest purificationem magis quam eruditionem.

c Apponamus autem quod accidit ipsi contrarium ad disciplinam, & prohibere vti ratione fistulationem. Propter quod bene reprobauerunt priores ipsius vsus à iuuenibus & liberis, quamuis primò vsi fuissent ipsa. Magis enim vacantes facti propter abundantias, & magnanimiores ad virtutem, adhuc & prius & post Medica sapientes facti ex operibus, omnem sequebantur eruditionem, nihil discernentes, sed superinquirentes. Propter quod & fistulationem adduxerunt ad eruditionem

CAPVT V.

*P*atet etiam ex his, quibus instrumentis sit vtendum: neque enim tibia sunt in disciplina recipienda, nec aliud artificiosum instrumentum, vt cithara, & si quid aliud tale, sed quæcunque faciunt auditores bonos, vel musica disciplina, vel alterius.

Insuper tibia non est morale, sed potius suscitantiuum & concitatiuum. Itaque ad huiusmodi tempora est vtendum illa, in quibus spectacula magis purificationem partium, quam disciplinam.

Adiungamus autem & illud quod contrarium disciplinae efficit, impediens ratione vti per tiliarum sonum. Quapropter bene reprobauerunt illarum vsus antiqui, licet prius vsi fuissent. Studiosiores enim facti propter diuitias, & animosiores ad virtutem, post victoriam contra Medos habitam, ac ex rebus gestis magnam de se opinantes, disciplinam omnem arripuerunt, non iudicantes, sed experientes. Quapropter tiliarum quoque vsus tunc receptus est. Nam & apud Lacedæmonios quidam, qui ludos exhibebat,

nes

nes. Etenim in Lacedæmonia quidam chori ductor fistulauit choro & circa Athenas ita deuenit, quare ferè plurimi liberorum participant ipsa: palam autem ex titulo quem statuit Thrasippus Ecphantidæ, cum chorum duxisset. Posterius autem reprobata est per experientiam ipsam, melius potentibus iudicare quod ad virtutem, & quod non ad virtutem tendit. Similiter autem & multa organorum antiquorum, puta pectides & barbiti, quæ ad delectationem faciunt audientibus vtētium, septigona, & trigona; & sambucæ, & omnia quæ indigent manuali scientia.

d Rationabiliter autem habet & quod de fistulis ab antiquis in fabulis dictum est. Aiunt enim Palladem, cum inuenisset fistulas, abiecit hoc Deam, deformitate oris infensam: sed tamen multo magis ob id, quia nihil confert tibi arum vsus ad intelligentiam, & mentem, cum scientia & ars Minerue sit attributa.

e Quoniam autem organorum & operationum reprobamus technicum ludum. Technicum autem dicimus eum, qui ad agones. In hoc enim agens non gratia virtutis suimet operatur, sed gratia delectationis audientium, & huius onerosæ. Propter quod non liberorum iudicamus esse operationem, sed seruiliorum, & banaufos vtique accidit fieri. Mala enim intentio ad quam faciunt finis. Speculatore enim onerosus existens, transmutare consuevit musicam. Quare & artifices qui ad ipsum cogitant, facit & ipsos quales quosdam, & corpora, propter motus.

CAPVT V.

a Secundum capitulum, vbi ostendit qualibus organis & musicis est vtendum ei qui politizat ad virtutem. Et diuiditur in tres partes. In prima ostendit, quod fistulatiua non est vtendum. In secunda probat hoc ex titulo quem statuit Thrasippus, qui postea reprobatus est per experientiam turpitudinis, ibi, *Palam autem ex titulo*, &c. In tertia probat hoc ex fabula antiquorum, quam etiam ponit Ouidius in Ouidio magno, vbi Pallas siue Minerua inuentas fistulas abiecit de cælo, eò quod aliis videntibus eam contristata fuit de turpitudine faciei & inflammatione buccæ & maxillarum, ibi, *Rationabiliter autem habet*, &c. Sententia primæ partis est, quod iam palam est ex dictis, qualibus organis vtendum est in musica, &

ipsemet tibiis modos fecit, & Athenis confueque in consuetudinem venit, vt ferè ingenui omnes addiscerent: quod patet ex tabula à Thrasippo posita, cum ludos pro tribu sua dedit. Postea verò in desuetudinem abiit, & improbari cepta est, cum iam melius per experientiam iudicare possent, quid ad virtutem pertineret, & quid non. Eodemque modo per multa instrumentorum antiquorum improbata sunt, veluti pectides, & barbiti, & qua ad voluptatem audientium intendebat, heptagona, & trigona, & sambuca, & cuncta qua indigent perita manuum gestulatione.

Rationabiliter quoque illud se habet quod antiqui de tibiis fabulantur. Aiunt enim Mineruam reprobicem tibiis abiecit ob deformitatem oris. At qui non male se habet dicere fecisse hoc Deam, deformitate oris infensam: sed tamen multo magis ob id, quia nihil confert tibi arum vsus ad intelligentiam, & mentem, cum scientia & ars Minerue sit attributa.

Cum verò instrumentorum, & operis improbauerimus artificiosam disciplinam. Artificiosam verò illam posuimus, que versatur in certaminibus. In illis enim qui agit, non propria virtutis gratia agit, sed vt audientes delectet, & onerosa quidem delectatione. Quapropter non ingenui hominis censemus esse huiusmodi opus, sed per viles ac sordidos contingit illud fieri. Nam finis cuius gratia faciunt, improbus est: cum spectator onerosus existens, modo hoc, modo illud exigere consuevit, ita vt artifices quoque placere studentes, illiusmodi efficiantur, & corpora similiter propter motus.

quod fistula ad disciplinam musicæ non est adducenda, neque aliud aliquod scenicum organum, id est, quo vtuntur scenicæ meretriculæ, sicut verbi gratia scenica cithara, vel aliquod tale scenicum instrumentum: sed talibus quibus auditores boni fiant, & boni ludi musici. Fistula enim & huiusmodi non est ordinata ad disciplinam: & propter hoc antiqui bene reprobauerunt fistulam & vsum eius à iuuenibus & liberis, quamuis primò vsi fuissent ipsa. Primò enim vacantes propter abundantias disciplinarum, cū pauci essent homines & magnanimiores, vtentur ad virtutem fistulis, postmodum autem sapientes effecti ex operibus omnem sequebantur eruditionem, non tamen bene discernentes, sed, supple, inquirentes curiosa omnia, etiam fistulatiuam inter alia adduxerunt ad eruditionem plus ex curiositate, quam ex discretione. Et sic in Lacedæmonia quidam chori ductor fistulauit

lavit choro. Et quid sit chorus, in præhabitis dictum est. Et sic deuenit circa Athenas fistulatio, & ita plurimi liberorum incæperunt participare fistulatione. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Palam autem ex his, suprà dictis, supple, &, id est, etiam qualibus organis vtendum, supple, in musicis: neque enim fistulas ad disciplinam, musicæ scilicet, adducendum, neque aliud aliquod instrumentum vel organum, supple, scenicum, quo scilicet meretriculæ scenicæ vtentur, quæ nudæ discurrebant cantantes mouentes ad libidinem videntes & audientes, sicut dicit Augustinus 10. de Ciuit. Dei. Puta citharam, supple, scenicam, & si quid tale instrumentum alterum est, supple, musicum quod ad gestus scenicos ordinatur, sed quocumque, scilicet instrumento, facient ipsorum auditores bonos, illo, supple, sunt boni & honesti, aut alterius, supple, ludi boni & honesti.

b Et inducit aliam rationem, ibi, Adhuc autem non est id ipsum, scilicet instrumentum, scilicet fistula, morale, sed magis iræ exercitium. Cuius signum est consuetudo, quæ vtque hodie perseverat. Vtuntur enim fistulis, quando egredi volunt ad animandum homines & equos. Et ex hoc concludit. Quare ad talia tempora ipsa vtendum, in quibus speculatio, fistulæ, supple, potest purificationem, facere, supple, magis quam eruditionem. Et vocat purificationem exercitationem spiritus & animositatis ad fortitudinem, quæ purificat, sicut dicit ipse Arist. in 3. Ethic. capitulo de fortitudine, ex Homero, fortes efflabant spiritum per nares, & ebullit sanguis. Et ibidem: Virtutem immitte furori, & furore virtutem erige. Et quia à talibus, spiritu scilicet & sanguine fistulatio animum erigit, vocat eam purificationem magis quam eruditionem.

c Et addit aliam rationem, ibi, Apponamus autem quod accidit ipsi, scilicet fistulationi contrarium ad disciplinam, moralem scilicet, & prohibere vt ratione fistulationem. Et huius causa est: quia excitat ad iram & furorem, & sicut dicit Poëta, ira impedit animum ne possit cernere verum. Ex his inferit subdens. Propter quod bene reprobauerunt priores ipsius vsum à iuuenibus & liberis, scilicet fistulationis, quamuis primò vsi fuissent ipsa. Et quid induxit eos ad prohibitionem, subdit. Magis enim vacantes, post primam scilicet habitationem ciuitatum, facti propter abundantias, diuitiarum scilicet, & magnanimiores ad virtutem, id est, ad fortitudinem, adhuc prius & post Medica sapientes facti ex operibus, profectu scilicet experientie, omnium sequebantur eruditionem exercitiorum, nihil discernentes, quæ essent bona & quæ mala, supple, sed superinquirentes, in superflua curiositate. Propter quod & fistulatiuam adduxerunt ad eruditionem, musicæ scilicet potius, supple, ex curiositate quam ex honestate. Et subdit ostendens modum, ibi, Etenim in Lacedæmonia quidam chori ductor fistulauit choro, primo, supple, & circa Athenas ita deuenit, ab illis, supple, quare ferè plurimi liberorum participant ipsa, fistulatione scilicet, imitando Athenienses qui semper curiositatibus erant dediti, sicut dicitur Actor.

D. Alb. Mag. Politic.

14. Deinde cum dicit, Palam autem ex titulo, &c. probat quod fistulatiua non est vtendum per Thrasippum in Ecphantide ciuitate, in qua cum chorum duxisset, scripsit in titulo, quod sic inducta esset fistulatiua à Lacedæmonis scilicet Athenas, & ab Athenis in iuuenes liberos. Dicit ergo. Palam autem ex titulo quem statuit Thrasippus, scilicet quidam fistularor Ecphantide, ciuitate scilicet, cum chorum duxisset, fistulando scilicet. Chorus enim componitur ex fistulis, sicut in antè habitis dictum est. In titulo enim scripsit, quod dictum est, vt magis placeret hominibus. Posterius autem, procedente scilicet tempore, reprobata est per experientiam ipsam, melius potentibus iudicare quod ad virtutem, & quod non ad virtutem tendit. Procedente enim tempore experientiam acceperunt homines in musica, & reprehenderunt quod non ad pulchritudinem virtutis tendit, nec ad habitum bonum mentis, sed ad iram: & tunc reprobauerunt eam. Et subdit qualiter etiam quædam alia antiqua organa reprehenderunt, ibi, Similiter autem & multa organorum antiquorum, puta pectides (Pectides sunt tabulæ quibus ludunt isti histriones concutientes eas ad inuicem & ad cubitos, quæ etiam reprobata sunt à posteris) & barbiti, sunt, supple, reprobati. Barbiti sunt imagines barbatae ex ore emittentes fistulam, & retrò habentes vesicam alligatam, quæ compressa flatum emittit in fistulam, ita quod barbatus fistulare videretur. Et generaliter subdit de illis, ibi, Et quæ ad delectationem faciunt audientibus vtentium, &, supple, non ordinantur ad mores. Et dat exemplum, ibi, Septigona, id est, septem angulorum instrumentum, & trigona, tympana sunt ligno vel manu percussa in sonum, & lambi, instrumentum est in quo iambica metra caneantur, & est de genere tympani & terrorem excitat, & ided reprobatur.

d Deinde cum dicit, Rationabiliter autem habet, &c. probat idem per fabulas antiquorum, & tangit fabulam quæ est in Ouidio magno, quam Ouidius attribuit Mineruæ, aut sequens Oesopum, attribuit Palladi. Est autem hæc, quod Minerua siue Pallas in cælo inuenit fistulas, & cum sufflaret buccis inflatis, deprehensa est à Diis & reprobata, quia musica sua deformaret corpus, & faceret banaufum, relatum fuisse iudicium ad Iouem, qui sententiando dixit, quod musica illa fistulationis non esset secundum virtutem; Deam indignatam fuisse & proiecisse fistulas de cælo, quæ cum cecidissent iuxta mare quod vocatur Palus Meothida, pastores inuenisse eas & fistulasse. Pastoribus fistulantibus eandem fuisse ortam contentionem in terra, & relatum fuisse iudicium ad Midam Regem, & hanc dedisse sententiam contra Iouem de commendatione scilicet fistularum, Iouem autem iratum de contradictione dedisse Midæ asinas aures, eò quod nisi asinis auribus audiisset, tale iudicium non dedisset. Midæ contristatum de improperio, accepisse fistulas & suffodisse iuxta paludes Meothidas, ibi ex præcepto Iouis natas fuisse arundines, quæ insufflatae ventis cecinerunt. Midas verò Rex habuit aures asinas. Addit autem postea, quod eadem ratione reprobamus technicum ludum.

T c

Es

Et quis ille sit, dicit quod talis ludus technicus est, qui habetur ad agones, & quod in tali agens non gratia virtutis suimet exercitatur, sed gratia aliorum audientium & huius & onerosa. Et propter hoc talis ludus non est liberorum, sed potius histrionum, qui in agonibus & bellis timpanizant & fistulant. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Rationabiliter autem habet primò, & id est, etiam quod de aliis quam, supple, de Thrasippo ab antiquis in fabulis dictum est. Aiunt enim Palladem, cum inuenisset fistulas, in cælo scilicet, abiecit. Et ponit causam subdens. Non male enim habet dicere, & id est, etiam propter inhonestatem faciei hoc fecisse, contristantem Deam, ex derisione scilicet aliorum Deorum inflatis buccis, non solum, supple, propter hoc, sed magis verisimile est: quia ad intellectum nihil est eruditio fistulationis, Palladi autem scientiam attribuimus, & artem, quæ, sicut dicitur in 6. Ethic. sunt virtutes intellectuales: & ideo intelligitur, quod pallas abiecit fistulas, non propter turpitudinem corporis tantum, sed quia ad virtutes intellectuales nihil fecerunt.

e Ex his inferit ulterius reprobationem aliorum ludorum technicorum, ibi, Quoniam autem organorum, musicorum, supple, quædam,

CAPVT VI.

De harmoniis, rhythmis, numerisque.

Considerandum adhuc circa Harmonias & rythmos, & ad eruditionem vtrum harmoniis omnibus vtendum, & omnibus rythmis, aut diuidendum. Deinde iis qui ad eruditionem laborant, vtrum eandem determinationem ponemus, aut oportet tertiam aliquam aliam.

b Quoniam musicam quidem videmus per melodiarum factionem & per rythmos existentem, horum autem vnumquodque non oportet latere, quam potentiam habeat ad disciplinam: & vtrum eligendum magis bene melodizata musicam, aut bene rythmizata.

c Putantes igitur multa bene dicere de iis quosdam modernorum musicorum, & eorum qui ex philosophia quicumque existunt expertes se habentes in disciplina quæ circa musicam, eam quidem quæ per singula disceptationem commitemus querere volentibus ab illis: nunc autem legaliter diuidimus modos, typos solum dicentes de ipsis.

d Quoniam autem diuisionem acce-

& operationes, eorundem scilicet, reprobamus, sicut dictum est, reprobamus etiam technicum ludum. Et dicit quis sit ille, ibi, Technicum autem dicimus eum, qui ad agones. Et causa iam dicta est: quia ad agones maximè adhibetur fistula & tympanum. Et ponit rationem subdens. In hoc enim agens non gratia virtutis suimet operatur, vt scilicet se excitet ad virtutem, sed gratia delectationis audientium, & huius, scilicet delectationis gratia, onerosa: grauis enim & onerosa musica est, quæ excitat ad iram & furorem, vt antè dictum est. Ex his concludit propositum, ibi, Propter quod non liberorum iudicamus esse operationem, talem scilicet ludum, sed seruiorem, & bananos vtique accidit fieri, supple, tales. Et ponit rationem, ibi, Mala enim intentio, supple, est, ad quam faciunt finis. Et ponit rationem, ibi, Speculator enim onerosus existens, transmutare consuevit musicam: quia ad audientiam suam fit talis musica. Et ex hoc concludit propositum, ibi, Quare & artifices, musicæ scilicet: qui ad ipsum speculatorem cogitant, facit ipsos quales quosdam, artifices scilicet, mala scilicet qualitate & banansa, & corpora, scilicet facit talia, propter motus, quos scilicet exercent in illis ludis qui sunt turpes & inhonesti.

CAPVT VI.

Considerandum est autem, vtrum omnibus vtendum sit harmoniis, & omnibus rythmis, an distinguendum. Deinde vtrum illis qui eruditionis causa laborant, eandem distinctionem tribuamus, an tertium quiddam aliud.

Quoniam videmus musicam esse per melodiam & rythmos, horum vtrumque latere non debet, quam vim habeat ad doctrinam: & vtrum preferenda sit ea pars quæ in melodiis consistit, an ea quæ in rythmis.

Putantes igitur multa de his esse dicta rectè à musicis quibusdam, qui nunc sunt, & à Philosophis qui peritiam habent huius disciplina, disputationem & examen singularum partium illis dimitemus, qui perquirere volent: nos autem solummodo genere de ipsis dicamus.

Cum illa probetur à nobis melodiarum pramus

pramus melodiarum, vt diuidunt quidam eorum qui in philosophia, has quidam morales, has practicas, has quidam raptus factiuas ponentes, & harmoniarum naturam ad singula horum conuenientem aliam ad aliam partem ponunt.

e Dicimus autem non vnus utilitatis gratia oportere vti musica, sed plurium gratia: etenim ludi gratia & purificationis. Quid autem dicimus purificationem, nunc quidem simpliciter, iterum in iis quæ de poetica, dicemus manifestius. Tertio autem ad deductionem ad remissionemque, & ad distensionem requiem. Manifestum quod vtendum quidem omnibus harmoniis, non tamen eodem modo omnibus vtendum, sed ad disciplinam quidem maximè moralibus, ad auditum autem aliorum manu laborantium & practicas & raptiuas.

f Quæ enim circa quasdam animas accidit passio fortiter, hæc in omnibus existit, differt autem in eo quod minus & magis, velut misericordia & timor, adhuc autem raptus. Etenim ab hoc motu decentes quidam sunt: ex sacris autem melodiis videmus hos, quando vsu fuerint melodiis de irascentibus animam, restitutos, sicut medicina fortiter & purificatione. Idem autem hoc necessarium pati & misericordes, & timidos, & totaliter passiuos: alios autem quantum talium adiacet vnique & omnibus fieri quandam purificationem, & alleviari cum delectatione. Similiter autem & melodiæ purificationis exhibent innocuam regionem hominibus. Propter quod talibus quidem harmoniis & talibus melodiis ponendum theatralis musicam tranctantes agonizatores.

g Quoniam autem spectator duplex, hic quidem liber & eruditus, hic autem onerosus ex bananis, & mercenariis & aliis talibus compositus, assignandum agones & speculationes quæ talibus ad requiem. Sunt autem sicut ipsorum animæ distortæ ab eo qui secundum naturam habitu, sic & harmoniarum transgressiones sunt & melodiarum rigidæ, & disceptæ. Facit autem delectationem singulis quod conueniēs secundum naturam. Propter quod dandum potestatem agonizantibus ad spectatorem talem tali aliquo genere musicæ vti.

D. Alb. Mag. Politic.

diuisio quam faciunt quidam Philosophi, quod alia sunt morales, alia effectiua, alia abstractiua, ponentes naturam earum ad singula istarum propriam.

Dicimus autem non vnus utilitatis gratia oportere musicam vti, sed multarum. Nam & doctrina gratia, & purificationis. Quid autem purificationem intelligamus, nunc simpliciter, alias vero diligentius in his quæ de poetis scribimus, dicitur Tertio gratia degendi otij quietisque causa, & remissionis curarum. Patet omnibus harmoniis esse vtendum, sed non eodem modo, verum ad doctrinam quidem moralibus est vtendum maximè, ad auditionem vero alio pulsante effectiuis & abstractiuis.

Nam affectio illa quæ contingit circa animos quorundam vehementer in cunctis existit: differt autem secundum magis & minus, seu commiseratio & metus, & præterea abstractio animi. Nam per hunc motum deuoti & supplices quidam sunt: videmus autem & sacris melodiis ita affici, quando vtuntur expiantibus animam carminibus, quasi medicina fretos, & purificatione. Hoc idem euenire necessarium est his, qui commiseratione, & qui metu, & qui aliis affectibus detinentur, & aliis quatenus cuique talia contingant, fierique in omnibus purificationem quandam & alleviationem cum voluptate. Similiter autem carmina purificatiua letitiam afferunt innocuam hominibus. Quapropter talibus harmoniis, & talibus carminibus spectandi sunt hi, qui theatralis musicam tractant certatores.

Sed cum spectator sit duplex, alter ingenius & doctus, alter vilis & indoctus ex opificibus turbaque urbana, his quoque accommodanda sunt certamina & specula ad cessationem, & requiem. Vt enim illorum anima distorta sunt à naturali habitudine, sic harmoniarum & melodiarum distorsiones sunt quadam illa, quæ sunt vehementes & infractæ. Delectat vero singulos id quod sua natura sit apium. Quamobrem licentia permittenda est his qui de arte musica certant in teatro, vt ad huiusmodi spectatorem tali genere vtantur musica.

Tt 2 h Ad

b Ad ludum autem, sicut dictum est moralibus melodiarum utendum, & harmoniis talibus, talis autem quæ Doristice, sicut diximus prius. Suscipere autem oportet & si quam aliam nobis approbauerint comunicantes eo quod in philosophia, & exercitio, & disciplina, quæ circa musicam.

i In politia autem Socrates non bene Phrygisten solum admittit cum ea quæ Doristice, & hæc reprobans organorum fistulam. Habet enim eandem potentiam Phrygista harmoniam, quam quidem fistula inter organa: ambo enim iram prouocantia, & passionis illatiua.

k Manifestat autem poësis: omnis enim petulantia, & omnis talis motus, maximè autem organorum est in fistulis. Harmoniarum autem in melodiis Phrygisticis accipiunt hoc quod decens, puta Dithyrambus confessè videtur esse Phrygium. Et huius exempla multa dicunt, qui circa sensum hunc, aliæque, & quia Philoxenus conatus in Doristica facere Dithyrambum fabulam, non fuit potens, sed ab ipsa natura decidit in Phrygistan conuenientem harmoniam.

l Iterum de Doristica autem omnes confitentur tanquam stabilissima existente, & maxime habente morem virilem. Adhuc autem quoniam medium quidem superabundantium laudamus, & dicimus persequi oportere, Doristica autem hanc habet naturam ad alias harmonias, manifestum est, quod Doricas melodias oportet erudiri magis iuniores.

m Sunt autem duæ considerationes, quod possibile, & quod decens. Etenim quæ possibilia oportet tractare magis, & quæ decent singulos. Sunt autem & hæc dererminata ætatibus: velut abdicatis per tempus non facile cantare rigidas harmonias, sed remissas natura iniicit talibus. Propter quod bene increpant & hoc aduersus Socratem quidam eorum qui circa musicam, quod remissas harmonias reprobauerit ad disciplinam, tanquam inebriatiuas accipiens ipsas, non secundum potentiam ebrietatis petulantia (impetuosum enim ebrietas facit magis) sed abdicatas. Quare ad futuram ætatem seniorum oportet tales harmonias tangere, & & melodias tales.

n Adhuc autem si qua est talis harmo-

Ad doctrinam verò moralibus melodiis est utendum, & talibus harmoniis, qualis est Dorica, ut supra diximus. Recipienda est & alia quamcumque nobis suadent, qui in philosophia musicaque versantur.

Socrates verò in libris de Republ. non rectè Phrygiam tantummodo adiungit ad Doricam, licet improbens tibiam ex instrumentis. Habet enim eam demum Phrygia in harmoniis, quam habet tibia in instrumentis: amba enim concitant animos, & in affectus impellunt.

Ostendit hoc poësis: tota enim bacchantio, & tota huiusmodi concitatio maximè omnium instrumentorum per tibias fit. Harmonia verò Phrygia maximè hunc modum habet seu Dithyrambus manifestè videtur esse Phrygium, cuius quidem rei plura afferunt argumenta, qui circa huiusmodi rerum intelligentiam vacant. Et inter cetera illud, quod Philoxenus aggressus Doricè facere Dithyrambos in fabulis, non potuit, sed vi illius naturæ tractus fuit ad Phrygiam harmoniam, quæ maximè illis congruebat.

Doricam autem fatentur omnes constantem esse ac firmam, moremque summo perè continere virilem. Præterea cum medium extremorum sumendum esse dixerimus, Dorica autem hanc habeat naturam ad alias harmonias, manifestum est, quod Doricam præ cæteris decens est iuniores addiscere.

Sed duo consideranda sunt, vnum quid possit, alterum quid deceat. Nam possibilia quisque aggredi, & conuenientia sibi debet. Sunt autem hæc distincta ætatibus, seu defessis iam tempore non facile est alti spiritus cantilenas canere, sed talibus subiicit natura remissas. Ex quo Socratem in hoc quoque meritò reprehendunt quidam ex his qui circa musicam versantur, quod remissiones harmonias improbauit ad doctrinam, quasi vinolentia accipiens eas, non secundum vinolentia naturam (nam vinolentia magis debacchari facit) sed defessas. Quare & ad futuram ætatem seniorum opus est huiusmodi harmonias attingere, & huiusmodi melodias.

Præterea si qua est talium harmoniarum,

oniarum, aut decet puerorum ætatem, propterea quod potest ornatum habere simul & intellectum, ut quæ Lydistica videtur pati maximè harmoniarum, palam, quia tres terminos faciendum ad disciplinam, quod medium, quod possibile, & quod decens.

CAPVT VI.

IN isto vltimo capitulo determinat Aristot. quibus melodiis & quibus rythmis est utendum in musica. Et habet duas partes. In prima determinat quibus utendum est in musica simpliciter. In secunda determinat quibus utendum est in consideratione ad spectatorem & eruditum & onerosum, ibi, *Quoniam autem spectator est duplex, &c.* Circa primum duo facit. Primum quærit hanc quæstionem, vtrum omnibus harmoniis & rythmis est utendum, aut diuidendum est & distinguendum, & laborandum est ad illa quæ sunt ad eruditionem, vel tertiam etiam oportet inuenire qua determinetur. Secundò ponit, vtrum vnus gratia sit musica, vel plurium, & propter quas vtilitates oportet pluribus musicis uti, ibi, *Dicimus autem non vnus vtilitatis gratia, &c.* Sententia primæ partis est, quod considerandum est adhuc circa harmonias & rythmos, vtrum omnibus harmoniis & omnibus rythmis sit utendum. Circa eruditionem autem iuuenum distinguendum est, quod in quibusdam erudiuntur, in quibusdam non, ut primò scilicet erudiantur de omnibus, deinde distinguantur quæ sunt ad eruditionem, & quæ non, aut an oportet tertium aliquem inuenire modum. Deinde inducit, quod musicam videmus distinctam per melodiarum formam & per rythmos diuersos, & quod oportet in omnibus his inuenire quam vnumquodque potentiam habeat ad disciplinam. Deinde quia sunt multi musici præsentis temporis, committit illis per singula quærere de his. Sed nunc ipse legaliter diuidit modos musicæ, solum dicens de illis qui species musicæ determinauerunt per Philosophiam, & illæ sunt tres, ita quod quedam sunt morales, de virtutibus scilicet & moribus hominum, & quedam practicæ, quæ scilicet sunt de operibus & exemplaribus heroum. Et tertiæ sunt raptus factiua, animas hominum in similes affectus rapientes. Et oportet conuenienter vnamquamque musicam ad ea quæ facit optare. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Considerandum autem adhuc, supple, est, circa harmonias & rythmos & ad eruditionem, supple, pertinentes, vtrum harmoniis omnibus utendum, & omnibus rythmis, aut diuidendum, id est, distinguendum, ita scilicet quod de quibusdam erudiantur iuuenes, de quibusdam non. Deinde, supple, considerandum est, de iis harmoniis scilicet & rythmis, qui ad eruditionem laborant, vtrum eandem determinationem ponemus, scilicet quod de omnibus intruendi sunt iuuenes, vel de quibusdam non, aut oportet tertiam aliquam, supple, inuenire musicam, qua instruendi sint.

rum, quæ conueniat puerorum ætati. ex eò quia possit ornatum simul doctrinamque afferre, quod Lydia maximè omnium harmoniarum habere videtur, manifestam, quod hæ tres determinationes sunt in doctrina faciendæ, medium, possibile, ac decens.

b Deinde sumit generalem propositionem, ex qua procedit ad determinationem harum quæstionum, ibi, *Quoniam musicam quidem videmus per melodiarum factionem, & per rythmos existentem, horum vnumquodque non oportet latere, quam potentiam habeat ad disciplinam, morum scilicet & virtutis: & vtrum eligendum magis bene melodizatum musicam, aut bene rythmizatum.*

c Et procedit ad determinationem, ibi, *Putantes igitur multa bene dicere de his quosdam modernorum musicorum, & eorum qui ex philosophia quicumque existunt expertes se habentes in disciplina, id est, qui per certam experientiam artem didicerunt, quæ circa musicam, eam quidem, supple, inquisitionem, quæ per singula & disceptationem committimus quærere volentibus ab illis. Hoc enim in singularibus infinitum est, & de his non potest fieri disciplina. Nunc autem legaliter diuidimus modos, typos solum dicentes de ipsis, id est, solum dicemus de illis qui de legibus ciuilibus determinati sunt.*

d *Quoniam autem diuisionem acceptatus melodiarum, ut diuidunt quidam eorum qui in philosophia, supple, experti sunt, has quidem morales, supple, dicimus, has autem practicas, id est, operatiuas (quæ scilicet sunt de operibus heroum exemplaribus. Et ratio est: quia de illis poëta canebant) has autem raptus factiuas, & hoc per effectus: quia rapiunt animas audientibus. Sic ergo diuiditur musica per materiam carminis & effectuum. Et addit. Secundum musicos ponentes, scilicet ipsi Philosophi, & id est, etiam harmoniarum naturam ad singula horum conuenientem aliam ad aliam ponunt, id est, moralem ad mores, practicam ad imitationem exempli, raptiuam ad animæ immutationem secundum passiones diuersas.*

e Deinde cum dicit, *Dicimus autem non vnus vtilitatis gratia, &c.* tangit diuisionem musicarum penes fines: & est sententia istius in tribus. Primum enim dicit, quod musica non est gratia vnus vtilitatis, sed plurium: est enim gratia ludi & gratia purificationis. Et quod hic vocat purificationem, dicit quod expressius determinabit in poëtica, vbi loquitur de genere dictaminum & effectum. Tertio dicit, quod est ad deductionem & ad remissionem & ad distentionem in laboribus requiem. Dicit ergo, quod utendum est omnibus harmoniis, sed ad disciplinam utendum est maximè moralibus, ad auditum autem manu laborantium utendum est practicis, quia ex illis accipiunt requiem & raptiuas. Et adiungit rationem, quod passio quam musica facit in quibusdam animalibus, facit in omnibus, licet secundum magis aut minus. Et enumerat

passiones, scilicet misericordiam, & timorem, & huiusmodi. Vnde dicit, quod ex sacris melodis videmus hos quando vsi fuerint melodis decentibus motibus & irascentibus restitutas animas, sicut ex medicina quandam purificationem acquirere: & quod similiter accidit in aliis passionibus pati secundum animas, misericordes scilicet & timidus, & totaliter passiuus, quantum talium passionum adiacet unicuique, ita quod ex omnibus musicis videmus fieri purificationem & alleviationem delectatione. Ex omnibus concludit totum intentum, scilicet quod musica melodia, cum sint purificatiua talium passionum, exhibent innocuam regionem hominibus: & ponendum est agonizatores qui musicam tractent talibus harmoniis & talibus melodis esse agonizatores: ad aliud enim non agonizant, nisi vt homines purificent à tristibus & meroribus & aliis malis passionibus. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Dicimus autem non vnus utilitatis gratia oportere vt musica, sed plurium gratia, scilicet utilitatum. Et dat exemplum, ibi, Erenim Iudi gratia, supple, est musica, & purificationis, à passionibus scilicet. Quid autem dicimus purificationem, nunc quidem simpliciter, id est, vniuersaliter dicimus, iterum autem in his quæ de poetica, vbi scilicet, metra distinguemus, dicemus manifestius. Tertio autem ad deductionem, supple, est musica, ad remissionemque & ad distensionis requiem, secundum quod ludus requies est, vt in præhabitis dictum est. Et ex his concludit, ibi, Manifestum quod vtendum omnibus harmoniis, ad diuersas scilicet utilitates, sed ad disciplinam quidem, supple, vtendum est, maxime moralibus, ad auditum autem aliorum manu laborantium, qui scilicet requie indigent, & practicus, supple, vtendum est, & raptiuus, quæ scilicet passionibus releuant animas.

f Et ponit rationem, ibi, Quæ enim circa quasdam animas accidit passio fortiter, hæc in omnibus existit, animalibus scilicet per naturam musicæ: differt autem in eo quod minus & magis: vnum enim mouet minus & alterum magis. Et dat exemplum, ibi, Velut misericordia & timor, & aliæ scilicet huiusmodi passiones. Et subdit. Adhuc autem raptus, supple, fit ex musica. Erenim ab hoc, raptus scilicet, motu decenti quædam sunt, supple, musicæ. Et ostendit quomodo, ibi, Ex sacris autem melodis videmus hos, id est, quosdam, qui vsi fuerunt melodis de irascentibus animam, restitutas, sicut medicina fortitas & purificatione. Et propter hoc in præhabitis vocauit pharmaciam. Et subdit, quod in aliis passionibus est similiter, ibi, Idem autem hoc necessarium pati, supple, est, & misericordes & timidus & totaliter passiuus: alios autem, id est, diuersos, quantum talium, scilicet passionum, adiacet unicuique & omnibus fieri quandam purificationem, à passione scilicet, & alleviari, supple, quemlibet, cum delectatione. Ex omnibus his infert maximam utilitatem quam facit musica, ibi, Similiter autem & melodia purificatiua, supple, existente, exhibent innocuam regionem hominibus. Propter quod talibus quidem harmoniis & talibus melodis ponendum musicam tra-

ctantes agonizatores, supple, ad talia enim agonizant, & idem viles sunt in politicis.

g Deinde cum dicit, Quoniam autem spectator duplex, &c. determinat finem & diuersitatem musicæ in comparatione ad auditorem & spectatorem. Et diuiditur in partes duas, ita quod in prima docet qualiter musica aptanda est ad spectatorem siue auditorem. In secunda reprehendit Socratem de hoc quod musicas laudauit, quæ fistularum habent potentiam, ibi, In politia autem Socrates non bene, &c. Sententia primæ partis est hæc, quod spectator siue auditor musica duplex est: quidam enim est liber & eruditus, & quidam est onerosus, ex banauis, & vilibus mercenariis compositus: & oportet agones & musicam & alia exercitia ciuilia querere in conformitate ad spectatorem. Vnde quando spectator laceratus est & distortus, distortam & transgressam oportet esse musicam, quia similia similibus congaudent: & quando est ad ludum humanum musica & liberiorum, oportet esse morale secundum virtutem: & talem dicit esse eam quæ cuiusdam est Doristi musici. Quidam tamen libri habent, Choristi, & illa est, quæ fit per chorum, in quo sicut antè dictum est, est consonantia & congregatio simularum. Si autem est Doristi litera, tunc Dor, regio est maritima, quæ interpretatur generatio, eò quod multa generatio hominum fit ibi: sicut etiam dicitur Germania, quasi germinans populos. Et dicitur Dorista qui musicis canit in natalibus hominum, sicut in antè habitis dictum est de Antiocho, & in Actibus Apostolorum de Herode, & Marc. 9. vbi puellæ saltanti datum fuit caput Ioannis Baptistæ. Et addit. Si qua alia est musica talis, illa admittitur in talibus ludis. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Quoniam autem spectator, id est, auditor musicæ (inde dicuntur scientiarum spectamina) duplex, supple, est, hic quidem liber & eruditus (liberum dicit ciuilem, quia ciuis liber est: eruditus verò, disciplinatum vocat in ciuilibus) hic autem, alius scilicet, onerosus (onerosi dicuntur in moribus graues ad conuiuendum in societate) ex banauis & mercenariis & aliis talibus moribus compositus, & ille est rusticus & vitiosus, quem discolum & litigiosum dicit in 4. Ethic. Et subdit qualiter melodia ad conformitates talium querenda sunt, ibi, Assignandum agones & speculationes, exercitiorum scilicet, quæ talibus ad requiem, supple, sunt. Et quæ sunt illa, subiungit, ibi, Sunt autem sicut ipsorum animæ distortæ ab eo qui secundum naturam habitæ sunt & deprauatæ: sic &, id est, etiam harmoniarum transgressiones & melodiæ rigida & disceptæ, ab optima scilicet modulatione, supple, sunt talium. Et quia posset aliquis dicere, quod non essent illæ delectationes vel delectabiles, responder, ibi, Facit autem delectationem singulis quod conueniens secundum naturam: & idem distortis distorta conuenit melodia. Propter quod dandum potestatem agonizantibus, qui scilicet exercent exercitium musicæ ad spectatorem talem tali aliquo gerere musicæ vt, vt scilicet musica aptetur unicuique secundum habitum animæ.

b Ad

b Ad ludum autem, ciuilem scilicet, sicut dictum est, in præhabitis scilicet, moralibus melodiarum vtendum: quia scilicet sunt de virtutibus & harmoniis talibus. Quæ autem sint tales subdit, ibi, Talis autem quæ Doristi vel Choristi, sicut diximus prius. Suscipere autem oportet & si quam aliam, supple, musicam; præter Doristam nobis approbauerunt communicantes eo quod in philosophia, exercitio & disciplina quæ circa musicam, supple, communicantes aliorum. Illorum enim est approbare: quia cuiuslibet in sua scientia experto credendum est.

i Deinde cum dicit, In politia autem Socrates non bene, &c. reprehendit Socratem de hoc quod laudauit musicas quæ fistularum habent potentiam. Et habet duas partes, in quarum prima ponit reprehensibiles musicas. In secunda dicit quæ consideranda sunt in musica, vt sit bona & conueniens, ibi, Sunt autem due considerationes, &c. Sententia primæ partis est hæc, quod Socrates non bene fecit laudando musicam Phrygisten, id est, quæ Phrygium canit bellum, id est, Troianum: quia eandem potentiam cum fistulis habet, eo quod ambo iram prouocant. Et admittit etiam musicam quæ est Doristi, de qua iam dictum est. Et probat, quod eandem habent potentiam & fistulæ & talis musicæ quod ambæ iram prouocant & passionis sunt illatiuæ: omnis enim motus petulantia & lasciuia, sicut manifestat poetis poetarum, maxime est in fistulis & in Phrygiis harmoniis, propter raptum Helenæ: & idem tales non sunt commendandæ, mouent enim puellas & matronas ad lasciuas. Dicit tamen, quod in his musicis decens acceperunt, vt videtur Phrygista musica suum cantum confecisse de tyrannidibus quas exercuerunt Græci contra Phrygios: & talia multa ponunt exempla, qui circa hoc exercitati sunt, & addunt ad hoc quod Philoxenus quidam conatus est facere dithyrambum, id est, duplex metrum tyrannicum per fabulas musicas, & non potuit, & ab ipsa natura de Dorista decidit in Phrygista conuenientem harmoniam. Adhuc autem de Dorista omnes confitentur tanquam existente stabilissima, quam etiam canebant vates in fabulis, & quæ maxime habet morem virilem. Adhuc addit vterius rationem: quia in omnibus virtutibus quæ circa passiones sunt, superabundantias vituperamus, & medium laudamus, quod ita in melodis faciendum est. Et quia Dorista maxime circa medium est, circa illam maxime oportet instrui iuuenes. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. In politia autem Socrates non bene Phrygisten solum admittit cum ea quæ Doristi: & hoc, supple, dicit, reprobandis organorum fistulam. Vna enim causa reprobationis est in vtriusque. Et hoc est. Habet enim eandem potentiam Phrygista harmoniarum, id est, inter harmonias quam quidem fistula inter organa, supple, habet. Et subdit quomodo. Ambo enim iram prouocantia, supple, sunt, & passionis illatiua, itæ scilicet & furoris. Et idem si Socrates admittit carmina Doristi, debet etiam admittere fistulas.

k Et hoc probat ex poetis, ibi, Manifestat autem poetis: omnis enim petulantia & omnis

talis motus, lasciuia scilicet, organorum inter organa est in fistulis. Harmoniarum autem, id est, inter harmonias, in melodis Phrygisti. Et causa est: quia in eis est illecebrosus raptus Helenæ, quæ cum morti tradenda fuisset, victori marito tradita & deliciis thori associata. Et subdit qualiter confecta est illa poetis. Accipiunt autem hoc quod decens, poetæ scilicet, puta de Tyannibus, Hectore scilicet, & Vlyse confecisse videtur Phrygius, dictamen suum scilicet. Et huiusmodi exempla multa dicunt, ad decorem scilicet dictaminis, qui circa sensum talis dictaminis habent, id est, laborant, aliaque, supple, dicunt, quod Philoxenus poetæ, qui, sicut dicitur in 3. Ethic. capitulo, de temperantia & castitate Eryxius fuit natione & gulosus: vnde in piscium pulmenti voratione orabar fauces longiores græ sibi fieri. De hoc dicunt, quod conatus est in Dorista, id est, metro Doristico, dithyrambum fabulosè facere, sed non fuit potens, & idem ab ipsa natura, talis metri scilicet, decidit in Phrygista conuenientem harmoniam.

l Vterius addit rationem. Iterum de Dorista autem omnes confitentur tanquam stabilissima confitentur & maxime habente morem virilem. Adhuc autem quoniam medium quidem in passionibus, supple, superabundantiarum, excellentiæ scilicet & defectus, laudamus, & dicimus persequi oportere, medium scilicet, Dorista autem hanc habet naturam ad alias harmonias, quod scilicet medium est, manifestum, quod Doricas melodias oportet erudiri magis iuniores.

m Deinde cum dicit, Sunt autem due considerationes, &c. ponit quid considerandum sit in bona melodia, scilicet quod possibile est secundum ætatem, & quod est decens: rigidam enim musicam non potest perficere facile qui abdicatus est per tempus, id est, processit in ætate, sed remissas. Et idem à musicis reprehenditur Socrates: quia remissas musicas reprobaui, tanquam inebriatiuas & non valentes ad disciplinam, tanquam Socrates acceperit ebrietatem non secundum potentiam ebrietatis, quia ebrietas petulans est & impetiosa: sed accipit eas sicut abdicatas à iuuenibus. Ex hoc concludit, quod ad futuram ætatem seniorum oportet tales harmonias, remissas scilicet, & tales melodias tangere. Adhuc considerandum est si quæ est talis harmoniarum, quæ decet puerorum ætatem, propterea quod potest ornatum habere simul & intellectum, quæ Lydista videtur maxime pati inter omnes harmonias. De Lyda autem, sicut dicit Papias, sedes est antiqua regnorum, quam Pactoli fluuij vnda exulit, id est, exaltauit, quæ est arenis aureis ditissima: & idem propter nouas ibi inuentiones auri suauissima sunt ibi carmina & iucunda: & idem etiam in dictamine de Angelis dicuntur Perlyditæ, id est, valde Lyditæ, quod carmen quilibet Angeli canunt coram Deo. In fine concludit, quod in musicis quibus instruendi sunt iuuenes, tria consideranda sunt, scilicet quod sit medium alicuius virtutis, & quod sit possibile cantanti, & quod sit decens secundum ætatem. Hæc est sententia. Litera sic ordinatur. Sunt autem due considerationes habendæ, supple, in musicis:

musicis. Et subdit quæ, scilicet quod possibile, & quod decens. Et dat rationem, ibi, Etenim quæ possibilia oportet tractare magis, & quæ decent singulos. Et subdit qualiter accipiuntur, ibi, Sunt autem & hæc determinata ætatibus. Et dicit quomodo. Velut abdicatis per tempus, sicut senibus, non facile cantare rigidas harmonias, sed remissas iniicit talibus. Et ratio est. Ex defectu enim ætatis acuitur vox in senibus, & rigidas harmonias cantare non possunt. Ex hoc dicit increpationem Socratis, ibi, Propter quod bene increpant & id est, etiam hoc aduersus Socratem quidam eorum qui circa musicam, supple, studuerunt. Et subdit de quo, ibi, Quod remissas harmonias reprobauerit ad disciplinam, tanquam inebriatus accipiens ipsas, musicas scilicet, non secundum potentiam ebrietatis petulantiam (ablatiui casus) quia ebrietas vera petulantiam facit. Et hoc est. Impetuosum enim ebrietas facit magis, sed abdicatas quæ supple senibus conueniunt scilicet remissæ harmoniæ. Et ex hoc concludit vterius, ibi, Quare ad futuram ætatem seniore[m] oportet tales harmonias tangere, & melodias tales, remissas scilicet.

Adhuc autem si qua est talis harmoniarum quæ decet puerorum ætatem propterea quod potest ornatum habere in moribus simul & intellectum, in disciplina scilicet. Et subdit quæ sit illa, ibi, Vt quæ Lydis videtur pati maxime harmoniarum, id est, inter harmonias omnes, palam, quia tres has faciendum ad disciplinam, scilicet iuuenum. Et enumerat quas tres, ibi, Quod medium, scilicet virtutem habeat, & quod possibile, & quod decens.

F I N I S.

Ecce hunc librum cum aliis physicis & moralibus exposui ad utilitatem studentium: & rogo omnes legentes, vt attendant, quod in hoc libro non tractatur nisi de actibus voluntariis hominum, qui, sicut dicit Arist. in 3. Ethic. ad nullam vnã regulam communem redigi vnquam possunt, sicut nec ædificatio Lesbiæ. Et maxime sequitur politias Orientalium & Ægyptiorum, qui semper immundissimi fuerunt coitas & immundissimi cultus, sicut hodie sunt. Nec Aristoteles dicit de se hoc, sed recitat qualiter tales gentes politias suas ordinauerunt. Nec ego dixi aliquid in isto libro, nisi exponendo quæ dicta sunt, & rationes & causas adhibendo. Sicut enim in omnibus libris physicis nunquam de meo dixi aliquid, sed opiniones Peripateticorum quantò fidelius potui exposui. Et hoc dico propter quosdam inertes, qui solatium suæ inertie querentes, nihil querunt in scriptis, nisi quod reprehendant: & cum tales sint torpentes in inertia, ne soli torpentes videantur, querunt ponere maculam in electis. Tales Socratem occiderunt, Platonem de Athenis in academiã fugauerunt, in Aristotelem machinantes etiam eum exire compulerunt, sicut ipse dixit, Athenis nunquam defuit pyrus super pyrum, id est, malum super malum. Non consentio Atheniensibus bis peccare in philosophiam. Sed hoc tantum pro talibus. Qui in communicatione studij sunt, quod hepar in corpore: in omni autem corpore humor fellis est, qui evaporando totum amaricat corpus, ita in studio semper sunt quidam amarissimi & fellei viri, qui omnes alios conuertunt in amaritudinem, nec sinunt eos in dulcedine societatis querere veritatem.



I N D E X

Rerum & verborum notabilium, quæ tam in textu quam in commentariis politicorum continentur.

A



A BORTVS cieri quando licitum. libro 7. capite 14. u
 Abydena sodalitia. 1.5.c.4.m
 Abydenorum magistratum electio. 1.5.c.4.f
 Achæi Theſſalis finitimi. 1.2.c.7.b
 Achæi Træzenios socios suos Sybari ciuiunt. 1.5.c.2.p
 Achæi Pontici, crudeles. 1.8.c.2.p
 Acies diuellit etiam parmarum fossarum transitu, vel paruorum aperturarum penetrationibus. 1.5.c.2.r
 Acquirendi ars est quædam naturalis species possessiua. 1.1.c.6.k
 Non est infinita. 1.1.c.6.l
 Actionibus & negotiis vacare, an laudabilius quam actiones capeſſere ac negotiis implicari. 1.7.c.2.t
 Actiua vita quæ. 1.7.c.2.z
 Actio & factio specie differunt. 1.1.c.2.g
 Actionum honestatem sine potissimum merimur. 1.7.c.12.i
 Actionum differentia. 1.7.c.13.c
 Actionum differentia pro ratione finis seu scopi. 1.8.c.1.h
 Adamas à Coty cur defecerit. 1.5.c.7.z
 Adulatoris & ἀναγορε affinitas. 1.4.c.4.g. & h
 Adulatores cur apud tyrannos & apud plebem sint in pretio. 1.5.c.8.r
 Adulterio stuprum pensatur. 1.5.c.2.f
 Adulterij punitio seditionem mouet. 1.5.c.4.n
 De Adulteriis lex. 1.7.c.14.y
 Adium priuatarum in vrbe dispositio melior. 1.7.c.9.f
 Adificiorum corruentium curatores publici. 1.6.c.6.c
 Ægina mercatoribus abundat. 1.4.c.4.a
 Æginæ Reipubl. mutatio quomodo tentata. 1.5.c.4.h
 Ægyptiæ pyramides. 1.5.c.8.l
 Ægyptij mathematicæ scientiæ inuectores. 1.1.c.1.k

Ægyptiorum medicorum in purgandis corporibus mos. 1.3.c.10.b
 Ægyptij agricolas à militibus distinctos habent. 1.7.c.7.i
 Ægyptij, populus antiquissimus. 1.7.c.7.ii
 Agamemnon pro concione conuitia patitur: in expeditione autem, imperij vires exserit. 1.3.c.9.c
 Agamemnonis vorum de decem consiliis. lib. 3. c.10.g
 Æquale, iustum videtur esse. 1.3.c.6.b
 Æquales in aliquibus, se in omnibus æquales esse putant. 1.3.c.6.d
 Æqualia inæqualibus non conueniunt. lib. 3. c.10.x
 Æqualitas mutua & reciproca tuerur ciuitates. 1.2.c.1.i
 Æqualitatem in ciuitate Phalcas esse vult possessionis & institutionis. 1.2.c.4.c
 Æqualitas quorum sit & quorum inæqualitas. 1.3.c.8.b
 Æqualiter rectum quod. 1.3.c.8.t
 Æquatio facultatum in repub. 1.5.c.6.i.i
 Æquum esse videtur, vt quod multitudini visum fuerit, ratum habeatur. 1.5.c.6.m.m
 Æqualitas duplex est. 1.5.c.1.k
 Æqualitas & inæqualitas vt seditiones in rebus publicis pariat. 1.5.c.2.g
 Æqualitas pro merito & dignitate, stabiles efficit respub. 1.5.c.5.h
 Æs & ferrum animis quibusdam à Deo admistum. 1.2.c.2.σ
 Æsymmetæ qui vocentur à Græcis. 1.3.c.9.f
 Ætatum distinctio in bellicis muniis. 1.6.c.5.i
 Æthiopes imperia pro staturæ dignitate conferunt. 1.4.c.2.k
 Æthiopum vita vt in pluribus est 30. annorum secundum Auicennam. ibid.
 Affectiones aliæ alias superant, vt res in quas cadunt, aliæ aliis superiores sunt. lib. 7. c.1.g
 Affectus mire cient musici moduli. 1.8.c.4.li
 Affectus variè cientur pro harmoniæ diuersitate. 1.8.c.4.l
 Aflatus enthusiastici. 1.8.c.6.t

V v

Ager

I N D E X

Index rerum.

Ager ciuitatis quantus & qualis esse debeat. 1.7. c.4.c
 Ager ciuitatis penes quos esse debeat. lib. 7. c.7.0
 Agri diuisio. 1.7.c.8.a. & seq.
 In Agonibus exercitatus, celeritatis & tarditatis habetur ratio. 1.3.c.8.g
 Agricola ciuitati alendæ necessarius. 1.4.c.3.c
 Agricola è quali hominum genere esse debeant. 1.7.c.8.g
 Vel ferui sunt, vel barbari aliqui, aut finitimi. 1.7.c.7.f. & c.8.g
 Agriculturæ & militiæ studia apud multos coniuncta. 1.4.c.3.h & l
 Agriculturæ studium vt excitatum olim. lib. 6. c.3.b
 Agriculturæ & militiæ studium an diuidi in republica debeat. 1.7.c.7.i
 Alcæi poetæ locus aduersus Pittacum & ciues suos. 1.3.c.9.g
 Aleyones matris suæ amorem detestatur filius Diocles. 1.2.c.11.f
 Aleuadæ Larissæ principes. 1.5.c.4.m
 Alimentorum ratio aliis alia prospecta à natura. 1.1.c.6.f. & seq.
 Alimentorum diuersitas, viras quoque diuersas efficit. ibid.
 Alimentum minus puri cum puro commistio. 1.3. c.7.t
 Amadocus Seuthis insidias cur expertus. lib. 5. c.7.g.g
 Amantes præ nimio amore coalescere cupiunt. 1.2.c.11.f
 Amasij contumeliosus dictis aut factis grauissimè exasperantur. 1.5.c.7.0 & seq.
 Amasidis dictum de pedum lotore. lib. 1. c.9.b
 Amatoria controuersia inter duos adolescentes, Syracusanæ reipub. mutationis causam præbuit. 1.5.c.2.f
 Ambidextros esse ciues suos vult Plato. lib. 2. c.11.g
 Ambitio sæpe ad insidias struendas incitat. 1.5. c.7.ii
 Ambitiosi quam offensionem omnium ægerri- mè ferant. 1.5.c.8. q q
 Ambraciæ census olim exiguus tandem prorsus neglectus fuit. 1.5.c.2.n
 Ambraciæ populus tyranno eiecto reip. clauum sibi asseruit. 1.5.c.2.ii
 Amici, æquales & similes. 1.3.c.10.ii
 Prima lex Amicitiae sancitur, vt amicis non nisi honesta faciamus. 1.2.c.1.f
 Amicorum est idem velle & nolle. ibid.
 Amicitia diluta seu aquosa. 1.2.c.1.t
 Amor an concedendus, vbi consuetudo adimitur amantibus. 1.2.c.1.p
 Amor sui, amor pecuniarum, & similia, si modum excedant, habentur vitiosa. lib. 2. c.2.d
 Amore sui non temere nec frustra quisque, sed naturâ ducitur. ibid.
 Amorem matris suæ detestatur filius. lib. 2. c.11.u
 Amor ardens in ardens odium vertitur. lib. 7. c.5.e
 Amphipolitæ à Chalcidensium coloniis maxima ex parte suis sedibus expulsi. lib. 2.

c.2.p
 Amphipoli seditionem inter diuites & Chalci- denses colonos excitat Cleotimus. lib. 5. c.4.h
 Amyntas minor. 1.5.c.7.r
 Amyntas, Archelai gener. 1.5.c.7.u
 Androdamas Reginus quibus & quas leges tu- lerit. 1.2.c.11.g
 Anima corpore posterior ortu. 1.7.c.14.c
 Animæ partes duæ, quarum altera per se ratio- nis est compos, altera quidem ratione vacat, potest tamen rationi parere. ibid.
 Anima corpori dominatur, despotico princi- patu. 1.1.c.3.e
 Animam alij harmoniam esse, alij harmoniam habere, vnde dixerint. 1.8.c.4.0
 Animis mutantur in audiendis musicis modu- lis. 1.8.c.4.f
 Omne Animal abundat, vbi abundat suus ci- bus. 1.1.c.6.e
 Animalium multiplex vita. 1.1.c.6.f
 Propter Animalia plantæ, animalia verò propter homines. 1.1.c.6.i
 Animalia vt viuunt. 1.7.c.11.n
 Animis aliis aurum, aliis argentum, aliis æs & ferrum à Deo admistum. 1.2.c.2.0
 Annon Chartagine tyrannidem affectauit. 1.5. c.6.e
 Anni magistratus. 1.4.c.12.a
 Ansthenis dictum de leporum & leonum concione. 1.3.c.8.y
 Antimedes & Alcæus Mitylenæorum exulum duces. 1.3.c.9.g
 Anrissæi Chios exules ob insidias eiiciunt. lib. 5. c.2.p
 Aphytolorum lex. 1.6.c.3.m
 Apollodori Lemnij scripta de re rustica. lib. 1. c.8.f
 Apollonia in Ionio sinu qua imperij forma sic vsa. 1.4.c.2.l
 Apolloniæ ad Euxinum, ab inquilinis suis in- uaduntur. 1.5.c.2.p
 Apollonia Pontica oligarchiæ mutationem val- de experta. 1.5.c.4.h
 Appetitus post corporis curam in institutione puerorum informandus est. 1.7.c.14.c
 Arabæus & Sirra. 1.5.c.7.u
 Arbitrarius cur vbique fidissimus. 1.4.c.10.f
 Aquarum & ventorum vis. 1.7.c.9.b
 Aquarum copia ciuitati necessaria. ibid.
 Aquæ pluuiæ receptacula. ibid.
 Aquæ salubres. ibid.
 Arbitratorum iudiciorum examen. 1.2.c.6.e
 Arcadum sparsa habitacula. 1.2.c.1.i
 Archelaus Cratæi insidias cur expertus. 1.5.c.7. u & dd
 Archii Thebani punitio. 1.5.c.4.n
 Archiloci locus de iræ aduersus amicos exan- descencia. 1.7.c.5.e
 Archytæ crepitaculum. 1.8.c.4.r
 Areopagiticus senatus, oligarchicus est. lib. 2. c.11.b.
 Areopagiticus senatus ab Ephialte occisus. 1.2. c.11.c
 Areopagitici consilij auctoritas & potentia Per- sici belli tempore. 1.5.c.2.dd
 Argentum animis quibusdam à Deo admistum. 1.2.c.2.0

Argini

Index rerum.

Argini à Cleomene Lacedæmonio attriti, finiti- mos in ciuitatem recipiunt. 1.5.c.2.l
 Argis ostracismus cur vsurpatus. 1.5.c.2.g
 Argis nobiliores post Mantinense prælium, po- pulum conuellere nituntur. 1.5.c.2.ff
 Argonautæ Herculem cur reliquerunt. 1.3. c.8.aa
 Ariobarzanes Mithridatis insidias cur expertus. 1.5.c.7.gg
 Aristocrata quid sit & vnde dicta. lib. 3. c.5.f
 Aristocratiæ oligarchiæ speciem faciunt non- nulli. 1.4.c.2.f
 Aristocrata & *Stoia* separari nequeunt. 1.4. c.7.e
 Aristocratiæ scopus, virtus. 1.4.c.7.g
 Aristocratiæ vulgo dictæ, in plerisque ciuitati- bus ab optima reipub. forma desectant. 1.4. c.9.a
 Aristocratiæ à politis specialiter sic dictis quare differant. 1.5.c.5.g
 Aristocratiæ quæ dicantur. ibid.
 In Aristocratiis seditiones vnde existant. lib. 5. c.5.a
 Aristocrata, oligarchia quædam est. lib. 5. c.5. a. & k
 Aristocratica respublica, in qua pro virtuti- bus & meritis honores conferuntur. 1.3. c.3.c
 Aristocrata rebuspub. conuenientior quam re- gnum. 1.3.c.10.k
 Aristocratica multitudo quæ. 1.3.c.10.ll
 In Aristocraticarum rerumpublicarum institu- tione qua re multi delinquant. 1.4.c.10.g
 Aristogiton Harmodij amicus & socius. 1.5. c.7.0
 Aristophanis dictum de amicitia. 1.2.c.1.f
 Aristotelis dictum cum in Athenienses inuehe- retur. 1.3.c.1.a
 Arma & gymnasia feruis interdicta in Creta. 1.2. c.9.c
 Arma populo cur adimant tyranni. 1.5.c.7.k
 Arma ciuitati necessaria. 1.7.c.6.e
 De Armis lex. 1.4.c.10.m
 Armatura grauis, opulentorum est: leuis tenu- iorum. 1.6.c.5.g
 Armatura grauis sine ordinum collocatione inu- tilis est. 1.4.c.10.f
 Ars naturam imitatur, non tamen æquat eam. 1.1.c.1.h
 In vnaquaque arte desiderium finis est infini- tum, eorum verò quæ sunt ad finem, ha- bet terminum iuxta regulam & mensuram finis. 1.1.c.7.m
 Artium & scientiarum omnium finis, bonum est. 1.3.c.8.a. & seq.
 Ars quæque considerat quid generi cuique con- ueniat. 1.4.c.1.a
 Artium quibus ciuitati opus est, duo gene- ra. 1.4.c.3.c
 Ars omnis & institutio, naturæ defectum sup- plere nititur. 1.7.c.15.0
 Artapanus Xerxem cur peremerit. 1.5.c.7.ee
 Artifices an oportet habere virtutem. 1.1. c.9. i & k
 Artifices plerique diuites. 1.3.c.3.c
 Artificum opera cuique ciuitati opus est. 1.3. c.3.d

Artifices Thebis qua conditione ad magistratus admitti. ibid.
 Arx, monarchica & oligarchica munitio. 1.7. c.9.c
 Astani feruilioribus ingeniis præditi quam Eu- ropæi. 1.3.c.9.d
 Asiata plerique equos aduersus hostes alebant. 1.4.c.2.b
 Asiatica ingenia qualia. 1.7.c.5.B
 Ex Astrologia olei fertilitatem prospicit Thales. 1.1.c.8.h
 Athenienses Samiis, Chiiis, & Lesbiis potitij contra pacta eos occiderunt. 1.3.c.8.cc
 Atheniensis reipublicæ formæ examinatur. 1.2. c.11.b
 Athenis populare imperium pro paucorum do- minatu à Solone institutum est. ibid.
 Athenienses ab Aristotele acriter reprehensi. 1.3. c.1.a
 Atheniensis respublica post tyrannos eiectos à Clitthene vt mutata. 1.3.c.1.h
 Athenis *πρωθυμια* muneris imminutus bello La- conico. 1.5.c.2.l
 Atheniensis populus sub quadringentorum im- perio qua spe deceptus fuerit. 1.5.c.2.mmm
 Atheniensium ij qui Piræum incolunt, magis plebeij sunt quam qui vrbem. 1.5.c.2.r
 Athenienses in ciuitatibus subiugatis tollebant oligarchias. 1.5.c.5.0
 Athleticus corporis habitus. 1.7.c.14.q
 Athletica habitudo an in ciuitatem iatrodu- cenda. 1.8.c.2.n
 Auaritia insatiabilis. 1.1.c.7.p
 Auaritia imperiorum formas mutauit. 1.3. c.10.n
 Audacia ad quæ utilis. 1.2.c.7.e
 Audire pueritiam quæ deceat. 1.7.c.15.f
 Auditionibus primis familiariores sese præbent auditores. 1.7.c.15.m
 Auerois dictum de hominum seruitute. 1.2. c.1.b
 Augmenta & incrementa si præter proportio- nem fiant, seditiones nonnunquam in re- excitant. 1.5.c.2.k & cc
 Aurum animis quibusdam à Deo admistum. 1.2. c.2.0
 Autophradates quibus Eubulimontis ab Acar- nei obsidione auocatus. 1.2.c.4.i

B

Byloniæ regionis amplitudo & felicitas. 1.2.c.3.d
 Babylon præ vasta amplitudine se captam esse toto triduo non sensit. 1.3.c.1.l
 Babylonij à Persarum rege cur sæpius accisi. 1.3. c.8.cc
 Bacchatio. 1.8.c.5.k
 Barbari qui. 1.1.c.1.i
 Barbarorum seruitus Græcis quadammodo de- bira. 1.1.c.1.k
 Barbari feruilioribus ingeniis præditi quam Græci. 1.3.c.9.d
 Barbarica regna qualia. ibid.
 Barbitus vetus instrumentum musicum. 1.8. c.5.c
 Beata vita quæ. 1.7.c.1.a. & seq.
 Beatè viuere in quibus positum. 1.7.c.11.e
 Beatitudo

Index rerum.

Beatitudo vnus hominis & totius ciuitatis an-
eadem. 1.7.c.2.a & seq.
Beatitudo sine virtute esse non potest. lib. 7
c.7.f
Beatitudo vulgo in operibus & voluptatibus po-
nitur. 1.5.c.8.gg
Beatitudo vulgo in externis bonis collocatur. 1.7.
c.11.g
Beatitudo cum voluptate esse coniuncta creditur
ab omnibus. 1.8.c.2.d
Beatorum insulae. 1.7.c.13.q
Bellatrix ciuitatis pars an à rustica sciungi de-
beat. 1.7.c.7.i
Bello victa, victoris esse, iubet lex. lib. 1.
c.4.a
Bello in arceptorum liberis, alimenta è publico
decreuit Hippodamus. 1.2.c.5.e
Bellica ars, & ipsa est acquirendi ratio. lib. 1.
c.6.i
Bellum pacis gratia est. 1.7.c.13.p
Bellum ad iustitiam & temperantiam ciues adi-
git. 1.7.c.13.q
Bellicis vsibus habiles, equites grauis armatu-
rae milites, velites, nauales copia. lib. 6.
c.5.g
Bellicarum rerum cura, in rebuspubl. pulchra
quidem est, non tamen summus omnium
finis. 1.7.c.2.p
Ad bellicas artes multorum populorum institu-
tio & leges directae. 1.7.c.2.i
Bellicae res penes quos in repub. esse debent. 1.7.
c.7.d
Bellicae artes cur exercendae. 1.7.c.13.m
Benefactores populi aut gentis, reges olim crea-
bantur. 1.5.c.7.f
Bestiae rationem non sentiunt, sed affectibus in-
feriunt. 1.1.c.3.h
Bonum est, quod omnia optant, & propter quod
agunt quidquid agunt. 1.1.c.1.a
Ex bonis quomodo boni generantur. lib. 1.
c.4.h
Bonorum communio reicitur, quam statuit So-
crates. 1.2.c.2.a & seq.
Bona sua vendere quando licitum apud Locros.
1.2.c.4.d
Boni viri virtus quae. 1.3.c.2.c
Boni viri à promiscua multitudine, qua re dif-
ferant. 1.3.c.7.m
Bonum quodcumque, an cum quocumque con-
ferendum. 1.3.c.8.f
Bonum, finis est artium & scientiarum om-
nium. 1.3.c.8.a & seq.
Boni finis instructione. 1.3.c.10.pp
Bonus & vir & ciuis aliquis esse potest in aristo-
cratia. 1.4.c.6.b
Boni fieri multi non possunt. 1.5.c.9.b
Bona animi quo maiora, eò vtiliora. lib. 7.
c.11.f
Bona aeterna à fortuna proficiuntur. lib. 7.
c.1.k
Bonus vir qui. 1.7.c.11.f
Bonus vir etiam aduersis vti potest. ibid.
Bonus vir quomodo fiat. 1.7.c.11.i
Boni, virtutisque & honestatis studiosi, tribus
modis finis. 1.7.c.11.k
Bonis vti non posse turpe. 1.7.c.12.r
Brachmanorum rex Didimus quid de habi-
tatione & vestitu scripserit Alexandro. lib. 2.

cap.5.a
Bugafori locus de physiognomia Hipocra-
tis & cuiusdam Regis Perfarum. lib. 5.
cap.9.b
Bos pauperibus pro seruo est. 1.1.c.7.l
Byzantij piscatores multi. 1.4.c.4.a
Byzantij inquilinos cur eiecerint. 1.5.c.2.p

C

CAlcei vsus duplex. 1.1.c.7.b
Calculi ius plebi qua cautione dandum est
in oligarchia. 1.4.c.11.p
Camerina oppidum Siciliae. 1.2.c.9.c
Campforia non est secundum naturam. lib. 1.
c.7.c
Campforia quomodo introducta. 1.1.c.7.f
Cantus inter epulas delectat. lib. 8. cap. 2. g
& seq.
Cantus harmonia quae quibus conueniat. 1. 8.
c.6.g
Capistro incingi. 1.5.c.2.l
Carthagine aristocratica est reipub. forma. lib. 4.
c.6.d
Carthagine plebs vt demulceatur. 1.6.c.4.r
Carthaginensium respub. examinatur. 1.2.c.10.a
& seq.
Carthaginensis democratia in pecunia studio ni-
hilominus perstat. 1.5.c.9.g
Carthaginenses pro expeditionum numero an-
nulum numerum militantis augebant.
1.7.c.2.l
Catansenium legislator Charondas. libro 2.
c.11.c
Celtae, bellicosa gens. 1.2.c.7.e
Celtae natos suos aduersus frigora vt indurent.
1.7.c.15.c
Celtarum disciplina & leges, maxima ex parte ad
bellicas artes directae. 1.7.c.2.k
Pro Censu amplitudine magistratus conferun-
tur in quibusdam democratias. 1.3.c.3.c
Pro Censu diuersitate, potestas quoque diuer-
sa in repub. 1.3.c.7.z
Pro Censu amplitudine magistratus confe-
runtur in oligarchiis. 1.4.c.4.n
Census quantus statuendus in bene constituta
republica. 1.4.c.10.p
Census mutatio, reip. mutandae occasioem praer-
bet inrerdum. 1.5.c.4.p
Census annui in quibusdam ciuitatibus: in ma-
ioribus, tertio aut quinto quoque anno
fiunt. 1.5.c.6.i
Census mutationes quae fiunt in rebusp. quomo-
de prohibendae. ibid.
Census aequatio in democratia. 1.6.c.2.a
Census Aphytorum. 1.6.c.3.m
Censuum diuisio in temperatissima oligarchiae
specie. 1.6.c.5.b
Censuum legibus definitum qui expleuerint, ad
magistratus admittuntur. ibid.
Chalcidicarum ciuitatum per Italiam & Sicilia
legislator Charondas. 1.2.c.11.e
Chalcidensium legislator Androdamas. lib. 2.
c.11.g
Chalcidenses, equos aduersus hostes alebant. 1.4.
c.2.b
Chalcidensium coloni Amphipolitas magna ex
parte eiciunt. 1.5.c.2.p
Chalci

Indx rerum.

Chalcidenses colonos Amphipoli contra ditio-
res concitat Cleotimus. 1.5.c.4.h
Chalcidensis tyrannis in oligarchiam versa. 1.5.
c.9.e
Chaones (vel potius Chones) populus Italiae.
1.7.c.7.k
Charetis Parij scripta de agricultura. lib. 1.
c.8.f
Charetæ in Aegnia conatus. 1.5.c.4.h
Charilai Spartanorum regis tutor & patruus Li-
curgus fuit. 1.2.c.9.b
Charilai tyrannis Lacedaemone in aristocratiam
versa. 1.5.c.9.c
Charicles triginta tyrannis assentatur. lib. 3.
c.4.f
Charondas appellabat in domo communican-
tes, homotypios, quasi vnus pulmenti. 1.1.
c.1.m
Charondas Catanensis, ciuitatis suae legislator.
1.2.c.11.e
Zaleuci auditor fuit. ibid.
Quas leges tulerit. 1.2.c.11.g
Charondas mediocri conditionis homo fuit.
1.4.c.9.g
Charondæ lex de iudiciis. 1.4.c.10.l
Chij ab Atheniensibus contra pacta accisi. 1. 3.
c.8.cc
Chij exules ab Antistaxis ob infidias eiciuntur.
1.5.c.2.p
Chij oligarchia vnde euerfa. 1.5.c.4.o
Chius piscatoribus abundat. 1.4.c.4.a
Choragus choro tibia ipse praecinit Lacedae-
mone. 1.8.c.5.c
Chorus vnus idemque interdum Comicus, in-
terdum Tragicus. 1.3.c.1.n
Chori magister aequabilitatem in choro insti-
tuit. 1.3.c.8.dd
Chrimatistica quibusdam viderur esse tota oea-
nomia, quibusdam vero maxima pars eius
est. 1.1.c.2.c & c.7.a
Chrimatistica non est à natura, sed ab arte. 1.1.
c.7.a
Ciborum multae species. 1.1.c.6.f
Ciborum apparatus. 1.8.c.3.e
Cinadon seditionem Spartae cur excitauit. lib. 5.
c.5.c
Cnidi oligarchia quomodo murata. 1.5.c.4.d
Vnde subuerfa. 1.5.c.4.o
Cisternae, seu aquae pluuiæ receptacula. lib. 7.
c.9.b
Cithara pueritiae interdicitur. 1.8.c.5.a
Ciues vitam qualem in bene constituta repub.
viuere debeant. 1.7.c.7.c
Ciues, consortes & participes eiusdem ciui-
tatis. 1.2.c.1.d
Ciuis, vox ambigua. 1.3.c.1.b
Ciuis qui. 1.3.c.1.d & f
Ciuis pro diuersa reipublicae forma diuersus.
1.3.c.1.d
Ciuis definitio examinata. 1.3.c.1.g
Ciuis boni & viri boni virtus an eadem. lib. 3.
c.2.a
Ciues an sunt opifices manuarij. 1.3.c.2.g
Ciuis praecleari partes posse praesse & subesse lau-
dabiliter. 1.3.c.2.f
Ciuium species plures, vt plures species ciuita-
tum. 1.3.c.3.c
Ciuis in democratias quibusdam est, qui è ci-

uis filia natus est, etiam spuritus. lib. 3.
c.3.d
Ciuis dicitur is potissimum, qui bonorum pu-
blicorum est particeps. 1.3.c.3.f
Ciuis an non sit, qui non iusto titulo ciuis est.
1.3.c.1.i
Ciues an sint opifices manuarij; lib. 3. cap. 3. a
& seq.
Ciuis generaliter qui, & qui specialiter in qua-
libet reip. forma. 1.3.c.8.e
Ciuis & magistratus virtus eadem quae viri
boni. 1.7.c.13.a
Ciuis principatus, liberorum & aequalium est
imperium. 1.1.c.5.a
Ciuis vir in belli & pacis negotia distinctus.
1.1.c.3.i
Ciuis societas quarum rerum statuenda sit.
1.3.c.6.o
Ciuis societas optima quae. 1.4.c.9.m
Ciuis multitudinis partes duae: altera, quae
arma tractat: altera, quae consilia. 1.7. c.7.d
& seq.
Ciuitatis dignitas ex fine ad quem ordinatur. 1.1.
c.1.a & b
Ciuitatis gubernator quomodo differt à patre-
familias, oeconomio & rege. lib. 1. cap. 1. a
& seq.
Ciuitas ex pluribus vicis constituitur. lib. 1.
c.1.r
Ciuitatis communicatio est sufficientissima &
perfectissima. ibid.
Ciuitas est bene viuendi gratia. ibid.
Ciuitatis communicatio est naturalissima. 1.1.
c.1.f
Ciuitas est prior secundum naturam quam do-
mus. 1.1.c.1.k
Res est naturalis è compositorum genere. 1. 3.
c.1.b
Ciuitas egisse aut non egisse aliquid quando di-
catur. 1.3.c.1.k
Ciuitas vna eademque quomodo sit, quomodo
item alia. 1.3.c.1.l
Ciuitatis imperium ac potestas penes quem aut
quos esse debeat. 1.3.c.7.a & seq.
Ciuitas quid. lib. 2. cap. 1. d. item lib. 3. cap. 1.
b & f
Optima Ciuitatis constitutio. 1.2.c.1.i
Constare debet ex dissimilibus. ibid.
Ciuitati omniane debeant esse communia. 1. 2.
c.1.e
Ciuitatem magis ac magis vnam fieri, an expe-
diat. 1.2.c.1.fi
Ciuitatis communio est priuatum in loci confor-
tio posita. 1.2.c.1.d
An praeter in Ciuitate perpetuus principatus vel
temporaneus. 1.2.c.1.k
Absoluta omnium communitas obest Ciuitati;
1.2.c.1.m & seq.
Ciuitas beata esse an possit sine beatis seu opu-
lenti custodibus. 1.2.c.2.p
Ciuitatis imperium penes vnum an esse debeat.
1.3.c.10.u
Ciuitas appellari non potest, quae natura serua
est. 1.4.c.3.c
Ciuitas honestatis magis quam necessitatis gratia
constituta. 1.4.c.3.e
Ciuitatis partes necessariae quae. lib. 4. cap. 2.
a & b

Index rerum.

Ciuitatis partes præcipuæ & maximè necessariæ quæ. 1.4.c.3.c
 Ciuitatis partes principales quæ, & ciuilibus corporis velut anima. 1.5.c.3.h
 Ciuitatis partes duæ potissimum, diuites & pauperes. 1.4.c.3.l
 Ciuitatis distributio Hippodamea in tres partes, ciuium etiam in tres partes, iudiciorum itidem in tres, examinatur & refellitur. 1.2.c.6.a & seq.
 Ciuitatis cuiusque partes tres, diuites, pauperes, mediocri fortunæ homines. lib. 4. cap.9.d
 Ciuitates magnæ à seditionibus cur magis vicariæ quam parua. 1.4.c.9.o
 Ciuitatis vnio distrahitur à demagogis. lib. 5. c.6.K K
 Ciuitas magna quæ, & quæ parua. lib.7. cap.3. f & seq.
 Ciuitas magna & hominibus abundans non est idem. 1.7.c.3.g
 Ciuitas optima. 1.7.c.3.i
 Ciuitas magnitudinis modum habere quem debeat. 1.7.c.3.K
 Ciuitati suppetere quæ debeant ad bene beatè que viuendum. 1.7.c.3.f
 Ciuitas beata quæ. lib. 7. cap. 1. a. & seq. item cap.3.c
 Ciuitas proba vt fiat. 1.7.c.11.i
 Ciuitas est societas similibus, ad vitam quam optimè degendum instituta. 1.7.c.6.c
 Clissi præfectura Spartæ an rectè constituta. 1.2.c.8.f
 Clazomeniorum seditio. 1.5.c.2.r
 Cleander, Gelæ tyrannus. 1.5.c.9.e
 Cleorimus Amphipoli seditionem ciuitatis. lib. 5. c.4.h
 Clisthenes post cecidit tyrannos Atheniensem reip. vt mutarit. 1.3.c.1.h
 Clistheni Sicyonio auctoritatem quæ conciliauerint. 1.5.c.8.zz
 Clisthenes sublata Myronis tyrannide, aliam tyrannidem Sicyone instituit. 1.5.c.9.e
 Clisthenis machinamentum in ambienda democratia. 1.6.c.5.e
 Coum democratiam quid conuulserit. 1.6.c.3.c
 Codrus rex cur factus. 1.5.c.7.f
 Cœna collatiua. 1.3.c.7.l. & c.10.f
 De coitu lex. 1.7.c.14.l & seq.
 Collegiorum conuiuia. 1.7.c.10.a
 Colophon qua reipub. forma olim vsa. lib. 4. c.2.l
 Colophoniorum seditio. 1.5.c.2.r
 Comœdias spectare, pueritiæ non licitum. 1.7.c.15.K
 Compositum non cognoscimus, nisi cum scimus ex quibus, & quot & qualibus est. 1.1.c.1.d
 Communicatio prima est mariti & vxoris, ad conseruationem speciei: secunda est domini & serui propter salutem indiuidui. 1.1.c.1.f & g
 Hæ communicationes differunt specie. 1.1.c.1.h & seq.
 Ex his constituitur domus. 1.1.c.1.l
 Communicationum alia est constituta in omnem diem, alia verò non diurnal. ibid.

Communicatio domus & vici sunt diuersæ species: vtraque est homini naturalis. 1.1.c.1.q
 Communio & societas omnis, boni alicuius causa institui solet. 1.1.c.1.a
 Communio præcipua & reliquas omnes complectens, est ciuitas & ciuilibus societas. ibid.
 Communio in primis autem ciuilibus, desiderio ducuntur omnes. 1.2.c.1.y
 Communio an omnium & omnibus esse debeat in ciuitate. 1.2.c.1.e
 Communio seu consortium humanorum omnium, difficilis. 1.2.c.2.b
 Communio, amicitia aliquid habet. lib. 4. c.9.h
 Communiorum publicorum institutum verus est. 1.7.c.7.i
 Concionis ius penes populum. 1.3.c.7.z
 Concio potestatem quarum rerum habeat. ibid.
 Concionis cogendæ ius pro censu. 1.4.c.7.o
 Conciones habentibus præmia in quibus rebus publicis proposita. 1.4.c.12.l
 Concionis ius in democratia. 1.6.c.1.x
 Confœderationis ad bellum causa. 1.2.c.1.i
 Connubia quando & à qualibus iungi debeant. 1.7.c.14.e & seq.
 Connubii quo anni tempore iungenda, & qua vtriusque sexus ætate. ibid.
 Consilia si inter se communicent nobiliores & plebei, rectius delectationes sunt in republica. 1.4.c.11.m
 Consuetudo, secundus ad honestatem assequendam gradus. 1.7.c.11.K
 Consuetudo quod melior, eò meliorem efficit reipublicæ formam. 1.8.c.1.a
 Consultationum & iudiciorum potestas populo concessa. 1.3.c.7.r
 Consultatio de rebus ciuitati vtilibus penes quos esse debeat. 1.4.c.11.c. & seq.
 Contemptus sæpè ad insidias & manus inferendas incitat. 1.5.c.7.ff & nn
 Continentia tollitur in rerum omnium communitate. 1.2.c.2.f
 Contraria efficiunt contraria. 1.5.c.6.b
 Contribulis quid. 1.2.c.1.n
 Controuersis negotiis sui sunt magistratus. 1.6.c.6.h
 Contumeliæ genera varia. 1.5.c.7.n
 Contumeliôsæ iniuriæ iras & manus aduersus tyrannos concitant. ibid.
 Contumeliæ duo potissimum genera vitanda monarchæ. 1.5.c.8.qq
 Conuictus & humanorum omnium communitas, difficilis. 1.2.c.2.b
 Conuictu exterorum magis quam ciuium gaudent tyranni. 1.5.c.8.t
 Conuictus magistratum peculiaris locus destinatus. 1.7.c.10.f
 Conuictus publicis arcentur, qui dictis aut factis turpitudinem aliquam admiserint. lib.7. c.15.i
 Corinthij & Megarenfes, finitimi. 1.3.c.6.l
 Corinthiorum tyrannus quandiu durauerit. 1.5.c.8.aa
 Corporis cura, in institutione puerili, animi curam præcedit. 1.7.c.14.c
 Corpus

Index rerum.

Corpus anima prius ortu. 1.6.c.14.c
 Corporis cura, in institutione puerili, animi curam præcedit. ibid.d
 Corrigitur reipublicam non minoris artis quam instituire. 1.4.c.1.f
 Cosmi qualis magistratus. 1.2.c.9.f. & seq.
 Cotys cur interfectus. 1.2.c.7.y
 Cræzus Archelao cur infidiatur. 1.5.c.7.u
 Creator nulli negauit aliquid eorum quæ sunt ad beatitudinem vtilia. 1.1.c.9.e
 Crepitaculum Archytæ. 1.8.c.4.r
 Cretenles seruis quæ interdixerint. 1.1.c.3.l
 Cretenfes cur minus infidiatur à seruis suis experti quam Lacedæmonij. 1.2.c.7.b
 Cretenfes cur mascula venus à suo legiflatore concessa. 1.2.c.9.e
 Cræz infulæ situs. 1.2.c.9.c
 Cretenfium & Lacedæmonij cognatio. 1.2.c.9.b
 Critias legiflator in Ægypto. 1.1.c.1.k
 Critias arguit Græcos insipientiæ. 1.1.c.1.e
 Crudeles gentes quæ. 1.8.c.2.p
 Cumanis homicidij lex quæ fuerit. 1.2.c.6.h
 ad Cupiditatum expletionem vulgus plerumque viuunt. 1.2.c.4.i
 Cupiditates potius ad æquabilitatem reuocandæ quam opes. 1.2.c.4.e
 Cupiditatis immodicæ remedia. 1.2.c.4.f
 Cupiditas & animi impetus magistratum sæpè peruertunt. 1.3.c.10.bb
 Cupiditas in pueris est à primo statim ortu. 1.7.c.14.c
 Curaciones ciuiles quot generum sint. 1.4.c.12.b
 Curaciones plures simul sustineri an possint. 1.4.c.12.g
 Cura priuatorum maior esse solet quam publicorum. 1.2.c.1.n
 Cura in hominibus excitari quibus rebus solet. 1.2.c.1.r
 Curatores eorum quæ tum in vrbe tum foris ad commodum & decorum publicum spectant. 1.6.c.6.d
 Curatores rei diuinæ. 1.6.c.6.x
 Custodia regia à tyrannica vt differat. 1.3.c.9.c
 Custodia magistratus. 1.3.c.10.s
 Custodia regia, è ciuibus: tyrannica, ex hominibus exteris. 1.5.c.7.i
 Custodibus ciuitatis an rectè beatitas à Socrate adempta. 1.2.c.2.p
 Custodibus multi magis indigent, quam custodire alios possunt. 1.6.c.6.p
 Custoditionis & actionis munera in quibusdam rebus publicis diuersa. 1.6.c.6.o
 Custodia vrbis. 1.6.c.6.r
 Cypselus Corinthi tyrannus è demagogo factus. 1.5.c.7.e
 Cypselus tyrannidem Corinthi triginta annos tenuit. 1.5.c.8.aaa
 Cypselidarum donaria & monumenta. 1.5.c.8.l
 Cypselidarum tyrannus quandiu durauit. 1.5.c.8.aaa
 Cyrenaicæ seditionis causa. 1.6.c.4.d
 Cyrenaicæ democratia auctores quo instituta vsi. 1.6.c.4.e
 Cyrus rex cur factus. 1.5.c.7.f
 Astyagi arma & manus cur intulerit. 1.5.c.7.gg.

D

Adali aut Vulcani tripodæ animati fabulosi. 1.1.c.2.f
 Daphnæus à Dionysio accusatur. 1.5.c.3.n
 Decarnichus insidiarum aduersus Archelæum dux. 1.5.c.7.dd
 Delatores tyrannorum. 1.5.c.8.h
 Delphi ex affinium desidio seditione & bello implicati. 1.5.c.2.y
 Democrazia pro oligarchia Athenis à Solone instituta. 1.2.c.11.b
 Democrazia quid sit. 1.3.c.5.c
 Democrazia diffinitio examinatur. lib. 3. c.5. c & seq.
 Democrazia politia excessus est. 1.3.c.5.d
 Democrazia scopum quem habeat. ibid.
 Democrazia ab oligarchia qua re differat. 1.3.c.5.g & h
 In Democrazia reipub. est penes populum. 1.3.c.4.b
 De Democrazia quid sentiant quidam. lib. 4. c.1.m
 Democrazia verè quid. 1.4.c.2.
 Democrazia species. 1.4. c. 3. c. & seq. & c.6j c & seq.
 Democrazia & oligarchia proba mixtura quæ. 1.4.c.7.q
 Democrazia existere vbi solear. 1.4.c.10.c
 Democrazia prius vocabantur, quæ nunc πολιται. 1.4.c.10.f
 Democrazia maximè quæ esse videatur. lib. 4. c.11.m
 Democrazia vnde extiterit. 1.5.c.1.b
 Democrazia quibus ex causis mutari potissimum soleant. 1.5.c.3.a. & seq.
 Democrazia species optima quæ. lib. 6. cap. 3. a. & seq.
 Democrazia species postrema vt institatur & stabilietur. 1.6.c.4.b. & seq.
 Democratici legiflatoris officium. 1.6.c.4.h
 Despotica an sit eadem scientia cum œconomica, politica & regia. lib. 1. cap. 2. e. item c.5.a
 Despotizare siue habere seruum, an sit præter naturam. ibid.
 Despotica non est scientia, tamen habet scientiam adiunctam. 1.1.c.5.b & c
 Non consistit in acquirendo seruos, sed in vtendo seruis. 1.1.c.5.d
 Deus quidam inter homines est vir qui virtutibus cæteros antecellit. 1.3.c.8.x
 Dei cultu reipublicæ præ cæteris opus est. 1.7.c.6.e
 Deorum cultus quibus in republica committi debeat. 1.7.c.7.g
 Dij natales à grauidis diligenter colendi. lib. 7. c.19.f
 Dij scurriles & ludicri. 1.7.c.15.K
 Diagoras Cretenfem oligarchiam subuertit. 1.5.c.4.o
 Dicere quæ non veremur, eadem nec facere. 1.7.c.15.i
 Dictorum testimonia petuntur ab operibus. 1.8.c.4.l
 Didimus Brachmanorum rex quid de habitatione & vestitu scripserit Alexandro. lib. 5. c.1.K

Index rerum.

Dignitatis æqualitas controuersa est. 1.5.c.1.k
 Diocles, Philolai amasius, qua occasione patriam deseruerit, & quale sibi Thebis monumentum struxerit. 1.2.c.11.f
 Diogenes foliugus. 1.1.c.1.x
 Dionysius monopoliam Syraculis ablegat. 1.1.c.8.k
 Dionysius custodiam à Syraculanis petens, quod responsum acceperit. 1.3.c.10.f
 Dionysius Daphnæum accusat. 1.5.c.3.n
 Tyrannidem Syraculis Hipparini impulsu arripuit. 1.5.c.4.h
 Dionysij affinitas Locros perdidit. 1.5.c.5.l
 Dionysius tyrannus Syraculis è demagogo factus. 1.5.c.7.e
 Dionysius iunior Dionis insidias cur expertus. 1.5.c.7.ff
 Dionysij iunioris tyrannis ex seipsa conuulsa. 1.5.c.7.mm
 Dion Dionysio cur insidiatus. 1.5.c.7.ff
 Dionis in Dionysio persequendo institutum. 1.5.c.7.kk
 Dion Dionysij eiectione seipsum perdidit. 1.5.c.7.mm
 Dionysius vno quinquennio omnes Syraculanorum opes vt collegerit. lib. 5. c.8.m
 Diophantus Athenis opifices fecit publicos. 1.2.c.4.l
 Discimus alia consuetudine, alia auditione. 1.7.c.11.o
 Disciplina tempus duabus ætatibus distinctum. 1.7.c.15.o
 Dissidia in ciuitatibus ex inæqualitate diuitiarum & honorum. 1.2.c.4.f
 Dissidium maximum virtutis & vitij. lib. 5. c.2.r
 Dithyrambus ad Phrygiam harmoniam accedit. 1.8.c.6.k
 Diuini cultus cura Lacedæmone penes reges. 1.3.c.9.l
 Diuini cultus antistites. 1.6.c.6.x
 Diuinæ potentia opus. 1.7.c.3.h
 Diuites quare cæteris ciuibus in repub. potiores. 1.3.c.8.l
 Diuites in oligarchia multantur, nisi iudicia exercent. 1.4.c.7.n
 Diuites, viri boni ac spectati cur appellentur. 1.4.c.7.d
 Diuites in Lacedæmoniorum repub. nihilo insigniores quam pauperes. 1.4.c.7.r
 Diuitibus in republica non tribuendum nimium. 1.4.c.10.g
 Diuitum commodis in quibusdam fauent leges politicæ, in quibusdam commodis pauperum. 1.4.c.10.i & seq.
 Diuitiarum nomine diuersa à diuersis accipiuntur. 1.1.c.7.i
 Absurdum est, tales esse diuitias, quibus affluens fame conficiatur. 1.1.c.7.K
 Diuitiæ infinitæ quæ & cur. 1.1.c.7.m
 Diuturnum esse quod vult, violentia carere debet. 1.5.c.8.c
 Dolium perforatum est improba egestatis cupiditas. 1.6.c.4.m
 Dominari quibus liceat. 1.7.c.2.n
 Dominatus, seu herilis imperij ratio. lib. 3. c.4.g

Dominatus, seu herile imperium. lib. 7. c.12.h
 Dominium rerum omnium an penes vnum esse expediat. 1.3.c.9.
 Dominus à natura quis. lib. 1. c.1. g. item lib. 1. c.2.g
 Dominus aliter serui, quàm seruus domini. ibid.
 Dominorum multitudinem quam Homerus bonam esse neget. 1.4.c.4.g
 Domus habet tria, dominum, mulierem & seruum. 1.1.c.1.l
 Domus quid. 1.1.c.1.m
 Minimæ partes domus sunt tres combinationes, s. domini & serui, mariti & vxoris, patris & filij. i. dicitur dominica seu despotica. 2. coniu-galis. 3. paterna. 1.1.c.2.b
 Domus seu familia partes præcipuæ vir & mulier. 1.2.c.7.c
 Dorica compositio. 1.4.c.2.f
 Doricæ harmoniæ proprietates. 1.8.c.4.l. & c.6. i. & l.
 De Dotibus institutum Phalææ. 1.2.c.4.c
 Dotes apud Spartanos dabantur magnæ. lib. 2. c.7.h
 Doxandri & filiorum repulsa. 1.5.c.2.z
 Draconis leges. 1.2.c.11.g
 Ducatus perpetuus in republ. lib. 4. cap. 9. c. & c.10.t
 Ducatus perpetuus an utilis rebuspubl. lib. 3. c.9.m
 Duces bonis amissis sæpè res nouas moliantur. 1.5.c.9.i
 Nemo eligit iuuenes duces. 1.1.c.1.p
 Dulce exiguum, aquæ copiosæ admistum, nullum sui sensum in temperatura præbet. 1.2.c.1.t
 Duo vnà rem gerentes. 1.3.c.10.gg

E

E Brios delinquentes grauius multari vult Pittacus quam sobrios. 1.2.c.11.g
 Ecphantides. 1.8.c.5.
 Eiuurare magistratum. 1.4.c.10.k
 Elibæ rex. 1.5.c.7.u
 Elidenis oligarchia. 1.5.c.4.k
 Eligere rectè non nisi scientes possunt. lib. 3. c.7.t
 Eminentiores in repub. vel relegari solent, vel occidi. 1.3.c.8.z
 Eminens virtute, an summouendus è ciuitate, vt ij qui opibus & potentia præminent. 1.3.c.8.ff
 Eminentiorum capitum detruncatio. lib. 5. c.7.l
 Emporia quibus ciuitatibus sint, quibus non. 1.7.c.4.i
 Ephialtes Areopagiticum senatum accidit. 1.2.c.11.c
 Ephori apud Lacedæmonios alij alias lites iudicant. 1.3.c.1.o
 Ephorum principatus an rectè apud Spartanos constitutus. libro 2. capite 8. a. & seq.
 Ephorum Spart. munus. 1.2.c.8.c
 Ephori Spartani eandem habent potestatem quam apud Cretenses Cosmi. 1.2.c.9.d
 Numero

Index rerum.

Numero erant quinque. ibid.
 Ephoros Spartæ tollere conatus Pausanias. 1.5.c.1.h
 Epidamnus operas habet publicas. lib. 2. c.4.l
 Epidamni imperium penes vnum. lib. 3. cap. 10.r
 Epidamni respublica vnde mutata. lib. 5. c.1.h
 Epidamni reipub. mutationem attulit nuptialis controuersia. 1.5.c.2.bb
 Epimenides vocabat eos qui in domo communicant, homocapnos, quasi vnus fumi. 1.1.c.1.m
 Equa uita. 1.2.c.1.o
 Equorum & canum vsus Lacedæmone communis. 1.2.c.2.c
 Equitum oligarchia. 1.5.c.4.n
 Equi non nisi à locupletibus ali possunt. lib. 6. c.5.g
 Eretientes, equos aduersus hostes aiebant. 1.4.c.2.b
 Eretientis oligarchia vt subuersa. 1.5.c.4.n
 Eruditio & nobilitas, diuites magis comitantur. 1.4.c.7.d
 Erythris oligarchia vnde mutata. 1.5.c.4.d
 Eubulus Autoparadatem ab Artanei obidione vt auerterit. 1.2.c.4.i
 Euripidis locus de rebus politico necessariis. 1.3.c.2.e
 Euripidis locus de libertate democratica. lib. 5. c.6.mm
 Euripides ob exprobratum sibi oris fœtorem grauius commotus. 1.5.c.7.dd
 Euripidis locus de fomno & poculis. lib. 8. c.3.b
 Europæa ingenia qualia. 1.7.c.5.b
 Eurum Austri speciem quidam faciunt. lib. 4. c.2.f
 Eurytion Heracleensis. 1.5.c.4.n
 Euthycrates onomarchi Phocensis filius. lib. 5. c.2.aa
 Excessus reprimi solent in omnibus artibus & scientiis. 1.3.c.8.dd
 Excessus primorum & præstantissimorum pessimi. 1.4.c.1.l
 Excessus alius alio melior non est, sed minus malus. 1.4.c.1.m
 Excessus fines seu limites, ex effectis perspiciuntur. 1.7.c.3.n
 Exclusio à conuictu publico. 1.7.c.15.i
 Excubiæ & præsidia per opportuna loca disposita. 1.7.c.10.a
 Executus à rege suo deficit, velut contumeliam passus. 1.5.c.7.x
 Exploratores tyrannorum. 1.5.c.8.h

F

F Abula de leporum & leonum concione. 1.3.c.8.y
 Fatum est rebus mobilibus adhærens dispositio, per quam prouidentia suis quæque necit ordinibus. 1.1.c.1.t
 Ferrum animis quibusdam à Deo admistum. 1.2.c.2.o
 Ferrum gestabant veteres Græci. 1.2.c.6.h
 Figulus figulo inuidet. 1.5.c.7.ll

Filius patri succedit in oligarchicis rebuspublicis. 1.4.c.11.kk
 Finis artium & scientiarum omnium, bonum est. 1.3.c.8.a. & seq.
 Finis, actionum honestatem turpitudinem ostendit. 1.7.c.12.i
 Finitimis contermini in quibusdam rebuspublicis non admittuntur ad consilia de bellis aduersus finitimos gerendis. 1.7.c.8.f
 Flerus in puerili ætate an prohibendi. lib. 7. c.15.g
 Fluuio rigido recens natos mos immergere. 1.7.c.15.c
 Fœdus vnde dicatur. 1.3.c.6.k
 Fœmina, mas occasionatus. 1.1.c.4.h
 Fœminæ nubere possunt anno ætatis 18. lib. 7. c.14.o
 Fœtor oris exprobratus, grauem Euripidi iram mouit. 1.5.c.7.dd
 Fontium curatores. 1.6.c.6.e
 Fori curatores. 1.6.c.6.d
 Forum rerum venalium omnibus apud se præbent eæ ciuitates quæ prouentuum vbertatem spectant. 1.7.c.4.i
 Fori structura qualis esse debeat. 1.7.c.10.c
 Forum liberum, in Thesalia quodnam fuerit. ibid.
 Forum rerum venalium. 1.7.c.10.e
 Omne solum forti patria est. 1.1.c.4.g
 Fortitudo imperantis & parentis diuersa. lib. 1. c.9.g
 Fortuna est natura præter rationem faciens im-petum. 1.1.c.1.t
 Fratrum ex paternorum bonorum diuisione dissidium. 1.5.c.2.x
 Frater maximus natu & minimus natu quibusdam in locis non simul imperium gerunt. 1.5.c.4.c
 Fratrum bella graua. 1.7.c.5.ff
 Frigidæ regiones qualia ferant ingenia. lib. 7. c.5.b
 Frigori à pueris assuefaciendi liberi. lib. 7. c.15.c
 Fructus pro priuatis vsibus diuidi à populis quibusdam solent. 1.2.c.2.a
 Fundos conuones esse an expediat. ibid.
 Fuita ex inopia. 1.2.c.4.f
 Futilia omnia iuuentuti debent esse peregrina & insolita. 1.7.c.15.m

G

Gelonis tyrannis. 1.5.c.2.i
 Gelonis tyrannis ex seipsa conuulsa. 1.5.c.7.mm
 Gelonis tyrannis quandiu durarit. lib. 5. cap. 8. ccc
 Gelonis tyrannis Syraculis in democratiam versa. 1.5.c.9.e
 Gelæ oligarchia in tyrannidem versa. ibid.
 Generationis terminus in vtroque sexu qui. 1.7.c.14.i
 Generis virtus, nobilitas. 1.3.c.8.m
 Generis præstantia vbique honorata est. ibid.
 Generosi, magis ciues sunt quam degeneres. 1.3.c.8.m
 Gladius Delphicus quid. 1.1.c.1.h
 Gordiæ filius Pfammetius. 1.5.c.8.ccc
 Gorgias

Index rerum.

Gorgias virtutes secundum particularia opera rectè enumeravit. 1.1.c.9.h
Gorgias Leontinus Larissæos ut definiere. 1.3.c.1.g.
Græci semper iuvenes. 1.2.c.1.e
Græciæ principes ciuitates in oppidis sibi subiectis, ad lue reip. normam vel democracias instruebant, vel oligarchias. 1.4.c.9.t
Græcæ nationis dotes. 1.7.c.5.c
Grandiarum diæta & exercitium. lib. 7. c.14.f
Gymnastica seniorum. 1.7.c.10.d
de Gymnasticis exercitiis leges politice. 1.4.c.10.m
Gymnastica cur discatur. 1.8.c.2.a.& n
Gymnastica quomodo vtendum. 1.8.c.2.t
in Gymnicis certaminibus, celeritatis & tarditatis habetur ratio. 1.3.c.8.g

H

Habitus corporis qualis congruat ad prolis generationem. 1.7.c.14.q
Hanno, vife Annon. 1.7.c.14.q
Harmodias & Aristogiton cur Pistratidis manus intulerunt. 1.5.c.7.o
Harmonia ex eisdem sonis quomodo dicatur alia. 1.3.c.1.u
Harmoniarum duas species primarias quidam faciunt, Dorian & Phrygiam. ibid.
Harmoniarum seu concentuum differentia. 1.8.c.4.l. & seq.
Harmoniis omnibus vtendum an sit. lib. 8. c.6.a
Harmoniarum vsus idem non est. 1.8.c.6.e
Harmoniarum digressiones seu deflexiones. 1.8.c.6.g.
in Helicæam conueniunt magistratum collegia, cum magistratus aliquis creandus est. 1.5.c.2.h.
Hellanocrates Larissæus. 1.5.c.7.x
Heniochi, gens crudelis. 1.8.c.2.p
Heracleæ oligarchia è pauciori numero ad sexcentos extensa. 1.5.c.4.c
Heracleæ Ponticæ oligarchia quo casu mutata. 1.5.c.4.f
Heracleensis populus imperio vt priuatus. lib. 5. c.3.e
Heracleensis seditionis causa. 1.5.c.4.n
Heracleotarum copiarum nauales. 1.7.c.4.o
Heracleodorus Oritanus. 1.5.c.2.m
Heracides Ænius. 1.5.c.7.y
Heracleti dictum de ira. 1.5.c.8.r
Herænsis reipub. mutationem quæ attulerint. 1.5.c.2.m
Hercules ab Argonautis cur relictus. lib. 3. c.8.aa
Herile imperium. 1.7.c.12.h
Hesiodus tria in domo desiderabat. lib. 1. c.1.l
Hesiodi gnoma de inuidia. 1.5.c.7.ll
Hieronis exploratores. 1.5.c.8.t
Hieronis & Gelonis tyrannis quandiu durauit. 1.5.c.8.ccc
Hippocrates ex constellatione natiuitatis figuram accepit proclium in vitia, sed ex animo se transtulit ad bona. 1.5.c.9.b
Hippocrates magnus medicus. 1.7.c.3.f

Hipparchus Dionysium Syracensid tyrannidem arripendam incitat. 1.5.c.4.h
Hippodamus Euriphontis filius Milesius, reip. formam quam instituerit. 1.2.c.5.a. & seq.
Hippodami respub. examinatur. 1.2.c.6.a
Hippodamia vrbis distinctio. 1.7.c.9.f
Homeri locus de rei familiaris principatu. 1.1.c.1.p
Homerus, cur Iouem patrem hominumque Deumque vocet. 1.1.c.9.c
Homeri hemistichium de inquilino. 1.3.c.3.e
Homeri locus de regis potestate in expeditione. 1.3.c.9.e
Πολυνοσπαιριον quam bonam neget esse Homerus. 1.4.c.4.g
Homeri loci duo de musica seu canru inter epulas. 1.8.c.2.h
Hominiuoræ gentes. 1.8.c.2.p
Hominis triplex consideratio, s. in seipso, in domo, & in ciuitate. 1.1.c.1.a
Vita hominis solius est omnium pessima. lib. 1. c.1.r
Homo natura ciuile animal est. 1.1.c.1.t. & u. item. 1.3.c.4.d
Qui absque ciuitate est per naturam, aut nequam est, aut potior quam homo. ibid.
Aut bestia, aut Deus. 1.1.c.1.x
Solutus homo supra cætera animalia habet sermonem. 1.1.c.1.u
Homini propria est notitia boni & mali, iusti & iniusti, verecundi & inuerecundi, turpis & honesti. ibid.
Homo virtute perfectus est optimum animalium, sine lege verò & iustitia pessimum. 1.1.c.1.y.
Homines à natiuitate quidam apti sunt vt subiciantur, quidam vt principentur. 1.1.c.3.b
Honestum est quod sua vi nostrahit & sua dignitate nos allicit. 1.1.c.9.f
Honestæ spectanda magis quam necessaria & vtilia. 1.7.c.13.d
Honorum publicorum qui non est particeps, est velut inquilinus. 1.3.c.3.e
Honorem sibi vendicant nobiles, diuites, liberi. 1.3.c.8.h
Honorum communio in democratiis maior quam in oligarchiis. 1.4.c.9.p
Honores otio & quieti sæpè post habentur à pauperibus. 1.4.c.10.q
Honoris nomine seditiones in rebuspub. sæpè oriuntur. 1.5.c.2.f
Honores qua proportionem conferendi sunt in rebuspublicis. 1.5.c.6.l
Honorum ademptione ambitiosi maximà irritantur. 1.5.c.8.qq
Horitanam oligarchiam quæ labefactauit. 1.5.c.2.m

I

Iason extra tyrannidem esurire se dicebat. 1.3.c.2.e
Iambos audire & videre pueritiam nefas. lib. 7. c.15.K
Iberi quo præmio remunerarint eos qui plures occidissent hostes. 1.7.c.2.l
Ignomi

Index rerum.

Ignominie si quæ illata esse videtur, maioribus honoribus diluenda sunt & compensanda. 1.5.c.8.qq
In Imperatore quæ præcipuè spectentur. lib. 5. c.6.z
Imperare & parere nouit bonus tum magistratus tum ciuis. 1.3.c.2.g
Imperare rectè nequit, qui non didicit bene imperio parere. ibid.
Imperare vt dominum, cum iniuria coniunctum censent nonnulli. 1.7.c.2.g
Imperare finitimis, non præcipuus ciuitatis scopus. 1.7.c.13.l
Imperare in sua republica posse, ciuem egregium decet. ibid.
Imperare rectè nequit, qui non didicit bene imperio parere. 1.7.c.12.g
Imperata vt differant. 1.7.c.12.i
Imperium senibus conuenit. 1.7.c.12.f
Imperium an penes eosdem semper esse debeat. 1.7.c.12.a. & seq.
Imperium aliud, imperantis: aliud subditi gratia est. 1.7.c.12.h
Imperium seu potestas rerum in repub. vel penes vnum est, vel penes paucos, vel penes plures. 1.3.c.4.a
Imperij species & modi plures. 1.3.c.4.e
Imperium perpetuum cur plerique cupiant. 1.3.c.4.f
Imperia maxima populo an committenda. 1.3.c.5.f
Imperia recta quæ sint, & quæ à recta norma defleant. 1.3.c.5.c
Imperium diuitibusne an nobilibus debeatur, nec ne. 1.3.c.8.q
Imperium cui iure merito debeatur. ibid.
Imperium administrari vtrum melius ab homine præstantissimo, an ab optimis legibus. 1.3.c.10.a
Imperium & rerum potestas penes vnum an esse debeat. 1.3.c.10.t. & hh
Imperium ex legum præscripto an magistratus arbitrio rectius administretur. 1.3.c.10.z
Imperium pro statuarum dignitate conferitur ab Æthiopiibus. 1.4.c.2.k
Imperiorum seu magistratum differentia. 1.4.c.12.a
Imperium capessere filius cum patre non poterat, nec fratres natu minores cum fratre natu maximo. 1.5.c.4.c
Imperium obtinere omnes cupiunt. libro 7. cap. 2.i
Imperium ciuile priuata tranquillitati officere creditur. ibid.
Imperium non omne, dominium est. lib. 7. c.2.f
Imperium herile, & imperium in liberos seu ingenuos. 1.7.c.12.h
Imperium in liberos seu ingenuos, pulchrius quam herilis dominatus. 1.7.c.13.K
Impossibile sibi nemo aggreditur. 1.5.c.8.u
Inæquales in aliquibus, se in omnibus inæquales esse iudicant. 1.3.c.6.d
Indorum reges. 1.7.c.12.c
Infamie nota mulctare. 1.7.c.14.y. & c.15.i
Ingeniorum diuersitas pro locorum seu regionum diuersitate. 1.7.c.5.b
Ingenium seu natura, primus ad honestatem

assequendam gradus. 1.7.c.11.K
Ingenium & natura, crebra assuetudine mutatur. 1.7.c.11.m
Ingeni ex altero tantum parente. 1.4.c.4.a
Inimicitia & ira qua re differant. lib. 5. c.7.oo. & pp
Iniuria voluntaria; pleræque omnes ex ambitione & auaritia proficiscuntur. 1.2.c.8.d
Inquilini honorum publicorum expertes. 1.3.c.3.e
Insidiæ quorum maximè vitandæ. 1.5.c.8.r
Insidiæ aliæ corporibus struuntur, aliæ bonis & honoribus. 1.5.c.7.n
Insidiari bene instructis nemo facile solet. 1.7.c.9.n
Institutione boni reddimur. 1.3.c.10.pp
Institutio in quibusdam nihil proficit. lib. 5. c.9.b
Institutionis tempus duabus ætatibus distinctum. 1.7.c.15.o
Institutio naturæ defectum supplere nititur. ibid.
Institutio vna eademque esse debet omnium in republica. 1.8.c.1.c
Institutio quæ & quomodo instituenda. lib. 8. c.1.f
Institutio pueris pro crepitaculo est. 1.8.c.4.f
Instrumentum excellentius sibi vendicat, qui excellit in opere. 1.3.c.8.d
Intellectus adeptus est radix immortalitatis. 1.1.c.1.a
Intellectus seu ratio dominatur appetitui, principatu politico & regali. 1.1.c.3.e
Vtilitatis in repub. Inuentori præmium decreuit Hippodamus. 1.2.c.5.e
Ionie tyranni. 1.5.c.7.e
Iphiadæ fodalitia. 1.5.c.4.m
Ira odij pars quædam est. 1.5.c.7.oo
Vindictam magis spectat quam eminentiam. 1.5.c.7.n
cum Ira pugnare difficile. 1.5.c.8.r
Ira in familiares & amicos cur asperior. lib. 7. c.5.e
Istri oligarchia in democratiã versa. 1.5.c.4.c
Italus Oenotriæ rex. 1.9.c.7.K
Itali regis instituta. ibid.
Iudicare vulgus de musicorum & poetarum operibus rectius cur solet. 1.3.c.7.l
Iudiciorum potestas populo concessa. 1.3.c.7.f
Iudicium in singulis plebeis imperfectum est, in congregatis perfectum. ibid. & y
Iudicat melius populus vniuersus quam vnus aliquis homo. 1.3.c.10.f
Iudices & exactores iidem esse non debent. 1.6.c.6.m.
Iudicatorum exactio non penes eum qui condemnauit, sed penes alium. 1.6.c.6.m. & seq.
Iudicij locus præcipuus ab Hippodamo statuitur vnus. 1.2.c.5.d
Iudicia an debeant esse arbitraria. 1.2.c.6.e
Iudicium in re propria minus sincerum. lib. 3. c.10.dd.
Iudicia penes magistratum sunt in quibusdam casibus. 1.3.c.10.ss
Iudicium de singularibus, magistratus est & reip. de vniuersalibus statuunt leges. 1.4.c.4.l
Iudicia omnia & omnibus de rebus populus sibi vendicat. 1.4.c.11.d
Iudicio

Index rerum.

- Iudiciorum differentia tribus limitibus definita est, è quibus scilicet, de quibus & quomodo. 1.4.c.14.a
 Iudiciorum species octo. 1.4.c.14.b
 Iudicia democratica quæ, quæ item oligarchica & aristocratica. 1.4.c.14.c
 Iudicia de iustis & vitibus reipub. in primis necessaria. 1.7.c.6.e
 Iuniores viribus, seniores prudentia valent. 1.7.c.7.e
 Iuniorum cætui magistratus aliquos interesse conuenit. 1.7.c.10.d
 Iupiter cur ab Homero pater hominumque Deumque dicatur. 1.1.c.9.c
 Iupiter fingitur non tonare nisi adhibitis in consilium duodecim diis. 1.3.c.7.n
 Cur hæc ficta. ibid.
 Iuramenti ritus præcis regibus qui fuerit. 1.3.c.9.i
 Ius diuersis an aliud sit. 1.3.c.8.c
 Ius quærentes, medium quærent. 1.3.c.10.d
 Ius & æquitas à rebuspublicis omnibus probantur quidem, sed non rectè obseruantur. 1.5.c.1.l
 Ius populare quod. 1.5.c.1.l
 Iustitia est numerus pariter par, secundum Pythagoram. 1.3.c.8.a
 Iustitia est virtus vnicuique quod suum est tribuens, seruata vnicuique propria dignitate, secundum Platonem. 1.3.c.8.b
 Iustitia, virtus communicatiua siue socialis. 1.3.c.8.n
 Iustum dicitur dupliciter. 5. secundum quid & simpliciter. 1.1.c.4.e
 Iustum, æquale quiddam est. 1.3.c.8.b
 Iuniores parere decet. 1.7.c.12.f
 Iuuenes ingenuos ministrorum vices in quibusdam obire non decet. 1.7.c.12.i
 Iuuentus irrequieta est. 1.8.c.4.r
- L**
- L**aboribus animum simul & corpus occupari non oportet. 1.8.c.2.u
 Lacedæmoniis ferui, equi, canes, vehicula sunt communia. 1.2.c.2.e
 Lacedæmones hilotarum suorum insidias sæpè experti. 1.2.c.7.b
 Finitimos omnes habebant hostes. ibid.
 Lacedæmonij tyrannides plurimas euerterunt. 1.5.c.7.11
 Lacedæmoniorum regnum cur tandiu durauit. 1.5.c.8.c
 Lacedæmon virtutem an rectè colat. lib. 7. c.13.r
 Lacedæmonenses magistratus vt creentur. 1.4.c.7.r
 Lacones iuuentutem suam laboribus efferant, minus conuenienter. 1.8.c.2.n
 Lacones in bellicis concertationibus nunc aliis inferiores. 1.8.c.2.q
 Lacones de modulis rectè iudicare norunt, etiã non discant. 1.8.c.2.f
 Laconiorum iudiciorum alia penes alios. 1.3.c.1.e
 Laconiorum Regum potestas quæ fuerit. lib. 3. c.9.b
 Laconico bello attritus Athenis nobiliorum numerus. 1.5.c.2.l
 Laconica institutio & leges ad res bellicas directæ. 1.7.c.2.i
 Laconica disciplina an rectè instituta. lib. 7. c.13.g
 Laetis alimentum. 1.7.c.15.a
 Lameicus sinus. 1.7.c.7.k
 Larissa oligarchiæ mutationem experta sub Aleuadis. 1.5.c.4.m
 Legati & præcones. 1.4.c.12.b
 Legum tria duntaxat genera statuit Hippodamus. 1.2.c.5.d
 Leges patriæ an mutandæ in republ. 1.2.c.6.g
 & l
 Legesne an magistratus rerum potiri debeant. 1.3.c.7.bb
 Leges ad reipub. normam accommodatæ esse debent, non contra. 1.3.c.7.c.c. item 1.4.c.1.i
 Leges ad plurimumne, an ad meliorum commoda referri à legislatoribus debeant. 1.3.c.8.f.& y
 Leges conditæ propter malos, non propter bonos. 1.3.c.8.y
 Legum transgressio parua neglecta, sæpè magnis motibus occasionem præbet. 1.5.c.2.r
 Leges in rep. nihil profunt, nisi bonæ disciplinæ assuefiant ciues. 1.5.c.6.11
 Legis vnus violatio sæpè magnas mutationes in temp. inuehit. 1.5.c.5.m
 Leges ad reipub. conseruationem quomodo accommodandæ. 1.6.c.4.h
 Legislator reipub. partes tres spectare debet. 1.4.c.11.a.& seq.
 Legislatoris in disciplina instituenda scopus. 1.7.c.13.n
 Legumne præscripto, an viri præstantissimi arbitratu, rerum summam administrari expediat. 1.3.c.10.a
 Legesne optimas an virum optimum imperare saluis sit. 1.3.c.10.hh
 Legumlatores præcipui qui fuerint, & quas leges & apud quos tulerint. lib. 2. cap. 11. a & seq.
 Legumlatores alij suis ciuibus, alij alienis leges scripserunt: & alij in reipublicæ administratione, alij in vitia priuata. ibid.
 Leontini pro oligarchia tyrannide oppressi. 1.5.c.9.e
 Lesbij ab Atheniensibus contra pasta accisi. 1.3.c.8.cc
 Lesbiæ regula qualis fuerit. 1.3.c.10.b
 Leucadica respub. vnde minus popularis facta. 1.2.c.4.d
 Lex pactum quoddam & conuentum est, spondens mutuam vtrique ius. lib. 3. c.6.K
 Liberi homines quarum rerum potestatem in republ. habere debeant. 1.3.c.7.o
 Liberi diuitum in Lacedæmoniorum republ. eodem educantur modo, quo liberi pauperum. 1.4.c.7.r
 Liberi iuniorum quales. 1.7.c.14.k & x
 Liberi atendi qui, quique exponendi. 1.7.c.14.t
 Liberorum victus qualis esse debeat. 1.7.c.15.a
 Libertas

Index rerum.

- Liberalitatis officium in opum vsu cernitur. 1.2.c.2.e
 Libertas tollitur in rerum omnium communitate. 1.2.c.2.f
 Libertas vulgo putatur facere quod libuerit. 1.5.c.6.mm
 Libertas nimia, quorum malorum causa. 1.5.c.9.i
 Libya superior mulieres habet cõmunes. 1.2.c.1.o
 Licentia maior in dies sumitur, vbi semel quid indultum est. 1.5.c.5.m.& seq.
 Limitum curatores. 1.6.c.6.e
 Literæ disci cur soleant. 1.8.c.2.a.& f
 Lites minus rectæ iudicatæ, ad vnum præcipue forum ablegantur ab Hippodamo. 1.2.c.5.d
 Locresium lex de bonorum venditione. 1.2.c.8.d
 Locros perdidit Dionisij affinitas. 1.5.c.5.l
 Locus & homines interdum disiunguntur. 1.3.c.1.m.
 Lucri cupiditas seditiones sæpè excitat. 1.5.c.2.e
 Ludorum & certaminum præfecti. 1.6.c.6.aa
 Ludus quietis gratia institutus. 1.8.c.2.c
 Ludi pueris quales conueniant. 1.7.c.15.f
 Lycophronis sophistæ dictum de lege. 1.3.c.6.k
 Lycurgus mediocris conditionis homo fuit. 1.4.c.9.q
 Lycurgus Spartanus mulieres frustra legibus subicere conatus. 1.2.c.7.f
 Lycurgus Charilli tutor fuit. 1.2.c.9.b
 Peregrinationis suæ maximam partem in Creta transegit. ibid.
 Et leges & temp. instituit sicut etiam Solon. 1.2.c.11.d
 Thaletis auditor fuit. 1.2.c.11.e
 Lydia harmonia. 1.8.c.6.n
 Lygdamus Naxi tyrannus. 1.5.c.4.b
 Lylander regium imperium Spartæ conuellere conatus. 1.5.c.1.h
 Lylander à regibus depressus. 1.5.c.5.c
- M**
- Macedonum reges. 1.5.c.7.f
 Macedonum lex de eo qui nullum hostem occidisset. 1.7.c.2.l
 Mænia ciuitatem vnã eandemque non faciunt. 1.3.c.11.l
 Magistratus eisdem semper esse, an rectè præcepit Socrates. 1.2.c.2.o
 Magistratum nemo affectat nisi ambitiosus. 1.2.c.8.d
 Magistratum differentia multiplex. 1.3.c.1.e
 Magistratus boni virtus quæ. 1.3.c.2.d
 Magistratus discenda quæ. 1.3.c.2.g
 Magistratus virtus propria, prudentia. 1.3.c.2.h
 Magistratus ciuili scopu quem habeat. 1.3.c.4.d
 Magistratus opifici apud Thebanos non permittebatur, nisi toto decennio à foro venaliario abstinisset. 1.3.c.3.d
 Magistratus pro census amplitudine conseruatur in quibusdam rebus. 1.3.c.3.c
 In conferendis Magistratibus quid maxime spectandum. 1.3.c.8.a.& seq.
 Magistratum eligendorum & iudicandorum potestas populo à Solone concessa. 1.3.c.7.r
 Magistratus maiores pro censuum amplitudine conseruntur. 1.3.c.7.z
 Magistratusne an legum esse debeat rerum potestas. 1.3.c.7.bb
 Magistratibus, præsertim necessariis, carere ciuitas non potest. 1.4.c.3.h. item 1.6.c.6.a
- Magistratum accusatores ad populi iudicium prouocant. 1.4.c.4.K
 Ad Magistratus admittuntur, qui censum legibus præscriptum expleuerunt. 1.4.c.5.c
 Magistratus sorte leguntur in democratia, suffragiis in oligarchia. 1.4.c.7.p
 Magistratum differentia multiplex. 1.4.c.12.a
 Magistratum constituendorum differentia triplex. 1.4.c.13.b
 Magistratus quales qualibus rebuspublicis conueniant. 1.4.c.12.i
 Magistratus plures in parua rep. sæpè vni committuntur. 1.4.c.12.g
 Magistratus rebuspublicis quibusdam peculiaribus sunt. 1.4.c.12.K
 In Magistratus creatione spectantur virtutes, genus, census & familia. 1.4.c.13.c
 Magistratus creantur vel electione, vel sorte, vel vtroque modo. 1.4.c.13.e
 Magistratus qui plures res curat; qui item vno imperio fungi debeant. 1.4.c.12.g
 Magistratus cuique potestas est sua. 1.4.c.13.m
 Magistratus in oligarchiis vel pro census amplitudine, vel pro sodaliorum numero. 1.5.c.4.f
 Magistratus amplissimi; & penes quos reip. summa est, in quales conferri debeant. 1.5.c.6.z
 Magistratus quæstui haberi, præsentissima reip. pestis est. 1.5.c.6.p
 Magistratus alios suffragiis, alios sorte creati Tarentini cur voluerint. 1.6.c.4.s
 Magistratus quot sint, qui, & quarum rerum. 1.6.c.6.a.& z
 Magistratus decotis magis quam necessitatis gratia instituti qui. 1.6.c.6.aa
 Magistratum præsentia verum pudorem & liberalem timorem iniicit. 1.7.c.10.d
 Magistratum conuiuii pcullatis locus destinatus. 1.7.c.10.f
 Magistratus munus imperare & iudicare. 1.7.c.3.o
 Magistratus à subditis quibus rebus differre debeant. 1.7.c.12.d
 Magnesij sub Mæandro, equos aduersus hostes alebant. 1.4.c.2.b
 Magnanimi non sunt asperis ingeniis. 1.7.c.5.f
 Magnificentie defectus & exuperatio quomodo appellantur. 1.1.c.8.c
 Magnum facere vnum solum monarcha non debet, sed plures. 1.5.c.8.nn
 Magna quæ dicantur. 1.7.c.3.e
 Maior pars vbique obtinet. 1.4.c.2.h
 Mala cum parua sunt; oculos fallunt, cum augetur; magis in oculos incurunt. 1.6.c.4.d
 Malienis respub. penes quos fuerit. 1.4.c.10.5
 Malorum initia animaduertete, non cuiusuis est. 1.5.c.6.h
 Mares contrahere possunt anno ætatis circiter 37. 1.7.c.14.c.
 Marina ciuitatis turba. 1.4.c.4.d
 Mattis & Veneris copulatio non absurde consistit. 1.2.c.7.e
 Mas ad imperatidum natu aptior quam scemina. 1.1.c.9.e
 Masoula venus in bellicosis gentibus. 1.2.c.7.e
 Cretenibus cur à suo legislatore concessa. 1.2.c.9.e
 Materia quæ præparata melius, eò melius optis ab arte perficitur. 1.7.c.3.c
- X x
 Masaliæ

Index rerum.

Maffia oligarchia quomodo in politiam verfa. 1.5.c.4.c.
Marris lux amorem deteftatus filius vltro exul. 1.2.c.11.f
Medela vix quidquam proficit, cum mala per longas inualuere moras. 1.5.c.2.t
Media vitæ conditio in republica, optima. 1.4.c.9.m
Mediæ conditionis multitudo vbi maior eft, quam eorum qui in fummo aut opulentia aut paupertatis gradu funt conftituti, ftabilis eft republica. 1.4.c.10.c
Medico reddenda eft ratio inter medicos. 1.3.c.7.s
Medici ægrotantes, aliorum non fua vtuntur opera. 1.3.c.10.dd
Medicinalis ars cur non eft pars œconomica. 1.1.c.7.r
Mediocritas & medium in omnibus optima. 1.4.c.9.d. & feq.
Megacles Pentelidas cur occiderit. 1.5.c.7.bb
Megarenfis & Corinthij, finitimi. 1.3.c.6.l
Megarenfis democratia vt conuulfa. 1.5.c.2.i & c.3.f.
Mens progressu ætatis in infantibus crefcit, vt etiam ratio. 1.7.c.14.c
Mercatura pecuniarum pars potiffima. 1.1.c.8.c
Mercaturæ partes tres, nauigatio, deuectio, negotiatio. ibid.
Mercenariæ conciones, iudicia, magistratus. 1.6.c.1.z.
Meffenicum bellum. 1.5.c.5.d
Metallorum feptem fpecies iuxta numerum planetarum. 1.1.c.8.c
Merus feditiones quomodo exciter. 1.5.c.2.h
Merus fapè ad infidias & manus inferendas concitat. 1.5.c.7.ee
Meum & non meum. 1.2.c.1.m
Midæ cur aures afininæ dicantur additæ. 1.1.c.3.d. item 1.3.c.7.n.
Midæ ftolidum votum. 1.1.c.7.k
Militaris vita multas virtutis habet partes. 1.2.c.4.h
Militaris ordinis ciuibus magistratus legebantur apud Malienfes. 1.4.c.10.s
Militiæ & agriculturæ ftudia apud multos coniuncta. 1.4.c.10.h & l
Minerua ftiftularum inuentrix. 1.1.c.3.d. item 1.3.c.7.n
Minerua artium & fcientiarum auctor. 1.9.c.5.d
Tibias à fe inuentas cur abiecerit. ibid.
Minifteriorum quædam funt honorabiliora, alia verò neceffaria. 1.2.c.5.c
Minos Cretenſibus leges primus inſtituit. 1.2.c.9.b
Minos agricolas à militibus ſeiunxit in ſua republica. 1.7.c.7.i
Miferationis & merus affinitas. 1.7.c.6.f
Miſtione temperanda & reprimenda ciuitatis pars quæ paulo magis eminere incipit. 1.5.c.6.l
Mithridates Ariobarzani cur inſidiatus. 1.5.c.7.gg
Mitylenæi Pittacum aduerfus Alcæum & exules dictatorem creant. 1.3.c.9.g
Mneſas Mnafonis pater. 1.5.c.2.aa
Modulaminum diuifio. 1.7.c.6.d
De modulis rectè iudicare poſſunt etiam ij qui non didicerint. 1.8.c.3.f

Moduli facti, feu facta carmina. 1.8.c.6.f
Modulamina morara ad puerilem inſtitutionem admitti poſſunt. 1.8.c.6.h
Moloſſorum Reges. 1.5.c.7.f
Monarchia recta, regnū vitioſa, tyrannis. 1.3.l.5.c
Monarchia exiſtere vnde ſoleat. 1.5.c.2.g
Monarchia quibus rebus conſeruetur & quibus conuellatur. 1.5.c.7.a. & feq.
Monarchia vtraque è contrariis nata eſt. 1.5.c.7.a
Monarchiæ infidias quibus de cauſis experiantur. 1.5.c.7.m
Mulctatum diſceptationi deſtinatum iudicium. 1.4.c.14.b
Mulieris bonum eſt eſſe operoſam. 1.1.c.1.l
Mulierum ſtudia eadem an eſſe debeant quæ virorum. 1.2.c.3.u. & 1.2.c.3.c
Mulieres belli ſocias eſſe, & iuſdem ſtudiis quibus ciuitatis cuſtodes operum dare voluit Socrates. ibid.
Mulierum imperium an ferendum in republica. 1.2.c.7.g
Mulieris virtutes. 1.1.c.9.f
Mulieris virtus non eadem quæ viri. 1.1.c.9.g
Mulieres ſilentium decet. 1.1.c.9.h
Mulierum & puerorum diſciplina ad ciuitatem & ipſius præſtantiam multū conſert. 1.1.c.9.n
Mulierum communitas non toleranda. 1.2.c.1.f
Mulieres communes in Lybia. 1.2.c.1.o
Mulieribus licentiæ fræna an rectè in Spartana republica laxata. 1.2.c.7.e
Mulieres apud veteres Græcos erant emptitiæ. 1.2.c.6.h
Mulieris temperantia & fortitudo alia eſt quam viri. 1.3.c.2.h
Mulierum moderatores in ariſtocratiis tantum funt, non in democratii nec oligarchiis. 1.4.c.12.m
Mulieres parere deſinunt ætatis anno 50. 1.7.c.14.i.
Multitudo formicarum præualeat leoni. 1.2.c.1.i
Muneribus publicis accidi poteſt eminentiorum potentia. 1.5.c.6.u
Munia publica apud veteres diuturna erant. 1.5.c.7.d
De Munitionibus. 1.7.c.9.o
Muſæi hemiſtichium de cantu. 1.8.c.4.a
Muſcas timens. 1.7.c.1.c
Quæ Muſica principetur, an vocalis, an fidium. 1.1.c.3.d
Muſicæ ſpecies manuarie ſeu illiberales. 1.8.c.3.g
Muſicæ vſus omnibus ætatibus & moribus gratus. 1.8.c.4.e
Voce & manu an exercenda ingenuis. 1.8.c.3.e
Muſica instrumenta qualia pueritiæ magis conueniant. 1.8.c.5.a. & feq.
Modulata an numeroſa pueritiæ magis conueniant. 1.8.c.6.b
Muſicæ vſus quorſum. 1.8.c.6.d
Muſica res dulciſſima. 1.8.c.4.b
Duplex eſt. ibid.
Cur diſcatur. 1.8.c.2.a. & c.3.b
In diſciplinæ numeroſum cur relata. 1.8.c.2.f
An manuaris & illiberales faciat ſui ſtudioſos. 1.8.c.4.p. & feq.
Mitylenenſibus belli aduerſus Athenienſes quæ cauſa fuerit. 1.5.c.2.z
Mutationum in impertiis cauſas quas & quam rectè ſtatuerit Socrates. 1.5.c.9.a. & feq.
Natura

Indx rerum.

Myrcon Sicyon tyrannus. 1.5.c.9.e
N
Natura non deficit in neceſſariis, nec abundat ſuperfluis. 1.1.c.1.u
Natura nihil facit fruſtra. ibid.
Naturæ eſt opus & munus, victum genito præbere. 1.1.c.7.s
Natura mali nonnulli. 1.5.c.9.b
Nauales copiæ, democraticæ magis funt quam oligarchicæ. 1.6.c.5.h
Naxi tyrannidem inuaſit Lygdamus. 1.5.c.4.b
Neceſſaria & vtilia, honeſti gratia funt. 1.7.c.13.d.
Neceſſitas artes & alia quibus opus eſt, docet. 1.7.c.7.m
Necis poteſtas non penes omne regnum. 1.3.c.9.b.
Negotia otij gratia funt. 1.7.c.13.d
Ad Negotia fortitudine ac tolerantia opus eſt. 1.7.c.13.q.
Nobilitas nihil aliud eſt niſi antiquæ diuitiæ. 1.1.c.4.g.
Nobilitas, generis virtus eſt. 1.3.c.8.m
Nobilitas & eruditio diuites magis comitantur. 1.4.c.7.d.
Nobilitum ſeu *ἄριστων* differentia. 1.4.c.2.b
Nobilioribus imperium conſertur in quibusdam rebus publicis. 1.4.c.2.l
Nobiles videntur qui maiorum virtute & opulencia præſtant. 1.5.c.1.e
Nobilitas & virtus paucorum funt in republ. 1.5.c.1.m.
Numero equalia & paria. 1.5.c.1.K
Numerus medium excedens, ordinem habere non poteſt. 1.7.c.3.h
Numeri ſeu rythmis omnibus an vtendum in pueris inſtituendis. 1.8.c.6.a. & feq.
Nominis celebritas fapè ad audenda magna incitat. 1.5.c.7.ii
Nouas res molliuntur duces amiſſis bonis ſuis. 1.5.c.9.i
Numiſmatis vſus, vnde & ad quid. 1.1.c.7.f
Numiſmatis ſignatio. ibid.
Numiſma elementum & finis eſt commutationis. 1.1.c.7.l
Numus eſt fideiſſor futuræ neceſſitatis. 1.1.c.7.a.
Nummularia rationabiliſſimè odio habetur. 1.1.c.7.t
Nuptiales controuerſiæ graues interdum ſeditiones pariunt. 1.5.c.2.bb. & feq.
Nuptiales controuerſiæ fapè imperiorum ſubuerſioni occaſionem præbet. 1.5.c.4.n
O
Obſidio quibus monitis impedita. 1.2.c.4.i
Obſidionales machinæ. 1.7.c.9.K
Oeconomica, politica & regaliiſ ſpecie differunt. 1.1.c.1.d. item 1.1.c.5.a
Oeconomia, regnum eſt domesticum. 1.3.c.9.l
Oenophyta & prælium ibi commiſſum. 1.5.c.2.i.
Oenotriæ rex Italus. 1.7.c.7.K
Oenotri olim, quibus inſtitutis ab Italo rege

exculti. ibid.
Oligarchiæ propria. 1.2.c.3.n. & feq.
Oligarchiam Athenis Solon vetit in democratiam. 1.2.c.11.B
Oligarchici Athenienſes Socratem capitis damnauerunt. 1.3.c.1.d
in Oligarchiis republ. eſt penes paucos. 1.3.c.4.b.
Oligarchia quid ſit. 1.3.c.5.d
Oligarchia, ariſtocratiæ exceſſus eſt. ibid.
Oligarchia ſcopum quem habeat. ibid.
Oligarchia à democratia qua re differat. 1.3.c.5.g & h
Oligarchiæ vnde nata. 1.3.c.10.9
Oligarchiæ olim in quibus ciuitatibus fuerint. 1.4.c.2.b.
Oligarchiæ ſpecies quæ ſunt. 1.4.c.4.n. & feq. c.5.g
Oligarchia alia alia melior non eſt, ſed minus mala. 1.4.c.1.m
Oligarchia vulgò quæ dicatur. 1.4.c.2.f
Verè quid ſit. 1.4.c.2.i
Oligarchiæ eſſe dicuntur magis ex viris bonis. 1.4.c.7.d
Oligarchiæ ſcopus, diuitiæ. 1.4.c.7.g
Oligarchiæ cur minus tuta & diuturna quam democratia. 1.4.c.9.p
Oligarchia exiſtere vbi ſoleat. 1.4.c.10.d
Oligarchica legum ſophiſmata, & quæ illis in democratii opponantur machinamenta. 1.4.c.10.m. & n.
Oligarchiæ mutationes experiri quibus de cauſis ſoleant. 1.5.c.4.a. & feq.
Oligarchia, ſi conſentiat, non facilè à ſeipſa labefactatur. 1.5.c.4.i
Oligarchia ſi in oligarchia exiſtat, altera perimere alteram ſolet. 1.5.c.4.k
Oligarchia & tyrannis minus durabiles. 1.5.c.8.yy
Oligarchiæ in tyrannidem verſæ exempla. 1.5.c.9.e.
Oligarchiæ conſtitui vt debeant. 1.6.c.5.a. & feq.
Oligarchiæ conſeruari quibus rebus poſſint. ibid.
Oligarchiæ ſpecies temperatiſſima & prima quæ. 1.6.c.5.b
Oligarchicum iuramentum. 1.5.c.6.kk
Oligarchica diſciplina vitata. 1.5.c.6.ll
Oligarchicis rebus publicis quæ conducant. 1.5.c.6.y.
Olympias quid. 1.2.c.11.g
Olympi ſtructura. 1.5.c.8.l
Olympi carmina. 1.8.c.4.e
Operum ſpecies plures, ſetuum quoque plures efficiunt ſpecies. 1.3.c.2.g
In operibus qui excellit, inſtrumentum quoque excellentius ſibi vendicat. 1.3.c.8.d
Opes mediocres, omnium optimæ. 1.4.c.9.d. & n.
Opifices manuarij. 1.3.c.1.g
Opifices olim non capeſſebant magistratus. 1.3.c.2.h.
Thebis qua conditione ad magistratus admiſſi. 1.3.c.3.d.
Opifices manuarij non ſunt participes teipublicæ. 1.7.c.7.6
Optatiſſimum quid. 1.7.c.13.e

Index rerum.

Ex Optimis vniuse imperium administrare debeat, an omnes. 1.3.c.10.e
Opus artis eo melius, quo melior est materia. 1.7.c.3.c.
Organica musica è liberali disciplina excluditur. 1.8.c.7.e
Organorum siue instrumentorum quædam sunt animata, quædam inanimata. 1.1.c.2.f
Orientales venti salubres. 1.7.c.9.b
Orthogoræ & filiorum tyrannis cur tandiu durarit. 1.5.c.8.zz
Otium & priuata negotia multi honoribus præferunt. 1.5.c.6.q
Otio opus est ad studia virtutis & ciuiles actiones. 1.7.c.7.c
Otium vt rectè agamus, non parum nosse refert. 1.8.c.2.b
Oxyli lex. 1.6.c.3.l

P

Paches Mitylenam capit. 1.5.c.2.z
Pagus siue *πόλις*, quid. 1.1.c.1.o
Pausanias tyrannidem Spartæ affectauit. 1.5.c.5.e
Pausanias à ciuibus suis quo nomine inculatus. 1.7.c.13.l
Parere qui didicerunt, iidem rectè imperare possunt. 1.3.c.2.g. item 1.7.c.12.i
Patere æque ac imperare nouit bonus tum magistratus tum ciuis. 1.5.c.1.h
Parere iuniores decet. 1.7.c.12.f
Partes non sunt omnia ea sine quibus totum esse non potest. 1.7.c.6.a
Participes qui sunt communionis alicuius, commune aliquid habeant oportet. 1.7.c.6.b
Partus iuuenularum difficiles & periculosi. 1.7.c.14.l
Paruum à nihilo parum differre existimatur. 1.5.c.2.n.
Pastoralis plebs optima post rusticam. 1.6.c.3.n
Pater est propinquior filio quam filius patri. 1.1.c.2.q.
Paterfamilias & œconomus quomodo differunt. 1.1.c.1.d
Pater hominumque Deumque, cur ab Homero Iupiter dicatur. 1.1.c.9.c
Panætius apud Leontinos tyrannus è demagogo factus. 1.5.c.7.e
Pauperes multos fieri è diuitibus, malum est. 1.2.c.4.c.
Pauperes otium & quietem sæpè honoribus præferunt. 1.4.c.10.q
Pauperum commodis leges politicae in quibusdam fauent, in quibusdam non. 1.4.c.10.i. & seq.
Pauperum ratio quæ habenda est in oligarchiis. 1.5.c.6.x.
Pauperes in oligarchiis cur res nouas moliantur. 1.5.c.6.ll.
Paupertas improbitatem & seditionem in ciuitate gignit. 1.2.c.4.s
Ad paupertatem redigere subditos, tyrannicum est. 1.5.c.8.K
Pausonius picturæ. 1.7.c.4.k
Pax & otium bellicosa ingenia enervant. 1.7.c.13.n.

Pacem & otium agere vt possimus, magis scitum necessarium, quam quomodo bella & negotia gerenda sint. 1.7.c.13.e.n
Peculatus intolerabilis in magistratu. 1.5.c.6.p
Pecuniæ publicæ vt tradendæ. 1.5.c.6.e
Pecuniarum copia ciuitati opus est. 1.7.c.6.e
Pecuniatiua an sit eadem œconomica. 1.1.c.6.b. & seq.
Pecuniatiuæ finis est acquisitio quæ infinita est. 1.1.c.7.o.
Pecuniatiua duplex, camporia & œconomica: hæc laudabilis, illa vero vituperabilis. 1.1.c.7.e
Pecuniatiuæ vsus. 1.1.c.8.a. & seq.
Pecuniatiuæ partes potissimæ. 1.1.c.8.b.
Penestæ in Thessalia dominis suis insidiari. 1.2.c.7.b.
Pentalidæ Mitylenæ cur interempti. 1.5.c.7.bb
Penthilus à Smerde occisus. 1.5.c.7.cc
Periander Thrahybulo consilium quod dedit. 1.3.c.8.bb. & 1.5.c.7.l.
Insidias cur experrus. 1.5.c.7.p
Periandri Corinthij instituta. 1.5.c.8.d
Periander tyrannidem Corinthi per quadraginta annos tenuit. 1.5.c.8.aaa
Pericles in Atheniensi repub. quæ innouauit. 1.2.c.11.c.
Pericula præclara exantlare. 1.8.c.2.q
Periodi mutationum. 1.5.c.9.c
Permutatio quorum sit, & quomodo introducta. 1.1.c.7. & seq.
An sit naturalis. ibid.
Perthæbi, Thessalis finitimi. 1.2.c.7.b
Perfarum disciplina & leges, maxima ex parte ad bellicas artes directæ. 1.7.c.2.k
Phalææ Chalcedonij institutum. 1.2.c.4.c
Phalææ obiectio refellitur. 1.2.c.4.e
Pharsalica equa cognomento Iusta. 1.2.c.1.o
Pharsalica politia. 1.5.c.4.i
Phiditia quid. 1.2.c.9.d
Phido Corinthius quomodo remp. instituerit & quam rectè. 1.2.c.3.k
Phidon tyrannus Argis pro rege. 1.5.c.7.e
Philippus Pausanias insidias cur expertus. 1.5.c.7.g.
Philolaus Corinthius, Thebanorum legislator fuit, & qua occasione. 1.2.c.11.f
Philolai monumentum. ibid.
Thebanis quas leges tulerit. 1.2.c.11.g
Philosophi non spectant opes. 1.1.c.8.h
Philosophica vita. 1.7.c.2.f
Philosophia est sui ipsius cognitio, 1.1.c.1.a
Philosophia opus est otio politico. 1.7.c.13.q
Philoxenus dithyrambum Doricis modulis perficere non potuit. 1.8.c.6.K
Phocylidæ votum de media vitæ conditione in republica. 1.4.c.9.l
Phoxus, Chalcidis tyrannus. 1.5.c.2.hh
Phreatium dicasterium Athenis. 1.4.c.14.b
Phrygia compositio. 1.4.c.2.f
Phrygia harmonia enthusiasticos efficit auditores. 1.8.c.4.l. & c.6.i
Phrygia harmoniam an rectè Socrates cum Dorica in Platonis repub. admiserit. 1.8.c.6.i
Phrynichus Quadringentis assentatur. 1.5.c.5.f
Picta à veris qua re differant. 1.3.c.7.m
Pictura cur discatur à pueris. 1.8.c.2.a. & seq.
Pictura

Index rerum.

Picturas turpes spectare pueritiam nefas est. 1.7.c.15.K.
Picturæ moratæ. 1.8.c.4.K
Piræum Athenis qui habitant, magis plebeij sunt, quam qui urbem incolunt. 1.5.c.2.r
Piscatores multi vbi. 1.4.c.5.u
Pisistrati Atheniensis diffidium cum Pedaciis. 1.5.c.3.n.
Pisistratus Athenis tyrannus è demagogo factus. 1.5.c.7.e
Pisistratidis manus cur illatæ. 1.5.c.7.o
Pisistratarum tyrannis qua re euerfa. 1.5.c.7.pp
Pisistratarum tyrannis Athenis non fuit continua. 1.5.c.8.bbb
Pisistratus in Areopag. iudicium vocatus, comparere non requisit. 1.5.c.8.zz
Pittaci leges. 1.2.c.11.g
Pittacus Mitylenæorum dictator in bello aduersus exules. 1.3.c.9.g
Platonis sententia de optima reip. constitutione examinatur. 1.2.c.1.d
Platonis opinio de optima reipub. constitutione, decem libris comprehensa, examinatur. 1.2.c.1.c
In Platonis republica an rectè instituta mulierum, liberorum & possessionum communio. ibid.
Platonis altera reipub. constitutio, quæ duodecim libris de legibus exponitur, examinatur. 1.2.c.3.a. & seq.
Plato opum amplificationi quem terminum præscripserit. 1.2.c.3.k. & c.4.c
In Spartanis legibus quid reprehendat. 1.2.c.8.h
Leges præcipuas quas tulerit. 1.2.c.11.g
Duas in milite requirebat facies. 1.3.c.3.o
Plato in libr. de repub. quatuor reipub. formas ponit. 1.4.c.6.a
Plebis quæ ratio habenda in oligarchiis. 1.5.c.6.kk
Plebis pars optima, quæ agriculturam exercet. 1.6.c.3.a
Plebiscita sæpe tyrannica. 1.4.c.4.g
Plebiscitis vbi administrantur omnia, non est propriè democratia. 1.4.c.4.m
Plebiscitum nullum generale. ibid.
Pluribus visum quod fuerit, in omnibus reip. formis ratum habetur. 1.4.c.7.h
Pluuiæ aquæ receptacula. 1.7.c.9.b
Pœnæ paterno animo irrogandæ. 1.5.c.8.qq
Poëticorum, seu librorum de poësi, mentio. 1.8.c.6.e
Poli dictum de experientia. 1.2.c.1.K
Poli iudicium de figura Hippocratis. 1.5.c.9.b
Polygnori picturæ moratæ. 1.8.c.4.K
Politica obiectum est communicatio œconomica & ciuilis, secundum ordinem recti & iusti. 1.1.c.1.a
Politica principia proficiuntur à tribus, scilicet à pari, à pacto & iudicario. ibid.
Politica vsus magis ostenditur quam doctrina. ibid.
Politica finis est principalissimum inter bona humana. 1.1.c.1.b
Politicum & regale quomodo differunt. 1.1.c.1.c. & seq.
Ad politicam qua arte peruenitur. 1.1.c.1.d
Quæ politia sit omnium optima, valde contro-

uersum apud antiquos. 1.1.c.1.a
Politia est eorum qui in ciuitate degunt institutio. 1.3.c.1.a. & c.4.b
In Politis veris & rectis spectatur bonum commune. 1.3.c.4.g
Differentia inter Politiam & politeuma. 1.3.c.5.u
Politia rectæ quæ sint, & qui earundem excelsus. 1.3.c.5.b
De Politia scripserunt etiam priuati homines. 1.2.c.11.a.
Politica constitutiones omnes scripto exactè comprehendere nequeunt. 1.2.c.6.h
Politicus prudens sit necesse est. 1.3.c.1.e
Politicum animal est homo natura sua. 1.1.c.1.r. & u. item 1.3.c.4.d.
Pontici populi, crudeles. 1.8.c.2.p
Popularis turbæ diuisio. 1.4.c.2.a
Popularis multitudinis species præcipua quæ. 1.4.c.3.c.
Populum tres vrbis partes statuit Hippodamus. 1.2.c.5.e
Populus tyrannus quidam est. 1.1.c.11.c
Populo quæ potestas à Solone concessa necessario. 1.2.c.11.d
Populus olim ruri habitabat. 1.5.c.3.m
Populus iudicare rectè an possit. 1.3.c.7.u. & y
Populus quarum rerum potestatem habere debeat. 1.3.c.7.f
Maiorum & grauiorum potestatem cur sibi vindicet. 1.3.c.7.aa
Populus est velut vnus homo, plura corporis membra & plures sensus habens. 1.3.c.7.t
Populone magis an oprimatibus imperium & potestas rerum potestatem habere debeat. ibid.
Populus vniuersus opibus & virtutibus æquat paucos præstantes in rep. vitos. 1.3.c.8.f
Populus monarchiam vbi affectet. 1.4.c.4.g
Populus æqualitatem quam sibi postulet. 1.4.c.11.m.
Populi numerositas in ciuitate, quomodo accipienda. 1.7.c.3.c.f
Populorum discrimen pro locorum & situs diuersitate. 1.7.c.5.h
Portuum custodia. 1.6.c.7.f
Portuum custodes. 1.7.c.6.e
Possessiones an debeant in ciuitate esse communes. 1.2.c.2.a. & seq.
Tribus modis possunt dici communes. 1.2.c.2.c
Possessionis magnitudinem à legislatore spectari voluit Socrates. 1.2.c.3.f
Possessiones æquari absurdum, vbi puerorum procreatio non limitatur. 1.2.c.3.i
Quæ mensura possessionum cuique tribuenda ciuium. 1.4.c.4.c
Possessionum quantum libet parate, non vbi que licitum. 1.2.c.4.d
Possessiones veteres vendere non licebat. 1.6.c.3.i
Possessiones non sunt pars ciuitatis. 1.7.c.6.c
Possessionis partes quædam sunt animata: ibid.
Possessiones & facultates in ciuitate penes quos potissimum esse debeant. 1.7.c.7.f
Ars possessiua est pars œconomica. 1.2.c.2.f
Ars pecuniaria, quæ. 1.1.c.6.b
Possessiua est pars œconomica. 1.1.c.2.f
Possessiua non est infinita. 1.1.c.6.l
Possessiua finis est sufficientia ad viuendum & bene viuendum. 1.1.c.7.d
Potentia

Indx rerum.

Potentia infinita quaeritur copia, virtutis non item. 1.7.c.1.d
 Potestas rerum cui iure merito debeatur in re-
 pub. 1.3.c.8.q
 Potestas magistratui sua est. 1.4.c.13.m
 Potestas paulatim adimenda magnatibus, non
 vno impetu. 1.5.c.8.pp
 Praeco Stentorius. 1.7.c.3.l
 Praedatores populi. 1.8.c.2.p
 Praesse non nouit, qui subesse non didicit. 1.3.
 c.2.e
 Praesse reip. vt possit, ciuem egregium studere
 decet. 1.7.c.13.l
 Ex Praescripto medicinam & alia facere. 1.3.
 c.10.cc
 Praetermissa quaerenda. 1.7.c.7.n
 Praeuenire malum qui sibi metunt quam inu-
 riam pati. 1.5.c.2.h
 Prima quaeque maximè diligimus. 1.7.c.15.m
 Princeps in iudicium vocatus, non recusat com-
 parere. 1.5.c.8.zz
 Principans & subiectus quibus differentiis di-
 stinguuntur. 1.1.c.9.f
 Principari & subiici expedit ad salutem homi-
 num. 1.1.c.3.b & seq.
 Principatus & subiectionis multae sunt species.
 1.1.c.3.b
 Melior est Principatus, qui est meliorum subie-
 ctorum. ibid.
 In omnibus quae ex pluribus constituta sunt, est
 principans & subiectum. 1.1.c.3.c
 Principatus duplex in homine, despoticus & po-
 liticus. 1.1.c.3.e
 Principatus viri in vxorem, & patris in filios,
 quis. 1.1.c.9.a
 Principatus vitum ostendit. 1.2.c.1.k
 Principatus seu potestas rerum penes quos in re-
 pub. esse debeat. 1.3.c.7.a. & seq.
 Principatus honores appellantur. 1.3.c.7.f
 In principio si peccetur, finis quoque malus con-
 sequitur. 1.5.c.3.c
 Principium dimidium totius. ibid.
 Principiis obstandum. ibid.
 Principiis obstare melius & facilius, quam con-
 firmatis medelam adhibere. 1.5.c.2.g
 Principis institutio quae. 1.3.c.2.d
 Principis boni virtus quae. ibid.
 Principis virtus propria prudentia. 1.3.c.3.h
 Prius natura est, à quo non conuertitur conse-
 quentia. 1.1.c.1.x
 Proficere non minus laboriosum quam discere.
 1.4.c.1.f
 Proprium habere, maxima voluptas. 1.2.c.2.d
 Propugnatores ciuitatis aluntur è publico. 1.2.
 c.5.c.
 Propugnatores ciuitatis in qua reip. forma pri-
 mas teneant. 1.3.c.5.c
 Prudentia propria virtus magistratum. 1.3.
 c.2.h
 Prytanes apud Milesios multorum & magno-
 rum habebat potestatem. 1.5.c.3.l
 Psammetus Gordiae filius. 1.5.c.8.aaa
 Pubertas anno aetatis 14. 1.7.c.15.o
 Publica vilitas spectatur in rebus ac veris re-
 buspub. 1.3.c.4.g
 Publicare ditiorum bona. 1.5.c.3.h
 Publicatio bonorum per iudicia, minus licenter

à demagogis vsurpatur. 1.6.c.5.i
 Puerorum institutio ad disciplinas quo anno
 possit incipi. 1.7.c.15.o
 Pueris crepitacula cur dentur. 1.8.c.4.r
 Puerilis institutio ad quos scopos dirigenda. 1.7.
 c.13.f.
 Pueritiae moderatoribus quae in primis curan-
 da. 1.7.c.15.g
 Non vt corporis ita & animi pulchritudinem
 discernere facile. 1.1.c.3.l
 Pulchrum in multitudine & magnitudine cer-
 nitur. 1.3.c.3.i
 Purgationis mos qui Aegyptiis medicis. 1.3.
 c.10.b.
 Pusillanimes nulli facile insidias struxerint. 1.5.
 c.8.u.
 Pyramides Aegyptiae. 1.5.c.8.l

Q

Sub Quadringentorum imperio populus Athe-
 nienis vt fuerit deceptus. 1.5.c.2.mm
 Quaestores publici. 1.6.c.6.g
 Quaestura lex. 1.3.c.6.t
 Quintuplum in opum amplificatione Plato ex-
 cedi vetat. 1.2.c.3.k. & c.4.c

R

Ratio reddenda medico inter medicos, ite-
 demque aliis inter suae conditionis ho-
 mines. 1.3.c.7.s
 Ratio, tertius ad honestatem consequendam
 gradus. 1.7.c.11.k
 Ratio non semper naturae & consuetudinis du-
 ctum sequitur. 1.7.c.11.n
 Ratione vitam regere, solius hominis est.
 ibid.
 Ratio duplex, altera in agendo, altera in con-
 templando posita. 1.7.c.13.c
 Ratione carens animae pars, ortu prior quam ea
 quae est ratione praedita. 1.7.c.14.c
 Ratio & mens in homine, finis naturae. 1.7.
 c.14.b.
 Ratio & mens progressu aetatis in puerorum ani-
 mis crescunt. 1.7.c.14.c
 Rarum habetur, quod pluribus visum fuerit.
 1.4.c.4.c.
 Rarum esse volunt in democratia, quod mul-
 titudini visum fuerit. 1.5.c.6.mm
 Rectum est iudex sui & obliqui. 1.3.c.5.c
 Regionis diuisio Hippodamea. 1.2.c.5.c
 Regio imperio cur vsae praefata respub. 1.3.c.10.k.
 item 1.4.c.10.r.
 Regiumne an aliud imperium ciuitati & regio-
 ni magis vtile. 1.3.c.9.a
 Regij imperij successio qualis sit conuenientior.
 1.3.c.10.q.
 Regnum monarchia est. 1.2.c.3.n
 Regni plures species. 1.3.c.9.c. & seq.
 Regni species praecipuae duae. 1.3.c.9.m
 Regnum quot & quibus modis euertatur. 1.5.
 c.7.ss.
 Regna quae nunc sunt, potius sunt monarchiae
 ac tyrannides. 1.5.c.7.tt
 Regula Lesbica qualis fuerit. 1.3.c.10.b
 Requies, quia molestiae ex laboribus perceptae
 medela

Index rerum.

medela est, iuenda est. 1.8.c.4.a
 De optima Reip. constitutione diuersae opinio-
 nes. 1.2.c.1.a
 Reipub. formam optimam ex omnibus mixtam
 esse volunt. 1.2.c.3.p
 Reipublicae Spartanae, Cretenis & Carthagi-
 nensis comparatio. 1.2.c.10.a. & seq.
 Rerumpublicarum differentiae. 1.3.c.1
 Respublica quid. 1.3.c.4.b
 Respublica rectae siue verae quae sint, & qui ea-
 rundem excessus. 1.3.c.4.g. & c.5.b
 Rerumpublicarum formae rectae quot; quot
 item à recta regula defectentes. 1.3.c.5.a. &
 seq.
 Reip. forma optima quae. 1.3.c.10.mm. item 1.4.
 c.9.d. & m.
 Rerumpublicam corrigere non minoris est artis
 quam instituere. 1.4.c.1.f
 Reipublicae institutio seu ordinatio quid sit. 1.4.
 c.2.e.
 Rerumpublicarum formae plures cur sint, seu
 vnde existant. 1.4.c.2.a. & c. item 1.5.c.1.a. &
 1.7.c.6.c.
 Rerumpublicarum formae potissimum duae, de-
 mocratia & oligarchia. 1.4.c.2.f. & c.3.m
 Respublica non est, vbi legum imperium exu-
 lar. 1.2.c.4.l
 Rerumpublicam capessere in quibusdam ciuitati-
 bus licet omnibus liberis. 1.4.c.5.c
 Reipubl. forma media cur optima. 1.4.c.9.o
 Respublica stabilis vbi existat. 1.4.c.10.e
 Respublica quo temperatur seu miscetur me-
 lius, eo est stabilior. 1.4.c.10.f
 Respublica penes eos esse debet qui arma gesta-
 re possint. 1.4.c.10.r. & seq.
 Reipublicae primum genus post regum imperi-
 um apud Graecos fuit è militantibus. 1.4.c.10.s
 Rerumpublicarum sophismata varia, modò ad
 pauperum, modò ad diuitem commoda. 1.4.
 c.10.m
 Respublicae mutantur saepe non in contrarias,
 sed in cognatas. 1.5.c.4.q
 Rerumpublicarum formae minus durabiles. 1.5.
 c.8.yy.
 de Rerumpublicarum mutationibus an rectè
 disputatum à Socrate. 1.5.c.9.a. & seq.
 Rerumpublicarum formae vt copulenter &
 contemperentur. 1.6.c.1.h
 Rhegij oligarchia in tyrannidem versa. 1.5.c.9.e
 Rhodi democratia quomodo sublata. 1.5.c.2.i.
 & c.3.d.
 A principio ciuitates regebantur à rege. 1.1.
 c.1.p
 Gentilium dij regebantur ab aliquo rege. 1.1.
 c.1.q.
 Rex propria auctoritate praefert. 1.1.c.1.d
 Regum principatus apud Lacedaemonios qua-
 lis, improbat. 1.2.c.8.e
 Regum dissidia alenda putabant Lacedaemonij.
 ibid.
 Rex est, qui ex suis sibi sufficiens est, & omnia
 ordinat & statuit ad vtilitatem populi. 1.3.
 c.5.c
 Reges perpetui in rebus. qui esse possint. 1.3.
 c.8.ff.
 Regum custodia qualis. 1.3.c.9.e
 Reges olim qui facti & cur. 1.3.c.9.h. & c.10.l

Regum veterum munia. 1.3.c.9.l
 Regium imperium accedit ad aristocratiam. 1.5.
 c.7.f.
 Rex è quibus & in quem finem creetur. 1.5.
 c.7.g
 Regis officium & scopus. 1.5.c.7.g
 Reges sacrorum. 1.6.c.6.y
 Reges oblectamenta non ipsi conciliant, sed
 per alios ea sibi accersunt. 1.8.c.3.e
 Riuiorum copia ciuitati necessaria. 1.7.c.9.b

S

Sacerdotia penes quos esse debeant. 1.7.c.7.g
 Sacra esse iubentur condemnatorum bona,
 non publica. 1.6.c.4.i
 Sacra publica, & deputatus illis magistratus.
 1.7.c.6.x.
 Sacrifici. 1.6.c.6.y
 Sacrorum sumptus de publico fieri debent. 1.7.
 c.8.d.
 Saltatio cur exerceatur. 1.8.c.3.b
 Samij ab Atheniensibus contra pacta occisi. 1.8.
 c.8.cc.
 Sapientis duo opera. 1. non mentiri de quibus
 nouit. 2. mentientem manifestare. 1.1.c.1.a
 Sardanapali caedes. 1.5.c.7.ff
 Saturni epitaphium. 1.1.c.6.e
 Non est mortuus qui scientiam viuificauit, nec
 pauper qui intellectui dominatus est. 1.1.
 c.1.a
 Scientia alia est liberalis, alia seruilis. 1.1.c.5.e
 Scientia despotica quae & qualis. 1.1.c.5.e
 In scientiis practicis parum valet ratio, vsus au-
 tem & exercitium multum. 1.1.c.8.a
 Scientiarum omnium finis, bonum est. 1.3.c.8.a
 & seq.
 Scylleticus sinus. 1.7.c.7.k
 Scipionis dictum contra Domitianum. 1.2.c.8.b
 Scopus & finis actionibus rectus proponendus
 est, & inuestiganda quae ad finem illum fe-
 rant. 1.7.c.11.a
 Scyphus in solemnibus festo apud Scythas circum-
 ferebatur. 1.7.c.2.l
 Scythae vt multarint eos qui nullum occidissent
 hostem. ibid.
 Seditiones in magnis ciuitatibus cur minus
 oriantur quam in paruis. 1.4.c.9.o
 Seditiones omnes vnde oriri putentur. 1.5.c.1.c
 Vbiq; ob inaequalitatem oriuntur. 1.5.c.1.d
 Seditiones omnium minimè concitant virtute
 praestantes, cum iustissime id facere possint.
 1.5.c.1.d.
 De magnis rebus sunt, etiam si è paruis existant.
 1.5.c.2.s.
 Seditiones ducum & potentiorum in rep. capi-
 tum, maritè dirimendae. 1.5.c.2.f
 Seditione laborantes, imbecilli sunt. 1.5.c.4.d
 Semestres magistratus. 1.4.c.12.a
 Senatoria potestas in quibus democratias labefa-
 cteret. 1.4.c.12.l
 Senatus, βουλή, collegium democraticum. 1.4.
 c.12.k.
 Senum magistratus seu senatus, an rectè in Spar-
 tana rep. constitutus. 1.2.c.8.c
 Seniores prudentia, iniores viribus pollent. 1.7.
 c.7.e

Index rerum.

Seniorum gymnasia, 1.7.c.10.d
 Seniores imperare decet, 1.7.c.12.f
 Seniorum proles qualis, 1.7.c.14.x
 Serthes Thrax, 1.5.c.8.gg
 Differentia inter sermonem & simplicem vocem, 1.1.c.1.u.
 Seruus à natura quis, 1.1.c.1.g. item 1.1.c.3.h
 Seruus animatum instrumentum, 1.1.c.2.f
 Vtrum seruitus sit naturalis, 1.1.c.3.a
 Vtrum dignius & iustius sit seruire, an non, ibid.
 Serui ad brutum comparatio, 1.1.c.3.h
 Seruire & seruitus dupliciter dicitur, scilicet natura & lege, 1.1.c.4.a
 Seruitus legalis, quid, 1.1.c.4.b
 Seruitus naturalis est iusta simpliciter, legalis vero secundum quid, 1.1.c.4.e. & seq.
 Serui appellandi qui ex ingenuis & nobilibus capti sunt & venditi, 1.1.c.4.g. & seq.
 Serui & ignobiles seu degeneres censentur sola virtute, 1.1.c.4.h
 Seruis duo tantum apud Cretenses interdiciantur, gymnasia & arma, 1.2.c.3.l
 Seruissimi labores qui, 1.1.c.8.f
 Seruus seruo præstat, 1.1.c.5.c
 Serui virtus an sit & quæ, 1.1.c.9.c
 Seruitus habetur non viuere vt velis, 1.6.c.1.m
 Serui Lacedæmonis dominis suis sæpè infidiat, 1.2.c.7.b
 Seruorum plures species, 1.3.c.2.g
 Seruo sublato, heuile imperium saluum esse non potest, 1.3.c.4.e
 Sefostri Minoe multis annis antiquior, 1.7.c.7.l
 Siculæ oligarchiæ pleræque in tyrannides versæ, 1.5.c.9.e
 Sicut filius patris substantiæ, ita facultatibus participare debet, 1.1.c.1.o
 Sicyoniæ tyrannidis mutatio, 1.5.c.9.e
 Similes natura, idem ius & eandem dignitatem sibi vendicant, 1.3.c.10.x
 Sitra & Arabæus, 1.5.c.7.u
 Smerdes Pentilum cur occiderit, 1.5.c.7.cc
 Socrates an rectè dixerit viri & mulieris eandem esse virtutem, 1.1.c.9.g
 Ciuitatis perfectè vnità quæ signa statuerit, 1.1.c.1.m.
 An mulieres, liberos & bona rectè in Platonis rep. iusserit esse communia, 1.2.c.1.d
 Vxor & liberos quibus de causis voluerit esse communes, 1.2.c.1.f
 In vxorum & liberorum communicatione quam hallucinationis causam habuerit, 1.2.c.2.o
 Custodibus ciuitatis an rectè beatitudinem ademit, 1.2.c.2.p
 Socratis respublica quasnam dubitationes afferat, ibid.
 Ciues seu vrbs incolæ an rectè in duas partes diuiserit, 1.2.c.3.b
 Ab Oligarchiis Atheniensibus capitis damnatus & ad bibendam cicutam compulsus, 1.3.c.1.a.
 Socrates an de imperiorum mutationibus rectè pronuntiauit, 1.5.c.9.a. & seq.
 Socrates Phrygiæ harmoniam an rectè in Platonis republ. admiserit, 1.8.c.6.i
 Reprehensus à quibusdam, quod remissos modulos è sua disciplina exclusisset, 1.8.c.6.m

Sodalium ex amatoris negotiis graue diffidium, 1.5.c.2.s
 Solon legislator in Græcia, 1.1.c.1.k
 Solonis versus de infinito diuitiarum studio, 1.1.c.6.l.
 Solonis lex de possessionum æqualitate, 1.2.c.4.d.
 Solon & leges & rempublicam instituit vt etiam Lycurgus, 1.2.c.11.a
 Rempublicam an rectè instituerit, ibid.
 Populo quæ concesserit, 1.3.c.7.r
 Solon in pœsi sua se mediæ conditionis hominem fuisse docet, 1.4.c.9.q
 Sophismata politica, 1.4.c.10.m
 Spartana ciuitatis iure carebat, qui debitam portionem ad conuiuia non posset contribuere, 1.2.c.8.f
 Spartanis exitij causa quæ fuerit, 1.2.c.8.i
 Spicarum eminentiorum decerptio seu detruncatio, 1.4.c.8.bb. item 1.5.c.7.l
 Spectare pueritiæ quæ licitum, 1.7.c.15.k
 Spectatores primis auditionibus familiariores se se præbent, 1.7.c.15.m
 Statua in foro posita, 1.5.c.8.zz
 Stentorius præco, 1.7.c.3.l
 Subditorum munia quatenus magistratui & politico discenda, 1.3.c.2.g
 Subditi virtus quæ, 1.3.c.2.h
 Succedere patribus defunctis filio lex iubet, 1.4.c.5.i
 Suffragiorum diiudicatio, 1.6.c.2.e
 Suffragiorum æqualitas sorte vel simili modo deciditur, 1.5.c.2.f
 Superius in inferiori est actu & intellectu, & non è conuerso, 1.1.c.1.x
 Syracusis democratia quomodo sublata, 1.5.c.2.i.
 Syracusani post tyrannos exclusos, extero & mercenario milite in ciuitatis consortium recepto, seditiones & bellum sunt experti, 1.5.c.2.p.
 Syracusis plebs, Atheniensibus deuictis, reipub. formam è politica in democraticam vertit, 1.5.c.2.gg.
 Syracusana resp. mutata è duorum adolescentium seditione, 1.5.c.2.s
 Syracusani tyrannides multas euertuerunt, 1.5.c.7.ll.
 Syrtis accolæ, 1.7.c.7.k

T

Tarenti democratia ex politia vt exorta, 1.5.c.2.l.
 Tarentini pauperes vt demulceantur, 1.6.c.4.s
 Teleclei Milesij politia, 1.4.c.11.f
 Temperata ingenia, 1.7.c.5.c
 Terrigenæ primi homines, 1.2.c.6.h
 Tetyna pontifex capitolij de puero ingenuo ad seruilia coacto, 1.1.c.4.g
 Thaletis sapientia in emendo & vendendo, 1.1.c.8.h
 Thales Milesius Onomacriti sodalis, 1.1.c.11.e
 Theagenes Megaris diuitum iumenta trucidat, 1.5.a.3.d.
 Theatrica musica, 1.8.c.6.f
 Thebanorum in Laconiam irruptio, 1.2.c.7.e
 Thebis

Index rerum.

Thebis opifici magistratus non dabatur nisi decennium à foro venaliario abstinuisset, 1.3.c.3.d.
 Thebis seditio ex adulterij punitione, 1.5.c.4.n
 Theodori histronis mos, 1.7.c.15.m
 Theopompus Lacedæmoniorum rex, cur regiam potestatem moderandam censuerit, 1.5.c.8.c.
 Thera qua imperij forma sit vsa, 1.4.c.2.l
 Thibron Lycurgum Lacedæmoniorum legislatores cur miratus, 1.7.c.13.h
 Thracum disciplina & leges, maxima ex parte ad bellicas artes directæ, 1.7.c.2.k
 Thraſybulus Hieronis frater, 1.5.c.7.m
 Thraſymachus Cumis democratiam euertit, 1.5.c.3.g
 Thraſybulus tyrannus Syracusis vndecimo mense pulsus, 1.5.c.8.ccc
 Thuriorum oligarchia quomodo conuulsa, 1.5.c.5.i.
 Tibiæ præstantiores debentur præstantiori tibicini, 1.3.c.8.a
 Tibia motus quales cieat, 1.8.c.5.b
 Tibia pueritiæ interdicitur, 1.8.c.5.a
 Tibiæ cantus quando & cur in disciplinatum numerum receptus, 1.8.c.5.c
 Tibia excluditur etiam è Platonis republica, 1.8.c.6.i.
 Tibias à se inuentas cur abiecerit Minerua, 1.3.c.5.d
 Timophanes, Corinthi tyrannidem vt inuenerit, 1.5.c.4.l.
 Tolerantia & fortitudine ad negoria opus est, 1.7.c.13.q. & c.14.l
 Totius ad partes, quis ordo, 1.1.c.1.x.ii. 1.1.c.2.g
 Trezenij ab Achæis Sybari eiekti, 1.5.c.2.p
 Tributorum exactio tyrannica, 1.5.c.8.m
 Tributa quorsum exigi debeant, 1.5.c.8.cc
 Triopium in Asia, 1.2.c.9.d
 Turpiloquium è ciuitate in primis exterminandum, 1.7.c.15.i
 Turres per opportuna loca dispositæ, 1.7.c.10.a
 Tyrannica machinamenta, 1.6.c.4.f
 Tyrannis, qualis sit monarchia, 1.3.c.5.c
 Regij imperij excessus est, ibid.
 Vnde extiterit, 1.3.c.10.n
 Tyrannorum custodia quæ, 1.3.c.9.e. & c.10.s
 Tyrannis omnium minimè politia est, 1.4.c.7.b
 Tyrannidis species duæ, 1.4.c.9.c
 Tyrannis nascitur ex oligarchia & insolentissima democratia, 1.4.c.9.n
 Tyranni olim plerique ex demagogis facti, 1.5.c.3.i. item 1.5.c.7.c. & e
 Tyrannis in oligarchiis interdum existit, 1.5.c.4.l.
 Tyrannis è duobus malis composita, subditis perniciosissima, 1.5.c.7.a
 Ex postrema oligarchiæ specie & democratia composita est, ibid.
 Et democratia mala habet & oligarchiæ, 1.5.c.7.k
 Conuellitur duobus modis, 1.5.c.7.ll
 Tyrannica instituta, 1.5.c.8.d
 Tyranni à seruorum & mulierum infidiis nihil ferè sentiunt periculi, 1.5.c.8.q
 Tyrannorum voluntates tribus ferè limitibus circumscribi possunt, 1.5.c.8.x

Tyrannis spectat tria potissimum, 1.5.c.8.u
 Quot & quibus modis conseruetur incolomis, 1.5.c.8.y. & seq.
 Tyrannis & oligarchia minus durabiles, 1.5.c.8.yy.
 Tyrannides præ cæteris quæ diutius durarint, 1.5.c.8.zz.
 Tyrannidis mutationes variæ, 1.5.c.9.e
 Tyræi pœsis, Eunomia dicta, 1.5.c.5.d

V

Ventorum genera potissimum duo, 1.4.c.2.f.
 Venus Marti coniuncta, quod bellicosi sunt venerei, 1.2.c.7.e
 Verberibus mulctare, 1.7.c.15.i
 Vestitus in Lacedæmoniorum rep. diuitibus & pauperibus idem, 1.4.c.7.r
 Vetera pleraque minus aptè distincta, 1.2.c.9.b
 Verita si quis dixerit aut fecerit inter pueros, 1.7.c.5.i.
 Viarum curatores, 1.6.c.6.e
 Vicarum diuisi populi, 1.2.c.1.i
 Vicus ex pluribus domibus constituitur, 1.1.c.1.n.
 Vici communicatio est naturalis, 1.1.c.1.o. & seq.
 Vista victoris esse, belli ius dicitur, 1.1.c.4.a
 Vidus è publico, 1.2.c.9.e
 Videre pueritiam quæ licitum, 1.7.c.15.k
 Vinum pueritiæ noxium, 1.7.c.15.a
 Viri gignere desinunt ætatis anno 70, 1.7.c.14.i
 Ad acquisitionem virtutis tria exiguntur, scilicet scire, velle & perseverare in operibus difficultibus, 1.1.c.1.a
 Virtus quid, 1.1.c.9.g
 Gorgiana virtutum enumeratio, 1.1.c.9.h
 Virtus viri alia, alia mulieris: sic alia magistratus, alia subditi, 1.1.c.9.g
 Virtutis officijs studere nequit, qui manuariam aut mercenariam vitam agit, 1.3.c.5.c
 Virtus possessorem sui non corrumpit, 1.3.c.7.c
 Virtute ciuitati quid opus sit, si potentia & amicitia pollear, 1.5.c.6.cc
 Ad Virtutis studium otio opus est, 1.7.c.7.c
 Virtus non vna eademque ab omnibus colitur, 1.8.c.1.f.
 Vita hominum multiplex, pastoralis, agriculturæ, prædatoria, piscatoria, venatoria, 1.1.c.6.g.
 Vitæ hominum & cæterorum animalium diuersæ, 1.1.c.6.e
 Vitæ genera miscentur interdum & coniunguntur ad necessitates commodius explendas, 1.1.c.6.b.
 Vitam ad reipublicæ commodum instituere, non seruire, sed salutare est, 1.5.c.6.nn
 Vita priuata & à publicis negotiis vacua, an præferenda ei quæ se ad reipublicæ administrationem cum cæteris applicat, 1.7.c.2.f. & seq.
 Vita philosophica putatur, quæ soli contemplationi est dedita, ibid.
 Vita optima quæ & singulis hominibus & vniuersis ciuitatibus, 1.7.c.2.a. & seq.
 Vita

Index rerum.

Vita instrumentis multis indiget. l.7.c.6.e
Vivitur in democratiis vt cuiusque voluntas aut
necessitas fert. l.5.c.6.mm
Vinitatem maximam, summum esse bonum ci-
uitatis docuit Socrates, sed refellitur. l.2.c.2.
K.& seq.
In Voluptatibus perfruendis quæ cautio tyran-
no adhibenda. l.5.c.8.gg
Vrbana multitudinis diuisio. l.4.c.2.a
Vrbana multitudinis species præcipuæ quæ. l.4.
c.2.c
Vrbis firus in se qualis esse debeat. l.7. c.9. a. &
seq.
Vrbis seu vrbiorum ædium dispositio. l.7.c.9.f
In vrbis secundum leges transfertur domi-
nium. l.1.c.8.c
Vfus duplex cuiusque rei possessæ. l.1.c.7.b
Vtilitatem vbique spectare, liberalia & magna-
nima ingenia non decet. l.8.c.1.l
Vulgus de musicorum & poetarum operibus
cur rectius iudicet. l.3.c.7.l

Z

Zaleucus Locrensiū legislator. l.2.c.11.e
Thaletis auditor fuit. ibid.
Zancleī à Samiis hospitibus suis eiecti. l. 5.
c.2.p.
Zephyrum boreæ speciem quidam faciunt. l. 4.
c.2.f.

F I N I S.

